
Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLVIII
H
7
NAPOLI

quarantotto

XLVIII
H
7.



ANNALES ECCLESIASTICI FRANCORUM,

Auctore CAROLO LE COINTE Trecenſi, Congreg. Oratorij D. N. IESU CHRISTI Presbytero.

TOMUS QUINTUS.



NAPOLI

PARISIIS,
E TYPOGRAPHIA REGIA.

M. DC. LXXIII.

CHRISTIANISSIMO

LUDOVICO XIV

FRANCORUM

NAVARRÆQUE

REGI.

CVM totus Orbis, ſive deditione vel applauſu, ſive ſtupore vel admiratione, Tua, REX CHRISTIANISSIME, *celebrat Tricennalia; non arbitror à me quidquam temerè fieri, ſi Feſtivitatis adeò*

auguſtæ, quomodocumque poſſum, participem me coram Tua Majeſtate ſiſto. Neminem in Regio contueor Comitatu, neminem in Regiis audio Caſtris dimicare, qui publicam ſuo nomine lætitiam non augeat; ſeu, Te Duce, per Cliviam, per Gelriam, per Zutphaniam, per Tranſiſalaniam, per Betuam, per Veluam, per Vltrajecteſium, per Hollandiam, per Brabantiam, ad Rhenum, ad Lippiam, ad Iſalam, ad Emam, ad Leccam, ad Vahalim, ad Moſam, ad Foſſas Druſi & Corbulonis, ad Auſtrinum mare militavit; ſeu Tuis auſpiciis Triumphos procul à Tuo conſpectu reportavit, hoſtium viribus terrâ maríque ſæpiùs attritis, Sociorum

Ditionibus non propugnatis modò ſed etiam auctis; & viâ per medios obices vt in Hollandiam interiorem ad Oceanum vſque, ſic & in Vveſtphaliam ad Fontes vſque Lippiæ patefactâ. Multi quæ ſuis intuiti ſunt oculis, à ſe viſa vix credunt; Orſoviam, Rhenobergam, Buruncum, Arcem Lippienſem, Vveſaliam, Ræſam, Embricam, Tolhuſium, Schenkium, Doësburgum, Zutphaniam, Hattemium, Campos, Elburgum, Hardervicum, Amersfordiam, Vltrajectum, Nardenum, Voërdam, Vicum, Duroſtadium, Rhenam, Vagam, Arnheimium, Knodſemburgum, Noviomagum, Tielam, Arcem Voorniam, Propu-

gnaculum Sanct-Andreanum, Bommeliam, Crepicordiam, Graviam, Genrapium, aliáſque complures non parvi nominis & Arces & Vrbes Tuis Regalibus ſubjectas [a] veſtigiis, *ſucceſſu tam felici, ut non unius alteriúſque menſis, ſed plurium annorum aut etiam ætatum expeditio videatur. Plerique, cùm res etiam varias, quas procul à Tuæ Majeſtatis conſpectu geſſerunt, ſuâ repetunt memoriâ, plurimas advertunt præter ſpem, præter vota, glorioſiſſimè confectas eſſe. Deleta Fœderati Belgii claſſis; Zelandiæ, Hollandiæ, Friſiæ terror incuſſus, quo ipſe quoque percellentur Indiæ cùm exitum prælii edoctæ fuerint; Orientaliúmque Re-*

[a] Cod. Carol. epp. 14. 25.

gum, qui pacem eâ lege redimere coacti ſunt, ut ſuorum Regnorum aditu Francis ac Britannis interdicerent, totum odium, mutatis ſtatim animis, in authores fœderis tam injuſti convertetur. Irriti ceſſerunt ſubſidiariorum Germanorum conatus; Cæſar & Elector Brandeburgicus numeroſos collegerant exercitus; tantis nominibus erigebatur ſpes cadentis Reipublicæ; ſuſpenſus expectatione mirabatur Orbis, cur rerum cis Arabonem geſtarum memoriam tam facilè Cæſar abjeciſſet, & Elector partes Gentis tueretur, à qua, poſt ſimulatam protectionis ſpeciem, Aviæ bonis ſe ſpoliatum noverat; obviam proceſſit pars Tuarum copiarum, &

avidam pugnæ trajecto Rheno ſe præbuit, extemplò Legiones cùm Cæſareæ tum Electorales itinere, quod Occaſum verſùs rectà ſuſceperant, ad Meridiem converſo, per utramque Haſſiam & Electoratum Moguntiacenſem ad inferiorem uſque Palatinatum profugerunt, Lhonæ, Mœni, aliorúmque fluminum objectu vix tutæ.

Interim quibus, REX INVICTISSIME, *præceperas, ut Ordinum Fœderatorum conſilia molitionéſque propiùs obſervarent, ii non tantùm irruptiones è vicina repreſſerunt Hollandia, ſed & in eandem mox regionem penetrarunt. Princeps, hæres magni nominis, poſt longas ac multiplices*

tiplices ipſorum Ordinum excuſationes & tergiverſationes, eâ tandem donatus authoritate, quâ Pater, Avus, Propatruus ac Proavus quondam pollebant, ad Bodengraviam egregiè ſua vallabat Caſtra, ne Lugdunum, Haga, Delphi, Roterodamum, aliæque periclitarentur civitates, & iter ab Auſtralibus Fœderatarum Ditionum munitionibus ad Boreales liberum eſſe deſineret. Præcipuam hanc muneris obeundi partem non immeritò ratus, animum Voërdæ recuperandæ diligenter applicuit; at Tuos Milites, quorum virtuti viam omnem aquis intercluſam credebat, ſuo capiti priùs imminere ſenſit, obſidionalémque Coronam pro-

meritos priùs vidit, quàm audivit in auxilium commilitonum adventare; præcipiti tunc fugâ ſe proripuit, amiſſis impedimentis ac tormentis bellicis, cæſóque ad internecionem exercitu. Tali primæ dimicationis exitu, ne denuò Francos adoriretur, ſatis eruditus videbatur, aliud tamen iniit conſilium, & ſelectis Hiſpanorum copiis auctus occaſionem reparandæ famæ non defuturam ſperavit. Actis cis & vltra Moſam variis gyris, ad Sabim magnis contendit itineribus, & Arcem, quam nuper erexeras, expugnandam ſuſcepit. Voti compos fieri non potuit, inglorius in Hollandiam ſe recepit, aſperitatem hyemis cauſatus, itinere,

quod Picardiam verſùs jam ſuſceperas, callidè diſsimulato. Hoc certè nuncio perterritus à cœpto deſtitit. Obverſabatur adhuc oculis Voërdina clades; nec exciderat memoriâ tranſitus in Betuam, qui Te majorem Alexandro, Rhenum Granico celebriorem reddidit. Procul igitur à Sabi quæſitæ ſtationes, ſed deſperatum de ſecuritate, quia nihil Tuis impervium Militibus, à quibus incredibili fortitudine capta tum Bodengravia, præſidiarii partim cæſi, partim fugati, diruta propugnacula, proximi vici direpti atque incenſi, remotiores Vrbes ad Oceanum vſque pavefactæ.

Marchio Brandeburgicus iiſdem temporibus, REX AUGUSTISSIME, *bellum Archiepiſcopo Colonienſi Co-electori & Epiſcopo Monaſterienſi Sociis tuis intulit, ratus potentius ac præſentius haud eſſe, quod Fœderato Belgio præberi poſſet auxilium. In Monaſterienſem Diœceſim irrupit adeò infeliciter, vt, in pœnam violatæ pacis, à Monaſterio-Colonienſi exercitu parte Marchiæ ſtatim multatum ſe ſenſerit. Ad Ditionem Colonienſem converſus, alteram in Vveſtphaliæ Ducatum irruptionem fecit; Filium natu maximum, quem ſecum in Caſtris habebat, magnæ ſpei adoleſcentem, ac feliciore tyrocinio dignum, obſidioni Vverlenſis oppidi*

præſecit; ipſe quoque de præſidiariorum oppidanorúmque virtute certior factus cœpit opus vrgere, ſolutum tamen obſidium primo Socialium copiarum inceſſu, quibus parta duplex gloria, quod Principum ſuorum Dynaſtias & propugnarint & amplificarint. Sociali fœderi non defuiſti, REX ÆQUISSIME, *lectiſſimos equites peditéſque direxiſti, qui trajecto rurſum Rheno ſtrenuè prohiberent, ne tuis Sociis quid detrimenti ſeu clàm ſeu palàm inferretur. Tunc hoſtes cum trepidatione procul fugerunt, nullâ re memorabili geſtâ, multorúmque Electorum ac Principum, necnon plerarumque Civitatum odio in ſe concitato, atque inde crebrò*

in Ratiſponenſibus Comitiis auditæ querelæ. Norunt omnes Germani, quantâ fortitudine tuendam ſuſceperis cauſam Principum, quos Tibi vel amicitiâ vel fœdere devinxiſti. Teſtis Conventus Monaſterienſis, in quo pacem Germaniæ Tua ſic reſtituit auctoritas, ut avita bona, quibus exutos ſe jamdudum dolebant, multi Principes atque etiam Electores recuperarint. Teſtis Conventus ad Pyrenæos montes, in quo non tam Tuas quàm Amicorum & Sociorum res in Germania curare viſus es; ſpontaneâ enim Vrbium Tibi tum ſubditarum permutatione ſuas eis maluiſti civitates reddi, quàm Tuum latioribus Regnum ſpa-

tiis ampliari. Teſtis eſt & Thuringiæ Metropolis, quam rebellionis ream ad eas redegiſti anguſtias; vt à primario Imperii Electore veniam defectionis humillimâ prece poſtularit. Mirari certè ſubit Electorem poſteà repertum, qui ſe Tuis, vel hoſtibus auxilio ac præſidio, vel Amicis incommodo atque exitio fore crediderit, nec animadverterit quantum in diſcrimen, præter inclytam famam bellis Polonico & Danico comparatam, Ditiones quoque ſibi per Aviam à Familia Clivienſi devolutas, & Sociorum Tuorum Dynaſtiis conterminas vocaret.

Cætera, quæ triceſimum annum Regni Tui plurimùm illuſtrant,

[a] Cod. Carol. epp. 21. 22. 47.

REX VICTORIOSISSIME[a], *non opus eſt perſequi. Quæ commemoravi, ſunt adeò illuſtria, vt omnium Imperatorum Regúmque Tricennalibus, quantocumque actis apparatu, Tua multò magnificentiora fiant. Ad horum quoque decus adornandum exciti prodeunt Majores Tui, quos quintus hic operis à me ſuſcepti Tomus repræſentat. Pleraſque gloriantur Tibi ſibíque laudes eſſe communes. In iiſdem triumpharunt Provinciis, quas Tuis nuperrimè Trophæis impleviſti; ſingularem cum Anglorum Regibus amicitiam mutuò coluerunt; componendis Italiæ motibus operam navarunt per Oratores;*

varias adverſùs fœderatos hoſtes Victorias reportarunt. At vbi contemplantur vel obſtacula quæ ſuperaſti, vel celeritatem quam adhibuiſti, Tibi longè ſe fatentur impares, & annuentibus cæteris Pippinus, quod olim de ſe ſcriptum accepit [a], *id Tuæ meliùs Majeſtati convenire palàm proclamat:* Omnes omnino Gentes, quæ ſuper faciem vniverſæ terræ conſiſtunt, compertum habent Tuum certamen, & Magnum Te ac Præcipuum Regem laudabiliter aſſerunt. *Vive multos in annos,* POTENTISSIME [b] REGUM, *& tantos inter applauſus, eâdem quâ quatuor anteriores Benignitate,*

[a] Cod. Carol. ep. 25.

[b] Ibid. ep. 19.

quintam hanc meæ lucubrationis partem ſuſcipe, quâ Tibi meam privatim lætitiam Tuis in Tricennalibus teſtari geſtio.

CHRISTIANISS. MAJESTATI TUÆ

Devotiſſimus ac fideliſſimus Cliens & Subditus,
CAROLVS LE COINTE, Congregationis Oratorij D. N. JESV CHRISTI Preſbyter.

Lutetiæ Pariſiorum,
Kalendis Maiis,
anno 1675.

REGES FRANCORVM.

TABVLA PRIMA;

A Priamo vſque ad obitum Clotarij I.

PRIAMVS Rex Francorum, anno 382.

MARCHOMIRES Rex Francorum, anno 389.

FARAMVNDVS Filius Marchomiris, Nepos Ptiami, regnare cœpit anno 417. obiit anno 426.

CLODIO poſt patrem regnauit anno 426. obiit an. 446.

MEROVEVS patri ſucceſſit anno 446. obiit anno 456.

CHILDERICVS regnum ſuſcepit anno 456. obiit an. 481.

CLODOVEVS regnum iniit anno 481. factus eſt Chriſtianus anno 496. obiit anno 511. Reliquit quatuot filios, qui paternam hæreditatem in quatuot partes diuiſerunt.

THEODORICVS Rex anno 511. obiit anno 534.

CLODOMERES Rex anno 511. vitam clauſit anno 524.

CHILDEBERTVS Rex anno 511. obiit anno 558.

CLOTARIVS Rex anno 511. totius Franciæ Monarchiam obtinuit anno 558. obiit anno 561.

THEODOBERTVS R. an. 534. obiit an. 548.

THEODOBALDVS I. Rex anno 524. deſiit viuere an. 526.

GVNTHARIVS Rex an. 524. deſiit viuere an. 526.

CLODOALDVS R. an. 524. regnum amiſit anno 526.

THEODOBALDVS II. R. an. 548. ob. an. 555.

TABVLA SECVNDA,

Ab obitu Clotarij I. vſque ad annum Chriſti DCXXXII.

CLOTARIVS I. obiit anno 561.

- CHARIBERTVS R. an. 561. obiit anno 567.
- GVNTCHRAMNVS R. an. 561. obiit anno 593.
- CHILPERICVS Rex anno 561. obiit an. 584.
  - CLOTARIVS II. Rex anno 584. totius Franciæ Monarchiam obtinuit anno 613. Dagobertum filium R. Auſtraſiæ præfecit anno 622. obiit anno 628.
    - DAGOBERTVS Rex Auſtraſiæ anno 622. Monarchiam Francorum obtinuit anno 628. partem Aquitaniæ Chariberto fratri dedit anno 629. iterum Monarcha factus eſt anno 630.
    - CHARIBERTVS II. R. anno 629. obiit anno 630.
      - CHILPERICVS II. Rex anno 630. obiit eodem anno.
- SIGIBERTVS Rex anno 561. obiit anno 575.
  - CHILDEBERTVS II. R. an 575. Guntchramno patruo ſucceſſit an. 593. obiit anno 596.
    - THEODOBERTVS II. Rex anno 596. obiit an. 612.
    - THEODORICVS II. Rex an. 596. fratri Theodoberto ſucceſſit anno 612. obiit anno 613.
      - SIGIBERTVS II. filius Theodorici II. natu maximus, Rex anno 613. extinctus eſt eodem anno.

TABVLA TERTIA,

Ab anno Chriſti DCXXXII. vſque ad annum DCLXXX.

DAGOBERTVS Francorum Monarcha Sigibertum filium Regem Auſtraſiæ præfecit anno 633. obiit anno 638.

SIGIBERTVS III. à patre conſtitutus eſt R. Auſtraſiæ anno 633. obiit anno 654.	CLODOVEVS II. R. an. 638. Monarchiam Francorum obtinuit an. 654. obiit an. 655.

DAGOBERTVS II. in Hiberniam ablegatus eſt an. 654. regnum Auſtraſiæ recuperauit an. 673. obiit anno 680.	CLOTARIVS III. Monarcha anno 655. Childerico fratri ceſſit Auſtraſiam an. 660. obiit anno 669.	CHILDERICVS II. Rex anno 660. Monarchiam Francorum obtinuit a. 669. obiit a. 673.	THEODORICVS III. Rex an. 673. extincto Dagoberto II Monarchiam Francorum obtinuit an. 680.

TABVLA QVARTA,

Ab anno Chriſti DCLXXX. vſque ad annum DCCXXXVII.

In qua Clodoueus II. eiúſque filius Childericus II. licèt ad tertiam Tabulam & ad tertium Volumen noſtrorum Annalium toti pertineant, denuò repetuntur, vt Chilperici Tertij genus innoteſcat.

CLODOVEVS II. de quo ſuprà, Tabulâ III.

CHILDERICVS II. de quo ſuprà, Tabulâ III.

THEODORICVS Monarchiam Francorum adeptus eſt anno 680. obiit anno 692.

CHILPERICVS III. poſt Dagobertum III. patruelis ſui Childeberti III filium, regnare cœpit anno 715. obiit an. 721.

CLODOVEVS III. Theodorico III. patri ſucceſſit anno 692. obiit anno 694.

CHILDEBERTVS III. Clodoueo III. fratri ſucceſſit anno 694. obiit anno 711.

CLOTARIVS IV. in Auſtraſia contra Chilpericum III. patruelem regnare cœpit anno 718. obiit anno 719.

DAGOBERTVS III. Childeberto III. patri ſucceſſit anno 711. obiit anno 715.

THEODORICVS IV. poſt Chilpericum III. patruelem aui ſui Childeberti III. regnare cœpit anno 721. obiit anno 737. pater extitit Childerici III. de quo, Tabulâ ſequenti.

TABVLA QVINTA,

Ab anno Chriſti DCCXXXVII. vſque ad annum DCCLXXI.

CHILDERICVS III. Theodorici IV. filius, poſt anarchiam ſeptem annorum incompletorum, regnare cœpit exeunte an. 745. Rex eſſe deſiit an. 752. cœlebs tum adoleſcentulus natus annos circiter 18.

HVC VSQVE MEROVEADÆ.

SEQVVNTVR CAROLINI.

PIPPINVS regnare cœpit an. 752. obiit an. 768.

CAROLVS patri ſucceſſit in partem Regni an. 768. poſt fratris obitum Monarchiam Francorum obtinuit an. 771.	CAROLOMANNVS poſt patrem cum fratre regnare cœpit an. 768. obiit an. 771.

GENVS
PIPPINI REGIS.

FERREOLVS, Præfectus Prætorio Galliarum ſub Honorio Auguſto, ætate Faramundi Regis Francorum.

TONANTIVS FERREOLVS, Auiti Imperatoris gener, Præfectus Prætorio Galliarum an. 451. cùm Attila Hunnorum Rex in Galliam irrupit.

TONANTIVS FERREOLVS II. natus eſt an. circiter 455.

ANSBERTVS.

S. ARNOALDVS.

S. ARNVLPHVS, Dodâ vxore in Monaſterium ſecedente, factus eſt Epiſcopus Metenſis an. 611. obiit an. 641.

ANSIGISILVS Dux, S. Arnulphi & Dodæ legitimus filius, Pippini Landenſis gener, obiit an. circiter 673.

PIPPINVS, cognomento Herſtallius, Maior-domûs, obiit an. 714.

CAROLVS, cognomento Martellus, Maior-domûs, obiit an. 741.

PIPPINVS natus an. 714. Rex Francorum cœpit eſſe an. 752.

ANNALES

ANNALES ECCLESIASTICI FRANCORVM.

ANDREAS DVCHESNIVS inter Hiſtoriæ Francicæ Scriptores [a] coæta- neos breuiſſima duo Chronica, quæ Iacobus Sirmondus [b] in notis ad li- teras à Gregorio Secundo Papa Carolo Duci ſeu Maiori-domûs directas iam laudarat, vnum ex Remenſi Monaſte- rio Sancti Remigij à Theodorico Ter- tio ad Pippinum vſque Regem, alte- rum ex Codice Tiliano à Clotario Se- cundo ad eiuſdem vſque Pippini mortem publicauit. Vtrobi- que poſt Theodorici Regis obitum, quo ſuperiorem Tomum clauſimus, Francia per aliquot annos caret Rege, ídque, quam- uis maximi prodigij loco fuerit, ante Sirmondum, qui noſtrâ ætate floruit, à quopiam Auctorum noſtrorum vel exterorum non legitur obſeruatum. I.

a Tom. 1. pag. 781.

b Tom. 1. Concil. Gall.

Eſt autem inter vtrumque Chronicon diſcrepantia non mo- dica. Remenſe ſic habet. *Theodericus regnauit annos* XVII. *An- nos* VII *interim alius Rex non regnauit. Hildericus Rex regnauit an- nos* IX. Tilianum verò ſic. *Theodericus regnauit annos* XVII. *Ca- rolus ſine alio Rege imperauit annos* IX. *Childricus regnauit annos* IX. Remenſe Tiliano præferendum duæ res omnino perſuadent, quia nec Carolus Theodorico Regi nouem annos ſuperſtes vi- xit, nec anni nouem à morte Theodorici Regis ad Childerici ſeu Childrici vel Hilderici Regnum effluxerunt. Obiit Theo- doricus anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-ſeptimo, menſe II.

Iunio. Mortuus eſt Carolus anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-primo, menſe Octobri. Regnum iniit Childericus exeunte anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-tertio.

III. Iuxta Remenſem igitur Codicem Chronologia ſic eſt inſtituenda. Theodoricus Quartus, qui Regnum anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo-primo ineunte ſuſcepit, è viuis exceſſit anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-ſeptimo, cùm annum Regni decimum-ſeptimum iam auſpicatus eſſet. Abhinc Francia ſine Rege fuit per annos ſex & ampliùs, id eſt, penè ad finem anni poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimi quadrageſimi-tertij. Tunc enim Childericus regnare cœpit, & Rex eſſe deſiit anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo, cùm annum Regni nonum adhuc numeraret.

IV. Poſt Theodorici Quarti mortem, Carolus Maior-domûs, etſi Franciam Rege tunc carentem regeret, publicis inſtrumentis annos ſui Maioratûs haud appoſuit, ſed annos ab eiuſdem Theodorici Regis obitu primum, ſecundum, & ſic de ceteris. Extat in Antiquitatibus [a] San-Dionyſianis exemplar donationis, quâ Carolus Maior-domûs Monaſterium Sancti Dionyſij locupletauit, die decimo-ſeptimo Septembris, anno *poſt defunctum Theodericum Regem* quinto. Integrum ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-primum deſcribemus. Hominem exuit Carolus menſe poſt donationem factam proximo, cùm idem annus poſt Theodorici Regis mortem quintus currebat. Hæc obſeruatio nos impulit, vt anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-ſeptimo, quo priorem Tomum terminauimus, duplicem Characterem præfigeremus, annum videlicet decimum-ſeptimum ſiue vltimum Theodorici Regis & annum primum poſt mortem eiuſdem Theodorici. Nec aliter agemus in annis ſubſequentibus. Annum enim Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum-octauum, qui Tomum hunc mox aperiet, partim anno poſt Theodorici Regis mortem primo, partim anno ſecundo poſt eandem mortem illigabimus, præpoſito quoque ad clariorem intelligentiam duplici Charactere, ne Chronologia poſt obitum Theodorici Regis ad Regnum vſque Childerici vacillare videatur.

[a] Lib. 3. c. 4.

ANNVS CHRISTI 738. P. M. THEODORICI IV. R. 1. 2.

AN. CH. 738. P. M. THEODOR. IV. R. 1. 2.

I. ANNO Chriſti ſeptingenteſimo duodequadrageſimo, vt Setarius [a], Brunnerus [b] & Adlzreitterus [c] teſtantur, Romam tertiò profectus eſt Bonifacius Archiepiſcopus, relictis in Haſſia, Francia, & Thuringia, viris egregiis, qui gentium nuper ad Chriſtianam fidem perductarum curam gererent. Qua de re ſic Willibaldus in eius vita. *Tertiò propter familiarem Sancti Apoſtolici Pontificis totiúſque Clericatûs communionem, diſcipulorum comitante cœtu, Romam venit, vt Apoſtolici videlicet Patris ſalubri frueretur colloquio, & Sanctorum ſe iam ætate prouectus orationibus commendaret. At vbi poſt immenſam itineris vaſtitatem Domino Apoſtolico Gregorio Iuniori Secundo præſentaretur, benignè ſuſceptus eſt ab eo, tantâ à cunctis tam Romanis quàm etiam aduenis veneratione habebatur, vt multi ad ſalutarem eius doctrinam confluerent. Francorum enim & Baioariorum, necnon ex Britannia aduenientium Saxonum, aliarúmque prouinciarum ingens ſedulò eius admonitioni adhærebat multitudo.* Per Gregorium Iuniorem Secundum intellige Gregorium Tertium, qui Gregorio Secundo, vt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum-primum Tomo ſuperiore dictum eſt, proximè ſucceſſit. Vterque enim horum Gregoriorum, vt à Gregorio Magno diſtinguatur, cognomen Iunioris gerit, & Gregorius Tertius, ne cum Gregorio Secundo confundatur, à Willibaldo Iunior Secundus dictus eſt. Per Francos non quoſlibet Francos, ſed Francos Orientales intellige, ſiue incolas Franciæ Orientalis, vbi Witzeburgum *.

[a] Not. 54. in vit. S. Boniſac.
[b] Lib. 5. n. 9.
[c] Part. 1. l. 7. n. 23.

BONIFACIVS ROMAM TERTIO PROFICISCITVR.

* *Vvirtzbourg.*

II. Bonifacius, cùm Romæ verſabatur, ad Preſbyteros, cœtúſque Monachorum ac Monialium, quos in prouinciis Germaniæ nuper ad Religionem Chriſtianam conuerſis reliquerat, has literas [d] direxit. *Dilectiſſimis filiis Geppan & Eoban, Tatuuino, & Wygberto, & omnibus fratribus ac ſororibus noſtris, Bonifacius ſeruus ſeruorum Dei, in Chriſto pura charitatis ſalutem. Notum ſit charitati veſtræ, & gratias agite Deo, quia cum proſperitate venientes ad limina beati Petri Principis Apoſtolorum, gratanter nos cum gaudio Apoſtolicus Pontifex ſuſcepit, & de Legatione noſtra læta reſponſa reddidit, & conſilium & præceptum dedit, vt iterum ad vos reuertamur, & in cœpto opere perſiſtamus. Nunc autem hic expectantes Sacerdotum concilium vel Synodi conſultum, adhuc ignoramus, quando hoc fieri faciat Apoſtolicus Pontifex. Sed eo finito, Deo volente, & vitâ comite, ad veſtram præſentiam feſtinabimus. Hoc autem ſcientes, nos cum fraterna charitate & fidei vnitate expectate, alter alterius onera portantes, & ſic adimplebitis legem Chriſti, & gaudium noſtrum renouabitis. Valete in Chriſto, & orate pro nobis.* Ex illis literis, quæ Concilij Romæ in cauſa Germanicarum gentium habiti mentionem faciunt, deprehenditur feruentiſſimus Gregorij Papæ zelus, vt populi, qui nuperrimè Chriſto nomen dederant, in fide magis confirmarentur. Idem Gregorius Bonifacio permiſit, vt Preſbyterum, qui ſibi ſuccederet in Eccleſiaſticum miniſterium, eligeret. Hoc ipſemet Bonifacius [e] docet in ſuis ad Zachariam Gregorij ſucceſſorem literis. *Venerandæ*, inquit, *memoriæ præceſſor veſter, ſicut audiſtis, in præſentia veſtra mihi præcepit, vt Preſbyterum poſt obitum meum, Deo volente, in Eccleſiaſtico miniſterio hæredem & ſucceſſorem conſtituere deberem.*

[d] Ep. 27.

SCRIBIT PRESBYTERIS, MONACHIS ET MONIALIBVS IN GERMANIA RELICTIS.

[e] Ep. 132.

III. Romæ tunc erat Winnibaldus ſeu Winibaldus aut Wunebaldus ſiue Wunibaldus aut Bunebaldus Bonifacij propinquus. Habita inter vtrumque colloquia maximo Chriſtianæ Religionis emolumento. Simul enim profecti

COLLOQVITVR CVM WVNSBALDO PROPINQVO.

AN. CH. 738. P. M. THEODOR. IV. R. r. 2. IV.

ſunt in Germaniam. Sed antequàm illorum iter deſcribamus, operæpretium eſt nonnulla præmittere, quæ cùm ad Winibaldi primordia, tum ad Chronologiam illuſtrandam pertinent.

RICHARDI SVBREGVLI FILIO, WILLIBALDI ET WALPVRGIS FRATRE.

In Hiſtoria Eccleſiaſtica gentis Anglorum, Subreguli vocantur qui poſt Conwalchi Regis obitum, donec Ceadualla Regnum capeſſeret, adminiſtrationem Occidentalis Saxoniæ geſſerunt. *Cùm mortuus eſſet Conwalch*, inquit Beda [a], *acceperunt Subreguli regnum gentis, & diuiſum inter ſe tenuerunt annis circiter decem.* Et paulò pòſt. *Deuictis atque amotis Subregulis Ceadualla ſuſcepit imperium.* In iſtorum Subregulorum numero collocamus Richardum Winibaldi patrem, quem multi Scriptores necnon Eccleſiaſticæ Tabulæ Regem vocant, at impropriè, cùm nullus in tota Britannia per illa tempora Richardus regnarit. Tres Richardo proles fuerunt, Willibaldus Epiſcopus, Winibaldus Abbas & Walpurgis Abbatiſſa, quorum vitæ apud Caniſium [b] leguntur ab antiquis Auctoribus conſcriptæ, patris verò nequaquam. Quapropter Bollandus ſeptimo Idus Februarij, quo die memoria Sancti Richardi celebris eſt in Tabulis Eccleſiaſticis, eius vitam ex Actis Sanctorum Willibaldi & Wunebaldi præcipuè colligit.

[a] Lib. 4. c. 12.

[b] Tom 4. antiq. Lect.

V. Willibaldus & Wunebaldus fratres auctores Richardo patri fuerunt obeundarum peregrinationum. Patriam ſuam, id eſt, Saxoniam Tranſmarinam, æſtate imminente, deſeruerunt. Nauigio delati ſunt ad oſtium *Sigonæ* ſeu Sequanæ. Tum peruenerunt *Rotum* ſeu *Rotumacum*, id eſt, Rotomagum. Peragratâ Galliâ ſuperatiſque Alpibus Italiam ingreſſi ſunt, & Richardus morbo correptus obiit Lucæ *. Sepulto patre, itineri rurſum ſe dederunt fratres, Romam versùs, ibique *manſerunt à Natiuitate Sancti Martini vſque ad aliud Solemnitatis Paſcha.* Bollandus [c] peregrinationem anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo-primo cœptam, & anno proximo propter obitum Sancti Richardi retardatam ſcribit. Nos illam epocham vno anno præuertendam ducimus, atque ex reliqua Willibaldi peregrinatione ac vitæ decurſu Chronologiam noſtram ſic confirmamus.

* Luques.

[c] d. 7. Febr. in comment. præuio vit. S. Richardi, n. 10.

VI. Willibaldus è domo ſeu patria primùm egreſſus eſt anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo. Romam cum fratre, circa feſtum beati Martini, peruenit anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo-primo. Ibi reſiduum anni necnon annum ſequentem tranſegit cum initio anni poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimi viceſimi-tertij. Nam *creſcente æſtatis caumate* ſeu calore, *quæ ſolet præſaga futura eſſe febris, magnâ corporis illicò* correptus eſt *moleſtiâ*, currente tum annò Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo-ſecundo, annóque poſtero *tranſactis Dominici Paſchatis Solemnitatibus* in Orientem profectus eſt. Poſt annos ſeptem rediit in Italiam, & in Caſinenſi Monaſterio ſancti Benedicti conſedit. *Tunc erat autumnus, quando venit ad Sanctum Benedictum. Et tunc erant ſeptem anni, quòd de Roma tranſire cœpit.* Agebatur igitur annus Chriſti ſeptingenteſimus triceſimus. Manſit apud Caſinum Willibaldus annos decem. *Tranſactâ decem annorum intercapedine*, ſiue anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo, Romam venit *in Natiuitate Sancti Andreæ*, & hortatu Gregorij Tertij Papæ contendit inde in Germaniam, vt Bonifacium propinquum ſuum vices illic Apoſtolicas agentem adiret iuuarétque. Iter autem ſic inſtituit. *Veniebat ad Lucam, vbi pater eius requieſcebat. Et inde venit ad Ticinam vrbem. Et inde venit ad vrbem Brixiam. Et inde venit ad locum, qui dicitur Charinta, & tunc venit ad Ducem* Boioariæ *Odilauem, & ibi fuit vnam Hebdomadam. Et inde venit ad Suitgarium, & ibi fuit vnâ hebdomadâ. Et inde perrexerunt ad Linthrath Suitgarius & S. Willibaldus ad S. Bonifacium. Et miſit illos S. Bonifacius ad Eyſtet, vt videret, quomodò ſibi placeret. Illam regianem Eyſtet Suitgarius tradidit S. Bonifacio, in redemptionem animæ ſuæ. Et Sanctus Bonifacius tradebat S. Willibaldo illam regionem, quæ adhuc tota erat vaſtata. Cúmque ibi duo manerent ſimul ad Eyſtet aliquantum temporum indutium, S. Willibaldus atque Suitgarius, almúmque ibi habitationis locum explorando eli-*

AN.CH. 738. P. M. THEODOR. IV. R. 1. 2.

gerent, poſteà iterum pergebant ad S. Bonifacium ad Friſingam, & ibi erant cum illo, vſquedum omnes ſimul iterum veniebant ad Eyſtet. Et ibidem tunc S. Willibaldum conſecrauit Sanctus Bonifacius in Presbyteralis dignitatis gradum. Ipsâ die, quâ S. Willibaldus conſecratus eſt in Presbyteratum, XI. Calendas Auguſti fuit, ad Natalem ſancta Maria Magdalena & ſancti Apollinaris, anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-primo. *Et poſtquàm vnius anni tranſibat circulus,* id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo, *Sanctus Bonifacius pracepit, vt in Thuringiam ad ſe veniret. Statímque venerandus ille vir Dei Sanctus Willibaldus, ſecundùm iuſſionem ſancti Bonifacij, in Thuringiam veniebat, & in domo fratris ſui Wunebaldi hoſpitalitatis manſionem habebat, quia iam illum priùs octo annorum ſpatio, & nono dimidio, ab eo, quo de Roma pergebat, non vidit. Illud fuit autumnale anni tempus, quando Sanctus Willibaldus veniebat in Thuringiam. Statímque poſteaquàm illuc veniebat ſanctus Bonifacius Archiepiſcopus, atque Sanctus Burchardus & Wizo ſacra Epiſcopatûs authoritati illum ordinando conſecrauerunt. Sanctus Willibaldus, quando in Epiſcopatum conſecratus erat, habebat quadraginta annos & vnum. Et tunc erat autumnale tempus circa illam ferè horam, tribus hebdomadibus ante Natale Sancti Martini in Epiſcopatum conſecratus eſt.* Hæc omnia leguntur in itinerario Sancti Willibaldi ab eius conſanguinea Heidenheimenſi Monacha conſcripto, necnon iſta paucis interiectis. *Quodraginta & vnius annorum ætate iam gnarus & grandæuus ſacri Epiſcopatûs gradum accepit.*

VII. Philippus Eyſtadienſis Epiſcopus & Gretſerus eius commentator, quos Bollandus in commentario [a] prævio vitæ [b] Sancti Richardi ſequitur, Willibaldum anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quinto Eyſtadienſem Epiſcopum ordinatum volunt. At hæc opinio ſtare non poteſt, quia Willibaldus iam factus Epiſcopus interfuit Concilio, quod vndecimo Kalendas Aprilis anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-tertio celebratum probabimus. Ex literis autem, quas anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo Bonifacius Archiepiſcopus poſt initum cum Carlomanno Maiore-domûs colloquium Zachariæ Romano Pontifici ſcripſit, vt eum cùm de ſpe habendæ Synodi, tum de tribus Epiſcopatibus, apud *Wirzburg*, apud *Buriburg*, & apud *Erphesfurt*, à ſe nuper erectis certiorem redderet, conſtat Epiſcopatum Eyſtadienſem tunc nondum inſtitutum fuiſſe, quia nullam illius mentionem fecit. Nec obiicere quis poteſt Eyſtadienſem Epiſcopatum, quòd antiquior eſſet, in prædictis literis à Bonifacio prætermiſſum eſſe. Burchardus enim, quem nouiſſimè Bonifacius primum apud *Wirzburg* Epiſcopum conſtituerat, Epiſcopali dignitate priùs gaudere cœpit, quàm Willibaldus à Bonifacio Epiſcopus ordinaretur, vt ex Actis eiuſdem Willibaldi ſuprà citatis liquet. Dubium igitur eſſe nemini debet, quin Willibaldus anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo promotus ſit ad Epiſcopatum.

[a] Num. 11.
[b] d. 7. Febr.

VIII. Iam verò, ſi Willibaldus, cùm factus eſt Epiſcopus, annos vnum & quadraginta natus erat, lucis vſuram accepit anno Chriſti ſeptingenteſimo primo, ac nouemdecim annorum ætate iam grandæuus anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo peregrinationem, ex Anglia cum patre Richardo ac fratre Wunibaldo ſuſcepit. Bollandus ætatem illam Wunibaldo tribuit, & Willibaldum triennio iuniorem fratre putat. In commentario enim ſuprà nominato, quem vitæ S. Richardi præpoſuit, ait *S. Wunibaldum circa annum Chriſti* DCCI *natum eſſe, & S. Willibaldum fratrem circa annum* DCCIV. Ita cenſet, quoniam Acta Sancti Wunibaldi, quibus vtitur, apud Caniſium depravata reperit. Ibi Wunibaldus in procinctu peregrinationis exhibetur *nondecim annorum ætate iam grandæuus.* Vox *nondecim* corrupta. Bollandus reponit *nouemdecim*, fatetur [c] tamen *vndecim* in Augienſi Codice manuſcripto legi. Genuina nobis videtur hæc lectio. Willibaldus enim, quotieſcumque de vtroque ſermo fit, ante fratrem nominatur, vnde colligas eum Wu-

[c] In not. ad vit. S. Richardi, d. 7. Febr.

AN. CH. 738. P. M. THEODOR. IV. R. 1. 2.

nibaldo ſeniorem fuiſſe. Nouemdecim annorum erat Willibaldus, Wunibaldus vndecim, cùm è patria primùm egreſſi ſunt. Hæc aſſertio de ætatate Willibaldi non tantùm ex eo probatur, quòd ordinatus eſt Epiſcopus, cùm annos natus eſſet vnum & quadraginta, ſed etiam ex eo confirmatur, quòd è Britannia ſoluiſſe dicitur, *cùm ad lanuginem & pubertatis adoleſcentiam perueniſſet*, adoleſcens enim annorum nouemdecim illâ phraſi non malè depingitur. In Actis autem Sancti Wunibaldi, quod annum natiuitatis indicare poſſit, nihil occurrit præter textum ſuprà deſcriptum, qui corruptus eſt apud Caniſium, & ex Augienſi Codice debet emendari, voce *nundecim*, quæ depranata eſt, in vocem *vndecim*, quæ probatiſſima eſt, conuenientiſſimè mutatâ.

IX. MVLTIS PEREGRINATIONIBVS ILLVSTRI.

Wunibaldus igitur in lucem editus eſt anno Chriſti ſeptingenteſimo nono. Peregrinari cum patre ac fratre cœpit anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo, natus annos tunc vndecim. *Tranſactis ſeptem annorum curriculis*, id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo-ſeptimo rediit in patriam. Deinde Romam, incertum quo anno, rurſum perrexit, ibíque manſit ad annum hunc vſque Chriſti ſeptingenteſimum duodequadrageſimum, quo Bonifacium propinquum ſuum in Germaniam reuertentem comitatus eſt.

X. EO COMITANTE REDIT PER LONGOBARDIAM.

In Actis Sancti Wunibaldi, de itinere quod Româ in Thuringiam vſque cum Bonifacio Archiepiſcopo confecit, hæc leguntur. *Perrexerunt illi per ardua Alpium alta, per prærupta montium, per plana camporum, per alta Longobardorum limina, per varias Baioariorum villas, per Germaniæ terminorum tellures vſque in Thuringiam, & illic venientes ponliſper laſſata de itinere requieſcebant membra.* Nec ab illis Actis diſcrepat Willibaldus ipſius Wunibaldi frater, cùm de reditu Sancti Bonifacij in Germaniam ſic in eius vita loquitur. *Cùm non minimum anni ſpatium in his moraretur regionibus, & Sanctorum peragrando atque orando circuiſſet Reliquias, tunc quippe reſalutato venerando viro ac Sedis Apoſtolicæ Pontifice, cum muneribus & Reliquiis Sanctorum honorificè ditatus remeauit. Italiámque perueniens Ticinæ * vrbis ingreſſus mœnia, apud honorandum Longobardorum Ludbrandum Regem, iam ſenio feſſis membris, requieſcebat, & recedens non ſolùm inuitatus Baioariorum ab Odilone Duce, ſed & ſpontaneus viſitauit incolas, manſitque apud eos diebus multis.* Natus erat annos tres & ſexaginta. Sub huius anni finem peruenit in Boioariam. Ita cenſet Serarius [a], cui libenter aſſentimur. Quidam eius reditum in annum ſequentem reiiciunt, quo Hugibertum Boioariæ Ducem mortuum contendunt. At annus, quo prædictus Hugibertus interiit, apud Auctores eſt valdè incertus. A Gewoldo [b] & Adlzreittero [c] tres proferuntur opiniones. Vna eſt eorum, qui mortem Hugiberti Ducis illigant anno Chriſti DCCXXXV, corruptè apud Adlzreitterum DCCXXV. Altera eſt Arenpeki, qui vitam Hugiberti Ducis ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum-nonum prorogat. Tertia eſt Steindelij, qui mortem eiuſdem Hugiberti conſignat anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo. Nullam illarum probamus. Exiſtimamus enim Bonifacium exeunte anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-octauo in Boioariam reuerſum eſſe, cùm Vtilo ſiue Otilo vel Odilo in Boioariæ adminiſtrationem Hugiberto iam ſucceſſiſſet.

* Pavie.

a Not. 54.

b In Addit. ad Ep. Friſing.

c Part. 1. l. 7. n. 24.

XI. CVM EPISTOLIS APOSTOLICIS

Bonifacius Româ diſceſſurus ab eodem Gregorio tres epiſtolas accepit, quarum prima Prælatis & Preſbyteris omnium prouinciarum inſcribitur, altera Optimatibus ac populo Germaniæ, tertia Epiſcopis in Alemannia & Boioaria conſtitutis. Editæ ſunt autem cum Bonifacianis [d], necnon in ipſius Bonifacij vita [e] per Othlonum conſcripta.

d Epp. 127. 125. 129.

e L. 1. cc. 36. 37. 35.

XII. AD EPISCOPOS, PRESBYTEROS ET ABBATES.

Prima talis eſt. *Gregorius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilectiſſimis nobis omnibus Epiſcopis, venerabilibus Presbyteris, religioſis Abbatibus omnium prouinciarum. Domino cooperante & ſermonem confirmante, præſens ſanctiſſimus vir Bonifacius, frater ac Coepiſcopus noſter, à deceſſore noſtro ſanctæ recordationis Præſule Gregorio in Germaniæ partes miſſus prædicare verbum Dei, poſt multùm temporis,*

*orationis cauſâ, liminibus ſacris beatorum Apoſtolorum Petri ac Pauli præſentandus aduenit. Qui, perfectâ oratione, ad acceptum laborem, Angelo Domini præueniente, à nobis eſt abſolutus. Cui veſtra * omnium dilectio, ſeu reuerentia, & religioſitas. propter Chriſti amorem, iuuamina impendere dignetur, dum & agnoſcitis, quæ Dominus noſter Ieſus Chriſtus promiſit, dicens. [Qui ſuſcipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet, & qui ſuſcipit Iuſtum in nomine Iuſti, mercedem Iuſti accipiet.] Et ſi forſan quis ex veſtris miniſtris ſeſe ipſi ſanctiſſimo viro in miniſterio exhortationis ſanctæ Catholicæque fidei adiungere voluerit, nullo modo prohibeatis, chariſſimi, ſed magis concurſum præbete, & ex veſtro ouili adiutores ei tribuite, qui poſſint per Dei gratiam ſufficienter gentibus miniſtrare verbum prædicationis, vt Omnipotenti Deo noſtro animas lucrifaciant, & vt veſtra communitas boni operis portionem ſortiatur, atque illi mereantur Dominicam vocem audire. [Vos, qui reliquiſtis omnia, & ſecuti eſtis me, centuplum accipietis, & vitam æternam poſſidebitis.]* Gregorius vt in harum literarum apicibus Epiſcopos *dilectiſſimos*, Preſbyteros *venerabiles*, Abbates *religioſos* dixit, ſic & eorum, nempe Epiſcoporum, *dilectionem*, Preſbyterorum *reuerentiam*, Abbatum *religioſitatem* ad iuuamen Bonifacio impendendum poſteà hortatus eſt. Quoniam autem eædem literæ ad omnes Epiſcopos, Preſbyteros, atque Abbates omnium prouinciarum ſeu nationum dirigebantur, peragraſſe Longobardiam, & Ticinum vbi Regiam Sedem Rex Longobardorum collocarat, adiiſſe videtur Bonifacius, vt, ſi quos poſſet, è Longobardia cooperatores in Boioariam ſecum abduceret.

AN. CH. 738.
P. M. THEODOR. IV.
R. L. 2.
* Serarius malè *noſtra*.

XIII. Alterius epiſtolæ ad Optimates & populum Germaniæ talis eſt inſcriptio. *Gregorius Papa, vniuerſis Optimatibus; & populo prouinciarum Germaniæ, Thuringis, & Heſſis, Bortharis, Niſtreſis, Wedrenis, & Lognais, Suduodis, & Grabfeldis, vel omnibus in Orientali plaga conſtitutis.* Nota ſunt nomina Thuringorum & Heſſorum, cetera populorum ſunt Thuringis & Heſſis adiacentium. *Borthari*, quorum præcipuum oppidum *Buriburg*, ſeu *Buraburg*, aut *Buriaberg*, vel *Boraburg*, hodie redactum ad leuia rudera, poſiti ſunt Friteſlariam inter & Padebornam *. *Niſtreſi* ſeu Neuſtreſij ſunt in Occidentali plaga. *Wedreui* ſeu Wederaui, quorum regio Wederauia *, vicini ſunt Moguntinis, & ab amne Wedera nomen accipiunt. *Lognai* ſunt in eadem Wederauia, fluuij, qui Longana, vulgò *Logn*, dicitur, accolæ. *Suduodi* ſunt in Auſtrali plaga, quaſi Suduuohni, id eſt, Auſtrales habitatores. *Grabfeldi*, Binio Graueldi, Serario Graffeldi, Annaliſtæ [a] Fuldenſi Grapfeldi, non longè diſtant à Moguntinis, vt ex eodem Annaliſta liquet, in Diplomate [b] quoque Caroli Magni *Monaſterium Fuldenſe*, quod intra Buchoniam eſt, *conſtructum* dicitur *in pago Grabfeldico*, & in hodierna Franconia nunc etiam ſupereſt *Kunigshofen in Grabfeld*. Denique populis ſuprà nominatis adiunguntur omnes, qui ſunt *in Orientali plaga* conſtituti, nam *vel* illo loco non eſt disiunctiua coniunctio ſed copulatiua, & *vel omnibus* idem eſt ac *& omnibus*. Lege Serarium in notis ad hanc epiſtolam [c] & ad vitam [d] Sancti Bonifacij.

AD OPTIMATES ET POPVLVM GERMANIÆ,
* *Paderbornæ.*
* *La Veterauie.*
[a] Ad an. 850.
[b] Ap. Brower, in Antiquit. Fuldenſ. lib. 2, cap. 2.
[c] In ep. 118.
[d] Not. 29.

XIV. Inſcriptione, quæ non parum difficultatis in ipſis gentium Germanicarum nominibus pati videbatur, ſic explicatâ, totam nunc epiſtolam accipe. *Quoniam deceſſor noſter ſanctæ recordationis Gregorius Præſul nutu diuino motus, ad faciendam Deo plebem perfectam, præſentium portitorem literarum Bonifacium, Reuerendiſſimum fratrem noſtrum ac Coepiſcopum ordinans ad vos vſque deſtinauit, eúmque Regulam Apoſtolicæ & Catholicæ fidei Romanæ, cui Deo auctore deſeruimus, Eccleſiæ edocens direxit, & poſt temporum ſpatia, orationis cauſâ, ad limina beatorum Principum* [1] *Apoſtolorum ſeſe præſentauit, & quæ ad ſalutem animarum pertinent, à nobis expoſcit imbui, nos Deo fauente, vt ſacra docet Scriptura, eum edocentes* [2]*, ad vos, chariſſimi, remeandum abſoluimus* [3] *hortantes vos in Domino, vt dignè ſuſcipiatis ab eo verbum exhortationis, & Epiſcopos vel* [4] *Presbyteros, quos ipſe ordinauerit* [5] *per Apoſtolicam ſibi datam auctoritatem, in Eccleſia miniſ-*

1. Othlono deeſt *Principum.*
2. Othlono *educantes.*
3. Baronio *voluimus.*
4. Serario &.
5. Othlono *ordinauit*

AN. CH. 738. P. M. THEODOR. IV. R. 1. 2.

terio recipiatis. Et ſi [6] *quos forſan deuiantes inuenerit à recta fidei tramite ſeu Canonica doctrina, eóſque prohibuerit, à vobis nullo modo impediatur, & quod eis impoſitum fuerit, obediendo propter Deum ſuſcipiant. Nam qui temerator extiterit ad obediendum, ſibimetipſi* [7] *damnationem acquirit. Vos autem, chariſſimi qui in nomine Chriſti baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis, abſtinete* [8] *ab omni cultu paganorum, non tantùm voſmetipſos corrigentes, ſed & ſubditos veſtros. Diuinos vel* [9] *ſortilegos, vel ſacrificia mortuorum, ſeu lucorum, vel fontium, auguria, vel phylacteria, & incantatores, &* [10] *maleficos, & obſeruationes ſacrilegas* [11]*, quæ in veſtris finibus fieri ſolebant, omnino reſpuentes atque abiicientes totâ mentis intentione ad Deum conuertimini, ipſum timete, adorate & honorificate, Sanctorum memoriis communicantes, vt ait Apoſtolus. Si enim fides* [12]*. Domino* [13] *dicente fuerit vt* [14] *granum ſinapis, dicetis* [15] *monti huic, tranſi* [16] *hinc, & transferetur. Ipſe enim Dominus* [17] *Deus & Saluator noſter Ieſus Chriſtus in ſuo ſacro eloquio inquit dicens.* [*Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua.*] *Et iterum.* [*Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, & ego confitebor eum coram Patre meo, qui in cælis eſt.*] *Item* [18] *alibi promittit dicens.* [*Quodcumque petieritis patrem in nomine meo, fiet vobis.*] *Et iterum.* [*Petite, & accipietis; quærite, & inuenietis; pulſate, & aperietur vobis. Omnis enim, qui petit, accipit; & qui quærit, inuenit; & pulſanti aperietur.*] *Et vos, chariſſimi, facite fructus dignos, vt in die aduentûs Domini noſtri Ieſu Chriſti ſidereas adipiſci* [19] *mereamini manſiones. Bene valete.* De variis ethnicorum ritibus, quos hac epiſtolâ Gregorius inſectatur, actum alibi, nec hîc quidquam repetendum videtur.

XV. Tertiarum literarum inſcriptio apud Othlonum talis eſt. *Dilectiſſimis nobis Epiſcopis in prouincia Bagoariæ & Alemanniæ conſtitutis, Wigoni, Luidoni Rudolto, & Viuilo, ſiue Adde* [20]*, Gregorius Papa.* Valdè deprauata eſt in editione Antonij de Aquino. Quam Othlonus prouinciam *Bagoariæ* dixit; editiones Biniana & Baroniana prouinciam *Boioariæ;* Suriana prouinciam *Baioariæ*, Serariana & Sirmondana prouinciam *Baioariorum* vocarunt. In tota Boioaria ſuperèrat vnus Epiſcopus, nomine Viuilus, quem Gregorius Papa nuper ordinarat, vt anno priori dictum eſt. Quatuor igitur alij pertinebant ad Alemanniam, de cuius amplitudine ac diuiſione ſæpè diſſeruimus. Imprimis Wigo, Serario Viggo, idem eſt ac Wicho, qui Diœceſim Auguſtanam * ab anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-tertio ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-primum gubernauit. Luido Nemetenſis Epiſcopus nobis videtur, qui variis quoque nominibus dictus inuenitur, Lato, Latto, Iatto, Hatto, & Epiſcopatum ab anno Chriſti circiter ſeptingenteſimo triceſimo ad annum vſque Chriſti circiter ſeptingenteſimum quadrageſimum-primum tenuit. Rudoltus, Serario Rydoltus, Binio & Baronio Rodulphus, Sirmondo Rodulfus, Conſtantienſis eſt Epiſcopus, cui locus poſt Audonium tribuendus, vt obſeruatum Tomo ſuperiore. Denique Adda idem eſt ac Heddo Argentoratenſis Epiſcopus, de quo ſæpè iam locuti ſumus loquemúrque.

AD EPISCOPOS BOIOARIÆ ET ALEMANNIÆ.

XVI. Sequitur literarum contextus in hunc modum. *Catholica & Sanctorum Patrum auctoritas iubet, vt bis in anno pro ſalute populi Chriſtiani, ſeu exhortatione adoptionis filiorum, Synodalia debeant celebrari, vt cauſarum Canonicarum examinatio prouenire poſſit, atque vt vnicuique, prout neceſſitas vniuſcuiuſque popoſcerit, piâ indicatione* [1] *ſubueniatur. Vnde ſecundùm Apoſtoli doctrinam admoneo & hortor* [2] *vos, chariſſimi, per miſericordiam Dei, vt dignè ambuletis eâ vocatione, quâ vocati eſtis, vt miniſterium veſtrum perfectum ſit coram Domino. Opportunum namque eſt, vos noſſe fratrem ac Coepiſcopum noſtrum, præſentem Bonifacium, noſtram agentem vicem, cum digno & debito honore pro Chriſti nomine ſuſcipere, & miniſterium Eccleſiaſticum cum fide Catholica ſecundùm morem & normam ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Dei Eccleſiæ, cui, miſericordiâ Dei præueniente, præeſſe videmur, ſicut Apoſtolicâ auctoritate à nobis deſtinatus eſt, ab eo ſuſcipientes, dignanter teneatis, & gentilitatis ritum & doctrinam, vel venientium Britonum,*

vel

6. Serario deeſt *ſi*
7. Serario *ſibi ipſi*
8. Serario *abſtinete & prohibete voſmetipſos.*
9. Baronio *diuinos autem & ſortilegos.*
10. Serario *veneficos, id eſt, maleficos.*
11. Othlono *varias.*
12. Othlono *fides veſtra.*
13. Othlono *iuxta Domini noſtri dicta*
14. Othlono *ſicut*
15. Othlono *diceretis*
16. Othlono, *tollere & mittere in mare*
17. Othlono *Dominus & Saluator noſter in ſuo ſacro eloquio docet, dicens*
18. Serario, *inde & in alio loco promiſit*
19. Serario *mereamini adipiſcere.*
20. Alias, *Adda.*
* *d'Ausbourg.*
1. Serario *educatione* Othlono *pia educatio agatur.*
2. Othlono *adhortor.*

AN. CH. 738. P. M. THEODOR. IV.

vel falſorum Sacerdotum, & hæreticorum, aut vndecunque ſint, renuentes ac prohibentes, abiiciatis; & vt populum vobis à Deo commiſſum piis admonitionibus edoceatis, & à ſacrificiis mortuorum omnino abſtineatis, & iuxta quod fueritis à prædicto noſtro Conſacerdote edocti, ita Catholicam & Apoſtolicam doctrinam tenentes, Domino Deo & Saluatori [1] noſtro placere ſtudeatis, & in quo vobis loco ad celebranda Concilia conuenire mandauerit, ſiue iuxta Danubium, ſiue in ciuitate Augusta, vel vbicunque indicauerit [4], pro nomine Chriſti parati eſſe inueniamini, quatenus cognoſcamus per eius mandatum de veſtro conuentu, vt in die aduentûs Chriſti Ieſu, cum fructu boni operis ante eius tribunal aſſiſtere mereamini, dicentes, ecce nos, & pueri, quos dediſti nobis, Domine, non perdidimus ex eis quenquam; vt & vos Dominicam vocem audire mereamini, dicentem. [Venite, benedicti patris mei, percipite Regnum, quod vobis paratum eſt ab origne mundi.] De rebus in hac epiſtola contentis & procurante Bonifacio executioni poſteà mandatis agemus anno ſequenti.

R. 1. 2. 3. Othlono Deo ſalutari. Baronio Deo Saluatori. 4. Othlono indicauerit.

XVII. SAXONES FIVNT TRIBVTARII.

Interim Carolus hoc anno bellum in Saxonia geſſit. Qua de re ſic Annales Nazariani & Petauiani. DCCXXXVIII. *Karolus intrauit in Saxoniam.* Fuſiùs Metenſes. *Anno* DCCXXXVIII. *Karolus Princeps Rhenum tranſiens, Saxoniámque hoſtiliter inuadens, Saxones obſidibus acceptis propria ditioni reſtituit, ipsóſque iterum ſibi tributarios fecit.*

XVIII.

Ter tantùm Carolus bellum Saxonibus intulit; ſemel anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo-octauo, iterum anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo, denique anno Chriſti ſeptingenteſimo duodequadrageſimo.. Hæc conſtant ex Annalibus Nazarianis. Plures à Carolo contra Saxonum gentem ſuſceptas expeditiones non agnoſcit Nicolaus Fabricius [a], ſed eas perperam reiicit in annos Chriſti ſeptingenteſimum viceſimum-tertium, ſeptingenteſimum viceſimum-ſeptimum & ſeptingenteſimum quadrageſimum. Totidem præliis victi Saxones. Rem Francis benè ceſſiſſe credimus, quòd aduersùs idololatras contumaces pro Sacris & Religione dimicauerint. Fabricius poſtremam pugnam *ad Luppam fluuium* commiſſam obſeruat, & ex Georgio Rixnero refert Ditericum Saxoniæ Regem obiiſſe paulò pòſt animi dolore, quòd tribus vicibus debellatus antiquâ libertate non frueretur; agro enim Saxonico oppidíſque vaſtatis, ne rerum à Francis præclarè geſtarum memoria periret, genti Saxonum impoſitum tributum; néue rebellionem tentaret, obſides imperati. Florebat Georgius Rixnerus ſub Maximiliano Primo Cæſare, cuius Caduceator, vel, vt nunc vocant, Heroldus, fuit. Sed quæcumque vel ab illo, vel ab aliis de primis Saxonum Regibus Sighardo eiúſque filio Diterico ſcripta ſunt, nullius ſunt apud nos auctoritatis, quia nec illigantur rectæ Chronologiæ, nec ſynchronis Scriptoribus conſentiunt. Anonymus [b], qui Geſta Regum Francorum conſcripſit, multa de rebellione Saxonum & de nece Berthoaldi Ducis ſub annum commentus eſt, quo Clotarius Francorum Rex Dagobertum filium Auſtraſiis Regem præfecit, id eſt, ſub annum Chriſti ſexcenteſimum viceſimum-ſecundum, quo Dagobertus Magnus, Clotario patre ſuperſtite, in Auſtraſia regnare cœpit. Fabricius vult Sighardum, Bertholdo ſeu Berthoaldo Saxonum Duce interfecto, conſultaſſe de ſuorum libertate, magnam autem cladem à Dagoberto paſſum ſubdit Auctor Originum Saxonicarum, cuius quoque rei nullam mentionem in Annalibus & Hiſtoriis Francorum inuenimus. Apud Rixnerum Sighardus Regnum init anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-tertio, regnat annos duodeſexaginta, moritúrque anno Chriſti ſexcenteſimo nonageſimo-primo; in libro Originum Saxonicarum, Rex perhibetur anno Heraclij Imperatoris viceſimo, qui partim anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo, partim anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-primo illigatur. Si regnum eodem, quo prædictus Dagobertus, tempore ſuſcepit, Rex eſſe cœpit anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-ſecundo. Abhinc autem ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum, quo Rixnerus Ditericum mor-

[a] Lib. 1. Orig. Saxon.

[b] Cap. 42.

AN. CH. 738. P. M. THEODOR. IV. R. 1. 2.

tuum tradit, anni numerantur octodecim completi ſupra centum, quis tanto temporis ſpatio Sighardum eiúſque filium Ditericum regnaſſe credat? Præterea Beda, qui finem Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Anglorum, anno Chriſti ſeptingenteſimo tricesimo-primo, impoſuit, docet [a] rerum Saxonicarum ſummam ex antiquo more non penes vnum Regem, ſed penes Satrapas plurimos eſſe, *qui ingruente belli articulo mittunt æqualiter ſortes, & quemcumque ſors oſtenderit, hunc tempore belli Ducem omnes ſequuntur, & huic obtemperant. Peracto autem bello, rurſum æqualis potentiæ omnes fiunt Satrapæ.* Idque non parum confirmant Auctores etiam recentiores, à quibus, teſte Fabricio, *Edelhardus, Diterici filius natu maior, & patris ſucceſſor, Angariorum *, Iburgi * & Oſuaburgi * Dux*, ſiue, vt interpretamur, Satrapa, *ſcribitur.* Spatioſior enim erat Saxonia, nec vrbibus oppidiſque tam paucis tota continebatur, atque inde colligimus præter Edelhardum alios quoque Saxoniæ Satrapas tum fuiſſe.

[a] L. 5. c. 11.
* *Engheren.*
* *Iburg.*
* *Oſnabrug.*

XIX. De bello Saxonico, quod hoc anno geſtum eſt, ſic Auctor Appendicis, quæ Francorum Hiſtoriæ iuſſu Childebrandi ſcriptæ ſubiecta reperitur. *Itémque rebellantibus Saxonibus paganiſſimis, qui vltra Rhenum fluuium conſiſtunt, ſtrenuus vir Carolus Dux commoto exercitu Francorum in loco, vbi Lippia fluuius Rhenum amnem ingreditur, ſagaci intentione tranſmeauit, maxima ex parte regionem illam diriſſimam ſtrauit, gentémque illam ſæuiſſimam ex parte tributarios eſſe præcepit, atque quamplures obſides ab eis accepit. Sícque, opitulante Domino, victor remeauit ad propria.*

XX. Eucherius Aurelianenſis Epiſcopus, quem exeunte anno priori Coloniam ablegatum diximus, in exilio, vt Auctor vitæ teſtatur [b], *ad augmentum virtutum cumulandum reddebat gratias ſanctæ ſubditus Trinitati, tantáque Sacerdotum & Cleri vel populi circa ſe benignitate vtebatur, vt ex omnibus opibus eorum, quidquid glorioſus Chriſti Sacerdos agere volebat, ſatietatem cordis ſui funditus minimè reperiret. Quod cùm ageretur, Carolum Principem latere non potuit, qui metu perterritus, ne ſilenter cum ipſis clientiâ additâ ad Alpinam munitatem conuolaret, clàm tutiori loco, vocabulo Haſbanio, Chrodoberto Duci eum tradidit cuſtodiendum, quem ille cum maxima gratulatione ſuſcipiens, dedit ei Dominus gratiam coram eo, velut Beato Ioſeph priſcis temporibus dederat coram Pharaone, traditáque manu illius cunctâ ſuppellectili propriâ, vt quod oculis eius placeret, tam indigentibus quàm & in Cœnobiis commorantibus facultas ei ſuppeteret tribuendi.* Hunc locum Surius mutata phraſi ſic exponit. *Ille vero, vt virtutum ſibi augmenta cumularet, reddebat gratias, ſacroſanctæ ſubditus Trinitati. Vbi autem Coloniam peruenit glorioſus Chriſti Sacerdos, tantâ ibi & Sacerdotum, & Cleri & populi benignitate fruebatur, vt cunctis illorum opibus, quicquid inde illi facere libuiſſet, haud aliter atque propriis vti illi liceret. Quod cùm ita fieret, Carolum Principem latere non potuit. Itaque metu perterritus, ne fortè illorum ſubſidiis & auxiliis adiutus, munitiora Regni loca ſeu caſtella occuparet; clam tutiori loco in Haſbania Roberto Duci tradidit cuſtodiendum. Qui ſanè illum cum maxima gratulatione ſuſcipiens, permiſit manibus illius omnem ſupellectilem ſuam, vt ſicut ei placeret, facultas illi ſuppeteret tam egenis quàm in Cœnobiis commorantibus inde tribuendi. Dederat enim ei Dominus gratiam coram illo, velut Beato Ioſeph quondam coram Pharaone.*

[b] Ap. Bolland. d. 20. Feb.

EVCHERIVS EP. AVRELIANENSIS COLONIA IN HASBANIAM ABLEGATVR.

XXI. In dubium non vocamus, quin Anonymus ſuprà citatus Eucherium, cùm apud Coloniam exulabat, ab illius ciuitatis Sacerdotibus, Clericis ac plebe ſignificarit adeò dilectum, vt ei liceret *cunctis illorum opibus haud aliter quàm propriis vti.* Præter inſignem illam beneuolentiam, quâ ſinguli Ordines eum proſequebantur, aliam non putamus interceſſiſſe cauſam, cur mutato exilij loco ductus ſit in Haſbaniam, quæ Leodienſis Epiſcopatûs pars erat. Carolus enim veritus videtur, ne Coloniâ diſcederet atque in munitum locum ſe reciperet Eucherius, vnde tumultuum occaſio naſceretur fauentibus exuli propinquis bellicoſis ac prædiuitibus. Apud eundem

AN. CH. 738. P. M. THEONOR. IV. R. 1. 2.

Anonymum per *Alpinam munitatem* quodlibet munimentum in edito colle ſitum intellige. Carolo deerat iuſti timoris anſa, nam pij ſanctique Præſules, quorum numero Encherium nemo non adſcribit, nec iniurias ſibi illatas vlciſcuntur, nec bellorum cinilium authores ſe fantoréſve præbent. Nonnnlli, quia Francorum ditiones Alpibus claudebantur, Carolum metuiſſe volunt, ne Eucherius *ad Alpinam munitatem*, id eſt, vltra Franciæ fines fugeret; Moringus verò, *ne Romam ad Pontificem illatas ſibi iniurias conqueſtum concederet.* Neutra illarum opinionum nobis placet. Quòd autem Haſbaniæ præfectum Anonymus Chrodobertum, Sutius Robertum vocat, id noſtram de Chrotberto ſeu Roberto Turonenſi Antiſtite opinionem optimè confirmat.

XXII.

De tempore, quo Eucherius Coloniâ in Haſbaniam abductus eſt, nihil Anonymns in eius vita, nihil alij Scriptores ediderunt. Nouum illud exilium à Carolo imperatum putamus exeunte hoc anno, cùm finis bello Saxonico iam impoſitus eſſet, déqne Saracenis irruptionem in Franciam denuò meditantibus rumor non leuis ſpargeretur. Sedebant tum, Coloniæ Ranginfredus, Florbertus Leodij

XXIII. LEVTFREDVS ABB. CRVCIS S. AVDOENI MORITVR.

Leutfredus Abbas, cùm Monaſterium à ſe conditum, cui nomen Crux ſancti Audoeni tunc erat, *per annos circiter quadraginta & octo* feliciter adminiſtraſſet, vndecimo Kalendas Iulias ad Deum migrauit. Eius vitam nono ſeculo conſcripſit Auctor non ſpernendus, quem Vincentius Barralis in Chronologia Lerinenſi publicauit. *Sepultus eſt in Eccleſia, quam ipſe in honorem beati Pauli Apoſtoli fundauerat. Militauit autem bonam militiam ſub Principibus Francorum, Childeberto, Dagoberto & Chilperico, iunioribus ſcilicet Regibus. Præfuit Monaſterio per annos circiter quadraginta & octo, & requieuit in pace vndecimo Kalendarum Iuliarum.* Hæc prælaudatus Auctor vitæ. Barralis *iuniores Reges* interpretatur horum nominum Secundos, nos verò Tertios eoſdem diximus, quia Childebertum Clotarij Primi ex Sigiberto filio nepotem, Dagobertum Dagoberti Magni ex Sigiberto quoque filio nepotem, & Chilpericum Clotarij Secundi ex Chariberto filio ſimiliter nepotem, licèt Pariſiis nunquam regnarint, Francorum Regibus accenſuimus. Apud Ordericum Vitalem [a] *Vir glorioſus Confeſſor Chriſti Leudfredus, tempore Hildeberti & Hilperici iuniorum Regum, Domino feliciter* XLVIII. *annis militaſſe legitur.* Annos illos quadraginta & octo ab anno Chriſti ſexcenteſimo nonageſimo, quo Monaſterium Leutfredus inchoauit, ad hunc vſque annum Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum-octauum, rectè numerabis, ſub Regibus, Theodorico Tertio, Clodoueo Tertio, Childeberto Tertio, Dagoberto Tertio, Chilperico Tertio, & Theodorico Quarto, quibus Neuſtraſia paruit, vbi ſitum prædictum Cœnobium.

[a] Lib. 4. ad an. 1070.

XXIV.

Sanctus Leutfredus apud Vſuardum vndecimo Kalendas Iulij ſic commendatur. *In pago Madriacenſi, Sancti Leutfredi Confeſſoris, qui, in monumentum eximiæ ſanctitatis, orationibus ſuis fontem produxiſſe fertur.* Et in Martyrologio Romano ſic ad eundem diem. *In pago Ebroicenſi, Sancti Leutfridi Abbatis.* Pagus Madriacenſis, de cuius finibus ad annnm Chriſti ſexcenteſimum nonageſimum [b] egimus, pertinet ad diuerſas Diœceſes, & Monaſterium, cui ſanctus Leutfredus præfuit, erectum eſt in iſtius pagi parte, quæ ſita eſt in Epiſcopatu Ebroicenſi. Hac obſeruatione Tabulas Eccleſiaſticas cum Vſuardo conciliabis.

[b] Num. 12.

XXV. SVCCEDIT AGOFREDVS.

In adminiſtrationem Monaſterij ſancto Leutfredo ſucceſſit Agofredus ſiue Agofridus eius frater, eiuſdémque loci anteà Monachus. De vtriuſque Tranſlationibus diſſeremus ſuis locis. Hic tantùm nota ſanctitatem Agofredi, quem Aſcetæ Benedictini eodem die cum Leutfredo fratre in ſuo Martyrologio venerantur.

XXVI. TEVTSINDVS ABB. MARTINIANVS ET FONTANELLENSIS OBIT.

Chronographus Fontanellenſis capnt operis ſui decimum, quo Geſta Widonis Abbatis Fontanellenſis ac Vedaſtini complectitur, ſic inchoat.

AN. CH. 738. P. M. THEODOR. IV. R. I. 2.

Wido ſortitur locum regiminis ab anno Dominicæ Incarnationis DCCXXXVIII.

Hoc igitut anno viuere deſiit Teutſindus Abbas, qui duobus Monaſteriis, Martiniano videlicet apud Turonos & Fontanellenſi in Epiſcopatu Rotomagenſi præerat, vatiiſque modis nuncupatus inuenitur, Teneſindus, Teuſinda, Teuebindus & Teutſindus. In Præfecturam Fontanellenſem ſuceeſſit Wido, in Martinianam Autlaudus ſiue Auctolaudus. Moribus valdè diſſimiles extiterunt hi duo Teutſindi ſucceſſores. In Itherij ſiue Ætherij Abbatis Matiniani charta, de qua ſub Carolo Magno, laudatut Autlandus, quòd *quaſdam villas inſtituerit, quæ fratribus menſuatim per totum annum ſuccurrerent.* Wido autem, vt Auctor Chroniei Fontanellenſis teſtatur, *erat de ſecularibus Clericis, gladióque, quem ſemiſpiacium vocant, ſemper accinctus, ſagâque pro cappa vtebatur, parúmque Eccleſiaſticæ diſciplinæ imperiis parebat. Nam copiam canum multiplicem ſemper habebat, cum qua venationi quotidie inſiſtebat, ſagittatórque præcipuus in arcubus ligneis ad aues feriendas erat, híſque operibus magis quàm Eccleſiaſticæ diſciplina ſtudiis ſe exercebat.*

AUTLANDUS FIT ABB. MARTINIANUS. WIDO FIT ABB. FONTANELLENSIS,

XXVII. Vt Teutſindus, ſic & Wido duorum Cœnobiorum Abbas fuit, Vedaſtini videlicet apud Atrebatum prædictique Fontanellenſis in Diœceſi Rotomagenſi. Sic enim de illo prælaudatus Chronographus. *Wido ſortitur locum regiminis ab anno Dominicæ Incarnationis* DCCXXXVIII, *qui erat annus primus Hilderici noniſſimi Regis, Caroli autem Principis vigeſimus-ſextus, per annum vnum. Hic namque propinquus Caroli Principis fuit, qui etiam Monaſterium Sancti Vedaſti, quod eſt in Atrebatenſi territorio, iure regiminis tenuit anno vno, ſicut & iſtud.* Et paulò pòſt. *Qui etiam Wido Cœnobium Sancti Vedaſti, quod eſt ſitum in Atrebatenſi territorio, vt ſuprà declaratum eſt, vnà cum iſto annum ferè vnum, poſt Gogiſlenum iure Rectoris dicitur tenuiſſe.*

NECNON VEDASTINUS POST MORTEM GOGISLENI.

XXVIII. Goſſileno ſeu Gogiſleno Abbati Chronographus Vedaſtinus [a] annos octo tribuit, eos autem incompletos interpretare, vt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum-primum Tomo ſuperiore monuimus.

[a] Ap. Locr. ad an. 732.

XXIX. Quæres verùm Teutſindo in Præfecturam Fontanellenſem, an Goſſileno in Vedaſtinam Wido primùm ſuceeſſerit. Hanc controuerſiam dirimere videtur Chronographus Fontanellenſis [b], apud quem Wido ſortitur locum regiminis Fontanellenſis *per annum vnum*, Cœnobium verò Sancti Vedaſti vnà cum Fontanellenſi *annum ferè vnum* tenuiſſe dieitur.

[b] Cap. 10.

XXX. *Widoni*, Abbati Fontanellenſi, *largitus eſt quidam paterfamilias, nomine Raginfridus, portionem aliquam de villa, quæ dicitur Laxtra, anno primo Regis Hilderici, quæ ſita eſt in pago Conſtantino.* Hæc Chronographus Fontanellenſis, in fine capitis decimi, cuius initio ſuprà citato annum Incarnationis Dominicæ ſeptingenteſimum triceſimum-octauum, quo donatio illa facta eſt, cum anno primo Hilderiei Regis & viceſimo-ſexto Caroli Maioris-domùs perperam comparat. Duplicem errorem fortè non malè reſecabis, ſeruato duntaxat Charactere Chronologico, qui ſumitur ab Incarnatione Dominica, ſic. *Wido ſortitur locum regiminis ab anno Dominica Incarnationis* DCCXXXVIII, *per annum vnum. Hic namque*, &c. Si non placet talis amputatio, quomodo locus hic ſit corrigendus, duæ te docebunt obſeruationes.

RAGINFRIDUS MUNIFICUS ERGA MON. FONTANELL

XXXI. Primò, poſt mortem Theodoriei Quarti Regis, quæ in annum Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum-ſeptimum Indictionémque quintam tunc adhuc eurrentem incidit, Hildericus ſeu Childericus eius filius haud ſtatim regnare cœpit. Interceſſerunt aliquot anni, quos ab obitu Theodorici Regis in publicis inſtrumentis numerari ſolitos conſtat. Exemplum ex Antiquitatibus San-Dionyſianis accipe. *Actum Careciaco villa in Palatio, quod fecit menſis September die 17. annum quintum poſt defunctum Theodoricum Regem.* Wido, qui munus Abbatiale, cùm Fontanellæ, tum Atrebati, ſuſcepit anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-octauo, vitámque clauſit anno proximo, non peruenit ad annum quintum poſt defunctum Theodoricum Re-

gem, multò minùs ad annum primum Childerici Regis. Exiſtimamus igitur in prædictæ donationis inſtrumento lectum à Chronographo Fontanellenſi primum annum poſt defunctum Theodoricum Regem, & ab eo Scriptore, qui ſupputationem huiuſcemodi per aliquot annos in vſu fuiſſe penitus ignorabat, repoſitum eſſe annum primum Childerici Regis, qui filius extitit ſupradicti Theodorici Regis, & in omnibus Regum Francorum Catalogis primum locum poſt patrem obtinet. Annus primus poſt defunctum Theodoricum Regem cum anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-octauo & Abbatiali Præfectura Widonis idoneè comparatur. Chronographus igitur Fontanellenſis initio capitis decimi ſic corrigendus videtur. *Wido ſortitur locum regiminis ab anno Dominicæ Incarnationis* DCCXXXVIII, *qui erat annus primus poſt defunctum Theodoricum Regem.* Et in fine eiuſdem capitis, donatio quæ facta legitur *anno primo eiuſdem Regis Hilderici*, conſignanda eſt *anno primo poſt defunctum Theodoricum Regem.* AN. CH. 738. P. M. THEODOR. IV. R. I. 2.

Secundò, Chronographus Fontanellenſis initio decimi capitis, annum Dominicæ Incarnationis ſeptingenteſimum triceſimum-octauum cum anno viceſimo-ſexto Caroli *Principis* ſeu Maioris-domus componit. Capite autem nono annum Incarnationis Dominicæ ſeptingenteſimum triceſimum-quartum cum anno eiuſdem Caroli *Principis* viceſimo priùs contulit. In his duobus non ſibi conſtat; in alterutro peccet, neceſſe eſt. Capite nono ſic ait. *Factum eſt hoc precarium in iſto Cœnobio, hoc anno, qui eſt ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeptingenteſimus trigeſimus-quartus, Indictione* II. *ſub die tertio Nonarum Maiarum, quod euenit feriâ quartâ, qui erat annus Caroli Principis vigeſimus.* Nihil certius dici poteſt. Annus enim Chriſti ſeptingenteſimus triceſimus-quartus literam Dominicalem habet C, notatur Indictione ſecundâ, conuenitque cum anno Caroli Maioris-domûs viceſimo. Iam verò, quis annum pòſt quartum, ſiue annum Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum-octauum ab eodem Anctore cum anno Caroli Maioris-domûs viceſimo-ſexto comparatum credat? Ergo prædictus Chronographus capite decimo vel abſtinuit à Charactere Chronologico, qui peteretur à Maioratu Caroli, vel annum Caroli Maioris-domûs viceſimum-quartum ſcripſit, & periodum, quam examinamus, ſic confecit. *Wido ſortitur locum regiminis ab anno Dominicæ Incarnationis* DCCXXXVIII, *qui erat annus primus poſt defunctum Theodoricum Regem, Caroli autem Principis vigeſimus-quartus, per annum vnum.* XXXII.

Souertius Aydenetum, ſiue Aydenitum, aut Aidenerum, vel Achidenerum, Meldenſem Epiſcopum, hoc anno vel ſequenti, mortuum tradit. Succeſſit Romanus, cuius mentio fit in literis Zachariæ Papæ. XXXIII. EPISCOPI MELDENSES.

Illis temporibus in Cathedra Metenſi ſedebat Sigibaldus Epiſcopus, qui multis Cœnobiis ſeu conditis ſeu dilatatis maximam ſibi laudem comparauit. Actum Tomo ſuperiore ad annum Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum-quartum de Noua Cella, cui nomen anteà fuit Hilariacum ad Moſellam in Epiſcopatu Metenſi. Poſt aliquot annos idem Sigibaldus Nouam Villam erexit in Diœceſi Argentoratenſi. *Alterum* Monaſterium, inquit Coccius [a], *in Alſatia, Baſilicâ adſtructâ, & BB. Apoſtolorum Principum memoria dicatâ, Neouillæ exædificauit. Eſt autem Neouilla* * *ad montem Scaurum, qui Alſatiam à ceteris Voſagi iugis diſterminat, ad amœni & piſce prædiuitis riui lapſum, ſolo circùm pratis & paſcuis iucundo irriguóque.* Hoc Monaſterium in Actis Sancti Pyrminij *Nowenuillare* nuncupatur, & in eorum ponitur numero, quæ Pyrminius ædificauit, aut potiùs amplificauit locupletauítque collatis in illud opus plerorumque fidelium patrimoniis, de quibus Auctor vitæ ſic ſcribit. *Nullo modo deſiſtens à ſancti feruoris propoſito, cum prædicationis inſtantiâ, tum ſignorum virtutúmque magnarum efficaciâ, id comparauit, vt patrimonia ſua fidelibus pluribus conferentibus, alia quoque nobilia ædificaret Cœnobia, quorum nomina hæc ſunt. Altaha, Scutera, Gengenbach, Swrzaha, Marbarch, Moreſmunſter, Nowenuillare.* XXXIV. [a] In Dagob. rediuiuo c. 8. * Neuuiller. NEOVILLA MONAST. CONDITVR.

AN. CH. 739.
P. M. THEODOR. IV.
R. 2. 3.

ANNVS
CHRISTI 739.
P. M. THEODORICI IV. R. 2. 3.

BELLI SARACENICI CHARACTERES CHRONOLOGICI EXAMINANTVR.

I. CHRONOGRAPHVS Fontanellenſis caput vndecimum operis ſui ſic orditur. *Raginfridus Præſul Eccleſiæ Rothomagenſis accepit regendi locum ſub anno Dominicæ Incarnationis* DCCXXXIX, *qui erat annus Exarchatûs Caroli* XXVII, *Hilderici verò Regis Merouingi annus* II, *Gregory Apoſtolici annus* IX. *Eodem anno Carolus commoto exercitu vniuerſali partibus Prouinciæ iter dirigit, Auinionémque iterum cepit, totâque Prouinciâ vſque ad littus maris peragratâ ad Maſsiliam peruenit, fugatóque Duce Mauronto, qui quondam Sarracenos in ſuæ perfidiæ præſidium aſciuerat, nullo iam relicto aduerſario totam illam regionem Francorum imperio ſubiugauit, & cunctis ſtrenuè diſpoſitis ad proprias ſedes reuerſus eſt.* Hic Auctot poſtremum Caroli contra Saracenos bellum hoc anno non malè collocat. Idem enim ſeribunt veteres Annaliſtæ. Nazatianus, ſic. DCCXXXIX *Karlus intrauit in Prouincia vſque Maſsilia.* Petauianus, ſic. DCCXXXIX *Karolus intrauit in Prouinciam vſque Maſsiliam.* Eſtque maximè obſeruandum, quòd iidem Annaliſtæ bellum contra Saraeenos in Gothia ſeu Septimania geſtum teferunt ante biennium, id eſt, ad annum Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum-ſeptimum. Nazatianus, ſic. DCCXXXVII *Karlus pugnauit contra Sarcinos in Gutia, in Dominico die.* Petauianus, ſic. DCCXXXVII. *Quando Karolus bellum habuit contra Saracenos in Gozia.* In Appendieem igitur, quæ Francorum Hiſtoriæ iuſſu Childcbrandi Comitis ſcriptæ ſubiecta eſt, irrepſit mendum. Auctot enim in vulgatis exemplaribus enarrato priote bello, quod in Gothia ſeu Septimania commiſſum eſt, ad poſterius, de quo nobis hic agendum, ſic tranſit. *Denuò curriculo anni illius menſe ſecundo.* Quæ verba ſignificant eodem anno vtrumque bellum geſtum eſſe, & ab vno ad alterum vix bimenſem interceſſiſſe, cui computationi tefragantur Auctores ſuprà citati. Quapropter in Appendice prædicta delendæ ſunt hæ duæ voces, *illius menſe*, textúſque ſic reſtituendus videtur, *denuò curriculo anni ſecundo*, id eſt, anno pòſt ſecundo. Textu autem ſie emendato, accipe quid doceat hæc Appendix, quam procul dubio Chronographus Fontanellenſis præ manibus habuit *Denuò curriculo anni ſecundo*, Carolus *prædictum germanum ſuum* Childebrandum *cum pluribus Ducibus atque Comitibus, commoto exercitu partibus Prouinciæ dirigit. Aueniouem vrbem venientes, Carolus properans peracceſsit, cunctámque regionem, vſque littus maris magni, ſuæ dominationi reſtituit, fugato Duce Mauronto, impenetrabilibus tutiſsimis rupibus, maritimis munitionibus, præfatus Princeps Carolus cuncta ſibimet adquiſita Regna victor regreſſus eſt, nullo contra eum rebellante.*

II. Præter annum Dominicæ Incarnationis ſeptingenteſimum vndequadrageſimum, quo Chronographus Fontanellenſis antiquioribus Annaliſtis innixus poſtremum Caroli contra Saracenos bellum conſignauit, in Chronico Fontanellenſi leguntur quatuor alij Charactetes, quorum vnus ſumitur à Raginfrido Abbate, alter à Carolo Maiore-domûs, tertius ab Hilderico Rege, quartus à Gregorio Papa. *Raginfridus Præſul Eccleſiæ Rothomagenſis,* inquit Chronographus, *accepit regendi locum ſub anno Dominicæ Incarnationis* DCCXXXIX, *qui erat annus Exarchatûs Caroli* XXVII, *Hilderici verò Regis Merouingi annus* II, *Gregorij Apoſtolici annus* IX.

III. Primus Character eget interpretatione. Nam Raginfridus hoc quidem anno poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimo triceſimo-nono *accepit regendi lo-*

AN. CH. 739. P. M. THEODOR. IV. R. 2. 3.

cum, ſeu factus eſt Abbas Fontanellenſis Widone Abbate tum mortuo, ſed hoc eodem anno nondum erat *Præſul Eccleſiæ Rothomagenſis*, imò, priuſquàm ad Infulas Rotomagenſes aſſumeretur, de regimine Monaſterij Fontanellenſis depoſitus eſt, reuocato Wandone Abbate, qui per annos tres ac viginti iam exularat, vt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-ſecundum dicemus.

IV. Secundus Character, qui petitur ab Exarchatu ſeu Maioratu Caroli, vt initio capitis decimi, de quo ſuprà [a], ſic & initio capitis vndecimi deprauatus eſt. Carolus enim, cuius obitus in annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-primum incidit, Maioratum geſſit [b] *annis* XXVI, *menſibus* VI, id eſt, à menſe Aprili anni poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimi decimi-quinti, quo euaſit è cuſtodia, ad menſem vſque Octobrem anni poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimi quadrageſimi-primi, quo vitam clauſit. Expuncto igitur anno XXVII Caroli Maioris-domûs, annum reſtitue XXV, quocum annum Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum-nonum componas.

[a] Ad an. 738. nn. 27. 30. & ſeqq.
[b] Annal. Met. ad an. 741.

V. Tertius quoque Character, qui ſumitur à Regno Hilderici ſeu Childerici Regis, vitioſus eſt, Childericus enim ſeriùs regnare cœpit, Carolo Maiore-domus iam mortuo, ipſóque Raginfrido Fontanellenſi Abbate iam exauctorato.

VI. Quartus Character, qui ducitur à Præſulatu Gregorij Tertij Papæ, nullam patitur difficultatem, quia Gregorius anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-primo, menſe Martio, Pontificatum ſuſcepit, & vt annus primus ipſius Gregorij Papæ cum eodem anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-primo, ſic & annus nonus eiuſdem Gregorij Papæ cum anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo nono comparari poteſt.

VII. Raginfridus Abbas Fontanellenſis, cuius promotionem ad munus Abbatiale Chronographus Fontanellenſis tot Characteribus Chronologicis conſignat [c], Widoni Abbati ſucceſſit, de cuius morte ſic idem Chronographus [d], *Accuſatus apud Principem Carolum, quòd conſpirationem aduersùs ipſum cum aliis meditatus eſſet, iuſſu eiuſdem Exarchi ad Regiam domum compellitur migrare. Qui dum pergeret cum ſatellitibus Regiis, venientes in territorium Viromandiæ, capitis præciſione damnatur, ibidémque digno in loco ſepultura eſt traditus. Hæc ex relatione cuiuſdam Patris, qui ipſum videre potuerat, didici, quòd ita vitâ deceſſerit.* Duobus Monaſteriis, vt anno priori dictum eſt, Vedaſtino videlicet apud Atrebatum & Fontanellenſi in Diœceſi Rotomagenſi, præerat Wido. Succeſſit in Præfecturam Vedaſtinam Romanus, in Fontanellenſem Raginfridus. De Romano id vnum legimus, quod Monaſterium Vedaſtinum triennio tantùm rexit. Ita ſcribunt Auctores Chronicorum, Fontanellenſis & Vedaſtini, vt ex Spicilegio [e] Dacheriano & ex Chronico Belgico [f] Ferreoli Locrij conſtat. Plura de Raginfrido narrantur, qui depoſitus eſt anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo, deinde Rotomagenſem Epiſcopatum obtinuit, anníſque non paucis gubernauit. Hic tantùm nota, quòd *de nobili Francorum* [g] *proſapia oriundus extitit.* Cetera ſuis locis exponemus.

[c] Cap. 11.
[d] Cap. 10.
WIDO ABB. VEDASTINVS ET FONTANELLENSIS CAPITE DAMNATVR.
ROMANVS FIT ABB. VEDASTINVS.
[e] Tom. 3.
[f] Ad an. 744.
RAGINFRIDVS FIT ABB. FONTANELLENSIS.
[g] Chron. Fontan. cap. 11.

VIII. De bello Saracenico, quod hoc eodem anno, quo Raginfridus Abbas Fontanellenſis eſſe cœpit, Chronographus Fontanellenſis geſtum tradit, alij quoque multi, cùm antiqui, tum moderni, loquuntur. Imprimis Analiſta Metenſis in hunc modum. *Anno* DCCXXXIX *Karalus commota exercitu vniuerſali, in partibus Prouinciæ iter dirigit, Auinionémque iterum cepit. Totáque Prouinciâ vſque ad littus maris peragratâ ad Maſſiliam peruenit. Fugatáque Duce Moronto, qui quondam Sarracenas in ſuæ perfidiæ præſidium adſciuerat, nullo iam relicto aduerſario, totam illam regionem Francorum imperia ſubiugauit. Et cunctis ſtrenuè diſpoſitis, ad proprias reuerſus eſt ſedes.* Auctor belli Aucupa ſiue Ocha Præfectus Hiſpaniæ, qui teſte Roderico [h] Toletano Præfecturam tenuit *annis quinque*, & *expeditionem Francorum cum multitudine exercitûs attentauit.* Animum Ochæ plurimùm erexit Maurontus, qui Burgundiones ac

SARACENI FRANCIAM ADORIVNTVR.
[h] In Hiſt. Arab. c. 15.

AN. CH. 739. P. M. THEODOR. IV. R. 2. 3.

Prouinciales, quorum regimini præpoſitus fuerat, ad defectionem iterum ſollicitauit. Hiſpani [a] partes Ochæ ac Mauronti non parum auctas etiam volunt à filiis Eudonis Aquitaniæ quondam Præfecti, ſed antiquæ deſunt auctoritates, quibus hæc fœderatorum acceſſio comprobetur. Arabes effuſi ſunt per totum ferè Galliarum tractum, qui Rhodanum, Alpes, & mare Mediterraneum interiacet. Francis auxilio fuit Liutprandus Rex Longobardorum, genti ſuæ proximum periculum imminere ratus, ſi Saraceni finitimam Galliarum partem orámque maritimam ſuæ poteſtati ſubderent. Id teſtatur Paulus Diaconus in Geſtis Longobardorum [b]. Nam poſtquàm de prælio *non longè à Narbone* contra Saracenos ante biennium commiſſo locutus eſt, ad alterum bellum Saracenicum, de quo nunc agimus, ſic tranſit. *Iteratò Sarraceni Gallorum fines ingreſſi, vſque ad Prouinciam venerunt, & captâ Arelate omnia circumquaque demoliti ſunt.* Et hæc addit de Liutprando. *Tunc Carolus legatos cum muneribus ad Liuthprandum Regem mittens, ab eo contra Sarracenos auxilium popoſcit. Qui nihil moratus cum omni Longobardorum exercitu in eius adiutorium properauit. Quo comperto gens Sarracenorum mox ab illis regionibus aufugit. Liuthprandus verò cum omni ſuo exercitu ad Italiam rediit.* Auxilio quoque Carolo fuerunt Alemanni, & Boioarij. De vtriſque ſic Paulus Æmilius [c]. *Lanfredus quoque Alemannorum nobiliſſimus, ſimul & Odillo Bauarorum Dux, cum popularium vterque manu.* Et paulò pòſt. *Martellus Alemannum Bauarúmque cum muneribus domum remiſit.* Alamannorum ſeu Sueuorum Dux erat Theodebaldus, Bojoariorum ſeu Bauarorum Odilo. Quapropter Æmilius Odilonem quidem Bauarorum Ducem, Lanfredum verò non Alemannorum Ducem, ſed Alemannorum nobiliſſimum, id eſt, vnum è Primaribus Alemanniæ vel præcipuum Primatem, dicit. Fortè Theodebaldus, qui graues inimicitias cum Carolo iam geſſerat, eius poteſtati ſe credere noluit, & intra Præfecturæ ſuæ terminos manſit directis in illius auxilium copiis ex Alemannia, quibus Lanfredum magnæ apud Alamannos auctoritatis virum ac peritiâ rei militaris clarum præfecit. Aliter ſe geſſit Odilo, qui Bojoariæ Ducatum ſeu Præfecturam nuper ſuſceperat, nec vllam adhuc cum Carolo ſimultatem exercuerat. Andreas Brunnerus [d], vbi ſermonem facit de bello, quod Carolus hoc anno feliciter aduersùs Saracenos commiſit, Boioarios in magnam laudis ac victoriæ partem ſic vocat. *Victoriæ partem Boij ſibi vendicant, qui Otilone Duce, odio impietatis, in Franciam* (ſic ille Galliam vocat) *profecti, in debellandis barbaris egregiam operam nauarunt, neque Martellus erubuit fidos ſocios in conſortium gloriæ admittere, ſed magnificè inſuper collaudatos donatóſque, ob impigram militiam, domum remiſit.* Franciæ nomine in hoc textu Galliam intelligimus, in qua triumphus à Carolo de Saracenis actus. Nam, ſi Franciæ vocabulo, vt in propria ſignificatione ſumi debet, deſignatum à Brunnero putas Regnum Francorum, quod non tantùm cis Rhenum per vniuerſam fermè Galliam, ſed etiam vltra illum amnem cùm per antiquam Germaniam tum inter Danubium & Alpes latiſſimè protendebatur, quomodo *Boij*, qui Franciæ populi tunc erant, *in Franciam profecti* dicuntur? Nec Boioariam extra Francicarum ditionum limites ab eo collocatam arbitreris, nam paulò pòſt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-ſecundum ſcribit de Vtilone ſiue Odilone Boioariorum Præfecto, quòd *pro Duce Regem appellari ſe voluit, eo nomine confeſſus, Francorum ſe Imperium exuiſſe*, cui videlicet paruerat ad illum vſque diem, quo reum perduellionis ſe probarat. Hac de rebellione, quam Carolomannus & Pippinus citiſſimè compreſſerunt, agemus ſuo loco. Interim váriis ex Auctoribus accipe, quantam cladem Saraceni Franciæ priùs intulerint, quàm ex ea pellerentur à Carolo.

[a] Marian. l. 7. c. 4.
[b] Lib. 6. c. 25. vet. edit. c. 54. nouæ edit.
[c] Lib. 2. in Theodor. II.
[d] Lib. 5. c. 9.

IX.

OCCVPANT ARELATVM, [e] Num. 53.

Excidium Arelatenſe Petrus Saxius in Pontificio Arelatenſi [e] ſic deplorat: *Georgio Præſule, Saraceni, ſuperioris cladis*, cuius mentionem ante biennium fecimus,

AN. CH. 739. P. M. THEODOR. IV. R. 2. 3.

fecimus, *memores, vires repararunt, nouóſque cogentes exercitus, maiori impetu Galliam Narbonenſem inuadentes, Arelatem obſidione vallarunt, eâque captâ, muniti ſſima circumquaque loca euerterunt, ne hoſtibus vſui eſſe poſſent, inter quæ fuit nobiliſſimum illud Montis Maioris Monaſterium, quod extra muros ædificari iuſſerat Childebertus. Heu! quas ſtrages in miſeros Arelatenſes, in ſacra Templa direptiones, incendia, & ſacrilegia perpetrarunt; quot in virgines ſtupra, nemo ſanè mortalium dignè exprimat.* Cur autem Templum *Diuo Stephano à Virgilio dicatum, quod nunc S. Trophimi eſt*, à gente barbara non exciſum ſit, hanc rationem affert, quòd *exigebat ſiquidem gens auara à Chriſtianis tributum, vt ſolito more Templa frequentarentur*, idque probat auctoritate Sanſonis [a], qui Sancti Zoili Abbas fuit, & inter ipſos Saracenos in Hiſpania degit. Monaſterium, quod intra muros Arelatenſes à Childeberto Primo, Francorum Rege, conditum, atque à Saracenis euerſum eſt hoc anno, diſtingui contra mentem Saxij debet à Cœnobio Montis Maioris, quod extra eoſdem muros erat, & à Saracenis vnà cum priore dirutum hoc eodem anno facilè credi poteſt.

[a] Ap. Moralem in Præfat. ad Eulogium.

X. AVENIONEM.

Vt Arelatenſem cladem Paulus Diaconus, ſic Auenionenſem indicat Metenſis Annaliſta. Maurontus ſeu Mauritius, ſi fidem Honorato Bouchio [b] habemus, duarum duntaxat ciuitatum, Maſſiliæ videlicet & Auenionis, Comes ſeu Gubernator fuit, &, quoniam vires ad tuendam vtramque non ſuppetebant, alteram genti Saracenicæ ſponte dimiſit. Mauronto, cui titulus Ducis in Appendice ad Hiſtoriam iuſſu Childebrandi conſcriptam, in Chronico [c] Fontanellenſi, & in Annalibus Metenſibus [d] ac Fuldenſibus [e], attribuitur, longè potiorem auctoritatem fuiſſe credimus, &, ſi duabus duntaxat vrbibus præfuiſſet, haud arbitraremur, vt vnam Saracenis relinqueret, aliam interceſſiſſe cauſam, quàm quod hi talem pacti fœderis arrhabonem ab eo popoſciſſent, vt in ſimilibus proditionibus factum frequentiſſimè docent omnium nationum Hiſtoriæ. Sub Iſcami Caliphatu ter Auenionem ceperunt Arabes. Illarum irruptionum, vt ex ſupradictis patet, authores iidem, qui Præfecti Hiſpaniarum, Abderramenus, Abdelmelichus & Ocha. Tot cladibus ſuperſtes vixit Ioannes Auenionenſis Epiſcopus, de cuius obitu ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum locuturi ſumus.

[b] L. 5. ſect. 2.
[c] Cap. 11.
[d] Ad hunc an.
[e] Ad an. 738.

XI. MASSILIAM.

Occupatam quoque à Saracenis Maſſiliam proditione Mauronti ſcribit Ioannes Baptiſta Gueſnayus in Annalibus Eccleſiaſticis illius ciuitatis ſub Pontificatu Sancti Abdeloni, nec in cippo marmoreo, qui hodie inter ſtructiles chori lapides in templo Sanctæ Mariæ Maioris viſitur, affirmat aliud haberi, quàm prophani tumuli reliquias, in quo reconditi olim cineres cuiuſdam Saraceni Maſſiliæ defuncti cùm Maurontus armis Saracenorum aduersùs Carolum inſurrexit. Pittonus [f] Saracenos Maſſiliâ potitos inficiatur. Bouchius verò, cui potius aſſentiendum putamus, Maſſiliam in poteſtate Saracenorum fuiſſe non diffitetur, ſed ab iis direptam negat, quia Maurontus ibi morabatur. Tunc Infulæ Maſſilienſes penes Abdelonum ſiue Adalongum vel Abdalongum Epiſcopum erant, qui temporibus Caroli, Martelli pòſt dicti, claruit, celebratúrque Kalendis Martiis apud Molanum in additionibus ad Vſuardum, ſic. *Eodem die, Maſſiliæ, Sancti Adalongi Epiſcopi.* Sanctum Adalongum ad eundem diem non omiſit Sauſſaius in Martyrologio Gallicano, ſed eum *Sereno* ſucceſſiſſe perperam dixit. Serenus enim Gregorio Magno Papæ ſynchronus vixit, à quo literas non ſemel accepit, vt obſeruatum Tomo ſecundo [g]. Gueſnayus inter Serenum & Abdalongum, quem Abdelonum vocat, medium ponit Perinum Primum, cuius mentio alibi nulla.

[f] In Hiſt. Aquenſ. lib. 1. c. vlt.
[g] Ad ann. 596. & 600.

XII. ARAVSIONEM, &c.

Arauſionem in poteſtatem Saracenorum deueniſſe ſcribit Guillelmus Catellus in Hiſtoria Occitana [h], nec multò feliciùs cum ceteris Arelatenſis prouinciæ ciuitatibus actum putamus. Illatæ cladis haud leue eſt argu-

[h] Lib. 3.

AN. CH. 739. P. M. THEODOR. IV. R. 2. 3.

mentum, quod vt Arauſionenſium Epiſcoporum, ſic & Vaſionenſium, Cauellicenſium, Tricaſtinenſium, ac Tolonenſium manci ſunt per hæc tempora Catalogi. Supereſt tantùm memoria Carpentoractenſium ac Dienſium. In illorum enim Catalogo memorantur, ad annum Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum Oldradus ſiue Odoardus, Hotifredus ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-ſeptimum. Et in literis Polycarpi Lariuierij ad Ioannem Columbum [a] commendatur ad hunc annum, Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum-nonum, Præſtantius Dienſis Epiſcopus ex Caroli Martelli diplomate, de quo nihil à nobis alibi lectum meminimus.

[a] Ap. Columb. in Ep. Dienſ. l. 2. n. 14.

XIII. AQVAS, APTAM,

Aquas Sextias & Aptam Iuliam vaſtatas à Saracenis, euerſúmque Lerinenſe Monaſterium teſtatur Honoratus Bouchius [b]. Aquenſium quoque Metropolitarum & Aptenſium Epiſcoporum, in quorum tempora perſecutio Saracenorum incidit, hodie nomina deſiderantur. Aſcererio Lerinenſi præerat Abbas Porcarius in Diœceſi Antipolitana, cuius Epiſcopi per eandem ætatem ignorantur. Ioannes Scholaſticus *Pitton* in Hiſtoria [c] ciuitatis Aquenſis fatetur in Aquenſi territorio vetera Saracenicæ irruptionis monumenta ſupereſſe, ſed Aquas tunc expugnatas negat nullâ tamen aſſertionis ſuæ additâ probatione.

[b] In Hiſt. Prouinc. lib. 5. ſect. 1

[c] Lib. 1. c. vlt.

XIV. LERINVM.

In Abbatum Lerinenſium Catalogo duos diſtingue Porcarios; vnum, qui Sanctum Cæſarium, Arelatenſem pòſt Epiſcopum, in Monachorum ſodalitium admiſit, vt dictum Tomo primo [d]; alterum, qui Carolo Martello coæuus fuit. Huius Martyrium *ex fideliſſimis perantiquis manuſcriptis Cænobij Lerinenſis* deſcriptum Vincentius Barralis in Chronologia Lerinenſi publicauit. Epitomen accipe. *Tempore Caroli, qui, vt in Chronicis reperitur, ob victorias, quas fecerat, Martellus vocabatur, cùm exigentibus peccatorum ſpurcitiis diſponeret Dominus affligi genus humanum per ſæuitiam paganorum, quatenus alios ſaltem perterritos pœna timore, alios horrore à ſuis erroribus reuocaret, nefandæ gentis exercitus Aggarenorum, loca ſua habitationis, tanquam de viuariis, egrediens in partes Galliarum venit*, &c. *Cum iam nullus penè locus ſupereſſet in terris, nec in mari, quem nefandorum hominum rabies non deuaſtaſſet, Sanctam Lerinenſem inuadere feſtinant*, &c. *Eo tempore Cænobio Lerinenſi præerat vir per cuncta laudabilis Sanctus Porcarius Abbas, qui ſanctam Congregationem illam in diuino opere inſtruebat verbis & informabat exemplis* Die decimo, priuſquàm claſſis Saracenorum illuc aduentaret, Angelus in ſomnis apparuit Abbati, ac dixit. *Surge velociter & occulta venerandas Reliquias quas in hac ſacra Inſula decreuit Dominus per multa tempora obſeruandas. Futurum eſt enim, vt hic locus à feris barbaris violetur & ſanguine Monachorum conſecretur, qui ipſum ſanctificarunt ſuis orationibus, vigiliis, abſtinentiis, & ſacroſancto ſacrificio ſalutari. Conforta igitur & confirma fratres tuos, ne exterriti deficiant à fide, & amittant vitam æternam, quæ præparata eſt vſque ad mortem legitimè certantibus pro ſui nominis confeſſione.* Euigilans Porcarius præclaram perlucidámque flammam ignis ad cælum vſque conſcendere conſpexit, atque inde cognouit veram eſſe viſionem quam viderat. Mox ante Principis Apoſtolorum, patroni Lerinenſis, altare proſtratus orauit pro ſuo Aſcererio, deinde Martyrium fratribus annuntiauit. Super omnes, qui aderant, lucida nubes apparuit, & ſinguli vocem claram de nube dicentem audierunt. *Venite benedicti, percipite regnum vobis ab initio præparatum.* Eos Abbas iterum ad certamen hortatus eſt. Singuli, cùm ad Martyrium aſpirarent, præ gaudio lachrymari cœperunt. Tunc Porcarius, *occultemus*, inquit, *venerabiles Reliquias, ne à ſacrilegis contingantur.* Quod cùm factum eſſet, denuò ſic eos eſt allocutus *Sunt inter nos, vt non ignoratis, ſexdecim pueri & triginta-ſex adoleſcentes, qui, ſi ducti fuerint à prophanis, dubito ne blanditiis ſiue terroribus ſeducantur, quos conſulo mittamus ad Italiam, vt ceſſante hac furenti calamitate redeant, & readificent hoc ſacrum Monaſterium Lerinenſe, & reuerenter*

[d] Ad an. 536. n. 169.

PORCARIVM ABBATEM MARTYRIO AFFICIVNT CVM QVINGENTIS MONACHIS.

celant occultatas Reliquias. Quod cùm ab omnibus approbaretur, hæc adiecit. *Examinate vos ſedulò, &, ſi quemquam ex vobis cognoueritis formidare Martyrium, cedat cum pueris, ne deficiat in extremis, grandis enim eſt carnis animæque diſtinctio.* Poſt biduum reperti ſunt *quingenti & quinque*, qui feruenti animo ad Martyrium anhelabant. *Dum autem Sacramentis Eccleſiaſticis ſe munirent, cognouerunt duos ex ipſis iuuenes plurimùm formidare, quorum vnus Columbus & alter Eleutherius vocabatur, qui diſcedentes à ceteris in quodam antro prope littus Inſulæ latuerunt.* Die poſt prædictam Angeli apparitionem decimo, appulerunt Saraceni, *diſgregarunt à ſenioribus* Monachis *iuuenes, plurima eis promittentes, ſi eorum ritibus conſentirent, &, ſi renuerent, eos diuerſis cruciatibus interficerent. Tunc mæror fuit ſenioribus & pauor, qui piis inuocationibus & ſuſpiriis Dominum, cui ſeruiebant, precabantur, vt iunioribus conſtantiæ ſpiritum & animi fortitudinem, ne deficerent, largiri dignaretur. Barbari autem in ſeniores acerbiſſimis tormentis, velut rabidi canes, debacchantes adhortabantur iuuenes, ne ſimili pœnâ occumbere paterentur, ſed mundi gloriâ ſecum potirentur, quos etiam cum ſenioribus, cùm poſt blanda & aſpera argumenta conſtantes agnouiſſent; variis ſuppliciis ſimul occiderunt. Seruantes autem ex illa ſancta caterua ſacrilegi hoſtes quatuor iuuenes, robuſtos corpore, & facie venuſtos, Ducis eorum nauigio recluſerunt, reliquos omnes, opprobriis inſultantes, plagis afficientes, lanceis pungentes, gladiis laniantes, poſtremò geminatis vulneribus confoderunt.* Columbus autem & Eleutherius, qui ſcopuloſa in cauerna ſe abſconderant, per obliquum foramen animas ſociorum in aëre ſicut ſtellas fulgentes intuiti ſunt, dixítque Columbus Eleutherio. *Nonne vides cum quanta gloria fratres noſtri, qui modò paſſi ſunt, nos expectantes aſcendunt ad cælum? eamus ergo & nos, vt cum eiſdem laureati aſcendamus ad Dominum.* Eleútherio exilire reluctante, proſiluit ab antro Columbus, *qui illicò Martyrum cateruæ aſſociandus detruncatus eſt.* Sicque numerum quingentorum Monachorum Martyrum præter Abbatem compleuit, de quibus Eccleſiaſticæ Tabulæ pridie Idus Auguſti, ſic. *Eodem die, ſanctorum Martyrum, Porcarij Abbatis Lerinenſis, & quingentorum Monachorum, qui pro fide Catholica à Barbaris cæſi, Martyrio coronati ſunt.*

AN.CH. 739. P. M. THEODOR. IV. R. 2. 3.

XV. E quingentis ac quinque Monachis, qui poſt Abbatis exhortationem maximo ſtudio ad Martyrium anhelabant, quinque ſuperfuerunt, nempe quatuor iuuenes, quos corpore robuſtos ac vultu venuſtos barbari nauigio Ducis ſui recluſerunt, & Eleutherius, qui delituit in ſpelunca, nec auſus eſt egredi cum Columbo. Diuinâ diſpenſatione hi quinque Monachi periculo erepti videntur, vt corpora Martyrum decenter inter ruinas Monaſterij ſepelirent. *Barbari*, inquit Auctor iam citatus, *poſtquàm rabies eorum derelictis omnibus, quieuiſſet, nauigantes inde peruenerunt ad locum, cui nomen Agathon *, vbi captiui quatuor illi Monachi obtinuerunt, vt naturæ ſatisfacerent, è nauigio in terram deſcendere, qui nemoris condenſi latebras intrantes per vmbroſa conuallia non ſine diuino nutu aufugerunt, totáque nocte per ſecreta nemora ambulantes ad locum, qui Ara lucis dicitur, peruenerunt. Quo in loco paruum nauigium prope littus reperientes & aſcendentes, ſacram Lerinenſem Inſulam circa auroram intrauerunt. Cernentes autem tantorum Patrum venerabilia corpora, tot tantíſque vulneribus confoſſa, & valdè lacerata, quis enarrare valeat, quos gemitus, quas lachrymas, quæ ſuſpiria ab imis viſceribus emittebant? Mærebant enim cordibus, cur vnà ſimul cum illis beatiſſimis coronari gloriâ Martyrij non meruiſſent, vnde lugubres voces amaróſque gemitus alter ad alterum emittere, & iterum reuocare non ſinebant. Eleutherius verò percipiens mærentium voces ab antro proſiliit, cognitíſque fratribus, iterum lachrymæ, iterum gemitus, incredibile dictu, ſuper occiſorum Monachorum crudelem mortem renouantur, pœnitebat enim ſe ad gloriæ palmam cum illis, ſicut potuerat, cum Columbo non perueniſſe. Sed prouidentia diuina eum ſuperſtitem ſeruari voluit, vt eo ſuperſtite & ſciente poſteríſque reuelante celebranda ſemper, ſicut dignum eſt, paſſio Sanctorum & feſtiua in æuum coleretur.*

* Agaij.

AN. CH. 739. P. M. THEODOR. IV. R. 2. 3.

Cum verò lux oriente Sole terris reddita eſſet, ecce bauinarum, id eſt, auium maritimarum innumerabilis multitudo in aere ſuper Inſulam expanſis alis obumbrans volitabat, quæ voces quaſi flebiles emittendo in tantorum Patrum occiſione perſiſtebat, veluti ſi exequias agere voluiſſent, donec Sanctorum corpora fuere tumulata. Superſtites miſeri Monachi vnà cum viro Dei Eleutherio, poſt lachrymas & gemitus, perſoluentes exequias, modo & honore, quo poterant, parentantes, ſuper tam pio flebilíque exitio fratrum ſuorum, ſacrata eorum corpora tumulis in Inſula condiderunt. Ara lucis, ſiue Ara luci vel Arlucus *, cuius mentio fit in hoc textu, locus fuit Monaſterio puellari celebris, de quo locuti ſumus Tomo ſuperiori ad annum Chriſti ſexcenteſimum ſeptuageſimum-ſextum [a], quo reparatum eſt à Sancto Aygulpho Abbate tum Lerinenſi, commiſsúmque regimini Angariſmæ Abbatiſſæ. Quot annis hoc Cœnobium poſt illam inſtaurationem ſteterit, haud ſcimus. Valdè probabile eſt huiuſcemodi locum, qui barbarorum incurſionibus patebat, priùs à Monialibus derelictum eſſe, quàm Arabes oram maritimam inter oſtia Rhodani Varíque deuaſtarent.

* *Arluc.*

[a] Num. 15.

XVI. Exequiis Porcarij Lerinenſis Abbatis ſociorúmque Martyrum peractis, Eleutherius & alij quatuor Monachi, de quibus ſuprà, *ſacram Inſulam* Lerinum *cuſtodem venerabilium talentorum ſolitariam non ſine lachrymis, vt credi poteſt, relinquentes, Italiam ad ſocios requirendos petierunt, vbi Romæ Summo Pontifici ſignificarunt ſanctorum Monachorum necem & Cœnobij Lerinenſis ruinam.* Hæc idem Auctor, qui ſanctos Martyres vagè atque indeterminatè circa annum Chriſti triceſimum ſupra ſeptingenteſimum paſſos perperam ſubiungit. Illuſtre tot Martyrum certamen anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-nono conſignandum eſt. Tunc Eccleſiæ Catholicæ præerat Gregorius Tertius Papa. Præter ſexdecim pueros ac triginta-ſex adoleſcentes, quos ante barbarorum aduentum Porcarius in Italiam mittendos conſuluerat, alij quoque Lerinenſes Aſcetæ, quia Martyrium formidabant, illuc profugerant, quanto numero, non produnt Hiſtoriæ. Florentiſſimum erat Lerinenſe Monaſterium, multitudinem illic Monachorum penè incredibilem fuiſſe vetera teſtantur monumenta, quæ conſulere poteris apud Vincentium Barralem in annotatione de Sancto Amando Abbate Lerinenſi, *ſub cuius regimine*, vt ad annum Chriſti ſexcenteſimum nonageſimum [b] iam obſeruauimus, *exaucta eſt plurimùm Lerinenſium incolarum deuotio, itaut trium millium ſeptingentorum Monachorum numerum vir Sanctus habuiſſe legatur.*

[b] Num. 10.

XVII. Erant & in eadem Aquenſi prouincia ſeu Narbonenſi ſecunda, Diœceſes, Vappincenſis, Reienſis, Foroiulienſis & Siſtaricenſis, quas à Saracenis plurimùm quoque detrimenti paſſas arbitramur.

VASTANT VARIAS DIOECESES PROVINCIÆ AQVENSIS,

XVIII. Mancus eſt per hæc tempora Catalogus Epiſcoporum Vappincenſium. De illis enim poſt Concilium Cabilonenſe, cui Potentiſſimus Epiſcopus Vappincenſis anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo-quarto ſubſcripſit, nihil omnino legitur ad ætatem vſque Caroli Magni, quo regnante Donadeus Vappincenſis Epiſcopus Synodum Narbonenſem cum aliis Præſulibus celebrauit.

XIX. Auctior eſt Index Epiſcoporum Reienſium, mutilus tamen videtur. In vulgatis Catalogis apud Bartellum, Sammarthanos & Bouchium, Claudio Epiſcopo Reienſi, qui Concilio Cabilonenſi ſub Clodoueo Secundo Rege ſubſcripſit, ſuccedunt, Mauritius, Thomas, Archirincus ſiue Archiringus aut Archimricus, Abſalon, Anthimius ſiue Anthimus, Ricolphus ſeu Riculphus, Roſtagnus, Berno ſeu Bernarius, Rodulphus ſeu Rodolphus, Edolus ſiue Edoldus qui Conuentui Mantalenſi interfuit. In iiſdem Nomenclaturis, à Concilio Cabilonenſi, quod anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo-quarto celebratum diximus, ad Conuentum vſque Montalenſem, quem anno Chriſti octingenteſimo ſeptuageſimo-nono habitum fuiſſe conſtat, nullus Character Chronologicus per annos triginta-quinque ſupra du-

ceutos occurrit. At ex Paſchaſio Ratberto [a] Bernarinm, quem Bartellus AN. CH.
& Sammarthani è Monacho Lerinenſi Reienſem Epiſcopum factum confi- 739.
tentur, Aſceterio Lerinenſi ſub Ludouico Pio Auguſto adſcriptum ediſel- P. M.
mus, nec id Chronologiæ refragatur, nam poſito, quòd Bernarins è Leri- THEO-
nenſi Monaſterio ad Infulas Epiſcopales aſſumptus ſit Imperatore Lotha- DOR. IV.
rio, qui poſt Ludouicum Pium parentem ſuum anno Chriſti octingenteſi- R. 2. 3.
mo quadrageſimo ſolus imperare cœpit, nihil vetat, quominùs eidem Ber- [a] In vit. S.
nario in Epiſcopatum ſucceſſerit Rodulphus, tum Edoldus, qui Conuen- Adelhardi.
tui Mantalenſi præſens adfuit. Præterea probaris Auctoribus innixi Mauri-
tium & Thomam Regio Lepidi in Inſubria reſtituimus [b], & Claudio, qui [b] Tom. 5. a.
Cabilonenſe Concilium anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo-quarto ſuâ 680. nn. 25.
ſubſcriptione communiuit, proximè ſuffecimus Archiringum, tum Abſalo- & ſeqq.
nem. Cùm autem hi duo Reienſes Epiſcopi cum Anthimio, Riculpho &
Roſtagno, intercapedinem annorum ferè ducentorum à Concilio Cabilo-
nenſi ad mortem vſque Ludouici Pij Imperatoris implere non potuerint,
exiſtimamus ob bella Saracenica Reium * interpontificio aliquandiu la- * Riez.
boraſſe, necnon quorumdam Epiſcoporum, qui poſt Abſalonem ſederant,
obliuioni data nomina. Vt enim Claudio Archiringum & Abſalonem pro-
ximè ſubrogamus, ſic Anthimium Pippino Regi, Riculphum Carolo Ma-
gno, Roſtagnum Ludouico Pio, coæuos ſuſpicamur.

Epiſcoporum Foroiulienſium * par eſt ratio. In Catalogo à Sammartha- XX.
nis edito, qui ceteris auctior eſt, laudatur Expectatus, de quo actum Tomo * De Freius.
primo, in Conciliis, Aurelianenſi, Pariſienſi & Arelatenſi, ad annos ſexti
ſeculi quadrageſimum-nonum, quinquageſimum-primum & quinquageſi-
mum-quartum. Deinceps abſque vlla temporis nota ſubſequuntur, Aſte-
rius, Ruſticus, Augerius, Iacobus, Bartholomæus, Berengarius, Romanus,
tum Benedictus, qui Magalonenſe Concilium apud Iunquarias eum aliis
Epiſcopis celebrauit anno Chriſti nongenteſimo nono, vt in notis ad Con-
cilia Galliæ Narbonenſis eruditè probat Stephanus Baluzius aduersùs Sir-
mondum & alios, qui Synodum illam Magalonenſem anno Chriſti octin-
genteſimo nonageſimo-quarto habitam contendunt. Epiphanium Expecta-
to ſubrogauimus coniecturâ fulti ſatis validâ. Deinde ſeptimo ſeculo ad-
ſcripſimus Aſterium, Ruſticum & Augerium. Sed, cùm Iacobus, Bartholo-
mæus, Berengarius & Romanus ducentos annos in Epiſcopatu non imple-
uerint, neceſſe eſt, vt vel interpontificium admittamus, vel quoſdam Epi-
ſcopos obliuione conſepultos fateamur. Certè Forum Iulij, per illa tempo-
ra, vt Honoratus Bouchius [c] teſtatur, irruptionibus Saracenorum frequen- [c] Lib. 5. ſect. 1.
ter obnoxium fuit.

Intricatior eſt Index Epiſcoporum Segeſtericenſium. Ab anno Chriſti XXI.
quingenteſimo triceſimo-ſexto, quo ciuitas Sigeſteriorum * aliæque ditio- * Siſteron.
nes Oſtrogothorum Cis-Alpinæ Francis acceſſerunt, tres Epiſcopos Segeſte-
ricenſes, Auolum, Geneſium & Pologtonium, celebrauimus. Auolus Con-
cilio Aurelianenſi quarto ſubſcipſit anno Chriſti quingenteſimo quadrage-
ſimo-primo, Agecium Preſbyterum ad Synodum Aurelianenſem quintam di-
rexit anno Chriſti quingenteſimo quadrageſimo-nono, necnon Cyprianum
Diaconum ad Arelatenſe Concilium anno Chriſti quingenteſimo quinqua-
geſimo-quarto. Geneſius Synodo Pariſienſi quartæ interfuit anno Chriſti
quingenteſimo ſeptuageſimo-tertio. Pologronins anno Chriſti quingenteſi-
mo octogeſimo-quinto Valentinæ Conſtitutioni ſubſcripſit, eodemque anno
Vicarium ad ſecundam Synodum Matiſconenſem delegauit. Hæc omnia ex
Actis Conciliorum conſtant. Sammarthani Valerium, qui ſuâ ſubſcriptio-
ne Synodum Epaonenſem anno Chriſti quingenteſimo decimo-ſeptimo cor-
roborauit, Auolo præponunt, nec Epiſcopum Segeſtericenſem agnoſcunt
ipſo Valerio antiquiorem. Honoratus Bouchius ad annum Chriſti quadrin-
genteſimum quinquageſimum-primum collocat Chryſaphium, nullúm-

AN. CH. 739. P. M. THEODOR. IV, R. 2. 3.

que profert Auctorem, à quo mutuatus hunc Antiſtitem videatur. Ioannes Columbus, qui quatuor libris res geſtas Epiſcoporum Siſtaricenſium nuperrimè complexus eſt, de Chryſaphij Pontificatu, vt de re multùm incerta ſic loquitur [a]. *Ante Ioannem Gundebaldo Rege Epiſcopum, non lego qui ſederit Siſtarici. Audio tamen Polycarpum Lariuierium vidiſſe apud Sauaronem, in Codice ſcripto manu, literas illas Rauenny Arelatenſis, & aliorum Epiſcoporum ad Sanctum Leonem, quibus ipſe reſpondet epiſtolâ 52. Herculano Conſule, id eſt, anno Chriſti 452. & in eo Siſtaricenſem dici Epiſcopum, qui Chryſaphius appellatur.* Vtcumque hoc habeat, en apud Columbum Ioannes Epiſcopus deceſſor Valerij, nam Gundebaldus ſeu Gondobadus aut Gundobagaudus Rex Burgundionum, ſub quo Ioannes floruit, obiit anno Chriſti quingenteſimo decimo-ſexto, ſeu Petro Conſule, vt Marius in ſuo Chronico ſcribit. Hunc Ioannem in tempora Caroli Magni reiecerant Sammarthani, ſed enormi prorſus mendo, nam eundem Ioannem Mario Abbati Bodanenſi * & Donato Anachoretæ, quos ſexto ſeculo vixiſſe liquet, coæuum ſic addiderant. *Ioannes I. è ſtirpe Senatoria, opibus ac virtute nobilis, Siſtaricenſem Eccleſiam tenuit annis 47. ex Tabulariis Epiſcopatûs. Carolus Magnus Imperiali Priuilegio donauit Deo & Beatæ Mariæ, necnon glorioſo Martyri Tyrſo Sanctæ Sedis Siſtaricenſis caſtrum de Lurio, cum omni honore & appendentiis, ex apographo Archiuij Cathedralis. Idem Epiſcopus prædiis ac rebus Eccleſiam ſuam locupletauit, námque duodecim Eccleſias extruxit, & duo regularia Monaſteria; ipſe etiam Diuum Marium & Sanctum Donatum, viros religioſos ab vrbe Aurelia aduocauit, Diuóque Mario prædium ſuum ad fundandum & dotandum Cœnobium Monachorum in Valle Bodonenſi conceſſit cum omni decimatione de Lambricis, Eccleſia Sancti Albani, Sanctæ Gualle, Sanctæ Luciæ, Nonauillæ, Parpaciana, & aliis plurimis beneficiis ac pertinentiis. Hæc omnia dedit, inquit perpetuus carta, Monaſterio Sancti Marij, vt abſque vlla diminutione, vel inquietudine, poſſideant fratres ibidem habitantes. Iacet in Baſilica Sancti Ioannis Baptiſtæ. Hactenus Viridis Codex in Archiuio Siſtaricenſi.* Huc vſque Sammarthani. Arnaldus Wion, quamuis Sanctum Marium Sodalitio Benedictino adſcribat, tempus, quo floruit, ſibi incognitum fatetur. Ætas tamen Sanctorum Marij & Donati facilè deprehendi poteſt. Vitam Sancti Marij retulit in literas Dynamius Patricius, vt ſexto Kalendas Februarias in ſuis Martyrologiis Ado & Vſuardus affirmant. Ado, ſic. *Item Beati Marij Abbatis Monaſterij Bodonenſis, cuius vitam plenam virtutibus vir illuſtris ac Patricius Dynamius ſcribit.* Vſuardus, ſic. *Item Sancti Marij Abbatis Monaſterij Bobacenſis, cuius vitam virtutibus plenam vir illuſtris ac Patritius Dynamius ſcribit.* Iſque Dynamius, vt Bollandus [b] poſt Miræum ait, fuit rector patrimonij Romanæ Eccleſiæ in Galliis, cui Gregorius Magnus Indictione vndecimâ ſiue anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-tertio literas [c] ſic inſcripſit *Gregorius Dynamio Patricio Galliarum.* Quicquid ſit de Dynamio, Sanctus Marius vixit coætaneus Gundobado Burgundionum Regi cuius conſenſu electus eſt Abbas Bodanenſis, Ioanni Epiſcopo Siſtaricenſi cuius auctoritate confirmatus eſt Abbas, Lucretio Epiſcopo Dienſi cuius familiaritate vſus eſt, & Sancto Donato Anachoretæ cuius mortem ſibi cognitam publicauit. Hæc patent ex eiuſdem Marij vita, quam à Dynamio Patricio concinnatam Bollandus [d] publici iuris fecit. *Sanctus Marius Gundobadi Burgundiorum Principis conſenſu, à fratribus Bodanenſis Cœnobij, quod eſt ſitum in Siſtaricenſi Epiſcopatu, in Patrem eligitur. Cuius electio, Ioannis, qui tunc Siſtaricenſi Eccleſiæ præerat, auctoritate roboratur, &c. Cùm autem, vt mos eſt Religioſorum, in Quadrageſima idem vir Dei in cella retruſus, parciùs ſolito viueret. Lucretius Dienſis Epiſcopus ad eum viſitandum aſſiduè veniebat, tum quia eiuſdem viri Dei Monachus & nutritius fuerat, eúmque patris loco venerabatur & colebat, tum quia eius dulcibus alloquiis ſemper refici appetebat, &c. Cuiuſdam Donati ſerui Dei tranſitum abſens corpore, præſens ſpiritu, cognouit, & cognitum fratribus cum lachrymis*

[a] Lib. 1. n. 3.

* de Bevons.

[b] D. 27. Ian.

[c] L. 2. Ind. 11. ep. 33.

[d] D. 27. Ian.

AN. CH. 739. P. M. THEODOR. IV. R. 2. 3.

publicauit. Quidam autem ex his, qui aderant, probare volens, vtrùm viri Dei viſio veritate niteretur, miſit ad locum, in quo iam dictus Donatus Deo militauerat, & legati aſſertionibus, vt vir Dei prædixerat, ita eſſe inuenit. Gundobadus Burgundiæ Rex vltra annum Chriſti quingenteſimum decimum ſextum vitam haud prorogauit; ei ſuperſtes vixit Sanctus Marius; huic Lucretius Dienſis Epiſcopus, qui ſexto ſeculo variis Conciliis interfuit, viuebátque adhuc anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-tertio, quo Synodus Pariſienſis quarta celebrata eſt. Hæc autem quantùm abſunt à Principatu Caroli Magni, qui poſt Pippinum patrem anno Chriſti ſeptingenteſimo duodeſeptuageſimo regnare cœpit? Errant igitur qui Sanctos Marium & Donatum, eorúmque coæuum Ioannem Epiſcopum Segeſtericenſem in tempora Caroli Magni reiiciunt. Sammarthanos autem erroris adeò ſtupendi primos authores noli cenſere. Cauſa mali vetuſtior eſt, hanc omnem refunde in Anonymum, qui chartis Epiſcopalibus, quæ tunc extabant, anno Chriſti milleſimo quingenteſimo, iuſſu Laurentij *Burean* Siſtaricenſis Epiſcopi exſcriptis, atque in membraneum volumen ingens ac ſpiſſum digeſtis, epitomen rerum ab Epiſcopis Siſtaricenſibus geſtarum præfixit, initio à Ioanne Epiſcopo ſic facto [a]. *Hæc ſunt nomina Siſtaricenſium Epiſcoporum à tempore Caroli Regis, & filij eius Clotarij, Siſtaricenſem Eccleſiam pontificaliter regentium. Primus Ioannes vir ſanctiſsimus, & valdè nobiliſsimus, & opibus, & rebus .....niſsimus, Siſtaricenſem Eccleſiam cum omni honore ſuccedente in Epiſcopali ordine & dignitate rexit annis quadraginta-ſeptem. Iſte enim Clotarius fuit filius Caroli Magni. Hic verò Carolus Magnus, Rex & Imperator piiſsimus, iuſtus & Catholicus, à Domino Deo coronatus, & ſemper Auguſtus, dedit & conceſsit, ac Imperiali Priuilegio tradidit Deo, & Beatæ Mariæ, & glorioſo Martyri Thyrſo, Sanctæ Sedi Siſtaricenſi, Caſtrum de Lurio, cum omni honore & appenditiis ſuis, vt Epiſcopus Sanctæ Mariæ Siſtaricenſis habeat, & quietè poſsideat auctoritate Imperiali ſeu Regali in perpetuum. Si quis autem Regum, Comitum aut Baronum, contra hanc donationem venire tentauerit, iram Omnipotentis Dei ſe nouerit incurſurum. Prædictus namque Præſul Ioannes, ex Senatoria ſtirpe progenitus, quampluribus rebus & prædiis Eccleſiam Siſtaricenſem nobilitauit & ditauit. Conſtruxerat namque duodecim Eccleſias, & duo regularia Monaſteria. Ipſe verò Sanctum Marium, & Sanctum Donatum, viros religioſos, ab Aureliana vrbe ad ſe vocauit, & Beato Mario prædium ſuum ad conſtruendum Cœnobium regulare Monachorum in valle Bodanenſi conceſsit. Ipſe verò ſanctiſsimus Præſul Ioannes dictum Beatum Marium in valle Bodanenſi conceſsit. Ipſe verò ſanctiſsimus Præſul Ioannes dictum Beatum Marium in Abbatem conſecrauit, & de proprio honore locum & Monaſterium nobiliter dotauit. Et donauit eidem Monaſterio omnem decimationem de Lambricis, & Eccleſiam Sancti Albani cum omni decimatione & territorio ſuo, & Eccleſiam Sanctæ Gallæ, & Eccleſiam Sanctæ Luciæ cum omnibus ibidem pertinentibus. Hæc omnia dedit Monaſterio Sancti Marij, vt abſque vlla diminutione, vel inquietudine, poſsideant fratres ibidem habitantes in æternum. Facta eſt hæc donatio ſeptimo Calendas Apriles, anno vndecimo regnante Clotario Caroli Magni filio. In honore Domini noſtri Ieſu Chriſti, hic eſt locus ædificatus, quem fieri procurauit Campanus Præſul tempore ...... nomine Ioannis Epiſcopi Siſtaricenſis, anno duodecimo Clotarij Regis Caroli filij. Hoc in petra inuentum eſt ſcriptum in Eccleſia ante altare Sancti Ioannis. Hæc eſt charta & breuis memorationis de Synodali cenſura Eccleſiarum Vallebonenſium pertinentium ad Sedem Siſtaricam. Monaſterium Sancti Marij libras duas de incenſo optimo, &c. Et ita ordinauit prædictus Ioannes ſanctiſsimus Præſul. Ipſe namque Ioannes dedit Deo, & Sancto Petro Cluniacenſi Podium Conoguorienſe de patrimonio ſuo, & ibi extruxit Eccleſias, vnam in honore B. Mariæ, & aliam in honore S. Ioannis Baptiſtæ, in qua idem Epiſcopus ſepultus eſſe videtur. Et alia multa fecit ibi.* Ioannes Columbus Burellanum Exſcriptorem meritò redarguit [b], quòd tres Eccleſiæ Siſtaricenſis An-

[a] Ap. Columb. de Ep. Siſtaric. l. 1. n. 7.

[b] L. 1. nn. 8. 9.

AN. CH. tiſtites æquiuocos in vnum confuderit; Ioannem Primum, qui Gundobado
739. Burgundionum Rege Pontificatum geſſit; Ioannem Secundum, qui ſub Ca-
P. M. rolo Magno, ſub Ludouico Pio, ſub Lothario Caroli Magni per eundem
THEO- Ludouicum filium nepote Præſulatum tenuit; Ioannem Tertium, qui Cœ-
DOR. IV. nobium Conoguorienſe, hodie Ganogobienſe, Sancto Petro Cluniacenſi con-
R. 2. 3. ceſſit. Idem Exſcriptor de Siſtaricenſibus poſt prædictum Ioannem Epiſcopis
[a] Ap. Columb. de Epiſc. Siſtaric. l. 1. n. 10. hæc ſubiunxit. [a]. *Secundinus Epiſcopus poſt Ioannem rexit eamdem Eccleſiam annos octo & triginta. Tertius Magnibertus rexit eamdem Eccleſiam vnum & ſexaginta annos. Quartus eamdem Eccleſiam Amantius Epiſcopus rexit annis vndecim. Quintus fuit vir magnus Epiſcopus, rexit Eccleſiam annis viginti & vno. Sextus Bonus Epiſcopus eandem Eccleſiam rexit annos quinque & quinquaginta. Septimus Vincentius Epiſcopus eamdem Eccleſiam rexit annis vndecim. Octauus Euſtergius Epiſcopus eandem rexit Eccleſiam annos quatuor & quadraginta. In tempore huius Epiſcopi facta fuit perſecutio in Eccleſia Dei, quæ dicitur facta fuiſſe à Gothis & Vandalis, qui erant Hæretici Ariani. Poſt hunc, Arnulfus eamdem Eccleſiam rexit vnum & quadraginta annos. Poſt iſtum Vrſus. Iſte Epiſcopus impetrauit Priuilegium à Rege Conrado*, &c. *anno Incarnationis Dominicæ nongenteſimo ſexageſimo-ſeptimo.* In hoc Exſcriptoris Burellani Catalogo quis non miretur nullam fieri mentionem Valerij, Auoli, Geneſij, & Pologronij, Siſtaricenſium Epiſcoporum, quos ſubſcriptiones Synodorum, Epaone, Aureliæ, Pariſiis, Valentiæ & Matiſcone habitarum, celebrant? Quis etiam non miretur, Epiſcoporum, quos poſt Ioannem ad annum vſque Chriſti nongenteſimum ſexageſimum-ſeptimum idem Exſcriptor recenſuit, annos omnes in ſuam ſummam ab eo
[b] Lib. 1. n. 11. ductos haud fuiſſe? Supinam in illo Scriptore ſocordiam Columbus [b] iam damnauit. Ab anno enim vndecimo Lotharij, ſiue ab anno Chriſti octingenteſimo quinquageſimo-primo, quo Ioannes Epiſcopus Monaſterium quondam deiectum inſtaurauit, ad annum vſque Chriſti nongenteſimum ſexageſimum-ſeptimum, quo Vrſus Epiſcopus à Conrado Rege Priuilegium accepit, anni duntaxat ſexdecim ſupra centum colliguntur. Epiſcopi verò, quos Exſcriptor Burellanus medios inter Ioannem & Vrſum collocat, annos implent duos & octoginta ſupra ducentos. Secundinus igitur, eiúſque quatuor proximi ſucceſſores, quos prædictus Exſcriptor enumerat, nec Ioanni Primo, qui regnante in Burgundia Gundobado ſedit, nec Ioanni Secundo, qui ſub Carolo Magno, Ludouico Pio & Lothario Siſtaricenſem Eccleſiam gubernauit, ſed Pologronio, qui Vicarium ad ſecundam Synodum Matiſconenſem direxit, ſunt ſubrogandi. Ita iam cenſuit Ioannes Columbus, cuius libri de rebus geſtis Epiſcoporum Siſtaricenſium in lucem prodierunt, cùm tertius Annalium noſtrorum Tomus publicatus eſſet. Ab erudito Scriptore, cuius coniecturas in plurimis locis valdè probabiles arbitramur, accipe Chronologiam Siſtaricenſium Epiſcoporum, de quibus poſt annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-quintum nihil hactenus à nobis dictum.

XXII. Pologronius Siſtaricenſis Epiſcopus, quem laudauimus ad annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-quintum, cùm de Valentina Conſtitutione & Concilio Matiſconenſi ſecundo ſermonem faceremus, obiit anno Chriſti ſexcenteſimo decimo nono, poſtquàm annos in Epiſcopatu exegiſſet penè quadraginta. Succeſſit Secundinus, qui ſedit *annos octo & triginta*, vitámque clauſit anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo ſeptimo. Secundinum excepit Magnibertus. Hic Eccleſiam rexit *vnum & ſexaginta annos*, id eſt, ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum decimum-octauum. Magniberto ſubrogatus eſt Amantius, qui Præſulatum *annis vndecim* tenuit, & anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo nono diſceſſit è viuis, cùm Arabes in prouinciam Narbonenſem ſecundam nondum penetraſſent. De ſucceſſore, cui locus quintus in Exſcriptoris Burellani Catalogo tribuitur, hæc ibidem leguntur. *Quintus fuit vir magnus Epiſcopus: rexit Eccleſiam annis viginti & vno.* Ex illo textu Sammarthani Magnum eum pro-

prio

prio nomine appellatum contendunt, Epiſcopiſque Siſtaricenſibus Magnum poſt Amantium accenſent. Æquiori iudicio Columbus eum ab Exſcriptore Burellano innominatum ait. Fateamur igitur Epiſcopi, qui poſt Amantium in Siſtaricenſi Cathedra ſedit, nomen ignorari, nec præter Saracenorum incurſiones vllam afferri cauſam poſſe, cur hic Epiſcopus obliuioni potiùs datus ſit quàm anteceſſores ſucceſſoréſue. Sublato è viuis Amantio Epiſcopo, non dubitamus quin ſtatim in eius locum quis ſucceſſerit, tunc enim in illa regione nihil tumultuum audiebatur, ſed vtrùm hic vixerit ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum, quo Bonus ad Epiſcopales Infulas aſſumptûs eſt, an Eccleſia Siſtaricenſis, vt aliæ nonnullæ, de quibus infrà, per aliquot annos interpontificio laborarit, antequàm Bonus factus ſit Epiſcopus, haud æquè nobis videtur patere. Quicquid autem ſit hac de re, Pontificatum Boni commendabimus ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum, quo cœpit.

AN. CH. 739. P. M. THEODOR. IV. R. 2. 3.

XXIII. Saraceni traiecto Rhodano non eam tantùm veteris Galliæ Narbonenſis partem, cui nomen Prouinciæ * hodiéque manet, ſed & vicinam, quæ poſteris ſeculis nomen Delphinatûs * accepit & adhuc retinet, maxima ex parte deuaſtarunt. Id palàm eſt apud illarum regionum Hiſtoriographos. Quapropter expoſito ſtatu Eccleſiarum, quæ Metropolibus Arelatenſi & Aquenſi ſubiacebant, placet hic etiam de illis agere, quæ ſub Metropolibus erant Ebredunenſi ac Viennenſi.

* La Provence.
* Le Dauphiné.

XXIV. PROVINCIÆ EBREDVNENSIS. Ebredunenſi Metropolitæ ſuberant Epiſcopi quinque, Vincienſis, Senetenſis, Glannatenſis, Dinienſis & Nicaenſis, ſed vt Ebredunenſium Metropolitarum, ſic & comprouincialium Epiſcoporum Catalogi per tempora, de quibus inquirimus, mutili reperiuntur.

XXV. ET PROVINCIÆ VIENNENSIS. Viennenſi Metropolitæ ſuberant tres Epiſcopi, Valentinus, Gratianopolitanus & Genauenſis. Lege quæ de Genauenſibus Epiſcopis Tomo tertio dicta ſunt ad annum Chriſti ſexcenteſimum quadrageſimum-quartum [a]. Lege & quæ de Valentinis Tomo quarto relata ſunt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum-ſecundum [b]. Nihil enim de vtriſque hîc addendum habemus, niſi quod flagrante bello Saracenico Genauæ ſedebat Eucherius Epiſcopus. Nicolaus Chorierus Valentiam vrbeſque ceteras Delphinatûs, quæ Rhodanum Alpéſque interiacent, à Saracenis captas, direptas, combuſtáſque deflet [c]. Eos vſque Genauam, quæ remotior eſt nec ad Delphinatum pertinet, progreſſos eſſe non opinamur, ſed vt anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-ſecundo Valentiâ, ſic & hoc anno Gratianopoli potitos exiſtimamus in opinione Chorieri. Copioſus eſt Epiſcoporum Gratianopolitanorum Catalogus. Tomo tertio ad annum Chriſti ſexcenteſimum ſexageſimum-ſecundum egimus de Boſone, quem contra vulgata exemplaria ſancto Fergeolo præpoſuimus. Pulſus eſt in exilium, necique traditus Martyrium conſummauit beatus Fergeolus, pridie Idus Ianuarij [d], ſuperſtite in viuis Ebroino Maiore-domus, cuius mors in annum Chriſti ſexcenteſimum octogeſimum-primum incidit. Sancto Fergeolo ſucceſſerunt [e] Iſitius, Auſtrobertus, Reynoldus, Ragnomarus, Auſtroricus, Corbus, ſolis hodie nominibns noti. Admodum autem probabile videtur ſediſſe Auſtroricum flagrante bello Saracenico, & Corbum eius ſucceſſorem ad tempora Pippini Regis perueniſſe.

[a] Num. 18.
[b] Num. 28.
[c] Lib. 9. c. 19.
[d] Sauſſaius, Bolland.
[e] Chenut. Robert. Sammarth.

XXVI. Vienna Metropolis in Arabum poteſtatem non venit, ſed vaſtatum eſt eius territorium, redditúſque in laicorum vſum detorti. Quod Wilicarius Epiſcopus ægrè admodum tulit, ideóque Epiſcopatu relicto in Agaunenſe Monaſterium ſe recepit. Qua de re commodiùs ad annum ſequentem, cùm explicabimus Adonem de calamitate Eccleſiarum Viennenſis & Lugdunenſis ita conquerentem. *Vaſtatâ & diſſipatâ Viennenſi & Lugdunenſi prouincia, aliquot annis ſine Epiſcopis vtraque Eccleſia fuit, laicis ſacrilegè & barbarè res ſacras Eccleſiarum obtinentibus.*

AN. CH. 739. P. M. THEODOR. IV. R. 2. 3.

XXVII. BOIOARIA IN QVATVOR EPISCOPATVS DIVIDITVR.

Bonifacius Archiepiſcopus, de cuius reditu ex Italia in Boioariam anno priore locuti ſumus, omnem Boioariam Odilone Duce ſeu Præfecto conſentiente in quatuor Epiſcopatus hoc anno diuiſit, & ſingulis Epiſcopatibus ſuos Epiſcopos præpoſuit. Ea de re ſic Willibaldus in illius vita. *Recedens* è Longobardia, *non ſolùm inuitatus Baioariorum ab Odilone Duce, ſed & ſpontaneus viſitauit incolas, manſitque apud eos diebus multis, prædicans & euangelizans verbum Dei, veraque fidei ac religionis Sacramenta renouauit, & deſtructores Eccleſiarum populique peruerſores abigebat. Quorum alij pridem falſò ſe Epiſcopatûs gradu prætulerunt, alij etiam Presbyteratûs ſe officio deputabant, alij hæc atque alia innumerabilia fingentes, magna ex parte populum ſeduxerunt. Sed Sanctus vir iam Deo ab infantia deditus, iniuriam Domini ſui non ferens, ſupradictum Ducem cunctúmque vulgus ab iniuſta hæreticæ falſitatis ſecta & fornicaria Sacerdotum deceptione coercuit, & prouinciam Baioariorum, Odilone Duce conſentiente, in quatuor diuiſit Parochias, quatuórque his partibus præſidere fecit Epiſcopos, quos ordinatione ſcilicet factâ in Epiſcopatûs gradum ſubleuauit. Quorum primus, nomine Iohannes, Eccleſiæ in oppido, quod dicitur Saltzburg, Epiſcopatûs Cathedram ſuſcepit. Secundus Erenberch, qui Friſigenſis Eccleſiæ ſuperſpeculatoris tenuit Principatum. Tertius Gaiualdus, qui Eccleſia ciuitatis Reginæ Paſtorale excubitoris ſubiit magiſterium. Quartus Viuilo, qui ſuper Patauienſem Eccleſiam ſacra indagationis obtinuit dignitatem. Cúmque omnia confirmato Chriſtianitatis ordine ritè agerentur, & Canonum eſſent iura in Baioariis recuperata, iam ad proprias remeando rediit Eccleſias, populíque ſibi commiſſi curam gerens, caulâſque gregum circumſpiciens, & excubias prouidens; oues à nefandis luporum morſibus eripuit.* Et Othlonus Willibaldi interpres, ſic. *Terras Bagoariorum ab Otilone Duce inuitatus viſitauit, manſitque apud eos diebus multis, verbum Dei prædicans, veraque fidei Sacramenta illic renouans. Inter quæ etiam deſtructores quoſdam Eccleſiarum, populíque ſeductores abigebat, quorum alij falſò ſe Epiſcopatûs gradu prætulerunt, alij verò Presbyteratûs officio ſe deputarunt, alij etiam innumera peruerſitatis figmenta ſequentes, magna ex parte populum ſeduxerunt. Sed Sanctus Præſul, cùm tantam Sacerdotum falllaciam atque malitiam aliter non poſſe prohiberi conſpiceret, prouinciam Bagoariæ, Otilone Duce conſentiente, in quatuor diuiſit Parochias, tréſque magnarum virtutum viros eis præfecit, quos ordinatione factâ in Epiſcopalem gradum ſublimauit. Quorum primus, nomine Iohannes in oppido, quod dicitur Saltzpurg, Cathedram Epiſcopalem ſuſcepit. Secundus Erinbertus in Friſingenſi Eccleſia regimen Pontificale ſubiit. Tertius Gounibolt in Ratiſponenſi ciuitate, quæ Metropolis Bagoariæ eſt, Pontifex conſtituitur. Viualus quoque à Præſule Apoſtolico iam ordinatus, Patauienſi Eccleſiæ prælatus eſt, ſed eius Parochia, quæ quarta erat, à Sancto Bonifacio, ſicut cæteræ, diuidebatur. His ergo Pontificibus conſtitutis, & quæcumque tunc corrigenda erant, in Bagoaria correctis, ad proprias rediit Eccleſias* id eſt, ad Eccleſias Haſſiæ, Franciæ ac Turingiæ, de quibus poſt triennium fuſiùs diſſeremus.

XXVIII. Luctuoſiſſimus igitur erat Eccleſiæ ſtatus in Boioaria. Cauſas affert Velſerus [a] haud ſpernendas. *Sedes ſacræ per Boicam habebantur quatuor, Laureacum ſiue Batana, Saliſburgum, Friſinga, Reginoburgum. Verùm eæ nec continentibus Epiſcoporum ſucceſſionibus, nec certâ finium deſcriptione ſatis conſtitutæ. Soliti præterea Pontifices Romani, legare homines perſæpè exteros magnâ & excellenti virtute, Corbinianos & Bonifacios putà, qui Epiſcoporum munere vbique liberè, ſine exceptione, fungerentur. Fraudatoribus dolo obtegendo vtraque cauſa ſeruiebat, poſterior maximè; quò peregrini & ignoti faciliùs irreperent, Pontificiam miſſionem credulis perſuadebant, ſi qui præſertim Britanni fuci, eiuſdem cum apibus patriæ conſortes eſſent.* Id ipſum innuere viſus eſt anno priore Gregorius Papa, cùm Epiſcopos, *in prouincia Bagoariæ & Alamanniæ* conſtitutos, ſedulò ſuis literis adhortatus eſt, vt doctrinam *vel venientium Britonum, vel falſorum Sacerdotum* abiicerent.

[a] Lib. 5. rer. Boioar.

Supponit Velſerus fixas in Boioaria quatuor Sedes Epiſcopales, vnam Laureaci ſiue Patauiæ, alteram Saliſburgi, tertiam Friſingæ, quartam Reginoburgi. De Laureacenſi ſiue Patauienſi, déque Saliſburgenſi conuenimus, ambæ enim ſuos nactæ ſunt Epiſcopos à longis retrò temporibus, vt ex Tomis præcedentibus conſtat. Conuenimus & de Friſingenſi, cui primus inſedit Sanctus Corbinianus; nequaquam verò de Reginoburgenſi, cuius primum Epiſcopum agnoſcimus Garibaldum ſeu Ganbaldum, quem hoc anno Bonifacius Archiepiſcopus ei præfecit. Agendum diſtinctiùs de ſingulis. AN. CH. 739. P. M. THEODOR. IV. R. 2. 3. XXIX.

Omiſſis vetuſtiſſimis Præſulibus, qui laudantur ab Hundio in Metropoli Saliſburgenſi [a], diuerſiſque temporibus, cùm Boioaria in Francorum poteſtate nondum eſſet, Euangelium Laureacenſibus annuntiarunt, Epiſcoporum ſeries haud interrupta reperitur ab ætate Sancti Ruperti, Vormacienſis Metropolitæ, qui Sede pulſus abiit in Boioariam regnante Childeberto Secundo, ibíque non Eccleſiam modò Saliſburgenſem fundauit, ſed & duos è ſuis comitibus Epiſcopos inſtituit, Laureaci Gerardum, Erchenfridum Patauiæ. Gerardus Laureacenſis Epiſcopus obiit anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-quinto. Succeſſit Philo, qui vitam ad annum vſque Chriſti ſexcenteſimum ſexageſimum produxit. Tum ſubrogatus eſt Bruno, anteà Epiſcopus Patauienſis. Abhinc vniti ſunt Epiſcopatus Laureacenſis ac Patauienſis. Velſerus aliter cenſet, aitque vnum Theodorum Philoni Epiſcopo Laureacenſi & Brunoni Epiſcopo Patauienſi ſucceſſiſſe, deinde Theodoro Viuilum ſeu Viuilonem, quem, *exciſâ ab Hunnis Laureaco*, ſub Hugiberti ſiue Hugoberti Ducis mortem, ſacra Sacerdotéſque *in Batava* ſeu Patauiam tranſtuliſſe contendit. At quoniam per illa tempora nullam Hunnici belli mentionem inuenimus, ſequi maluimus Hundium, qui vetuſtum librum in membranis ſcriptum legit, in quo Patauienſes Annales ad annum vſque Chriſti milleſimum ducenteſimum quinquageſimum-quintum deducti continentur. Bruno igitur anno Chriſti ſexcenteſimo ſexageſimo, cùm Patauienſis Epiſcopus iam eſſet, poſt Philonis Epiſcopi Laureacenſis obitum factus eſt etiam Epiſcopus Laureacenſis, annóque pòſt ſexto, cùm Sedes Saliſburgenſis poſt Anſologi Epiſcopi mortem vacaret, Metropolites Boioariæ conſtitutus eſt, ac Metropolitanâ dignitate Theodorus, Viuilus, aliique ſucceſſores ad multa ſecula gauiſi ſunt. XXX. [a] Tom. 1. EPISCOPI LAVREACENSES.

Erchenfridus, quem Sanctus Rupertus primum Epiſcopum Patauienſem inſtituit, obiit anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-quarto. Serie non interruptâ ſucceſſerunt Othocarus, Bruno, Theodorus, Viuilus. Vitam clauſit Othocarus anno Chriſti ſexcenteſimo duodequadrageſimo. Bruno Patauienſis Epiſcopus tum factus eſt, deinde etiam Laureacenſis anno Chriſti ſexcenteſimo ſexageſimo, necnon Boioariæ Metropolites anno Chriſti ſexcenteſimo ſexageſimo-ſexto, nonagenariúſque vitam cum morte commutauit anno Chriſti duodeſeptingenteſimo. Theodorus anno ſequenti datus eſt ei ſucceſſor, vixitque ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum-ſeptimum, ſub cuius finem promotus eſt ad Epiſcopatum Viuilus, qui ſolus erat Epiſcopus in Boioaria, cùm Bonifacius prouinciam illam in quatuor Diœceſes diſtinxit. Vt Bruno, ſic Theodorus & Viuilus ſe dixerunt Epiſcopos Laureacenſes & Patauienſes ac Metropolitas Boioariæ, Metropolitanâ dignitate Sedi tunc attributâ Laureacenſi, cui Patauienſis erat vnita. Velſerus, vbi quatuor in Boioaria Sedes Epiſcopales enumerat, primo loco ponit *Laureacum ſiue Batava*. id eſt, Laureacum & Patauiam, quia Eccleſiis Laureacenſi ac Patauienſi ſimul iunctis vnus idemque præerat Antiſtes, qui Metropolitano titulo gaudebat. XXXI. PATAVIENSES.

Eccleſiam Saliſburgenſem fundauit Sanctus Rupertus regnante in Auſtraſia Childeberto Secundo, deſiitque viuere anno Chriſti ſexcenteſimo vi- XXXII. SALISBVRGENSES.

AN. CH. 739. P. M. THEODOR. IV. R. 2. 3.

ceſimo-tertio. Vitalis eius ſucceſſor obiit anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo-ſexto. Anſologus Pontificatum ab illo anno ad annum vſque Chriſti ſexcenteſimum ſexageſimum-ſextum geſſit, & Metropolitanâ dignitate, ſicut anteceſſores, per Boioariam potitus eſt. Eo verò mortuo, Sauolus Epiſcopatum Saliſburgenſem obtinuit, dignitas autem Metropolitana collata eſt Laureacenſi Pontifici, nempe Brunoni, qui duas Eccleſias, Laureacenſem videlicet ac Patauienſem, ſimul vnitas regebat, vt dictum ſuprà. Sauolus Saliſburgenſis Epiſcopus vitam finiuit anno Chriſti ſexcenteſimo octogeſimo. Tum ſedit Ezius ad annum vſque Chriſti tertium ſupra ſeptingenteſimum. Succeſſit Flobargiſus. De Saliſburgenſibus Epiſcopis, hactenus nominatis ſic loquitur Velſerus, vbi de Boioariæ diuiſione in quatuor Diœceſes facta ſermonem habet. *Salisburgenſibus, poſt Rupertum & Vitalem, deinceps Anſologus, Sauolus, Ezius, Flobargiſus præfuerant, Abbates omnes Monaſterij Petri Apoſtoli, quod Rupertus in ea vrbe inſtituit. Tunc quoque Ioannes inde datus eſt.* Caue autem ne Flobargiſum credas ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum vndequadrageſimum vixiſſe, quo Ioannes ex Abbate Sancti Petri factus eſt Epiſcopus Saliſburgenſis. Annus ignoratur, quo Flobargiſus rebus humanis exemptus eſt, poſt eius mortem Sedes Saliſburgenſis aliquot annos vacauit, vnus enim in tota Boioaria ſupererat Epiſcopus, nomine Viuilus, qui Eccleſias Laureacenſem & Patauienſem regebat, cùm Bonifacius prouinciam illam in quatuor Epiſcopatus ſeparauit.

XXXIII. FRISINGENSES.

Friſingenſis Eccleſiæ primus Epiſcopus fuit Sanctus Corbinianus, qui, cùm Euangelium in Boioaria diu prædicaſſet, Sedem Friſingæ fixit anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo-tertio, ibique obiit anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo. Abhinc vacauit Epiſcopatus Friſingenſis nouem annos, donec Erimbertus, Sancti Corbiniani frater, à Bonifacio factus eſt illius ciuitatis Epiſcopus, Boioariâ quatuor in Diœceſes tum deſcriptâ.

XXXIV. RATISPONENSES, SEV REGINOBVRGENSES.

In eadem Boioariæ partitione, Sedes Epiſcopalis Reginoburgi ſeu Ratiſponæ fixa eſt, primúſque collocatus eſt Epiſcopus Gaiualdus ſeu Garibaldus. Qui Garibaldum in Epiſcoporum Ratiſponenſium Catalogis antecedunt, ij fuerunt aduentitij, nec fixam Ratiſponæ Sedem habuerunt. In illorum numero ponuntur, Sanctus Rupertus, Sanctus Emmerammus, Sanctus Erhardus, & Rathatius, de quibus nos ſuis locis egiſſe meminimus.

XXXV. VIVILVS EPISC. LAVREACENSIS ET PATAVIENSIS.

Ioannes Adlzreitterus [a] de Viuilo ſeu Viuilone Laureacenſi ac Patauienſi Epiſcopo, ſic ſcribit. *Bonifacius ſupremam Romanæ Sedis authoritatem veneritus eum loco non mouit, ſatis habens, ipſius Diœceſi, perinde atque aliis, certos terminos præfixiſſe.* Viuilus ante biennium Theodoro Eccleſiarum Laureacenſis ac Patauienſis Epiſcopo legitimè ſubrogatus fuerat, &, vt Velſerus obſeruat, *vnus legitimus in Boica* erat *Epiſcopus*, cur loco ſummoueretur deerat omnino cauſa, Bonifacius igitur ſolo iuris & æquitatis intuitu ſatis habuit eius Diœceſim certis limitibus circumſcribere, quos deinceps anguſtiores, quàm anteà, fuiſſe credimus, quia Ratiſpona Boioariæ tunc vrbs primaria, ſeu Ducum Sedes, Epiſcopali Cathedrâ inſignita eſt.

[a] Part. 1. l. 7. n. 24.

XXXVI. GARIBALDVS EP. REGINOBVRGENSIS SEDEM HABET EPISCOPALEM IN MONASTERIO S. EMMERAMMI.

Garibaldus, Gaubaldus, Gauzebaldus, Gæbaldus, Gaiualdus, Gowiboldus, Gouuibolt, Herbaldus, Gaibald, Gaibalt, Goibach, Gaiabaldus, Gariobaldus, Garioualdus (tot enim nominibus indigitatus reperitur) primus Epiſcopus Reginoburgenſis, Sedem Epiſcopalem in Eccleſia Sancti Emmerammi collocauit, quòd ea ſola tunc Epiſcopum alere poſſet, propter concurſum enim populorum ad Sancti Emmerammi ſepulchrum locupletata nonnihil fuerat. Illic ab anno Chriſti ſexcenteſimo nonageſimo-ſeptimo Monachi cum Abbate verſabantur, Monaſterióque poſt Sandtadum à quadriennio præerat Alaboldus Abbas, qui vitam clauſit regnante iam Pippino. Conſtitutâ Sede Epiſcopali, curam Clericorum geſſit Epiſcopus, Abbas Monachorum, & in Epiſcopatu Reginoburgenſi cœpit eſſe Monaſterium Sancti Emmerammi, quod à primo conditu Diœceſi Laureacenſi ac Patauienſi

promiſcuè accenſebatur, quia Laureacenſis Epiſcopatus cum Patauienſi AN. CH.
iam coaluerat.
Vt apud Reginoburgum in Monaſterio Sancti Emmerammi, ſic apud 739.
Saliſburgum in Cœnobio Sancti Petri, Sedes erat Epiſcopalis, & Ioannes, P. M.
quem Bonifacius hoc anno Saliſburgenſem Epiſcopum conſtituit, ex Abba- THEO-
te Sancti Petri factus eſt Epiſcopus. Sed quis ei ſucceſſerit in adminiſtra- DOR. IV.
tionem Monaſterij, nos latet, Abbatum enim Catalogus hoc loco mutilus R. 23.
videtur. XXXVII.
Erimbertus Diœceſim Friſingenſem piè prudentérque gubernauit. Mul- IOANNES
tos, vt Eccleſiæ Friſingenſi benefacerent, ſuâ pietate commouit. Inter alios EP SALIS-
memoratur Mandebertus, qui Gothane vxore conſentienre *Zollingen* tra- BVRGENSIS
didit, vt refert Hundius ex Epiſcoporum Friſingenſium Chronico, quod IN COENO-
Ioannes *Freyberger* Licentiatus & Canonicus edidit. BIO S. PE-
TRI.
Cur præter quatuor Diœceſes Boioariæ ſuprà nominatas, nulla Sabionæ XXXVIII.
ac Nuenburgi mentio facta ſit à Bonifacio, Velſerus has rationes reddidit, ERIMBER-
quod Sabiona ſub Longobardorum poteſtate tunc eſſet, & Nuenburgenſis TVS EP. FRI-
Epiſcopatus Reginoburgenſi accenſeretur. *Sabionæ*, inquit, *ratio non habita*, SINGENSIS.
quòd Longobardicum imperium reſpiceret. Nuenburgum Reginoburgo, credo, ac- XXXIX.
cenſa. A commemorandis Sabionenſibus Epiſcopis, etſi memoria quorum-
dam Bonifacio vetuſtiorum celebris habeatur, hactenus abſtinuimus, quia
Sabiona extra Franciæ limites erat, ſecus autem agemus Tomis ſubſequen-
tibus, poſtquàm illa ciuitas in Francorum poteſtatem deuenerit. Ante Bo-
nifacij tempora Nuenburgi Sedem Epiſcopalem fuiſſe nemo prodit, recen-
tioribus ſeculis laudantur Epiſcopi Nuenburgenſes, de quibus, vt occur-
rent, ſermonem faciemus, quandiu Reges Francorum Nuenburgo po-
tientur.
Bonifacius Archiepiſcopus de Boioaria quatuor in Diœceſes deſcripta, XL.
déque aliis rebus illic à ſe geſtis, Gregorium Papam per literas certiorem GREGORII
fecit, à quo gratulatoriam hanc epiſtolam mox accepit. *Reuerentiſſimo &* PP. GRA-
ſanctiſſimo fratri Bonifacio Coepiſcopo, Gregorius ſeruus ſeruorum Dei. Doctoris TVLATORIÆ
gentium egregij beati Apoſtoli Pauli vox eſt dicentis, [diligentibus Deum omnia AD BONIFA-
cooperantur in bonum.] Agnoſcentes itaque in ſyllabis fraternitatis tuæ, quæ inno- CIVM LI-
tuiſti iam de Germania gentibus, quas ſuâ pietate Deus noſter de poteſtate pagano- TERÆ.
rum liberauit, & ad centum millia animas in ſinum ſanctæ matris Eccleſiæ, tuo
conamine & Karoli Principis Francorum aggregare dignatus eſt; ſed & in Baiua-
riorum prouincia quæ à te acta ſunt agnoſcentes, datori omnium bonorum Domino
Deo noſtro, extenſis ad cælum palmis, gratias retulimus, qui ianuam miſericordiæ
& pietatis in illis partibus Heſperiis ad cognoſcendam viam ſalutis aſtium miſericor-
dia aperuit, & miſit Angelum ſuum, qui præparauit viam tuam ante te. Ipſi glo-
ria in ſecula ſeculorum. Igitur quia indicaſti perrexiſſe te ad gentem Baioariorum,
& inueniſſe eos extra ordinem Eccleſiaſticum viuentes, dum Epiſcopos non habebant
in prouincia, niſi vnum, nomine Viuilum, quem nos paulò antè ordinauimus, &
quia cum aſſenſu Otilonis Ducis eorumdem Baioariorum, ſeu Optimatum prouinciæ
illius, tres alios ordinaſſes Epiſcopos, & in quatuor partes prouinciam illam diuiſiſ-
ſes, id eſt, in quatuor Parochias, vt vnuſquiſque Epiſcopus ſuam habeat Parochiam,
benè & ſatis prudenter peregiſti, frater, quoniam Apoſtolicam præceptionem ex noſtra
vice impleſti, &, ſicut tibi præcepimus, ita peregiſti. Itaque non deſinas, frater re-
uerentiſſime, docendo eos Catholicam & Apoſtolicam Romanæ Sedis traditionem,
vt illuminentur rudes, & viam ſalutis teneant, per quam poſſint ad æterna præmia
peruenire. Presbyteros verò, quos ibidem reperiſti, ſi incogniti fuerint viri illi, à
quibus ſunt ordinati, & dubium eſt eos Epiſcopos fuiſſe an non, qui eos ordinaue-
runt; ſi bonæ actionis & Catholici viri ſunt illi Presbyteri, & in miniſteria Chriſti
omníque lege ſancta edocti atque apti, ab Epiſcopo ſuo benedictionem Presbyteratûs
ſuſcipiant & conſequantur, & ſic miniſterio ſacro fungantur. Illi verò, qui bapti-
zati ſunt per diuerſitatem & declinationem linguarum gentilitatis, tamen, quia in

AN. CH. 739. P. M. THEODOR. IV. R. 2. 3.

nomine Trinitatis baptizati ſunt, oportet eos per manûs impoſitionem & ſacri chriſmatis vnctionem confirmari. Nam Viuilus à nobis Epiſcopus eſt ordinatus, &, ſi aliquid excedit extra canonicam regulam, doce & corrige eum iuxta Romanæ Eccleſia traditionem, quam à nobis accepiſti. De Concilio verò, vt iuxta ripam Danubij debeas celebrare noſtrâ vice, præcipimus fraternitati tuæ, Apoſtolicâ auctoritate, te ibidem præſentari. Et, in quantum Dominus tibi vires dederit, prædicare verbum ſalutis ne ceſſes, vt Religio Chriſtiana in nomine Domini creſcat, & multiplicetur. Nec enim habebis licentiam, frater, pro iure cœpti laboris in vno morari loco, ſed confirmatis cordibus fratrum & omnium fidelium, qui rudes ſunt in illis Heſperiis partibus, vt tibi Dominus aperuerit viam, ſalutis verbum prædicare non deſiſtas, &, vbi locum inueneris neceſſarium, ſecundùm canonicam regulam Epiſcopos ordina ex noſtra vice, & Apoſtolicam atque Catholicam traditionem eos tenere edoce. Ex hoc enim magnum mercedis præmium tibi præparabis, quoniam Omnipotenti Deo noſtro facies plebem perfectam. Non pigeat, ſanctiſsime frater, itinera carpere aſpera & diuerſa, vt Chriſtiana fides longè latèque tuo conamine extendatur. Scriptum namque eſt. [Arcta & anguſta via eſt, quæ ducit ad vitam.] Operare itaque, frater, bonum opus, quod cœpiſti, vt in die Chriſti Dei noſtri merearis dicere inter cœtum Sanctorum probabilium Patrum aſsiſtens. [Ecce ego & pueri quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quenquam.] Et iterum. [Domine, quinque talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinque ſuperlucratus ſum.] Et vt ſubſequenter merearis vocem Domini audire dicentis. [Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui.] Deus te incolumem cuſtodiat, reuerentiſsime frater. Data IV Kalendas Nouembris, imperante Domino Piiſsimo Auguſto Leone, Imperij eius anno XXIII. ſed & Conſtantino Magno Imperatore eius filio, anno XX. Indictione VIII. Deſignant hi Characteres annum Chriſti ſeptingenteſimum vndequadrageſimum, cuius dies quartus ante Kalendas Nouembris pertinuit ad Indictionem octauam ſuperioribus Kalendis Septembris inchoatam, necnon ad annos Auguſtorum, viceſimum-tertium Leonis ac viceſimum Conſtantini, vt ex Imperatorum Chronologia iam ſtabilita conſtat.

XLI. IN BOIOARIA CONDVNTVR NOVA MONASTERIA.

Boioaria eodem circiter tempore, quo quatuor in Diœceſes deſcripta eſt, tribus quoque nobilitata fuit Monaſteriis, Althâ, Nidroburgio & Mannſeâ.

XLII. * Altaich. a Lib. 3.

Altha, Altaha, Althaimium, Aldechium, Altachum, Altaichium *, (variè enim ſcribitur) veterem quercum ſignificat. Huius nominis duo ſunt Cœnobia iuxta Danubium in inferiore Boioaria, &, vt alterum ab altero diſtinguatur, habitâ ratione ſitûs, vnum ſuperius, alterum cognominatur inferius. De vtroque ſic Auentinus [a]. *Extabant in ripa Danubij & ora Germaniæ, duæ vetuſtiſsimæ quercus, prodigioſæ magnitudinis, millibus paſſuum viginti diſtabant, altera ſuperior, altera inferior, cognominabatur. Has quoque gentili cæremoniâ Boius conſecrauit; eò frequens populus coiit, victimáſque immolauit. Boij, vbi Religionem Chriſtianam receperunt, in Templa & inde Cœnobia commutarunt, vtrumque nomen vetus ſeruat, Altaichiúmque vocari ſolet. quod, linguâ Boiâ, veterem quercum ſignificat.* Hundius [b] & Bucelinus [c] Altaichium ſuperius circa hunc annum conditum aſſerunt. De Altaichio inferiore poſt biennium agemus ex Hundij ſententia.

b Tom. 2. Metrop. Saliſb.
c Part. 2. German. Sacr.

XLIII. * Ober-Altaich. ALTAICHIVM SVPERIVS.

Altaichium * ſuperius in Epiſcopatuum diuiſione, quam Bonifacius per Boioariam fecit, ad Diœceſim Reginoburgenſem videtur pertinuiſſe. Celeberrimi Monaſterij tres auctores, Vtilo ſiue Orilo Dux Boioariæ, Pyrminius Murbachienſis tunc Abbas, & Etho Argentoratenſis Epiſcopus, ab Hundio ſic commemorantur. *Vtilo Dux Bauariæ, inſtinctu S. Pirminij, Epiſcopi Metenſis, qui tunc apud ipſum erat, ſex Monaſteria conſtruxit, vnum prope Menem lacum Noricorum, quinque in Inferiori Bauaria iuxta Danubium, Pataniæ Nidernburg pro ſacris Virginibus, Oſterhouen, Pfaffenmunſter, Altach ſuperius & inferius, quæ S. Pirminius dedicauit. Ad Monaſterium Althæ ſuperioris Eto Argentoratenſis Epiſcopus dedit Monachos Sancti Benedicti, & hoc circa annum Domini 739.* Ea-

AN. CH. 739. P. M. THEODOR. IV. R. 2. 3.

dem iam ſcripſerat Auentinus. Vtrobique næuus. Pyrminius nec Metenſem, nec Meldenſem, vt alij volunt, Epiſcopatum geſſit. Ea de re fusè diſputatum ſuprà. Cetera, quæ vel ad Altaichium ſuperius, vel ad vtrumque Altaichium pertinent, vera creduntur. Vtrumque enim à fundamentis extruxit Vtilo Dux Boioariæ, vtrumque dedicauit Pyrminius Epiſcopus, & Etho Argentorarenſis Epiſcopus Monachos, qui ſuperius Altaichium inhabitarent, è ſua Diœceſi direxit. Pyrminium vocamus Epiſcopum, nec Sedis nomen addimus, quia non vt certam ac determinatam Diœceſim regeret, ſed vt per varias regiones diſcurreret, & Euangelium paganis annuntiaret, ordinatus eſt Epiſcopus, antequàm vel Augienſis Monaſterij curam in Epiſcopatu Conſtantienſi, vel Cœnobij Murbachienſis adminiſtrationem in Epiſcopatu Argentoratenſi ſuſciperet. Duces autem ſeu Gubernatores multarum prouinciarum, imprimis Vtilonem, qui præfectus erat Boioariæ, ſuis hortationibus ad erigenda Monaſteria ſic impulit, vt ipſe eadem Cœnobia ſæpè dicatur extruxiſſe. Teſtis Othlonus in eius vita, vbi ſic ait. *Nullo modo deſiſtens à Sancti ſeruoris propoſito, cùm prædicationis inſtantiâ, tum ſignorum virtutúmque magnarum efficaciâ, id comparauit, vt patrimonia ſua fidelibus pluribus conferentibus, alia quoque nobilia ædificaret Cœnobia, quorum nomina ſunt, Altaha*, &c. Super Epiſcopo, qui Monachos Altaham ſiue Altaichium è ſua Diœceſi direxit, nonnihil ſupereſt ſcrupuli, quia præcitati Scriptores Ethonem Argentoratenſem tunc Epiſcopum diſtinctiſſimè nominant. At apud Hermannum [a] hæc leguntur in editione Vrſtiſiana. *Tria Cœnobia, id eſt, Altaha, Murbach, Fauarias, ex Augienſibus fratribus inſtructa ſunt.* Eademque reperiuntur in editione Caniſiana, numero fratrum ad ſingula Monaſteria deputatorum ſic addito. *Tria Cœnobia, id eſt, Altaha, Murbach, & Fauarias, ex Augienſibus fratribus inſtructa ſunt, duodenis ad ſingula fratribus deputatis, & totidem Augiæ remanentibus.* Sita eſt autem Augia in Epiſcopatu Conſtantienſi, cúmque perfectum eſt Altahæ ſiue Altaichij Monaſterium, Ernfridus, qui Rudolto in Epiſcopatum Conſtantienſem hoc ipſo anno ſucceſſit, Augienſis ſimul Abbas & Epiſcopus Conſtantienſis erat; vnde concludas Monachos, qui degerunt apud Altaham à primo Monaſterij conditu, non ex Argentoratenſi Diœceſi ab Ethone Epiſcopo, ſed ex Epiſcopatu Conſtantienſi ab Ernfrido Pontifice directos illuc fuiſſe. Facilè tamen dirimi poteſt hæc controuerſia. Duplex enim conditum eſt Altaichium, ſuperius & inferius. Etho Argentoratenſis Epiſcopus, in cuius Diœceſi plurima florebant Cœnobia, Monachos ad Altaichium ſuperius miſit, ad Altaichium inferius Ernfridus Epiſcopus Conſtantienſis Abbáſque Augienſis. Vtrique Epiſcopo, necnon Monachis Augienſibus perchatus fuit Pyrminius, quia Monaſterium Augienſe in Diœceſi Conſtantienſi conſtruxit, primúſque gubernauit cum Abbatis titulo per aliquot annos, donec relicto illic Ethone Abbate ſeceſſit in Alſatiam, & apud Murbachium in Argentoratenſi Diœceſi Monaſterium erexit, cujus adminiſtrationem geſſit ſub duobus Epiſcopis, nempe ſub Aulidulfo, quo Pontifice illud ædificarat, & ſub Ethone Abbate priùs Augienſi, quo aſſumpto ad Epiſcopatum profectus eſt in Boioariam, & Vtilonem illius prouinciæ Præfectum ad vtrumbue Altaichium aliáque condenda Monaſteria ſuis ſedulò monitionibus excitauit.

XLIV. Chriſtophorus Gewoldus in additionibus ad Hundium, vbi agit de Altaichio ſuperiore, obſeruat hoc Monaſterium *vaſtatum ab Hungaris anno* 907, *cùm duraſſet à prima fundatione annis* 168. Illo temporis ſpatio ponit Abbates ſex ac viginti. Vnius duntaxat Erneſti, ſiue, vt Auentinus [b] vocat, Arioniſti, cuius mentionem hoc Tomo faciemus, Præfecturam ſuo collocat loco. Ceteros eo tantùm recenſet ordine, quo reperiuntur in Mortilogio; quatuor, menſe Ianuario; vnum, menſe Februario; tres, menſe Maio; vnum, menſe Iunio; vnum quoque, menſe Iulio; tres, menſe Auguſto; quinque, menſe Septembri; duos, menſe Octobri; quatuor, menſe No-

[a] Ad an. 731.

[b] Lib. 3. ad an. 765.

AN. CH. 739. P. M. THEODOR. IV. R. 2. 3.

uembri; vnum denique, menſe Decembri. Sed ſucceſſiuam eorum ſetiem non reptæſentat, ideóque nullum hîc commemorabimus.

XLV. NIDROBVRGIVM. Hoc etiam circiter anno, Patauiæ conditum eſt puellare Monaſterium, cui nomen Nidroburgium *. Fundauit hoc Cœnobium Vtilo Dux Boioariæ, dedicauit Pyrminius Epiſcopus. Plura de Nidroburgio, quæ pertineant ad noſtros Annales, apud Hundium non occurrunt. Inter additiones autem Gewoldi reperitur Arnulphi Regis antiquum Diploma, in quo Cœnobium illud vocatur *Monaſterium Sanctæ Mariæ.*

* *Niderburg.*

XLVI. MANSEA. Circa hunc etiam annum, vt Hundius teſtatur, Vtilo Dux Boioariæ, prope Menem lacum Noticorum, ex Pyrminij Epiſcopi inſtinctu, Monaſterium conſtruxit, cui nomen inditum Manſeæ *. Situm eſt hoc Cœnobium in Epiſcopatu Saliſburgienſi. Duplici nomine indigitatur, Manſea videlicet & Lunælacus *. Gewoldus in ſuis ad eundem Hundium additionibus, de anno, quo conditum eſt hoc Cœnobium, non benè conuenit. Duas enim opiniones proponit, & priore, quæ erat Hundij, poſthabitâ, poſteriorem, quæ primordia Manſeæ in annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-octauum reiicit, ſuadet amplectendam, Opportunum enim illius loci primum Abbatem ab anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-octauo per annos duos ac triginta completos ad Kalendas vſque Ianuarias anni poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimi octogeſimi-primi conſtituit. *Fundatum*, inquit, *circa an. 739. vel iuxta alios, 748. ab Vtilone Boiorum Duce in honorem Sancti Petri Principis Apoſtolorum & Sancti Michaelis Archangeli.* Et paulò pòſt. *Abbas primus fuit Opportunus ab an. 748. præfuit an. 32. obiit an. 781. Kalend. Ianuar.* Nobis prior opinio magis placet, quia Vtilonem ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-octauum perueniſſe non conſtat.

* *Manſee.*
* *Lunelach.*

XLVII. In textu Hundij ſuprà deſcripto, Monaſteriis, quæ fundauit idem Vtilo & Pyrminius Epiſcopus dedicauit, præter vtrumque Altaichium, Nidroburgium & Manſeam, accenſentur Auſtrauia * & Paphomonaſterium *. Verùm de duobus hiſce poſtremis ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-ſecundum verba faciemus.

* *Oſterhouen.*
* *Pfaffenmunſter.*

XLVIII. ABBATES WELTENBVRGENSES. In Catalogo Abbatum Weltenburgenſium, Tomo tertio Metropoleos Saliſburgienſis, hoc anno laudatur Bonifacius Gotſcalci Abbatis ante decennium memorati ſucceſſor.

XLIX. RVDOLTVS EP. CONSTANTIENSIS OBIT. ERNFRIDVS ABB. AVGIENSIS SVCCEDIT. Rudoltum ſeu Rodolfum Epiſcopum Conſtantienſem ad Rhenum, cuius nomen, vt & Audonij deceſſoris, in Catalogis Epiſcoporum Conſtantienſium & in Chronico Conſtantienſi deſideratur, hoc anno mortuum putamus, quia, teſte prædicti Chronici Auctore, ſucceſſor Erenfridus ſiue Ernfridus annos nouem ſedit, peruenítque ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-octauum, vt Tomo ſuperiore in obitu Audonij ex Hermanno Piſtoriano iam inſinuauimus. In Chronico Conſtantienſi encomium Erenfridi ſic inchoatur. *Erenfridus, aliàs Anaſtedius*, 13. 9. id eſt, Erenfridus, aliàs Anaſtedius dictus, qui 13 inter Epiſcopos Conſtantienſes numeratur, Epiſcopatum annis 9 tenuit, ab hoc videlicet anno ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-octauum, quo *Sidonius* ipſius Erenfridi ſucceſſor *Abbas Augiæ & Conſtantiæ Epiſcopus* in Hermanno Piſtoriano *conſtituitur.*

L. Sunt alia in prædicto Chronico Conſtantienſi, quæ nullam fidem merentur, hauſta ſunt enim ex editionibus Hermanni Vrſtiſiana & Caniſiana, quæ Erenfridum ſiue Ernfridum ab anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-ſexto ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-ſextum per annos decem in Conſtantienſi Cathedra ſediſſe volunt. In editione Piſtoriana hæc quidem ad annum Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum-ſextum leguntur, *Ernfridus Augiæ Abbas, & Conſtantiæ Epiſcopus ordinatur*, ſed egent interpretatione, vt illo anno, quo Kebas Abbas Augienſis & Audonius Conſtantienſis Epiſcopus mortui ſunt, Kebæ Abbati ſubrogatus cenſeatur Ernfridus,

dus, qui Rudolto ſeu Rodulfo proximo Audonij ſucceſſori poſt triennium
in Epiſcopatum Conſtantienſem ſucceſſerit adminiſtratione Monaſterij Au- AN. CH:
gienſis nullatenus dimiſsâ. 739.

Lantfredus Abbas Sancti Germani prope Pariſios, cùm Legationis causâ LI.
in Aquitaniam miſſus eſſet à Carolo, tanquam explorator ineunte hoc an- LANTFREDVS ABB.
no ſub cuſtodia detineri cœpit, nec ante annum Chriſti ſeptingenteſimum DETINETVR
quadrageſimum-ſecundum dimiſſus eſt ab Hunoldo illius prouinciæ Præ- IN AQVITANIA.
fecto, vt ad illum annum poſt Interpolatorem [a] Continuatoris Aimoiniani
dicemus. [a] Lib. 4. c. 59.

ANNVS CHRISTI 740. P. M. THEODORICI IV. R. 3. 4.

AN. CH. 740. P. M. THEODOR. IV. R. 3. 4.

ANNALES Nazatiani ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadra- I.
geſimum hæc tantùm habent. DCCXL. *Sine hoſtilitate vlla.* Et Tiliani. DCCXL. *Sine hoſte fuit hic annus.* Suffragantur Metenſes ac Fuldenſes. Atque hi victorias Caroli, quæ pacem præceſſerunt, ſuíſque locis à nobis narratæ ſunt, breuiter diſtinctéque ſic indicant. DCCXL. *Pax & quies Regno Francorum per Carlum redditur ad tempus, Gothis ſuperatis, Saxonibus & Freſonibus ſubactis, expulſis Sarracenis, Prouincialibus receptis.* Gothos aſſerunt à Carolo ſuperatos, quia nobiliſſimam de Saracenis in Gothia ſeu Septimania victoriam reportauit, multáſque vrbes eiuſdem regionis cepit diruítque anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-ſeptimo. Prouinciales ſiue incolas Prouinciæ receptos aiunt ab eodem Carolo, quia partem illam Gal-
liarum, quæ Rhodanum ac Varum interiacet noménque Prouinciæ * *La Prouence.*
etiamnum gerit, expulſis inde Saracenis recuperauit, vt dictum anno ſuperiori. Cetera clariora ſunt, quàm vt egeant interpretatione. Lege quæ de Saxonibus dicta ſunt ad annos Chriſti, ſeptingenteſimum decimum-octauum, ſeptingenteſimum viceſimum, & ſeptingenteſimum duodequadrageſimum; de Friſiis ad annos Chriſti, ſeptingenteſimum triceſimum-tertium, & ſeptingenteſimum triceſimum-quartum; de Saracenis ad annos Chriſti, ſeptingenteſimum triceſimum-ſecundum, ſeptingenteſimum triceſimum-tertium, ſeptingenteſimum triceſimum-ſeptimum, & ſeptingenteſimum triceſimum-nonum.

Willebrordus Epiſcopus Vltraiectinus, cùm ab anno Chriſti ſexcenteſi- II.
mo nonageſimo Friſiis Euangelium per annos quinquaginta prædicaſſet, [a] Ep. 97.
hoc anno propter infirmam ſenectutem ſibi Coepiſcopum ad miniſterium WILLEBRORDVS
implendum ſubſtituit, ſic enim de illo Bonifacius in ſuis ad Stephanum Pa- EP. VLTRAIECT. COEPISCOPVM
pam literis [a] ſcribit. *Per L annos prædicans, gentem Freſonum maxima ex parte* SIBI SVBSTITVIT.
conuertit ad fidem Chriſti, fana & delubra deſtruxit, & Eccleſias conſtruxit, & Sedem Epiſcopalem & Eccleſiam in honore Sancti Saluatoris conſtituens in loco & caſtello, quod dicitur Traiectum, & in illa Sede & Eccleſia Sancti Saluatoris, quam
conſtruxit, prædicans vſque ad debilem ſenectutem permanſit, & ſibi Coepiſcopum III.
ad miniſterium implendum ſubſtituit. Erat tunc annorum trium & octoginta, [b] In Epiſc. 1.
anno enim Chriſti ſexcenteſimo nonageſimo in Friſiam appulit, annos tres * *Hugeshouen.*
ac triginta natus. * *De Gengenbach.*

Apud Guillimannum [b] in libro de Epiſcopis Argentinenſibus, Paulus
Voltius Abbas Hugonis Curiæ * in Diœceſi Straſburgenſi de conditu Cœ- GENGENBACHENSE
nobij Gengenbachenſis ita loquitur. *Monaſterium Gengenbachenſe * à præfato* MON. CONDITVR.
Ruthardo Alſatiæ Duce, Comite à Zeringe fundatum eſt an. DCCXL. Quod au-

AN. CH. 740. P. M. THEODOR. IV. R. 3. 4.

tem innuit ſe de Ruthardo iam locutum eſſe, reſpicit ad Cœnobij Schawarzachenſis erectionem, de qua fuerat ita prælocutus. *Legimus in veterum Commentariis Schawarzachenſis Monaſtery fundatorem fuiſſe Ruthardum Alſatia Ducem cum Irmenſinde coniuge, quando primùm ædificaretur prope Kotzenhuſen anno* DCCXXIIII. Actum Tomo ſuperiore de Schawarzachio * Alſatico ad annum Chriſti ſeptingenteſimum viceſimum-quartum [a], ibíque obſeruatum de Ruthardo, quòd nec Alſatiæ Dux fuit, nec in Genealogia Domûs Alſaticæ nominatur. Nihil autem videtur obeſſe, quominùs idem Ruthardus vir illuſtris, qui multarum Eccleſiarum fundator prædicatur; in Alſatia duo Monaſteria condiderit, anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo-quarto Schawarzachenſe, Gengenbachenſe anno pòſt decimo-ſexto, ſiue anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo, quæ mortuo eodem Ruthardo Pyrminius adeò locupletarit amplificarítque, vt eorum quoque fundator à poſteris habitus ſit. Apud Othlonum enim, Cœnobiorum, quæ Pyrminius ædificauit, nomina ſic in eius vita recenſentur. *Altaha, Scutera, Gengenbach, Swrzaha, Murbach, Moreſmunſter, Nowennillare.* Catalogus Abbatum Gengenbachenſium hodie deſideratur. Annus, quo Ruthardus obiit, haud ſcitur; dies autem in Schutterano Mortuatio notatur, ibi enim *quinto Kalendas February* hæc habentur, *Ruthardus Illuſtris Dux & fundator multarum Eccleſiarum.* Porrò *cum Irmenſinde coniuge ſepultus* in Gengenbachenſi Monaſterio *fertur.* Hæc Voltius apud Guillimannum loco iam citato.

* *Schawarzach.*
[a] Num. 32.

IV. EPISCOPI ALETENSES.

Iudicael Aletenſis Epiſcopus, cùm ſex annos in Pontificatu tranſegiſſet, hoc anno vitam clauſit, habuítque ſucceſſorem Reginaldum, qui ſedit annos duodeuiginti. Lege Catalogum Maclouienſium Antiſtitum apud Auctorem Armoricæ Sanctæ.

V. VITALIS EREMITA OBIT.

Idem Scriptor Sanctum Vitalem, quem ex Herenſi Monacho Eremitam in pago Ratiatenſi * factum diximus, hoc circiter anno mortuum tradit decimo-ſeptimo Kalendas Nouembris, quo die coli conſueuit. Eremo, quam incoluit, olim nomen *Scobrith* in monticulo non procul à ſiniſtra Ligeris ripa. Hodie parœcia eſt Sancti Vitalis, vbi poſt mortem ſepultus quieuit, donec ab Herenſibus Monachis, ad quos hæc eremus vicinúſque ager pertinebant, in Herum Inſulam tranſlatus eſt auditâ frequentium miraculorum famâ.

* *Le pays de Retz.*

VI. WILLIBALDVS IN GERMANIAM AD BONIFACIVM PROFICISCITVR.

Hoc anno, Willibaldus, *tranſactâ decem annorum* apud Caſinum *intercapedine*, Romam venit *in Natiuitate Sancti Andreæ*, & hortatu Gregorij Tertij Papæ contendit inde in Germaniam, vt Bonifacium Archiepiſcopum, propinquum ſuum, vices illic Apoſtolicas agentem adiret iuuarétque. Totum iter anno ſequenti deſcribemus ex eiuſdem Willibaldi Geſtis ab Henrico Caniſio publicatis [b].

[b] Tom. 4. antiq. lect.

VII. ERCHANBERTI SCRIPTA EXAMINANTVR.

Erchanbertus, qui Breuiarium Regum Francorum & Maiorum-domûs conſcripſit, hoc anno finem operi ſuo videtur impoſuiſſe, cùm vniuerſum Franciæ Regnum altâ pace fruebatur, & Carolus Maiordomûs toti Francorum genti *viriliter* abſque Rege præerat. Auctoris mentem minùs aſſecutos putamus eos, qui finem prædicto Breuiario impoſitum ſuſpicantur anno ſequenti, quo Carolus infirmâ valetudine diu laborauit, obiítque. Erchanberti poſtrema periodus hæc eſt de Carolo. *Maiordomûs ac Princeps Carolus, qui iam vtraque Regna viriliter gubernans, circumquaque cum Regibus ac Ducibus bella ſemper ſuperando committens, donec eum omnes vincendo, qui ei contrary fore videbantur, vincere conſtabat.*

VIII.

Hic Auctor, quia ſcripſit, cùm Francia carebat Rege, totúmque ſumma penes vnum Carolum erat, minùs honorificè de Theodorico Tertio Rege déque eius ſucceſſoribus locutus eſt. *Exhinc*, inquit, id eſt, poſt pugnam Textricianam, quam Theodoricus anno Chriſti ſexcenteſimo octogeſimo-ſeptimo infeliciter cum Pippino Herſtallio Caroli patre conſeruit; *Reges nomen non honorem habere cœperunt.* Exiſtimauit rem Carolo gratiſſimam ſe fac-

AN. CH. 740. P. M. THEODOR: IV. R. 3. 4.

turum hac locutione, quâ ſuperſtitem Theodoriei Quarti prolem iu contemptum vocabat, ratus inſtare tempus, quo Carolus, qui Franciam vniuerſam ſine Rege gubernabat; abiecto Maioris-domûs Titulo Regem Francorum ſe diceret. Id conſilij Carolus poſt Theodorici Regis mortem creditur ſuſcepiſſe; ne verò perficeret, prohibitus eſt cùm bello, tum morbo & immaturâ morte. Quod autem ſemel in Caroli gratiam Reguum tunc ambientis ab Erchanberto adulatoriè ſcriptum eſt, id adeò auidè ſuſceperunt, qui poſt Childerici Regis exauctorationem Hiſtoriam Francorum ſub Caroli poſteris exararunt, vt vmbratiles ſtatim ac ſcenicos Reges finxerint, qui, precario vitæ ſtipendio coutenti, nihil omnino poſſiderent præter vnam perexigui reditûs villam, iu qua criue profuſo, barbâ promiſſa, cum paucis famulis otioſi deliteſcerent, atque inde ſemel in anno, vt Legatos vndequaque venientes audirent, Kalendis Maiis ad publicum procederent Conuentum vecti carpento, quod, agente bubulco, more ruſticorum à bobus traheretur. Lapſu temporis, vt de fama dictum à Vate, quòd *vires acquirit eundo*, commentum ſic amplificatum eſt, vt ſtolidorum & amentium Regum copioſus Index uon à pugna tantùm Textriciana, ſed altiùs ab obitu Dagoberti Magni, ſiue ab anno Chriſti ſexcenteſimo duodequadrageſimo repetitns per annos quatuordecim ſupra centum texeretur, nouiſſimiſque ſeculis nihil hac calumniâ magis ab Auctoribus cùm Francis tum exteris decantatum inueniatur. Aduersùs hanc fabulam multa Tomo ſuperiore diximus, necnon in illius epiſtola dedicatoria, quam conſule ſi lubet. In eadem materia ſæpè adhuc verſabimur, vbi textus occurrent, in quibus exquiſitiſſimo ſtudio putidiſſima huiuſcemodi mendacia commemorantur.

Caroli mortem, de qua uobis anno proximo loquendum erit, variis prodigiis præſignatam teſtatur Auctor Appendicis, quæ Francorum Hiſtoriæ iuſſu Chuldebrandi ſcriptæ ſubiecta eſt. De illa enim acturus, hæc præmittit [a]. *Interim (quod dici dolor, & mæror ſollicitat ruinam) in Sole, Luna & Stellis, noua ſigna apparuere, ſeu & Paſchalis ordo ſacratiſſimus turbatus fuit*, hoc vtique anno, qui mortem Caroli præceſſit. IX.

[a] Cap. 110.

Hoc eodem anno Wilicarius Viennenſis Epiſcopus in Agaunenſe Monaſterium ſeceſſit. Ado enim in ſuo Chronico, poſtqnàm id expoſuit, ſermonem ſtatim ad obitum Caroli conuertit. Hic Auctor de Wilicarij ſeceſſu ſic ſcribit. *Wilicarius, cùm furioſo & inſano ſatis conſilio Franci res ſacras Eccleſiarum ad vſus ſuos retorquerent, videns Viennenſem ſuam indecenter humiliari, relicto Epiſcopatu in Monaſterium Sanctorum Martyrum Agaunenſium ingreſſus vitam venerabilem duxit.* Deinde proximè ſubiungit Eccleſias Viennenſem & Lugdunenſem Paſtoribus per aliquot annos caruiſſe, reditibus illarum ad vſum laicorum ſacrilegè tranſlatis. *Vaſtatâ & diſſipatâ Viennenſi & Lugdunenſi prouinciâ, aliquot annis ſine Epiſcopis vtraque Eccleſia fuit, laicis ſacrilegè & barbarè res ſacras Eccleſiarum obtinentibus.* Vacauit Sedes Viennenſis, quia Wilicarius Epiſcopus in Agaunenſi Cœnobio Monachum induit; Lugdunenſis verò, quia mortuo Epiſcopo Fulcoaldo alter non eſt ſuffectus. Vtriuſque interpontificij cauſam vt breuiter ſic eleganter Æmilius his verbis complexus eſt, *altero, defuncto, minimè ſuffecto; altero Cœnobij portum ingreſſo.* X.

WILICARIVS EP. VIENNENSIS ABIT AGAVNVM.

Annus, quo Fulcoaldus obiit, ex Adonis textu uon adeò diſtinctè colligitur, ac annus, quo Wilicarius, vt Monachus fieret, Agauuum Epiſcopatu relicto profectus eſt. Si decem duntaxat annis, vt Seuertius affirmat, durauit interpontificium Lugdunenſe, ceſſauítque quando Pippinus Rex iter per prouinciam Lugdunenſem habuit, vixit Fulcoaldus ad aunum vſque Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-quartum, vt ad illum annum repetemus. XI.

Quis Agaunenſis Abbas fuerit, cùm Wilicarius Agaunenſe Monaſterium adiit, nemo determinatè prodit. Abbatum Agaunenſium Catalogum, à Ro- XII.

AN. CH. 740. P. M. THEODOR. IV. R. 3. 4.

coleno, qui regnante Theodorico Tertio [a] curam Cœnobij geſſit, ad Wilicarium vſque, qui Pipini Regis temporibus Abbatiale munus iniit, accipe ex auctiore Gallia Chriſtiana, in qua ſolis duntaxat nominibus conſpicui ſunt, *Raggo*, *Aggulphus*, *Ermenbertus*, *Agobertus*, *Ludulphus*, *Airondus*, *Protadius*, *Norbertus*, *Laſinus*, *Bertelaus*, & *Auraſtus*, cui caue ne ſubſtituas Amatum, quem Rocoleni deceſſorem fuiſſe probatum eſt Tomo tertio.

[a] Tomo 3. ad an. 674. n. 25.

ABBATES AGAVNENSES.

XIII. Apud Anaſtaſium Gregorius Tertius Papa, qui eodem quo Carolus anno diſceſſit ex hac vita, *venerabilem Vulcarium* ſeu Wilicarium *partibus Franciæ in ciuitate Vienna dato Pallio Archiepiſcopum conſtituit.* Caue ne Viennenſem Eccleſiam Metropolitanâ dignitate tunc primùm donatam putes. *Longè antea*, vt Baronius monet, *ab ipſo fermè initio coaleſcentis in Gallia Chriſti Eccleſiæ fieri contigit, vt Eccleſia Viennenſis Sedes eſſet Archiepiſcopalis.* Ex textu igitur Anaſtaſij hoc vnum diſce, quòd Wilicarius à Gregorio Tertio Pallium accepit. Id autem Anaſtaſius propter exempli raritatem ſtudioſè videtur obſeruaſſe, quia per illa tempora rarò Pallium Gallicanis Præſulibus Româ mittebatur, nec vlli fortè Viennenſi Metropolitæ tranſmiſſum priùs fuerat. Lege infrà ſub Zacharia Gregorij Tertij proximo ſucceſſore, quæ de Pallio déque Metropolitanis Epiſcopis, Abele Remenſi, Grimone Rotomagenſi, & Artberto Senonenſi, commemorabuntur.

PALLIVM CONCESSVM WILICARIO EP. VIENNENSI.

XIV. Ioannes Malbrancus Erkenbodonem Taruannenſium Epiſcopum ac Sitiuenſium Abbatem anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo, pridie Idus Aprilis mortuum tradit [b]. Innititur potiſſimùm Præcepto Regio, quod Waymaro Sitiuenſi poſt Erkenbodonem Abbati Childericus Rex vndecimo Kalendas Maias anno Regni ſui primo conceſſit, & ad illud Præceptum, quod datum hoc anno poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo putat, Molani textum conatur accommodare. Regium Diploma ſibi fauere fruſtrà ſuſpicatur, nam primus annus Childerici Regis per menſem Aprilem cum anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quarto coincidit. Molani [c] textus in Sancti Erkenbodonis elogio talis eſt. *Abbatia in Sithiu, vir omni bonitate conſpicuus, regimen, quartus inchoauit anno ſeptingenteſimo decimo, cui etiam Chartas ſeu Priuilegia quatuor acquiſiuit; poſt ſexennium verò in Epiſcopum Teruanenſem eſt ſublimatus. In quo & ſimul in Abbatia, per annos viginti & ſex reſedit.* Huius Auctoris ſenſus dubio procul is eſt. Erkenbodo ſiue Erkenbodus anno Chriſti *ſeptingenteſimo decimo* Sitiuenſis Abbas eſſe cœpit; *poſt ſexennium*, id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo-ſexto factus eſt etiam Taruannenſis Epiſcopus; deinceps *ſimul* & Epiſcopatûs Taruannenſis & Monaſterij Sitiuenſis adminiſtrationem *per annos viginti & ſex* ad obitum vſque, ſiue ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-ſecundum geſſit. Malbrancus aliam init interpretationem. Erkenbodum Sitiuenſem Abbatem anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo-quinto, Taruannenſem Epiſcopum anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo-primo conſtitutum fingit, mortuúmque ait pridie Idus Aprilis anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo poſt annos ſex ac viginti completos numerandóſque à die quo Titulum Sitiuenſis Abbatis ſuſcepit. Lege quæ Tomo ſuperiore dicta ſunt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum decimum-quartum [d], quo Erkenbodonem Erlefrido in munus Abbatiale ſucceſſiſſe credimus. Multos in Molani textu deprehendimus næuos, quos iterum hîc enumerare ſuperuacaneum. Ab anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo-quarto, quo Sitiuenſis Abbas factus eſt Erkenbodus, ad hunc vſque annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum effluxerunt anni ſex & viginti, quos idem Erkenbodus partim Sitiuenſis tantùm Abbas, partim ſimul & Abbas Sitiuenſis & Epiſcopus Taruannenſis tranſegit. Hæc nobis omnium explicationum videtur optima.

[b] Lib. 4. c. 63.

[c] d. 12. April. n. 1.

[d] Nn. 9. & ſeqq.

ERKENBODVS EPISC. TARVANN. ET ABB. SITIVENS. OBIT.

XV. Erkenbodus igitur, qui ſimul per multos annos & Abbas Sitiuenſis & Epiſcopus Taruannenſis fuerat, ad Deum pridie Idus Aprilis hoc anno mi-

grauit. Diem illum notant in ſuis ſeu Faſtis ſeu Martyrologiis aut Natali- AN. CH.
bus Sanctorum, Molanus, Miræus, Menardus ac Sauſſaius. *Eſt cum magna* 740.
venerentia ſepultus in Monaſterio Sancti Audomari, ſiue in Baſilica Sanctæ Mariæ,
quam Audomarus pridem dedicauerat, in qua nunc reſident Cathedrales Canonici ADALGERVS EPISC. TARVANN.
Sancti Audomari, qui ſepulchrum in præfata ſua Eccleſia oſtendunt, corpus in ſum-
mo altari, caput verò in particulari vaſe reconditum conſeruant, Feſtum Tranſlatio-
nis eius celebrant ſexto Idus Septembris. Hæc Molanus, cui Miræus in Faſtis WAYMARVS
Belgicis & Rayſſius in Hierogazophylacio Belgico ſuffragantur. Sancto Er- ABB. SITIVENS.
kenbodoni ſucceſſerunt, in Epiſcopatum Taruannenſem Adalgerus, in Si-
tiuenſem Præfecturam Waymarus.

AN. CH. 741. P. M. THEODOR. IV. R. 4. 5.

ANNVS CHRISTI 741.

P. M. THEODORICI IV. R. 4. 5.

AD annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-primum tria I.
pertinent, quæ commemorantur in priori Appendice ad Hiſtoriam
iuſſu Childebrandi conſcriptam; Legationes videlicet Gregorij Papæ & Ca-
roli Maioris-domûs vltrò citróque directæ; diuiſio Maioris-domatûs inter
Caroli filios; & mors ipſius Caroli, variis præſignata prodigiis, de quibus
actum anno priore.

Sermonem de prædictis Legationibus Auctor Appendicis præſaudatæ ſic II.
auſpicatur [a]. *Eo tempore bis à Roma Sede S. Petri Apoſtoli beatus Papa Gregorius* [a] Cap. 110.
claues venerandi ſepulchri, cum vinculis S. Petri, & muneribus magnis & infini- CAROLVS
tis, Legatione (quod anteà nullis auditis aut viſis temporibus fuit) memorato Prin- LEGATIONEM A GREGORIO PP. ACCIPIT,
cipi Carolo *deſtinauit.* Aimoini Continuator [b] in editionibus Guilielmi *Paruy*
& Iacobi *du Breul* hanc parentheſin (*quod anteà nullis auditis aut viſis tempo-*
ribus fuit) ſic effert, *quod anteà nullis auditum aut viſum temporibus fuit.* An- [b] Lib. 4 c. 57.
naliſta Metenſis ad Franciam id ita reſtringit, *quod antea nulli Francorum*
Principi à quolibet Præſule Romanæ vrbis directum fuit. Nec hæc interpretatio
ſeu reſtrictio caret difficultate. Nam Childebertus Secundus, Rex Franco-
rum, ſimilibus anteà muneribus à Gregorio Magno donatus eſt. Teſtes lite-
ræ [c] huius Pontificis ad eundem Childebertum, datæ *menſe Septembri, Indic-* [c] Lib. 5 ep. 6.
tione XIV. iam inchoatâ, id eſt, anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-quin- CVM VINCVLIS S. PETRI
to, quarum poſtrema periodus ſic habet. *Claues præterea S. Petri, in quibus de*
vinculis catenarum eius incluſum eſt, Excellentiæ veſtræ direximus, quæ collo veſ-
tro ſuſpenſæ à malis vos omnibus tueantur. At attendenda peculiaris ratio, pro-
pter quam Gregorius Tertius Papa Legationem cum clauibus Sancti Petri
aliiſque muneribus ad Carolum direxit. Illam enim rem ſi perpenderis, facilè
aduertes *anteà nullis auditum aut viſum temporibus*, vt ob ſimilem cauſam à Ro-
mano Pontifice Legati cum eiuſmodi muneribus in Franciam dirigerentur.
Gregorius Tertius Papa, vt mox dicturi ſumus, claues Sancti Petri cum
vinculis catenarum ad Carolum deferendas curauit, vt eum vehementiùs
ad defenſionem Eccleſiæ Romanæ contra Longobardos hoſtes infenſiſſimos
ſuſcipiendam prouocaret. Nihil ſimile repetitur in exemplo Childeberti
Regis, cui Gregorius Primus munera direxit, cùm in illo ſtudium fidei Ca-
tholicæ laudaret, eique commendaret Candidum Presbyterum ipſorum mu-
nerum portitorem, quem patrimonij in Gallia conſtituti rectorem, Dynamij
Patricij loco, deſignarat. Quapropter nec Metenſis Annaliſtæ reſtrictio
nobis placet. Arbitramur enim *anteà nullis auditum aut viſum temporibus*, vt
Romanus Pontifex Francis aut aliis gentibus Legatos cum muneribus ſu-

AN.CH. 741. P. M. THEODOR. IV. R. 4. 5.

prà nominatis ad auxilium aduersùs inimicos Eccleſiæ Romanæ poſcendum dirigeret. Quid autem intelligendum ſit per vincula catenáſque S. Petri; quas clauibus incluſas Romani Pontifices olim transmiſerunt, accipe ex Gregorio Magno in literis [a] ad Conſtantinam Auguſtam. *Propter eam, quæ in honorem Sancti Pauli Apoſtoli in Palatio* ædificabatur, *Eccleſiam, caput eiuſdem Sancti Pauli, aut aliud quid de corpore ipſius ad ſe tranſmitti* poſtularat Conſtantina. Reſpondet Gregorius magnâ ſe *mæſtitiâ* teneri, quod id *facere* nec poſſit nec audeat, *nam corpora Sanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum tantis in Eccleſiis ſuis coruſcant miraculis atque terroribus, vt neque ad orandum ſine magno illuc timore poſſit accedi.* Ne tamen pium Sereniſſimæ Auguſtæ deſiderium fruſtrà ſit, de catenis Sancti Pauli partem aliquam ei ſe tranſmiſſurum ſic pollicetur. *Quia*, inquit, *Sereniſſima Domina tam religioſum deſiderium eſſe vacuum non debet, de catenis, quas ipſe Sanctus Paulus Apoſtolus in collo & in manibus geſtauit, ex quibus multa miracula in populo demonſtrantur, partem aliquam vobis tranſmittere feſtinabo, ſi tamen hanc tollere limando præualuero, quia dum frequenter ex catenis eiſdem multi venientes benedictionem petunt, vt parum quid ex limatura accipiant, aſſiſtit Sacerdos cum lima; & aliquibus petentibus ita concitè aliquid de catenis ipſis excutitur, vt mora nulla ſit; quibuſdam verò petentibus, diu per catenas ipſas ducitur lima, & tamen, vt aliquid exinde exeat, non obtinetur.*

[a] Lib.3.ep 30.

III. Legationis ad Carolum hoc anno bis à Gregorio miſſæ hæc ratio profertur in Appendice Hiſtoriæ iuſſu Childebrandi ſcriptæ ſubiecta. *Eo pacto patrato, vt ad partes Imperatoris recederet, & Romanum Conſulatum præfato Principi Carolo ſanciret.* Textus hic certè corruptus, quomodo enim Romanus Pontifex ſimul & ad partes Imperatoris recedere, & Romanum Conſulatum ſiue Imperium (nam Conſulatus Imperium illis temporibus ſignificabat) Carolo ſancire potuit? Locum hunc deprauatum iam agnouit Aimoini Continuator, quem Guilielmus *Paruy* ſic edidit. *Eo ſcilicet pacto, quatinus ſacram Romanam Eccleſiam à Longobardorum tyrannide liberaret, terrena cæleſtibus præponderans floccipenderet, & à partibus Longobardorum Romanis conſulendum præfatus Princeps Carolus ſanciret.* Et Breulius, ſic. *Eo ſcilicet pacto, quatenus ſacram Romanam Eccleſiam à Langobardorum tyrannide liberaret, terrena cæleſtibus poſthabens floccipenderet, & à partibus Langobardorum recederet, ac Romanum conſultum præfatus Princeps Carolus ſanciret.* Illarum editionum factâ collatione, nemo non colligit hunc Appendicis ſenſum fuiſſe, vt reiecto Longobardorum fœdere Carolus ad partes Imperatoris accederet, & auxilio conſilióque Romanis eſſet. Ideóque textus eiuſdem Appendicis ſic videtur reſtituendus. *Eo pacto patrato, vt ad partes Imperatoris accederet & Romanum conſultum præfatus Princeps Carolus ſanciret.* Nec audiendus Annaliſta Metenſis, qui locum illum ſic exponit. *Epiſtolam quoque decreto Romanorum Principum ſibi prædictus Præſul Gregorius miſerat, quòd ſeſe populus Romanus, relicta Imperatoris dominatione, ad ſuam defenſionem & inuictam clementiam committere voluiſſet.* Certè Gregorius Tertius in ſuis ad Carolum epiſtolis hoc anno datis, ne verbum quidem habet de Romano Conſulatu vel Romana ditione, ſed de ſolis Longobardorum Regibus, Apoſtolicæ Sedi tunc infenſiſſimis, abundantiſſimè conqueritur.

IV. Epiſtolæ, quas Romani Pontifices, Gregorius Tertius, Zacharias, Stephanus Tertius, Paulus, Stephanus Quartus, Adrianus, & pſeudo-Conſtantinus, ad Carolum Maiorem-domus, ad Pippinum, ad Carolum Magnum, & ad Carolomannum eius fratrem, miſerunt, collectæ ſunt olim in vnum volumen ſtudio & curâ ipſius Caroli Magni, noſtrâque ætate prodierunt ex Bibliotheca Cæſarea, publici iuris factæ primùm à Iacobo Gretſero, poſteà Pariſiis editæ ſunt à Franciſco Ducheſnio & Dubouſcheto, inſertæque Tomo tertio Scriptorum Hiſtoriæ Francicæ, necnon probationibus ad illuſtrandam Originem Domûs Francicæ ſpectantibus. Epiſtolæ ſunt omnino nonaginta-

ET DVABVS EPISTOLIS.

AN. CH. 741. P. M. THEODOR. IV. R. 4. 5. V.

nouem, è quibus duæ Carolo Subregulo à Gregorio Tertio Papa inſcribuntur.

Harum prior talis eſt. *Domno Excellentiſſimo filio, Carolo Subregulo, Gregorius Papa. Nimiâ fluctuamus tribulatione, & lacrymæ die noctúque ab oculis noſtris non deficiunt, quando conſpicimus cottidie, & vndique Eccleſiam Sanctam Dei à ſuis, in quibus ſpes erat vindicandi, deſtitui filiis. Propterea coartati dolore in gemitu & luctu conſiſtimus, dum cernimus id, quod modicum remanſerat preterito anno pro ſubſidio & alimento pauperum Chriſti, ſeu luminariorum concinnatione, in partibus Rauennatium, nunc gladio & igni conſumi à Luithprando & Hilprando Regibus Longobardorum; ſed in iſtis partibus Romanis mittentes plura exercita ſimilia nobis fecerunt & faciunt, & omnes ſcalas S. Petri deſtruxerunt, & peculia, quæ remanſerant, abſtulerunt, & nulla nobis abs te, Excellentiſſime fili, refugium facientibus peruenit hactenus conſolatio, ſed, vt conſpicimus, dum indultum à vobis eiſdem Regibus eſt motiones faciendi, quòd eorum falſa ſuggeſtio pluſquàm noſtra veritas apud vos recepta eſt, & timemus ne tibi reſpiciat ad peccatum, quando nunc vbi reſident ipſi Reges, ad exprobrationem noſtram ita proferunt verba dicentes. Adueniat Carolus, apud quem refugium feciſtis, & exercita Francorum, &, ſi valent, adiuuent vos, & eruant de manu noſtra. O quàm inſanabilis dolor pro his exprobrationibus in noſtro retinetur pectore, dum tales ac tanti filij, ſuam ſpiritualem matrem, ſanctam Dei Eccleſiam, eiúſque populum peculiarem non conantur defendere! Potens eſt, cariſſime fili, ipſe Princeps Apoſtolorum, ob à Domino ſibi conceſſam poteſtatem, defendere domum, & populum peculiarem, atque de inimicis dare vindictam, ſed fidelium filiorum mentes probat. Non credas, fili, falſidicis ſuggeſtionibus ac ſuaſionibus eorundem Regum. Omnia enim tibi falsò ſuggerunt, ſcribentes circumuentiones, quòd quaſi aliquam culpam commiſſam habeant eorum Duces, id eſt, Spoletinus & Beneuentanus. Sed omnia mendacia ſunt. Non enim pro alio (ſatisfaciat tibi veritas, fili) eoſdem Duces perſequuntur capitulo, niſi pro eo, quòd noluerunt præterito anno de ſuis partibus ſuper nos irruere, &, ſicut illi fecerunt, res SS. Apoſtolorum deſtruere, & peculiarem populum deprædare; Ita dicentes ipſi Duces, quia contra Eccleſiam ſanctam Dei eiúſque populum peculiarem non exercitamus, quoniam & pactum cum eis habemus, & ex ipſa Eccleſia fidem accepimus, idcóque mucro eorum deſæuit contra eos. Nam ipſi prædicti Duces parati fuerunt, & ſunt, ſecundùm antiquam conſuetudinem eis obedire, ſed illi retinentes iram pro eo quod ſuperiùs diximus, per exquiſitam occaſionem volentes illos & nos deſtruere & inuadere, ideò vtroſque perſequentes veſtræ bonitati ſuggerunt falſa, vt & Duces illos nobiliſſimos degradent, & ſuos ibidem prauos ordinent Duces, & multò ampliùs cottidie & ex omni parte Dei Eccleſiam expugnent, & res beati Petri Principis Apoſtolorum diſſipent, atque populum peculiarem captiuent. Tamen, vt rei veritas vobis declaretur, Chriſtianiſſime fili, iubeas, poſt ipſorum Regum ad propria reuerſionem, tuum fideliſſimum Miſſum, qui non à præmiis corrumpatur, dirigere, vt propriis oculis perſequutionem noſtram & Dei Eccleſiæ humiliationem, & eius rerum deſolationem, & peregrinorum lacrymas conſpiciat, & tuæ bonitati omnia pandat. Sed hortamur bonitatem tuam coram Domino & eius terribili iudicio, Chriſtianiſſime fili, vt propter Dominum & animæ tuæ ſalutem, ſubuenias Eccleſiæ S. Petri, & eius peculiari populo, eoſdémque Reges ſub nimia celeritate refutes, & à nobis repellas, & iubeas eos ad propria reuerti. Non deſpicias deprecationem meam, neque claudas aures tuas à poſtulatione mea. Sic non tibi ipſe Princeps Apoſtolorum claudat cæleſtia Regna. Coniuro te per Deum viuum & verum, & per ipſas ſacratiſſimas claues Confeſſionis beati Petri, quas vobis ad Regnum dimiſimus, vt non præponas amicitiam Regum Longobardorum amori Principis Apoſtolorum, ſed velociùs & ſub nimia feſtinatione ſentiamus, poſt Deum, tuam conſolationem, ad noſtram defenſionem, vt in omnibus gentibus declaretur veſtra fides, & bonum nomen, quatenus & nos cum Propheta mereamur dicere. [Exaudiat te Dominus in die tribulationis, protegat te nomen Dei Iacob.] Harum autem literarum portitor Anchard, veſter fidelis, quod oculis ſuis vidit, &*

AN. CH. 741. P. M. THEODOR. IV. R. 4. 5.

nos ei iniunximus, omnia tua benigna Excellentia viuâ voce enarrabit. Et petimus bonitatem tuam coram Deo teſte & iudice, vt nimis feſtinanter noſtros lenias dolores, & lætabunda nobis celeriter mittes nuntia, vt læti effecti animo, die noctúque, pro te tuíſque fidelibus, coram ſacris Sanctorum Principum Apoſtolorum Petri & Pauli Confeßionibus Domino fundamus preces.

VI. Poſterior talis eſt. *Domno Excellentiſſimo filio, Carolo Subregulo, Gregorius Papa. Ob nimium dolorem cordis & lacrymas, iteratâ vice tua Excellentia neceſſarium duximus ſcribendum, confidentes te eſſe amatorem filium beati Petri Principis Apoſtolorum, & noſtrum, & quòd pro eius reuerentia noſtris obedias mandatis, ad defendendam Eccleſiam Dei & peculiarem patronum, qui iam perſequutionem & oppreßionem gentis Longobardorum ſufferre non poſſumus. Omnia enim luminaria ad honorem ipſius Principis Apoſtolorum, & quæ à veſtris parentibus, & à vobis offerta ſunt, ipſi abſtulerunt, & quoniam ad te poſt Dominum confugium fecimus, proptereà nos ipſi Longobardi in opprobrium habent & opprimunt. Vnde & Eccleſia Sancti Petri denudata eſt, & in nimiam deſolationem redacta, tamen omnes noſtros dolores ſubtiliùs in ore poſuimus præſenti portitori, tuo fideli, quæ in auribus tuæ Excellentiæ ſuggerere debeat. Tu autem, fili, habeas cum ipſo Principe Apoſtolorum hìc & in futura vita coram Omnipotenti Deo noſtro, ſicut pro eius Eccleſia & noſtra defenſione diſpoſueris, & decertaueris, ſub omni velocitate, vt cognoſcant omnes gentes tuam fidem & puritatem atque amorem, quæ habes erga Principem Apoſtolorum beatum Petrum, & nos, eiúſque peculiarem populum zelando & defendendo. Ex hoc enim tibi poteris immortalem & æternam acquirere vitam.*

VII. Ex duabus illis epiſtolis patet Gregorium ad Carolum ſcripſiſſe non alio conſilio, quàm vt auxilium è Francia ſibi obtineret ac Ducibus Transemundo Spoletano & Godeſcalco Beneuentano contra Longobardorum Reges Luitprandum & Hildebrandum, qui res Sancti Petri in Exarchatu Rauennate & Ducatu Romano diripuerant, prædictóſque Duces Transemundum & Godeſcalcum grauiùs inſectabantur, eò quòd hi erant in amicitia Romani Pontificis & Stephani Ducis, noluerántque nuperrimè contra Papam & Romanos, quibus Stephanus Imperatoris nomine præerat, in belli ſocietatem venire.

VIII. Prætereà duæ Gregorij expoſtulationes in ſupradictis epiſtolis occurrunt obſeruandæ.

IX. Gregorius conqueritur ablatum ſibi *modicum id quod remanſerat pro ſubſidio & alimento pauperum Chriſti, ſeu luminariorum concinnatione, in partibus Rauennatium;* vel ablata *omnia luminaria ad honorem ipſius Principis Apoſtolorum*, quæ à parentibus Caroli & ab ipſo Carolo fuerunt oblata. Nullum ibi repoſcit Regnum, nullam prouinciam, nullam ciuitatem. Idque præualido eſt argumento Romanum Pontificem ne vnius quidem vrbeculæ Principatu tunc potitum fuiſſe.

X. Deinde Gregorius in prioribus literis queritur ſe fruſtrà iam opem implorasſe Caroli. Cur autem Carolus aduersùs Longobardos non citò ſurrexerit, hæc certa ratio poteſt afferri, quòd Luitprandum Regem in difficillimo bello contra Saracenos, vt ante biennium diximus, fideliſſimum adiutorem habuerat.

XI. Nec omittendum videtur hoc loco, quòd Gregorius Carolum in vtriſque literis Subregulum vocat titulo hactenus apud Francos inuſitato, medióque inter Maiorem-Domatum ac Regiam dignitatem. Simili enim modo Beda [a], qui paulò ante Gregorium ſcripſerat, eos, qui poſt Conwalchi Regis obitum, donec Ceadualla Regnum capeſſeret, adminiſtrationem Occidentalis Saxoniæ geſſerunt, Subregulos appellarat, vt aliâ occaſione obſeruatum ſuprà [b].

[a] Lib. 4. n. 12.

[b] Ad an. 738. n. 4.

XII. Baronius epiſtolam Gregorij, quam poſteriore loco deſcripſimus, exaratam putat anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-nono, alteram anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo. Error procedit ex mendo, quod apud Anaſtaſium

taſium in vitam Zachariæ Papæ irrepſit. In vulgatis exemplaribus Anaſta- AN. CH.
ſij, Liutprandus Longobardorum Rex quatuor ciuitates in Ducatu Roma- 741.
no capit, victórque reuertitur *ad Palatium ſuum, per menſem Auguſtum, Indic-* P. M.
tione ſeptimâ, id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-nono. Quapro- THEO-
pter Baronius bellum Saracenſcum, cui Liutprandus in Prouincia cum Ca- DOR. IV.
rolo interfuit, anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-octauo collocat. Ali- R. 4. 5.
ter autem inſtituenda Chronologia. Liutprandus anno Chriſti ſeptingente-
ſimo triceſimo-nono nullum in Italia bellum geſſit, itinere enim cis Alpes
ſuſcepto Carolum in profligandis expellendíſque Saracenis auxilio iuuit; at
anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo Ducatum Romanum adortus
eſt, quatuórque ciuitatibus expugnatis rediit ad Palatium ſuum, per men-
ſem Auguſtum, Indictione octauâ. Hanc Indictionem loco ſeptimæ repo-
nendam docet ipſemet Anaſtaſius, cùm enim res à Liutprando, ſub Zacha-
riæ Pontificatu, Indictione decimâ, geſtas enarrat, quatuor ciuitates, quas
ante biennium, id eſt, Indictione octauâ, per vim abſtulerat, ab eo, poſt
colloquium cum Pontifice habitum, reſtitutas ſic aſſerit. *Prædictas quatuor
ciuitates, quas ipſe ante biennium per obſeſſionem factam pro prædicto Traſimundo
Duce Spoletino abſtulerat, eidem ſancto cum earum habitatoribus redonauit viro.*
Præter Indictionis ſeptimæ notam alius apud Anaſtaſium næuus occurrit,
quia in vulgaris exemplaribus eadem Indictio ſeptima per menſes Auguſ-
tum ac Decembrem currit, cuiuſlibet autem Indictionis initium à Kalen-
dis Septembribus petitur; nec eadem per menſem Decembrem eſt Indic-
tio, quæ per ſuperiorem Auguſtum fuit. Vt igitur menſe Auguſto Indictio-
nem octauam loco ſeptimæ iam repoſuimus, ſic menſe Decembri Indictio-
nem nonam loco eiuſdem Indictionis ſeptimæ reſtituendam pronuntiamus.
Sublatis duabus hiſce mendis, Anaſtaſianum rextum accipe ex edirione Regia.

Zacharias, proximus Gregorij Tertij ſucceſſor, cùm ad Pontificatum aſ- XIII.
ſumptus eſt, *inuenit totam Italiam, prouinciam valdè turbatam, ſimul & Ducatum
Romanum, perſequente Luitprando Longobardorum Rege ex occaſione Traſimundi
Ducis Spoletini, qui in hac Rom. vrbe, eodem Rege perſequente, refugium fecerat.
Et dum à prædeceſſore eius beatæ memoriæ Gregorio Papa, atque ab Stephano, quon-
dam Patricio, & Duce, vel omni exercitu Romano prædictus Traſimundus redditus
non fuiſſet, obſeſſione factâ, pro eo ab eodem Rege ablatæ ſunt à Romano Ducatu ci-
uitates quatuor, id eſt, Ameria, Hortas, Polimartium, & Blera. Et ſic iſdem Rex
ad ſuum Palatium eſt reuerſus per menſem Auguſtum Indict. 8.* * *Traſimundus ve-* * Malè 7.
*rò Dux habito conſilio cum Romanis, collectóque generali exercitu Ducatûs Romani,
ingreſſi ſunt per duas partes in fines Ducatûs Spoletani. Qui continuò timore ductus,
præ multitudine exercitûs Romani eidem Traſimundo ſe ſubdiderunt Marſicani, &
Forconini, atque Baluenſes, ſeu Prinenſes. Deinde ingreſſi per Sabinenſe territo-
rium venerunt in Reatinam ciuitatem. Qui Reatini continuò & ipſi ſe ſubdiderunt.
Exinde pergentes, ingreſſus eſt Spoletum per menſem Decemb. Indict. 9.* *. Huc * Malè prædictâ Indict.
vſque res geſtæ anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo, qui partim In-
dictioni octauæ, partim Indictioni nonæ illigatur. Quæ verò proximè ſub-
iunguntur, eæ res ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum pri-
mum pertinent, quo Gregorius Tertius ex hac vita diſceſſit. *Erátque magna
turbatio inter Romanos & Longobardos. Quoniam & Beneuentini, & Spoletani cum
Romanis tenebant. Sed dum idem Traſimundus Spoletinus Dux noluit implere, quæ
prædicto Pontifici, & Patricio ſimul & Rom. promiſerat pro recolligendis quatuor ci-
uitatibus, quæ pro eo perierant, & aliis, quæ ſpoponderat capitula, & prænominatus
Rex ad motionem contra Ducatum Romanum ſe prepararet, in his prædictis beatæ
memoriæ Gregorius Papa diuinâ vocatione ex hac luce ſubtractus eſt*, nempe quar-
to Kalendas Decembris, anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-primo,
Indictione decimâ iam inchoatâ.

Ex hac rerum Longobardicarum ſerie conſtat literas Gregorij, quæ pri- XIV.
mo loco in Codice Caroli Magni reperiuntur, ſcriptas fuiſſe anno Chriſti

AN. CH. 741. P. M. THEODOR. IV. R. 4. 5.

ſeptingenteſimo quadrageſimo-primo. Belli enim *præterito anno* ſiue anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo à Regibus Longobardorum Luithprando & Hilprando moti mentionem ſic faciunt. *Non credas, fili, falſidicis ſuggeſtionibus ac ſuaſionibus eorundem Regum. Omnia enim tibi falsò ſuggerunt, ſcribentes circumuentiones, quòd quaſi aliquam culpam commiſſam habeant eorum Duces, id eſt, Spoletinus & Beneuentanus. Sed omnia mendacia ſunt. Non enim pro alio (ſatisfaciat tibi veritas, fili) eoſdem Duces perſequuntur capitulo, niſi pro eo, quòd noluerunt præterito anno de ſuis partibus ſuper nos irruere, &, ſicut illi fecerunt, res SS. Apoſtolorum deſtruere.* Præterea cædem literæ teſtantur *id, quod modicum remanſerat præterito anno pro ſubſidio & alimento pauperum Chriſti, ſeu luminariorum concinnatione, in partibus Rauennatium, nunc gladio & igni conſumi à Luithprando & Hilprando Regibus Longobardorum*, id eſt, eodem tempore, quo Gregotius calamo manum admouet, in partibus Rauennatium à Longobardorum Regibus igni ferróque conſumi, quicquid *præterito anno* ſiue anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo, cùm belli moles illic detonabat, temanſerat è Sancti Petti patrimonio, quod alendis pauperibus luminaribúſque comparandis deſtinatum erat.

XV. In iiſdem literis Luithprandus & Hilptandus Reges Longobardorum ſimul memorantur. Atque inde non leue ducimus argumentum, vt eas anno Chtiſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ptimo ſcriptas affirmemus, quia Luithprandus, vt ex Paulo Diacono [a] colligi poteſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-nono, cùm auxilium Francis aduersùs Saracenos tulit, Hilprandum in conſortium Regni nondum adſciuerat, idque Carolus Sigonius [b] anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo, id eſt, poſt Luithprandi reditum è Galliis, atque in procinctu belli contra Beneuentanos, Spoletanos, ac Romanos, factum tradit.

[a] Lib 6 cc. 55. 56. vet. edit. cc. 54. 55. nouæ edit.

[b] Lib. 3. in Luitprando.

XVI. Denique Gtegorius eas literas ante annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-primum haud ſcripſit, quia claues Confeſſionis beati Petri priùs à ſe miſſas ait, ſic enim Carolum alloquitur. *Coniuro te per Deum viuum & verum, & per ipſas ſacratiſſimas claues Confeſſionis beati Petri, quas vobis ad Regnum dimiſimus, vt non præponas amicitiam Regum Longobardorum amori Principis Apoſtolorum.* Legatos autem cum huiuſcemodi clauibus ad Carolum idem Gregorius ante annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-ptimum non direxit. Illius enim anni notam, quæ deſideratur in Appendice ad Hiſtoriam iuſſu Childebrandi conſcriptam, ſic expreſſit Auctor Annalium Metenſium. *Anno DCCXLI. Karolus Princeps domitis circumquaque poſitis Gentibus, dum ea, quæ pacis erant, infra ſui regiminis terminos diſponeret, bis eodem anno Legationem beatiſſimi Gregorij Papæ ab Apoſtolica Sede directam ſuſcepit. Qui ſibi claues venerandi ſepulchri Principis Apoſtolorum Petri, einſdémque pretioſa vincula cum muneribus magnis delatis obtulerunt.*

XVII. In quibuſdam exemplaribus Anaſtaſij [c] hæc occuttunt de Legatione à Gregorio ad Carolum miſſa. *Huius temporibus concuſſáque eſt prouincia Romanorum ditioni ſubiecta à nefandis Longobardis, ſeu & Rege eorum Luitprando, veniénſque Romam in campo Neronis tentoria tetendit, deprædatâque Campania multos nobiles de Romanis Longobardorum more totondit atque veſtiuit. Pro quo vir Dei vndique dolore conſtrictus ſacras claues ex Confeſſione B. Petri Apoſtoli accipiens partibus Franciæ Carolo ſagaciſſimo viro, qui tunc Regnum regebat Francorum, nauali itinere per Miſſos ſuos direxit, per Anaſtaſium ſanctiſſ. virum Epiſcopum, necnon & Sergium Presbyterum, poſtulandum à præfato Excellentiſſimo Carolo, vt eos à tanta oppreſſione Longobardorum liberaret.* Abſunt autem ab editione Regia, teiiciunturque in varias lectiones, nec videntut ab Anaſtaſio ſcripta, quia hic Auctor in vita Zachariæ Papæ iam citata, cùm res duobus poſtremis Gregorij deceſſotis annis geſtas tepetit, de Liutptandi progreſſu Romam vſque & ad campum Neronis ſilet. Baronius Baſilicam Sancti Petri, quæ in Vaticanis collibus extra vrbis mœnia poſita erat, à Longobardis tunc

[c] In Gregor. III.

deuaſtatam ſcribit ad annum Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum-nonum [a], AN. CH.
& in aſſertionis ſuæ confirmationem citat alteram Gregorij Pontificis epiſ- 741.
tolam ad Carolum, in qua leguntur hæ phraſes. *Eccleſia Sancti Petri denu-* P. M.
data eſt, & in nimiam deſolationem redacta. Verùm hiſce locutionibus non indi- THEO-
catur deprædatio Baſilicæ Vaticanæ, ſed direptio variorum patrimoniorum, DOR. IV.
quæ diuerſis in locis Exarchatûs Rauennatis ac Romani Ducatûs erant, R. 4. 5.
pertinebántque ad Eccleſiam Vaticanam, vt alerentur pauperes luminariá- [a] Num. 6.
que ſubminiſtrarentur, atque ob amiſſionem illorum patrimoniorum, quæ
teſte eodem Anaſtaſio [b] à Liutprando ſub Zachariæ Pontificatu poſteà reſ- [b] In Zacharia.
tituta ſunt, *Eccleſia Sancti Petri*, ſeu Vaticana, non incongruè dicitur *denu-*
data & in nimiam deſolationem redacta. Dedeceret hoc loco rurſum ſugillare
Baronium, quòd Liutprandum, quem in Galliis anno Chriſti ſeptingenteſi-
mo triceſimo-nono cum exercitu contra Saracenos fuiſſe conſtat, tunc in
Ducatu Romano bellum geſſiſſe ſcripſerit. Id obſeruaſſe ſuprà ſufficiat.

Etſi textum, quem ex quibuſdam exemplaribus Anaſtaſij nuperrimè re- XVIII.
citauimus, fœtum Anaſtaſij non putemus eſſe, quæcumque tamen in eo
narrantur de Legatis Romani Pontificis, de illorum itinere, muneribus ac
poſtulationibus, vera credimus. Anaſtaſius Epiſcopus & Sergius Preſbyter
iuſſu Gregorij Papæ claues ex Confeſſione Principis Apoſtolorum acceptas
in Franciam itinere nauali detulerunt ad Carolum, nec ab eo quidquam
petierunt, niſi vt Romanos ab oppreſſione Longobardorum liberaret. Vtrùm
ſimul, an ſeiunctim profecti ſint, in dubium vocari poteſt. Certè Carolus
hoc ipſo anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-primo Legationem à
Gregorio Papa bis accepit.

Literæ Pontificiæ, quas priore loco deſcripſimus, poſt Legationem Ro- XIX.
mâ directæ ſunt, in iis enim Gregorius Carolum per ipſas claues Confeſſio-
nis beati Petri, quas ei iam miſit, hortatur, vt Regum Longobardorum
amicitiam amori Principis Apoſtolorum non præponat. Textum habes aliâ
occaſione ſuprà repetitum. Alteræ literæ, quas poſteriore loco recitauimus,
eodem quoque anno ſed ſeriùs miſſæ ſunt. Id admodum probabile videtur
ex ordine, quo vtræque collocatæ ſunt in Codice Caroli Magni. Deinde
hæ voces, *iteratâ vice*, quæ leguntur in poſterioribus, ad priores videntur
referendæ, quamquam non dubitamus, quin Gregorius, antequàm prædic-
tas claues ad Carolum tranſmitteret, literas ei ſcripſerit quæ perierint, in
prioribus enim illarum quæ ſuperſunt, apud Carolum ſic queritur. *Nulla no-*
bis abs te, Excellentiſſime fili, refugium facientibus peruenit conſolatio, ſed, vt
conſpicimus, dum indultum à vobis eiſdem Regibus Luithprando & Hilprando
eſt motiones faciendi, quòd eorum falſa ſuggeſtio pluſquàm noſtra veritas apud vos
recepta eſt.

Carolo gratiſſimæ fuerunt, quas hoc anno Legationes à Gregorio Papa XX.
ſuſcepit; rem enim, vt nouam, ita mirabilem ſibique perhonorificam pu- LEGATIO-
tauit. Quapropter *ipſe mirifico ac magnifico honore ipſam Legationem recepit,* NEM VICIS-
munera pretioſa contulit, atque cum magnis præmiis cum ſuis ſodalibus miſſis Gri- SIM MITTIT
monem Abbatem Corbenſis Monaſtery, & Sygobertum recluſum Baſilicæ S. Dionyſij ROMAM
Martyris, Romam ad limina S. Petri & S. Pauli deſtinauit. Hæc Auctor [c] Ap- [c] Cap. 110.
pendicis ſuprà laudatæ, nec alia ſcribit Continuator Aimoini [d], ſed in [d] Lib. 4. c. 57
Annalibus Metenſibus per Legatos Grimonem & Sigibertum ſeu Sygober-
tum *omnia in reſponſis, quæ ſibi viſa fuerant*, Carolus *memorato Præſuli* Grego-
rio *ſcriptis epiſtolis* deſtinaſſe dicitur. Ea nos reſponſa latent. Carolus in
morbum iam inciderat, quo tandem conſumptus eſt menſe Octobri. Fruſtrà
quæras aliam rationem, cur lætitiam, quam ſuſceptâ Gregorij Papæ Lega-
tione præſerulit, auxilio collato non confirmarit.

Auctor Appendicis proximè allegatæ Grimonem *Abbatem Corbenſis Monaſtery* XXI.
vocat, *Corbienſis Monaſterij Abbatem* Annaliſta Metenſis, nec dubium, quin
Corbenſis ſeu *Corbienſis* Monaſterij nomine deſignetur Cœnobium Corbeienſe,

AN. CH. 741. P. M. THEODOR. IV. R. 4. 5.

quod in Epiſcopatu Ambianenſi ad amnis Corbeiæ confluentes in Somonam quarto ſupra Ambianum milliari etiamnum illuſtre conſpicitur. Itaque Continuator Aimoini eundem Grimonem in exemplaribus editis *Abbatem Corbonenſis Monaſterij*, & in Codice manuſcripto, quem ſæpè citauimus, *Abbatem Carbonenſis Monaſterij* perperam dicit. Anno Christi ſeptingenteſimo decimo-ſexto florebat Sebaſtianus Abbas Corbeienſis. Huic ſucceſſit Grimo, tum Leodegarius, deinde Addo, cuius obitus tertio Idus Nouembris, anno Chriſti ſeptingenteſimo ſeptuageſimo, conſignatur. Iſta leguntur apud Robertum & Sammarthanos in Abbatum Corbeienſium Catalogo, ſed in ea Nomenclatura, quam non ſemel iam correximus, næuus eſt, quia Leodegarius Abbas recenſetur anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo-ſexto, fortè tranſmutati Characteres, & anni 726 loco reſtituendus annus 762. Quot annos Monaſterio præfuerit Grimo, non liquet. Duo de illo aſſeri poſſunt, nempe quòd Sebaſtiano proximè ſit ſubrogatus, quódque anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-primo Legationem apud Gregorium Papam obierit. Illum ex Abbate Corbeienſi Rotomagenſem Epiſcopum factum ſuſpicatur Franciſcus Pommerayus in Hiſtoria Pontificum Rotomagenſium [a], ſed tempus repugnat, quia Grimo priùs in Cathedra Rothomagenſi ſedere cœpit, quàm Grimo Corbeienſis Abbas in Italiam ad Gregorium Papam à Carolo mitteretur.

[a] In elog. 27. c. 1. n. 8.

XXII. Alter Legatorum, quos Carolus ad Romanum Pontificem direxit, in Appendice prælaudata & in Aimoini Continuatione *Sygobertus* ſeu *Sigobertus* appellatur, *Sigibertus* in Annalibus Metenſibus; vtrobique verò dicitur *Reclauſus Baſilica Sancti Dionyſij Martyris*, id eſt, Monachus Monaſterij Sandionyſiani, qui rigidioris pœnitentiæ zelo ductus ex Abbatis licentia vitam ab omni prorſus ſodalium conſortio remotam ducebat. Cœnobio tunc Abbas præerat Delphinus, cui poſt aliquot annos ſub Childerico Rege ſucceſſit Singebertus, quem Iacobus Doubletus in Antiquitatibus San-Dionyſianis eundem conſtituit cum prædicto Sigiberto ſeu Sigeberto, nec id à vero videtur alienum.

XXIII. MAIORATVM INTER FILIOS DIVIDIT.

Carolus hoc anno, cùm iam morbo premeretur, Maioratum inter filios diuiſit. *Memoratus Princeps*, inquit Auctor Appendicis ſæpè laudatæ, *conſilio Optimatum ſuorum expetito, filiis ſuis Regna diuidit. Itaque primogenito ſuo, Carolomanno nomine, Auſter, & Suauiam quæ nunc Alemannia dicitur, atque Thoringiam tradidit. Alteri verò ſecundo filio iuniori, Pippino nomine, Burgundiam, & Neuſter, & Prouinciam permiſit.* Ita editio Ducheſniana. Ceteræ ſunt hoc loco deprauatæ. Non enim *Regna*, vt habet etiam Continuator Aimoini, ſed *Regnum* à Carolo diuiſum tradunt, & filium eius natu maiorem non Carolomannum ſed Carolum Magnum vocant, déque Pippini ſorte ſic loquuntur. *Alterum verò ſecundum filium, Pippinum nomine, Burgundiæ & Neuſtraſiæ prouinciæ præfecit.* Næuo quoque non caret Aimoini Continuator, prædictam enim Appendicem, quâ vtitur, non benè reddit, & promiſcuè non Suauiam & Alemanniam, ſed Auſtraſiam & Alemanniam ſic vſurpat. *Primogenitum filium ſuum, Carlomannum nomine, in Auſtraſiam quæ nunc Alemannia dicitur, atque Toringiam ſublimauit.* Omnium optimè Annaliſta Metenſis, poſt Legationem Grimonis Abbatis & Sigiberti Recluſi, de qua nuperrimè diſſeruimus, hæc proximè ſubiungit. *Eodem verò anno, dum memoratus Princeps Karolus ſe ægrotare cerneret, congregatis in vnum omnibus Optimatibus ſuis, Principatum ſuum inter filios ſuos æquâ lance diuiſit. Primogenito ſuo Karolomanno Auſtriam, Alamanniam, Turingiámque ſubiugauit. Filio verò iuniori Pippino Niuſtriam, Burgundiam, Prouinciámque conceſſit.* Vtrùm autem vera ſint ea, quæ idem Annaliſta de ſorte Gripponis addit, inquiremus infrà.

XXIV. In ſpatioſiſſimo Francorum Regno, quod vniuerſam Galliam complectebatur ſi Septimaniam exceperis, & vltra Rhenum ad vltimos vſque Thuringiæ ac Boioariæ fines per Germaniam, Rhætiam, Vindeliciam & Nori-

cum extendebatur, octo hæ regiones erant, Auſtria, Sueuia, Thuringia, AN. CH.
Boioaria, Neuſtria, Burgundia, Prouincia, Aquitania. Carolus regimen 741.
Auſtriæ, Sueuiæ ac Thuringiæ, Carolomanno; regimen Neuſtriæ, Bur- P. M.
gundiæ ac Prouinciæ, Pippino conceſſiſſe dicitur; & in illa partitione, cu- THEO-
ius plerique ſcriptores meminerunt, nulla Boioariæ & Aquitaniæ mentio DOR: IV.
reperitur. Tanti ſilentij cauſa refundenda eſt in Duces ſeu Præfectos illa- R. 4. 5.
rum prouinciarum, qui nimiam exoſi auctoritatem, quam Carolus ſibi ſub
titulo Maioris-domûs arrogabat, ei nunquam ſe ſubdiderunt. Aquitaniam
adminiſtrabat Hunoldus, Boioariam Otilo, de vtroque iam locuti ſumus.

Olim Francia in tria Regna diuidebatur, in Auſtraſiam, Neuſtraſiam & XXV.
Burgundiam. Vnicuique Regno ſuus erat Maior Palatij, tunc enim cele-
brati reperiuntur Maiores Palatij Auſtraſiani, Maiores Palatij Neuſtraſia-
ni, Maiores Palatij Burgundici, nec ſemel contigit, vt ſingula Regna ſin-
gulos Reges non haberent, & ſub vno Rege, qui plura Regna poſſidebat,
pro Regnorum numero plures eſſent Maiores Palatij. Poſtquàm autem
Neuſtraſiis vniti ſunt Burgundiones, Francia in duo duntaxat, Auſtraſiæ
videlicet ac Neuſtraſiæ, Regna diſtingui cœpit, duóque deinceps Maiores
Palatij fuerunt, vnus in Auſtraſia, alter in Neuſtraſia. Vtroque Maioratu,
cùm vniuerſa Francia penes vnius Regis imperium eſſet, quidam gauiſi
ſunt. In horum numero collocandus Carolus, ex quo Raginfridum Maio-
rem Palatij Neuſtraſiani profligauit. Quapropter vbi legis ab eo duos in-
ter filios, quos ex vxore Rotrude ſuſceperat, vel diuiſa *Regna*, vt Appen-
dix præcitata ex editione Ducheſniana & Continuator Aimoini teſtantur,
vel diuiſum *Regnum*, vt eiuſdem Appendicis aliæ habent editiones, aut di-
uiſum *Principatum*, vt Auctor Annalium Metenſium loquitur, *Regna* inter-
pretare Maioratum Auſtraſiæ & Maioratum Neuſtraſiæ, *Regnum* verò ſeu
Principatum Maioratum vniuerſæ Franciæ, & partitionem inter Carolo-
mannum & Pippinum factam ſic intellige, vt Maioratus Auſtraſiæ Carolo-
manno, Pippino Maioratus Neuſtraſiæ ceſſerit, Alemanniâ ſeu Sueuiâ, Thu-
ringiâ & Boioariâ Auſtraſiæ attributis, Neuſtraſiæ Burgundiâ, Prouinciâ &
Aquitaniâ.

Auditâ *Regnorum* ſeu Maioratuum diuiſione, quam Carolus modo ſuprà XXVI.
deſcripto ſtatuerat, ortus eſt in Burgundia tumultus, quem Pippinus ſtatim
compreſſit. *Eo anno*, inquit Auctor Appendicis, *Pippinus Dux commoto exer-
citu cum auunculo ſuo Hildebrando Duce & multitudine Primatum & agminum
ſatellitum plurimorum ad Burgundiam dirigunt, fines regionum præoccupant.* Auun-
culum impropriè vocauit, quem patruum appellare debuit. Erat enim Hil-
debrandus ſeu Childebrandus frater Caroli, patruus Pippini. Porrò, ſi me-
mineris literarum, per quas Gregorius Romanus Pontifex hoc anno de Hil-
prando Longobardum Rege bellum in Ducatu Romano geſeſte queſtus eſt,
Hilprandum illum Longobardorum Regem facilè diſtingues ab Hildebran-
do Duce, quocum Pippinus in Burgundiam motuum ſedandorum causâ
properauit. Qua de re fusè contra Ioannem Iacobum Chiffletium ad an-
num Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum-ſeptimum iam diſputatum Tomo
ſuperiore.

Carolus, teſte eâdem Appendice [a], *ægrotare cœpit in villa Vermbrea ſuper* XXVII.
Iſſara fluuio; poſteà *Pariſius Baſilicam S. Dionyſij Martyris multis muneribus di-* [a] Capp. 109. 110.
tauit, veniénſque Cariſiaco villâ Palatij ſuper Iſſaram fluuium validâ febre correptus ÆGROTAT.
obiit in pace. Si Metenſi Annaliſtæ fides eſt, *ad Pariſiacam ciuitatem properans,
ad ſepulchrum beatiſſimi Martyris Dionyſij orationis causâ peruenit, cui multa mu-
nera poſt actam orationem deuoto animo contulit. Inde verò veniens ad Cariſia-
cam villam ſuper fluuium Iſera ſitam perrexit, in qua validâ febre correptus in pace
obiit.* XXVIII.

Vermbrea ſeu Vermeria, & Cariſiacum, duæ erant ad Iſaram villæ Re- DITAT MON. S.
giæ, è quarum ſitu non inualidum erui poteſt argumentum, vt Carolum, DIONYSII,

AN. CH. 741. P. M. THEODOR. IV. R. 4. 5.

priuſquàm Cariſiacum proficiſceretur, Vermeriâ * Lutetiam veniſſe atque in agro Pariſienſi ad ſepulchrum Sancti Dionyſij Martyris oraſſe neges. Hæc Annaliſta Metenſis videtur ſcripſiſſe, quia legerat beati Dionyſij Baſilicam *multis muneribus* [a] à Carolo iam ægroto ditatam fuiſſe. Sed extat exemplar donationis Carolinæ, datum apud Cariſiacum, die decimo-ſeptimo Septembris, hoc anno poſt Theodorici Regis mortem quinto. Integrum ex Antiquitatibus San-Dionyſianis [b] accipe. *Se* [1] *alequid* [2] *de rebus noſtris ad loca Sanctorum condonamus, hoc nobis procul dubio apud æternum Domenum* [3] *in æterna beatitudine retribuendum confidemus* [4]. *Igitur ego in Dei nomene* [5], *inluster vir Karlus Maiorim domûs, filius Pippini, quondam ob amorem Domeni* [6] *noſtri Ieſu Chriſti, vel remiſsionem peccatorum meorum, vt veniam de delictis* [7] *meis conſequi mercar in futurum, dono donatúmque in perpetuum eſſe volo ad Baſilcca* [8] *Sancti Dionyſij, vbi ipſe precioſus Domnus in corpore requieſcit, villa nuncupata Clippiacum in pago Pariſiaco conſtitutam, cum terris, domebus* [9], *adeficiis* [10], *accolabus, mancepiis* [11], *vineis* [12], *ſyluis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarúmve decurſebus* [13], *cum peculio vtriuſque ſexûs, omnia & ex omnebus* [14], *quecquid* [15] *ad ipſa villa Clippiacus aſpecire* [16] *vel pertenire* [17] *videtur, hoc totum ad ipſa Baſileca* [18] *S. Dionyſij, cum omne* [19] *integritate donamus vel concidemus* [20], *itaut ab hoc die villa ſuperiùs nominata Clippiacum habendi, tenendi, vel quecquid* [21] *præfatum Monaſterium S. Dionyſij aut agentis* [22] *ſui pro opportunitate ipſius Monaſterij facire* [23] *voluerint, liberam ac fermiſsimam* [24] *in omnebus* [25] *habiant* [26] *poteſtatem. Se* [27] *quis verò, quod futurum eſſe non credemus* [28], *ſe* [29] *nos ipſi, aut vllus de heredebus* [30] *noſtris, ſeu qualebet* [31] *oppoſita vel extranea perſona, contra hanc epiſtolam donationis noſtræ, quam nos propter nomen Domeni* [32] *fieri & confirmari decreuimus, venire, aut agere, aut alequam* [33] *calumniam partebus* [34] *S. Donyſij exinde generare voluerit, in primis iram Dei cæleſtis incurrit* [35], *& inſuper inferis* [36] *partebus* [37] *ipſius Monaſtery, cogente fiſco, auri libras decem, argenti pondo viginti coactus, & quod repitit* [38], *euindicare non valeat, ſed præſens epiſtola donationis noſtra omne* [39] *tempore ferma* [40] *& ſtabelis* [41] *debiat* [42] *permanire* [43] *ſtipulatione ſubnixa. Actum Careciaco* [44] *villa in Palatio, quod ficit* [45] *menſis September die 17. annum quintum poſt defunctum Theodericum Regem. Signum Inluſtro viro Karlo Maiorim-domûs, qui hanc epiſtolam donationis fieri rogauit. S. Ratberti Comitis. S. Rayganbaldi Comitis. S. Salaconis Comitis. S. Inluſtris matronæ Sonechildis conſent. S. Grifonis fily ſui conſent. S. Hroderici. S. Hadabaldi. S. Deodati. S. Helineberti. Audoenus Capellanus ſubſcripſit. Ego Theudericus ſubſcripſi. Crotgangus iuſſus hanc epiſtolam donationis recognoui.*

Menſe proximo Carolus animam apud Cariſiacum exhalauit. *Validâ febre correptus obiit in pace, cunctis in gyro Regnis acquiſitis. Rexit autem vtraque Regna annos XXV. Tranſiit itaque XI Cal. Nouembris. ſepultúſque eſt Pariſius in Baſilica Sancti Dionyſij Martyris.* Prior Appendix ad Hiſtoriam iuſſu Childebrandi conſcriptam hîc deſinit in Codice Nazariano. Poſterior ſequitur ex Codice Bauaro, deſinítque in coronatione Pippini Regis.

XXIX. Occurrunt autem nonnullæ difficultates in præcitato textu, quas operæpretium videtur hoc loco ſoluere, priuſquàm vlteriùs progrediamur.

OBIT, XXX. Primò, Carolus obit *cunctis in gyro Regnis acquiſitis*, nec facilè quis deprehendere poteſt, quid Auctor per cuncta in gyro Regna acquiſita intelligat.
XXXI. Annaliſta Metenſis Carolum mortuum ſcribit *cunctis in gyro gentibus poſitis Francorum ditioni ſubactis*, nec huius locutionis ſenſus capi faciliùs poteſt. Carolus multa bella ſtrenuè feliciterque confecit, Franciam tamen ne vnâ quidem auxit vrbeculâ. Contra tres duntaxat exteras gentes progreſſus eſt, ſingulatímque fines perrupit ac terras vaſtauit, penetrauit in Weſtrachiam & Auſtrachiam aduersùs Friſios, ad Viſurgim aduersùs Saxones, in Septimaniam aduerſus Saracenos, ſed ex iiſdem prouinciis, quam populabundus peruaſerat, in Franciam reuerſus eſt, ne viculo quidem ſeruato, qui deinceps Regi Francorum pareret. Nec te moueat, quòd ex tres exteræ

* Verbrie.
a Continuat. Fredeg. c. 110.
b Lib. 3. c. 4
1. Si
2. aliquid
3. Dominum
4. confidimus.
5. nomine,
6. Domini
7. delictis
8. Baſilica
9. domibus.
10. ædificiis.
11. mancipiis,
12. vineis.
13. decurſibus.
14. omnibus.
15. quicquid
16. aſpicere
17. pertinere
18. Baſilica
19. omni
20. concedimus.
21. quicquid
22. agentes
23. facere
24. firmiſſimam
25. omnibus
26. habeant
27. Si
28. credimus.
29. ſi
30. heredibus
31. qualibet
32. Domini
33. aliquam
34. partibus
35. incurret.
36. inferat
37. partibus
38. repetit.
39. omni
40. firma
41. ſtabilis
42. debeat
43. permanere
44. Cariſiaco.
45. fecit

gentes, quibuſcum Carolus pugnam ſæpè conſeruit, in Appendice [a] prælaudata, vt alios Auctores omittamus, contra Francos dicuntur rebellaſſe. Friſij, ſic. *In gentem duriſſimam maritimam Friſionum nimis crudeliter rebellantem, præfatus Princeps* Carolus *audacter nauali euectione properat.* Saxones, ſic. *Rebellantibus Saxonibus paganiſſimis, qui vltra Rhenum fluuium conſiſtunt, ſtrenuus vir Carolus Dux*, &c. Saraceni, ſic. *Denuò rebellante gente validiſſimâ Iſmahelitarum, quos modò Sarracenos vocabulo corrupto nuncupant*, &c. *Rebellare* enim & *rebelles eſſe* non tantùm dicuntur ij, qui vel non permanent in fide quam ſuo Principi obligarunt, vel antè victi atque in deditionem recepti bellum inſtaurant, ſed etiam ij, qui bellum redintegrant aduersùs gentem, quacum pacem acceptâ priùs clade pepigerunt. *Rebelles dicuntur*, inquit Papias, *qui pace factâ bellum mouentes ſunt.* Item. *Rebellis, qui pace factâ redintegrat bellum.* Huius acceptionis exempla ex Liuio ad annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-quintum [b] Tomo ſecundo protulimus. Cetera bella Carolus intra Franciæ terminos geſſit; ſiue cum Raginfrido Maiore Palatij Neuſtraſiani, cúmque Ducibus aut Præfectis Aquitaniæ, Burgundiæ, Prouinciæ, Sueuiæ, Boioariæ, priuata exerceret odia; ſiue gentes exteras, quæ dilatandæ per illa tempora dominationis ſuæ ſpem magnam conceperant, è Francia repelleret; Friſios ex Auſtraſia; Saracenos ex Aquitania, ex Burgundia & ex Prouincia. Non igitur obiit, vt Annaliſta Metenſis ait, *cunctis in gyro gentibus poſitis Francorum ditioni ſubactis*, cùm Franciæ ne oppidulum quidem adiecerit, vituperarique meritò poſſit, quòd, ne Francia dilataretur, domeſticis, quos cieuit fouitque, tumultibus impediuerit. Obiit autem, vt Auctor Appendicis ſcribit, *cunctis in gyro Regnis acquiſitis*, ſi per *Regna in gyro* intelligis Præfecturas prouinciarum finitimarum, putà Sueuiæ, Burgundiæ, Aquitaniæ, quæ poſitæ erant in gyro Auſtraſiæ & Neuſtraſiæ ſtrictiùs ſumptarum, eo videlicet modo, quò quælibet illarum prouinciarum cenſebatur pars Franciæ in octo Præfecturas ſeu prouincias tum diſtributæ. Maximam enim, vt in Auſtraſia & Neuſtraſia, ſic & in prouinciis conterminis, auctoritatem ſibi vindicarat, Ducibus ſeu Præfectis, qui parere noluerant, aut ad obſequium redactis aut exauctoratis.

XXXII Secundò, Carolus *rexit vtraque Regna annos* &c. Hoc loco *Regna* non in eadem, vt ſuprà, ſignificatione vſurpantur, ſed bipertitam deſignant Franciam, id eſt, in duo diuiſam Regna, quorum alteri nomen Auſtraſiæ, alteri Neuſtraſiæ nomen inditum. Atque inde nota neceſſarium eſſe, vt duplex obſeruetur Franciæ partitio, de qua iam locuti ſumus. Alia eſt enim Franciæ partitio in duo Regna, in Orientale videlicet ſiue Auſtraſianum & Occidentale ſiue Neuſtraſianum; alia in octo prouincias, è quarum numero quatuor Auſtraſianum Regnum conſtituunt, totidem Neuſtraſianum; illud, Auſtraſia, Sueuia, Thuringia, Boioaria; hoc, Neuſtraſia, Burgundia, Prouincia, Aquitania.

XXXIII. Tertiò, Carolus vtraque Regna Auſtraſiæ & Neuſtraſiæ rexiſſe dicitur *annos* XXV. Refragari videtur Annaliſta Metenſis, ſic. *Rexit populum Francorum annis* XXVI. *menſibus* VI. Et Annaliſta Fuldenſis [c], ſic. *Sub honore Maiordomatus tenuit regnum Francorum annis* XXVII. Necnon Regino [d], ſic. *Anno* XXVI *regni ſui, Carolus bellicoſiſſimus & victorioſiſſimus Princeps Francorum moritur.* Opiniones adeò diuerſæ facilè conciliantur. Regino annorum ſex ac viginti ſpatio *regnum* ſeu regimen Caroli circumſcribit, quia illud auſpicatur ab anno quo Carolus è cuſtodia liber euaſit, id eſt, ab anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo-quinto. Lege quæ de illius Auctoris Chronologia dicta ſunt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum viceſimum-quintum [e]. Annaliſta Metenſis præter annos completos, de quorum numero cum Reginone conuenit, ſex addit menſes, quia Carolus euaſit è cuſtodia menſe Aprili, vitámque clauſit menſe Octobri. Quapropter Annaliſta Fuldenſis annos tribuit ſeptem ac viginti, quos interpretare incompletos. Alium eiuſ-

[a] Cap. 109.
[b] Num. 19.
[c] Ad an. 714.
[d] Lib. 1.
[e] Num. 2.

AN. CH. 741. P. M. THEODOR. IV. R. 4. 5.

dem Annaliſtæ locum non probamus, qui ſic habet. *Carlus anno Ducatûs ſui* XXVIII *moritur.* Reſtituendum arbitramur annum XXVII, vt eſt in eiuſdem Auctoris textu ſuprà citato, quamquam ſi Caroli Ducatus à Pippini patris obitu ſumitur, & anni incompleti pro completis numerantur, Carolus Pippino ſuperuixit annos ſex ac viginti completos cum duobus incompletis. Auctor autem Appendicis nec à morte Pippini, nec ab euaſione Caroli è cuſtodia, Maioratum auſpicatur *vtrorumque Regnorum*, id eſt, Auſtraſiæ ſimul & Neuſtraſiæ, quo Carolus gauiſus eſt, ſed à duodecimo Kalendas Apriles anni poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimi decimi-ſeptimi, ſiue à pugna Vinciacenſi *, in qua Carolus Raginfrido Maiore Palatij Neuſtraſiani ſuperior factus auctoritatem, quâ priùs in Auſtraſia valebat, etiam per Neuſtraſiam dilatare cœpit.

* *de Vinci.*

XXXIV. Quartò, Carolus tranſiiſſe dicitur XI *Cal. Nouembris.* De anno, déque menſe, quo Carolus obiit, conueniunt omnes, de die nequaquam. Auctor enim Annalium Petauianorum ſic ſcribit. DCCXLI. *Karolus mortuus eſt Idib. Octobr.* Ab illis Idibus ad diem vndecimum ante Kalendas Nouembris effluxerunt dies ſeptem, nec deeſt locus coniecturæ, quod Carolus Cariſiaci ad Iſaram mortuus ſit Idibus Octobris, ſepultúſque poſt ſeptem dies in Baſilica Sancti Dionyſij propè Pariſios vndecimo Kalendas Nouembris.

XXXV. Quintò, Carolus *ſepultus* dicitur *Pariſius in Baſilica Sancti Dionyſij Martyris.* Annaliſta verò Fuldenſis mortem ac ſepulturam eiuſdem Caroli ſic conſignat. DCCXLI. *Carolus . . . . moritur Pariſiis, & apud Sanctum Dionyſium ſepelitur.* Vt autem conueniat cum Appendice, quam examinamus, & cum ceteris Auctoribus, qui Carolum Cariſiaci mortuum vnanimi conſenſu teſtantur, ita corrigi debet vnius voculæ factâ tranſpoſitione. DCCXLI. *Carlus . . . . moritur, & Pariſiis apud Sanctum Dionyſium ſepelitur.* Porrò, cùm legis Carolum vel *Pariſiis apud Sanctum Dionyſium*, vel *Pariſius in Baſilica Sancti Dionyſij Martyris* ſepultum fuiſſe, caue ne ſepultum credas in ciuitate Pariſienſi. Sepultus eſt enim in Baſilica Sancti Dionyſij Martyris, quam Dagobertus Magnus ad quintum à ciuitate Pariſienſi milliarium anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo conſtruxit. Lege quæ ad illum annum Tomo ſecundo dicta ſunt de ſitu iſtius Eccleſiæ, déque voce *Pariſius*, quæ apud Auctores rerum Francicarum plerumque pro agro pagóve Pariſienſi ſumitur.

XXXVI. PRÆSENTE ALFONSO ABB. CASTRENSI. Cariſiaci, cùm Carolus illic obiit, aderat Alfonſus Abbas Caſtrenſis in Epiſcopatu Albigenſi. Hos enim de illo verſus edidit Vates à Luca Dacherio publicatus Tomo ſeptimo Spicilegij.

Nobilium vt reparet Martellus damna virorum,
Iniecit dominas in ſacra feuda manus.
Caſtrenſi gazæ parcens Abbatis amore,
Cuius conſilio eſt vſus & auxilio.
Proximus eſt morti Princeps: hunc excitat Abbas,
Et tinctum Chriſti ſanguine monſtrat iter.

XXXVII. Auctor illorum verſuum non eſt valdè antiquus. Exprobrat Carolo, quòd Eccleſiaſtica bona laicis diſtribuerit. Id criminis iniecerunt Scriptores longè antiquiores, quin & eò calumnia proceſſit, vt plerique reuelationem de æterna einſdem Caroli damnatione mirabiliter oſtenſam aſſeruerint. Hiſtoriam huius viſionis examinabimus refellemúſque ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-tertium, quo Sanctus Eucherius Aurelianenſis Epiſcopus ex hac vita diſceſſit. Hîc autem flagitiorum, quorum Carolus inſimulatur, obiectio diluenda.

XXXVIII. VINDICATUR A CALUMNIA. Si Baronio [a] fides eſt, Bonifacius ad Ethelbaldum Merciorum Regem in Anglia, hominem ſceleſtiſſimum, vt eum ad pœnitentiam reuocaret, epiſtolam ſcripſit, & inter alia plura exempla Regum, qui ob immenſa ſua ſcelera malè pereuntes animam vnà cum corpore perdiderunt, atque in

[a] Hoc anno n. 20.

in perpetuos cruciatus apud inferos damnati ſunt, de Carolo ſic ait. *Carolus quoque Princeps Francorum, multorum Monaſteriorum euerſor, & Eccleſiaſticarum pecuniarum in vſus proprios commutator, longâ torſione & verendâ morte conſumptus eſt.* Baronium Sauſſeyus in Annalibus [a] Aurelianenſis Eccleſiæ deſcripſit. At Bollandus in prologomenis ad vitam Sancti Eucherij Baronium *adulterinâ & ſuppoſititiâ falſum ſcripturâ* rectè monet. Extant epiſtolæ Bonifacij à Nicolao Serario ex Codicibus Cæſareo & Ingolſtadienſi primùm editæ, deinde ſæpiùs in Bibliotheca Patrum recuſæ. Duæ tantùm, duodecima videlicet & vndeuiceſima Ethelbaldo Regi Merciorum inſcribuntur. Duodecima, ſic. *Domino reuerendiſſimo & dilectiſſimo Ethelbaldo Regi Merciorum Bonifacius ſeruus ſeruorum Dei intimæ charitatis ſalutem.* Vndeuiceſima, ſic. *Domino chariſſimo, & in Chriſti amore ceteris Regibus præferendo, inclyta Anglorum imperij ſceptra gubernanti Ethibaldo Regi, Bonifacius. Archiepiſcopus Legatus Germanicus Romanæ Eccleſiæ, & Wera, & Burchart, & Warberth, & Abel, & Wilibald, Coepiſcopi, perennem in Chriſto charitatis ſalutem.* Bonifacius in neutra Carolum aut nominat aut ſubindicat. In duodecima Ceolam commendat Ethelbaldo Regi, cui, *prò ſigno veri amoris & deuotæ amicitiæ*, munuſcula direxit, *accipitrem vnum, & duos falcones, duo ſcuta, & duas lanceas.* In decima-nona redarguit eundem Regem, quòd nonnullas facultates è Monaſteriis atque Eccleſiis abſtulerit, vitámque ſpurcitiis obnoxiam ducat. Duo duntaxat exempla proponit vltionis diuinæ, vnum in Ceolredo Rege Merciorum, alterum in Oſredo Deirorum & Berniciorum Rege. Hi duo Reges Eccleſiarum Priuilegia, quæ in Regno Anglorum à Gregorij Magni temporibus intemerata & inuiolata permanſerant, primi fregerunt, & ſcelera ſceleribus addentes in adulteriis etiam cum Monialibus inuenti ſunt. Audi infelicem vtriuſque exitum. *Iuſto iudicio Dei damnati, de culmine Regali huius vitæ abiecti, & immaturâ & terribili morte præuenti, à luce perpetua extranei, in profundum inferni & terrarum abyſſi demerſi ſunt. Nam Ceolredum, vt teſtati ſunt, qui præſentes fuerant, apud Comites ſuos ſplendidè epulantem malignus ſpiritus, qui eum ad fiduciam damnandæ legis Dei ſuadendo pellexit, peccantem ſubitò in inſaniam mentis conuertit, vt ſine pœnitentia & confeſſione furibundus & amens, & cum diabolo ſermocinans, & Dei Sacerdotes abominans de hac luce ſine dubio ad tormenta inferni migrarit. Oſredum quoque ſpiritus luxuriæ fornicantem, &, per Monaſteria Nonnarum, ſacratas Virgines ſtuprantem, & furentem agitauit, vſquequò ipſe glorioſum Regnum, & iuuenilem vitam, & ipſam luxurioſam vitam contemptibili & deſpectâ morte perdidit.* In hoc autem textu, imò in tota epiſtola, nec vllum verbum occurrit de Carolo, nec haberi debuit, quia Carolus in adulterij ſuſpicionem cum Sanctimonialibus nunquam venit. Nihil igitur aduersùs Carolum à Bonifacio ſcriptum inuenitur.

AN. CH. 741. P. M. THEODOR. IV. R. 4. 5.

[a] Lib. 4. n. 28.

Carolus nullum euertit Monaſterium, multa vel erexit vel locupletauit. XXXIX. Hadelogæ filiæ ſuæ, vt puellare apud Kitzingum ad Mœnum conſtrueret, opes non modicas contulit; munificentiſſimum ſe præbuit erga Eccleſiam Vltraiectinam, erga Treuirenſe S. Maximini Cœnobium in Auſtria, erga Monaſteria Fontanellenſe & San-Dionyſianum in Neuſtria. Horum omnium meminimus ſuis locis, nec dubium, quin plura ditarit ædificaritque, ſed piæ donationes cùm Caroli, tum aliorum Optimatum, atque ipſorum Regum, non paucæ ſunt obliuione conſepultæ. Non inficiamur pleraſque Baſilicas temporibus eiuſdem Caroli direptas aut dirutas fuiſſe. Tanti verò criminis reus haud habendus continuò Carolus. Flagitium enim, quantumcumque fuit, ſolis attribuendum Saracenis, qui Prouinciam, Burgundiam & Aquitaniam ferro flammiſque deuaſtarunt. Ab iis deſtructa in Prouincia inſignia Cœnobia Lerinenſe & vtrumque Arelatenſe; in Burgundia Grinincenſia quæ plurima erant, Viennenſia duo, vnum Sancti Petri, alterum Sanctorum Geruaſij & Protaſij, necnon Monaſterium Inſulæ Barbaræ cis Lugdunum, & Luxouienſe quod omninm erat florentiſſimum; in Aqui-

AN. CH. tania, Burdigalenſe Sanctæ Crucis, & Pictauienſe Sancti Hilarij ; nec mi-
741. norem cladem mox paſſura videbantur Turonenſe Sancti Martini aliáque
P. M. complura, niſi Carolus eoſdem Saracenos tunc profligaſſet in Aquitania,
THEO- victórque quamprimum in Burgundiam, deinde in Prouinciam aduolaſſet.
DOR. IV. De illorum quoque Monaſteriorum euerſione ac concrematione ſuis actum
R. 4. 5. locis. Ergo Carolus *multorum Monaſteriorum euerſor* immeritò dicitur.

XL. Alterum ei crimen ex pſeudo-Bonifacio apud Baronium obiicitur, quòd Eccleſiaſticas pecunias *in vſus proprios* commutatit. In libello de Maioribus domûs Regiæ, quem Petrus Pithœus & Andreas Ducheſnius publicarunt, Auctor, poſtquàm varia enumerauit bella, quæ Carolus geſſit, *hic res*, inquit, *Eccleſiaſticas propter aſſiduitatem bellorum laicis tradidit.* Huc ea refer, quæ de Wilicario Epiſcopo Viennenſi ſcribuntur ab Adone. *Wilicarius, cùm furioſo & inſano ſatis conſilio Franci res ſacras Eccleſiarum ad vſus ſuos retorquerent, videns Viennenſem ſuam indecenter humiliari, relicto Epiſcopatu in Monaſterium Sanctorum Martyrum Agaunenſium ingreſſus vitam venerabilem duxit.* Necnon ea, quæ leguntur apud Chronographum Autiſſiodorenſem ſub Aidulfo Epiſcopo, qui Pontificatum tunc gerebat. *Aidulfus ex Cantore Epiſcopus ſedit annos XV. Fuit temporibus Caroli Maioris, & perdurauit vſque ad Pipinum in diuinis officiis ſtreuuus & Epiſcopali largitate famoſus. Eius tempore, res Eccleſiaſtica ab Epiſcoporum poteſtate per eundem Principem abſtracta in dominatum ſecularium ceſſerunt, ſiquidem centum tantumodo manſis Epiſcopo derelictis, quidquid villarum ſuperfuit, in ſex principes Baioarios diſtributum eſt.* At ex hiſce textibus nota cauſam deeſſe, cur iure Carolus *Eccleſiaſticarum pecuniarum in vſus proprios commutator* aſſectatur, non enim Eccleſiis quidquam abſtulit, vt inde ditior fieret, ſed vt ſtipendia militibus daret. Id autem præſtitit, vt libellus de Maioribus domûs Regiæ iam citatus teſtatur, *propter aſſiduitatem bellorum*, præſertim aduersùs Arabes Mahumetanos, aduersùs Saxones & Friſios idololatras, de quibus actum ſuprà. Clericis quomodò poſteà ſatisfactum ſit, in Conciliis, Germanico, Liptinenſi ac Sueſſionenſi dicemus. Interim obſerua cum Bollando [a], quòd *ex multis à Carolo euerſis Monaſteriis hactenus ne vnicum quidem nominatur, vti neque aliqua Eccleſia, cuius pecunia in proprios eius vſus ſit commutata.*

[a] d. 20. Febr. in prolegom. ad vit. S. Eucherij, §. 3. n. 21.

XLI. Denique Carolus, allegato apud Baronium pſeudo-Bonifacio, *longa torſione & verendâ morte conſumptus* aſſeritur. Odium ſanè Clericorum incurrit adeò graue, vt oſtenſam de illius damnatione viſionem finxerint publicarintque. Fabulæ primus ſcriptor Hincmarus in prologo vitæ Sancti Remigij præfixo, atque inde ſuſpicari licet commentum à Clericis Remenſibus excogitatum fuiſſe, quia Carolus Rigobertum Remenſem Antiſtitem Epiſcopatu deiecit ſubrogato Milone Treuirenſi iam Epiſcopo, qui vtrumque Epiſcopium peſſumdedit. In vita ipſius Rigoberti Carolus non vnum Rigobertum è Sede pellit, ſed varios Epiſcopatus laicis dediſſe fertur. *Iniuſtiſſimè*, inquit Auctor vitæ [b], *ab hoc almo Pontifice* Rigoberto *Epiſcopium Remenſe abſtulit. . . . . . . Et hoc eius factum non eſt adeò mirum. Et quidem aliis ſimiliter fecit, & eis, qui ſuis partibus fauerunt, dedit. De hoc etenim non Rege ſed tyranno ita legitur ad locum in Annalibus diuerſorum Regum. Iſte Karlus omnibus audacior Epiſcopatus Regni Francorum laicis hominibus & Comitibus primus dedit.* Dum Carolus hoc facinus *primus* attentaſſe dicitur, culpantur ſucceſſores Reges, quaſi eius exemplum ſecuti, idem patrarint. Verùm hactenus duo tantùm Epiſcopi à Carolo Sede ſuâ pulſi proferuntur, Rigobertus Remenſis & Eucherius Aurelianenſis. Illi ſucceſſit Milo Treuirenſis Epiſcopus ; Eucherio, dum vixit, alius non eſt ſubſtitutus. De vtriuſque exilio [c] diſſeruimus ſuprà. Rigobertus ablegatus eſt, quia pro Raginfrido Maiore Palatij Neuſtraſiani contra Carolum Remis in Auſtraſia ſtetit ; Eucherius verò, quia per calumniam ſiniſtri de illo rumores apud eundem Carolum ſparſi ſunt. Hactenus, quod maximè notandum, haud alij producti, quibus ſi-

[b] Ap. Bolland. d. 4. Ian.

[c] Ad ann. 717. 737.

AN. CH. 741. P. M. THEODOR. IV. R. 4. 5.

milem Carolus irrogarit iniuriam ; nec laici, quibus Epiſcopatus dederit. Obitum Sancti Rigoberti conſignauimus anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-tertio. Agemus de morte Sancti Eucherij poſt biennium, tuncque refellemus eos, qui viſionem illi oſtenſam volunt de Carolo ſuppliciis æternis addicto. Corruunt igitur omnia, quæ à Baronio ex pſeudo-Bonifacio citantur.

XLII.

De Caroli morbo, qui diuturnus & acerrimus fuit, déque illius morte prudenter pióque ſic idem Baronius [a] ſcribit. *Vindex Deus, ſed non iudicans bis in idipſum, ſic inuaſores iurium Eccleſiarum Principes Chriſtianos pænitentes interdum miſerando cruciatu ante interitum vult affligi, tum vt poſteris ſint in exemplum non minuendi vel violandi Eccleſiaſticam immunitatem, vtque non leve eſſe delictum quod peccaſſent, ex portentoſis & penè inſolitis ab vltore numine illatis pænis poſſet intelligi; tum etiam vt cùm iidem Catholicè vixerint, & alia complura bona fecerint, maximè verò quòd propagantibus fidem fuerint adiutores (vt à Carolo, de quo agitur, factum vidimus) quòd peccaſſent in Eccleſiæ iura, hîc luerent potiùs quàm damnarentur perpetuis cruciatibus in inferno, à quibus eundem fuiſſe immunem putamus ex iis, quæ de eo ſuperiùs pluribus in locis ſunt dicta, nempe (quod eſt hîc in memoriam reuocandum) laudatam pietatem Caroli duorum Romanorum Pontificum aſſertione, Gregorij Secundi, atque Gregorij eius ſucceſſoris, eiuſdem nominis Tertij, cuius illud maximum eſt de eodem Carolo Martello praeconium, quòd tum Dei, tum eiuſdem Caroli opitulatione S. Bonifacius centum millia paganorum Germanorum ad Chriſtianam Religionem ſuſcipiendam conuertiſſet, vt planè de ipſo (occulta licèt & nobis incognita ſint diuina iudicia) ſalutem cum piis Regibus conſequutum exiſtimare liceat, &, ſi peccator extiterit, (vt ſolent Reges ſæpè delinquere) per exomologeſim illam factam, quâ ſuam animam Domino per Sanctum Dionyſium præſentandam adeò ſolicito ſtudio commendauit, benè de eius ſalute ſit ſperandum.* Gratulatorias Gregorij Tertij Papæ literas ad Bonifacium Archiepiſcopum integras ſuo loco [b] deſcripſimus. Illarum fragmentum, ad quod Baronius reſpexit, non piget denuò repetere. *Agnoſcentes,* inquit Gregorius, *in ſyllabis fraternitatis tuæ, quæ innotuiſti de Germaniæ gentibus, quas ſuâ pietate Deus noſter de poteſtate paganorum liberauit, & ad centum millia animas in ſinu matris Eccleſiæ, tuo conamine, & Caroli Principis Francorum, aggregare dignatus eſt.*

[a] Hoc an. n. 21.

[b] Ad an. 739. n. 40.

XLIII. MAIOR-DOMVS SEMPER DICTVS.

Carolus Regibus Francorum à nonnullis perperam accenſetur. In Breuiatio Hiſtoriæ Anglicanæ, quod poſt Bedam, cuius opus in anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-primo deſinit, alius ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-ſextum perduxit, hæc leguntur. *Anno ſeptingenteſimo quadrageſimo-primo Carolus Rex Francorum obiit, & pro eo filij Caroloman & Pippin Regnum acceperunt.* At hæc ſcripta ſunt per adulationem in gratiam Pippini, quem conſtat anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-ſexto Regem fuiſſe. Carolus ad mortem vſque ſe Maiorem-domûs dixit, illuſtriorem non aſſumpſit titulum, nedum Regium geſſit. Id præcitatæ probant literæ donationis, quâ iam æger, imò morti proximus Monaſterium San-Dionyſianum locupletauit. *Ego*, inquit, *Inluſter vir Karlus Maiorim-domûs, filius Pippini.* Sepulchro longè recentiùs inſcriptæ ſunt, epitaphij loco, tres hæ voces, *Carolus Martellus Rex*, quarum mentionem facit Domnus Germanus *Millet* in Theſauro Sacro Monaſterij San-Dionyſiani [c]. Nam de Martelli cognomine ſic diſſerit Hadrianus Valeſius [d]. *Qui Martellum vocauerit Hepidanno & Odoranno Monachis vetuſtiorem neminem reperio, qui regnante apud Francos Henrico Rotberti filio floruerunt. Ambos Lambertus, Leo Marſicanus, Sigebertus, ceteríque ſunt imitati.*

[c] Part. 2. §. 14.

[d] Lib. 25.

XLIV. E DVABVS VXORIBVS LIBEROS VTRIVSQVE SEXVS RELIQVIT.

Obiit Carolus paulò maior quinquagenario. Bis vxorem duxit, Rotrudem ſuperſtite in viuis Pippino Herſtallio, Sonechildem anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo-quinto. Liberos vtriuſque ſexûs reliquit, mares ſex, fœminas duas. Filiorum nomina ſunt, Carolomannus, Pippinus, Bernar-

AN. CH. dus, Hieronymus, Remigius, Grifo; filiarum verò, Hadeloga & Chil-
741. trudis.
P. M. De Carolomanno, Pippino & Hadeloga, quos ex Rotrude natos liquet,
THEODOR. IV. actum iam ſuprà. Filiis quoque Rotrudis annumerandi, Bernardus, Hiero-
R. 4. 5. nymus, Remigius, filiabus Chiltrudis. Super Chiltrude nulla difficultas,
quia poſt Caroli patris obitum conſilio nouercæ ſuæ, id eſt, Sonechildis,
XLV. in Boioariam profecta ſic aſſeritur in poſteriore Appendice [a] ad Hiſtoriam
iuſſu Childebrandi Comitis conſcriptam. *Chiltrudis quoque filia eius*, nempe
Caroli, *faciente conſilio nefario nouercæ ſuæ, fraudulenter per manus ſodalium ſuo-
rum Renum tranſiit, & ad Odilonem Ducem Bagoariæ peruenit.* Bernardum,
Hieronymum & Remigium, ante annum Chriſti ſeptingenteſimum viceſi-
mum-quintum, quo mortem Rotrudis Annales Nazariani & Petauiani
conſignant, in lucem editos oſtendent multa, quæ ſuis locis ex probatis
Hiſtoriis allegabimus. Impræſentiarum ex hac obſeruatione Chronologica
collegiſſe ſufficiat matrem illis Rotrudem fuiſſe, ſi legitimo nati ſunt è to-
ro, vt verè nati ſunt, quidquid ſecus, maximè de Remigio, moderni ſcri-
bant Auctores, quos refellemus infrà.

[a] Cap. 110.

XLVI. Supereſt igitur vnus Grifo ſeu Grippo, cui mater fuit Sonechildis ſeu
Sonihildis aut Suanihildis. Eginhardus Annales ſuos, quos ad annum vſ-
que Chriſti octingenteſimum duodetriceſimum perduxit, ab anno Chriſti
ſeptingenteſimo quadrageſimo-primo ſic exorſus eſt. *Hoc anno Karolus Maior-
domûs diem obiit, tres filios hæredes relinquens, Karolomannum ſcilicet, Pipinum,*
GRIFO REBELLAT. *atque Grifonem; quorum Grifo, qui ceteris minor natu erat, matrem habuit nomine
Suanihildem, neptim Odilonis Ducis Baioariorum. Hæc illum ad ſpem totius Regni
concitauit in tantum, vt ſine dilatione Laudunum ciuitatem occuparet, ac bellum
fratribus indiceret. Qui celeriter exercitu collecto Laudunum obſidentes, fratrem in
deditionem accipiunt, atque ad ea, quæ poſt mortem patris à Francorum ſocietate
deſciuerant, recipienda, animos intendunt. Et vt in externa profecturi, omnia do-
mi tuta dimitterent, Karolomannus Grifonem ſumens, in Nouo-caſtello, quod iuxta
Arduennam ſitum eſt, cuſtodiri fecit, in qua cuſtodia vſque ad tempus, quo idem*
INCARCERATVR. *Karolomannus profectus eſt, dicitur permanſiſſe.* Tumultum illum, quem, poſt
Caroli mortem, Sonechildis eiúſque filius Grifo ſtatim concitarunt, Anna-
liſta Metenſis ad eundem annum ſic deſcripſit. *Karolus adhuc viuens; cùm
inter filios ſuos Karlomannum & Pippinum Principatum ſuum diuideret, tertio filio
ſuo Gripponi, quem ex Sonihilde, quam de Bawaria captiuam adduxerat, habuit,
ſuadente eâdem concubinâ ſuâ, partem ei in medio Principatûs ſui tribuit; partem
videlicet aliquam Niuſtriæ, partémque Auſtriæ, & Burgundiæ. De hac autem tertia
portione, quam Gripponi adoleſcenti deceſſurus Princeps tradiderat, Franci valdè
contriſtati erant, quòd per conſilium mulieris improbæ fuiſſent diuiſi, & à legiti-
mis hæredibus ſeiuncti. Conſilióque inito, ſumptis ſecum Principibus Karlomanno
& Pippino, ad capiendum Gripponem, exercitum congregant. Hæc audiens Grippo,
vnà cum Sonihilde genitrice ſua fugâ lapſus, cum his, qui eum ſequi voluerant, in
Lugduno* * *Clauato ſe incluſerunt. Karlomannus verò & Pippinus eos ſubſequen-
tes, caſtrum obſident. Cernens autem Grippo, quòd minimè poſſet euadere, in fidu-
ciam fratrum ſuorum venit. Quem Karlomannus accipiens, in noua caſtella cuſto-
diendum tranſmiſit. Sonihildi verò Calam Monaſterium dederunt.* Vtrumque Auc-
torem iam conferamus.

* Laon.

XLVII. In vtriſque Annalibus, quod probandum ſuſcepimus, rectè ſtatuitur,
nempe Grifoni matrem fuiſſe Sonechildem, quam Carolus duxit Rotrude
iam mortuâ. Cetera ſunt examinanda.

XLVIII. Apud vtrumque Annaliſtam Carolus tres filios, Carolomannum, Pippi-
num & Grifonem, hæredes inſtituit. Apud Metenſem Grifo in diuiſione
Maioris-domatûs, partem Auſtriæ, Neuſtriæ ac Burgundiæ, ſeu Præfectu-
ram mediæ Franciæ adipiſcitur, quam ab ortu prouinciæ Carolomanni, ab
occaſu prouinciæ Pippini claudunt.

AN. CH. 741. P. M. THEODOR. IV. R. 4. ſ. XLIX.

Hanc autem partitionem inter fabulas repone. Standum enim ab Appendice Hiſtotiæ iuſſu Childebrandi ſcriptæ ſubiecta, quæ Caroli Maioratum duas duntaxat in partes diuidit, in Orientalem ſiue Auſtraſianam, quæ Carolomanno, & in Occid ntalem ſeu Neuſtraſianam, quæ Pippino cedit, nullâ Grifonis mentione factâ. Franciam pro diuerſis temporibus in tria vel in duo Regna ſeparauimus, ac primùm quidem in tria Regna Auſtriæ, Neuſtriæ ac Burgundiæ, deinde in duo, Auſtriæ videlicet ac Neuſtriæ, quia Burgundia Neuſtriæ perpetuò manſit vnita. Porrò cùm longè ante Caroli ætatem Francia duas tantùm in partes, in Auſtriam ſcilicet ac Neuſtriam diſtingui cœperit, eiuſdem Caroli Maioratum plures in partes diuiſum ne credas; Auſtriæ Præfectus eſt Carolomannus, Neuſtriæ Pippinus.

L. Non deſunt, qui Bernardum, Hieronymum & Remigium, quoniam Carolo patri cum Carolomanno & Pippino fratribus in partem Maioratûs haud ſucceſſerunt, ex legitimo toro natos inficientur. At quemadmodum Grifonem, licèt cum teſtamento patris in partem Maioratûs veniſſe non arbitremur, ſpuriis tamen non accenſemus, ita nec Bernardum, Hieronymum ac Remigium, quamuis poſt Caroli mortem Carolomannum & Pippinum eius filios, qui natu maximi erant, vniuerſæ Franciæ regimini ſolos admoueamus. Bipertita Francia duos tantùm Maiores, vnum in Auſtria poſtulabat, alterum in Neuſtria.

LI. In dubium non vocamus, quin ægrè admodum tulerit Sonechildis Grifonem filium ſuum in partitione Maioratûs à Carolo patre præteritum eſſe. Natum inde bellum ciuile. Sonechildis, quæ neptis Odilonis Boioariæ Ducis erat ex ſorore, cum filio adhuc adoleſcentulo Laudunum occupauit, ſuaſitque Chiltrudi priuignæ, vt inſciis Carolomanno & Pippino fratribus in Boioariam proficiſceretur Odiloni Duci nuptura.

LII. Carolomannus & Pippinus Gallicanos motus ſtatim compeſcuerunt, obſeſſo enim captóque Lauduno Grifonem ſub cuſtodia detinuerunt apud Nouum Caſtrum * in Arduenna, *Sonihildi verò Calam Monaſterium dederunt*, id eſt, Kalenſi Cœnobio Sonihildem ſeu Sonechildem totius mali concitatricem incluſerunt. Quot annos hæc ibi vixerit, haud ſcitur.

* *Neuchaſtel en Ardenne.*

SONIHILDIS EIVS MATER KALENSI COENOBIO INCLVDITVR.

LIII. Chiltrudis eius priuigna, cuius fugam in Boioariam iam notauimus, Odiloni illius prouinciæ Duci ſeu Præfecto contra voluntatem & conſilium fratrum ſuorum, Carolomanni & Pippini, nupſit. *Chiltrudis filia eius*, nempe Caroli, *faciente conſilio nefario nouercæ ſuæ*, id eſt, Sonechildis, *fraudulenter per manus ſodalium ſuorum Renum tranſiit, & ad Odilonem Ducem Bagoariæ peruenit. Ille verò eam ad coniugium copulauit, contra voluntatem vel conſilium fratrum ſuorum.* Hæc Auctor Appendicis iam laudatæ. Ceterùm Carolomannus & Pippinus, quoniam aliò vocabantur, odium aduersùs Odilonem ex prædicto matrimonio conceptum prudenter ad aliquod tempus diſſimularunt. Bellum Boioaricum, quod inde natum eſt, ſuo loco narrabimus. Hoc anno erectum ab eodem Odilone Altaichium illuſtre ad Danubium in Diœceſi Patauienſi Monaſterium, quod, vt ab altero eiuſdem nominis diſtingueretur, cognominatum eſt inferius. De vtroque conſule quæ dicta ſunt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum-nonum [a]. Inferioris Altaichij primus Abbas Eberwindus, de quo rurſum agemus ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-tertium, qui ſextus Taſſilonis Ducis & decimus-tertius à fundatione prædicti Cœnobij numeratur apud Hundium Tomo ſecundo Metropoleos Saliſburgenſis in Altha inferiore. Vtrum illuc ex Augia Monachos ab Ernfrido Epiſcopo Conſtantienſi, an aliunde ab Heddone Epiſcopo Argentoratenſi directos cenſeamus, expoſuimus ante biennium, cùm ſermonem de Altaichio ſuperiore fecimus [b].

CHILTRVDIS FVGIT IN BOIOARIAM.

NVBIT ODILONI DVCI.

ALTAICHIVM INFERIVS MON. CONDITVR.

[a] Nu. 42. 43.

[b] Ad an. 739. n. 43.

LIV. Inter Caroli filias Landradam quoque multi nominant, ponuntúrque in multiplici differentia. Landradam illam alij Abbatiſſam, alij coniugem Sigrammi ac matrem Chrodegangi Metenſis Epiſcopi conſtituunt, gemi-

AN LANDRADA CAROLI FILIA?

AN.CH. 741. P.M. THEODOR. IV. R. 4.5.

nis Sammarthanis in Hiſtoria [a] Genealogica Domûs Francicæ non videtur alienum à vero Landradam Sigrammo primùm nupſiſſe, deinde mortuo marito reliquum vitæ traduxiſſe cum Monialibus. At nulla illarum opinionum ſtare poteſt, Landrada enim Abbatiſſa Belyſienſis è viuis eodem circiter exceſſit tempore quo Carolus vſuram lucis accepit, & ætas Chrodegangi repugnat quominus Caroli nepos ex filia cenſendus videatur. Huius Chrodegangi elogium in libro de Metenſibus Epiſcopis Paulus Diaconus ſic ordirur. *Iam hinc vir egregius & omnibus praconiis efferendus Chrodegangus Antiſtes eligitur, ex pago Hasbanienſi oriundus, patre Sigramno, matre Landradâ, Francorum ex genere prima nobilitatis progenitus. Hinc in Palatio Maioris Karoli ab ipſo enutritus, eiuſdémque Referendarius extitit.* Obiit Carolus hoc anno, paulò maior quinquagenario. Sub eo non credimus nepotem ex filia munere Referendarij defunctum eſſe, multò minùs anno poſt eius mortem proximo factum Epiſcopum, vt anno ſequenti probaturi ſumus de Chrodegango, qui Sigibaldo in Epiſcopatum Metenſem ſucceſſit.

a Lib. 6. c. 9.

LV. Huius Sigibaldi Pontificatus in antiquo Metenſium Epiſcoporum Indice, qui definit in Adalberone, ſic perſtringitur. *Sigibaldus Epiſc. ſedit ann.* XXV. *ob.* VII. *Kal. Nouemb.* Eiuſdem autem Pontificatûs initium anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo-ſexto collocauimus, vnde ſequitur eundem Epiſcopum hoc anno rebus humanis exemptum fuiſſe. *Vir per omnia vtilitatibus Eccleſia deditus* à Paulo prædicatur. Prædicatur & in ſuo epitaphio *ſollicitus Eccleſiarum Dei renouator.* Iſtarum renouationum nonnulla ſuis locis exempla protulimus. Laudatur etiam ob inſignem patientiam. *Hunc dirus podagra dolor*, inquit Paulus, *vehementer afflixit, ſed ille in æternis gaudiis mentem figens, dolores corporeos patientiſſimè tolerauit.* Quieſcit in Æde Sancti Symphoriani Metis. Sanctis annumeratur in Hiſtoria Metenſi. De illius ſucceſſore agemus anno ſequenti.

SIGIBALDVS EP. METENSIS OBIT.

LVI. Præter Sigibaldum Metenſem Epiſcopum obierunt hoc anno Gaubertus Carnotenſis Epiſcopus & Hunuanus Epiſcopus Nouiomenſis ac Tornacenſis. Gaubertus ſeu Godebertus annos decem ſedit. Ei ſucceſſit Deodatus, vt ex Epiſcoporum Carnotenſium Chronologia Tomo [b] ſuperiore iam ſtabilita conſtat. Hunuanus Epiſcopatum annis duodeuiginti geſſit. Poſt eum per ſex annos ſederunt Guido & Eunucius. Vtrùm autem ſimul, an ſucceſſiuè, non conueniunt Nomenclatores. Lege Couſinum in Hiſtoria [c] Tornacenſi & Vaſorium in Annalibus [d] Nouiomenſibus. Eunucium Guidoni ſocium in Epiſcopatu Tabulæ Nouiomenſes, Tornacenſes ſucceſſorem tribuunt. Quomodo conciliari poſſint opiniones adeò diuerſæ, dicemus ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-quintum, quo Concilium Sueſſionicum celebratum eſt. Interim hoc anno Guidonem Hunuani ſucceſſorem agnoſce.

EPISCOPI CARNOTENSES, NOVIOMENSES, TORNACENSES.

b Ad an. 706. n. 6.
c Lib. 2. c. 41.
d Lib. 3. cc. 1. & ſeqq.

LVII. Hoc etiam circiter anno migrauit è vita Lato ſiue Iatto vel Hatto, ſeu Luido, aut Latto, cùm *piè & fideliter* Nemetenſis Epiſcopi munus feciſſet *annis vndecim*, vt Bruſchius [e] teſtatur. De annorum numero, quibus Epiſcopatum adminiſtrauit, conueniunt Eiſeingrinius [f] aliíque Nomenclatores, in eo certè vituperandi, quòd eiuſdem Latonis ordinationem in annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſextum, mortem in annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-ſeptimum reiiciunt. Dauid enim, qui Latoni ſucceſſit, Epiſcopus erat anno Chriſti ſeptingenteſimo duodequinquageſimo, vt ad illum annum ex literis Zachariæ Papæ probabimus. Lato ſeu Latto inter Sanctos habetur apud Eiſengreinium. Dauid eius ſucceſſor à Bruſchio *pius, ſapiens ac honeſtiſſimus vir* prædicatur, ex Abbate Weiſſenburgenſi factus eſt Epiſcopus Nemetenſis, vt Eiſengreinius & Bucelinus in Catalogis Epiſcoporum Spirenſium, atque ipſemet Bruſchius in Chronologia Monaſteriorum Germaniæ, ſcribunt. Tum factus eſt Abbas *Weiſſenburgenſis* Charialdus, vt Tomo ſuperiore præmonuimus [g].

e In Epiſc. Spirenſ. n. 6.
f Lib. 8. ad an. 756.
g Ad an. 722. n. 44.

NEMETENSES.

AN. CH. 741.
P. M.
THEODOR. IV R. 4. 5.

Tomo tertio Metropoleos Saliſburgienſis, in Catalogo Abbatum Weltenburgenſium ſæpè laudato, ponitur hoc anno Sagidus Abbas ſucceſſor Bonifacij, cuius mentionem ante biennium fecimus.

Autfredus Abbas Condateſcenſis, cùm Monaſterium annis [a] ſeptem ſexque menſibus rexiſſet, obiit hoc anno. Succeſſit Hippolytus, de quo ſæpiùs locuturi ſumus.

LVIII. ABBATES WELTENBVRG.

In Annalibus Nazarianis, hoc eodem anno, quo Carolus Maior domûs obiit, cædes quoque Theodaldi ſeù Theodoaldi vel Teudaldi ſic conſignatur. DCCXLI. *Karlus mortuus eſt. Et Theodaldus interfectus eſt.* Et in Petauianis, ſic. DCCXLI. *Karolus mortuus eſt Idib. Octobr. & Theodoaldus interfectus eſt.* Atque ad marginem legitur *Teudaldus*. Qui certè non alius nobis videtur à Theodoaldo ſeu Theodobaldo, qui laudatur in Genealogia Domûs Alſaticæ, & patrem habuit Albericum Comitem, patruum Ethonem Epiſcopum Argentoratenſem. Conſule prædictam Genealogiam illámque cum Antiquitatibus [b] Voſagenſibus confer. Hadrianus Valeſius Theodaldum agnoſcit Caroli ex fratre Grimoaldo nepotem, *quem iuſſu fratrum patruelium Carolomanni & Pippini occiſum eſſe* putat [c], *vel quòd res nouare inciperet, vel ne nouaret, neu cum ipſis de Francorum Principatu olim ſibi delato contenderet.* At Theodaldus Grimoaldi filius, Caroli nepos ex fratre, diu ſuperſtes haud vixit pugnæ, quam in Cotia ſylua infeliciter anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo-quinto conſeruit, vt Annaliſta Metenſis ad illum annum his verbis declarat. *Super exercitum Theodaldi in Cotia ſilua repentino impetu irruentes, cæde maximâ trucidarunt. Theodaldus verò cum paucis vix euaſit. Qui non multo pòſt tempore vitam innocentem finiuit.* A prædictis Theodaldis diſtinguendus quoque Theodebaldus Dux Alemanniæ ſeu Sueuiæ, de quo ſæpè iam locuti ſumus loquemúrque, quoniam, vt cum Carolo, ſic & cum eius filiis graues inimicitias geſſit.

LIX. CONDATESC.

LX. THEODALDVS ALSATICVS OCCIDITVR.

[a] Gal. Chriſt. Tom. 4.

[b] Part. 2. l. 4. c. 15

[c] Lib. 25.

LXI. EXAMINATVR CHRONOLOGIA.

Eodem quoque anno, quo Carolus extinctus eſt, obierunt Leo Imperator & Gregorius Papa, ille decimo-quarto Kalendas Iulij, hic quarto Kalendas Decembris. Vtramque Chronologiam, Cæſaream & Pontificiam, ſtabiliamus neceſſe eſt, quia Romanorum Pontificum epiſtolas ſæpè citaturi ſumus, quæ præter annos Imperatorum & Indictionis notam nullo Charactere Chronologico muniuntur.

LXII. IMPP.

De Leone Auguſto ſic Theophanes. Ἐβασίλευσεν οὖν Λέων ἀπὸ κε'. τοῦ Μαρτίου μηνὸς τῆς ιε' ἰνδικτιῶνος, ἕως μηνὸς Ἰουνίου ιη' τῆς θ' ἰνδικτιῶνος. Βασιλεύσας ἔτη κδ'. μῆνας β'. ἡμέρας κε'. Et Anaſtaſius. *Regnauit Leo ab octauo Kal. April. decima-quintæ Indictionis vſque ad decimum-quartum Kal. Iulias nonæ Indictionis, cùm regnaſſet annis viginti-quatuor menſibus duobus, diebus viginti-quinque* Id eſt, imperauit Leo ab octauo Kalendas Apriles anni poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimi decimi ſeptimi vſque ad decimum-quartum Kalendas Iulias huius anni poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimi quadrageſimi-primi. Qui Leonem anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo ſexto Imperatorem conſtituunt, ij contra prædictorum Auctorum ſententiam mortuum tradunt vel octauâ Indictione, vel anno Imperij viceſimo-ſexto iam inchoato. Poſterior opinio placet Baronio, nobis neutra, nam re diligenter examinatâ ſtamus pro Theophane & Anaſtaſio, qui Leonem decimo-quarto Kalendas Iulias, hoc anno, ſiue, vt loquuntur, Indictione nonâ ſublatum è viuis affirmant, cùm Imperium ἔτη κδ'. μῆνας β'. ἡμέρας κε'. annos viginti-quatuor, menſes duos, dies viginti-quinque tenuiſſet. Næuus tamen in illis eſt Auctoribus, quoniam ex eorum computatione Leo fit Imperator anno diuinæ Incarnationis ſeptingenteſimo nono, vitámque claudit anno diuinæ Incarnationis ſeptingenteſimo triceſimo-ſecundo, itaut annos tres duntaxat ac viginti præter minutias menſium ac dierum imperaſſe videatur. Apud Theophanem anno τῆς θείας σαρκώσεως ψη'. diuinæ In-

AN. CH. carnationis ſeptingenteſimo nono Leo Imperium conſequitur, *τούτῳ τῷ*
741. *ἔτει Λέων ἐβασίλευσεν*. Hunc Theophanis locum ſic teddit Anaſtaſius. *Di-*
P. M. *uinæ Incarnationis anno* DCCIX. *Leo Imperator Romanorum prouehitur*. Vterque
THEO- autem ptimum Leonis Imperatoris annum cum prædicto anno diuinæ In-
DOR. IV. carnationis ſeptingenteſimo nono componit, & annum eiuſdem Leonis Im-
R. 45. peratoris viceſimum-quartum ſiue vltimum cum anno diuinæ Incarnationis ſeptingenteſimo triceſimo-ſecundo comparat, atque eodem anno ipſam Leonis Auguſti mottem refert. Ea tamen vtriuſque fuiſſe mens videtur, vt quam ad illum diuinæ Incarnationis annum narrationem legeris, partim eidem anno, partim poſtero adſcribas. Vt ita nobiſcum ſentias, duæ res ſuadent. Auctores enim, in quorum Chronologiam inquirimus, ſcribunt anno diuinæ Incarnationis ſeptingenteſimo triceſimo-ſecundo ſiue anno Leonis viceſimo-quarto, *τούτῳ τῷ ἔτει εἰκοστῷ τετάρτῳ τῆς βασιλείας Λέοντος* contigiſſe Conſtautinopoli terræ motum ingentem ac tremendum, die viceſimo-ſexto menſis Octobris, Indictione nonâ, *μηνὶ Οκτωβρίῳ, εἰκοστῇ ἕκτῃ ἰνδικτιῶνι ἐννάτῃ*, ſiue vt Anaſtaſius loquirur, *anno Imperij Leonis viceſimo-quarto, ſeptimo Kal. Nouemb. Indictionis nonæ*, quâ per menſem Iunium cutrente, Leonem rebus humanis exemptum vterque affitmat, eiuſdem autem Indictionis Octobet & Iunius ad duos diſtinctos diuinæ Incatnationis annos pertinent, Octobet ad priorem, Iunius ad poſteriorem, id eſt, iuxta Theophanis & Anaſtaſij calculos, ad annum diuinæ Incarnationis DCCXXXII October, quo grauis tertæ motus Conſtantinopolim quaſſauit, & ad annum diuinæ Iucarnationis DCCXXXIII Iunius, quo viuete deſiit Leo. Deinde iidem Auctores, vt ad annum diuinæ Incarnationis ſepringenreſimum nonum de Leone, ſic & ad annum diuinæ Incatnariouis ſeptingenteſimum triceſimum-tertium, *τῆς θείας σαρκώσεως ψλγʹ*. de Conſtantino eius filio ſcribunt, quòd Impetium illo anno accepit, Theophanes ſic, *τούτῳ τῷ ἔτει Κωνσταντῖνος ἐβασίλευσεν*, & Anaſtaſius ſic, *diuinæ Incarnationis anno* DCCXXXIII *Conſtantinus perſecutor legum à patribus traditarum imperat*.

LXIII. Inter epiſtolas Gregorij Secundi Papæ, quæ numero legitur duodecima,
[a] Ad an. 726. & à Batonio primùm ex Bibliotheca Cardinalis Lotharingiæ publicata eſt [a], ſic incipit. *Literas veſtras à Deo cuſtodita Maieſtatis ac fraternitatis per Auguſtalem Spatharocandidatum miſſas accepimus, imperante te Indictione quartâ-decimâ; ipſius etiam 14. & 15. & 1. & 2. & 3. & 4. & 5. & 6. & 7. & 8. & 9. Indictionum acceptas epiſtolas tuas, in ſancta Eccleſia repoſitas in limine Confeſſionis ſancti & glorioſi ac Principis Apoſtolorum Petri diligenter ſeruamus.* Baronius, vt
[b] Ad an. 719. n. 22. aliâ occaſione iam obſeruauimus [b], has literas Leoni Auguſto à Gregorio Secundo Papa ſcriptas putauit, ſed Gregorij Secundi loco reponendus eſt Gregorius Tertius. *Sepultus eſt Gregorius Secundus ad Beatum Petrum Apoſtolum ſub die 3. Idus Februarij Indict.* 14. id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-primo, *Leone & Conſtantino Imperatoribus. Et ceſſauit Epiſcopatus dies quinque, menſem vnum.* Tum ſubrogatus eſt Gregorius Tertius, qui *ſedit annos decem, menſes octo, dies.* ...... & *ſepultus eſt in Baſilica Beati Petri Apoſtoli quarto Calendas Decembris.* Hæc ex Anaſtaſio. Regimen igitur Eccleſiæ ſuſcepit Gregotius Tertius poſtridie Idus Mattias, Indictione decimâ-quartâ, ſiue anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-primo, diſceſsitque ex hac vita menſe Nouembri, Indictione decimâ iam inchoata, ſiue hoc anno, poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimo quadrageſimo-primo. Portò, cùm à die quo Pontificatum iniit, ad Kalendas vſque Septembtes quæ proximam Indictionem ſeu decimam-quintam aperuerunt, quatuor menſes integri cum dimidio ſupetfuerint, nihil obeſt, quominùs exeunte eodem anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-primo literas acceperit à Leone ſcriptas ante Kalendas Septembres currente adhuc Indictione decimâ-quartâ, deinde alias ſequenti

quenti decennio, datas proximis Indictionibus, decimâ-quintâ, primâ, ſe- AN. CH.
cundâ, tertiâ, quartâ, quintâ, ſextâ, ſeptimâ, octauâ & nonâ. Iſta verò conueni- 741.
re Gregorio Secundo non poſſunt. Hic, licèt Pontificatum à menſe Maio In- P. M.
dictionis decimæ-tertiæ ſiue anni poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimi de- THEO-
cimi-quinti ad tertium Idus Februarias Indictionis decimæ-quartæ anni poſt DOR. IV.
Chriſtum natum ſeptingenteſimi triceſimi-primi tenuerit, epiſtolas à Leo- R. 4. 5.
ne non accepit Indictione decimâ-quartâ, tum decimâ-quintâ, deinde primâ, ſecundâ, tertiâ, quartâ, ſextâ, ſeptimâ, octauâ, nonâ. Indictio enim decima-quarta, quæ in illa vndecim Indictionum enumeratione primum locum habet, ſi pertinet ad Pontificatum Gregorij Secundi, partim anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo-quinto, partim anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo-ſexto illigatur, Imperium autem nondum gerebat Leo, qui octauo Kalendas Apriles, Indictione decimâ-quintâ ſiue anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo-ſeptimo imperare cœpit.

LXIV. Ex prædictis liquet Leonem obiiſſe decimo-quarto Kalendas Iulias, Indictione nonâ, diuinæ Incarnationis anno ſeptingenteſimo triceſimo-tertio τῆς θείας σαρκώσεως ͵ψλγ΄. iuxta computum Theophanis & Anaſtaſij, id eſt, anno Chriſti, iuxta noſtram Chronologiam, ſeptingenteſimo quadrageſimo-primo. Sic annorum octo diſſidium, de quo iam locuti ſumus, inter nos ac prænominatos Auctores in obitu Leonis adhuc perdurat. Poſt Leonem ſolus imperauit Conſtantinus eius filius, quem pater anno Imperij ſui quarto, vt Theophanes & Anaſtaſius teſtantur, Indictione tertiâ, ἰνδικτιῶνι γ΄. ſiue anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo coronari fecerat Imperatorem ipſo die Paſchæ, τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Πάσχα, quod illo anno celebratum eſt pridie Kalendas Aprilis. Quapropter Conſtantini Auguſti ſæpè duplex occurret epocha, prior ex quo ſimul cum patre, poſterior ex quo ſolus poſt obitum patris imperauit. Iacobus Sirmondus, in notis [a] ad Concilium Romanum, priorem epocham ſumpſit, *ex quo* Conſtantinus *cum Leone Iſauro patre regnare cœperat* XII *Kalendas Maias, anno* DCCXX. Scribere voluit annum DCCXXI, illo enim anno currebat litera Dominicalis E, celebratúmque eſt Paſcha duodecimo Kalendas Maij, nec idem annus cum quarto Leonis Auguſti malè componetur, ſi annus Chriſti ſeptingenteſimus decimus-ſeptimus, cuius initio Theodoſius adhuc imperabat, eidem Theodoſio, iuxta morem computandorum annorum frequenter vſitatum, totus tribuatur, & primus Leonis Auguſti notetur is, qui fuit à Chriſto nato ſeptingenteſimus decimus-octauus. At hæc interpretatio non poteſt admitti. Theophanes enim & Anaſtaſius annum, quo Leo cœpit imperare, primum annum eiuſdem Leonis Auguſti numerant, ſuóque calculo componunt cum anno diuinæ Incarnationis ſeptingenteſimo-nono, id eſt, cum anno Chriſti ſecundùm noſtram computationem ſeptingenteſimo decimo-ſeptimo. Deinde annum quartum Leonis Auguſti, ipſúmque diem Paſchæ, quo Conſtantinus Imperij coronam accepit, comparant cum anno Diuinæ Incarnationis ſeptingenteſimo duodecimo & Indictione tertia, Theophanes ſic, τῆς θείας σαρκώσεως ͵ψιβ΄. τούτῳ τῷ ἔτει, ἰνδικτιῶνι γ΄. τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Πάσχα ἐστέφθη Κωνσταντῖνος, & Anaſtaſius ſic, *Diuinæ Incarnationis anno* DCCXII, *anno verò Imperij Leonis quarto, Indictione tertiâ, die Paſchæ coronatus eſt Conſtantinus*, id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo, cui conuenit in Paſchali Solemnitate Indictio tertia, nec refragatur annus diuinæ Incarnationis ſeptingenteſimus duodecimus notatus à præcitatis Auctoribus, quoniam à recta Chronologia per illa tempora, vt ſæpè iam obſeruauimus, annis octo diſcrepant. Anno autem Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo, qui biſextilis fuit præditúſque literis Dominicalibus G & F, Paſcha pridie Kalendas Aprilis celebratum eſt currente tum literâ Dominicali F. Occurrent inferiùs quarumdam chartarum ſubſcriptiones, quarum examen opinionem

[a] Tom. II Conc. Gall. pag. 622.

AN. CH. 741. P. M. THEODOR. IV. R. 4. 5. LXV. ET PP. ROM.

noſtram confirmabit, & Conſtantinum Imperatorem viuente patre non duodecimo Kalendas Maias ſed pridie Apriles coronatum oſtendent.

Ex prædictis quoque patet Gregorium Tertium Papam ad Deum hoc anno migraſſe quarto Kalendas Decembris. Nam cùm poſt Gregorij Secundi deceſſoris obitum, qui 3. *Idus Februarij, Indict.* 14. *Leone & Conſtantino Imperatoribus*, id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-primo contigit, Epiſcopatus *dies quinque. menſem vnum* vacaſſet, factus eſt Romanus Pontifex poſtridie Idus Martij, ſeditque *annos decem, menſes octo*, & dies non quidem viginti vt Anaſtaſius habet, ſed duodecim vt Baronius reſtituit, *ſepultus eſt* enim *in Baſilica Beati Petri Apoſtoli quarto Calendas Decembris*, vt ipſemet Anaſtaſius affirmat. *Ceſſauit Epiſcopatus. eius dies quatuor.* Tum ſucceſſit Zacharias, de quo ſermo ſæpè nobis habendus.

LXVI. Willibaldus Monachus Benedictinus, quem anno præterito è Monaſterio Caſinenſi Romam pridie Kalendas Decembris *in Natiuitate Sancti Andreæ* veniſſe diximus, hoc anno in Germania Preſbyter ab Archiepiſcopo Bonifacio conſecratus eſt vndecimo Kalendas Auguſtas in Feſto Beatæ Mariæ Magdalenæ. Totum iter ex vrbe Roma in Germaniam deſcriptum ex eius Actis ab Henrico Caniſio [a] in lucem editis accipe. *Veniebat ad Lucam, vbi pater eius* Richardus *requieſcebat. Et inde ad Ticinam vrbem. Et inde venit ad locum, qui dicitur Charinta. Et tunc venit ad Ducem* Boioariæ *Odilonem, & ibi fuit vnam hebdomadam. Et inde venit ad Suitgarium, & ibi fuit vnâ hebdomadâ. Et inde perrexerunt ad Linthrath Suitgarius & S. Willibaldus ad S. Bonifacium. Et miſit illos S. Bonifacius ad Eyſtet, vt videret quomodo ſibi placeret. Illam regionem Eyſtet Suitgarius tradidit S. Bonifacio, in redemptionem animæ ſuæ. Et Sanctus Bonifacius tradebat S. Willibaldo illam regionem, quæ adhuc tota erat vaſtata. Cúmque ibi duo manerent ſimul ad Eyſtet aliquantum temporum indutium, S. Willibaldus atque Suitgarius, almúmque ibi habitationis locum explorando eligerent, poſteà iterum pergebant ad S. Bonifacium ad Friſingam, & ibi erant cum illo, vſquedum omnes ſimul iterum veniebant ad Eyſtet. Et ibidem tunc S. Willibaldum conſecrauit Sanctus Bonifacius in Preſbyteralis dignitatis gradum. Ipsâ die, quâ S. Willibaldus conſecratus eſt in Presbyteratum*, XI *Calendas Auguſti fuit, ad Natalem Sanctæ Mariæ Magdalenæ & Sancti Apollinaris.* In genuino Bedæ Martyrologio, atque in aliis recentioribus, dies Natalis Beatæ Mariæ Magdalenæ à Natali Sancti Apollinaris primi apud Rauennates Epiſcopi ſic diſtinguitur, vt ille cum vndecimo Kalendas Auguſtas, hic cum decimo eaſdem Kalendas coincidat. Annus Chriſti ſeptingenteſimus quadrageſimus-primus literam habuit Dominicalem A. Illo anno Natalis Beatæ Mariæ Magdalenæ in Sabbatum incidit, Natalis Sancti Apollinaris in diem Dominicum, vtroque autem conſignatur ordinatio Willibaldi in Preſbyterum, quia, licèt extra ſtatuta Sabbata, de quibus alibi dictum, iuxta conſuetudinem tamen intra ſolemnia Miſſæ Veſpertinæ facta eſt, nocte Sabbatum inter ac diem Dominicum mediâ. Manſit Willibaldus anno vno, in ordine Preſbyterorum; poſteà promotus eſt ad Epiſcopatum, vt anno ſequenti narraturi ſumus.

[a] Tom. 4. antiq. lect.

WILLIBALDUS ADIT BONIFACIUM ARCHIEP.

FIT PRESBYTER.

ANNVS CHRISTI 742.
.P. M. THEODORICI IV. R. 5. 6.

AN. CH. 742. P. M. THEODOR. IV. R. 5. 6.

I. ANNO Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo, Carolomannus & Pippinus Maiores domûs duo bella geſſerunt, vnum in Aquitania, alterum in Alamannia, ſed priuſquàm in Aquitaniam proficiſcerentur, Bonifacius Archiepiſcopus Carolomannum adiit, in cuius ſorte ſeu Maioratu erant prouinciæ, quas hactenus erudierat. Illo de itinere Bonifacij ſic Othlonus in eius vita [a] ſcribit. *Karolo Duce glorioſo temporalis vitæ curſum conſummante, filij eius Karolomannus & Pipinus in patris ſucceſſerunt imperium. Sed quia ad nutum Karolomanni, qui maioris ætatis erat, omnia paterni regni iura diſponebantur, hunc Sanctus Bonifacius adiens, Præſuliſque Apoſtolici ſcripta deferens, omnino popoſcit, vt Chriſtianæ Religionis culturam, quam pater eius in promptiſſimo animo cæpit & excoluit, ipſe quoque pro Dei amore ſuique regni ſtabilitate, necnon pro communi omnium ſibi ſubiectorum ſalute eodem animo excoleret. His ille precibus, quaſi diuino afflatu compunctus, omnes ſub imperio ſuo degentes, tam Regali quàm Canonicâ auctoritate ad viam iuſtitiæ reuocare ſtuduit. Præcipiebat enim, vt conuentu Synodali habito, ibi omnia iuxta Canonum Decreta corrigerentur.* At præſtat ipſummet audire Bonifacium [b], qui ſcriptis ad Zachariam Papam hoc anno literis ſe vocatum à Carolomanno ſic teſtatus eſt. *Notum ſimiliter paternitati veſtræ, quòd Carlomannus Dux Francorum me accerſitum ad ſe rogauit, vt * in parte Regni Francorum, quæ in ſua eſt poteſtate, Synodum facerem * congregari, & promiſit ſe de Eccleſiaſtica religione, quæ iam longo tempore, id eſt, non minùs quàm per ſexaginta vel ſeptuaginta annos calcata & diſſipata fuit, aliquid corrigere & emendare velle.* Ex hoc Bonifacij textu Carolomanno plùs laudis accedit quàm ex Othloni ſcripto, cui nec fides videtur adhibenda, cùm ait Bonifacium ad Carolomannum ſe contuliſſe, *quia ad nutum Karolomanni, qui maioris ætatis erat, omnia paterni regni iura diſponebantur.*

[a] Lib. 1. c. 33.

BONIFACIVS COLLOQVIVM HABET CVM CAROLOMANNO DE SYNODO CELEBRANDA.

[b] Ep. 132.

* Sirmond. deeſt *vt*.

* Sirmond. *incipere congregare*. Baron. & Alford. *facturum*.

II. Bonifacij literas, quas proximè citauimus, ad Zachariam Papam hoc anno directas arbitramur, quia Zacharias ad ſingula illarum literarum capita reſpondit Kalendis Aprilibus, anno ſequenti, ſiue, vt Apoſtolicarum literarum ſubſcriptio habet, *Calendis Aprilis, imperante Domino piiſſimo Auguſto Conſtantino à Deo coronato Magno Imperatore, anno* XXIV. *Imperij eius anno ſecundo, Indictione* XI, quæ per menſem Aprilem cum anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-tertio coincidit. At menſis, quo data eſt illa Bonifacij epiſtola, non ita facilè probari poteſt. Difficultati locum præſtat Synodus, quam Carolomannus, in omnibus exemplaribus hactenus editis, *anno ab Incarnatione Domini ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo, vndecimo Kalendas Maij*, congregaſſe dicitur. Illâ Synodo nondum celebratâ Bonifacius Zachariam conſuluit. Zacharias autem Kalendis Aprilis, anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-tertio, cùm reſponſum fecit, à Bonifacio quidem ſe plures epiſtolas accepiſſe teſtatus eſt, ſed de prædictæ Synodi conuocatione ſcripſit, vt de re quam ad effectum perductam nondum noſſet. Exiſtimamus mendum in Chronologicos Synodi Characteres irrepſiſſe, corrigendámque eſſe notam vel anni vel diei, vt deleto anno ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo ſubſtituatur annus ſeptingenteſimus quadrageſimus-tertius, aut expuncto vndecimo Kalendas Maij reponatur dies, qui Paſcha præceſſerit anni ſeptingenteſimi quadrageſimi-tertij, pertinueritque ad annum ſeptingenteſimum quadrageſimum-ſecundum initio anni à Paſchali Solemnitate ducto.

AN. CH. 742. P. M. THEODOR. IV. R. 5. 6.

III. Hac obſeruatione præmiſsâ partem Bonifacianarum literarum accipe. *Domino chariſſimo Summi Pontificatûs infulâ prædito viro Apoſtolico Zachariæ, Bonifacius ſeruus ſeruorum Dei. Confitemur, Domine Pater, quia poſtquàm per nuncios referentes audiuimus, quòd veneranda memoriæ Apoſtolatûs veſtri præceſſor Gregorius Pontifex Apoſtolicæ Sedis, ergaſtulo corporis abſolutus, ad Dominum migrauit, quòd maiorem lætitiam & maius gaudium nobis non audiuimus, & ſuſpenſis ad æthera palmis Deo gratias egimus, quàm quòd clementem paternitatem veſtram altiſſimus arbiter Canonica iura regere, & Apoſtolicæ Sedis gubernacula conceſſit. Ergo non aliter quàm vt ante veſtigia veſtra geniculantes, intimis ſubnixè flagitamus precibus, vt ſicut præceſſorum veſtrorum, pro auctoritate Sancti Petri, deuoti & ſubditi diſcipuli fuimus, ſic & veſtræ pietatis ſerui obedientes ſubditi ſub iure Canonico fieri mereamur, optantes Catholicam fidem & vnitatem Romanæ Eccleſiæ ſeruare, & quantoſcumque audientes vel diſcipulos in iſta legatione mihi Deus donauerit, ad obedientiam Apoſtolicæ Sedis inuitare & inclinare non ceſſo. Neceſſe quoque habemus indicare paternitati veſtræ, quia per Dei gratiam Germaniæ populis aliquantulum percurſis vel correctis, tres ordinauimus Epiſcopos, & prouinciam in tres Parochias diſcreuimus, & illa tria oppida ſiue vrbes, in quibus conſtituti & ordinati ſunt, ſcriptis auctoritatis veſtræ confirmari & ſtabiliri precantes deſideramus. Vnam eſſe Sedem Epiſcopatûs decreuimus in Caſtello quod dicitur Wirtzburg; & alteram in oppido quod nominatur Buraburg; tertiam in loco qui dicitur Erphesfurt, qui fuit iam olim vrbs paganorum ruſticorum. Hæc tria loca propriâ auctoritate & chartâ Apoſtolatûs veſtri roborari & confirmari diligenter poſtulamus, vt, ſi Dominus voluerit, per auctoritatem & præceptum Sancti Petri, iuſſionibus Apoſtolicis, fundata & ſtabilita ſint tres in Germania Epiſcopales Sedes, & vt præſentes vel futuræ generationes non præſumant vel Parochias corrumpere, vel violare præceptum Sedis Apoſtolicæ. Notum ſimiliter ſit paternitati veſtræ, quòd Carolomannus Dux Francorum me accerſitum ad ſe rogauit, vt in parte Regni Francorum, quæ in ſua eſt poteſtate, Synodum facerem congregari, & promiſit ſe de Eccleſiaſtica Religione, quæ iam longo tempore, id eſt, non minùs quàm per ſexaginta vel ſeptuaginta annos calcata & diſſipata fuit, aliquid corrigere & emendare velle. Quapropter ſi hoc, Deo inſpirante, veraciter implere voluerit, conſilium & præceptum veſtræ auctoritatis, id eſt, Apoſtolicæ Sedis, habere & ſapere debeo. Franci enim, vt ſeniores dicunt, pluſquàm per tempus octoginta annorum Synodum non fecerunt, nec Archiepiſcopum habuerunt, nec Eccleſiæ Canonica iura alicubi fundabant vel renouabant. Modò autem maxima ex parte per ciuitates, Epiſcopales Sedes traditæ ſunt laicis cupidis ad poſſidendum, vel adulteratis Clericis, ſcortatoribus & publicanis ſeculariter ad perfruendum. Nam ſi per verbum veſtrum hoc negotium, Duce rogante ſupradicta, monere & incipere debeo, præceptum & iudicium Apoſtolicæ Sedis cum Canonibus Eccleſiaſticis, præſto habere cupio.* Variæ ſequuntur interrogationes, de quibus vt & de Zachariæ Papæ reſponſionibus agemus anno ſequenti.

CERTIOREM EA DE RE FACIT PP. DE QVE ERECTIONE TRIVM EPISCOPATVVM.

IV. Denicardus Preſbyter Romano Pontifici literas illas Bonifacij detulit, ſuam enim ad eas reſponſionem ſic orditur Zacharias Papa. *Suſceptis ſanctiſſimæ fraternitatis tuæ literis per Denicardum religioſum Presbyterum tuum*, &c. Præter epiſtolam, de qua nunc agimus, ſcripſit & alias Bonifacius ad Zachariam, priuſquàm reſponſum ad interrogationes ab eo perciperet. Id innuit Zacharias in ſuis literis, quarum initium proximè recitauimus. *Magnam*, inquit, *cordibus noſtris infundis lætitiam, quoties nobis Sanctitatis tuæ ſcripta mittuntur, quando reperimus quæ ad ſalutem reſpiciunt animarum, dum quotidie in gremio ſanctæ matris Eccleſiæ, per tuam prædicationem, noui populi adducuntur.*

V. Inter Germanicas Franciciæ ditionis prouincias, quas Bonifacius erudiuit, tres potiſſimùm commemorantur, Turingia, Francia, Haſſia, de quibus in eius vita ſic Willibaldus. *In Thuringiam iuxta mandatum Apoſtolicæ Sedis progreſſus eſt*, &c. *Franciam deinde*, id eſt, Franciam Orientalem, ſeu Franconiam, vt poſteà vocarunt, *fratribus ſecum commeantibus, ingreſſus eſt*, &c.

AN. CH. 742. P. M. THEODOR. IV. R. 5. 6.

Ad obſeſſas anteà Heſſorum metas, cum conſenſu Caroli Ducis, rediit, &c. Hæ prouinciæ, quia carebant Epiſcopis, & ab vno Bonifacio ſiue Epiſcopo ſiue Archiepiſcopo regionario nec Sedem fixam habente gubernabantur, à Willibaldo & Othlono eiuſdem Bonifacij modò *Diœceſis*, modò *propriæ Eccleſiæ* nuncupantur. Bonifacius in Boioariam temporibus Hugiberti Ducis euocatus eſt [a], vt *quendam ſchiſmaticum hæreticâ prauitate deceptum nomine Heremwlfum* reprimeret, rebus autem feliciter geſtis, *ad fratres ſuæ Diœceſis* rurſus migraſſe dicitur apud Willibaldum [b], cui ſuffragatur Othlonus his verbis [c], *rurſum ad eos, qui ſub ſua gubernationis Diœceſi commorabantur, remeauit*. Idem Bonifacius Boioariam, vbi tunc vnus ſupererat Epiſcopus, in quatuor Epiſcopatus diuiſit [d], *cúmque omnia*, inquit Willibaldus [e], *confirmato Chriſtianitatis ordine ritè agerentur, & Canonum eſſent iura in Baioariis recuperata, iam ad proprias remeando rediit Eccleſias*. Othlonus [f] eâdem vtitur locutione, ſic. *Pontificibus conſtitutis, &, quæcumque tunc corrigenda erant, in Bagoaria correctis, ad proprias rediit Eccleſias*. Creſcente in illis Eccleſiis numero fidelium, Bonifacius Archiepiſcopus hoc anno tres Epiſcopatus erexit, ſingulos in ſingulis prouinciis, vnum in Francia apud *Wirtzburg*, alterum in Haſſia apud *Buraburg*, tertium in Thuringia apud *Erphesfurt*.

[a] Tom. 4. an. 735. n. 6.
[b] Cap. 8.
[c] Lib. 1. c. 27.
[d] Vide an. 739. n 27. & ſeqq.
[e] Cap. 9.
[f] Lib. 1. c. 31.

VI. IN FRANCIA ORIENTALI.

Wirtzburgum *, alio nomine Herbipolis, vrbs hodie nobilis eſt ad Mœnum in Franconia. Illius loci primus Epiſcopus à Bonifacio conſtitutus eſt Burchardus, cuius vitam Surius [g] duos in libros diſtinctam publicauit. Auctor, ſiue Egilwardus vel Egwaldus Monachus Cœnobij Sancti Burchardi prope Herbipolim, ſeu quis alius fuit, opus ſuum multis fabulis & anachroniſmis aſperſit. Erectionem Wirceburgenſis Epiſcopatûs, de qua nobis hîc ſermo, reiecit in annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-primum, cùm Bonifacius Archiepiſcopus Moguntinus iam eſſet, & Pippinus ſub Childerico Rege Maioratum gereret. Primum enim ſuæ lucubrationis librum ſic abſoluit. *Acta eſt hæc noua inſtitutio noui Pontificatûs apud vrbem Wirceburg anno Dominicæ Incarnationis ſeptingenteſimo quinquageſimo primo, anno verò ſexageſimo-ſecundo poſt paſſionem Sanctorum Martyrum Kiliani ac ſociorum eius, quæ incidit in annum Incarnationis Dominicæ ſexcenteſimum octogeſimum-nonum, ad incrementum Eccleſiarum Germaniæ, maximéque ad ſalutem totius Orientalis Franciæ, authoritate nimirum Zachariæ Papæ, conſenſu quoque Pipini Iunioris Principis Francorum, mediante Bonifacio Præſule Moguntino, Beato verò Burchardo primo Pontifice ad eandem Cathedram conſecrato, ad honorem ingeniti Dei Patris altiſſimi, eiúſque vnigeniti Filij Ieſu Chriſti Domini noſtri, & Sancti Spiritûs paracleti*. Sed ex epiſtola Zachariæ Papæ data Kalendis Aprilibus Indictione vndecimâ liquet Burchardum, cùm nec Bonifacius Archiepiſcopatu Moguntiacenſi, nec Childericus Regio Titulo potiretur, hoc anno, poſt Sancti Kiliani paſſionem quinquageſimo-tertio, Wirceburgenſem Epiſcopum factum fuiſſe. Burchardus natus eſt in Anglia, Preſbyteratûs Ordinem ibi ſuſcepit, relictâ patriâ venit in Germaniam ad Bonifacium, ſub cuius diſciplina per aliquot annos degit, donec inſtitutus eſt primus Epiſcopus Wirceburgenſis.

* *Vuirtzbourg.*
[g] d. 14. Oct.

VII. IN HASSIA.

Buraburg, ſeu *Buriburg*, aut *Buriaberg*, vel *Boraburg*, præcipuum oppidum fuit Bortharorum, quos Friteſlariam inter & Padebornam ſitos iam diximus [h]. In ea regione ad amnem Dimilam conſpicitur hodie *Varburg*, quod idem eſſe cum antiquo *Buraburg* Serarius [i] ſuſpicatur. At Browerus [k], poſtquàm Friteſlariam ad Ederam fluuium, Tacito Adranam, ſolo fructifero planóque collocauit, hæc de Buriburgo proximè ſubiungit. *Iuxtà in excelſo monte Buriburgum, vetus Epiſcopi Sedes, ſtabat, cuius hodiéque ruinas illic monſtrant*. Ipſemet Serarius ex manuſcripto Codice, quem mox citaturi ſumus, oppidum *Buraburg* iuxta *Friſlar* poſitum fuiſſe non diſſimulat, & inter varia nomina, quæ tribuuntur illi loco, *Buriaberg* ob terminationem in *berg*, quæ montem ſignificat, oppidum in monte ſitum oſtendit. Illic à Bonifacio pri-

[h] Ad an. 738. n. 13.
[i] Not. 29. in vit. S. Bonifac.
[k] Lib. 1. antiquit. Fuld. cap. 1.

AN. CH. 742. P. M. THEODOR. IV. R. 5. 6.

mus Epiſcopus conſtitutus eſt Witta ſeu Witanus aut Wettanus vel Wera, quem in vita [a] Sancti Wigberchti Lupus Seruatus *Albuinum* vocat, ac *Præſulem* dicit *Fritiſlarenſis oppidi*, necnon *Lulli* Moguntiacenſis Pontificis *ſuffraganeum*. Albuinus idem eſt ac Witta Latinâ videlicet barbari nominis interpretatione, nam *witt* album ſignificat. Serarius, in notationibus [b] ad vitam Sancti Bonifacij, manuſcriptum Codicem citat, in quo narrantur hæc de Bonifacio. *In oppido Buraburg iuxta Friſlar Sedi Epiſcopali poſt ſuum receſſum ordinat Epiſcopum Albuinum.* Ob viciniam locorum contigit, vt Witta cùm Birburgenſis tum Friteſlarenſis Epiſcopus promiſcuè nuncuparetur, *Friteſlarenſis* à Lupo iam allegato, *Birburgenſis* à Zacharia Papa vt Serarius legit, corruptè *Barbarenus* in multis epiſtolarum Pontificiarum editionibus, quas corrige. Sancto Bonifacio, imò & Pippino Regi ſuperſtes vixit, & vt Bonifacij, ſic & *Lulli* ſucceſſoris *ſuffraganeus* fuit, quia Birburgenſis Eccleſiâ Moguntinæ ſubiacuit, poſtquàm Metropolitana dignitas huic reſtituta eſt.

a Cap. 24.
b Not. 29.

VIII. [*]*Erphesfurt*, ſiue *Erpesfurt*, hodie Erphordia *, Thuringiæ caput ad Geram fluuium. Huic vrbi datus eſt à Bonifacio primus Epiſcopus Adelarius ſiue Adelharius, qui eiuſdem Bonifacij diſcipulis accenſetur in vita [c] Sancti Burchardi.

* Erfurt.
In Thvringia.
c Ap. Sur. d. 14. Octobr.

IX. Quod attinet ad Synodum, de cuius celebratione Carolomannus cum Bonifacio collocutus eſt, & ad Eccleſiaſticum Franciæ ſtatum, quem idem Bonifacius multùm deplorat, per Franciam intellige eam Auſtraſianæ Franciæ partem, cuius Epiſcopi Metropolitis, ſeu Moguntinis, ſeu Colonienſibus, ſeu Vormacienſibus anteà ſubiacuerunt. Hanc interpretationem ipſemet Bonifacius his verbis clariſſimè confirmat. *Franci, vt ſeniores dicunt, pluſquàm per tempus octoginta annorum Synodum non fecerunt, nec Archiepiſcopum habuerunt.* Olim cis Rhenum inter Galliarum prouincias duplex numerabatur Germania, ſuus vtrique Metropolitanus erat Epiſcopus, primæ Moguntinus, ſecundæ Colonienſis. Amiſſo poſteà iure Metropolitico Moguntinus ſubditus fuit Colonienſi, qui factus eſt vtriuſque Germaniæ Metropolitanus, vt de Sancto Euergiſlo conſtat ætate Faramundi & Clodionis. At propter interpontificium, quo Colonia poſt obitum eiuſdem Euergiſli diuturniſſimè laborauit, Epiſcopo Treuirenſi Belgicæ primæ iam Metropolitano attributa eſt vtraque Germania, donec regnante Clodoueo Primo Metropolitanus vtriuſque Germaniæ conſtitutus eſt Crotoldus tum Vormacienſis Epiſcopus, cuius ſucceſſores eâdem Metropolitanâ dignitate gauiſi ſunt ad Sanctum vſque Amandum, qui Pontificatum Dagoberto Primo Auſtraſiæ iam Rege ſuſcepit. Ab anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-ſecundo, quo Dagobertus Primus apud Auſtraſios regnare cœpit, ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-ſecundum, quo Bonifacius Romano Pontifici literas direxit quas examinamus, anni fluxerunt viginti ſupra centum. Ex hac computatione liquet annis octoginta & ampliùs interpontificium duraſſe, quod mortem prædicti Amandi Metropolitæ Vormacienſis proximè ſecutum eſt. Toto illo tempore vtraque Germania caruit Archiepiſcopo, nec inuentus eſt qui Synodum in iſtis partibus congregaret. His de rebus queritur Bonifacius.

Vtraqve Germania cisrhenana caret Archiepiscopo.

X. Eius querimoniam ad vniuerſam Franciam malè quidam extendunt. In Neuſtria & Burgundia tunc florebant Metropolitæ, Grimo Rotomagenſis, Rigambertus Turonenſis, Ebbo Senonenſis, Gedeon Veſontionenſis, Siginus Bituricenſis, Fulcoaldus Lugdunenſis, Georgius Arelatenſis, Bonimundus Tarantaſienſis. Wilicarius Archiepiſcopus Viennenſis in Agaunenſe Monaſterium ſeceſſerat. Ceteræ Eccleſiæ Metropolitanæ, Burdigalenſis, Eluſana, Ebredunenſis & Aquenſis * ſuos habebant Metropolitas, quorum nomina propter varias barbarorum incurſiones hodie deſiderantur. Vt autem Metropolitarum non paucorum, ſic & multarum Synodorum memoria

Statvs reliqvæ Galliæ.

* d'Aix.

periſſe potuit. De Conciliis tamen Rotomagenſi & Autiſſiodorenſi actum Tomo ſuperiore ad annos Chriſti ſexcenteſimum duodenonageſimum & ſexcenteſimum nonageſimum-quintum.

XI. Bonifacius, vbi Sedes Epiſcopales ait traditas *laicis cupidis ad poſſidendum*, ſugillat præcipuè Geroldum Moguntiacenſem Epiſcopum, qui, reſte Petro Merſſæo Cratepolio, *aulicæ vitæ ſtudioſior, quàm Eccleſiaſticarum cæremoniarum, quas parum aut omnino non curabat*, &, vt eius luctuoſa cædes anno ſequenti demonſtrabit, artis bellicæ quàm munerum Epiſcopalium peritior haberi voluit. Rebus Auſtraſianis conuenientiſſimum erat, vt in ea Franciæ parte Synodus quamprimùm haberetur, ſtatuerentúrque Canones, quibus & Eccleſiaſtica diſciplina inſtauraretur, & deprauati laicorum mores corrigerentur. Operam huic negotio nauarunt ſedulò Bonifacius & Carolomannus, vorórúmque compotes facti ſunt ineunte proximo vere.

GEROLDVS EPISC. MOGVNT. VITVPERATVR.

XII. Interim hoc anno Willibaldus, quem anno ſuperiore Preſbyterum vndecimo Kalendas Auguſtas ordinatum diximus, autumnali tempore conſecratus eſt Epiſcopus. Id ex illius Actis [a] probatur. *Poſtquam vnius anni tranſibat circulus*, ex quo ſcilicet Willibaldus ad Preſbyteratum promotus fuerat, *Sanctus Bonifacius præcipit, vt in Thuringiam ad ſe veniret. Statímque venerandus ille vir Dei Sanctus Willibaldus, ſecundum iuſſionem Sancti Bonifacij, in Thuringiam veniebat, & in domo fratris ſui Wunebaldi hoſpitalitatis manſionem habebat, quia iam illum priùs octo annorum ſpatio, & nono dimidio, ab eo, quo de Roma pergebat, non vidit. Et iam tunc videndo gaudebant, & de ſua conuentione gratulabantur ambo. Illud fuit autumnale tempus, quando Sanctus Willibaldus veniebat in Thuringiam. Statímque poſteaquam illuc veniebat Sanctus Bonifatius Archiepiſcopus, atque S. Burchardus & Wizo, ſacra Epiſcopatûs authoritati illum ordinando conſecrauerunt. Aſt ibidem tunc, cum ſummo Sacerdotalis Infulæ ditatus erat honore, vnam hebdomadam erat, & poſteà iterum ad prædeſtinatum manſionis ſuæ locum remeabat. Sanctus Willibaldus, quando in Epiſcopatum conſecratus erat, habebat quadraginta annos & vnum*, &c. *Tribus hebdomadibus ante Natale Sancti Martini in Epiſcopatum conſecratus eſt in loco, qui dicitur Sallpurg.* Et paulò pòſt. *Quadraginta & vnius annorum ætate iam gnarus & grandæuus, ſacri Epiſcopatûs gradum accepit.*

[a] Ap. Caniſ. Tom. 4. antiq. lect.

WILLIBALDVS CONSECRATVR EP. A BONIFACIO ARCHIEP.

XIII. De ætate Willibaldi ac Wunebaldi fratrum fusè diſputatum ad annum Chriſti ſeptingenteſimum duodequadrageſimum, quo Wunebaldus Bonifacio Româ in Germaniam redeunti comitem ſe adiunxit. Triennio ſeriùs adhærere Bonifacio cœpit Willibaldus, vt anno ſuperiore dictum eſt. Nihil tamen obeſt, quominùs ex quo Romæ ſimul fuerunt ambo fratres, anni octo cum dimidio effluxerint, donec in Thuringia Wunebaldus ineunte huius anni autumno Willibaldum hoſpitio ſuſcepit. Willibaldus enim ab anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum in Monaſterio Caſinenſi decem annos ita tranſegit, vt currente illo decennio Romam aliquando venerit. Wunebaldus ex Anglia cum Willibaldo fratre egreſſus eſt anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo, rediit in patriam poſt annos ſeptem, deinde Romam rurſum ſe contulit, incertum quo anno, ibi morabatur anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-quarto, cùm Willibaldus Caſinenſis tum Monachus illum adiit; abhinc per annos octo cum dimidio, donec Willibaldus in Thuringiam profectus eſt, vbi Wunebaldus tum verſabatur, alter ab altero ſummotus vixit.

XIV. Annus Chriſti ſeptingenteſimus quadrageſimus-ſecundus literâ Dominicali G præditus fuit. Illo anno Natalis Sancti Martini Turonenſis in diem Dominicum incidit. *Tribus hebdomadis* ante illud feſtum, id eſt, duodecimo Kalendas Nouembris, die Dominico, Willibaldus *in Epiſcopatum conſecratus eſt.*

XV. Huic conſecrationi tres adfuerunt ex antiquo more Pontifices ſuprà nominati, *Bonifacius*, *Burchardus*, *Wizo*. Regionarius Archiepiſcopus erat Boni-

ASSISTENTIBVS EPISCOPIS.

AN. CH. 742. P. M. THEODOR. IV. R. 5. 6.

facius, nec habebat fixam Sedem. Burchardus ab eodem Bonifacio nuper primus apud Wirceburgum ad Mœnum inſtitutus fuerat Epiſcopus in Orientali Francia. Wizo idem ac Wicho, Auguſtæ * ad Lycum Epiſcopus, qui ſedere cœpit anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-tertio, vitámque ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-primum produxit. Atque ex hac obſeruatione duæ res comprobantur ad firmandam Chronologiam non inualidæ; prior ad Epiſcopatum Burchardi, poſterior ad Epiſcopatum Wichonis pertinet.

* *Ausbourg.*

XVI. *Burchardo Wirceburgensi.* Ex literis, quas Bonifacius Archiepiſcopus ad Zachariam Papam hoc anno ſcripſit, conſtat Burchardum nuperrimè conſecratum Epiſcopum fuiſſe: Indéque liquidò colligere eſt Willibaldum hoc eodem anno, menſe Octobri, ordinatum fuiſſe Epiſcopum; & in annum proximum reiiciendam eſſe Synodum, quam Bonifacius cum nonnullis Epiſcopis, è quorum numero Burchardus & Willibaldus extiterunt, Carolomanno tum Maioredomûs ineunte vere celebrauit, illius Concilij tunc habendi nuncio Romam nondum delato, vt patet ex Zachariæ [a] reſponſione ad Bonifacium Kalendis Aprilis, Indictione vndecimâ, id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-tertio, data.

[a] Ep. 1.

XVII. *Et Wichone Augustano.* Ex ordinatione Willibaldi Epiſcopi, cui Wizo ſeu Wicho Auguſtanus Epiſcopus adfuit, facilè intelliges Auguſtanorum Epiſcoporum Catalogos; qui Wichonem Briconi ſeu Pericho, necnon Zaiſoni præponebant, à nobis meritò correctos fuiſſe. Lege quæ Tomo ſuperiore dicta ſunt de Præſulibus Auguſtanis ad annos Chriſti decimum-tertium & triceſimum-tertium ſupra ſeptingenteſimum. Præterea obſerua Wichonem, cùm ordinationi Willibaldi interfuit, ex eorum Epiſcoporum numero fuiſſe, qui Bonifacio Archiepiſcopo regionario parebant. Vormacienſis Eccleſia, quæ Metropolis olim fuerat, & Auguſtanum Epiſcopum inter comprouinciales ſuos aliàs numerarat, interpontificio tum laborabat.

XVIII. Willibaldus, poſtquàm Epiſcopus ordinatus fuit, vnam duntaxat hebdomadam cum Wunebaldo fratre manſit, tum relictâ Thuringiâ citò perrexit ad Diœceſim, cuius regimini ſe præpoſitum nouerat. *Ibidem*, id eſt, in Thuringia, *tunc, cùm ſummo Sacerdotalis* ſiue Epiſcopalis *Infulæ ditatus erat honore, vnam hebdomadam erat, & poſtea iterum ad prædeſtinatum manſionis ſuæ locum remeabat.* Hæc origo fuit Epiſcopatûs Eyſtettenſis ſiue Eyſtadienſis aut Ayſtetenſis vel Aichſtadiani, quem & Aureatenſem vocatum reperies. Lapis in media Cathedrali Baſilica ciuitatis Aychiſtadianæ poſitus, & ab humo in altum leuatus, talem inſcriptionem habet. *Hic requieſcunt oſſa Epiſcoporum Aureatenſis Eccleſiæ.* Vt ab Aureato Epiſcopus Aureatenſis, ſic Aychiſtadianus * ab Aychiſtadio dictus eſt. Eyſtettum ſiue Eyſtadium aut Ayſtetum vel Aichſtadium ſiue Aychiſtadium, quod à quercubus iſtic ſucciſis nomen ſortitum credunt, adiacet Almonio ſiue Altimulæ * fluuio; ſitúmque eſt inter Naſſenfelſum Caſtrum ac veteres Aureatenſis vrbis ab Attila olim funditus euerſæ ruinas, quas accolæ nunc *Weiſſenkirchen* appellant. Tota regio adcò deuaſtata erat, vt præter vnicam Deiparæ Virgini dicatam Ædem nulla in vicinia domus eſſet. At poſtquàm Willibaldus illic Monaſterium erexit, accurrerunt vndequaque, qui poſitis domiciliis locum illum maiori in dies frequentiâ colerent, donec in oppidum excreuit. In Actis Sancti Willibaldi primum hoc eius opus poſt aſſumptas Epiſcopales Infulas enarratur. *In loco, qui dicitur Eyſtet, Monaſterium conſtruere incipiebat, atque ibidem ſacram Monaſterialis vitæ diſciplinam in vſum prioris vitæ, quod videndo ad Sanctum Benedictum*, id eſt, in Cœnobio Caſinenſi, *& non ſolùm ibi, ſed & in multis Monachorum manſionibus, quas ipſe ſolers, & ſophyrus* ſeu ſapiens, *vaſta per rura rimando explorabat, illorum* [?] *normam venerandæ vitæ conuerſationem in ſemetipſo oſtendendo exercebat*, &c. *Poſtquàm ille ſtrenuus almi Dei Athleta Monaſterialem manſionis locum inhabitare cœpit, ſtatim vndique de illis regionum*

Origo Episcopatus Aysteтensis.

* *d'Aicſtat.*

* *Altmul.*

regionum prouinciis , & nihilominùs longinquis regionum limitibus , ad ſaluberri- AN. CH.
mum eius ſapientiæ dogma confluere cœperunt , quos ille quodam modo omnes , vt 742.
gallina quæ ſub alis ſolet ſuos regendo enutrire fœtus , &c. Lege & Bruſchium in P. M.
Catalogo Epiſcoporum Ayſtetenſium. Interim morabatur in Thuringia Wu- THEO-
nebaldus Willibaldi frater, ſeriúſque venit in Diœceſim Ayſtetenſem, vbi DOR. IV.
Monaſterium conſtruxit, vt ſuo loco dicturi ſumus. R. 5. 6.

XIX. BELLA,
Bella domeſtica, quibus Francia hoc anno agitata eſt, Auctor Annalium
Nazarianorum, cui ceteri ſuffragantur Annaliſtæ, breuiſſimâ periodo ſic
complectitur. *Anno* DCCXLII *Franci in exercitu in Aquitania , & poſteà in*
Beuueria vſque Lech. Carolomannus igitur & Pippinus hoc anno bellum
trans Ligerim in Aquitania geſſerunt, deinde in Alemania ſiue ad Danu-
bium & Lycum in finibus Beuueriæ ſeu Boioatiæ. Vtrumque illorum bel-
lorum in Appendice [a] Hiſtoriæ iuſſu Childebrandi ſcriptæ ſubiecta deſcri- [a] Cap. 110.
bitur. Aquitanicum ſic. *Rebellantibus Vaſconibus in regione Aquitaniæ , cum* AQVITA-
Chunoaldo Duce , filio Eudone quondam , Carlomannus atque Pipinus , Principes NICVM.
germani , congregato exercito , Ligeris alueum Aurelianis vrbe tranſeunt , Romanos
proterunt , vſque Beturigas vrbem accedunt , ſuburbana ipſius igne comburunt. Chu-
*noaldum Ducem perſequentes fugant , cuncta vaſtantes. Lucca * Caſtrum diruunt ,* * Loches.
atque funditus ſubuertunt ; cuſtodes illius Caſtri capiunt , & inibi victores exiſtunt.
Prædam ſibi diuidentes , habitatores eiſdem locis ſecum captiuos duxerunt. Aleman- ALEMANNI-
nicum ſic. *Inde* , id eſt, ex Aquitania , *reuerſi circa tempus autumni , eodem an-* CVM.
no iterum exercitum ordinauerunt vltra Renum contra Alamannos. Sederúntque caſ-
tra metati ſuper fluuium Danuuij in loco nuncupante Vſqueque. Habitatores Alaman-
ni ſe victos videntes , obſides donant , iura promittunt , munera offerunt , & pacem
petentes eorum ſe ditioni ſubmittunt.

XX. Vt anteà Carolum, quòd nimiam ſibi poteſtatem arrogaret, ſic & eius filios Carolomannum & Pippinum, quòd patris ſui veſtigiis inſiſterent, acerrimo proſecuti ſunt odio nonnulli prouinciarum Duces ſeu Præfecti, Chunoaldus ſiue Hunaldus Aquitaniæ, Theodebaldus Alemanniæ, Boioariæ Odilo. Alemannia & Boioatia conterminæ erant in Maioratu Carolomanni, ab iis longiſſimè diſtabat Aquitania in Maioratu Pippini. Ambo fratres, cùm ſibi minùs à Theodebaldo & ab Odilone timendum ſcirent, quàm ab Hunaldo qui partem Galliarum ſpatioſiſſimam, Saracenicis ditionibus finitimam adminiſtrabat, inito conſilio, Aquitaniam primo impetu laceſſendam cenſuerunt, traiecto ad Aureliam Ligeri de populis trans-Ligeritanis, quos Auctor præcitatus *Romanos* ob vſum Romanæ linguæ vocat, inſignem victoriam reportarunt, Hunaldo ſiue Hunoldo, eorum Duce fugato, & pacem atque amicitiam poſtulare mox coacto.

XXI. Bello Aquitanico Pippinum interfuiſſe nemo non credit, quoniam eius Maioratui à Carolo patre Aquitania fuerat attributa. Interfuiſſe quoque Carolomannum Annales Petauiani ſic teſtantur. DCCXLII *Carolomannus perrexit in Waſconiam.* Et Chronicon San-Dionyſianum ſic. DCCXLII. *Karlomannus duxit exercitum contra Chunaldum.* Chunaldus enim ſiue Hunaldus Dux erat cùm Aquitaniæ, tum Waſconiæ, ſi Waſconiam ſtrictè pro Nouempopulania ſumas. Sed vt populi Ligerim inter ac Pyrenæos montes ſiti promiſcuè tunc Aquitani Waſconéſque, ſic & ipſa regio Aquitania Waſconiáque nuncupabatur. Atque in eo ſenſu Petauianos Annales interpretare, qui Carolomannum *in Vaſconiam*, id eſt, in Aquitaniam, perrexiſſe produnt. Bellum enim vltra Biturigas non detonuit. Bituriges autem procul abſunt à Garumna, qui limes inter Aquitaniam & Waſconiam propriè dictam ſeu Nouempopulaniam conſtituitur. In Annalibus Tilianis, ad hunc annum, quo bellum Aquitanicum geſtum eſt, Carolomannus vnà cum Pippino fratre ſic nominatur. *Carlomannus & Pippinus Maiores-domûs duxerunt exercitum contra Hunoldum Ducem Aquitanorum , & ceperunt Caſtrum , quod vocatur Luccas. Et in ipſo itinere diuiſerunt Regnum Francorum inter ſe in loco qui*

AN. CH. 742. P. M. THEODOR. IV. R. 5. 6.

dicitur Vetus-Pictanis. Eadem prorſus repetuntur in Annalibus qui deſinunt in obitu Caroli Magni, necnon in Bertinianis. Verus Pictauium ſeu Vereres Pictauos Geographi non procul à Caſtello * Heraldi collocant. Portò diuiſionem, quam Carolomannus & Pippinus apud Vetus Pictauium inierunt, non alia fuit à paterna, quam Grifo ſuis tumultibus irritam fecerat. *Pace autem peractâ cum Hunoldo, Lanfredus abſolnitur*, ait Interpolator [a] Continuatoris Aimoiniani. Lanfredus Abbas erat Sancti Germani prope Pariſios; à Carolo Maiore-domûs, vt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum vndequadrageſimum [b] diximus, in Aquitaniam *Legationis causâ* miſſus fuerat, ibíque *ab Hunoldo ipſius Aquitaniæ Patricio quaſi explorator tribus cum ſemis annis* detentus eſt *inuitus*.

* *Chaſtelle-raud.*
[a] Lib. 4. c. 59.
[b] Num. 51.

XXII. Vt Carolomannus Pippinum in Aquitania, ſic in Alemannia Pippinus viciſſim Carolomannum iuuit, etſi de ſolo Carolomanno Annales Tiliani cum ſequacibus, necnon Eginhardini ac Metenſes poſt bellum Aquitanicum ad hunc annum ſic ſcribant. *Eodémque anno Carolomannus Alamaniam vaſtauit.* Potiorem enim fidem meretur coætaneus Auctor Appendicis ſuprà citatæ, cui ſic Annaliſta Fuldenſis aſtipulatur. DCCXLII. *Carlmannus & Pippinus Hunaldum Aquitaniæ Ducem*, &c. *ſimul & Alamannos Duce Theobaldo rebellare temptantes mirâ celeritate comprimunt.* Ambo Maioresdomûs ad Danubium & ad Lycum, ſiue ad fines vſque Boioariæ penetrarunt, pacíſque leges ſic Alamannis ſeu Sueuis impoſuerunt, vt timorem non mediocrem vicinis Boioariis incuſſerint. Bucelinus, in Chronologia Rhætiæ, Odilonem ſiue Vtilonem Boioariæ Ducem in rebellionis ſocietatem à Theodebaldo adſcitum ſcribit. Odilonem non inficiamur animo fuiſſe à Maioribus-domûs alienatiſſimo. Illum tamen exiſtimamus hoc anno quieuiſſe. Laudandus ſanè, quòd hiſce temporibus, vt Hundius Tomo tertio Metropoleos Saliſburgenſis teſtatur, Auſtrauiam & Papho-monaſterium, inſignia Cœnobia, illud in Diœceſi Patauienſi, hoc in Reginoburgenſi condiderit. Auſtrauiæ * monumenta, quæ ſeculum vndecimum anteceſſerunt, perierunt omnino. De Papho-monaſterio * hæc tantùm occurrunt obſeruanda. Eccleſiam illic erexit Odilo, quam in honorem Sancti Tiburtij Deo dedicauit Pyrminius euocatus ex Alſatia, vnde miſſi etiam Monachi ab Ottone ſiue Heddone Argentoratenſi tunc Epiſcopo. Locus ille, quandiu Francis paruit, ſedes fuit Monachorum, quibus ſubrogati poſteà Canonici.

MVLTA COENOBIA CONDVNTVR IN BOIOARIA.
AVSTRAVIA.
* *Oſterhouen.*
* *Pfaffenmunſter.*
PAPHO-MONASTERIVM.

XXIII. Præter Auſtrauiam & Papho-monaſterium, his quoque circiter temporibus, cùm Odilo Boioariæ regimini præpoſitus erat, octo Cœnobia *prope Alpes & Lycum* ædificata ſunt, initiatáque *Regulâ Sancti Benedicti, quinque pro maribus, nempe Beurn, Schlechdorf, Siuerſtat, Sandau, Weſſenprunn; tria pro virginibus, Polling, Staffelsée, Cocklsée.* Tot Monaſteriorum conditores creduntur tres fratres, Landfridus, Waldramus, Elilandus, *Comites ab Antorf & Loyſa*, de quorum ortu patriâque diuerſæ proferuntur opiniones. Aliis Galli filiíque Waltherij Comitis ac fortiſſimi militis, qui ſiue anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo-quinto, ſiue tertio pòſt anno, in Boioariam cum Carolo profectus ſit, iſtíſque dominiis & terris, virtutis ergò, donatus; aliis, quorum ſcriptis lubenter adſtipulamur, Boioarij ſunt, & ex antiquiſſima Ducum Boioariorum ſtirpe. Lege Hundium Tomo ſecundo Metropoleos Saliſburgenſis, vbi de Monaſterio *Beurn* ſermonem inſtituit.

XXIV. Hic auctor næuo non caret in Characteribus Chronologicis, quibus exordia prædictorum Cœnobiorum conſignat. *Hi Comites*, inquit, *anno Domini 740. Indictione 8. ſub Zacharia Papa, Rege Carolo, patre Pipini & Carolomanni, tempore quo Sanctus Bonifacius, Moguntinenſis Archiepiſcopus, in Francia Orientali, Friſia, Auſtria ſiue Auſtraſia, & Bauaria fidem Chriſti ſeminauit.* Hæc mutuatus videtur ex ſcripto de fundatione Buranâ *, quod circumfertur cum hoc initio. *Anno Verbi Dei ex Virgine geniti ſeptingenteſimo quadrageſimo, In-*

* *di Beurn.*

AN. CH. 742. P. M. THEODOR. IV. R. 5. 6.

dictione octaua, ſub Zacharia Papa, Rege Carolo, patre Carolomanni & Pipini, quo tempore Sanctus Bonifacius Moguntinen. Archiepiſcopus in Francia, Friſia, Auſtraſia, Bauaria, fidem Chriſti ſeminabat, cùm iam Eccleſiæ vel Monaſteria his in terris conſurgerent, locus iſte à ſolitudine in via, & condenſa ferarum cauea, diuino nutu & adminiculo eſt habitabilis effectus. Cuius conditores & cultores primi fuerunt tres fratres, viri clariſſimi, Landfridus, Waldramus, Elilandus, tam virtutum quàm diuitiarum inclyti Primates Regni, & prædicti Regis conſobrini. In eodem ſcripto, quod inter monumenta Cœnobij Burani publicatum eſt [a], tres prænominati fratres alia grandi diligentiâ Monaſteria inſtituunt; *primum Cochelenſee, in quo venerabilis eorum ſoror nomine Gailſundis prædij ſui parte traditâ cum virginali degebat contubernio; ſecundum Schlechdorſenſe; tertium Stafelenſee: quibus duobus è præfatis fratribus, Waldramus ſcilicet & Elilandus portiones de redditibus ſuæ ſortis, quæ ſufficerent, ſinguli ſingulis condonauerunt.* Multa proximè ſubiiciuntur de Thaſſilone Duce Boioariæ, de Bicterpo ſeu Wictherpo Epiſcopo Auguſtano, de Bonifacio Archiepiſcopo Mogunciacenſi, déque Maioribus-domûs Carolomanno & Pippino, quæ cùm Chronologiæ lucem afferre debeant, ei tenebras potiùs offundunt. *Congregatis vndique Monachorum agminibus, necnon Sanctorum Reliquiis, librorum diuinorum multitudine, cum conſenſu Thaſſilonis Ducis ac prouincialium Epiſcoporum conſilio, maximéque Auguſtenſis * Bicterpi valdè venerandi viri in Franciam profecti conductu, & anniſu B. Bonifacij Moguntini Archipræſulis, à piiſſimis Regibus Karolomanno atque Pipino irrefragabilia perpetuæ libertatis Priuilegia Burenſi Eccleſiæ acquiſierunt; quam etiam ab eodem ſanctæ auctoritatis & ſanctitatis Metropolitano dedicari, Regalíque edicto publice honorificari iidem Principes petentes percepere. Mox conuenientibus illuſtribus & Catholica excellentiæ perſonis, à ſuprà memorato Pontifice & Bicterpo reuerendiſſimo Auguſtenſe Epiſcopo, vndecimo Calendarum Nouembrium die, in Nomine Sanctæ Trinitatis, in honore S. Benedicti & B. Iacobi, necnon ad plurimorum Sanctorum memoriam, quorum & plurimas congregauerunt Reliquias, hæc Eccleſia dedicata eſt.* E prædictis pugnant inter ſe quamplurima.

XXV. Zacharias, nec anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo, nec Indictione octauâ, nec Carolo Maiore-domûs, ſiue, vt textus adulatorius habet, Rege, Pontificatum geſſit, & ex ipſius Papæ nomine, ſi cetera deſint argumenta, liquidò patet Monaſteria, de quibus hîc agimus, ante hunc annum à Chriſto nato ſeptingenteſimum quadrageſimum-ſecundum haud cœpta eſſe. Auguſtani ſiue Auguſtenſis Antiſtitis intruſio magis ſtupenda. Bicterpus enim ſeu Wictherpus Epiſcopus, qui memoratur, Auguſtenſis Eccleſiæ regimen poſt longum interpontificium ſuſcepit Dagoberto Magno ſolius Auſtraſiæ tum Rege, vitámque clauſit anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-quarto, vt dictum Tomis ſecundo & tertio. Deinde prædicta Monaſteria, cùm ſita ſint in Boioaria, non pertinent ad Diœceſim Auguſtanam, quæ cis Boioariam eſt, ſed ad Friſingenſem, quæ vna eſt è quatuor, in quas à Bonifacio diuiſa nuper Boioaria.

XXVI. Textibus, quos ſuprà deſcripſimus, attentè perlectis, exiſtimamus Monaſteria, de quorum originibus hîc inquirimus, inchoata fuiſſe Zachariâ Romano Pontifice, Carolomanno & Pippino Maioribus-domûs, & Odilone Duce Boioariæ; Burenſem Eccleſiam Priuilegiis auctam à prælaudatis Maioribus-domûs, & à Childerico Rege, dedicatámque vndecimo Kalendas Nouembris, anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſeptimo, vt fuſiùs ad illum annum exponemus. Interim non improbamus Ioannem Adlzreitterum [b], qui prænominatorum octo Cœnobiorum erectionem, non vnius tantùm Odilonis ſiue Vtilonis, ſed eius etiam filij Thaſſilonis temporibus ſic attribuit. *Vix vllo ſæculo in Boica maiores factæ ſunt ad cultum diuinum progreſſiones, quàm Vtilone, eiúſque filio Thaſſilone, Ducibus. Quo in genere tergemini fratres, tametſi Principibus longè inferiores, illuſtre pietatis ſpecimen ediderunt, Landfridus, Waldramus, & Elilandus, quos quidam faciunt natione Gallos,*

[a] Tom. 2. Metrop. Saliſburg.

* d'Auſburg.

[b] Part. 1. l. 7. n. 11.

AN. CH. 742. P. M. THEODOR. IV. R 5.6.

Walteri Elianti Comitis progeniem : alij ſcribunt fuiſſe gente Boios , Anterſæ & Loyſæ Comites , qui octo Monaſteria , opus Regum cuius arduum , condiderunt , Benedictoburanum , Schlechdorfenſe , Pollingenſe , Siuerſtattenſe , Sandauenſe , vnum ad lacum Cochelinum , aliud ad Staffelinum , Weſſenbrunnenſe. Pauca de ſingulis hoc loco prænotanda.

XXVII. BVRA. Buranum Monaſterium ſub Regula Sancti Benedicti conditum eſt prope Alpes. Eſt & aliud eiuſdem nominis eiúſque inſtituti Cœnobium in Diœceſi Saliſburgenſi non procul à Salza fluuio. Variis diſtinguuntur cognominibus , quæ ſuis à Patronis ſortiuntur , prius à Sancto Benedicto , poſterius à Sancto Michaele , vnde illud *Benedict-Beurn* dictum , hoc *Michael-Beurn*. De priore verba ſæpè facturi ſumus ; de poſteriore verò nequaquam , quia conſtructum fuit vndecimo ſeculo , nec vnquam ad Franciam pertinuit. Conſule de vtroque Bucelinum in Germania Sacra [a].

[a] Part. 2.

XXVIII. SCHLECHDORFVM. Schlechdorfenſe Monaſterium ad Alpium radices , à Waldramo præcipuè doratum , initio Monachos habuit Benedictinos , vt dictum ſuprà.

XXIX. SIVERSTATVM. Siuerſtattenſe Monaſterium profeſſionis Benedictinæ *ſub A. C. 745 , circa Alpes ſuperioris Bauariæ , haud procul à Lyco fluuio* conditum eſt. Hæc Bucelinus. Vnde colligas octo Cœnobiorum ſuprà nominatorum initia non eidem anno eſſe adſcribenda. Addit Hundius [b] Siuerſtatum exciſum fuiſſe , penitúſque deletum ab Hungaris. Nec alia quærenda ratio , cur Abbatum nomina hodie deſiderentur.

[b] Tom. 2. in Monaſterio Beurn.

XXX. SANDAVIVM. Sandauium , Monaſterium Ordinis Benedictini , non procul à Lyco fluuio ; eâdem quâ Siuerſtatum clade dirutum copioſiorem ſcribendi materiam haud præbet.

XXXI. WESSOBRVNNA. In ſaltu , qui *Rotwalt* ſeu *Nortwald* dicitur , conditum à prælaudatis fratribus , Landfrido , Waldramo & Elilando , Monaſterium ſub Regula Sancti Benedicti , quod anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-tertio ampliatum poſteà & inſtauratum eſt à Thaſſilone Duce , dicique tum cœpit Cœnobium Weſſobrunnenſe de nomine Weſſonis venatoris , vt fuſiùs ad illum annum exponemus.

XXXII. POLLINGVM. Pollingum , Monaſterium puellarum , vt eoſdem ac Weſſobrunnenſe fundatores , ſic & eundem Thaſſilonem Ducem ampliatorem atque inſtauratorem habuit. Interierunt Abbatiſſarum nomina , ſi primam excipias , quæ vocabatur Gelouinda , ſorórque fundatorum erat , nec huius tantùm Cœnobij , ſed & aliorum duorum , Staffelſeæ & Cocklſeæ , adminiſtrationem geſſit.

XXXIII. STAFFELSEA. Staffelſea , Monaſterium puellarum , ſic dictum à proximo lacu Staffelio , præcipuè dotatum ab Elilando. Prima huius loci Abbatiſſa Gelouinda , ceterarum nomina perierunt.

XXXIV. COCHELSEA. Vt à lacu Staffelio Staffelſea , ſic & à Cochelio Cocklſea ſeu Cochelſea nuncupatur. Huic Cœnobio prima fuit Abbatiſſa Gailſundis ſeu Gelouinda iam laudata , reliquarum extincta memoria.

XXXV. Ioannes Auentinus [c], Andreas Brunnerus [d], Ioannes Adlzreitterus [e], alia quatuor Monaſteria celebrant , Iſeniſci , Ilmi , Altonis , & Tegerenſe , quæ per eadem tempora cum ſuperioribus in Boioaria conſtructa ſcribunt. At de his infrà.

[c] Lib. 3.
[d] Lib. 5. n. 20.
[e] Part. 1. l. 7. nu. 31. 32.

XXXVI. RAGINFRIDVS ABB. FONTANELL. DEPONITVR. Raginfridus Abbas , qui Fontanellenſe Monaſterium anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-nono gubernandum ſuceperat , exauctoratus eſt hoc anno , *tenuit* enim , vt Fontanellenſis Chronographus teſtatur , *huius Cœnobij regimen annis duobus & dimidio.* Totam ſeriem rei geſtæ non abſque næuo ſic idem Auctor exponit. *Nihil ad conſulta fratrum agere volebat , immò alimenta corporis ac tegumenta eis ſubtrahens , propriis vſibus retorquebat. Vnde commota omnis caterua Monachorum , ne ſtatus alma Regula vacillando fluctuaret , quæ agenda ſint deliberant , Ieſum benignum adeunt , clementiam illius implorant , vt ipſe Virtutum Dominus conuerſus reſpiceret de cælo vineam ſuam , ne periret quod planta-*

AN. CH. 742. P. M. THEODOR. IV. R. 5. 6.

nerat fortiſſimâ dexterâ ſuâ. Poſt celebratam denique obſecrationem, iidem milites Chriſti ſana mentis, conſilio inito, tres ex ſemetipſis fratres eligunt, qui Pipino Principi ſuggererent, vt memor propinqui ſui B. Wandregiſili, ac genitoris ſui inuicti Caroli, qui locum hunc Priuilegiis ſuæ auctoritatis decorauerat, ac defenſione fortiſſimâ roborauerat, à dominatu tanti prædonis ac tyranni miſericorditer eos liberaret. Nec mora, quæ petierant, adipiſcuntur. Extemplò namque auctoritate Regiâ idem Raginfridus de ordine regiminis huius Cœnobij depoſitus eſt, reſeruato ſibi Epiſcopatu Rothomagenſi. Nomina autem fratrum illorum, qui Regem pro eadem re adierunt, hæc ſunt: Vuldebertus de Meldico pago ortus, Laurentius ex Beneuento Campaniæ carnis originem trahens, Auſtrulphus quondam Præpoſitus demúmque huius Monaſterij Pater. Cúmque à præfato Rege, quem ſibi Rectorem præficere vellent, percontati fuiſſent, Wandonem ſibi præeſſe velle reſponderunt. Erat autem in exilio adhuc idem Wando in Traiecto Caſtro, in Monaſterio videlicet B. Seruatij Confeſſoris Chriſti. Quem accerſitum Dominus Pipinus curam illi Cœnobij iſtius commiſit. Sícque iidem fratres vnà cum Regiis ſatellitibus ad iſtud Cœnobium Fontinellenſe cum lætitia & exultatione cordis perducunt. Facta eſt verò illi obuia omnis turba Monachorum cum Crucibus & vexillis, laudes Deo reſonans, vocéſque ad ſydera dans clariſſimas. Quorum alij flebant præ gaudio, alij harmoniæ dulces ſonos promebant in excelſo. Introducentes denique eum in Eccleſiam beatiſſimi Principis Apoſtolorum Petri, immenſam Chriſti clementiam conſonâ voce collaudarunt, qui talem eis præſtiterat opem contra crudeliſſimum tyrannum, itaut cum Pſalmiſta poſſent dicere. Nos autem populus tuus, & oues paſcuæ tuæ, confitebimur tibi in ſecula. Depoſito autem prædicto Ragenfrido de regimine, & ſubſtituto eodem Wandone, in ſumma pace ac tranquillitate hoc Monaſterium extitit. Hæc ſcribit Chronographus Fontanellenſis capite vndecimo, deinde proximum ſic orditur. *Wando Presbyter à patre Baldrico nomine progenitus, territorio Tellau ortus, regimen aſſumpſit Cœnobij ab anno Dominicæ Incarnationis* DCCXLII. *qui eſt annus primus Principatûs Carolomanni & Pippini, præſidente Romanæ Eccleſiæ anno primo Zachariâ Apoſtolico. Igitur idem vir religioſus Wando, dum de Traiecto Caſtro, vbi ad exilium ductus fuerat, cum permiſſu ac iuſſione glorioſiſſimi Principis Pipini reuerteretur, pignora Reliquiarum B. Seruatij Confeſſoris aſſumens ſecum detulit, veniénſque in hunc locum ædificauit Baſilicam in honore ipſius Confeſſoris Chriſti iuxta Eccleſiam B. Principis Apoſtolorum Petri ad meridianam eiuſdem Eccleſiæ plagam. In qua ſolarium condidit, itaut per gradus ſurſum aſcenderetur, collocauitque ibi altare vnum, in quo de Reliquiis prædicti Confeſſoris poſuit. Quo in loco ob meritum eiuſdem almifici Confeſſoris Chriſti plurima à Domino patratæ conſtant fore virtutes.*

REVOCATVR WANDO.

XXXVII.

Auctor cùm loquitur de Traiecto, vbi Wando exulauit, ſibi non conſtat. Nam capite tertio Traiectum * inferius ad Rhenum deſignat, *quod antiquo gentium illarum vocabulo Viltaburg, id eſt, oppidum Wiltorum vocabatur*, & capite duodecimo Traiectum * ſuperius ad Moſam, vbi ſepultus fuit Sanctus Seruatius Tungrenſis olim Epiſcopus. Standum à poſteriore opinione, vt dictum Tomo ſuperiore [a].

* *Vtrech.*

* *Maſtrick.*

[a] Ad an. 719. n. 8.

XXXVIII.

Exilium Wandonis annos tres ac viginti durauit, à pugna Sueſſionenſi, quæ anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo-nono commiſſa eſt, ad hunc vſque annum à Chriſto nato ſeptingenteſimum quadrageſimum-ſecundum, *qui* rectè numeratur, *annus primus Principatûs Carolomanni & Pipini, præſidente Romanæ Eccleſiæ anno primo Zachariâ Apoſtolico.* Anno enim priore Carolomannus & Pippinus patri Carolo in Principatum ſeu Maioratum menſe Octobri ſucceſſerunt, & Gregorio Tertio Zacharias in Pontificatum Romanum menſe Decembri ineunte. Sed idem Chronographus haud adeò rectè ſcribit, cùm Pippinum tunc Regem vocat, & Monaſterij Fontanellenſis adminiſtrationem Raginfrido ſic ablatam ait, vt Epiſcopatus Eccleſiæ Rotomagenſis ei ſit reſeruatus. Regium enim Titulum ante annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſecundum Pippinus haud geſſit, & Ra-

AN. CH. ginfridus Epiſcopatum Rotomagenſem non ſuſcepit ante annum Chriſti
742. ſeptingenteſimum quadrageſimum-ſextum, quo finem viuendi fecit Grimo.
P. M. Cetera, quæ in contemptum eiuſdem Grimonis Epiſcopi, necnon Wido-
THEO- nis & Raginfridi Abbatum ab eodem Auctore producuntur, ad illum an-
DOR. IV. num examinabimus. Interim, vt textus ſuprà recitatos benè corrigas, has
R. 5. 6. voces dele, *reſeruato ſibi Epiſcopatu Eccleſiæ Rothomagenſis*, & vbi de Pippino
habetur ſermo, *Regis* loco *Maiorem-domûs* aut *Principem* repone.

XXXIX. Widoni vt Raginfridus in Præfecturam Fontanellenſem, ſic Romanus
in Vedaſtinam ſucceſſit anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-nono. Ra-
ginfridus, cùm regimen Monaſterij Fontanellenſis *annis duobus & dimidio*
tenuiſſet, exauctoratus eſt anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimò-ſe-
cundo. Paulò pòſt eodem quoque anno deceſſit Romanus Abbas Vedaſti-
nus, cùm Abbatiali munere *per ånnos tres* defunctus eſſet. Hæc ex Chroni-
[a] Capp. 9. 10. co Fontanellenſi [a] conſtant. De Raginfridi ſucceſſote actum ſuprà. Roma-
ABBATES no ſubrogatus eſt Adalricus, medicinæ peritiâ celebris, atque vitâ ad li-
VEDASTINI. terarum rationem înſtitutâ clarus, de quo ſic Chronographus Vedaſtinus [b].
[b] Ap. Locrium ad an. 747. *Vir ſanè perindè idoneus ad tuendam ſartiendámque valetudinem corporis myſ-
tici atque ad humani. Geſſit enim eâ vigilantiâ & curâ res omnes, vt ab Ha-
dulpho, interiectis omnibus deceſſoribus ſuis notior ad noſtram memoriam, famâ
benè geſtæ rei celebris perſeueret, annis etiam multò eis felicior, qui viginti-ſex
annos præfuit rebus, iſtud fortè peritiâ medicinæ, illud eruditiore prudentiâ con-
ſecutus.*

XL. Willebrordus Vltraiectinus Epiſcopus, cuius obitus à vatiis Auctoribus
WILLE- variè conſignatur, ad Deum ſeptimo Idus Nouembris hoc anno migrauit.
BRORDVS Dies in eius vita notatur ab Alcuino, cui ſuffragantur Vſuardus aliique
EP. VLTRA- Martyrologi. Scriprores de anno non ita conueniunt. Theofridus Abbas
IECT. OBIT. Epternacenſis Willebrordum anno Chriſti ſeptingenteſimo vndequadrage-
ſimo mortuum ttadit, anno Chtiſti ſeptingenteſimo triceſimo-ſeptimo Ioan-
nes de Beka Canonicus Vltraiectinus, anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſi-
mo-ſexto Wilhelmus Heda Præpoſitus Arnhemenſis. Abripiuntur in has
opiniones Neoterici, quibuſcum ne conueniamus, duæ res vetant; vna pe-
titur ex literis Benifacij, qui Willebrotdo amicitiâ coniunctiſſimus fuit;
altera ox annotum numero, quos Willebrordus in Pontificatu tranſegit.
[c] Ep. 97. Bonifacius in ſuis ad Stephanum Papam literis [c] de Willebrordo ſic ſcri-
bit. *Per L annos prædicans, gentem Freſonum maxima ex parte conuertit ad fidem
Chriſti, fana & delubra deſtruxit, & Eccleſias conſtruxit, & Sedem Epiſcopalem &
Eccleſiam in honore Sancti Saluatoris conſtituens in loco & caſtello, quod dicitur
Traiectum, & in illa Sede & Eccleſia Sancti Saluatoris, quam conſtruxit, prædicans
vſque ad debilem ſenectutem permanſit, & ſibi Coepiſcopum ad miniſterium im-
plendum ſubſtituit, & finitis longæuæ vitæ diebus, in pace migrauit ad Dominum.
Princeps autem Francorum Carolomannus commendauit mihi Sedem illam, ad conſ-
tituendum & ordinandum Epiſcopum, quod & feci.* Ex hoc Bonifacij texto li-
quet Willebrordum non tantùm vixiſſe poſt annos Chriſti ſeptingenteſi-
mum triceſimum-ſextum & ſeptingenteſimum triceſimum-ſeptimum, ſed
etiam poſt annum triceſimum vndequadrageſimum, Ftiſiis enim Euange-
lium anno Chtiſti ſexcenteſimo nonageſimo prædicare cœpit, & annus pòſt
quinquageſimus cum anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo compara-
tur. Illo anno propter debilem ſenectutem, vtpote qui tres & octoginta
iam natus annos eſſet, ad implendum miniſterium ſibi Coepiſcopum ſub-
ſtituit, obiítque poſt biennium, vt exiſtimamus, id eſt, anno Chriſti ſeptin-
genteſimo quadrageſimo-ſecundo, Carolomanno tum Maiore-domûs in
Auſtraſia, vbi ſitum vtrumque Traiectum. Sententiam noſtram confirmat
Theofridus, cùm ait Willebrordum anno ſui Pontificatûs quadrageſimo-
ſexto deceſſiſſe, Friſiorum enim Epiſcopus à Sergio Papa ordinatus eſt an-
no Chriſti ſexcenteſimo nonageſimo-ſexto. Nec te moueat magnus Aucto-

rum numerus, qui Willebrordum Epiſcopum fuiſſe volunt annis duntaxat AN. CH.
quadraginta. Sic enim ſentire coguntur, vt aut annum ab ordinationis die 742.
quadrageſimum anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-ſexto illigent, aut P. M.
annum à Willebrordi reditu ex Italia ſiue ab initiis Epiſcopatûs Vltraiecti- THEO-
ni quadrageſimum cum anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-ſeptimo DOR. IV.
componant. Lege quæ Tomo ſuperiore de Willebrordi Epiſcopi ordina- R. 5. 6.
tione ad annum Chriſti ſexcenteſimum nonageſimum-ſextum, déque illius
reditu in Friſiam & initiis Epiſcopatûs Vltraiectenſis ad annum Chriſti ſex-
centeſimum nonageſimum-ſeptimum dicta ſunt.

Wilhelmus Heda Willebrordi mortem anno Chriſti ſeptingenteſimo XLI.
triceſimo-ſexto ſic conſignat. *Quieuit in Domino anno* DCCXXXVI. Deinde
Theofridi Abbatis opinionem proximè ſic ſubiungit. *Theofridus verò Abbas
ſcribit ipſum deceßiſſe anno* DCCXXXIX. *Indictione ſeptimâ, anno ordinationis
eius* XLVI. *ætatis* LXXXI. *anno Caroli Ducis* XXVI. *ſeptimo Idus Nouembris.*
Inter ſe non benè cohærent ſex hi Characteres Chronologici, licèt Alcui-
nus Auctor antiquus de annis ætatis, de die obitûs & de Duce ſeu Maiore-
domûs conueniat. *Temporibus*, inquit, *Caroli antiqui, fortißimi Francorum Du-
cis, ſenex & plenus in omni perfectione dierum, appoſitus eſt ad patres ſuos, die
ſeptimâ menſis Nouembris, id eſt, ſeptimo Idus.* Et in Poemate.

Qui poſtquàm vitæ meritis perfectus in annis
Bis octena pius compleuit luſtra Sacerdos,
Ter quater & menſes, menſis iam iámque Nouembris
Idibus octenis, cæli migrauit ad aulam.

Sanè anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-nono, menſe Nouembri, nec XLII.
currebat Indictio ſeptima, nec Willebrordus annum Epiſcopatûs ſui qua-
drageſimum-ſextum aut ætatis ſuæ octogeſimum-primum numerabat, nec
Carolus agebat annum in Ducatu ſeu Maioratu viceſimum-ſextum. Dein-
de dies ſeptimus ante Idus Nouembres anni poſt Willebrordi Epiſcopi or-
dinationem quadrageſimi-ſexti non quadrat cum anno ætatis octogeſimo-
primo. Willebrordus enim anno Chriſti ſexcenteſimo nonageſimo, cùm
iter in Friſiam primùm ſuſcepit, annos tres ac triginta natus erat, annó-
que pòſt ſexto donatus eſt Infulis Epiſcopalibus in Feſto Sanctæ Cæciliæ;
vnde colligas annum Willebrordi Epiſcopi quadrageſimum ſextum cum
anno ætatis octogeſimo quinto coincidiſſe. Præterea nec Indictio ſeptima,
nec Caroli Maioris-domûs annus viceſimus-ſextus illigatur anno poſt Wil-
lebrordi Epiſcopi ordinationem quadrageſimo-ſexto, qui fuit à Chriſto nato
ſeptingenteſimus quadrageſimus-ſecundus. Denique annus vitæ Willebror-
di octogeſimus-primus, quia cum anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-
octauo componitur, alius eſt ab anno Caroli Maioris-domûs viceſimo-ſexto.

Characterum igitur Chronologicorum, quibus Theofridus Epternacenſis XLIII.
Abbas mortem Willebrordi conſignauit, nulli fides habenda, ſi duos ex-
cipias, quorum alter, qui literis Bonifacianis innititur, eſt de annis Epiſco-
patûs; alter, cui poſt Alcuinum & Vſuardum Eccleſiaſticæ Tabulæ ſuffragan-
tur, eſt de die obitûs. Egent emendatione ceteri, qui petuntur à Natiuita-
te Chriſti, ab Indictione, ab ætate Willebrordi, & à Ducatu ſeu Maiora-
tu Caroli. Sic autem eos arbitramur reſtituendos, vt Willebrordum aſſe-
ramus *deceßiſſe anno* DCCXLII. *Indictione vndecimâ, anno ordinationis eius* XLVI.
ætatis LXXXV. *anno Carolomanni Ducis* II. *ſeptimo Idus Nouembris.*

Sanctus Willebrordus, vt Alcuinus teſtatur, *ſepultus eſt in Monaſterio Ep-* XLIV.
ternaco, quod ipſe Deo conſtruxerat. Idem Auctor miracula commemorat ad DADANVS
tumulum edita, quibus ſuperſedemus. In Epiſcopatum Vltraiectinum ſuc- EP. VLTRA-
ceſſit Dadanus, Albertus in Abbatiale munus Epternaci. Conſentiunt hoc IECT.
loco ambo Indices Abbatum Epternacenſium, quorum alterum in Chro- ALBERTVS
nologia Monaſteriorum Germaniæ primus publicauit Gaſpar Bruſchius, ſe- ABB. EPTER-
riùs alterum in Hiſtoria Luxemburgenſi Ioannes Berthelius, deinde in Gal- NAC.

AN. CH. 742. P. M. THEODOR. IV. R. 5. 6.

lia Chriſtiana Robertus & Sammarthani. Sed ſuper Vltraiectenſibus Epiſcopis par non eſt Auctorum conſenſus. Bonifacium enim alij Willebrordo proximè ſufficiunt, alij in Vltraiectenſi Cathedra vel tam citò vel omnino ſediſſe negant.

XLV. Si Wilhelmo Hedæ fides eſt, Willebrordus *Bonifacium ſibi deputans ſucceſſorem, plenus dierum, magnóque ſui apud mortales relicto deſiderio, terrenam felici commercio in æternam vitam commutans, quieuit in Domino.* Tutior non eſt opinio Ioannis de Beka. *Bonifacius*, inquit hic Auctor, *dolenter intelligens Sanctum Clementem*, alio nomine Willebrordum, *ab huius incolatu ſeculi tranſmigraſſe, & Eccleſiam Traiectenſem Paſtorali regimine viduatam, congregauit Sanctam Synodum quorumdam Epiſcoporum, in qua Fullonem*, lege Lullonem, *venerabilem Sacerdotem Moguntinenſem ordinauit Epiſcopum, nec mora, quin & idem Bonifacius conſentiente Carolomanno Duce nauigando Traiectum aduenit, & deſolatam in Dei nomine Eccleſiam gubernandam accepit, ne populus, per prædicationem ſuam dudum conuerſus, ad idololatriæ ſectam rediret, ſed potiùs in Dei timore conſtantiſſimè permaneret.* Hæc inter ſe pugnant plurimùm. Longa enim annorum intercapedo ab obitu Sancti Willebrordi ad Epiſcopatum vſque Lullonis interceſſit, nec hic Archiepiſcopus Moguntiacenſis ordinatus eſt Carolomanno tum Duce ſeu Maiore-domûs. Inter tot errorum tenebras radius tamen veritatis affulget, cùm Sanctus Willebrordus ad Deum dicitur eo migraſſe tempore, quo Carolomannus, Carolo patre iam mortuo, Maioratum in Auſtraſia gerebat. Character enim, qui petitur à Maioratu Carolomanni, pleniſſimè refellit eos, qui Sanctum Willebrordum vel anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-nono, vel etiam citiùs obiiſſe contendunt. Ipſemet Bonifacius, cuius auctoritate lis omnis dirimi debet, Willebrordum ſub Carolomanni Maioratu mortuum eſſe ſic docet in literis [a] iam citatis. *Sedem Epiſcopalem & Eccleſiam in honore Sancti Saluatoris conſtituens in loco, & caſtello, quod dicitur Traiectum, & in illa Sede & Eccleſia Sancti Saluatoris, quam conſtruxit, prædicans vſque ad debilem ſenectutem permanſit, & ſibi Coepiſcopum ad miniſterium implendum ſubſtituit, & finitis longæuæ vitæ diebus, in pace migrauit ad Dominum. Princeps autem Francorum Carolomannus commendauit mihi Sedem illam, ad conſtituendum & ordinandum Epiſcopum, quod & feci.* Reſtat, vt inquiramus de proximo illo Sancti Willebrordi ſucceſſore, quem Bonifacius Epiſcopum Vltraiectinum à ſe ordinatum dicit Carolomanno tum Francorum Principe.

[a] Ep. 97.

XLVI. In Præfatione Concilij Germanici, de quo ſermonem anno ſequenti fusè faciemus, Carolomannus Maior-domûs ita loquitur. *Cum conſilio ſeruorum Dei & Optimatum meorum, Epiſcopos, qui in regno meo* ſeu Maioratu *ſunt, cum Presbyteris ad Concilium & Synodum pro timore Chriſti congregaui; id eſt, Bonifacium Archiepiſcopum, Burchardum & Regenfridum, Witanum & Willibaldum, Dadanum & Addanum, cum Presbyteris eorum, vt* &c. Bonifacius Archiepiſcopus erat regionarius, nec certam ac determinatam Sedem habebat. Ceterorum notæ ſunt Diœceſes, ſi Dadanum excipias cuius nomen alibi non legitur. Hunc Vltraiectinum Epiſcopum fuiſſe iam ſuſpicatus eſt Serarius in notis ad vitam Sancti Bonifacij. Nec inter coniecturas, quibus illa opinio fulciri poteſt, hæc vltimo loco videtur ponenda, quòd Synodus habita eſt ex vtraque Germania Gallicana, & ex veteris Germaniæ prouinciis, in quibus à Bonifacio Archiepiſcopo noui ſunt Epiſcopatus inſtituti. Bonifacius quatuor Epiſcopatus vltra Rhenum, Birburgenſem in Haſſia, Wirceburgenſem & Aichiſtadianum in Francia Orientali, Erphesfurdienſem in Thuringia, nuper erexerat. Cis eundem Rhenum in duplici Germania Gallicana ſeptem erant Sedes; quatuor in Germania prima, tres in ſecunda; in illa, Moguntiacenſis, Vormacienſis, Nemetenſis & Argentoratenſis; in hac, Colonienſis, Leodienſis & Vltraiectina. Vormacienſis à longo tempore laborabat interpontificio; reliquæ ſuos habebant Epiſcopos;

EPISCOPI VTRIVSQVE GERMANIÆ CISRHENANÆ.

Birbur-

Birburgenſis, Witanum; Wirceburgenſis, Burchardum; Aichiſtadiana, AN. CH.
Willibaldum; Erphesfurdienſis, Adelharium; Moguntiacenſis, Gerol- 742.
dum; Nemetenſis, Dauidem; Argentoratenſis, Addanum ſiue Eddanum; P. M.
Colonienſis Reginfridum; Leodienſis Florebertum; ergo & Dadanum Vl- THEO-
traiectina, cùm nulla præter hanc ſuperſit, quæ poſſit ei tribui. DOR. IV.
*In hoc autem cum Serario conuenire non poſſumus, quòd Dadanum R. 5. 6.
eundem facit cum Cæbaneo ſiue Eobano, cuius mentio fit apud Willibal- XLVII.
dum & apud Othlonum in vita Sancti Bonifacij ſub finem, cùm Lullonem AN DADA-
Eccleſiæ Moguntiacenſi iam præfeciſſet, eſſétque in procinctu poſtremæ ad NVS IDEM
vlteriores Friſios profectionis, in qua Martyrium feliciter conſummauit. CVM EOBA-
Longè enim ante illa tempora geſſit Epiſcopatum Vltraiectinum Dadanus, NO?
imò, vt patebit infrà, priùs obiit, quàm contigerint ea, quæ de Cæbaneo
ſiue Eobano in vita Sancti Bonifacij Martyris à Willibaldo & Othlono
commemorantur.

Nec etiam Dadanus, qui Sancto Willebrordo in Epiſcoparum ſucceſ- XLVIII.
ſit, idem nobis videtur cum Coepiſcopo, quem *ſibi* Sanctus Willebrordus
ad miniſterium implendum ante biennium *ſubſtituit*. Textus, quem ex literis
Bonifacianis ſuprà deſcripſimus, Epiſcopum, quem Bonifacius beato Wil-
lebrordo ſubrogauit, ſatis apertè diſtinguit à Coepiſcopo, cuius operâ Sanc-
tus Willebrordus, cùm & infirmâ valetudine & longæuâ ſenectute graua-
retur, in vltimis vitæ ſuæ diebus vſus fuerat.

Certa igitur & indubitata de Dadano hæc duo duntaxat impræſentia- XLIX.
rum ſunto. Dadanus Vltraiectenſis Epiſcopus ordinatus eſt à Bonifacio Ar-
chiepiſcopo, cui Carolomannus Eccleſiam Vltraiectinam, vt illic Epiſco-
pum conſtitueret, poſt obitum Sancti Willebrordi commendarat. Proxi-
mo vere Concilium in Germania, vt opinamur, Gallicana, cum aliis Epi-
ſcopis celebrauit, vt anno ſequenti fuſiùs expoſituri ſumus.

Inter Sancti Willebrordi diſcipulas duæ ſorores, Herlindis & Reinula, L.
recenſentur. Patrem habuerunt Adalhardum, matrem Grinuaram, in Maſe-
landia prædiuites. In puellari Sancti Ioannis Monaſterio, cui nomen Va-
lencina, Valentina, Valenciæ & Valentianæ * ad Scaldim, adoleuerunt * *Valentien-*
ſub Abbatiſſæ diſciplina, deinde in patriam redierunt, vitámque duxerunt *nes.*
in Cœnobio Eykenſi apud vicum Eykam * prope Maſacum Leodienſis Diœ- EYKA MO-
ceſeos oppidum à parentibus extructo, qui & in eodem Monaſterio ſepulti NASTERIVM.
iacent. *Ambæ ſecundùm normam Sanctæ Regulæ & Eccleſiaſtica inſtituta Abbatiſſa* * *Eyke lez*
ordinata atque conſecrata ſunt à beatis Epiſcopis Willibrordo atque Bonifacio. Ita *Maſeik.*
loquitur Anonymus, qui nono ſeculo vitam illarum Abbatiſſarum conſcrip-
ſit, & è tribus Codicibus manuſcriptis ab Henſchenio [a] publicatus eſt. Sic [a] d. 22. Mart.
autem explicandus, vt ambæ ſorores eodem tempore ſimul ab Epiſcopis HERLINDIS
Willebrordo ac Bonifacio Abbatiſſæ conſtitutæ nequaquam cenſeantur, ABBATISSA.
ſed à Willebrordo Herlindis, quæ natu maior erat, à Bonifacio Reinula,
quæ natu minor. *Altera poſt alteram*, inquit Bucelinus [b], *eiuſdem loci Abba-* [b] Part. 2.
tiſſa deſignata, & Miraculorum gloriâ à Numine commendata. Rectè quoque German.
apud eundem Auctorem non *virgines* modò, ſed *illuſtres SS. Wilibrordi &* ſacr.
Bonifacij diſcipulæ dicuntur, & Monaſterium, cuius regimini præpoſitæ fue-
runt, *ad littus Moſæ fluminis iuxta villam Maſeick*, in exemplari corruptè
Maeſtike, collocatur. At error eſt in Chronologia, cùm idem Cœnobium
ſub A. C. 750. conditum aſſeritur. Longè enim antiquiora eius initia, quæ
mortem Sancti Willebrordi præceſſerunt. Sancto Willebrordo, cuius obi-
tum hoc anno conſignauimus, ſuperſtes vixit Herlindis ſiue Harlindis aut
Harlinda, Sancto Bonifacio Reinula ſeu Reinila vel Renildis, quæ *vſque* LI.
ad ſenectam & ſenium & ad decrepitam ætatem in meditatione legis diuinæ per- CHRODE-
durauit. De vtraque ſermonem iterum faciemus. GANGVS FIT

Paulus Diaconus, qui flagitante Angilramno Epiſcopo Metenſi librum EP. METEN-
de Metenſibus Epiſcopis conſcripſit, tempus, quo Chrodegangus ipſius An- SIS.

AN. CH. 742. P. M. THEODOR. IV. R. 5. 6.

giltamni deceſſor Pontificatum geſſit, ſic indicat. *Rexit Eccleſiam Metenſem annis viginti-tribus, menſibus v. dieb. v. Obiit pridie Nonas Martias in diebus Pippini Regis.* Id optimè cum noſtra Chtonologia conuenit. Sigibaldus Metenſis Epiſcopus, cuius obitum anno priori conſignauimus, ex hac vita diſceſſit ſeptimo Kalendas Nouembris. Ab illo die vacauit Epiſcopatus ad Kalendas vſque Octobres, à quibus initium ſui Præſulatûs repetit Chrodegangus, cúmque annus integer interpontificij nec apud prælaudatum Auctorem ſynchtonum inueniatur, nec legatur in Sancti Symphoriani Metenſis Codice, qui deſinit in Adalberone, octauo illius loci poſt Chrodegangum Epiſcopo, prædictas Kalendas Octobris, quæ Chrodegangi Pontificatum aperuerunt, ad hunc annum pertinuiſſe conſtat, atque inde colligimus eundem Chrodegangum obiiſſe pridie Nonas Martias, anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-ſexto, cùm Pippinus Rex in viuis ſuperſtes adhuc eſſet.

LII. Illius encomium ſic orditur Paulus. *Vir egregius & omnibus præconiis efferendus Chrodegangus Antiſtes eligitur, ex pago Hasbanienſi oriundus, patre Sigrammo, matre Landrada Francorum ex genere prima nobilitatis progenitus. Hinc in Palatio Maioris Karoli ab ipſo enutritus, eiuſdémque Referendarius extitit, ac demum Pippini Regis temporibus Pontificale decus promeruit.* Pippinus, quia cum Carolomanno fratre Regnum Francorum abſque Rege gubernabat, Rex hoc loco dictus eſt à Paulo, ſed impropriè, Regium enim Titulum ante annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſecundum haud aſſumpſit. Certè Paulus, ſi Pippinum, cùm Chrodegangus Epiſcopatum ſuſcepit, Regem iam fuiſſe contenderet, erraret craſſiſſimè, ſubiungit enim eundem Chrodegangum obiiſſe temporibus Pippini Regis, anno ſui Pontificatûs viceſimo-quarto per ſextum menſem iam inchoato, Pippinus autem anno decimo-ſexto, poſtquàm Rex eſſe cœpit, è vita migrauit. Hoc vnum eruimus ex Pauli locutione minùs propria, quòd Chrodegangus ante hunc annum haud factus eſt Epiſcopus, anno enim ptiori Carolus poſt Kalendas Octobtes è viuis abſceſſit.

LIII. Qui vocatur à Paulo Chrodegangus, alibi mirum in modum variè ſcribitur [a], Godegrandus, Grodegandus, Grodegangus, Ghrodogangus, Grodogandus, Chtodogandus, Chrodegangus, Khrodegangus, Chrodegrangus, Crothgangus, Ruotgangus, Rutgangus, Ruggandus, Rugrandus, Rodigangus, Rodgangus, Rotgangus, Rudigangus, Rutigandus & Droctegangus. Patre natus eſt Sigtammo, matre Landradâ. Hanc multi ſororem Pippini Regis comminiſcuntur, ſed iſtam fabellam, cùm de Caroli liberis anno prioti loqueremur, iam refutauimus ex ætate Chrodegangi ſeu Crothgangi, qui Referendarius Caroli fuit, eóque nomine recognouit donationem ab eodem Carolo factam decimo-quinto Kalendas Octobris, anno quinto poſt mortem Theodotici Quarti Regis, id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ptimo. Fuetunt Sigrammo & Landradæ præter Chrodegangum alij duo filij, de quibus agemus infrà.

[a] Meuriſſ. lib. 2. in Ep. Met. 37. Henſchen. d. 6. Mart.

EIVS NOMEN. PARENTES.

LIV. PATRIA. Haſbania, Chrodegangi patria, perperam à Ghinio deflectitur in Hiſpaniam. Cùm Chrodegangus lucis vſuram accepit, erat illa ditio ſatis ampla; promiſcuè dicebatur Haſbanium & Haſbania, ſtatuebatúrque intra limites Traiectenſis Epiſcopatûs, qui Sede paulò pòſt Leodium tranſlatâ dictus eſt Leodienſis. Viſitur haud procul Thenis in Præfectura Getenſi ſub oppido Landa duplex Haſbanum, ſuperius & inferius, vnde regio nomen ſuum videtur ſortita.

LV. VIRTVTES. Elogium Chrodegangi ſic perſequitur Paulus. *Fuit autem omnino clariſſimus, omníque nobilitate coruſcus, formâ decorus, eloquio facundiſſimus, tam patrio quàm etiam Latino ſermone imbutus, ſeruorumDei nutritor, orphanorum viduarúmque non ſolùm altor, ſed & clementiſſimus tutor.* Cetera ſuis locis.

Iodocus Coccius initio notationis ad caput octauum ſui operis, vbi de AN.CH.
ptimo Schuterani Monaſterij fundatore ſermonem facit, obſeruat Pyrmi- 742.
nium, quem Epiſcopum regionarium diximus, *Proepiſcopum Metenſem* à qui- P. M.
buſdam ſcribi. Captâ inde digreſſionis occaſione, Madautenſis Epiſcopus THEO-
in Hiſtoria Metenſi varias Auctorum opiniones de Pyrminio recenſuit; il- NOR. IV.
lum nec Meldenſibus Epiſcopis, nec Metenſibus accenſendum putauit, ad- R. 5. 6.
ditâ ratione, quòd in Catalogis & Chartulariis iſtarum Eccleſiarum nomi- LVI.
natum haud inueniſſet; tamen ex Metenſis Proepiſcopi titulo ſuſpicatus eſt
ordinatum Epiſcopum, qui Sigibaldum Metenſem Epiſcopum in obeundis
muneribus Epiſcopalibus adiuuaret. Vt Sigibaldo, ſic Chrodegango ſyn-
chronus vixit Pyrminius. At neutrius Vicarium ſe dixit geſsitve. Diutiſſi-
mè verſatus eſt in Diœceſi Argentoratenſi, multáque ibi vel erexit vel inſ-
taurauit Monaſteria, nec in dubium vocamus, quin expetitus, in Meten-
ſem, quæ contermina eſt, pletumque venerit. Interfuit his circiter tempo-
ribus fundationi Hornbachenſis Monaſterij, de quo ſic Bucelinus [a]. *Horn-* [a] Part. 2. Ger-
bach, Metenſis Diœceſis Cœnobium, Ordinis Diui Benedicti, in partibus tameu man. Sacr.
Germaniæ ſitum, à Wernhero præpotenti Dynaſta conditum, euocato, qui fundationi HORNBA-
adeſſet, S. Pirminio ſub A. C. 740. Diſtat à Bipontano * *oppido, vno duntaxat* CHVM MON.
milliari, ſuperioris ſeculi mutatione in vſus prophanos conuerſum, potens ceteroquin, CONDITVR.
& vtrique parte ſaltûs Voſegi, villiſque in eo ſitis, à Wernhero & poſteris libera- * Deux-
liſſimè auctum & ditatum, quod & S. Pirminius plurimùm dilexit, eóque ſe à curis Ponts.
& laboribus Apoſtolicis ſæpiùs recepit. Lege illius vitam, in qua nullum quidem
Othlonus verbum habet de tempore quo conditum eſt hoc Monaſterium,
ſed multa ſcribit, cùm de loco vbi ſitum, tum de poſſeſſionibus quibus lo-
cupletatum. *Pyrminius modicum primò conſtituit tugurium, ad euitandas dunta-*
xat ſolaris æſtûs moleſtias aptum. Deinde, cùm ruſticus locum *in contiguo* lau-
daſſet, *quem ob duorum confluentiam riuulorum*, Saræ ſcilicet & Blieſſæ, *Ga-*
mundium * appellabant, illuc ſe contulit, *celerrimè conſtruxit orationis ædem,* *Guemund, au
quam in honore & memoria Sanctiſſimæ Dei Genitricis perpetuæque Virginis Mariæ conſlant de la
conſecrare non diſtulit. Tunc fidelium deuotione ſibi alacriter opitulante, pulcherri- Blieſſe & de la
mum conſtruxit Cœnobium, vbi ſeculo huic renunciantes, Deóque ſe ex integro Sare.
mancipantes, commodiſſimis vterentur habitaculis. Illuſtriſſimus autem vir Wernhe-
rus, quæ pij cordis deliberatione ſpopondit, omni alacritate implere curauit. Inter
plurima denique, quæ liberali animo deprompſerat, obtulit quoque maximos limites
in ſaltu, qui Vogeſus dicitur, in quo villa exiat, habens vocabulum Pyrminisbuſa,
eò quòd ibi prouiſores gregum Cœnobij Sancti viri primò ſua metati ſunt tuguria.
Æmulantes autem liberaliſſimum præfati Wernheri exemplum, poſteri eius quam-
plurimi, multique alij benignitatis affectu repleti, ad ſuſtentandas vineæ Domini
vites, vltrò ſe ſuáque præbuerunt. Plura de Hornbachenſi Monaſterio non oc-
currunt obſeruanda. Madautenſis Epiſcopus in præfatione ad Hiſtotiam
Epiſcoporum Metenſium, Diœceſim Metenſem diuidit in quatuor Archi-
diaconatus, corúmque pattitione in Archipreſbyteratus duos ac viginti
factâ Hornbachenſem Archipreſbyteratum in Archidiaconatu Saræbur- * de Sar-
genſi * collocat. bourg.

In Oriente natum eſt hoc anno grande diſſidium inter Conſtantinum Au- LVII.
guſtum & Artabaſdum Opſicij Comitem, qui ſorotem eius Annam duxe-
rat. Res eò deuenit, vt Artabaſdus purpuram induetit, magnâque Imperij
parte cum vtraque Roma potitus ſit adſcito quoque in Imperij conſortium
Nicephoto filio. Quapropter extant varia Zachariæ Papæ Diplomata, quo-
rum ſubſcriptiones non Conſtantini ſed Artabaſdi & Nicephori Auguſtorum
nominibus conſignatæ reperiuntur. Porrò, cùm eorum nonnulla, quæ ſuis
locis deſcribemus, ad inſtitutum noſtrum pertineant, haud abs re nobis vi-
ſum eſt hîc inquirere de tempote, quo ſe primùm Artabaſdus Imperatotem
dixit, vt annis proximè ſequentibus noſtra Chronologia, quam à Neotetico-
rum calculo in pleriſque diſcrepantem inuenies, firmiùs conſolidetur.

AN. CH. 742. P. M. THEODOR. IV. R. 5. 6.

LVIII. Theophanes Leonem Auguſtum obiiſſe teſtatur Indictione nonâ, die decimo-octauo menſis Iunij, τῷ ἔτει τῆς θ'. ἰνδικτιῶνος μηνὶ Ἰουνίῳ ὀκτωκαιδεκάτῃ, id eſt, decimo-quarto Kalendas Iulias, anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-primo. Motuum autem, quos Artabaſdus concitauit, initium in menſem Iunium Indictionis decimæ ſiue huius anni poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimi quadrageſimi-ſecundi ſic reiicit. *Conſtantinus menſis Iunij die viceſimo-ſeptimo, ad inſequentem Indictionem decimam pertinente, aduersùs Arabes circa Opſicij regionem expeditione ſuſceptâ, ad vrbem, quæ Craſus dicitur, venit: cùm verò Artabaſdus Opſicij militum manu comitatus Dorylæi verſaretur, mutuam de ſe ſibi inuicem ſuſpicionem ingerebant. Conſtantinus autem miſſis ad Artabaſdum literis, filios eius, ceu nepotes ex ſorore, & quaſi videndi eos auidus, ad ſe tranſmitti poſtulauit. Id autem eius animo inerat conſilium, vt pueros retineret, & ſeruaret ſub cuſtodia. Ille dolum ſubodoratus, & de rebus ſuis deſperans, ceu inexplicabilem eius nequitiam expertus, exercitum alloquitur, & ad res nouandas inducit, ac mox cum copiis omnibus aduersùs eum ſuſcipit profectionem.* Κωνσταντῖνος τῷ Ἰουνίῳ μηνὶ, εἰκάδι ἑβδόμῃ τῆς ἐπέκεινα δεκάτης ἰνδικτιῶνος, ἐξελθὼν ἐν τοῖς μέρεσι τοῦ Ὀψικίου κατὰ τῶν Ἀράβων ἦλθεν ἐν τῇ λεγομένῃ Κράσῳ. τοῦ δὲ Ἀρταβάσδου ἐν τῷ Δορυλαίῳ μετὰ τοῦ Ὀψικίου λαοῦ ὄντος, ὑπεβλέποντο ἀλλήλοις. ἀποστείλας δὲ Κωνσταντῖνος πρὸς αὐτὸν, ᾐτεῖτο τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ πεμφθῆναι αὐτῷ, ὡς ἅτε ἀνεψιοὺς αὐτοῦ, ποθῶν ἰδεῖν αὐτούς. σκοπὸς δὲ ἦν αὐτῷ κατασχεῖν αὐτοὺς καὶ φρουρῆσαι. ὁ δὲ δόλον νοήσας, καὶ ἀπογνοὺς ἑαυτοῦ, γινώσκων τε τὴν ἄμετρον πονηρίαν αὐτοῦ, διαλαλήσας τε τῷ λαῷ, καὶ πείσας, ὥρμησε κατ' αὐτοῦ σὺν παντὶ τῷ πλήθει. Lege quæ ſequuntur apud hunc Auctorem [a]. Inde diſces Artabaſdum eiúſque filium Nicephorum, non anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-primo, ſtatim ab obitu Leonis, vt plerique contendunt, ſed vel exeunte hoc anno, poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo, vel ineunte proximo, acclamatos Imperatores, Imperiíque, quod integro ferè triennio tenuerunt, primum annum cum anno ſecundo Conſtantini Auguſti, ſiue poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimo quadrageſimo-tertio componendum eſſe.

[a] Ad an. 1. Conſtantini Aug.

ARTABASDVS ACCLAMATVR IMP. CVM NICEPHORO FILIO.

LIX. Succedit aliud argumentum ex Synodo Romana, cuius ſubſcriptio talis inuenitur. *Factum eſt hoc Concilium anno ſecundo Artabaſdi Imperatoris, necnon & Luithprandi Regis anno trigeſimo-ſecundo, Indictione duodecimâ.* Id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quarto, quocum iuxta noſtram computationem annus ſecundus Artabaſdi Auguſti coincidit. Idem conſtat de Indictione duodecima per octo priores anni menſes. Nec ab eo computo recedit annus triceſimus-ſecundus Luithprandi Regis, hic enim exeunte anno Chriſti ſeptingenteſimo duodecimo, vt ad illum annum aliâ occaſione probauimus, apud Longobardos regnare cœpit, ac teſte Paulo [b] *poſtquàm vnum & triginta annos & ſeptem menſes obtinuerat Regnum, iam ætate maturus, huius vitæ curſum expleuit*, id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quarto, ſiue eodem anno quo Romæ prædicta Synodus eſt celebrata. Baronius, quia in eorum eſt numero, qui paucis poſt Leonis Iſauri mortem menſibus Artauaſdum Imperatorem acclamatum putant, illud Concilium anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-tertio conſignat, Indictione duodecimâ iam inchoatâ, labente anno Artauaſdi Auguſti ſecundo, ineuntéque Luithprandi Regis triceſimo-ſecundo.

[b] Lib. 6. de Geſt. Langob. cap. vlt.

AN. CH. 743. P. M. THEODOR. IV. R. 6.7.

ANNVS CHRISTI 743.
P. M. THEODORICI IV. R. 6,7.

I. PIPPINI PRÆCEPTVM PRO ECCLESIA MATISCONENSI.

KALENDÆ Ianuarij, quæ annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-tertium aperuerunt, pertinebant ad annum ſecundum Carolomanni & Pippini Maiorum-domûs, eóque die Pippinus, cùm reuerſus ex Alamannia Metis in Regio Palatio verſaretur, Præceptum pro Eccleſia Matiſconenſi ſic emiſit. *In Dei Nomine Pipinus Maior-domûs. Regni noſtri augere credimus monimentum, ſi beneficia opportuna locis Eccleſiarum beneuolâ deliberatione concedimus, ac Domino protegente ſtabiliter producere conſcribimus. Igitur nouerit ſolertia veſtra, quòd ad petitionem Cleri fidelis noſter Domnolus Sanctæ Sedis Epiſcopatum tenens in Ciuitate Matiſcenſi in honorem Sancti Vincentij nobis ſuggeſſit, eò quòd illa Immunitas, quæ anteà ad ipſam caſam Dei facta fuit, anno ſuperiori ſit igne concremata ob negligentiam cuſtodientis. Nobis hoc petiit, vt ipſam Immunitatem ex noſtro nomine ad ipſam caſam Dei renouare vel adfirmare deberemus. Quod nos gratanti animo pro reuerentia ipſius ſancti loci fecimus. Et tale inſuper pro æterna retributione beneficium viſi fuimus indulſiſſe, vt in villas Eccleſiæ illius, quas moderno tempore, aut noſtro aut cuiuſlibet munere habere videtur, vel quas deinceps in iure ipſius loci voluerit diuina pietas ampliare, nullus Iudex publicus ad cauſas audiendas, aut freda vndique exigenda, nullo omnino tempore præſumat accedere, & loco illi Domnolus vel ſucceſſores eius propter nomen Dei ſub integro Immunitatis nomine valeant dominari. Statuimus ergo, vt neque vos, neque iuniores, neque ſucceſſores veſtri, nec vlla publica iudiciaria poteſtas quocunque tempore in villas ipſius Eccleſiæ aut vbicunque, aut Regis, aut priuatorum largitate conlatas, aut quæ anteà fuerint, ad audiendas altercationes caſas indominicatas ingredi, nec manſiones aut paratas aut fideiuſſores tollere non præſumatis. Sed quicquid exinde in agros vel fines ſeu ſuper terras prædictæ Eccleſiæ commanentes fiſcus vndequaque potuerit ſperare, ex noſtra indulgentia pro futura ſalute in luminaribus ipſius Eccleſiæ per manus Agentium eorum proficiat in perpetuum. Et quod nos propter nomen Domini & animæ noſtræ remedium, ſimúlque pro noſtra ſubſequente progenie plenâ deuotione indulſimus, nec Regalis ſublimitas, nec cuiuſlibet iudiciaria poteſtas refragare tentetis. Sed vt præſens authoritas tam præſentibus quàm futuris temporibus inuiolata, Domino adiutore, permaneat, manûs noſtræ ſubſcriptione infrà roborare decreuimus. Sign. Pipinus Maior domûs. Ego Rodolgus iuſſus ſcripſi. Actum Kalendis Ianuarij, in anno ſecundo Principatûs Pipini eiuſdem in Ciuitate Metis, in Palatio Regio.* Exiſtimamus eos falli, qui Rodolgum hunc volunt eundem fuiſſe cum Chrodegango Caroli quondam Referendario, de cuius promotione ad Infulas Metenſes actum anno priore.

II. Seuertius hoc Præceptum, quod in Catalogo Matiſconenſium Epiſcoporum ſub Domnolo deſcripſit, in quibuſdam locis deprauauit. Pipinum de ſeipſo ſic loquentem exhibuit. *Pipinus Maiorum-domûs maximus.* Vt autem Pippini Titulus cum eius ſubſcriptione conueniret, ſic repoſuimus, *Pipinus Maior-domûs*, quia ſubſcriptio talis eſt. *Sign. Pipinus Maior-domûs.* Scripſimus etiam *freda*, *caſas indominicatas*, & *paratas*, vbi Seuertius *frigida*, *cauſas indominicatas*, & *paradas* legerat; de fredis, caſis indominicatis, & paratis, actum Tomis ſuperioribus non ſemel. Vitium quoque eſt apud Seuertium in vocabulo *temnetis*, ibíque reſtituendum videtur *temtetis*. Hi ſunt in vocibus errores ſatis craſſi, leuiores tamen, ſi cum alio conferantur, qui ſpectat ad Chronologiam. Vult Seuertius hoc Præceptum emiſſum eſſe anno Chriſti

AN. CH. 743. P. M. THEODOR. IV. R. 6. 7.

ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo, quem anno ſecundo Pippini Regis illigat. Kalendis autem Ianuariis, anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo Pippinus nondum Rex erat, & in prædicta Charta *Maior-domûs*, *Principatus* & *Regnum* quod ibi pro regimine ſumitur, Pippino non Regium Titulum, ſed dignitatem, quæ infra Regiam eſt, nempe Maiorem-domatum ſeu Maioratum tribuunt. Maioratu gauiſus eſt Pippinus ab obitu Caroli patris ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſecundum, quo Rex eſſe cœpit, & Præceptum ſuprà recitatum, quod Kalendis Ianuariis anno ſecundo Pippini Maioris-domûs datum reperitur, procul dubio emiſſum eſt Kalendis Ianuariis, ineunte hoc anno, poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimo quadrageſimo-tertio.

III. EVCHERIVS EP. AVRELIANENSIS OBIT.

Menſe proximo migrauit in cælum Eucherius Aurelianenſis Epiſcopus *ſexto exilij ſui anno*, & *ſepultus eſt in Eccleſia beatiſſimi Confeſſoris Trudonis*, vt Auctor vitæ teſtatur [a]. Tres ibi Solemnitates [b] eo de Pontifice celebrantur, Obitus decimo Kalendas Martij, Eleuatio decimo-tertio Kalendas Iunij, Tranſlatio tertio Idus Auguſti.

[a] Ap. Bolland. d. 20. Febr.
[b] Sauſſeius in Annal. Eccleſ. Aurel. lib. 5. n. 17.

Apud Surium in vita Sancti Eucherij hæc de Carolo Maiore-domûs nuper defuncto commemorantur. *Verùm, cùm Scriptura dicat.* [*Qui reddidit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius.*] *Quod Princeps Carolus contra hunc virum Dei fecit, Epiſcopatum crudeli violentiâ ei adimendo, tum etiam aliarum Eccleſiarum res vſurpando, id iuſto Deus iudicio reddidit in caput eius.*

IV. VISIO DE CAROLI DAMNATIONE

Namque hic vir Dei in oratione poſitus, ad alterum ſeculum eſt raptus, & inter cetera, qua, Domino ipſi oſtendente, conſpexit, vidit hunc Carolum in inferno inferiori torqueri, eíque interroganti ab Angelo ductore eius reſponſum eſt, quia Sanctorum iudicio, qui in ſupremo mundi die cum Domino iudicabunt, quorúmque res abſtulit, & exercitui ſuo diſtribuit, ante illud iudicium animâ & corpore ſempiternis pœnis eſt deputatus, ſimúlque cum ſuis peccatis recepit pœnas propter peccata omnium, qui res facultatéſque ſuas ob honorem & amorem Dei ad Sanctorum loca in luminaria diuini cultûs fouenda, ínque alimoniam Seruorum Chriſti ac pauperum pro animarum ſuarum ſalute contulerant. Porrò vir Dei ad ſe rediens, Sanctum Bonifacium & Fulradum Monaſterij Sancti Dionyſij Abbatem ſummúmque Regis Pippini Capellanum ad ſe vocauit, eíſque hæc reuelans, hoc ſigni dedit, vt ad ſepulchrum Caroli Principis irent, &, ſi corpus eius illic non inuenirent, ea quæ dicebat vera eſſe crederent. Illi verò pergentes ad Monaſterium, vbi Caroli cadauer humatum fuerat, tumulúmque illius aperientes, ſubitò draconem exire inde viderunt, totúmque ſepulchrum intus inuentum eſt velut incendio atrum.

V. REFELLITVR.

Auctores magni nominis, vt iſtam narrationem inter fabulas reiiciant, aiunt Carolum Eucherio ſuperſtitem vixiſſe, nec inter ſe de annorum numero conueniunt, alij quippe annos quatuor, alij decem, nonnulli quatuordecim ab Eucherij obitu ad mortem Caroli collocant. Quicquid ſit de hac annorum controuerſia, præualidum ſanè illud argumentum, modò firmis ſolidíſque probationibus innitatur. Eucherius enim, ſi diſceſſit ex hac vita, cùm Carolus in viuis ſupereſſet, animam eiuſdem Caroli non vidit apud inferos cruciari, atque in confirmationem ſuæ viſionis imprudenter omnino monuit, vt viri tum viuentis corpus in ſepulchro quæreretur. At aliter inſtituenda eſt Chronologia. Carolus interiit anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-primo, menſe Octobri; ſuperfuit Eucherius annum vnum ac menſes quatuor, obiitque anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-tertio, menſe Februario, vt oſtenſum eſt ſuprà, nec huic computo refragatur Chronographus Trudonenſis à Carolo Sauſſeyo citatus in Annalibus [c] Eccleſiæ Aurelianenſis. Occurrunt autem aliunde rationes haud paucæ, quæ Sancti Eucherij vitam textu præcitato interpolatam declarant.

[c] Lib. 5. nn. 31. & ſeqq.

VI. Primò, Interpolator *Fulradum Monaſterij Sancti Dionyſij Abbatem ſummúmque Regis Pippini Capellanum* vocat. Pippinus autem Rex eſſe cœpit anno poſt

Chriſtum natum ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo, iámque per aliquot annos regnauerat, cùm Fulradus Abbati Conſtramno in regimen Monaſterij San Dionyſiani ſucceſſit. Ad illa verò tempora non peruenit Eucherius, quia, vt Auctor vitæ teſtatur, *ſexto exilij ſui anno* mortuus eſt, ſiue anno ſexto poſtquàm Carolus *victoriâ* de Saracenis *obtentâ cum magnis ad propria reuerſus eſt ſpoliis.* AN. CH. 743. P. M. THEONOR. IV. R. 6. 7.

Secundò, vita Sancti Eucherij ſtatim poſt eius mortem videtur ſcripta. VII. Id innuunt in Prologo hæ voces. *Præſenti tempore apud veraces coæuóſque noſtros.* Et iſtæ ſub initium vitæ. *A veraciſſimis viris, ſeu à germanis ſuis, quæ in Cœnobio ſanctarum Monacharum, ſito iuxta vrbem Aurelianorum, normâ ſanctitatis precellunt, fatentibus didicimus.* Deinde, teſte Bollando [a], admodum probabile fit vitam illam citò exaratam eſſe, *tum vt Trudonenſes, quam viuendi rationem S. Eucherius in Gallia interiore antè egiſſet, poſſent ſcire, & in anniuerſaria ſaltem ſolemnitate populo accurrenti è ſuggeſtu declarare, tum etiam vt Aurelianenſes omnes, ac maximè conſanguinei & ſorores Sanctimoniales ſanctam eius in exilio vitam, obitum ac miracula dein patrata cognoſcerent.* A tranſitu autem Sancti Eucherij ad inaugurationem vſque Pippini Regis anni nouem, multò plures ad Abbatiale Fulradi munus interceſſerunt.

[a] d. 22. Febr. in Comment. ad vit. S. Eucher. n. 16.

Tertiò, Sanctus Bonifacius ante obitum Sancti Eucherij non venit in Neuſtriam, vbi Monaſterium San-Dionyſianum & ſepulchrum Caroli. VIII.

Quartò, ſi tanta fuit Sancto Eucherio cum Sanctis Bonifacio & Fulrado animorum coniunctio & familiaritas, cur eorum patrocinio poſt Caroli mortem ad Diœceſim Aurelianenſem à Pippino & Carolomanno non eſt reuocatus? Sic olim Sanctus Lambertus à Pippino Herſtallio prænominati Caroli patre Sedi ſuæ reſtitutus eſt. Aut ſi reditus conceſſus, ſed morbis obitúque præpeditus, cur corpus mox miraculis clarum ad ſuam Baſilicam Aurelianenſem non eſt relatum? Ita corpus Sancti Anſberti Rotomagenſis Epiſcopi ex Cœnobio Altimontenſi, vbi exul obierat, Fontanellam decimoſeptimo poſt mortem die tranſlatum eſt. IX.

Quintò, textus, in quem inquirimus, non inuenitur in tribus manuſcriptis Codicibus, è quibus Ioannes Bollandus vitam Sancti Eucherij, quam Surius mutato ſtylo ediderat, primigeniâ phraſi primus euulgauit. X.

Sextò, viſio Sancti Eucherij integro poſt eius obitum ſeculo non eſt indicata. Id ex ſcriptis Pippini Regis, Caroli Magni & Ludouici Pij colligitur. Ludouicus Pius, vt ſcripta Pippini Regis & Caroli Magni ſuis locis recitanda nunc prætermittamus, de Carolo proauo ſuo in litteris ad Hilduinum Abbatem San-Dionyſianum ſcripſit in hunc modum. *Proauus noſter Carolus, Princeps Francorum inclytus, per orationes ipſius excellentiſſimi Martyris,* nempe Dionyſij, *adeptum ſe fuiſſe gratulatus eſt apicem Principatûs, eidémque, decurſo mortalitatis tempore, quod carius habere potuit depoſitum, corpus ſcilicet proprium in magni die iudicij ſuſcitandum, & animam Domino præſentandam, fideliter commendauit, ac per hoc maximè deuotionem atque fiduciam cordis ſui erga peculiarem patronum patenter oſtendit.* An ita ſcripſiſſet Abbati San-Dionyſiano Ludouicus, ſi viſionis affictæ Sancto Eucherio vel minima ſuſpicio tunc fuiſſet in Monaſterio San-Dionyſiano, vbi Carolus ſepultus fuerat? XI.

Septimò, ſi de prædicta viſione poſt Caroli mortem fama ſtatim percrebuiſſet, in patris ſui memoriam de cuius damnatione nemo dubitaret, Pippinus vni è ſuis filiis nomen Caroli non indidiſſet, nec idem præſtitiſſent eiuſdem Pippini filius ac nepos Carolus Magnus & Ludouicus Pius, quorum vterque filius fuit nomine Carolus. XII.

Octauò, de Caroli damnatione nemo quidquam ſcripſit, antequàm regnarit Carolus eius abnepos cognomento Caluus, qui poſt Ludouici Pij parentis ſui mortem anno Chriſti octingenteſimo quadrageſimo Regnum ſuſcepit, & ad annum vſque Chriſti octingenteſimum ſeptuageſimum-ſeptimum tenuit. Eo Rege, Hincmarus Archiepiſcopus Remenſis in XIII.

AN.CH. 743. P. M. THEODOR. IV. R. 6. 7.

prologo vitæ Sancti Remigij præfixo hæc publicauit. *Cùm verò tempore Pipini * Regis, prædicti Caroli Principis filij, reuelatio oſtenſa Eucherio, Aurelianenſis ciuitatis Epiſcopo, de damnatione æterna eiuſdem Caroli, qui res Eccleſiarum diuiſerat, fuit, iſdem * Pippinus, ſicut & aliarum Eccleſiarum Epiſcopiis, huic Remenſi Epiſcopo partem de rebus Eccleſiaſticis reddidit, & Tilpinum in hac vrbe Remorum * Epiſcopum ordinari conſenſit.* Hincmarus ordinatus eſt Archiepiſcopus Remenſis anno Chriſti octingenteſimo quadrageſimo-quarto, vitámque clauſit anno Chriſti octingenteſimo octogeſimo-ſecundo. Graue diſſidium, vt Annales Bertiniani teſtantur, anno Chriſti octingenteſimo duodeſexageſimo fuit inter Ludouicum & prædictum Carolum Caluum Francorum Reges, Ludouici Pij filios. Epiſcopi prouinciarum Remenſis & Rotomagenſis, cum Hincmaro & Wenilone Metropolitanis in Cariſiaco Palatio congregati, Ludouico Caroli ditiones inuadenti atque in Attiniaco Palatio tum degenti direxerunt epiſtolam, in qua viſio Sancti Eucherij & damnatio Caroli ſic enarrantur. *Quia verò Carlus Princeps, Pippini Regis pater, qui primus inter omnes Francorum Reges ac Principes res Eccleſiarum ab eis ſeparauit atque diuiſit, pro hoc ſolo maximè eſt æternaliter perditus. Nam Sanctus Eucherius Aurelianenſium Epiſcopus, qui in Monaſterio Sancti Trudonis requieſcit, in oratione poſitus ad alterum ſeculum eſt raptus, & inter cetera, quæ Domino ſibi oſtendente conſpexit, vidit illum in inferno inferiore torqueri. Cui interroganti ab Angelo eius ductore reſponſum eſt, quia Sanctorum iudicatione, qui in futuro iudicio cum Domino iudicabunt, quorúmque res abſtulit & diuiſit, ante illud iudicium animâ & corpore ſempiternis pœnis eſt deputatus, & recepit ſimul cum ſuis peccatis pœnas propter peccata omnium, qui res ſuas & facultates in honore & amore Domini ad Sanctorum loca in luminaribus diuini cultûs, & alimoniis ſeruorum Chriſti ac pauperum, pro animarum ſuarum redemptione tradiderant. Qui in ſe reuerſus, Sanctum Bonifacium, & Fulradum Abbatem Monaſterij Sancti Dionyſij & ſummum Capellanum Regis Pippini, ad ſe vocauit, eíſque talia dicens in ſignum dedit, vt ad ſepulcrum illius irent, &, ſi corpus eius ibidem non reperiſſent, ea quæ dicebat vera eſſe concrederent. Ipſi autem pergentes ad prædictum Monaſterium, vbi corpus ipſius Carli humatum fuerat, ſepulcrúmque illius aperientes, viſus eſt ſubitò exiſſe draco, & totum illud ſepulcrum interiùs inuentum eſt denigratum, ac ſi fuiſſet exuſtum. Nos autem illos vidimus, qui vſque ad noſtram ætatem durauerunt, qui huic rei interfuerunt, & nobis viuâ voce veraciter ſunt teſtati quæ audierunt atque viderunt.* Quæſtio moueri poteſt, vtrum hæ literæ ab Hincmaro ceteríſque Præſulibus apud Cariſiacum congregatis Ludouico Regi miſſæ fuerint vitâ Sancti Remigij ab eodem Hincmaro nondum ſcriptâ. Suſpicamur viſionem, de qua nunc agimus, primùm ab Hincmaro, cùm beati Remigij vitam literis commendaret, in prologo breuiter indicatam fuiſſe, deinde fuſiùs expoſitam in Synodo apud Cariſiacum pòſt habita. Quicquid autem ſit illa de controuerſia, Hincmarus præcipuus author fabulæ cenſendus regnante tum Carólo Caluo. Inſertum igitur illud figmentum vitæ Sancti Eucherij exaratæ à coæuo Scriptore longè ante Principatum Caroli Calui, qui poſt annos nonaginta-ſeptem ab obitu Sancti Eucherij regnare cœpit. Petrus Bibliothecarius Auctor Hincmaro paulò recentior in Hiſtoria Francorum abbreuiata, quam ab anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo-quinto ad annum vſque Chriſti duodenongenteſimum perduxit, Eucherij, ſiue, vt vocat, Eucharij viſionem eodem planè ſenſu, quo Synodus Cariſiacenſis, enarrauit vno tamen Hincmari prologo, ſub Higmari nomine, ſic in teſtem producto. *Carlus anno regni ſui* XXVII *moritur, Pariſiis apud Sanctum Dionyſium ſepelitur, & fuit damnatus. Teſtis eſt Higmarus in prologo in vita Sancti Remigij. Sanctus Eucharius Aurelianenſis Epiſcopus in Monaſterio Sancti Trudonis requieſcit. Hic in oratione vidit Carlum in inferno. Sanctus Eucharius poſt orationem Sanctum Bonifacium & Phulradum Abbatem Sancti Dionyſij & Capellanum Regis Pipini vocauit, & quæcunque de Carlo viderat expoſuit, ſignúmque dedit, vt irent ad ſepulchrum,*

* Sur. Pipini.
* Sur. idem Pipinus.
* Sur. Rhemorum.

quòd

AN. CH. 743. P. M. THEODOR. IV. R. 6. 7.

quòd illic minimè Carli corpus inueniretur. Illi ſepulchrum aperuerunt, ex quo exiuit Draco, & totum eſt inuentum denigratum.

XIV. Nonò, Auctores literarum, quas Synodus Cariſiacenſis ad Ludouicum Regem tranſmiſit, viros, qui ſepulchrum Caroli poſt Eucherij viſionem inſpexerunt, à ſe viſos & auditos teſtantur. Porrò cùm aliam rei geſtæ probationem non afferant, innuunt illo de negotio nihil à ſe repertum in vita Sancti Eucherij à coæuo Scriptore compoſita, vel in aliis Hiſtoriis ante illud tempus editis, nihílque omnino à ſe ſcribi præter id, quod vulgatâ narratione ſeu famâ & rumore deferente perceptum eſſet. Quàm falſus autem hic rumor fuerit, oſtendunt nomina Pippini Regis & Fulradi Abbatis. Eucherius enim, vt probatum ſuprà, viuere deſiit Fulrado nondum Abbate, imò Pippino nondum Rege. Ceterum ab obitu Sancti Eucherij ad Synodum vſque Cariſiacenſem lapſi ſunt anni quindecim ſupra centum. Diuturnior hæc temporis intercapedo, quàm vt Hincmarus, qui quatuor ac viginti poſt illam Synodum annis ſuperſtes fuit, aliíque Epiſcopi, qui eidem Synodo interfuerunt, plenam rei alibi incognitæ notitiam habuerint ab iis, qui, priuſquàm Eucherius ex hac vita diſcederet, ob morum grauitatem atque ætatem maturam, non ex vlla teſtium antiquiorum relatione, ſed ipsâ rei inſpectione, teſtimonium legitimo iure ferre poterant. Adde quòd, vbi Synodus Cariſiacenſis habita eſt, anni vix effluxerant viginti, ex quo Ludouicus Pius ſcripto teſtatus erat corpus Caroli proaui ſui depoſitum in Eccleſia Sancti Dionyſij, in magni iudicij die ſuſcitandum. Præualeat tanti Maieſtas Imperatoris, niſi teſtes æquè graues atque integri opponantur.

XV. Decimò, narratio de Caroli damnatione ex Synodi Cariſiacenſis epiſtola tranſiit iiſdem verbis in vitam Sancti Rigoberti Remenſis Antiſtitis ineunte decimo ſeculo conſcriptam, atque inde tranſcripta eſt ab Interpolatore, qui vitam S. Eucherij Aurelianenſis Pontificis à coæuo Scriptore compoſitam hoc auxit commento, mutatóque nonnihil ſtylo publicatus eſt à Laurentio Surio, vt obſeruatum ſuprà. Carolus nullum Epiſcopum è ſua deturbauit Sede, præter Rigobertum & Eucherium, quibus ob peculiares cauſas Tomo ſuperiore narratas infenſum ſe præbuit. Quamuis ambobus exilium temporibus longè diuerſis irrogatum ſit, Rigoberto poſt pugnam Vinciacenſem anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo-ſeptimo, Eucherio poſt Caroli reditum è bello contra Saracenos anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-ſeptimo, ſiue anno poſt ipſiuſmet Rigoberti mortem quarto, nonnulli tamen Auctores de vtroque ſimul ad eundem annum verba fecerunt. Vulgata Sigeberti exemplaria Pariſiis & Francofurti excuſa ſic habent ad annum Chriſti ſeptingenteſimum viceſimum tertium. *Rigobertus Epiſcopus Remenſis à Carolo, ſuo in baptiſmate filio, ab Epiſcopatu deponitur, pro eo quòd illi contra Raginfredum eunti vrbem Remenſem præ timore Raginfredi aperire noluit. Eucherius quoque Aurelianenſis Epiſcopus pro ſimili cauſa Epiſcopatu priuatus, & apud Sarcinium vicum Hiſpaniæ epulatus, in Cænobio Sancti Trudonis in ſanctitate conſummatus eſt.* In Codice manuſcripto Sereniſſimæ Chriſtinæ Reginæ Sueciæ, Eucherius non *apud Sarcinium vicum Hiſpaniæ epulatus*, ſed *apud Sarcinum vicum Hiſpaniæ exulans* exhibetur. Meliùs autem Sigeberti textus, qui ſpectat ad Eucherium, ex variis Codicibus in editione Miræi ſic reſtituitur. *Eucherius quoque Aurelianenſis Epiſcopus pro ſimili cauſſa Epiſcopatu priuatus, & apud Sarchinium Hasbaniæ vicum exiliatus, in Cænobio Sancti Trudonis in ſanctitate conſummatus eſt.* Ioannes Tamayus deprauato Sigeberto ſic abuſus eſt, vt Eucherium Martyrologio Hiſpano adſcribere non dubitarit in hunc modum. *Decimo Kal. Martij, Aurelianis in Gallia feſtum B. Eucherij, ipſius ciuitatis Epiſcopi, qui inuidorum calumniis aulicis à Carolo Martello Francorum Principe à Sede deiectus, vexatus, exilióque mulctatus Hiſpaniam deuenit, & apud Sarcinum Cantabriæ vicum ſecedens, iuxta fontéſque Iberi fluminis Oratorium conſtruens*.

AN. CH. 743. P. M. Theodor. IV. R. 6. 7.

S. Trudoni dicatum, vita ſanctitate coruſcans, miraculorum gloriâ præfulgens, aliiſque virtutum facinoribus celebris tandem beato fine quieuit. Mendum multiplex ac prorſus ſtupendum. Haſbania in Hiſpaniam deflectitur, Sarchinium Haſbaniæ vicus in Sarcimum Cantabriæ vicum detorquetur, & Baſilica Sancti Trudonis ad Ciſindriam exiguum Galliæ Belgicæ fluuium mutatur in Oratorium Sancti Trudonis ad fontes Iberi nobiliſſimi fluminis Hiſpaniam citeriorem ab vlteriore diuidentis.

XVI. Ex prædictis liquet fabuloſam eſſe Sancti Eucherij de Caroli damnatione viſionem, inſertámque eiuſdem beati Eucherij vitæ ab Auctore coæuo conſcriptæ. Colitur Sanctus Eucherius in Tabulis Eccleſiaſticis, decimo Kalendas Martij, ſic. *Eodem die Sancti Euchery Epiſcopi Aurelianenſis, qui eò magis miraculis claruit, quò pluribus inuidorum calumniis fuit oppreſſus.* Plura illo de Pontifice non occurrunt. Succeſſit in Epiſcopatum Bertinus.

Bertinus Ep. Aurelianensis.

XVII. Diœceſis Leodienſis, in qua Sanctus Eucherius obiit ſepultúſque eſt, hoc etiam anno illuſtrata fuit eleuatione ac tranſlatione Sancti Huberti Leodienſis Epiſcopi, cuius mortem tertio Kalendas Iunij, eleuationem tertio Nonas Nouembris, conſignandas Ægidius Bucherius in diſputatione Hiſtorica [a] de primis Tungrorum Epiſcopis iam docuit, veteribus Annalibus & Placentio nixus, vt obſeruatum Tomo ſuperiore [b]. Diſcipulus ac comes Sancti Huberti, dum Magiſtri vitam ſcribit [c], affirmat illam eleuationem factam die *Dominicâ, anno decimo-ſexto feliciſſimi eius exceſſûs*, Carolomanni verò Maioris-domûs *tertio iam anno.* Tres hi Characteres annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-tertium deſignant. Hic enim annus literam Dominicalem habuit F, atque vt decimus-ſextus fuit ab obitu Sancti Huberti, quia Sanctus Hubertus ex hac vita ſublatus eſt anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo-ſeptimo, ſic & per menſem Nouembrem tertius fuit Carolomanni Maioris-domûs, quia Carolus eiuſdem Carolomanni pater obiit menſe Octobri, anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-primo. Hæc ad Chronologiam. Rei geſtæ narrationem nunc accipe. *Anno decimo-ſexto feliciſſimi eius*, nempe Huberti, *exceſſûs, vt vox Saluatoris vera probaretur dicentis, nihil opertum quod non reueletur, & occultum quod non ſciatur, Paſtor Paſtorum vicarium ſuum, quanti apud ſe eſſet meriti, voluit oſtendere, quatenus lux virtutum eius coram hominibus fulgeret, & populi perfruentes ſuauitate ſignorum glorificarent Deum, patratorem tantorum operum, & quia membrum párſque magna erit ciuitatis ſupernæ, noluit eum Dominus deliteſcere, ſed cunctis eius ciuibus in exemplum proferre. Nam Carlomanno Rege, tertio iam anno, Regni Francorum ſceptra regente*, vel potiùs Carolomanno Maiore-domûs, tertio iam anno, cum Pippino fratre, poſt Caroli patris mortem, Regnum Francorum gubernante, *Æditui Baſilicæ, quâ Sancti viri membra tegebantur, detexere ſibi mandatum fuiſſe cælitus, vti corporis beati viri buſta inde leuarentur, nec ſoli illi talia ſibi referebant mandata diuinitus, ſed & aliæ complures perſonæ ſpectabiles, & nobilitate humi præſtantes. Quique alterutrum ea, quæ viritim viderant, conferentes, quæſitúne opus eſſet, dicebant, quod ſibi in talibus conſilium, quídve foret agendum. Et diu quaquauerſum ſententiam potuere trutinantes, ad id tandem conſily ventum eſt, vt diuinitas ſuper his conſuleretur, & ſuper hac re eius voluntas atque ſententia præſtolaretur. Igitur ad amica ſibi ſubſidia ſe vertentes, orationi atque ieiunio ſeſe triduano mancipauere, útque voluntatem ſuper hoc negocio Domini noſſe poſſent, ab eo totis niſibus popoſcere. Ac tertio tandem ieiuny die inſtante, duos libros ſuper altare depoſuere, quorum vnus ſacratiſſimi Euangely retinebat textum, alter verò benedictiones atque conſecrationes, quibus Miſſarum peragunt Sacramentum, ſcilicet vt à diuinis libris addiſcerent, quæ ſibi de his agenda forent. Reſeratum Euangelium hanc primùm legenti ſententiam obtulit. [Ne timeas, Maria, inueniſti gratiam apud Dominum.] Liber etiam Sacramentorum in ſui apertione hoc primùm videnti obiecit. [Dirige viam famuli tui.] Quibus peractis, noctem ſuperuenientem, vigiliarum celebratione, hymnorúmque decantatione, reddunt feſti-*

S. Huberti Ep. Leodiensis elevatio.

[a] Cap. 6. n. 100.
[b] Ad an. 727. n. 39.
[c] Ap. Sur. d. 3. Nou.

nam. Adueniente autem die, Sacerdotes quique, ſibi iunctis aliorum Eccleſiaſticorum graduum turmis, itémque populi ac Procerum Palatij agminibus, primo mane, Dominicâ illuceſcente, Baſilicam beati Petri adeunt; vbi Sanctiſſimi viri membra ſilicea continebat vrna, ferentes in manibus vexilla Crucis & candelabra, ſed & diuerſa odoramentorum genera. Quò peruenientes, operculum à ſarcophago ſuſtulere, attamen grauitate pauorem cum reuerentia indicente, non audebant pleniùs locum ſepulturæ eius oculis viſitare. Putabant namque, more mortalium, illud ſacratiſſimum corpus à ſoliditatis compage ſeiunctum, & pulueri redditum. No tamen, quia tantum opus cœperant, ſi relinquerent, imperfectionis argui poſſent, grauitate magiſtrâ, leniter quoque acceſſerunt, & introſpicientes, glorioſum eius corpus nulla detrimenta paſſum, illæſum à diſſolutione atque putredine repererunt, & pro tabo atque putredine, quam mos eſt mortalium corpora defuncta contrahere, aromatum more illud ſenſerunt odorifico odore feruere. Caput autem illius perluſtrantes oculis, vident vultum eius (quod dictu quoque mirabile eſt) ſudore perfuſum, & velut noctis opacæ roſcidulis perfuſum guttulis; coronam verò capillorum alienam prorſus ab omni læſione, cæſariémque auctam & prolixitate & pulchritudine; neque enim candore ſenili albebat, ſed colore & viſione ſui, iuuenis caput repromittebat, &c. *Eodem verò die, huius rei fama circumquaque decucurrit, & per cunctorum ora volitans, ad Palatium vſque peruenit. Venit enim & illuc nuncius, referens beati viri corpus in conditorio, quo olim exanime eſt conditum, nunc oculis viſentium ſe, offerri ab omni prorſus corruptela alienum, veſtéſque illius tanquam miraculi participes, nequaquam reperiri aliquâ deformitate degeneres. Quod poſtquàm, famâ vulgante, per cunctorum aures diſſeminatum eſt, certatim tam proximi, quàm & longinqui quique viri ſtuduerunt illuc aduentare, & miraculum, quod Chriſtus in ſerui ſui corpore monſtrauerat, intueri. Vt autem in tanto miraculo Domini potentia potiſſimùm magnificaretur, & virtus nota redderetur, pars permaxima Princeps clariſſimus atque Orthodoxus extitit Carlomannus. Qui talibus auditis, Regali ſolio exiliuit, vnà cum vxore & Principibus Palatij ſui, & ad viri Dei corpus peruidendum acceſſit, & admirans potentiam Domini, virtutem eius magnificauit, miſericordiam collaudauit, & quia in diebus ſuis talia oſtendere dignatus ſit, glorioſum nomen eius benedixit, nimióque gaudio permotus, inter pias laudes & gratiarum actiones, gaudio oliciente, lacrymas fudit. Sed & aduenientium itidem quiſque fecit, gaudebántque oſculari manus & pedes beatiſſimi viri, quem Dominus honorare dignatus eſt tanti prærogatiuâ miraculi. Rex intereà,* ſeu Maiordomûs, *memorabilis Carlomannus, vnà cum Optimatibus ſuis Proceribúſque ſui Palatij, Sanctiſſimi viri membra, ſuauiſſimis & (vt ita dixerim) inenarrabilibus odoribus redolentia, ſuſtulit ex vaſe ſepulchri, & loculo impoſuit, & cum magna lætitia atque honore, necnon Hymnorum decantatione, ſed & candelabrorum lumine, aromatúmque ſuauiſſimo odore detulit ante ſacrum altare, ibidémque maxima munera denouit atque attribuit, vaſa ſcilicet argentea, & pallia peregrino opere elaborata, necnon fundos, fundorúmque redditus, itémque ſeruos, prædiorúmque dederat incolas. Quæ ſingula teſtamento mandauit, & Eccleſiæ, in quam Sanctum corpus intulit, in perpetuam hæreditatem delegauit, Sanctíque viri oſſa nobiliter ibi collocauit.* Baronius in Annalibus Eccleſiaſticis [a] Carolomannum, cuius mentio fit in textu præcitato, Carolomannum Regem interpretatur Caroli Magni fratrem, ideóque Sancti Huberti mortem in annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quartum, eleuationem & tranſlationem in annum Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum-primum reiicit. At aduertere debuit Maiorem domûs Carolum, cui Martelli cognomen inditum, eiúſque filios Carolomannum & Pippinum, quia Franciam Rege tunc carentem gubernarunt, à pleriſque Scriptoribus Reges per adulationem dictos, nec annum Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum-primum, qui Carolomanni Regis tertius fuit, decimum-ſextum ſed decimum-ſeptimum ab anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-quarto numerari; addequòd in Epiſcoporum Leodienſium Chronologia, non deſunt argumenta, quibus innixus Sanctum Hu-

AN. CH. 743. P. M. THEODOR. IV. R. 6. 7.

ET TRANSLATIO.

[a] Tom. 9.

AN. CH. 743. P. M. THEODOR. IV. R. 6. 7.

S. Trudoni dicatum , vita ſanctitate coruſcans , miraculorum gloriâ præfulgens , aliiſque virtutum facinoribus celebris tandem beato fine quieuit. Mendum multiplex ac prorſus ſtupendum. Haſbania in Hiſpaniam deflectitur, Sarchinium Haſbaniæ vicus in Sarcimum Cantabriæ vicum detorquetur , & Baſilica Sancti Trudonis ad Ciſindriam exiguum Galliæ Belgicæ fluuium mutatur in Oratorium Sancti Trudonis ad fontes Iberi nobiliſſimi fluminis Hiſpaniam citeriorem ab vlteriore diuidentis.

XVI. Ex prædictis liquet fabuloſam eſſe Sancti Eucherij de Caroli damnatione viſionem , inſertámque eiuſdem beati Eucherij vitæ ab Auctore coæuo conſcriptæ. Colitur Sanctus Eucherius in Tabulis Eccleſiaſticis, decimo Kalendas Martij, ſic. *Eodem die Sancti Eucherij Epiſcopi Aurelianenſis, qui eò magis miraculis claruit, quò pluribus inuidorum calumniis fuit oppreſſus.* Plura illo de Pontifice non occurrunt. Succeſſit in Epiſcopatum Bertinus.

BERTINVS EP. AVRELIANENSIS.

XVII. Diœceſis Leodienſis, in qua Sanctus Eucherius obiit ſepultúſque eſt, hoc etiam anno illuſtrata fuit eleuatione ac tranſlatione Sancti Huberti Leodienſis Epiſcopi , cuius mortem tertio Kalendas Iunij , eleuationem tertio Nonas Nouembris , conſignandas Ægidius Bucherius in diſputatione Hiſtorica [a] de primis Tungrorum Epiſcopis iam docuit , veteribus Annalibus & Placentio nixus, vt obſeruatum Tomo ſuperiore [b]. Diſcipulus ac comes Sancti Huberti , dum Magiſtri vitam ſcribit [c], affirmat illam eleuationem factam die *Dominicâ , anno decimo-ſexto feliciſſimi eius exceſſûs* , Carolomanni verò Maioris-domûs *tertio iam anno*. Tres hi Characteres annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-tertium deſignant. Hic enim annus literam Dominicalem habuit F , atque vt decimus-ſextus fuit ab obitu Sancti Huberti, quia Sanctus Hubertus ex hac vita ſublatus eſt anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo-ſeptimo, ſic & per menſem Nouembrem tertius fuit Carolomanni Maioris-domûs , quia Carolus eiuſdem Carolomanni pater obiit menſe Octobri , anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-primo. Hæc ad Chronologiam. Rei geſtæ narrationem nunc accipe. *Anno decimo-ſexto feliciſſimi eius* , nempe Huberti , *exceſſûs , vt vox Saluatoris vera probaretur dicentis , nihil opertum quod non reueletur , & occultum quod non ſciatur , Paſtor Paſtorum vicarium ſuum , quanti apud ſe eſſet meriti , voluit oſtendere , quatenus lux virtutum eius coram hominibus fulgeret , & populi perfruentes ſuauitate ſignorum glorificarent Deum , patratorem tantorum operum , & quia membrum párſque magna erit ciuitatis ſupernæ , noluit eum Dominus deliteſcere , ſed cunctis eius ciuibus in exemplum proferre. Nam Carlomanno Rege , tertio iam anno , Regni Francorum ſceptra regente* , vel potiùs Carolomanno Maiore-domûs , tertio iam anno, cum Pippino fratre , poſt Caroli patris mortem , Regnum Francorum gubernante , *Æditui Baſilicæ , quâ Sancti viri membra tegebantur , detexere ſibi mandatum fuiſſe cælitus , vti corporis beati viri buſta inde leuarentur , nec ſoli illi talia ſibi referebant mandata diuinitus , ſed & aliæ complures perſonæ ſpectabiles , & nobilitate humi præſtantes. Quique alterutrum ea , quæ viritim viderant , conferentes , quæſitúne opus eſſet , dicebant , quod ſibi in talibus conſilium , quídve foret agendum. Et diu quaquauerſum ſententiam poiuere trutinantes , ad id tandem conſilij ventum eſt , vt diuinitas ſuper his conſuleretur , & ſuper hac re eius voluntas atque ſententia præſtolaretur. Igitur ad amica ſibi ſubſidia ſe vertentes ; orationi atque ieiunio ſeſe triduano mancipauere , útque voluntatem ſuper hoc negocio Domini noſſe poſſent , ab eo totis niſibus popoſcere. Ac tertio tandem ieiunij die inſtante, duos libros ſuper altare depoſuere , quorum vnus ſacratiſſimi Euangelij retinebat textum , alter verò benedictiones atque conſecrationes , quibus Miſſarum peragunt Sacramentum , ſcilicet vt à diuinis libris addiſcerent , quæ ſibi de his agenda forent. Reſeratum Euangelium hanc primùm legenti ſententiam obtulit. [Ne timeas , Maria , inueniſti gratiam apud Dominum.] Liber etiam Sacramentorum in ſui apertione hoc primùm videnti obiecit. [Dirige viam famuli tui.] Quibus peractis , noctem ſuperuenientem , vigiliarum celebratione , hymnorúmque decantatione , reddunt feſti-*

S. HVBERTI EP. LEODIENSIS ELEVATIO.

[a] Cap. 6. n. 100.
[b] Ad an. 727. n. 39.
[c] Ap. Sur. d. 3. Nou.

nam. Adueniente autem die, Sacerdotes quique, ſibi iunctis aliorum Eccleſiaſticorum graduum turmis, itémque populi ac Procerum Palatij agminibus, primo mane, Dominicâ illuceſcente, Baſilicam beati Petri adeunt; vbi Sanctiſſimi viri membra ſilicea continebat vrna, ferentes in manibus vexilla Crucis & candelabra, ſed & diuerſa odoramentorum genera. Quò peruenientes, operculum à ſarcophago ſuſtulere, attamen grauitate pauorem cum reuerentia indicente, non audebant pleniùs locum ſepulturæ eius oculis viſitare. Putabant namque, more mortalium, illud ſacratiſſimum corpus à ſoliditatis compage ſeiunctum, & pulueri redditum. Ne tamen, quia tantum opus cœperant, ſi relinquerent, imperfectionis argui poſſent, grauitate magiſtrâ, leniter quoque acceſſerunt, & introſpicientes, glorioſum eius corpus nulla detrimenta paſſum, illæſum à diſſolutione atque putredine repererunt, & pro tabo atque putredine, quam mos eſt mortalium corpora defuncta contrahere, aromatum more illud ſenſerunt odorifico odore feruere. Caput autem illius perluſtrantes oculis, vident vultum eius (quod dictu quoque mirabile eſt) ſudore perfuſum, & velut noctis opacæ roſcidulis perfuſum guttulis; coronam verò capillorum alienam prorſus ab omni læſione, cæſariémque auctam & prolixitate & pulchritudine; neque enim candore ſenili albebat, ſed colore & viſione ſui, iuuenis caput repromittebat, &c. *Eodem verò die, huius rei fama circumquaque decucurrit, & per cunctorum ora volitans, ad Palatium vſque peruenit. Venit enim & illuc nuncius, referens beati viri corpus in conditorio, quo olim exanime eſt conditum, nunc oculis viſentium ſe, offerri ab omni prorſus corruptela alienum, veſtéſque illius tanquam miraculi participes, nequaquam reperiri aliquâ deformitate degeneres. Quod poſtquàm, famâ vulgante, per cunctorum aures diſſeminatum eſt, certatim tam proximi, quàm & longinqui quique viri ſtuduerunt illuc aduentare, & miraculum, quod Chriſtus in ſerui ſui corpore monſtrauerat, intueri. Vt autem in tanto miraculo Domini potentia potiſſimùm magnificaretur, & virtus nota redderetur, pars permaxima Princeps clariſſimus atque Orthodoxus extitit Carlomannus. Qui talibus auditis, Regali ſolio exiliuit, vnà cum vxore & Principibus Palatij ſui, & ad viri Dei corpus peruidendum acceſſit, & admirans potentiam Domini, virtutem eius magnificauit, miſericordiam collaudauit, & quia in diebus ſuis talia oſtendere dignatus ſit, glorioſum nomen eius benedixit, nimióque gaudio permotus, inter pias laudes & gratiarum actiones, gaudio eliciente, lacrymas fudit. Sed & aduenientium itidem quiſque fecit, gaudebántque oſculari manus & pedes beatiſſimi viri, quem Dominus honorare dignatus eſt tanti prærogatiuâ miraculi. Rex intereà,* ſeu Maiordomûs, *memorabilis Carlomannus, vnà cum Optimatibus ſuis Proceribúſque ſui Palatij, Sanctiſſimi viri membra, ſuauiſſimis & (vt ita dixerim) inenarrabilibus odoribus redolentia, ſuſtulit ex vaſe ſepulchri, & loculo impoſuit, & cum magna lætitia atque honore, necnon Hymnorum decantatione, ſed & candelabrorum lumine, aromatúmque ſuauiſſimo odore detulit ante ſacrum altare, ibidémque maxima munera deuouit atque attribuit, vaſa ſcilicet argentea, & pallia peregrino opere elaborata, necnon fundos, fundorúmque redditus, itémque ſeruos, prædiorúmque dederat incolas. Quæ ſingula teſtamento mandauit, & Eccleſiæ, in quam Sanctum corpus intulit, in perpetuam hæreditatem delegauit, Sanctique viri oſſa nobiliter ibi collocauit.* ET TRANSLATIO. Baronius in Annalibus Eccleſiaſticis [a] Carolomannum, cuius mentio fit in textu præcitato, Carolomannum Regem interpretatur Caroli Magni fratrem, ideóque Sancti Huberti mortem in annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quartum, eleuationem & tranſlationem in annum Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum-primum reiicit. At aduertere debuit Maiorem domûs Carolum, cui Martelli cognomen inditum, eiúſque filios Carolomannum & Pippinum, quia Franciam Rege tunc carentem gubernarunt, à pleriſque Scriptoribus Reges per adulationem dictos, nec annum Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum-primum, qui Carolomanni Regis tertius fuit, decimum-ſextum ſed decimum-ſeptimum ab anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-quarto numerari; addequòd in Epiſcoporum Leodienſium Chronologia, non deſunt argumenta, quibus innixus Sanctum Hu-

[a] Tom. 9.

AN. CH. 743. P. M. THEODOR. IV. R. 67.

bertum ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quartum perueniſſe inficieris. Ipſemet Baronius in notis [a] ad Martyrologium Romanum, mortem Sancti Huberti conſignauit anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo, nos triennio citiùs, nec probationes omiſimus quas, ſi lubet, conſule.

XVIII. ZACHARIAS PP. GRATVLATVR BONIFACIO ARCHIEPISC.

XVIII. Zacharias Papa literis Bonifacij Archiepiſcopi, quarum mentionem anno priori fecimus, Kalendis Aprilibus anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-tertio reſpondit inſigni epiſtolâ, quam per fragmenta deſcribemus, vt faciliùs cum Bonifaciana conferatur. Imprimis Bonifacio de promotione ad Pontificatum Romanum gratulanti viciſſim gratulatus eſt de illius incolumitate numeróque Chriſtianorum in Germania plurimùm aucto. *Reuerentiſſimo* [1] *& ſanctiſſimo fratri Bonifacio Epiſcopo Zacharias ſeruus ſeruorum Dei. Suſceptis ſanctiſſimæ fraternitatis tuæ literis per Denheardum religioſum Presbyterum tuum, quia ſoſpitem te, vt ſemper cupimus, eſſe cognouimus, omnipotenti ac miſericordiſſimo Deo noſtro magnas retulimus gratias, qui tibi in omnibus bonis proſperari* [2] *dignatur. Magnam enim* [3] *cordibus noſtris infundis lætitiam, quoties nobis Sanctitatis tuæ ſcripta mittuntur, quando reperimus quæ ad ſalutem reſpiciunt animarum, dum quotidie in gremio ſanctæ matris Eccleſiæ per tuam prædicationem noui populi adduntur.* Hæc verba, *quoties nobis Sanctitatis tuæ ſcripta mittuntur*, haud obſcurè innuunt ad Zachariam, priuſquàm Bonifacio reſcriberet, non prædictam tantùm eiuſdem Bonifacij epiſtolam, ſed plures delatas fuiſſe.

a d. 3. Nou.

1. Serar. Baron. Alford. *Reuerendiſſimo*
2. Baron. Alford. *proſperare*
3. Anton. de Aquin. Bin. Serar. Baron. Sirmond. Alford. *in cordibus*

DE NVMERO CHRISTIANORVM AVCTO IN GERMANIA.

Deinde Zacharias de tribus Epiſcopatibus in Germania nuper erectis ita locutus eſt. *Tres Epiſcopos per loca ſingula, ſecundùm ſeriem ſyllabarum tuarum, te ordinaſſe cognouimus, qui eidem populo, quem ſibi Dominus Deus noſter per tuam Sanctitatem aggregare dignatus eſt, præeſſe debeant, & petiſti, vt per auctoritatem noſtræ Sedis Epiſcopales ibidem Sedes firmentur. Sed tua ſancta fraternitas maturè pertractet, & ſubtili conſideratione diſcernat, ſi expedit, aut ſi loca vel populorum turba talia eſſe probantur, vt Epiſcopos habere mereantur. Meminiſti* [4] *enim, cariſſime, quid* [5] *in ſacris Canonibus præcipimur obſeruare, vt minimè in villulas vel in modicas ciuitates Epiſcopos ordinemus, ne vileſcat nomen Epiſcopi. Sed nos tuis ſinceriſſimis atque à nobis dilectis ſyllabis prouocati, quæ popoſciſti, abſque mora concedi patimur, & ſtatuimus per Apoſtolicam auctoritatem Epiſcopales illic eſſe Sedes, quæ per ſucceſſionem Epiſcopos mereantur, & populis præſint, atque in quibus prædicationis verbum ſubiectis inſinuetur; id eſt, in Caſtello quod dicitur Wirtzburg, & alterum* [6] *in oppido quod nominatur Buraburg, tertium* [6] *in loco qui dicitur Erphesfurt, itaut nulli poſthæc liceat cuiquam hæc, quæ à nobis ſancita ſunt, quoquomodo violare, quæ auctoritate beati Petri Apoſtoli firma eſſe decreuimus.* Eodem die quo ſcripſit ad Bonifacium, ſcripſit & ad nouatum illarum Sedium Epiſcopos, ad Burchardum Epiſcopum in *Wirtzburg*, ad Vittam Epiſcopum in *Buraburg*, & ad Adelharium Epiſcopum in *Erphesfurt*. In Codice Bonifacianarum epiſtolarum occurrunt multæ, quæ non à Bonifacio ſed ab aliis ſcriptæ ſunt. Numero centeſima quadrageſima-ſecunda eſt ipſamet Zachariæ ad Bonifacium epiſtola de qua nunc agimus, & ab eodem Zacharia inſcribuntur prælaudatis Epiſcopis Wittæ ac Burchardo centeſima triceſima-prima & centeſima triceſima-tertia. In editione Serarij præfert hunc titulum centeſima triceſima-prima, *dilectiſſimis nobis, Wittana ſanctæ Eccleſiæ Barbaranæ Zacharias Papa.* Inter epiſtolas Zachariæ hæc ſecundum locum obtinet, & ab Antonio de Aquino necnon à Binio publicata eſt cum hoc titulo, *dilectiſſimo nobis Witta Sanctæ Eccleſiæ Barbarenæ, Zacharias Papa.* Baronius [a] Eccleſiæ Barbarenæ loco Wirtzburgenſem ſic reponit, *dilectiſſimo nobis Witta ſanctæ Eccleſiæ Wirtzburgenſis, Zacharias Papa.* Sirmondus, cùm Epiſcopum Eccleſiæ Wirtzburgenſi non Wittam ſed Burchardum præpoſitum fuiſſe ſciret, eandem ſecundam Zachariæ epiſtolam hac inſcriptione donauit, *dilectiſſimo nobis Burchardo ſanctæ Eccleſiæ Wirtzburgenſis Epiſcopo, Zacharias Papa.*

XIX. DE ERECTIONE NOVORVM EPISCOPATVVM.

4. Anton. de Aquin. Bin. *Memineris enim quid* Sur. Baron. Alford. *Meminiſſe enim debes*
5. Sur. Baron. Alford. *quid*
6. 6. Anton. de Aquin. Sur. Serar. Baron. Alford. *alterum, tertium*

a Ad an. 742. n. 15.

AN. CH. 743.
P. M. THEODOR. IV. R. 6. 7.

Sed inter epiſtolas Bonifacianis inſertas alia Wittæ inſcribitur, alia Burchardo; Wittæ ſeu Witanæ centeſima triceſima-prima vt dictum ſuprà, Burchardo centeſima triceſima-tertia ſic. *Dilectiſſimo nobis Burchardo Sancta Eccleſia Wirziburgonenſis, Zacharias Papa.* Seratius in notationibus [a] ad vitam Sancti Bonifacij ſecundam Zachariæ epiſtolam ſic inſcriptam ait, *dilectiſſimo nobis Witta Sancta Eccleſia Birburgenſis, Zacharias Papa.* Et in notis ad eandem epiſtolam obſeruat primum inſcriptionis vocabulum non *dilectiſſimo* ſed *dilectiſſimis* in Codice Cæſateo legi, quòd epiſtola tribus Epiſcopis, Burchardo videlicet, Wittæ & Adelhario, communis eſſe videatur, vt Baronius iam cenſuit. In illam imus opinionem, & earumdem literarum exempla tria cum eodem Titulo tribus Epiſcopis, ſingula ſingulis exiſtimamus directa. Nobis non parum fauet tenor epiſtolæ qui talis eſt. *Domino cooperante & ſermonem confirmante, ad dilatandam Chriſtianitatis legem, & Orthodoxa fidei tramitem, ad docendum, iuxta quod prædicat Sancta hac Romana, cui Deo auctore præſidemus, Eccleſia, innotuit nobis ſanctiſſimus ac reuerentiſſimus* [7] *frater & Coepiſcopus noſter Bonifacius, nuper ſe* [8] *decreuiſſe & ordinaſſe in Germania partibus Epiſcopales Sedes, vbi praeſt veſtra Dilectio, & prouinciam in tres diuiſiſſe Parochias. Quo cognito, cum magna exultatione, extenſis ad ſidera palmis, illuminatori & datori omnium bonorum Domino Deo & Saluatori noſtro Ieſu Chriſto gratias agimus,* [*qui facit vtraque vnum.*] *Flagitauit autem à nobis per ſuas ſyllabas iam dictus ſanctiſſimus vir, per Apoſtolicam auctoritatem veſtras confirmari Sedes. Pro quo & nos ardenti animo, & diuino iuuamine, ac auctoritate Beati Petri Apoſtolorum Principis, cui data eſt à Deo & Saluatore noſtro Ieſu Chriſto ligandi ſoluendíque peccata hominum in cælo & in terra, confirmamus, atque ſolidas permanere veſtras Epiſcopales Sedes ſancimus, interdicentes* [9] *ipſius Principis Apoſtolorum auctoritate, omnibus* [10] *præſentibus & futuris generationibus, vt nullus audeat contra eandem venire ordinationem, quæ, dignante Deo* [11], *ex noſtra præceptione in vobis facta eſt; & hoc interdicentes, vt nullus audeat, iuxta Sanctorum Canonum traditionem, ex alio Epiſcopatu ibidem tranſlatari* [12], *aut ordinare Epiſcopum, poſt veſtram de hoc ſeculo euocationem, niſi is qui Apoſtolica noſtra Sedis in illis partibus præſentauerit vicem. Sed nec vnus* [13] *alterius Parochias inuadere, aut Eccleſias ſubtrahere præſumatis* [14]. *Nam, quod non credimus, ſi quis ille fuerit, qui contra hanc noſtram præceptionem temerario auſu venire tentauerit, ſciat ſe æterno Dei iudicio anathematis vinculo eſſe innodatum. Si quis verò Apoſtolica ſeruauerit præcepta, & normam recta & Orthodoxa fidei fuerit aſſecutus benedictionis gratiam conſequatur. De cetero petimus diuinam clementiam, vt confirmet & corroboret hoc quod operatus eſt Dominus in vobis, & caritas Dei, gratia* [15] *& pax vera ſit cum ſpiritu veſtro, ſanctiſſimi & dilectiſſimi nobis. Toto conamine elaborate pro fide Chriſti, & ad miniſterium eius perficiendum decertate, vt cum egregio Apoſtolo mereamini dicere.* [*Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. De reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illum diem iuſtus iudex.*] *Salutantes vos in Domino valere optamus. Bene valete. Data Kalendis Aprilis, imperante Domino Conſtantino Magno Imperatore, anno viceſimo quarto, Imperij eius anno ſecundo, Indictione vndecimâ.* De notis hiſce Chronologicis agemus infrà in fine literarum, quas ad Bonifacium à Zacharia ſcriptas hìc examinamus. Ceterùm apud *Erphesfurt*, vt Setarius in notationibus [b] ad vitam Sancti Bonifacij ſcribit, *primus & vltimus B. Adelarius ſeu Adelharius fuit Epiſcopus, cuius, vt in MS. & Miſſali Moguntino annotatur, anniuerſaria memoria eſt* XII *Kalend. Maij, eiúſque corpus in Collegiata illic B. Virginis Eccleſia aſſeruatur, & quidem velut integrum, ſed an vti τὰ σκελετὰ humanitus, an diuinitus ita maneat, inter eos, qui viderunt, video ambigi.* Extincto Epiſcopatu Erfordienſi deſiit etiam paulò pòſt Biriburgenſis, vel in Padebornenſem potiùs coaluit teſte eodem Auctore, qui de vtroque Epiſcopatu, Erfordienſi & Biriburgenſi, hæc quoque refert ex Codice manuſcripto. *Hi Epiſcopatus à D. Bonifacio inſtituti, ob literarum Papalium ſuaſionem*

a Notat. 29.
7. Baron. Serar. Alford. *reuerendiſſimus*
8. Anton. de Aquin. Baron. Bin. Serar. Alford. *deeſt ſe*
9. Anton. de Aquin. Bin. *intercedentes* Baron. Alford. *intercedente*
10. Anton. de Aquino, Bin. Serar. *à præſente omnibus & in futuras generationes.* Baron. Alford. *à præſente in futuras omnes generationes.*
11. Baron. Alford. *Domino*,
12. Baron. Alford. *tranſlatare*
13. Sirmond. *quiſquam*
14. Sirmond. *præſumat.*
15. Sirmond. *& pax atque gratia*
b Notat. 29.

AN. CH. 743. P. M. THEODOR. IV. R. 6. 7.

qualemcumque; retractando fuerunt poſtmodum, vt nunc conſtat, reuocati & depoſiti. Literæ autem iſtæ Papales non aliæ videntur à reſponſione Zachariæ ad Bonifacium iam citata, quæ, *ne vileſcat nomen Epiſcopi*, vetat Epiſcopos in villulis aut in modicis ciuitatibus ordinari.

XX. DE SYNODO CELEBRANDA.

In eadem reſponſione Zacharias ab Epiſcopatibus in Germania nuper erectis ad Carolomanni conſilium de celebranda Synodo ſermonem mox conuertit. *De eo autem, quod nobis intimaſti, quòd te Carolomannus filius noſter apud ſe rogauit accedere, vt in* [16] *parte Francorum in ſua ditione ſine poteſtate conſtituta Synodum celebrares* [16], *eò quòd omnis Eccleſiaſtica regula ſine diſciplina ab eadem prouincia funditus abolita* [17] *eſt, nimis mœrendum eſt, quod per ſpatia tanta* [18] *temporum ibidem Synodus Sacerdotum minimè celebraretur. Vnde neque quid ſit Sacerdotium, ab eis, qui ſe Sacerdotes eſſe exiſtimant, cognoſcitur.* Poſtremam periodum ex Othlono, ex Surio, ex Baronio, ex Serario, & ex Alfordo deſcripſimus. Illam autem Antonius de Aquino & Binius ſic exhibent. *Vnde neque quid ſit Sacerdotium, neque quid fiat ab eis, qui ſe Sacerdotes exiſtimant, cognoſcitur.* Ab his Sirmondus in eo tantùm differt, quòd poſtremam illam periodum cum præcedente ſic connectit. *Neque enim quid ſit Sacerdotium*, &c. Præcedentem verò ſic amplificat. *Quod nimis mœrendum eſt, quòd per ſpatia temporum ibidem Synodus Sacerdotum minimè celebrata ſit, & hoc libenter concedimus, & fieri præcipimus. Neque enim quid ſit Sacerdotium*, &c.

16.16 Anton. de Aquin. Bin. Sirmond. *in vrbe regni Francorum celebrare debeas.*
17. Baron. Alford. *abolita ſit*, Sirmond. *eſt abolita*.
18. Anton. de Aquin. Bin. Sirmond. deeſt *tanta*

XXI. RESPONDET AD VARIAS INTERROGATIONES,

In iiſdem Zachariæ literis ſequuntur quinque reſponſiones ad totidem interrogationes Bonifacij, quas ſuo referemus ordine.

XXII. DE CLERICIS,

Prima Bonifacij interrogatio eſt de Epiſcopis, Preſbyteris & Diaconis, qui vel ſpurcè viuunt, vel ingurgitant ſe vino, vel venationi ſtudent, vel prœliis interſunt. *Si inuenero*, inquit Bonifacius, *inter illos, Diaconos quos nominant, qui à pueritia ſua ſemper in ſtupris, ſemper in adulteriis, & in omnibus ſemper ſpurcitiis vitam ducentes, ſub tali teſtimonio venerunt ad Diaconatum, & modo in Diaconatu concubinas quatuor, vel quinque, vel plures noctu in lecto habentes, Euangelium tamen legere, & Diaconos ſe nominare nec erubeſcunt nec metuunt, & ſic in talibus inceſtis ad Ordinem Presbyteratûs venientes, in iiſdem peccatis perdurantes, & peccata peccatis adiicientes, Presbyteratûs officio fungentes, dicunt ſe pro populo poſſe intercedere & ſacras oblationes offerre. Nouiſſimè, quod peius eſt, ſub talibus teſtimoniis per gradus ſingulos aſcendentes, ordinantur & nominantur Epiſcopi. Si, inquam, tales inuenero* [19] *inter illos, rogo, vt habeam præceptum & conſcriptum auctoritatis veſtræ, quid de talibus diffiniatis, & per reſponſum Apoſtolicum conuincantur & arguantur peccatores. Et inueniuntur quidam inter eos Epiſcopi, qui, licèt dicant ſe fornicarios & adulteros non eſſe, ſed ſunt ebrioſi, & iniurioſi, vel venatores, & qui pugnant in exercitu armati, & effundunt propriâ manu ſanguinem hominum, ſiue paganorum, ſiue Chriſtianorum. Et quia ſeruus & Legatus Apoſtolicæ Sedis eſſe dinoſcor, vnum ſit verbum, & meum hîc, & veſtrum ibi, ſi contingat ad iudicium auctoritatis veſtræ vt pariter miſſos dirigamus.* Ad hanc interrogationem ſic reſpondet Zacharias. *Dum, iuuante Deo, quæ à præfato filio noſtro* Carolomanno *promiſſa ſunt, ad effectum perducta fuerint, tuáque fraternitas in memorato Concilio conſederit cum eodem excellentiſſimo viro, ſi quos repererit Epiſcopos, Presbyteros, aut Diaconos, contra Canones vel ſtatuta Patrum exceſſiſſe, id eſt, ſi in adulterio vel fornicatione inuenti fuerint, vel ſi plures vxores habuerunt, aut ſi ſanguinem Chriſtianorum ſiue paganorum effuderunt, vel etiam aliis capitulis Canonum obuiaſſe eos repererit tua Sanctitas, nullâ ratione Apoſtolicâ auctoritate permittas Sacerdotio fungi, quia tales à ſuo tantùm proprio ore falsè nominantur Sacerdotes, & deteriores ſecularibus eſſe noſcuntur, qui ſe neque à fornicationibus neque à nefariis matrimoniis abſtinent, neque ab hominum ſanguinis effuſione manus ſeruant innoxias. Quales* [20] *ſe eſſe Sacerdotes exiſtimant, aut quid inde ſentiunt dicente Deo, Sacerdotes mei ſemel nubant? Et Apoſtolus, vnius vxoris virum, &c. Et hoc ante ſuſceptum Sacerdotium vti licitum eſt. Nam à die ſuſ-*

19. Hæc periodus vitioſè edita ab Anton. de Aquin. & Binio.
20. Serar. deeſt *quales*

AN. CH. 743. P. M. THEODOR. IV. R. 6. 7.

cepti Sacerdotij etiam ab ipſo proprio coniugio prohibendi ſunt. Quomodo Sacerdotio fungi conſiderant [21]*, qui talibus ſceleribus inuoluti eſſe monſtrantur, vt neque ſeculares fideles his facinoribus obuolutos optemus? Quomodo non pertimeſcunt diuina Myſteria contingere? aut quomodo ad orandum pro peccatis populi accedere præſumunt, dum ſacri Canones neque purum Clericum, cui Sacerdotium non eſt, ſecundis copulari nuptiis præcipiunt? Iſti enim è contrario non ſolùm poſt ſuſceptum Sacerdotium ſe abſtinere ab vna vxore nolunt, immò luxuriâ obuoluti peiora ſecularium ſcelera committunt, vt plures vxores habere præſumant, quibus neque vnam conceſſum eſt poſt ſuſceptum miniſterium attrectare. Sed iſta paruipendentes, atque Deum ad iracundiam prouocantes, maiora committunt facinora, dum propriis manibus Chriſtianos atque paganos homines necant. Et fit, vt quibus in remiſſionem peccatorum debuerunt lauacrum regenerationis impendere, atque Chriſti ſacramenta donare, ne in æternum perirent, eorumdem ſacrilegis manibus ipſi extinguantur. Quis enim ſapiens habens cor eos æſtimet Sacerdotes, qui neque à fornicationibus abſtinent, neque ab effuſione ſanguinis manus ſeruant innoxias? Quiſue eorum ſacrificiis Deum credit eſſe placatum, dicente Prophetâ, virum ſanguinum & doloſum abominabitur Dominus? Iſti namque, vt præmiſi, ne Sacerdotio fungantur* [22]*, atque diuina contingant myſteria, commonemus. Quicquid verè aliud, vt dictum eſt, eos contra Eccleſiaſticam Regulam exceſſiſſe reperies, Canones ſiue Inſtituta Patrum præ manibus habeto, & iuxta quod in eis edoctus fueris diſcerne.* In hac reſponſione, quantùm ad Chronologiam, id præcipuè obſeruandum, quòd Zacharias Bonifacio reſcribit, vt ſi quos Epiſcopos aut Preſbyteros aut Diaconos, criminum, de quibus queſtus eſt, reos priùs nouerit quàm Synodus conuocetur, eos altaribus miniſtrare vetet. Inde enim conſtat hanc epiſtolam ſcriptam eſſe Synodo nondum celebratâ, vel habitæ Synodi notitiâ Romam nondum delatâ. In Epiſcoporum belligerantium numero tunc erat Geroldus Moguntiacenſis Epiſcopus, qui cæſus in bello Saxonico interiit hoc ipſo anno, vt infra dicturi ſumus.

21. Sirmond. *deſiderant.*

22. Anton. de Aquin. Bin. Serar. Othlon. *fungi patiantur, neque diuina contingere.* Sur. Baron. Alford. *Iſtos ne fungi patiaris.*

XXIII. DE SVCCESSORE.

Secunda Bonifacij interrogatio eſt, de eligendo ſucceſſore. Electionis enim promouendæ licentiam à Gregorio Tertio acceperat, ſed eam retardarat caſus inopinatus, quem Papæ ſic exponit. *Præterea de vna re & conſilium quærere & licentiam petere neceſſe habeo, eo quòd veneranda memoriæ præceſſor veſter, ſicut audiſtis, in præſentia veſtra mihi præcepit, vt Presbyterum poſt obitum meum, Deo volente, in Eccleſiaſtico miniſterio hæredem & ſucceſſorem conſtituere deberem. Et hoc mihi, ſi Dei voluntas eſt, placet. Sed modò dubito, & neſcio ſi fieri poſſit, quia poſteà frater illius, auunculum Ducis Francorum occidit, & adhuc ignoramus qualiter iſta diſcordia pacificari & finiri valeat. Et obſecro, vt auctoritatis veſtræ licentia ſit, vt cum conſilio ſeruorum Dei de iſta electione faciam, quod nobis in commune, pro Deo, & pro Eccleſiæ vtilitate, vel fructu ſpiritali, & defenſione Religionis, optimum eſſe videatur, vt conſenſum veſtrum habeam de hoc facere, quod optimum* [23] *eſſe mihi inſpirare dignetur Deus, quia hoc non video poſſe fieri, ſi contrarius Princeps fuerit.* Ad hanc intertogationem ſic reſpondet Papa. *Quòd autem tibi ſucceſſorem conſtituere petiſti, vt te viuente in tuo loco eligatur Epiſcopus, hoc nullâ ratione concedi patimur, quia contra omnem Eccleſiaſticam Regulam vel Inſtituta Patrum eſſe monſtratur, ſed volumus, vt tibi miniſtret, & ſit in Euangelio adiutor, dicente Apoſtolo. [Si quis benè miniſtrauerit, gradum ſibi bonum acquirit.] Nimis enim reprehenſibile ac deteſtabile eſſe manifeſtum eſt, vt, te viuente, tibi alium ſubſtituamus. Sed hoc commonemus, vt quamdiu te diuina iuſſerit clementia ſupereſſe, ſine intermiſſione orare non ceſſes, vt tibi Deus illum ſucceſſorem concedat, qui ei poſſit eſſe placabilis, & populum, quem ad ſuam gratiam, per tuæ Sanctitatis induſtriam, vocare voluit, irreprehenſibiliter regere valeat, atque ad viam vitæ elaboret perducere. Nam quomodo hæc quæ popoſciſti, etiamſi voluerimus, concedere poſſumus, dum nos fragiles homines exiſtentes, & ſub conditione mortis conſtituti Ignorantes quid ſuperuentura pariat dies; non valentes inueſtigare quis è nobis propior de præſenti ſeculo migret? Sin autem*

23. Anton. de Aquin. Bin. Sirmond. *optimum videatur, & mihi inſpirare*

AN. CH. 743. P. M. THEODOR. IV. R. 6. 7.

& eundem diuina voluerit clementia poſt tui diem tranſitûs ſupereſſe, ſi eum aptum cognoueris, & in tua voluntate fuerit definitum, eâ horâ quâ te de præſenti ſeculo migraturum cognoueris, præſentibus cunctis, tibi ſucceſſorem deſigna, vt huc veniat ordinandus. Hoc nulli alij concedi patimur, quod tibi charitate cogente largiri [c] *cenſuimus.* De licentia eligendi ſucceſſoris, quam Gregorius Tertius Papa Bonifacio conceſſit, egimus ad annum Chriſti ſeptingenteſimum duodequadrageſimum [a], quo Bonifacius Romam tertiò profectus Gregorium conuenit. Eius, qui Catolomanni Francorum Ducis auunculum interemit, nomen reticetur, nec illa de nece quidquam alibi legitur. Ceterùm hæc Zachariæ reſponſio Decreto [b] inſerta eſt à Gratiano, ſed malè dicitur excerpta ex vltima illius ad Bonifacium epiſtola, nam ſeriùs eadem de re Zacharias iterum ad Bonifacium Moguntiacenſem Archiepiſcopum iam conſtitutum ſcripſit.

[a] Num. 2.

[b] Part. 2. c. 7. q. 1. c. 17.

XXIV. De matrimonio,

Tertia Bonifacij interrogatio eſt de laico, qui licentiam à Gregorio Tertio Papa ſibi indultam aſſerit, vt mulierem in tertia generatione ſibi propinquam, auunculi ſui viduam, ab altero viro conſobrino ſuo adhuc ſuperſtite digreſſam, & ante matrimonium velatam in vxorem aſſumat. *Præterea quærere & interrogare Paternitatis veſtræ conſilium debeo de quadam confuſione & ſcandalo prædicationis, quæ nuper ad nos veniens mentem noſtram conturbauit, & Sacerdotibus Eccleſiarum verecundiam incutiebat, quia laicus quidam magnæ perſonæ ad nos veniens dicebat ſibi ab Apoſtolicæ Sedis Pontifice ſanctæ memoriæ Gregorio datam fuiſſe licentiam, vt in matrimonium acciperet viduam auunculi ſui quæ & ipſa fuit vxor conſobrini ſui, & ipſa, illo viuente, diſceſſit ab eo, & iſti viro, qui nunc eam accipere deſiderans, affirmat ſibi licentiam datam, in tertia generatione illa propinqua illius eſſe dinoſcitur, & votum vouit Deo caſtitatis, & velata fuit, & iterum abiecto velamine maritata. Tale enim matrimonium ſupradictus homo ſibi ab Apoſtolico affirmat eſſe permiſſum. Quod non æſtimamus eſſe verum, quia Synodus & Eccleſia, in qua natus & nutritus fui, id eſt, in tranſmarina Saxonia, Lundunenſis Synodus, quæ in primis à diſcipulis Sancti Gregorij, id eſt, Auguſtino, Laurentio, Iuſto, Melito, Archiepiſcopis conſtituta & ordinata fuit, talem copulam & matrimonium maximum ſcelus, & inceſtum, & horribile flagitium, & damnabile piaculum fieri ex auctoritate Sacræ Scripturæ iudicabant. Quapropter Paternitas veſtra huius rei veritatem indicare non dedignetur, vt Eccleſiæ Sacerdotibus vel populo Chriſtiano inde ſcandala & ſchiſmata, vel noui errores non oriantur & concreſcant, quia carnales homines, idiotæ Alemanni, vel Baioarij, vel Franci, ſi iuxta Romanam vrbem aliquid facere viderint ex his peccatis, quæ nos prohibemus, licitum & conceſſum à Sacerdotibus eſſe putant, &, dum nobis improperium deputant, ſibi ſcandalum vitæ accipiunt.* Ad hanc interrogationem ſic reſpondet Zacharias. *De illo verò, qui viduam auunculi ſui, quæ & ipſa fuit vxor conſobrini ſui, & ſacrum velamen habere monſtrata eſt, & à beatæ memoriæ prædeceſſore noſtro ſibi licentiam conceſſam eſſe diuulgauit, vt ei in pernicioſo matrimonia aſſumere debuiſſet, abſit hoc, vt deceſſor noſter iſta permitteret. Nec enim ab hac Apoſtolica Sede illa diriguntur, quæ contraria eſſe Patrum ſiue Canonum inſtitutis inueniantur. Ergo admonere, hortari, increpare eos, frater chariſſime, ne ceſſes, quatenus à tali ſceleſto recedant matrimonio, vt non in æternum pereant. Reminiſcantur enim ſe Chriſti ſanguine eſſe redemptos, & non ſponte ſe contradant, niſi ab iſto receſſerint inceſto matrimonio, diaboli poteſtati, ſed magis Omnipotenti Deo & Chriſto filio eius, Spiritui quoque Sancto, in cuius nomine ab illius antiqui hoſtis erepti ſunt poteſtate. Elabora igitur, ſanctiſſime frater, in eis, quia ſcriptum cognoſcis.* [*Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam eius à morte, & ſuorum operit multitudinem peccatorum.*] *Nam & nos eò pro hoc commonitoria ſcripta direximus.* Laudandi ſanè Bonifacius & Zacharias. Ille, quia rumorem qui de Gregorio Tertio Papa ſpargebatur, verum non æſtimauit, prudentérque poſtulauit eo de negotio certiorem ſe fieri, ne ſiniſtra de tanto Pontifice Romaniſque moribus fama ſcandalo eſſet Alamannis

mannis

mannis ſiue Sueuis, Boioariis, & Francis, id eſt, incolis Franciæ Orientalis AN. CH.
ſiue hodiernæ Franconiæ vbi Wirceburgum, vt obſeruatum ſuprà. Hic 743.
verò, quia, vt amputato mendacio ſcandalum omnino amoueretur, non P. M.
tantùm Bonifacio reſcripſit, ſed & literas laico direxit, de quo Bonifacius THEO-
ſcripſerat, quòd inceſtum matrimonium contrahere vellet cum muliere DOR. IV.
Deo dicata, auunculi ſui vidua, alterius viri adhuc ſuperſtitis ac conſo- R. 6. 7.
brini vxore. Superioribus Tomis varios recitauimus Canones, quibus Synodi in Regno Francorum habitæ tam nefarias copulas prohibuerunt. In Collectionibus autem Conciliorum hactenus editis, & in ſynopſi Labbeanæ, quæ nunc etiam ſub prælo eſt, Synodi Londinenſis, quâ Bonifacius nititur, nulla fit memoria. Quapropter Alfordus ait [a] *è tenore literarum* Bonifacianarum *non aliam Synodum intelligi, aut potiùs non alia Patrum ſcita, quàm quæ vel Auguſtini, vel Laurentÿ, vel Iuſti, vel denique Melliti, Antiſtitum, qui à Bonifacio nominantur, ſcita fecerunt.* Atque id quidem rectè, ſed perperam addit, *ſi enucleatius quis ſcire velit, quò reſpexerit Bonifacius, probabiliter non aliud ab eo intelligi, quàm Magni Gregorÿ ſextum reſponſum ad interrogata Auguſtini*, nam quæ declarantur in interrogatione Bonifacij & in reſponſione Zachariæ, nec in Auguſtini interrogato nec in reſponſo Gregorij Magni continentur apud Bedam, qui libro primo [b] Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ vtrumque deſcribit.

[a] Ad an. 741. n. 9.

[b] Cap. 27.

XXV. DE OBSERVATIONIBVS PAGANORVM.

Quarta Bonifacij interrogatio eſt de Kalendis Ianuarij, déque auguriis, phylacteriis, incantationibus, & aliis obſeruationibus, quas aiebant gentili more in vrbe Romana fieri. *Affirmant*, inquit, *ſe vidiſſe annis ſingulis in Romana vrbe, & iuxta Eccleſiam Sancti Petri, in die vel nocte, quando Kalendæ Ianuarÿ intrant, paganorum conſuetudine choros ducere per plateas & acclamationes, ritu gentilium, & cantationes ſacrilegas celebrare, & menſas illâ die vel nocte dapibus onerare, & nullum de domo ſua vel ignem, vel ferramentum, vel aliquid commodi vicino ſuo præſtare velle. Dicunt quoque ſe ibi vidiſſe mulieres pagano ritu phylacteria & ligaturas in brachiis & in cruribus ligatas habere, & publicè ad vendendum venales ad comparandum aliis offerre. Quæ omnia eò quòd ibi à carnalibus & inſipientibus videntur, nobis hîc improperium & impedimentum prædicationis & doctrinæ faciunt. De talibus ait Apoſtolus increpans. [Dies obſeruatis & tempora, timeo ne ſine cauſa laborauerim in vobis.] Et Sanctus Auguſtinus dixit. [Nam qui prædictis malis, id eſt, caragis, & diuinis, & aruſpicibus, vel phylacteriis, & aliis quibuſlibet auguriis crediderit, etſi ieiunet, etſi oret, etſi iugiter ad Eccleſias currat, etſi largas eleemoſynas faciat, etſi corpuſculum ſuum in omni afflictione cruciauerit, nihil illi proderit, quamdiu ſacrilegia illa non reliquerit.] Nam ſi iſtas paganias paternitas veſtra ibi in Romana vrbe prohibuerit, & ſibi mercedem, & nobis maximum profectum in doctrina Eccleſiaſtica perficiet.* Ad hanc interrogationem ſic reſpondet Papa. *De Calendis verò Ianuariis, vel ceteris auguriis, phylacteriis, & incantationibus, vel aliis diuerſis obſeruationibus, quæ gentili more obſeruari dixiſti apud Petrum Apoſtolum, vel in vrbe Roma, hoc & nobis & omnibus Chriſtianis deteſtabile & pernicioſum eſſe indicamus, dicente Deo. [Non auguramini, nec obſeruabitis ſomnia.] Et iterum. [Non eſt augurium in Iſrael, nec obſeruatio in domo Iacob.] Ita & à nobis cauendum eſſe cenſemus, vt nullis auguriis vel obſeruationibus attendamus, quia omnia hæc abſciſſa eſſe à Patribus ſumus edocti. Et quia per inſtigationem diaboli iterum pullulabant, à die, quâ nos iuſſit diuina clementia, quamquam immeriti exiſtamus, Apoſtoli vicem gerere, illicò omnia hæc amputauimus. Pari etenim modo volumus tuam Sanctitatem populis ſibi ſubiectis prædicare, atque ad viam æternæ perducere vitæ. Nam & ſanctæ recordationis prædeceſſoris atque nutritoris noſtri Domni Gregorÿ Papæ conſtitutione omnia hæc piè ac fideliter amputata ſunt, & alia diuerſa quamplura, quæ diabolo ſuggerente pullulabant in Chriſti ouile, cuius inſtar, pro illius populi ſalute dirigere maturauimus.* Actum quoque ſuperioribus Tomis de Kalendis Ianuarij, déque aliis paganorum obſeruationibus, quas Bonifacius in ſua interrogatione & Zacharias in ſua reſponſione complectuntur.

AN. CH. 743. P. M. THEODOR. IV. R. 6. 7.

XXVI. ITEM DE CLERICIS.

Quinta Bonifacij interrogatio eſt de Epiſcopis ac Preſbyteris adulteris & fornicatoribus, qui Romà reuerſi dicunt ſe licentiam obtinuiſſe à Papa, vt in Eccleſia ſuis muneribus cùm Epiſcopali tum Preſbyterali defungantur. *Epiſcopi quoque & Presbyteri gentis Francorum qui fuerunt adulteri vel fornicatores acerrimi, quos in gradu Epiſcopatûs vel Presbyterij fornicationum filij nati arguunt, reuenientes ab Apoſtolica Sede dicunt ſibi Romanum Pontificem licentiam dediſſe, miniſterium Epiſcopale in Eccleſia miniſtrare. Quos contra contendimus, quia Apoſtolicam Sedem nequaquam contra Decreta Canonum audiuimus iudicaſſe.* Ad hanc interrogationem Zacharias ita reſpondet. *De Sacerdotibus illis, qui falſa opinantur, qui etiam adulteri & fornicatores probantur, & ſibi ab Apoſtolica Sede indultum eſſe teſtantur, & è contrario licentiam ſibi prædicationis conceſſam eſſe, hoc nullâ ratione credat tua ſancta fraternitas, ſed ſimiliter in eis Canonicam exerce vindictam, quemadmodum de his, de quibus ſuperiùs à nobis edoctus monſtraris. Non enim aliud te agere volumus, præterquàm quæ ſacri præcipiunt Canones, vel etiam ab hac Apoſtolica Sede inſtructus eſſe dinoſceris.*

XXVII. Zacharias poſt illas reſponſiones ſermonem de tribus Epiſcopis, in Francia, in Haſſia & in Turingia, nuper à Bonifacio conſtitutis, necnon de eiuſdem Bonifacij congreſſione cum Carolomanno Maiore-domûs iterum facit.

XXVIII. De tribus Epiſcopis, ſic. *Secundùm tuæ Sanctitatis petitionem & tribus Epiſcopis tuis ſingulas confirmationis Epiſtolas miſimus, quas per tuæ Sanctitatis manus eis largiri volumus.* Quid ea de re ſentiremus, expoſuimus ſuprà. Zacharias tribus Epiſcopis earumdem literarum exempla tria, ſingula ſingulis direxit cum hoc vel ſimili Titulo. *Dilectiſſimis nobis, Witanæ Sanctæ Eccleſiæ Birburgenſis, Burchardo Sanctæ Eccleſiæ Wirtzburgenſis, Adelhario Sanctæ Eccleſiæ Erphesfurdienſis, Epiſcopis, Zacharias Papa.*

XXIX. De Bonifacij colloquio cum Carolomanno, ſic. *Carolomanno filio noſtro alia ſcripta direximus, vt quæ tibi promiſit adimplere feſtinet, atque adminicula præſtet.* Perierunt illæ ad Carolomannum literæ, ſed rurſum conſtat ex his ad Bonifacium, quòd Zacharias, cùm ad prænotatas interrogationes Bonifacij reſpondit, nondum ſciebat habitam à Bonifacio Synodum, imò nondum ſciebat ad illam celebrandam diem indictum fuiſſe.

XXX. HORTATVR AD OBSERVATIONEM CANONVM.

Denique Zacharias egregia hortatione, quâ ſacrorum Canonum obſeruationem commendat, & ad cœpti operis perfectionem conſummandam animos addit, ſuas ad Bonifacium literas ſic abſoluit. *Hæc, frater chariſſime, de omnibus ſuperiùs comprehenſis capitulis, vt Dominus donauit, reſpondimus ad amputanda omnia diabolicæ fraudis ſcandala. Tua verò ſancta fraternitas, ſi quid de cetero euenerit, vt ſacri docent Canones, ſtudeat emendare in plebibus ſibi à Deo commiſſis. Non enim aliud nobis conuenit prædicare, præter quod à Sanctis Patribus ſumus edocti. Si verò & noui aliquid, inimici aſtutiâ agente, acciderit, quod tua ſancta fraternitas minimè per Canonum inſtituta diſcernere poſſit, hoc nobis non pigeat te inſinuare, quatenus, Deo iuuante, quæcumque ad emendationem nouæ plebis eſſe poſſunt, tibi abſque tarditate reſpondere maturemus. Cognoſcat enim, frater chariſſime, tua ſancta fraternitas, ita dilectionem tuam nos habere in noſtris præcordiis, vt te præſentialiter videre quotidie deſideremus, & ita te in noſtro conſortio habeamus, vt certè miniſtrum Dei & diſpenſatorem Eccleſiarum Chriſti. De cetero namque confortare in Domino, frater chariſſime, & eſto robuſtus, & elabora in opus, ad quod te diuina voluit vocare clementia. Magna enim te ſpes remunerationis expectat, quam promiſit Deus diligentibus ſe. Et nos licèt peccatores exiſtamus, tamen Dei noſtri non ceſſamus abſque intermiſſione immenſam exorare clementiam, vt qui cœpit in vobis perficiat opus bonum vſque adhuc. Et Beatus Apoſtolorum Princeps Petrus cooperetur tibi in omnibus bonis, quæ ei parere deſideras. Deus te incolumem cuſtodiat, reuerentiſſime & ſanctiſſime frater.*

XXXI. a Ap. Sirmond. To. 1. Concil. Gall.

Hæc Zachariæ ad Bonifacium epiſtola cum tribus aliis ad totidem Epiſcopos à Bonifacio in Francia, in Haſſia, in Turingia nuper inſtitutos, *data* reperitur [a] *Kalendis Aprilis, imperante Domino piiſſimo Auguſto Conſtantino à*

AN. CH. 743. P. M. THEODOR. IV. R. 6. 7.

Deo coronato Magno Imperatore, anno viceſimo-quarto, Imperij eius anno ſecundo Indictione vndecimâ. Quatuor hi Characteres Chronologici ſimul collati, Kalendæ Apriles, annus Conſtantini Imperatoris viceſimus-quartus ex quo coronatus eſt Imperator viuente tum Leone patre, annus eiuſdem Conſtantini Imperatoris ſecundus ex quo ſolus poſt obitum Leonis patris imperare cœpit, Indictio vndecima, deſignant annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-tertium. Super Indictione nulla difficultas, illo enim anno per menſem Aprilem vndecima currebat Indictio. De vtraque Conſtantini Imperatotis epocha conſule quæ dicta ſunt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-primum [a], quo Leo pater eius obiit. Conſtantinus in ipſo die Paſchæ, pridie Kalendas Aprilis, anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo coronatus eſt Imperator, ergo Kalendis Aprilis anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-tertio annum Imperij numerabat viceſimum-quartum pridie iam inchoatum. Idem Conſtantinus decimo-quarto Kalendas Iulias, anno Chtiſti ſeptingenteſimo quadtageſimo-primo ſolus imperare cœpit, ergo Kalendis Aprilis anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-tertio annum Imperij ſecundum agebat ab obitu patris. Qui ſecus ſcribunt, egent emendatione, ſeu cum Sitinondo volunt Conſtantinum duodecimo Kalendas Maias Imperatorem cotonatum fuiſſe, ſeu cum Baronio ponunt Indictionem decimam & annum Imperij ſecundum expungunt, vt literas Zachariæ, quas ſuprà recitauimus, ad Bonifacium anno Chtiſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo miſſas faciliùs & ingenioſiùs ſuadeant. Nec eſt cur arbitreris vtramque Conſtantini epocham hoc loco Chronologiæ noſtræ refragari, quoniam Artauaſdum eiúſque filium Nicephorum, ante Kalendas Apriles huius anni, Imperatores acclamatos diximus ſuprà. Nam licèt de Artauaſdo & Nicephoro ſic cenſeamus, à die tamen quo purpuram in Oriente ſumpſerunt, ad diem quo Romæ dicti ſunt Imperatores, interceſſit aliquot menſium intercapedo.

[a] Num. 64.

XXXII. Prælaudatas autem epiſtolas, quas Zacharias Bonifacio Archiepiſcopo & Epiſcopis Franciæ, Haſſiæ ac Turingiæ, ſcripſit, anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo Kalendis Aprilibus datas, imò vt Baronius [b] putat, *acceptas* eſſe tantâ plerique contendunt pertinaciâ, quia priùs eas prædictis Archiepiſcopo & Epiſcopis redditas volunt, quàm Concilium haberetur, quod *anno ab Incarnatione Domini ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo, vndecimo Kalendas Maij*, celebratum fertur. At quis vnquam in epiſtolæ ſubſcriptione non eam *datam* ſed *acceptam* legit? Mendum potiùs in Chronologicos Synodi Characteres irrepſit, &, vt anno præterito [c] in notis ad literas Bonifacij iam monuimus, corrigenda eſt nota vel anni, vel diei, vt deleto anno ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo ſubſtituatur annus ſeptingenteſimus quadrageſimus tertius, aut expuncto vndecimo Kalendas Maij reponatur dies, qui Paſcha præceſſerit anni ſeptingenteſimi quadrageſimi-tertij, pertinueritque ad annum ſeptingenteſimum quadrageſimum-ſecundum, initio anni ducto à Paſchali Solemnitate, quæ annum ſeptingenteſimum quadrageſimum-tertium poſtridie Idus Aprilis aperuit. Re maturè conſideratâ nulla commodior occurrit emendatio, quàm ſi Maij loco reponatur Aprilis, & Synodus vndecimo Kalendas Aprilis habita cenſeatur, currente adhuc anno ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo, cui finem Idus Aprilis impoſituræ.

[b] Ad an. 742. n. 17.

[c] Num. 2.

XXXIII. GEMMVLI DIACONI LITERÆ AD BONIFACIVM ARCHIEP.

Literæ Bonifacij, quibus Zacharias Papa reſponſum hoc anno fecit, Romam per Denéardum Preſbyterum delatæ ſunt. Idem Deneardus literas quoque Bonifacij Gemmulo Romanæ Eccleſiæ Diacono detulit, cuius hæc extat reſponſio Bonifacianis epiſtolis inſerta [d]. *Domino ſanctiſſimo & nimiùm deſiderantiſſimo, atque cum omni affectu charitatis recolendo Patri, Bonifacio Archiepiſcopo prouinciæ Germanicæ, Gemmulus indignus Diaconus Sanctæ Sedis Apoſtolicæ. Venerabilibus ſanctiſſimæ Paternitatis veſtræ ſyllabis ſuſceptis, per præſentem*

[d] Ep. 150.

AN. CH. 743. P. M. THEODOR. IV. R. 6. 7.

gerulum Deneardum venerabilem virum miſſis, cum omni, vt decuit, veneratione atque charitatis affectu ſuſcepiſſe, inſinuo, ſimul & benedictionem quam mihi miſiſtis, qua apud paruitatem meam ſuper aurum & argentum accepta eſt, eò quòd mei memorem eſſe in ſanctis ſuis orationibus almitatis veſtra coronam cognoui, quem concedere mihi diuina patiatur Maieſtas incolumem, quamdiu me ſuperna volueris clementia ſupereſſe, vt veſtris ſacris interuentionibus iuuatus, exercitior inueniar, Deo propitio, aduersùs antiqui hoſtis inſidias repugnare. Intereà inſinuaſtis mihi, quod vobis de illis epiſtolis Sancti Gregory mitteremus. Sed nunc minimè potuimus ſanctis Paternitatis veſtra praceptis parere, eò quòd nimis attritum, atque in podagrico humore & dolore fatigatum memoratus veſter Presbyter per tempus cognouit, itaut in eo me dolore afflictum relinqueret, quod & ore proprio vobis intimabit. Sed, ſi vita comes fuerit, & veſtra oratio modò non defuerit, qua iuſſiſtis, dum ſaluti fuero pleniùs reſtitutus, ſanctiſſima paternitatis veſtra obtemperabo iuſſionibus, vt dum aliâ vice huc veſtrum miſſum direxeritis, qua pracepiſtis, impleta eſſe reperiantur, vt abſque tarditate, qua deſideratis, expleantur. Tranſmiſimus enim per pradictum veſtrum Presbyterum aliquantùm coczumbri, quod incenſum Domino offeratis, temporibus matutinis & veſpertinis, ſiue dum Miſſarum celebratis ſolemnia, miri odoris atque fragrantia, ſed peto vt abſque iniuria ſuſcipiatis, quod purá charitate dirigitur, ſalutans veſtram ſanctiſſimam Paternitatem in Domino, &, vt pro nobis orare iubeatis, depoſco. Sed & omnem Eccleſiam, qua vobiſcum eſt, per vos ſaluto, & vt ipſi pro me exorent, multùm enim valet deprecatio iuſti aſſidua. Nam & ego, licèt peccator exiſtam, tamen veſtri memoriam ante ſacras confeſſiones Apoſtolorum faciens, orationi incumbo. His pramiſſis, optamus ſanctitatem Paternitatis veſtra in Domino benè valere, atque in opere, quod aſſumpturus es, multò ampliùs fructum boni operis pullulare concedat, & ad incrementum perducere patiatur diuina Maieſtas, Trinitas indiuiſa ſanctitatem veſtram conſeruet orantem pro nobis. Extant alreræ eiuſdem Gemmuli ad Bonifacium literæ, quæ poſt Synodum Romanam ſcriptæ ſunt, vt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimumſextum probaturi ſumus.

XXXIV. Agendum iam nobis de Synodo Germanica, ordiendúmque à ptæfatione, quam ex vita Sancti Bonifacij [a] deſcriptam correctámque iuxta obſeruationem, quam præmiſimus, ſic accipe. *In Nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Ego Karlomannus Dux & Princeps Francorum, anno ab Incarnatione Domini ſeptingenteſimo quadrageſimo ſecundo, vndecimo Cal. Aprilis* (Maij in exemplaribus editis) *cum conſilio ſeruorum Dei & Optimatum meorum, Epiſcopos, qui in regno meo ſunt, cum Presbyteris ad Concilium & Synodum pro timore Chriſti congregaui; id eſt, Bonifacium Archiepiſcopum, Burchardum, & Reginfridum, Witanum, & Willibaldum, Dadanum, & Addanum, cum Presbyteris eorum, vt mihi conſilium dediſſent, quomodo lex Dei & Chriſtiana religio recuperetur, qua in diebus prateritorum Principum diſſipata corruit, & qualiter populus Chriſtianus ad ſalutem anima peruenire poſſit, qui per falſos Sacerdotes huc vſque deceptus eſt.*

[a] Lib. 1. c. 34.

SYNODI GERMANICÆ PRÆFATIO.

XXXV. Hanc præfationem cum ipſa Synodo Neoterici deſcripſerunt ex præcitata Sancti Bonifacij vita, quam Othlonus Pteſbyter conſcripſit, & ex libto quinto Capitularium, quem Benedictus Leuita concinnauit. Inter vtramque præfationis editionem nonnihil diſcriminis obſeruauimus. Vatias quidem lectiones, quæ ſpectant ad ptoptia Epiſcopotum nomina, miſſas hîc facimus, ſeu quia leuiores ſunt, ſeu quia tecurrent inferiùs exponendæ. Quòd autem Benedictus poſt Addanum, quem Eddanum vocat, addit *ac reliquos Epiſcopos*, ipsámque præfationem ſic claudit, *& per falſos Sacerdotes deceptus non pereat*, neutrum nobis placet, quoniam Epiſcopi, quorum Diœceſes in prouinciis regno ſeu tegimini Carolomanni ſubiectis erant, notiores atque illuſtriores extiterunt, quàm vt eos indeterminatè per *reliquos Epiſcopos* intelligere debeamus, & phraſis vltima per relatiuum potiùs quàm per coniunctionem ptoximæ videtur illiganda, quia duæ præcedentes inter ſe pet relatiuum quoque connectuntur. Vtraſque iterum accipe atque attentè

AN. CH. 743. P. M. THEODOR. IV. R. 6. 7.

obſerua. *Quomodo Lex Dei & Chriſtiana religio recuperetur, quæ in diebus præteritorum Principum diſſipata corruit, & qualiter populus Chriſtianus ad ſalutem animæ peruenire poſſit, qui per falſos Sacerdotes huc vſque deceptus eſt.*

XXXVI. In prædicta Præfatione nomen loci reticetur, in quo Synodus eſt babita. Plerique Reginoburgum ſeu Ratiſponam ſcribunt ad Danubium, nonnulli Auguſtam Vindelicorum ad Lycum. Anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-octauo Gregorius Tertius Papa per literas Epiſcopis in Boioaria & Alamannia conſtitutis mandanit, vt *ſiue iuxta Danubium, ſiue in ciuitate Auguſta, vel vbicunque* Bonifacius Concilia celebrare vellet, illuc ſe conferrent. Deinde exeunte anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-nono, cùm de Boioaria quatuor in Diœceſes deſcripta déque aliis rebus illic à Bonifacio geſtis certior factus eſſet, gratulatorias ei literas direxit, in quibus, vbi de cogendo Concilio ſermonem fecit, illud *iuxta ripam Danuby* celebrandum dixit. Hiſce literis innituntur qui ſtant pro Rariſpona, quoniam Ratiſpona ſita eſt ad Danubium, & Gregorius Papa, qui priore epiſtolâ Danubianum, Auguſtanum aliáque diſiunctiuè loca notarat, poſteriore Danubianum Auguſtano & alij cuilibet prætulit. Addunr ad commendationem Ratiſponæ, quòd ab Othlono [a] *Metropolis Bagoariæ* nuncupantur. At Serarius in notationibus[b] ad hunc Auctorem fatetur ſupereſſe ſcrupulum, quoniam Epiſcopis, qui Synodo interfuerunt, Gowiboldus ſeu Garibaldus Ratiſponenſis Epiſcopus in præcitata Præfatione non accenſetur. Præualidum ſanè hinc erues argumentum, vr Concilium Ratiſponæ celebratum inficieris. Imò cùm nec ibi nomen extet Ioannis Epiſcopi Saliſburgenſis, aut Erimberti Friſingenſis Epiſcopi, vel Wiuilonis Epiſcopi Laureacenſis ac Patauienſis, habitam in Boioaria Synodum haud immeritò negabis. Quin & eodem modo argumentaberis de Auguſta Vindelicorum, cuius Pontificatum tunc gerebat Wicho. Omnium igitur rectiſſimè loquuntur, qui Concilium hoc, quoniam loci nomen non proditur, nec Ratiſponenſe, nec Auguſtanum, ſed Germanicum vocant.

[a] Lib. 1. c. 31.
[b] Notat. 31.

XXXVII. Porrò, cùm Germaniæ vocabulo non tantùm ampliſſima regio trans Rhenum, ſed etiam cis eundem fluuium duæ intelligantur Galliarum prouinciæ, quarum Metropoles olim Moguntia & Colonia, nouiſſimè vna Vormacia, vt dictum ſuprà, quæſtio quoque moueri poteſt, vtrùm illud Concilium cis an vltra Rhenum amnem habitum ſit. Ex Epiſcopis enim, qui præſentes interfuerunt, alij cis-Rhenani noſcuntur, alij trans-Rhenani. Illorum perantiquæ Diœceſes, horum verò Sedes erectæ à Bonifacio nuperrimè. Gallicanis Epiſcopis datum remur à Bonifacio, vt in Gallia Synodus ageretur, tum quia Gallicanæ Sedes antiquitate præſtabant, tum quia carebant Archiepiſcopo & reformatione plurimùm indigebant, vt ipſemet Bonifacius in ſuis ad Zachariam literis ſignificarat.

XXXVIII. EPISCOPI. In præcitata Synodi Præfatione, præter Bonifacium Archiepiſcopum regionarium, cui fixa non erat Sedes, ſex enumerantur Epiſcopi, Burchardus, Reginfridus, Wiranus, Willibaldus, Dadanus & Addanus. Super Burchardo, Wirano & Willibaldo, quos Bonifacius Epiſcopos nuper inſtituerar, nulla prorſus difficulras. Wirceburgenſem Diœceſim regebat Burchardus, Birburgenſem Witanus ſeu Witta, Willibaldus Aycbiſtadianam. Reginfridus ſeu Ranginfredus Epiſcopus erat Colonienſis; à nobis non ſemel commemoratus eſt Tomo ſuperiore, nec confundi debet cum Reginfrido Archiepiſcopo Rotomagenſi, qui ſetiùs poſt Grimonem ſedere cœpit, & in Neuſtria procul à Maioratu Carolomanni degit. Dadanus Sancto Willebrordo in Epiſcopatum Vltraiectinum ante aliquot menſes ſucceſſerat. Addanus, qui vocatur *Eddanus* in Capitularibus, apud Valeſium [c] idem eſt ac *Heddus*, dicitúrque Epiſcopus *Strateburgenſis*, id eſt, Argentoratenſis.

[c] Lib. 25. ad an. 742.

XXXIX. Ex Epiſcopis igitur, quorum Sedes Bonifacius in Haſſia, in Francia Orientali, & in Thuringia, nuper erexerat, ſolus defuit Adelharius Erpheſ-

AN. CH. 743. P. M. THEODOR. IV. R. 6. 7.

furdienſis Epiſcopus, quia Saxones idolorum cultores irruptione factâ Thuringiam inquietabant. E Germania prima tres defuerunt, Wormacienſis, Moguntiacenſis, & Nemetenſis; Leodienſis è Germania ſecunda. Vormacia Paſtore tunc carebat. Geroldus Moguntiacenſis Epiſcopus in Thuringia cum exercitu verſabatur. Cur etiam defuerint Dauid Nemetenſis Epiſcopus & Florebertus Epiſcopus Leodienſis, haud æquè ſcimus; fortè morbo derenti ſunt, aut, quia tres duntaxat è trans-Rhenanis conuenerunt, placuit haud plures è cis-Rhenanis adeſſe.

XL. CANONES.

In illa Synodo conditi ſunt ſexdecim Canones, quos Iacobus Sirmondus ad ſeptem Titulos ſeu Capitula redegit.

XLI. DE ARCHIEPISCOPATV BONIFACII.

Primus eſt de Bonifacio Archiepiſcopo. *Itaque*, inquit Carolomannus, *per conſilium Sacerdotum religioſorum & Optimatum meorum, ordinanimus per ciuitates Epiſcopos, & conſtituimus ſuper eos Archiepiſcopum Bonifacium, qui eſt Miſſus S. Petri.* Per Epiſcopos, quos Carolomannus *per ciuitates* ordinatos ait, Epiſcopos intellige nouarum Sedium, quas Bonifacius vltra Rhenum in Haſſia, in Francia Orientali, & in Thuringia nuper erexerat, id eſt, Witanum apud *Buraburg*, Burchardum apud *Wirzburg*, Willibaldum apud *Eyſtet*, Adelharium apud *Erpheſfurt*. His Adde Dadanum Vltraiectinum Epiſcopum, quem Bonifacius Willebrordo ante aliquot menſes mortuo nuuiſſimè ſubrogarat. Adde & Wernharium, qui *primus Epiſcopus Wormacienſis* à Bruſchio & à Bucelino in Catalogis Vormacienſium Antiſtitum nuncupatur; ab hac enim Synodo Sedi Vormacienſi, quæ ſine Antiſtite per annos circiter centum fuerat, reſtitutus eſt ſuus Pontifex non quidem cum Metropolitano Titulo, vt anteà, ſed cum Epiſcopali, qui nunc etiam perſeuerat. Bonifacius igitur, quem Gregorius Tertius Papa iamptidem Pallio & Archiepiſcopali dignitate exornarat, Metropolitanum munus per vtramque Germaniam cis Rhenum, necnon per Haſſiam, Franciam Orientalem, Thuringiam, & Alamanniam, trans eundem fluuium exercuit; Epiſcopóſque ſuffraganeos habuit tredecim, quatuor in Germania prima, Moguntiacenſem, Vormacienſem, Nemetenſem, & Argentoratenſem; tres in Germania ſecunda, Colonienſem, Vltraiectinum & Leodienſem; in Haſſia Birburgenſem; Erpheſfurdienſem in Thuringia; duos in Francia Orientali, Wirceburgenſem & Aychiſtadianum; totidem in Alamannia, Auguſtanum & Conſtantienſem; ipſe verò certâ determinatâque Sede caruit, donec anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſexto Moguntinam obtinuit depoſito Geruilione illius ciuitatis Epiſcopo. Scriptores proximè citati, quia Geruilionem eiúſque patrem ac deceſſorem Geroldum Vormacienſibus Archiepiſcopis accenſent, Wernhario, poſtquàm Vormacia Metropolis eſſe deſiit, primum inter Epiſcopos locum ſic tribuunt, vt eum ordinatum contendant regnante iam Pippino. Sed Geroldus eiúſque filius ac ſucceſſor Geruilio Moguntiacenſibus Epiſcopis annumerari debent, nihílque verat, quominùs Eccleſia Vormacienſis, poſt longiſſimum interpontificium, quod ab obitu Sancti Amandi Metropolitæ Vormacienſis Dagoberto Magno ſynchroni perdurauit, hoc anno recuperarit Epiſcopum, qui Diœceſim ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-ſextum per annos tres ac viginti gubernarit, habueritque ſucceſſorem, de quo nobis ſermo ſub Carolo Magno ſit habendus.

XLII. DE SYNODIS CELEBRANDIS.

XLIII. DE RESTITVTIONE PECVNIARVM ECCLESIIS ABLATARVM.

Secundus Canon eſt de Synodo ſingulis annis celebranda. *Statuimus quoque per annos ſingulos Synodum congregari, vt nobis præſentibus Canonum decreta & Eccleſiæ iura reſtaurentur, & Religio Chriſtiana emendetur.*

Tertius eſt de reſtitutione pecuniarum Eccleſiis ablatarum. *Fraudatas pecunias Eccleſiarum, Eccleſiis reſtituimus.* Addit Benedictus, *& reddidimus.*

XLIV. DE CLERICIS ADVLTERIS.

Quartus eſt de falſis & adulteris Preſbyteris déque Diaconis ac Clericis in fornicationem lapſis. *Falſos Preſbyteros & adulteros, vel fornicatores Diaconos & Clericos de pecuniis Eccleſiarum abſtulimus & degradauimus, & ad pœnitentiam coegimus.*

AN. CH. 743. P. M. THEODOR. IV. R. 6. 7.

XLV. Vel arma tractantibus,

Quintus prohibet, ne Clerici tractent arma, vel ad exercitum pergant, præter eos qui ſacrorum causâ electi fuerint. *Seruos Dei per omnia armaturam portare, vel pugnare, aut in exercitum & hoſtem pergere prohibuimus omnino, niſi illos tantùm, qui propter diuinum myſterium, Miſſarum ſcilicet ſolennia adimplenda, & Sanctorum patrocinia portanda*, ſeu Sanctorum reliquias portandas, *ad hoc electi ſunt; id eſt, vnum vel duos Epiſcopos cum Capellanis & Presbyteris eorum Princeps* ſeu Maior-domûs *habeat; & vnuſquiſque Præfectus vnum Presbyterum, qui hominibus peccata confitentibus indicere pœnitentiam poſſit.* Loco *indicere*, quod apud Baronium & Caniſium legitur, editiones haud paucæ minùs rectè reponunt *iudicare* & *indicare*.

XLVI. Aut venatoribus.

Sextus præcipit Clericis, vt à venationibus abſtineant. *Necnon & illas venationes, & ſyluaticas vagationes cum canibus, omnibus ſeruis Dei interdiximus, & vt accipitres & falcones non habeant.*

XLVII. De Presbyteris Parochiarum.

Septimus iubet, vt Presbyteri Parochiarum Epiſcopo ſuo ſint ſubiecti, & miniſterij ſui rationem illi reddant. *Decreuimus quoque, vt, iuxta Sanctorum Canones, vnuſquiſque Presbyter, in Parochia habitans, ſubiectus ſit illi Epiſcopo, in cuius Parochia habitat; & ſemper in Quadrageſima rationem & ordinem Miſſarum ipſi Epiſcopo reddat & oſtendat.* Ita legit Othlonus. Sic autem Benedictus. *Et ſemper in Quadrageſima rationem & ordinem miniſterij ſui, ſiue de Baptiſmo, ſiue de fide Catholica, ſiue de precibus & ordine Miſſarum, ipſi Epiſcopo reddat & oſtendat.*

XLVIII.

Octauus Presbyteros Parochiarum ad Epiſcopum in viſitatione ſuſcipiendum paratos eſſe ſic præcipit. *Et quandocumque iure Canonico Epiſcopus circumierit Parochiam ad confirmandos populos, Presbyter ſemper paratus ſit ad ſuſcipiendum Epiſcopum, cum collectione & adiutorio populi, qui ibi confirmari debet.*

XLIX.

Nonus cuilibet Presbytero in Parochia habitanti iniungit, vt *in Cœna Domini ſemper nouum Chriſma accipiat ab Epiſcopo.*

L.

Decimus ſtatuit, *vt Epiſcopus teſtis ſit caſtitatis, & vitæ, & fidei, & doctrinæ illius*, nempe Presbyteri, qui in Parochia habitat.

LI. De Epiſcopis et Presbyteris ignotis.

Vndecimus cauet, ne ignoti Epiſcopi ac Presbyteri ante probationem Synodalem ad Eccleſiaſticum miniſterium admittantur. *Statuimus etiam, vt, ſecundum Canonicam cautelam, omnes vndecumque venientes ignotos Epiſcopos, vel Presbyteros, ante probationem Synodalem in Eccleſiaſticum miniſterium non admitteremus.*

LII. De paganis obſeruationibus.

Duodecimus decernit, vt Epiſcopus cum Grauione ſeu Graphione, id eſt, cum Iudice fiſcali ſeu cum Magiſtratu ad exigenda iura fiſcalia conſtituto, prouideat, ne populus paganas obſeruationes faciat. *Decreuimus quoque, vt, ſecundùm Canones, vnuſquiſque Epiſcopus in ſua Parochia ſollicitudinem gerat, adiuuante Grauione, qui defenſor Eccleſiæ eius eſt, vt populus Dei paganias non faciat, ſed omnes ſpurcitias gentilitatis abiiciat, ſiue profana ſacrificia mortuorum, ſiue ſortilegos, vel diuinos, ſiue phylacteria, & auguria, ſiue incantationes, ſiue hoſtias immolatitias, quas ſtulti homines iuxta Eccleſias ritu pagano faciunt ſub nomine Sanctorum Martyrum vel Confeſſorum, Deum & Sanctos ſuos ad iracundiam prouocantes.* Addit Benedictus; *ſiue illos ſacrilegos ignes, quos Nedfratres vocant; ſiue omnes, quæcumque ſunt, paganorum obſeruationes, diligenter prohibeant.* Ignes illi, qui *Nedfratres* à Benedicto vocantur, *Metfres* ſunt Baronio, Lindenbrogio *Nodfyrs*, nonnullis Conciliorum Collectoribus *Nedfri*. Lindenbrogius in Gloſſario ſiue interpretatione rerum vocúmque difficilium & obſcuriorum, quarum mentio in Codice Legum antiquarum occurrit, retinet vocem *Nodfyrs*, nec è Tomis Conciliorum reprobat alteram *Nedfri*, ſed ait *Nefratres* ſeu Nedfratres in aliis libris malè legi, deinde quid *Nodfyrs*, nonnullis corruptè *Nodſyrs*, ſignificet, ſic exponit. *Ruſticani homines in multis Germaniæ locis, feſto S. Iohannis, palo ex ſepe extracto funem circumligant, illúmque hac illac ducunt, donec ignem concipiat, quem ſtipulâ aliiſque aridioribus lignis aggeſtis curate fouent, ac cineres collectos ſuper olera ſpargunt, hoc medio eru-*

AN. CH. 743. P. M. THEODOR. IV. R. 6. 7.

eas abigi poſſe inani ſuperſtitione credentes. Eum ergo ignem Nodfeur, quaſi neceſſarium ignem vocant. Spelmannus in Gloſſario Archaiologico ſcribit vocem *Nedfri* ab iſta ſignificatione non omnino alienam eſſe apud Anglo-Saxones, *ned enim*, inquit, *neceſſarium ſonat, fyr ignem.* Aliam tamen voci *Nodfyrs* originem ſtatuit, à priſco videlicet vocabulo Saxonico *Neod*, quod obſequium ſignificat, atque inde concludit *Nodfyrs ignes eſſe in obſequium numinum ethnicorum editos.*

LIII. De poenitentia Clericis, Monachis ac Monialibus in fornicationem lapſis irroganda.

Decimus-tertius eſt de pœnitentia Preſbyteris, Clericis, Monachis, & Monialibus, in fornicationem lapſis irroganda. *Statuimus ſimiliter, vt poſt hanc Synodum, quæ fuit* XI. *Kal. May*, (Aprilis, vt ſuprà diximus, Maij loco reponi debet) *quiſquis ſeruorum Dei vel ancillarum Chriſti in crimen fornicationis lapſus fuerit, in carcere pænitentiam faciat in pane & aqua. Et, ſi ordinatus Presbyter fecerit, duos annos in carcere permaneat, anteà flagellatus. Si autem Clericus vel Monachus in hoc peccatum inciderit, poſt tertiam verberationem in carcerem miſſus, vnum annum ibi pænitentiam agat. Similiter & Nonnæ velatæ eâdem pænitentiâ teneantur, & radantur omnes capilli capitis earum.* Apud Benedictum Preſbytero fornicatori grauior pœnitentia ſic imponitur. *Et, ſi ordinatus Presbyter ſit, duos annos in carcere permaneat, & anteà flagellatus & ſcorticatus videatur, & pòſt Epiſcopus adaugeat.*

LIV. De veſtimentis Clericorum.

Decimus-quartus decernit, *vt Presbyteri vel Diaconi non ſagis, laicorum more, ſed caſulis vtantur, ritu ſeruorum Dei.* Vt igitur ſagum laicorum, ſic Clericorum ac Monachorum veſtis eſt caſula, quam nonnulli vulgò ſic dictam volunt [a], quòd inſtar paruæ caſæ totum hominem tegat.

[a] Ap. Spelmann. in Gloſſar.

LV. De familiaritate fœminarum vitanda.

Decimus-quintus iiſdem Preſbyteris ac Diaconis præcipit, *vt nullus in domo ſua mulieres habitare permittat.*

LVI. De Regula S. Benedicti.

Decimus-ſextus eſt de Regula Sancti Benedicti. *Vt Monachi & ancillæ Dei Monaſteriales, iuxta Regulam Sancti Benedicti viuere ſtudeant.* Fuſiùs in Capitularibus à Benedicto ſic editur. *Vt Monachi & ancillæ Dei Monaſteriales, iuxta Regulam Sancti Benedicti Cœnobia vel Xenodochia ſua ordinare, gubernare, & viuere ſtudeant, & vitam propriam degere ſecundùm prædicti Patris ordinationem non negligant.* In prouinciis, per quas Bonifacius Metropoliticum munus exercuit, pleraque iam Monaſteria Regulam Benedictinam obſeruabant, eandem verò longè plura ſuſceperunt poſt hanc Synodum, quam Liptinenſis anno proximo confirmauit, vt ſuo loco dicturi ſumus.

LVII. De eadem Synodo literæ PP.

Interim Zacharias Papa, cùm de rebus in Synodo Germanica geſtis certior per literas Bonifacij factus fuiſſet, hanc epiſtolam omnibus fidelibus *per Gallias & Francorum prouincias*, id eſt, per prouincias ſeu cis-Rhenanas, ſeu trans-Rhenanas, quibus Bonifacius Archiepiſcopus eum iure Metropolitico præerat, conſtitutis mox direxit. *Zacharias Papa vniuerſis Epiſcopis, Presbyteris, Diaconibus, Abbatibus, cunctis etiam Ducibus, Comitibus, omnibúſque Deum timentibus, per Gallias & Francorum prouincias conſtitutis. Referente nobis Bonifacio Reuerentiſſimo atque Sanctiſſimo fratre noſtro Epiſcopo, quòd dum Synodus aggregata eſſet in prouincia veſtra iuxta noſtram commonitionem, mediantibus filiis noſtris Pippino & Carlomanno Principibus veſtris, peragente etiam vicem noſtram præfato Bonifacio, Dominus inclinaſſet corda veſtra cum Principibus veſtris in prædicationem eius, vt omnibus commonitionibus eius obediretis, & falſos & ſchiſmaticos, & homicidas, & fornicarios à vobis expelleretis Sacerdotes, Omnipotenti Deo noſtro gratias egimus, & pro vobis inceſſanter ſumus orantes, vt qui cœpit in vobis opus bonum perficiat vſque in finem. Obſecro enim vos omnes coram Deo, vt eius commonitionibus firmiter obediatis. Ipſum enim vice noſtrâ in partibus illis ad prædicandum conſtitutum habemus, vt vos Deo propitio ad viam perducat rectitudinis, & à cunctis facinoribus ſalui eſſe poſſitis. Habuiſtis enim peccatis facientibus nunc vſque falſos & erroneos Sacerdotes, vnde & cunctæ paganæ gentes vobis pugnantibus præualebant, quia non erat differentia inter laicos & Sacerdotes, quibus pugnare licitum non eſt. Qualis enim victoria dari poteſt, vbi Sacerdotes vnâ horâ Dominica*

AN. CH. 743. P. M. THEODOR. IV. R. 6. 7.

minica pertractant myſteria, & Chriſtianis Corpus Dominicum porrigunt pro ſuarum animarum redemptione, & poſteà Chriſtianos, quibus hoc miniſtrare debuerant, aut paganos, quibus Chriſtum prædicare, propriis ſacrilegíſque manibus necant? Et ſit ſecundùm Domini verbum. [Vos eſtis ſal terræ, quòd ſi ſal euanuerit, in quo condietur? ad nihilum valet vltrà, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.] Et dum hæc ita ſint, & tales in vobis fuerint Sacerdotes, quomodo victores contra inimicos veſtros eſſe poteritis? Nam ſi mundos & caſtos, ab omni fornicatione & homicidio liberos habueritis Sacerdotes, vt ſacri præcipiunt Canones, & noſtrâ vice prædicat præfatus Bonifacius frater noſter, & ei in omnibus obedientes extiteritis, nulla gens ante veſtrum conſpectum poterit ſtare, ſed corruent ante faciem veſtram omnes paganæ gentes, & eritis victores, inſuper & benè agentes vitam æternam poſſidebitis. Vos autem, fratres chariſſimi, qui eſtis veri Sacerdotes, vel ſub regulari diſciplina conſtituti, ſic voſmetipſos exhibete, vt certè miniſtros Dei, & diſpenſatores myſteriorum Dei, vt non vituperetur miniſterium noſtrum, ne fiat in vobis, ſicut ſcriptum eſt. [Erit ſicut populus, ſic Sacerdos.] Et, ſi hoc fuerit, qualis vobis erit ab hominibus laus, aut qualis à Deo expectatur retributio? Sed ſic vos corrigite, vt veri Sacerdotes, & tales ad Sacerdotium perducite, vt & vobis & illis teſtimonium maneat bonum ab his qui foris ſunt, quatenus ab hominibus vobis acquiratis laudem, & à Deo mercedis præmium in æterna beatitudine percipere mereamini, eò quòd per vos ad Chriſti rectam fidem perducti multi ſunt, innoxios habentes Sacerdotes. Ad Synodum namque omni anno conuenite ad pertractandum de vnitate Eccleſiæ, vt, ſi quid aduerſi acciderit, radicitus amputetur, & Dei Eccleſia maneat inconcuſſa. Bene valete.

LVIII.

Hæc epiſtola librum quintum Capitularium aperit apud Benedictum Leuitam; inter Zacharianas ſeptimum locum obtinet apud Antonium de Aquino [a], tertium apud Binium & alios; in Codice Bonifacianarum eſt centeſima triceſima-ſeptima; literis eiuſdem Zachariæ ad variarum prouinciarum Epiſcopos laudatoriis ac commonitoriis, quas anno Chriſti ſeptingenteſimo duodequinquageſimo recitabimus, poſtponitur apud Othlonum in vita Sancti Bonifacij [b], ſcripta eſt tamen multò citiùs, hoc videlicet anno, poſtquàm Zacharias de Synodo Germanica nuncios accepit. Vt ita ſentiamus, argumentum ipſius epiſtolæ compellit. Zacharias enim teſtatur hanc à ſe mitti, poſtquàm in prouincia eorum, quibus ſcribit, celebrata eſt Synodus, in qua Bonifacij commonitionibus obedierunt, & à ſe Sacerdotes expulerunt *falſos, & ſchiſmaticos, & homicidas, & fornicarios.* Illum autem de Synodo Germanica loqui ſuadent eiuſdem Concilij Canones quartus & quintus. *Falſos Presbyteros & adulteros, vel fornicatores Diaconos & Clericos de pecuniis Eccleſiarum abſtulimus, & degradauimus, & ad pœnitentiam coegimus. Seruos Dei per omnia omnibus armaturam portare, vel pugnare, aut in exercitum & hoſtem pergere prohibuimus omnino, niſi illos tantùm, qui propter diuinum myſterium, Miſſarum ſcilicet ſolennia adimplenda, & Sanctorum patrocinia portanda, ad hoc electi ſunt.* Deinde Zacharias, cùm ait ob Sacerdotum flagitia res Chriſtianis aduersùs paganas gentes malè cedere, non obſcurè innuit hæc ipſa tempora, quibus Saxones Turingiam, vt mox dicturi ſumus, ſuis irruptionibus inquietarunt.

LIX. ET BONIFACII ARCHIEPISCOPI.

Inter epiſtolas Bonifacianas, quæ quinta ſupra centeſimam numeratur, hæc, poſtquàm Zacharias Acta Synodi Germanicæ gratanter à ſe ſuſcepta teſtatus eſſet, Cudbertho Dorouernenſi Archiepiſcopo ſcripta eſt à Bonifacio, réſque ſalubriter in eadem Synodo conſtitutas ita complectitur. *Decreuimus*, ait Bonifacius, *in noſtro Synodali conuentu, & confeſſi ſumus fidem Catholicam, & vnitatem, & ſubiectionem Romanæ Eccleſiæ, ſine tenus vitæ noſtræ, velle ſeruare ſancto Petro, & Vicario eius velle ſubiici: Synodum per annos ſingulos congregare: Metropolitanos Pallia ab illa Sede quærere; &, per omnia, præcepta Petri canonicè ſequi deſiderare, vt inter oues ſibi commendatas numeremur. Et iſti confeſſioni vniuerſi conſenſimus, & ſubſcripſimus, & ad corpus Sancti Petri Principis*

[a] Tom. 2.

[b] Lib. 2. c. 7.

AN. CH. 743. P. M. THEODOR. IV. R. 6. 7.

Apoſtolorum direximus, quod gratulando Clerus & Pontifex Romanus ſuſcepit. Statuimus, vt per annos ſingulos Canonum decreta & Eccleſiæ iura, & norma Regularis vitæ in Synodo legantur & recuperentur. Decreuimus, vt Metropolitanus, qui ſit Pallio ſublimatus, hortetur ceteros, & admoneat, & inueſtiget, quis ſit inter eos curioſus de ſalute populi, quiſue negligens ſeruus Dei. Venationes & ſyluaticas vagationes cum canibus, & ne accipitres & falcones habeant, prohibuimus. Statuimus, vt per annos ſingulos vnuſquiſque Presbyter Epiſcopo ſuo in Quadrageſima rationem miniſterij ſui reddat, ſiue de fide Catholica, ſiue de Baptiſmo, ſiue de omni ordine miniſterij ſui. Statuimus, vt ſingulis annis vnuſquiſque Epiſcopus Parochiam ſuam circumeat, populum confirmare, & plebem docere, & inueſtigare, & prohibere paganas obſeruationes, vel omnes ſpurcitias gentilium. Interdiximus ſeruis Dei, ne pompato habitu, vel ſagis, vel armis vtantur. Statuimus, quòd proprium ſit Metropolitano, iuxta Canonum ſtatuta, ſubiectorum ſibi Epiſcoporum inueſtigare mores, & ſollicitudinem circa populos, quales ſint. Et moneat, vt Epiſcopi à Synodo venientes, in propria Parochia cum Presbyteris & Abbatibus conuentum habentes præcepta Synodi ſeruare inſinuando præcipiant. Et vnuſquiſque Epiſcopus, ſi quid in ſua Diœceſi corrigere vel emendare nequiuerit, itidem in Synodo coram Archiepiſcopo & palam omnibus ad corrigendum inſinuet, eodem modo, quo Romana Eccleſia nos ordinatos cum ſacramento conſtrinxit, vt ſi Sacerdotes vel plebes à lege Dei deuiaſſe viderim, & corrigere non potuerim, fideliter ſemper Sedi Apoſtolicæ & Vicario Sancti Petri ad emendandum indicauerim.

LX. BELLVM BOIOARICVM.

Hoc anno, qui poſt Caroli mortem ſecundus numeratur, geſtum eſt bellum Boioaricum, de quo ſic Auctor poſterioris Appendicis Hiſtoriæ Francorum, quæ iuſſu Childebrandi Comitis conſcripta eſt, in Codice Bauaro ſubiectæ. *Inde*, id eſt, ex Alamannia, *reuerſi* Carolomannus & Pippinus *anno II regni, eorum cognatus* ſeu ſororius *Odilo Dux Bagoariorum contra ipſos rebellium excitat. Compulſi ſunt generalem cum Francis in Bagoaria admouere exercitum. Venientéſque ſuper fluuium, qui dicitur Lech, ſederunt ſuper ripam fluminis vterque exercitus, hinc inde ſe mutuò videntes vſque ad dies quindecim. Qui tantumdem prouocati irriſionibus gentis illius, indignatione commoti periculo ſe dederunt per loca deſerta & paluſtria, vbi pons tranſeundo nullatenus aderat. Nocteque irruentes diuerſis exercitibus eos improuiſos occupauerunt. Commiſſóque prælio prædictus Dux Odilo, cæſo exercitu ſuo, vix cum paucis turpiter vltra Igne flauium,* id eſt, vltra Oenum *, *fugiendo euaſit. His triumphis peractis, non ſine diſpendio multorum, tamen feliciter victores ad propria remeauerunt.* Annaliſta Metenſis Odiloni ſociale fœdus cum Saxonibus, Alamannis, Sclauis & Aquitanis fuiſſe teſtatur. *Baioarij*, inquit, *conductos in adiutorium Saxones & Alamannos & Sclauos ſecum habuerunt.* Et paulò pòſt irruptionem cis Ligerim ab Hunaldo Aquitaniæ Duce factam ait *per ſuggeſtionem Ogdilonis Ducis.* Inde conſtat magnarum prouinciarum Duces ſeu Præfectos, Odilonem Boioariæ, Theobaldum Alamanniæ ſeu Sueuiæ, Hunaldum Aquitaniæ, ſimul aduersùs Carolomannum & Pippinum coniuraſſe, vocatis in auxilium Slauis & Saxonibus. Vt Alamanni Boioariis erant contermini, ſic Boioarios contingebant Slaui; Saxones Turingiæ, quam laceſſiuerunt, erant proximi, ſed longiſſimè diſtabant Aquitani in Gallia trans Ligerim ſiti. Quapropter inter prædictos Duces his legibus inita fœderatio, vt quotieſcumque Maiores-domûs Alamannos aut Boioarios adorirentur, Aquitani partes Neuſtraſiæ ſibi vicinas laceſſerent, ac vice verſâ quotieſcumque Maiores-domûs Aquitanos inquietarent, Alamanni & Boioarij cum ſociis ſuis bellum finitimis prouinciis Auſtraſiæ ſtatim inferrent. Promiſſis ſtetit Dux Aquitaniæ, de quo ſic idem Annaliſta. *Hæc autem dum apud Baioarios agerentur, Hunaldus Dux Aquitaniæ Ligerim tranſiens cum manu valida, ad Carnotis vrbem perueniens, ipſâ ciuitate dirutâ, igne eam cremauit, cum Eccleſia Epiſcopali, quæ in honore Sanctæ Dei genitricis Mariæ conſecrata fuerat. Hæc autem fecit per ſuggeſtionem Ogdilonis Ducis. Qui per internuncios fœdus inierunt, vt vnuſquiſque eorum, in-*

* l'Inn.

ruentibus Francis, ferre alter alteri ſubſidium debuiſſent, eo videlicet modo, quo dictum ſupra. Tunc Diœceſim Carnotenſem regebat Deodatus Epiſcopus. AN. CH. 743.

Odilo, contempto Ducis ſeu Præfecti Titulo, Regem ſe dicebat, nec dubium, quin Theobaldus, Hunaldus, aliique prouinciatum Præfecti mox idem præſtitiſſent, niſi victus à Maioribus-domûs Odilo faſtum coactus fuiſſet deponere. Profligati ſunt eodem prælio, qui copias ſuas iunxerant Odilo & Theobaldus. Vtriuſque fugam præcitatus Auctor ita perſtringit. P. M. THEODOR. IV. R. 6. 7. LXI.
Ogdilo Dux, caſo exercitu, vix cum paucis turpiter fugiendo Innum fluuium tranſiit, & ſic manus inuictorum Principum ſeu Maiorum-domûs *euaſit. Theobaldus quoque timore perterritus, in aliam partem fugam iniit.* Deinde quomodo Maiores-domûs poſt victoriam ſe geſſerint, proximè ſic exponit. *Ipſi verò victores cum exercitu ſuo Baioariam circumeunt, & moram fecerunt in eadem regione quinquaginta-duorum dierum. Captus eſt autem in eodem prælio Sergius Presbyter miſſus Domni Zachariæ Papæ, qui pridie quàm bellum committeretur, ab Ogdilone Karlomanno & Pippino directus fuerat, falsòque ex auctoritate Domni Apoſtolici bellum interdixerat, & quaſi ex præcepto ſupradicti Pontificis Francos à Baioariis diſcedere perſuaſerat. Patratâ itaque victoriâ, in præſentiam inuictorum Principum perductus eſt vnà cum Gauzebaldo* Reginoburgenſi ſeu Ratiſponenſi *Epiſcopo. Cui Pippinus Princeps ſedato pectore dixit. O Domine Sergi, modò cognouimus, quia non probaris eſſe Sanctus Petrus Apoſtolus, nec Legationem illius ex veritate geris. Dixiſti enim nobis heſternâ die, quòd Domnus Apoſtolicus ex auctoritate Sancti Petri & ſua noſtram iuſtitiam de Baioariis contradixiſſet. Et nos diximus tibi, quòd nec Sanctus Petrus nec Domnus Apoſtolicus te iſtam Legationem miſiſſet dicere. Idcircò autem ſcias, quia ſi Sanctus Petrus cognouiſſet, quòd noſtra iuſtitia non fuiſſet, hodie in iſto bello nobis adiutorium non præſtitiſſet. Nunc verò certus eſto, per interceſſionem beati Petri Apoſtolorum Principis, & per iudicium Dei, quod ſubire non diſtulimus, Baioariam Baioariéſque ad Francorum Imperium pertinere.* Odilo, vt poſtrema Pippini verba innuunt, ſupremum apud Boioarios Imperium affectabat, aſſumpto, vt diximus, Regis Titulo. Tali conſilio ſitus Boioariæ ſtatúſque Franciæ multùm fauere videbantur. Francicarum prouinciarum, Orientem versùs, remotiſſima erat Boioaria, cui contiguæ ditiones Slauorum & Longobardorum. Francia carebat Rege, ſibíque Regiam poteſtatem arrogabant Maiores-domûs. Odilo facilè in animum induxit votorum ſe compotem fore, quia pleroſque prouinciatum Rectores eodem nouerat inflammatos dominandi deſiderio, nec defutura credebat auxilia finitimarum gentium, quæ Franciam in plura Regna pluréſve Dynaſtias ſeparatam vellent. Id numquam in votis habuit Zacharias Papa, cuius nomine abuſus eſt Sergius, cùm ad partes Odilonis inclinatiorem ſe præbuit. Romanus Pontifex pacem apud Boioarios inſtaurari ſummoperè cupiebat, nolebat autem poteſtatem Francorum imminui, quæ Romanis aduersùs Longobardos eſſet auxilio, terrori Saracenis, Saxonibus, Friſiis, ceteríſque Chriſtianæ Religionis hoſtibus. Vituperandi ſanè Maiores-domûs, quòd, vt ſummâ rerum liberiùs potiri poſſent, Franciam diu paſſi fuerint eſſe ſine Rege, donec, vt infrà dicturi ſumus, exeunte hoc anno Rex acclamatus eſt Childericus adhuc puerulus, Theodorici Quarti quondam Regis filius hæréſque legitimus.

Ioannes Adlzreitterus pacem Boioariæ redditam Hiltrudis potiſſimùm precibus exiſtimat, nec id à vero videtur alienum. *Acceſſerunt*, inquit [a], *Hiltrudis preces, ne bellum, ſuâ causâ cæptum, longioribus odiis proferretur. Verterent potiùs vterque frater iras in ſororem, quæ bello materiam attuliſſet; non pugnarent in maritum qui pacem coluiſſet; animo ſecum reputarent, futurúmne ſit ipſis glorioſius redire ad cruenta certamina, & matrimony fœdus benè ſociatum inſonti ſanguine imbuere, an offenſam donare ſorori quæ ſuis natalibus nihil indignum geſſiſſet, reſpicerent ex honorifico connubio nuper natum Thaſſilonem, cuius innocentia turpe foret iraſci, qui tamen læſo parente illæſus eſſe non poſſet. Talia fratribus denuntiantem, dubium non eſt, apud maritum ſuadendo multùm egiſſe, vt vellet ho-* LXII.

[a] Part. 1. l. 7. Num. 27.

AN. CH. 743. P. M. Theodor. IV. R. 6. 7.

neſtis conditionibus arma ponere. Vtrique parti perſuaſit, vt anno ſequenti mutuâ conſenſione pax reconciliaretur. Hunc Auctorem, vt & alios pleroſque Neotericos, in errorem adduxit Annaliſta Fuldenſis, qui bellum Boioaricum bienne ſic conſtituit. DCCXLIII. *Carlmannus & Pippinus Odilonem Ducem Baioariorum rebellare conantem prælio ſuperant.* DCCXLIIII. *Carlmannus cum Odilone Duce Baioariorum pacem fecit.* Bellum Boioaricum in annum ſequentem non eſt productum, imò præter illud vno eodémque anno confectum eſt & Saxonicum, de vtroque enim ad hunc annum ſic Eginhardus. DCCXLIII. *Karolomannus & Pipinus iunctis copiis contra Odilonem Ducem Baioariorum profecti ſunt, prælióque commiſſo exercitum eius fuderunt. Et poſtquàm inde reuerſi ſunt, Karolomannus ſolus in Saxoniam profectus eſt, & Caſtrum, quod dicitur Hochſigburg, & in eo Thedericum Saxonem illius loci primarium in deditionem accepit.*

LXIII. Pax hiſce legibus inita cum Odilone, vt Regis nomen deponeret, & Ducis Titulo contentus Boioariam Francici Regni prouinciam, vt anteà, gubernaret, nec vllum deinceps fœdus cum perduellibus aut hoſtibus percuteret. Theobaldo Sueuiæ Duci, quem Odilo in belli ſocietatem traxerat, venia conceſſa. Nihil aduersùs Slauos vltra Boioariam poſitos tentatum. Arma contra Saxones à Carolomanno mota. Vindicta de Hunaldo Aquitaniæ Duce in aliud tempus dilata.

LXIV. Saxonicvm. Carolomannus bellum aduersùs Saxones duabus præcipuè de cauſis ſuſcepit, vt & vltionem ſumeret de irruptione, quam nuper fecerant in Turingiam, & tributum exigeret, quod eis Carolus ante quinquennium impoſuerat. In Annalibus Nazarianis, Pippinus, quia bello Saxonico cum fratre non interfuit, hoc anno quieuiſſe ſic dicitur. DCCXLIII. *Pippinus quieuit. Et Karlomannus in Saxonia cum exercitu.* Meliùs in Annalibus Tilianis, bellum Boioaricum, quod Carolomannus & Pippinus confecerunt, & bellum Saxonicum, quod ſolus Carolomannus geſſit, ſic diſtinguuntur. DCCXLIII. *Tunc Carlomannus & Pippinus contra Idolonem* (lege Odilonem) *Ducem Baioarium inierunt pugnam, & Carlomannus per ſe in Saxoniam ambulauit in eodem anno, & cepit Caſtrum, quod dicitur Saochſeburg, per placitum, & Theodericum Saxonem placitando conquiſiuit.* Caſtrum, quod illi Annales *Saochſeburg* vocant, alij *Odiſerburg*, *Hochſerburg*, *Hochſigburg* & *Ocſioburg* appellant, Ado *Hochſeoburg*, Fabricius [a] in Originibus Saxonicis *altam arcem* interpretatur, & ad Viſurgim amnem in hodierna Diœceſi Mindenſi * collocat. Addit hic Auctor Ditericum, quem alij Theodericum, nuncupant, Edelhardi, de quo per occaſionem ante quinquennium locuti ſumus, ex fratre Bertholdo nepotem fuiſſe datúmque obſidem, *cuius generosâ indole motus* Carolomannus *fide acceptâ adoleſcentem in patriam confeſtim* remiſit, *fore ſperans vt Saxones haberet magis beneuolos, ſi eorum principibus & nobilitati parceret.*

[a] Lib. 1.

* de Minden.

LXV. Episcopi Mogvntini. Initio belli Saxonici, cùm Saxones in Turingiam irruperunt, necatus eſt Geroldus Moguntiacenſis Epiſcopus, cuius filius Gewilieb ſeu Geruilius ex laico ſtatim factus eſt Clericus atque in Epiſcopatu ſucceſſor. *In illis temporibus*, ait Othlonus [b], *Saxones*, quos Boioariæ Sueuiæque Duces Odilo & Theobaldus in ſociale fœdus aduersùs Maiores-domûs attraxerant, *deuaſtabant Thuringiam regionem. Quamobrem populi eiuſdem regionis confugientes ad ſupradictum Principem Karolomannum, quærebant ab eo auxilium. Qui mox pro eorum ereptione*, dum ipſe cum Pippino fratre contra Sueuos ac Boioarios proficiſcebatur, *exercitum miſit, in quo ſimul Geroldus Mogontiacenſis tunc Epiſcopus iuſſus tranſiuit. Cúmque congreſſio facta fuiſſet bellantium, & inuicem ſemet ferientium, Geroldus Epiſcopus interfectus ibi inter alios occubuit. Deinde filius eius Gewilieb*, (aliis Geruilio, Geruillo, Geruilius, Wiliebus, Gebiliebus & Gewiliobus) *adhuc laicus in Palatio conſtitutus, pro ſedando patris dolore, Clericatûs officio promouebatur, & ad regendam Eccleſiam Mogontiacenſem poſt obitum patris ſubrogabatur.*

[b] In vit. S. Bonifacij l. 1. cap. 19.

AN. CH. 743.
P. M. THEONOR. IV.
R. 6. 7.

LXVI. Obiit hoc anno, nono Kalendas Nouembris, Herlemundus Cenomanenſis Epiſcopus, cùm ſediſſet annos ſex ac viginti, menſes nouem, diéſque aliquot. Sepultus eſt in Monaſterio Sancti Vincentij. Vacauit Epiſcopatus *per multos annos ob varias rixas & ſeditiones à multis excitatas.* Conſule Coruaiſierum & Bondonnetum, quorum ſcriptis attentè lectis & collatis obitum Herlemundi hoc anno conſignandum ducimus. Non ignoramus multos eſſe qui ſecus ſentiant, eos præſertim, qui Pontificatum eiuſdem Herlemundi nouem annorum ſpatio circumſcribunt, at hic annorum numerus Herlemundo Secundo conuenit, de quo infrà.

OBITVS HERLEMVNDI EP. CENOMAN.

LXVII. Obiit & hoc eodem anno, die Dominico, tertio Nonas Nouembris, Pardulphus * in Epiſcopatu Lemouicenſi primus Abbas Waractenſis. Illius vitam, è qua Tomo ſuperiore [a] multa iam deſcripſimus, ex Sanctorali Cœnobij Sancti Cornelij Compendienſis retexuit ſicque abſoluit Hugo Menardus [b]. *Tandem Sanctus Pardulphus tot virtutibus & miraculis inſignis, fermè octogenarius, ſupremâ ægritudine correptus ſeptem dies lecto decubuit: die verò Dominicâ paulatim viribus deficientibus paululùm obdormiuit, & expergefactus dixit fratribus ſe audiuiſſe tubam, quâ Eudo in bello vtebatur ad portam Monaſtery clangentem: ex quo cognouerunt eum ab Angelis in cælum vocari. Monachi lectum circumſedentes ob illius deceſſum miſerè lamentabantur: ille blandè allocutus, eos ad perfectæ vitæ ſtudium adhortabatur, & inter loquendum anima eius hoc corporis ergaſtulo ſoluta ad cælum euolauit. Eâdem verò horâ Theodenus eius diſcipulus voces pſallentium in cælo audiuit. Cùm Sanctum eius corpus ſepulturæ mandaretur, quidam, Berticus nomine, peſſimâ rabie diuexatus ad viri Dei tumulum accedens, mirabiliter ſanatus eſt.*

* *Pardoul.*
[a] Ad an. 732. n. 74.
[b] Lib. 2. Obſeruat. d. 3. Nou.

ET PARDVLPHI ABB. WARACTENSIS.

LXVIII. Ad illam vitam rectè Menardus obſeruat tria; vnum de Carolo, qui Saracenos in Aquitania profligauit; alterum de Eudone, cuius tubam Pardulphus audiuit moriturus; tertium de Hunaldo Aquitaniæ Duce, ſub quo vitam idem Pardulphus clauſit. Optimè Carolum, qui *Maior* in ea vita dicitur, Carolum interpretatur cognomento pòſt Martellum, qui *Maior* à coæuis Auctoribus ideò vocatus inuenitur, quòd Maior eſſet domûs Regiæ. Optimè quoque Eudonem affirmat Ducem illum eſſe Aquitaniæ, quocum prædictus Carolus graues admodum ſimultates geſſit, vt dictum Tomo ſuperiore. Denique optimè notat Hunaldum, qui *Rex* in prælaudato Codice Compendienſi nuncupatur, Aquitaniæ Ducem extitiſſe. Sed eget emendatione, cùm Pardulphum aſſerit obiiſſe *ſub Carolo Magno & Hunaldo Duce Aquitaniæ.* Delendum hoc loco nomen Caroli, quia Pardulphus, quem ſub Hunaldo Aquitaniæ Duce mortuum non inficiamur, Carolo Maiori-domûs ſuperſtes vixit, Caroli verò Magni Regnum haud attigit.

LXIX. Ano Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-primo extinctus eſt Carolus Maior-domûs. In viuis tunc ſupererat Pardulphus Abbas. Id ita colligitur. Autlandus, vt dictum ſuprà, Turonis Abbas Martinianus anno Chriſti ſeptingenteſimo duodequadrageſimo factus eſt. Viuebat tum Pardulphus, ad quem Autlandus Abbas paralyticum quendam perduci præcepit. *Quidam paralyticus*, vt in vita Sancti Pardulphi legitur, *iam quinquennio in porticu Eccleſiæ Sancti Martini Turonenſis iacebat à beato Præſule ſanitatem expectans: per viſum in ſomnis admonitus eſt, vt à Sancto Pardulpho ſanitatem exquireret: quod reſciens Aulandus* ſiue Autlandus *Abbas Sancti Martini ſtrato aſino iuſſit eum ad Sanctum virum perduci: quò cùm deueniſſet, eius precibus ſanitatem conſecutus eſt.* A die autem, quo regimen Monaſterij Martiniani penes Autlandum Abbatem eſſe cœpit, ad mortem vſque Caroli Maioris-domûs, nullus occurrit annus litera Dominicali F præditus. Ergo Carolo Maiori-domûs ſuperuixit Pardulphus Abbas, qui vitam clauſit die Dominico, tertio Nonas Nouembris, currente tum literâ Dominicali F.

LXX. Carolus, cui Magni cognomen inditum, Regno non eſt potitus ante annum Chriſti ſeptingenteſimum duodeſeptuageſimum, quo Pippinum pa-

AN. CH. 743. P. M. THEODOR. IV. R. 6. 7.

trem amiſit. Illo anno Waifarius Aquitaniæ Dux interemptus eſt, vt Annales Nazariani, Petauiani, Tiliani aliíque teſtantur. Anno proximo, coocitatus in Aquitania tumultus, cuius author captus eſt à Carolo, nec ampliùs in partibus Aquitaniæ comparuit. Hunoldum vocant Annales Tiliani & Bertiniani, necnon Eginhardus in vira Caroli Magni; Hunaldum Annales Plebeij, Metenſes ac Fuldenſes, Regino, incertus Auctor in vita Caroli Magni, & Anonymus in Paſſione Sanctotum Bertbarij & Athaleni; Vnaldum Monachus Egoliſmenſis; Hunholtum Egiohardus in ſuis Annalibus. Sub hoc Aquitaniæ Duce, ſiue idem fuir cum Hunaldo Waifarij patre, qui poſt filij mortem Ducatum Aquitaniæ rurſum ambierit, vt Auctor Annalium Merenſium haud obſcurè prodit, & alter Anonymus io Paſſione Sanctorum Berthারij & Athaleni manifeſtiſſimè declarat, ſiue alius prorſus fuit, vt ceteri Scriptores docent, haud obiit Pardulphus Abbas; neque enim annus Chriſti ſeptingenteſimus duodeſeptuageſimus, quo Waifarius in bello cæſus occubuit, aut annus Chriſti ſeptingenteſimus vndeſeptuageſimus, quo Hunoldus ſiue Hunaldus aut Vnaldus vel Huoholtus in poteſtatem Caroli Magni deuenit, literam habuit Domioicalem F.

LXXI. Vitam igitur clauſit Pardulphus, cùm regebat Aquitaniam Dux Hunaldus, qui pater Waifarij fuir, & ab anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-quinto, quo pater eius Eudo Dux mortuus eſt, Ducatum geſſit ad annum vſque Chriſti ſeptingeoteſimum quadrageſimum-quintum, quo Monachum induit. Totâ autem illâ temporis iotercapedine, quæ poſt Eudonis mortem ad Hunaldi vſque Monachatum effluxit, duo duntaxat occurrunt anoi, qui præditi fuerinr litera Dominicali F; annus videlicet Chtiſti ſeptingenteſimus triceſimus-ſeptimus & annus Chriſti ſeptingenteſimus quadrageſimus-tertius. At Pardulphus, vt ſuprà probauimus, anno Chriſti ſeptingenteſimo duodequadrageſimo, cùm Inſulæ Martinianæ Turonis Autlando delaræ ſunt, in viuis erat, atque iode neceſſariò colligere eſt illius mortem hoc anno, Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-tertio, collocandam eſſe.

LXXII. Vixit ſub Hunaldo Aquitaniæ Duce Pardulphus annos octo, & in eius vita mentio fit Arnulphi, qui fuit ex Hunaldi domeſticis, & viduæ cuiuſdam annonam vi abſtulit. At pœnâ facinus mox ſubſequente perterritus ad Sanctum Abbatem cucurrit, & ab eo veniam errati poſtulauit impetrauítque.

LXXIII. REGNAT CHILDERICVS. Exeunte hoc anno, cùm ſeptimus iam oumerabatur, ex quo Francia ſine Rege erar, Rex acclamatus eſt Childericus Tertius. Initio huius Tomi, de tempore, quo Childericus regnare cœpit, adeò exactè diſputatum, vt ſuper ea re nulla difficultas omnino reſtare videatur. Tantæ mutationis, quæ Maioribus-domûs non potuit non diſplicere, ſuſpicamur authores fuiſſe populos cis-Ligeritanos, quibus ootum erat plerorúmque Ducum ſeu Præfectotum aduersùs eoſdem Maiores-domûs odium, timórque non modicus à finitimis Aquitanis imminebat. Rebus adeò deploratis, nihil conſultius viſum eſt, quàm vt Childericus quamuis puer in Regio ſolio collocaretur ſedandorum motuum causâ, ſic enim ſperare licuit, vt & Duces Regem in deliciis haberent, & Maiores-domûs Magiſtratu ſuo modeſtiùs deinceps defungerentur. Apud Hadrianum Valeſium [a] Carolomannus & Pippinus curaſſe dicuntur *Regem conſalutandum, vt eſſet, cuius nomine, ſi non maiore cum auctoritate ac poteſtate, ſaltem minore cum inuidia regnarent.* Huius conſilij primos authores noo exiſtimamus ipſos Maiores-domûs, Regium enim Titulum ipſimet ambiebant, & poſt aliquot annos aſſumpſit Pippinus.

[a] Lib. 25.

LXXIV. De genere & ætate Childerici varia leguntur. Quidam illum Clotarij Quarti filium, alij fratrem Theodorici Quarti, plerique filium eiuſdem Theodorici conſtituunt. Si patre natus eſt Clotario Quarto, quem anno

AN. CH. 743. P. M. THEODOR. IV. R. 6. 7.

Chriſti ſeptingenteſimo decimo-nono mortuum diximus, annum agebat ætatis ſaltem viceſimum-quartum, cùm Regnum ſuſcepit. Si frater Theodorici Quarti fuit, patrem Dagobertum Tertium amiſit anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo-quinto, nec priùs regnauit quàm natus eſſet annos duodetriginta. Si patrem habuit eundem Theodoricum Quartum, nomen Regium conſecutus eſt anno vitæ circiter decimo. Poſtrema hæc opinio ceteris præſtat. In vetere Genealogia Regum Francorum à Faramundo vſque ad Pippinum, quam Andreas Ducheſnius [a] publicauit, Theodoricus Childerici pater ſic enuntiatur. *Theodericus genuit Hildericum.* Et capite octauo Chronici Fontanellenſis, cuius Auctor ſub Ludouico Pio floruit, largitio commendatur illi Cœnobio facta tempore *Theoderici Regis Patris Hilderici decimum Regis nouiſſimi ex genere Merouingorum.* Parcimus ceteris probationibus. Inſtar omnium enim eſt apud Malbrancum [b] Diploma, quo Childericus Theodoricum parentem ſuum ſeu patrem appellat.

THEODORICI IV. FILIVS.

LXXV. Godefridus Henſchenius in Exegeſi de Genealogia Regum Dagobertinorum, quam Tomo Tertio menſis Martij præfixit, Childericum agnoſcit filium Theodorici Quarti, ſed hunc Theodoricum, qui Patre Dagoberto Tertio natus eſt, Dagoberti Secundi filium ſtatuit. Iuxta illum Auctorem, Theodoricus Quartus, cui tres duntaxat ætatis annos ſupra viginti tribuimus, vixit, ab obitu ſaltem patris, annos quinquaginta-ſeptem, tot enim numerantur ab anno Chriſti ſexcenteſimo octogeſimo, quo Dagobertus Secundus extinctus eſt, ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum-ſeptimum, quo Theodoricus Quartus vitam clauſit, vnde exiſtimare poſſis Childericum ætate grandiorem fuiſſe, quàm ſi patrem habuiſſet Clotarium Quartum, aut Theodorici Quarti frater Dagobertíque Tertij filius extitiſſet. At argumenta, quæ protulit, ad annum Chriſti ſeptingenteſimum decimum-quintum [c], quo Dagobertus Tertius obiit, Tomo ſuperiore diluimus, ſuppreſsâ tunc vtriuſque Genealogiæ Tabulâ, quam tibi nunc ob oculos exhibemus, vt Childerici Regis, de quo iam nobis agendum, genus magis innoteſcat.

[a] Tom. 1. Collect. Hiſt. Franc.

[b] Lib. 4. c. 63.


[c] Nu. 20. & ſeqq.

AN.CH. 743. P.M. THEODOR. IV. R. 6. 7.

LXXVI.

GENEALOGIA REGVM FRANCORVM
A DAGOBERTO I. AD CHILDERICVM III.
in opinione Godefridi Henſchenij.


DAGOBERTVS I.



LXXVII.

GENEALOGIA REGVM FRANCORVM
A DAGOBERTO I. AD CHILDERICVM III.
ex antiquis ac probatis Auctoribus.

DAGOBERTVS. I.



ANNVS

ANNVS CHRISTI 744. CHILDERICI III. R. 1.

AN. CH. 744. CHILDERICI III. R. 1.

I. SYNODI LIPTINENSIS DECRETA.

ANNO Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quarto, vt & Concilij Germanici anno ſuperiore habiti Canon ſecundus obſeruaretur, quo ſtatutum fuerat *per annos ſingulos Synodum congregari*, & effectum ſortiretur admonitio Zachariæ Papæ, qui ſub idem tempus per literas hortatus erat ad Synodum *omni anno* conuenire, celebratum eſt Kalendis Martij Concilium Liptinenſe, cuius Canones quatuor in Capitularibus [a] à Benedicto Leuita deſcribuntur, duo tantùm ab Othlono in vita Sancti Bonifacij [b], primo & vltimo prætermiſſis.

[a] Lib. 5. c. 3.
[b] Lib. 1. c. 34.

II. DE CANONIBVS SYNODI GERMANICÆ OBSERVANDIS.

Primus eſt de Synodi Germanicæ Canonibus communi conſenſu receptis & approbatis. *Modò in hoc Synodali Conuentu, qui congregatus eſt Cal. Mart. in loco qui dicitur Liptina, omnes venerabiles Sacerdotes Dei, & Comites, & Præfecti, prioris Synodi*, nempe Germanicæ anno ſuperiori celebratæ, *Decreta conſentientes firmauerunt, ſéque ea implere velle & obſeruare promiſerunt. Et omnis Eccleſiaſtici Ordinis Clerus, Epiſcopi, & Presbyteri, & Diaconi, cum reliquis Clericis ſuſcipientes antiquorum Patrum Canones, promiſerunt ſe velle Eccleſiaſtica iura moribus, & doctrinis, & miniſterio recuperare. Abbates verò & Monachi receperunt Regulam Sancti Patris Benedicti ad reſtaurandam normam regularis vitæ. Fornicatores namque & adulteros* *, *qui ſancta loca vel Monaſteria ante tenentes coinquinauerunt, præcipimus inde tollere, & ad pœnitentiam redigere* *. *Et, ſi poſt hanc definitionem in crimen fornicationis aut adulterij ceciderint, prioris Synodi iudicium ſuſtineant. Similiter & Monachi, & Nonnæ.* In hoc Canone, præter generalem Synodi Germanicæ confirmationem, ſpecialis continetur approbatio quorumdam Canonum, putà quarti, decimi-tertij & decimi-ſexti; quorum primus eſt de falſis & adulteris Presbyteris, déque Diaconis ac Clericis fornicatoribus; alter de pœnitentia Presbyteris, Clericis, Monachis, & Monialibus, in fornicationem lapſis, irroganda; poſtremus de Regula Sancti Benedicti. Textus horum Canonum tales ſunt. Quarti. *Falſos Presbyteros & adulteros, vel fornicatores Diaconos & Clericos de pecuniis Eccleſiarum abſtulimus & degradauimus, & ad pœnitentiam cogimus.* Decimi-tertij. *Statuimus ſimiliter, vt poſt hanc Synodum quiſquis ſeruorum Dei vel ancillarum Chriſti in crimen fornicationis lapſus fuerit, in carcere pœnitentiam faciat in pane & aqua. Et, ſi ordinatus Presbyter ſit, duos annos in carcere permaneat, & antè flagellatus & ſcorticatus videatur, & pòſt Epiſcopus adaugeat. Si autem Clericus vel Monachus in hoc peccatum inciderit, poſt tertiam verberationem in carcerem miſſus, vnum annum ibi pœnitentiam agat. Similiter & Nonnæ velatæ eâdem pœnitentiâ teneantur, & radantur omnes capilli capitis earum.* Decimi-ſexti. *Vt Monachi & ancillæ Dei Monaſteriales, iuxta Regulam Sancti Benedicti Cœnobia vel Xenodochia ſua ordinare, gubernare, & viuere ſtudeant, & vitam propriam degere ſecundùm prædicti Patris ordinationem non negligant.*

* Baron. adulteros Clericos.
* Baron. redire.

III. DE PECVNIA ECCLESIASTICA SVB PRECARIO ET CENSV IN SVBSIDIVM EXERCITVS PRÆSTANDA.

Secundus Canon eſt de pecunia Eccleſiaſtica ſub precario & cenſu in ſubſidium exercitûs præſtanda. *Statuimus quoque*, inquit Carolomannus, *cum conſilio ſeruorum Dei & populi Chriſtiani, propter imminentia bella & perſecutiones multarum gentium, quæ in circuitu noſtro ſunt, vt ſub precario cenſu aliquam partem Eccleſialis pecuniæ in adiutorium exercitûs noſtri cum indulgentia Dei aliquanto tempore retineamus, eâ conditione vt annis ſingulis de vnaquaque caſata, ſeu de vnoquoque caſamento*, quod eſt habitaculum cum terra ad vnam

AN. CH. 744. CHILDERICI III. R. 1.

familiam alendam idonea, ideóque familia paſſim à Beda, & coniugium à Bonifacio in literis Zachariæ Papæ [a] nuncupatur, *ſolidus, id eſt, duodecim denarij, ad Eccleſiam vel Monaſterium reddantur; eo modo, vt ſi moriatur ille, cui pecunia commendata fuit, Eccleſia cum propria pecunia reueſtita ſit. Et iterum ſi neceſſitas cogat, vt Princeps iubeat, precarium renouetur, & reſcribatur nouum, & omnino reſeruetur, vt Eccleſia vel Monaſteria penuriam paupertatémque non patiantur, quorum pecunia in precario præſtita eſt, ſed ſi paupertas cogat, Eccleſiæ, vel domui Dei*, id eſt, Monaſterio, *integra reddatur poſſeſſio.* Apud Othlonum poſtrema periodus minùs benè ſic edita reperitur. *Si paupertas cogat Eccleſia, domui Dei integra reddatur poſſeſſio.*

[a] Ap. Bin. ep. 8. Ap. Anton. de Aquin. ep. 6.

IV. *De matrimoniis et mancipiis.* Tertius eſt de matrimoniis & mancipiis, adulteria & inceſta matrimonia prohibet, vetátque ne mancipia Chriſtiana paganis tradantur. *Similiter præcipimus, vt, iuxta Canonum Decreta, adulteria & inceſta matrimonia, quæ non ſunt legitima, prohibeantur & emendentur Epiſcoporum iudicio. Et vt mancipia Chriſtiana paganis non tradantur.*

V. *De paganiis.* Quartus eſt de multa iis imponenda, qui paganas obſeruationes in aliqua re fecerunt. *Decreuimus quoque*, inquit Carolomannus, *quod & pater meus* Carolus *antè præcipiebat, vt qui paganas obſeruationes in aliqua re fecerit, multetur & damnetur quindecim ſolidis.*

VI. Huc vſque ex Synodalibus Decretis Benedictus Leuita, qui, præfatione in librum quintum Capitularium, duos laudat Synodales Conuentus, *quos Sanctæ Romanæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ Legatus Bonifacius vice Zacharia Papa vnà cum Carolomanno Francorum Principe canonicè tenuit.* Alterum, de quo ſermonem anno priori fecimus, à Germania vocauimus Germanicum, locus enim ignoratur, in quo celebratus eſt ab Epiſcopis è Germania cùm cis-Rhenana tum trans-Rhenana conuocatis. Alterum, de quo nunc agimus, vocamus Liptinenſem, quia congregatus eſt Liptinis, ſiue ad Liptinas *, Regio tunc Palatio nobiles in Epiſcopatu Cameracenſi. Plurium Synodorum ſub Carolomanni Maioratu à Bonifacio habitarum non extant Acta, plures tamen habitas fuiſſe liquet ex tertia, de qua poſt biennium verba facturi ſumus. Epiſcopi, qui Concilio Germanico interfuerunt, in præfatione recenſentur, &c, vt ad illud Concilium obſeruauimus, Eccleſiis præfuere, vel vltra Rhenum à Bonifacio nuper erectis in vetere Germania, vel cis Rhenum intra fines vtriuſque Germaniæ Gallicanæ ſitis. Qui verò Liptinas ad Synodum acceſſerunt, haud nominantur, nec iidem vtrique Concilio præſentes adfuerunt, Diœceſis enim Cameracenſis, in qua Liptinæ, pertinebat ad Belgicam primam, cuius pars non modica intra Carolomanni Maioratum erat, vnde meritò ſuſpiceris ex ea prouincia, cuius nulla in Synodo Germanica mentio eſt, quoſdam Epiſcopos Liptinas profectos eſſe, imprimis Trauuardum, qui Diœceſim Cameracenſem tunc adminiſtrabat. Serarius [b] in notis ad vitam Sancti Bonifacij, tres commemorat Metropolitas, Grimonem Rotomagenſem, Abelem Remenſem, & Artbertum Senonenſem, quos inſinuat præſentes in Synodo Liptinenſi fuiſſe, quia Bonifacius tria Pallia pro illis à Zacharia Papa poſtulauit. At duas ob cauſas in eam ire opinionem minimè valemus. Rotomagum & Senonæ non erant in Maioratu Carolomanni. Deinde Abel & Artbertus in Synodo Sueſſionenſi, quæ poſt Liptinenſem habita eſt, Epiſcopalibus Infulis redimiri cœperunt.

* *Leſtines.*

[b] Not. 31.

VII. Ex manuſcripto Codice Palatino, poſt Liptinenſe Concilium, vt Philippus Labbeus in Conciliorum Hiſtorica ſynopſi teſtatur, anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo Romæ excuſa eſt abrenunciatio diaboli operúmque eius, & breui profeſſio fidei, vetere linguâ Theotiſcâ, cum indiculo ſuperſtitionum & paganiarum, à quibus populum Epiſcoporum ſollicitudine reuocandum ſtatuunt prælaudatæ Synodi, Germanica Canone duodecimo, Liptinenſis Canone quarto.

Indiculus ſuperſtitionum & paganiarum à Petro *De la Lande* inter Supplementa Conciliorum antiquorum Galliæ ſic editus eſt Pariſiis anno Chriſti millesimo ſexcenteſimo ſexageſimo-ſexto. AN. CH. 744. CHILDERICI III. R. I. VIII. INDICVLVS PAGANIARVM.

De ſacrilegio ad ſepulchra mortuorum.
De ſacrilegio ſuper defunctos, id eſt, dadſiſas.
De ſpurcalibus in Februario.
De caſulis, id eſt, fanis.
De ſacrilegiis per Eccleſias.
De ſacris ſyluarum, quæ Nimidas vocant.
De his quæ faciunt ſuper petras.
De ſacris Mercurij vel Iouis.
De ſacrificio quod faciunt alicui Sanctorum.
De filacteriis & ligaturis.
De fontibus ſacrificiorum.
De incantationibus.
De auguriis, vel auium, vel equorum, vel boum ſtercoribus.
De ſternutationibus.
De diuinis vel ſortilegis.
De igne fricato de ligno, id eſt, Nodfyr.
De cerebro animalium.
De obſeruatione paganorum in inchoatione rei alicuius.
De incertis locis quæ colunt pro ſanctis.
De petendo quod boni vocant Sancta Mariæ.
De feriis quas faciunt Ioui vel Mercurio.
De Lunæ defectione, quod dicunt vince Luna.
De tempeſtatibus, & cornibus, & cocleis.
De ſulcis circa villas.
De pagano curſu, quem Yrias nominant, ſciſſis pannis vel calceis.
De eo quòd ſibi ſanctos ſingunt quoſlibet mortuos.
De ſimulachro de conſparſa farina.
De ſimulachris de pannis factis.
De ſimulachro quod per campos portant.
De ligneis pedibus vel manibus pagano ritu.
De eo quod credunt quòd fœmina Lunam comedant, quòd poſſint corda hominum tollere iuxta paganos.

Iſtarum paganiarum pleræque variis locis à nobis iam expoſitæ, ceteræ non egent explicatione. Sequuntur apud eundem Auctorem allocutiones Epiſcoporum ad plebem de inceſtis matrimoniis fugiendis & de Sabbato iuxta Iudæorum morem non obſeruando, quas omittimus vitandæ prolixitatis ergò, maximè cùm nihil in iis reperiatur, quod Tomis ſuperioribus ſæpè non ſit dictum. IX.

Menſe poſt Synodum Liptinenſem proximo, qui totus ad primum Childerici Regis annum pertinuit, Waymarus Abbas Sitiuenſis ab eodem Childerico Rege, qui tunc in Criſciaco Palatio morabatur, Præceptum impetrauit, cuius hæc à Malbranco [a] fragmenta recitantur. *Cognoſcat Magnitudo & Vtilitas veſtra, quod ven. vir Waymarus Abb. de Monaſterio Sithiu Clementiæ Regni noſtri detulit*, &c. *Theodoricus parens noſter*, &c. *Signum Glorioſi Regis Hilderici, data quando facit Aprilis dies* XXIII. *anno primo Regni noſtri, Criſciaco Palatio in Dei nomine feliciter.* X. PRÆCEPTVM CHILDERICI R. PRO MONAST. SITIVENSI.

[a] Lib. 4. c. 65.

Primum illorum fragmentorum docet in viuis hoc anno per menſem Aprilem fuiſſe Waymarum Abbatem Sitiuenſem, quem ante quadriennium Sancto Erkenbodoni ſucceſſiſſe diximus [b]. Malbrancus annum Childerici Regis primum cum anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo perperam componit, vúltque Præceptum Childerici Regis eodem datum menſe, quo Waymari deceſſor Erkenbodus ex hac vita migrauit, XI.

[b] Ad an. 740. n. 15.

AN. CH. ſed in ipſo Diplomate nihil reperitur ſimile, nihílque prorſus occurrit,
744. vnde quis colligere poſſit quonam Waymari Abbatis anno Præceptum illud
CHILDERICI III. R. 1. à Childerico Rege ſit emiſſum.

XII. In altero fragmento notandum maximè, quòd Childericus Theodoricum parentem ſuum dicit, &, vt Malbrancus obſeruat, in ſuo Diplomate *complectitur confirmationem eius, quod à Theodorico parente de fiſco fuerat conceſſum.* Nobiliſſimum hoc teſtimonium, vt Childericus Theodorici Quarti filius aſſeratur aduersùs eos, qui eiuſdem Theodorici fratrem illum, filium nequaquam fuiſſe ſcribunt.

XIII. Denique in tertio fragmento præter Characteres Chronologicos diei & anni notatur locus, vbi Præceptum ſcriptum, Criſciacum * nempe Palatium in Epiſcopatu Laudunenſi ad Saram fluuium, qui ſiniſtram Iſaræ * ripam ſubit. Illic igitur Childericus in Regiis ædibus morabatur, nec apud Mamaccas villam delireſcebat, vt poſteri finxerunt.

* *Creſſy ſur Serre.*
* *Oyſe.*

XIV. Hoc anno, Maiores-domûs, abſolutâ Synodo Liptinenſi, trans Rhenum aduersùs Saxones & Alamannos ſtatim profecti ſunt. De ſolis Saxonibus breuiter Annales Tiliani ſequacéſque ſic loquuntur. DCCXLIV. *Iterum Carlomannus & Pippinus perrexerunt in Saxoniam, & captus eſt Theodericus Saxo aliâ vice.* Auctor poſterioris Appendicis ad Hiſtoriam iuſſu Childebrandi conſcriptam, vt de Saxonibus, ſic & de Sueuis ſiue Alamannis ſermonem facit. Saxonum Satrapa Theodericus, Sueuorum Dux erat Theodebaldus. Theodericum aggreſſus eſt Carolomannus, Pippinus Theodebaldum. *Euoluto triennio*, ab obitu videlicet Caroli, *iterum Carlomannus confinium Saxonorum, ipſis rebellantibus, irrupit, ibíque captis habitatoribus, qui ſuo Regno*, id eſt, prouinciis Maioratui ſuo attributis, *adfines eſſe videbantur, abſque belli diſcrimine feliciter adquiſiuit, & plurimi eorum (Chriſto duce) Baptiſmi Sacramento conſecrati fuerunt. Per idem tempus rebellante Theudebaldo* Sueuorum ſiue Alamannorum Duce ſeu Præfecto, *filio* aut potiùs nepote *Godfredi Ducis* anno Chriſti ſeptingenteſimo nono mortui, *Pipinus cum virtute exercitûs ſui ab obſidione Alpium turpiter expulit fugientem. Reuocatóque ſibi eiuſdem loci Ducatu, victor ad propria remeauit.* Vltimam hanc periodum, *reuocatóque ſibi eiuſdem loci Ducatu, victor ad propria remeauit*, cuius ſenſus certè obſcurior eſt, Annaliſta Metenſis rectè ſic exponit. *Reuocato illo, eiuſdem loci Ducatum dedit, & ad propria remeauit.* Id eſt, Pippinus, reuocato Theudebaldo, quem in fugam coniecerat, *eiuſdem loci* ſeu Sueuiæ Ducatum ei reſtituit, victórque remeauit *ad propria*, ſiue ad prouincias ſui Maioratûs, è quarum numero Burgundia & Prouincia iugis Alpium conterminæ. Ceterùm idem Annaliſta, quæ de bellis Saxonico & Alamannico proximè diximus, in annum ſequentem differt, & bellum hoc Saxonicum ab eo, quo *Theodericus Saxo aliâ vice* ſeu ſecundò *captus eſt*, diſtinguit ratus non biennio tantùm vt antiqui Scriptores & Fabricius è recentioribus teſtantur, ſed continuo triennio bellum à Francis aduersùs Saxones geſtum eſſe. De bello Alamannico, quod Theudebaldus redintegrauit, agemus anno ſequenti.

BELLA, SAXONICUM, ET ALAMANNICUM.

XV. In bello Saxonico, quod hoc anno commiſſum eſt, Geruilius ſeu Gewilieb Moguntiacenſis Epiſcopus Saxonem interemit, à quo patrem ſuum Geroldum, Epiſcopum quoque Moguntiacenſem, anno priori trucidatum nouerat. Hoc negotium in vita [a] Sancti Bonifacij ſic exponit Othlonus Preſbyter. *Iterum Karolomannus exercitu congregato contra Saxones perrexit, ſecúmque eundem Gewiliebum duxit. Conſidentibus autem vtriuſque populi exercitibus vltra citráque ripam fluminis Wiſaraha* * ſeu Wiſurgis, *precepit Gewilieb puerum ſuum inter hoſtes pergere, illícque nomen eius, qui patrem ſuum occiderat, diligenter inquirere. Cúmque puero iuſſa complenti reſponderetur à quodam, proximè illum adeſſe, quem quæreret, venire rogat, inquit, eum huc quantocyùs, quia ſecum ſermocinari ſenior appetit meus. Quo veniente, & vtrinque alterius aduen-*

[a] Lib. 1. c. 17.
* le Weſer.

GERVILIVS EP. MOGVNTINVS SAXONEM INTERIMIT, A QVO PATER EIVS GEROLDVS ANTE INTERFECTVS.

AN. CH. 744. CHILDERICI III. R. 1.

tu denunciato, mox præparatis equis ab vtroque itur, & in medio amne occurrentibus, atque colloquentibus, ait Gewilieb Epiſcopus.

Accipe iam ferrum, quo patrem vindico carum.
Hæc igitur dicens, gladio mox perfodit illum,

qui ſtatim corruens ex equo, in flumine exhalauit ſpiritum. Cúmque ſui talia agnoſcerent, ab omnibus clamabatur, vtrinque conſertis cuneis ſummoperè dimicabatur, ſuperatíſque Saxonibus, Karlomannus cum ſuis ad propria remeauit, nemine id, quod factum eſt à Gewiliebe, in homicidij crimen imputante. Vnde & reuerſus ſolitos Epiſcopales ſibi vendicauit vſus. Quid ſecutum ſit, poſt biennium dicemus.

XVI. ABBATES STABVLENSES.

Ad hæc vſque tempora peruenit Anglinus Stabulenſis ac Malmundarienſis Abbas, nam teſte Bartholomæo Fiſeno [a], qui duo Diplomata citat, Childericus Rex varias ei prærogatiuas conceſſit, & Carolomannus Maior-domûs villas ſexdecim donauit. Dolemus genuinos illorum Diplomatum Characteres Chronologicos ab iſto Scriptore non exhiberi. *Bina hæc*, inquit, *Diplomata, quando vixerit Anglinus, oſtendunt: at quando factus Abbas, nemo prodidit.* Anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo-ſeptimo, vt dictum Tomo ſuperiore, Florbertus ex Abbate Stabulenſi ac Malmundarienſi factus eſt Epiſcopus Leodienſis, tunc ei ſuffectum arbitramur Anglinum, qui Stabuletum & Malmundarium regeret, nec in dubium vocamus, quin ad Maioratum vſque Carolomanni, imò ad Regnum vſque Childerici vixerit. Aſſentiri tamen Fiſeno non poſſumus, cùm Diploma, quo Childericus Rex varias eidem Anglino prærogatiuas conceſſit, anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo conſignat, & alterum Diploma, quo Carolomannus villas ſexdecim donauit, anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſexto datum ſcribit. Regem enim ſe Childericus ante annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-tertium haud dixit, & Anglinus annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-ſextum haud videtur attigiſſe, quia illo anno promotus eſt ad Epiſcopatum Colonienſem Agilulphus Abbas anteà Stabulenſis ac Malmundarienſis, ipſiúſque Anglini ſucceſſor. Fiſenus, vt expediat ſe, negat Colonienſes Infulas ante annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-ſeptimum Agilulpho delatas fuiſſe. Lege quæ dicentur inferiùs ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum ſextum.

[a] Part. 2. Paralip.

XVII.

Anglinus Stabuletum & Malmundarium annis circiter ſeptemdecim gubernauit, atque hoc anno vel ſequenti, cùm Regnum penes Childericum, Maioratus Auſtraſiæ penes Carolomannum erat, ad Deum feliciter tranſiit.

XVIII.

In Sanctorum numero habetur apud Fiſenum in Floribus Eccleſiæ Leodienſis, vbi plures ex Abbatibus Stabulenſibus Sancti commemorantur, Sigolinus, Goduinus, Anglinus, Albricus & Odilo. Sancto Anglino in munus Abbatiale ſucceſſit Agilulphus, qui religioſis monaſticæ vitæ inſtitutionibus imbutus ab eo fuerat.

FVLCOALDVS EP. LVGDVN. OBIT.

Ad hunc quoque annum peruenit Fulcoaldus Lugdunenſis Epiſcopus, nam poſt eius mortem Lugdunenſis Eccleſia Paſtore *per decennium* caruit. Illo de Interpontificio fuſiùs agemus ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quartum, quo Madalbertus eiuſdem Diœceſeos regimen ſuſcepit.

[b] Seuert. in Ep. Lugdun. 52. §. 3.

XIX. LIVTPRANDVS R. LONGOBARD. PACEM FRANCORVM CVSTODIT.

Liuthprandus Rex Longobardorum, *poſtquàm vnum & triginta annos & ſeptem menſes obtinuerat Regnum*, hoc anno vitam clauſit. *Maximâ ſemper cura Francorum pacem* cuſtodiuit. Lege Paulum Diaconum vltimo capite rerum Longobardicarum.

XX. MEROVEADARVM RR. CHRONOLOGIA.

Tomo ſuperiore Scriptores recenſuimus, qui laudem ſibi præ ceteris hactenus in ſtabilienda Meroueadarum Regum Chronologia compararunt. Varias eorum opiniones examinauimus ab ineunte Faramundi Principatu ad obitum vſque Theodorici Tertij Regis, quo regnante Sanctum Audoenum

AN. CH. 744. CHILDERICI III. R. 1.

Rotomagenſem Epiſcopum ad Deum migraſſe omnes conſentiunt. At mira prorſus Characterum diſcrepantia. Sanctus Audoenus iuxta Chronologiam Sigebertinam obit anno Chriſti ſexcenteſimo nonageſimo, Theodorici Regis vndecimo; iuxta Bucherianam, anno Chriſti ſexcenteſimo ſeptuageſimo-nono, Theodorici Regis duodecimo; iuxta Henſchenianam & Labbeanam, anno Chriſti ſexcenteſimo octogeſimo-nono, Theodorici Regis decimo; iuxta Valeſianam, anno Chriſti ſexcenteſimo octogeſimo-quarto, Theodorici Regis in Neuſtria vndecimo, in vniuerſa Francia quarto. Nullam potuimus è tot opinionibus approbare, mortem enim Sancti Audoeni conſignauimus anno Chriſti ſexcenteſimo octogeſimo-tertio, Theodorici Regis in Neuſtria decimo, in vniuerſa Francia tertio. Sententiarum adeò diuerſarum primas origines oſtendimus, nec tacuimus quid ad ſoluendas

AN. Chr.	*CHRONOLOGIA*		
	Sigebertina,	*Bucheriana,*	*Henſcheniana,*
	Theoderici R.	Clodouei III. R.	Theodorici III. R.
692	13	2	13
693	14 Theodericus obit. Succedit Clodoueus filius.	3	14 Theodoricus III. obit. Succedit Clodoueus III. filius.
694	1	4 Clodoueus III. obit. Succedit Childebertus III. frater.	1
695	2	1	2
696	3	2	3
697	4 Clodoueus obit. Succedit Childebertus frater.	3	4
698	1	4	5 Clodoueus III. obit. Succedit Childebertus III. frater.
699	2	5	1
700	3	6	2
701	4	7	3
702	5	8	4
703	6	9	5

quæſtiones illuſtrandámque ſeriem temporum quiſque contulerit, etſi neminem inuenerimus, quocum in omnibus conſentiremus. A morte Theodorici Tertij Regis ad Principatum vſque Childerici Tertij non leues etiam occurrunt difficultates, de quibus tam variè diſputatum à prælaudatis Auctoribus, vt operæpretium videatur alteram exhibere Tabulam, quæ, quantùm inter ſe diſſideant, & quantùm ab illis diſcrepemus, palàm declaret, hac tamen obſeruatione præmiſsâ, quòd ſeptem annorum interregnum ab obitu Theodorici Quarti Regis ad Regnum Childerici Tertij Iacobus Sirmondus è manuſcripto Codice Remenſi primus demonſtrauit, licèt in illo ſeptennio connotando Chronologiam non benè ſit aſſecutus, quia Theodorici Regnum anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-quinto terminauit, & Childerici Regnum auſpicatus eſt ab anno Chriſti DCCXLII.

AN. Chr.	CHRONOLOGIA *Valeſiana,*	*Labbeana,*	*Noſtra.*	
692	Clodouei III. R. 2	Theodorici R. 13	19 12 Theodoricus III. obit an. Regni in Neuſtria decimo-oono [a], in vniuerſa Francia duodecimo. Succedit filius Clodoueus III.	[a] Geſt. RR. Franc. c 49. Erchanbert.
693	3	14	1	
694	4 Clodoueus III. obit. Succedit Childebertus III. frater,	15 Theodoricus obit. Succedunt filij, Clodoueus in Auſtria, Childebertus in Neuſtria.	2 Clodoueus III. obit [b]. Succedit Childebertus III. frater.	[b] Geſt. RR. Franc. c. 49. Erchanbert.
695	1	1 1	1	
696	2	2 2	2	
697	3	3 3	3	
698	4	4 4 Clodoueus obit.	4	
699	5	5	5	
700	6	6	6	
701	7	7	7	
702	8	8	8	
703	9	9	9	

AN.CH.
744.
CHILDERICI III.
R. 1.

AN. Chr.	CHRONOLOGIA Sigebertina,	Burcheriana,	Henſcheniana,
704	7	10	6
705	8	11	7
706	9	12	8
707	10	13	9
708	11	14	10
709	12	15	11
710	13	16	12
711	14	17 Childebertus obit. Succedit Dagobertus.	13 Childebertus III. obit. Succedit Dagobertus III. filius.
712	15	1	1
713	16	2	2
714	17	3	3
715	18 Childebertus obit. Succedit Clodoueus.	4 Dagobertus obit. Succedit Chilpericus.	4 Dagobertus III. obit. Succedit Chilpericus, Childerici II. filius.
716	1	1	1
717	2	2	2
718	3	3	3 Aduersùs Chilpericum Rex ſtatuitur Clotarius IV. Dagoberti II. filius, ac paulò pòſt obiit.
719	4 Clodoueus obit. Succedit Lotharius.	4	4
720	1	5 Chilpericus obit. Succedit Theodoricus.	5 Chilpericus obit. Succedit Theodoricus IV. Dagoberti II. filius.

704

AN. Chr.	CHRONOLOGIA Valeſiana,	Labbeana,	Noſtra.
704	10	10	10
705	11	11	11
706	12	12	12
707	13	13	13
708	14	14	14
709	15	15	15
710	16	16	16
711	17 Childebertus obit. Succedit Dagobertus filius.	17 Childebertos obit. Succedit Dagobertus filius.	17 Childebertus III. obit [a]. Succedit Dagobertus III. filius.
712	1	1	1
713	2	2	2
714	3	3	3 [a]
715	4 Dagobertus obit. Succedit Chilpericus.	4	4 Dagobertus III. obit [b]. Succedit Chilpericus III. Childerici II. filius.
716	1	5 Dagobertus obit. Succedit Chilpericus. 1	1
717	Aduersùs Chilpericum. Rex ſtatuitur Clotarius. 2 1	2	2
718	3 2 Clotarius obit.	3 Aduersùs Chilpericum Rex ſtatuitur Clotarius IV. obitque eodem anno.	Adoersùs Chilpericum Rex ſtatuitur Clotarius IV, Theodorici III. filius. 3 1
719	4	4	4 2 Clotarius IV. obit.
720	5	5 Chilpericus obit. Succedit Theodoricus 1	5

[a] Geſt. RR. Franc. c. 50. Erchanbert. Annal. Nazar. Petauian.

[b] Annal. Nazar. Petauian.

AN. CH. 744. CHILDERICI III. R. 1.

AN. Chr.	CHRONOLOGIA Sigebertina,	Bucheriana,	Henſcheniana,
721	2 Lotharius obit. Succedit Chilpericus.	1	1
722	1	2	2
723	2	3	3
724	3	4	4
725	4	5	5
726	5 Chilpericus obit. Succedit Theodericus.	6	6
727	1	7	7
728	2	8	8
729	3	9	9
730	4	10	10
731	5	11	11
732	6	12	12
733	7	13	13
734	8	14	14
735	9	15	15
736	10	16	16
737	11	17	17 Theodoricus IV. obit. Sequitur interregnum.
738	12	18	1
739	13	19	2

AN.CH. 744. CHILDERICI III. R. I.

AN. Chr.	CHRONOLOGIA Valeſiana,	Labbeana,	Noſtra.
721	6 Chilpericus obit. Succedit Theodoricus Dagoberti Iunioris filius, Childeberti nepos.	2	6 Chilpericus III. obit. Succedit Theodoricus IV, Dagoberti III. filius, Childeberti III. nepos. 1
722	1	3	2
723	2	4	3
724	3	5	4
725	4	6	5
726	5	7	6
727	6	8	7
728	7	9	8
729	8	10	9
730	9	11	10
731	10	12	11
732	11	13	12
733	12	14	13
734	13	15	14
735	14	16	15 Sirmondus hoc anno malè collocat obitum Theodorici & initium interregni.
736	15	17	16
737	16	18 Theodoricus obit. Sequitur interregnum. 1	17 Theodoricus IV. obit menſe Iunio. Sequitur interregnum. 1
738	17 Theodoricus obit. Sequitur interregnum.	2	1 2
739	1	3	2 3

AN. CH. 744. CHILDERICI III. R. I.

AN. Chr.	CHRONOLOGIA Sigebertina,	Bucheriana,	Henſcheniana,
740	14	20	3
741	15 Theodericus obit. Succedit Hildericus.	21 Theodoricus obit. Succedit Hildricus.	4
742	1	1	5
743	2	2	Childericus Theodorici IV. filius incipit regnare. 1
744	3	3	2
745	4	4	3
746	5	5	4
747	6	6	5
748	7	7	6
749	8	8	7

AN.CH. 744. CHILDERICI III. R. 1.

AN. Chr.	CHRONOLOGIA *Valeſiana,*	*Labbeana,*	*Noſtra.*
740	2	4	3 4
741	3	5	4 5
742	4	6	5 6 Sirmondus hoc anno malè collocat initium Regni Childerici.
743	Childericus Theodorici filius incipit regnare. 1	Childericus Theodorici Kalenſis filius incipit regnare menſe Martio. 1	6 7 Anno ſeptimo interregni iam inchoato Childericus III, Theodorici IV filius, incipit tegnare ſub finem huius anni.
744	2	2	1
745	3	3	2
746	4	4	3
747	5	5	4
748	6	6	5
749	7	7	6

AN. CH. 745. CHILDERICI III. R. 2.

ANNVS
CHRISTI 745.
CHILDERICI III. R. 2.

SYNODI SVESSIONICÆ PRÆFATIO.

I. ANNO Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quinto celebrata eſt Synodus Sueſſionenſis, cuius Actis in decem Canones diſtinctis hæc præfatio præponitur. *In Dei nomine & Trinitatis. Anno ſeptingenteſimo quadrageſimo-quarto ab Incarnatione Chriſti, ſub die ſexto Nonas Martij, & Luna decima-quarta, in anno ſecundo Childerici Regis Francorum, ego Pippinus Dux & Princeps Francorum. Dum pluribus non habetur incognitum, qualiter nos in Dei nomine, vnà cum conſenſu Epiſcoporum; ſiue Sacerdotum, vel ſeruorum Dei conſilio; ſiue Comitum & Optimatum Francorum colloquio, apud Sueßionis ciuitatem Synodum vel Concilium facere decreuimus, quod ita in Dei nomine & fecimus.* Manuſcripti Codices, vt Iacobus Sirmondus in notis ad hanc præfationem obſeruat, de die non conueniunt, conueniunt de menſe & anno, Synodum Sueſſione congregatam docent menſe Martio, anno ſecundo Childerici Regis, ab Incarnatione Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quarto labente, ſi principium anni petatur à Paſchate, currente autem anno Incarnationis Dominicæ ſeptingenteſimo quadrageſimo-quinto, ſi ducatur initium anni, vel ab octauo Kalendas Ianuarij, quo die Natiuitas Domini celebratur, vel ab iiſdem Kalendis Ianuariis, vt ipſi computamus. Hæc de loco ac tempore habitæ Synodi. Sequuntur Canones hoc ordine.

CANONES.

DE SYNODORVM ANTIQVARVM CANONIBVS PROMVLGANDIS.

II. Primus eſt de fide Nicæna & antiquis Canonibus per vniuerſum Pippini Maioratum promulgandis. *In primus conſtituimus fidem Catholicam, quam conſtituerunt* CCCXVIII *Epiſcopi in Nicano Concilio, vt denuntiaretur per vniuerſam regionem noſtram*, id eſt, per vniuerſam regionem, in qua Maioratum exercemus, *& iudicia Canonica aliorum Sanctorum, quæ conſtituerunt in Synodis ſuis, quo modo lex Dei, & Eccleſiaſtica regula recuperetur, quæ in diebus priorum Principum diſsipata corruit.* Poſtrema pars huius Canonis, in præfatione Synodi Germanicæ ante biennium habitæ, ſic apud Othlonum legitur, *quomodo lex Dei & Chriſtiana Religio recuperetur, quæ in diebus præteritorum Principum diſsipata corruit*, atque in eodem textu apud Sirmondum ponitur *Eccleſiaſtica religio* ſeu regula. In ſubſequentibus Canonibus occurrent alia non pauca, quæ Synodum Sueſſionenſem in pleriſque locis oſtendent ſimillimam Germanicæ & Liptinenſi, quas Carlomannus ſuperioribus annis habendas curarat.

DE SYNODO SINGVLIS ANNIS CONGREGANDA.

III. Secundus Canon Sueſſionenſis duas in partes diuiditur. Prior eſt de Synodo ſingulis annis congreganda. *Propterea nos vnà cum conſenſu Epiſcoporum, ſiue Sacerdotum, ſeu ſeruorum Dei, & Optimatum, eorum conſilio decreuimus, vt annis ſingulis Synodum renouare debeamus, qualiter populus Chriſtianus ad ſalutem animarum peruenire poßit.* Poſterior eſt de Adalberto hæretico. *Et vt hereſis ampliùs in populo non reſurgat, ſicut inuenimus in Adalberto hareſim, quem publicè * ter vnà voce condemnauerunt* XXIII *Epiſcopi; & alij multi Sacerdotes, cum conſenſu Principis & populi, ita condemnauerunt ipſum Adalbertum, vt ampliùs populus per falſos Sacerdotes deceptus non pereat.* In Synodo Germanica ſecundus quoque Canon præcipit *per annos ſingulos Synodum congregari.* Et in eiuſdem Synodi præfatione, inter varias cauſas, propter quas Concilium celebrandum dicitur, enumerantur duæ, quæ totidem partibus ſecundi Canonis Sueſſionenſis ſubiiciuntur, *qualiter populus Chriſtianus ad ſa-*

* Sirmond. *quem publicitus vnà voce.*

DE ADALBERTI HÆRETICI CONDEMNATIONE.

AN. CH. 745. CHILDERICI III. R. 2.

Iſtem anima peruenire poſſit, & per falſos Sacerdotes deceptus non pereat. Ceterùm Adalbertus ſiue Aldebertus, vt à Bonifacio in literis [a] ad Zachariam Papam vocatur, *natione generis Gallus* fuit; nefaria dogmata per vniuerſam Franciam, ſiue per vtrumque Maioratum Carolomanni & Pippini diſſeminauit; vtrobique damnatus eſt; hoc anno, Sueſſione in Maioratu Pippini; anno proximo, ſeu Moguntiæ ſiue alibi, in Maioratu Carolomanni.

[a] Ep. 135.

IV. Tertius Canon Sueſſionenſis tres in partes diſtinguitur. Prima eſt de Archiepiſcopis, Abele Remenſi & Ardoberto ſiue Artberto Senonenſi. Secunda de ordine monaſtico. Tertia de Clericis.

V. *De Archiepiſcopis Remenſi et Senonenſi.* Primæ partis talis eſt textus. *Idcircò conſtituimus per conſilium Sacerdotum & Optimatum eorum, & ordinauimus per ciuitates legitimos Epiſcopos, & idcircò conſtituimus ſuper eos Archiepiſcopos Abel & Ardobertum, vt ad judicia eorum de omni neceſſitate Eccleſiaſtica recurrant tam Epiſcopi quàm alius populus.* Abel ordinatus eſt Archiepiſcopus Remenſis, Senonenſis Ardobertus. Vtriuſque prouinciæ, Remenſis ac Senonenſis, notitiam paucis accipe.

VI. Metropoli Remenſi ſubetant Eccleſiæ vndecim ſuffraganeæ; Sueſſionenſis, Catalaunenſis, Laudunenſis, Siluanectenſis, Bellouacenſis, Ambianenſis, Nouiomenſis, Taruannenſis, Atrebatenſis, Cametacenſis & Tornacenſis, quarum aliæ ad Auſtraſiam cum ipſa Metropoli, aliæ pertinebant ad Neuſtriam, id eſt, aliæ ad Carolomanni Maioratum, aliæ ad Maioratum Pippini.

VII. Metropoli Senonenſi ſubetant Eccleſiæ ſeptem ſuffraganeæ; Carnotenſis, Pariſienſis, Aurelianenſis, Meldenſis, Trecenſis, Autiſſiodorenſis & Niuernenſis, omnes in Pippini Maioratu.

VIII. Luctuoſiſſimus erat ſtatus Eccleſiæ Remenſis ab annis duodetriginta. Nam Milo Treuirenſis Archiepiſcopus anno Chriſti circiter ſeptingenteſimo decimo-tertio factus, Archiepiſcopatum Remenſem occupauit anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo-ſeptimo, & abhinc vtrumque Archiepiſcopatum peſſumdedit ac dilapidauit. Aliam cauſam noli quærere, cur Abel Archiepiſcopus Remenſis inſtitutus ſit in Synodo Sueſſionenſi. Milo, homo ab Archiepiſcopi moribus alienatiſſimus, qui ſolâ tonſurâ Clericus videbatur, deiectus eſt è Cathedra Remenſi, quam pulſo in exilium Rigoberto inuaſerat. Flodoardus [b] illam Milonis intruſionem exoſus, Abelem Rigoberto proximè ſuffecit, nec tantùm Chorepiſcopum, vt nonnulli tradiderunt, ſed verè Archiepiſcopum fuiſſe ſic pronuntiauit. *Beatum Rigobertum ſecutus Abel in Epiſcopatûs ordine reperitur, quamuis eum quidam Chorepiſcopum tantùm fuiſſe tradant. Pontificem tamen illum extitiſſe diuerſis inuenimus aſſertionibus, & maximè in epiſtolis Zachariæ Papæ ad Sanctum Bonifacium directis.* Apoſtolicas haſce epiſtolas infrà recitabimus, ſæpiúſque agemus de Abele Archiepiſcopo.

[b] Lib. 2. c. 16.

IX. Felicior erat Eccleſia Senonenſis. Archiepiſcopum enim habebat Ebbonem ſanctitate conſpicuum, nouo tamen indigebat Paſtore, quoniam hic ætate grandæuus erat, ſolitariâ magis vitâ quàm Pontificiis muneribus à multis annis delectabatur. Inſignis hic Antiſtes copioſam Saracenorum multitudinem è Septimania per Francicas ditiones effuſam & ciuitati Senonicæ iam imminentem profligauit anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-ſecundo, vt Tomo ſuperiore dictum eſt. *Poſt hæc*, inquit Clarius in ſuo Chronico, *vir Dei Ebbo ſoli Deo placere cupiens, eremiticam vitam diligens, cæpit ſolus habitare in loco, qui appellatur Arcea, vbi ſunt duæ Eccleſiæ, vna in honore Sanctæ Mariæ, altera Sancti Michaëlis. Ibíque diebus ac noctibus Chriſto ſeruiens, mundo extitit ammirabilis. Sæpè autem rediens ad ciuitatem illuminabat populum ſibi commiſſum verbo & virtutibus.* Idem Chronographus obitum eiuſdem Ebbonis anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo conſignat. Interim Senonenſis Archiepiſcopus in Synodo Sueſſionenſi conſtitutus eſt Ardobertus, vnde redarguas Monachum Altiſſiodorenſem,

AN.CH. 745. CHILDERICI III. R. 2. eiúſque aſſeclas, quotquot Honobertum Ebboni ſufficiunt, necnon Sammarthanos, qui eidem Ebboni Artbertum ſiue Ardobertum præponunt.

X. Singularum prouinciarum, quibus Abel & Ardobertus dati ſunt Archiepiſcopi, quænam Eccleſiæ tunc Epiſcopis caruerint, haud compertum habetur. Coniectura quid aſſequi poſſis, attende.

XI. In prouincia Remenſi ſedebant Treuuardus & Adalgerus Epiſcopi, ille Attebatenſium & Cameracenſium, hic Taruannenſium. Treuuardus enim qui Sancto Hadulpho in Epiſcopale munus anno Chriſti ſeptingenteſimo duodetriceſimo ſucceſſit, anno pòſt viceſimo literas accepit à Zacharia Papa, quas ad annum Chriſti ſeptingenteſimum duodequinquageſimum deſcribemus; & Adalgerus, qui Taruannenſis Epiſcopus ordinatus eſt anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo; ſuperſtes in viuis erat octauo Kalendas Auguſti, anno tertio Childerici Regis, vt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum ſextum dicturi ſumus.

XII. Eccleſiarum, Sueſſionenſis, Catalaunenſis, Laudunenſis, Bellouacenſis & Ambianenſis, Epiſcopi per hæc tempora ſolis noti ſunt nominibus, nec facilè quis deprehendere poteſt, quinam locorum illorum Pontifices extiterint, cùm Synodus Sueſſione celebrata eſt, & vtrùm quædam illarum Sedium tunc vacarint.

XIII. Sueſſione poſt Sanctum Gaudinum, cuius Martyrium anno Chriſti circiter ſeptingenteſimo conſignauimus, Pontificatum geſſerunt octauo ſeculo, Macharius, Galconus, Gobaldus qui & Ceroboldus, Hubertus ſeu Gerabertus, Madalbertus & Deodatus. At nec in Hiſtoria Sueſſionenſi, quam Claudius Dormayus in lucem ante aliquot annos edidit, nec in variis Epiſcoporum Sueſſionenſium Catalogis, quos alij publicarunt, quidquam præter nuda nomina reperitur.

XIV. Anno Chriſti ſexcenteſimo nonageſimo-quarto Catalaunenſis Epiſcopus erat Bertoendus, cui Demochares, Chenutius & Robertus, Chamigum, Felicem & Bladaldum ſufficiunt, abſque vlla temporis nota, nec audiendi Rapinius & Sammarthani, qui ex Chamigo & Felice vnum Felicem cognomento Chamigum componunt.

XV. In vulgatis Indicibus Epiſcoporum Laudunenſium, poſt Maldagarium ponuntur Sigoaldus, Bertifridus, Madelanus ſeu Magdelamnus, Genebaudus, qui florebat anno Chriſti ſeptingenteſimo duodequinquageſimo, cùm Zacharias Papa literas ei direxit. At Tomo ſuperiore probauimus [a] Omotarium Maldagario ante annum Chriſti ſeptingenteſimum ſeptimum ſiue ante obitum Sanctæ Auſtrudis Abbatiſſæ ſucceſſiſſe. Ab illis autem temporibus ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-octauum, quo Genebaudus à Zacharia literas Apoſtolicas accepit, nullus occurrit Character Chronologicus.

[a] Ad an. 734. n. 112.

XVI. Chilpericum Tertium Regem, cuius mors in annum Chriſti ſeptingenteſimum viceſimum-primum incidit, adiit Dodo Bellouacenſis Epiſcopus. Huius ſucceſſores hoc ordine recenſentur Ercambertus, Recoaldus, Miroldus, Auſtringus, Deodatus; ſuíſque tantùm nominibus noti ſunt ad Deodatum vſque, cui literas Apoſtolicas anno Chriſti ſeptingenteſimo duodequinquageſimo Zacharias inſcripſit.

XVII. Dominicus Ambianenſis Epiſcopus quarto Kalendas Maias, anno Chiſti ſeptingenteſimo viceſimo-primo, Tranſlationi Sancti Lamberti interfuit, ac paulò pòſt ex hac vita diſceſſit. Succeſſit in Epiſcopatum Chriſtianus, tum Raimbertus, cui Zacharias Papa literas anno Chriſti ſeptingenteſimo duodequinquageſimo ſcripſit. At tempus ignoratur, quo Chriſtianus obiit, quóue Raimbertus ordinatus eſt Epiſcopus.

XVIII. Ex Diœceſibus Belgicæ ſecundæ ſeu prouinciæ Remenſis tres ſuperſunt, Siluanectenſis, Nouiomenſis & Tornacenſis, quibus Epiſcopos in Synodo Sueſſionica datos arbitramur.

Tunc

AN. CH. 745. CHILDERICI III. R. 2.

Tunc vacauit Sedes Siluanectenſis ſublato è viuis Eremberto Epiſcopo, cuius Pontificatum Annaliſta Siluanectenſis annorum ſexdecim ſpatio circumſcribit, ab anno videlicet Chriſti ſeptingenteſimo vndetriceſimo ad hunc vſque annum quo Synodus habita Sueſſione. Poſt Erembertum ſedit Wlfredus. Vterque diuitiarum comtemptor prædicatur.

XIX. XX.

Haud adeò clara Nouiomenſium ac Tornacenſium Epiſcoporum ſucceſſio. Poſt Hunuanum, cuius mortem anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-primo conſignauimus, Diœceſes Nouiomenſem ac Tornacenſem per ſexennium rexerunt Guido & Eunucius. Vtrùm autem ſimul an ſucceſſiuè, non conueniunt Nomenclatores. Eunucium Guidoni ſocium in Epiſcopatu Tabulæ Nouiomenſes, Tornacenſes ſucceſſorem tribuunt. Hunuano ſolum Guidonem ſuffecimus, nec dubitamus quin ita ſentiendum ſit, maximè cùm hæc opinio pleriſque Catalogis innitatur. Duos ex illis Indicibus citat Couſinus in Hiſtoria Tornacenſi [a], vnum ex Archiuis Eccleſiæ Tornacenſis, alterum ex Meyero. His adde Catalogos editos à Gazeto, à Couſino, à Roberto, à Vaſſorio & à Sammarthanis. At apud Democharem & Chenutium Hunuano ſeu Numiano Guido ſimul cum Enucio ſubrogatur. 27. *Guido cum Enucio Sancto*. Nec Vaſſorius in Annalibus Nouiomenſibus [b] diffitetur apud Nouiomenſes antiquâ traditione receptum eſſe, quod patrum noſtrorum memoriâ ſcriptum à Demochare [c], captâque inde occaſione varias ſuper Enucio ſiue Eunucio quæſtiones proponit [d]. Quærit vtrùm Eunucius Preſbyter, an Epiſcopus fuerit; deinde vtrùm Epiſcopus, an Coepiſcopus qui Guidonis Epiſcopi vices ageret; denique vtrùm è duabus Eccleſiis, Nouiomenſi, ac Tornacenſi, quæ ſimul à duobus ſeculis & ampliùs vnitæ ſub eodem Epiſcopo fuerant, vnam Guido, Eunucius alteram rexerit. Illis Eccleſiis ſingulos tunc Epiſcopos fuiſſe nemo facilè credet, quia longè ante ac poſt ætatem Guidonis & Eunucij ſub vnius Epiſcopi regimine permanſerunt, & vtraque earum Eunucium ſuum ſibi Pontificem vendicat. Molanus [e] ex eo quòd Demochares viceſimo-ſeptimo loco inter Nouiomenſes Epiſcopos, qui ſimul erant & Tornacenſes, Guidonem cum Sancto Eunucio ponit, Eunucium non Epiſcopum, ſed Coepiſcopum agnoſcit. *Coepiſcopus*, inquit, *videtur fuiſſe, non autem primarius dicti loci Præſul*. At Nouiomenſes, qui diem Natalem Sancti Eunucij celebrant, eum in ſuo Kalendario Breuiarióque nec Coepiſcopum, nec Chorepiſcopum, ſed Epiſcopum nominant. Reſtat igitur, vt in Sueſſionica Synodo id Eccleſiis Nouiomenſi ac Tornacenſi quod Senonenſi contigiſſe cenſeamus. Eccleſia Senonenſis Paſtore non carebat, Archiepiſcopum enim habebat Ebbonem virum ſanctitate præſtantem; Synodo tamen Sueſſionicæ placuit, vt Ardobertus Senonenſis Archiepiſcopus conſtitueretur, quia Ebbo ætate iam grandæuus erat, & ſolitariâ magis vitâ quàm Epiſcopalibus muneribus à multis annis delectabatur. Ob cauſam vel eandem vel æquè notabilem in ea quoque Synodo ſtatutum putamus, vt Eunucius Nouiomenſis ac Tornacenſis Epiſcopus ordinaretur, licèt Guido ſuperſtes in viuis adhuc eſſet. Atque, vt poſt Synodum Sueſſionenſem Ebbo & Ardobertus ſimul Archiepiſcopi Senonenſes dicti ſunt, ita deinceps Guidonem & Eunucium ſimul Epiſcopos Nouiomenſes ac Tornacenſes vocatos arbitrare.

[a] Lib. 2. c. 41.
[b] Lib. 5. c. 2.
[c] De Diuin. Miſſ. Sacrif. cap. 15.
[d] Lib. 3. cc. 4. 5.
[e] D. 10. Sept. n. 3.

XXI.

In prouincia Senonenſi ſedebant hi tres Epiſcopi, Bertinus Aurelianenſis, Romanus Meldenſis, Aidulfus Autiſſiodorenſis. Bertinus Sancto Eucherio in Epiſcopatum Aurelianenſem anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-tertio ſucceſſit, & ad Pippini Regis tempora peruenit. Romanus, qui Meldenſem Epiſcopatum anno Chriſti ſeptingenteſimo duodequadrageſimo ſuſcepit, anno pòſt decimo ſupererat, vt ex Zachariæ Papæ literis ad eum directis liquet. Aidulfus, cuius Epiſcopatus ad annos quindecim prorogatur, anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-tertio in Autiſſiodorenſi Cathedra ſedere cœpit.

AN. CH. 745. CHILDERICI III. R. 2.

Ecclesiis, Pariſienſi, Trecenſi ac Niuernenſi, quinam Epiſcopi præfuerint, cùm Synodus habita eſt Sueſſione, non patet.

XXII. Poſt Sanctum Hugonem, cuius obitus in annum Chriſti ſeptingenteſimum tricesimum incidit, Diœceſim Pariſienſem gubernarunt, Merſeidus, Fedolius ſeu Fedolus, & Ragnecaptus, Epiſcopi ſuis duntaxat nominibus noti.

XXIII. De Trecenſibus Epiſcopis, qui per illa tempora floruerunt, Tomo ſuperiore [a] ſic ſtatuimus. Ab anno Chriſti ſeptingenteſimo vigeſimo-ſecundo,

XXIV. quo Trecis ſedebat Arduinus Epiſcopus, ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſecundum, quo Pippinus Regnum ſuſcepit, anni triginta numerantur, quorum primam partem Arduino, mediam Cenſardo, poſtremam Bobino aſſignandam putamus. Sed hæc annorum diuiſio, quia partes vagæ ſunt & indeterminatæ, non declarat in quo ſtatu Trecenſis Eccleſia fuerit, cùm Synodus Sueſſione congregata eſt, an Epiſcopo tunc caruerit, vel vtrùm Pontificem habuerit Cenſardum an Bobinum.

[a] Ad an. 722. n. 26.

XXV. Anno Chriſti ſeptingenteſimo vigeſimo-ſexto Niuernenſem Eccleſiam regebat Nectarius Epiſcopus. At nec quonam hic anno vitam clauſerit, nec quot annos in Pontificatu ſucceſſor eius Waldo tranſegerit, produnt Hiſtoriæ.

XXVI. Ex Diœceſibus igitur prouinciæ Senonenſis ſeu Lugdunenſis quartæ, ſola ſupereſt Carnotenſis, quæ Deodatum amiſit anno Epiſcopatûs quarto, id eſt, eodem quo Synodus Sueſſione celebrata eſt anno. In illa fortè Synodo datus Deodato ſucceſſor Dronius ſeu Prouius, qui biennio tantùm ſedit.

XXVII. Eccleſiis prouinciarum, Remenſis ac Senonenſis, in quibus Abel & Ardobertus Archiepiſcopi conſtituti, ſic perluſtratis, cetera, quæ pertinent ad Synodum Sueſſionenſem, iam perſequamur.

XXVIII. Secunda pars tertij Canonis Sueſſionenſis tres in particulas ſubdiuiditur. Agit enim de Regula Monaſtica, de bonis pertinentibus ad Monaſteria, dèque Abbatibus.

XXIX. DE REGVLA MONASTICA. De Regula Monaſtica ſtatuit, *vt ordo Monachorum vel ancillarum Dei ſecundùm Regulam ſanctam ſtabilis permaneat.* Ante biennium Synodus [b] Germanica ſanxit, *vt Monachi & ancillæ Dei Monaſteriales, iuxta Regulam Sancti Benedicti Cœnobia vel Xenodochia ſua ordinare, gubernare, & viuere ſtudeant, & vitam propriam degere ſecundùm prædicti patris ordinationem non negligant.* Et in Concilio Liptinenſi [c] quod anno poſt Synodum Germanicam proximo celebratum eſt, *Abbates & Monachi receperunt Regulam Sancti Patris Benedicti ad reſtaurandam normam regularis vitæ.* Verùm Canon Sueſſionenſis, qui Monachos & Moniales *ſecundùm Regulam Sanctam* ſtabiles permanere præcipit, de Regula quoque Benedictina ſit intelligendus, in dubium vocari poteſt. Benedictus Anianenſis Abbas in altera præfatione ad Concordiam Regularum ſic ſcribit metro ſatis inculto.

[b] Can. 16.

[c] Can. 1.

Sumite, cælicoli Patres, hæc munia Patrum.
Sumite hæc Monachi monita, quæ Regula ſancta
Vos monet aſſiduè.

Ad quem locum Hugo Menardus Benedictinus ita commentatur. *Regula ſancta. Id eſt, Regula S. Benedicti. Ita appellatur à Paulo Diacono aliiſque Auctoribus.* Eodem quoque commentario vſi ſunt Lucas Dacherius & Ioannes Mabillonus Aſcetæ Benedictini in ſua præfatione ad Acta Sanctorum, qui ſecundo ſeculo Benedictino ſeu ſeculo ſeptimo poſt Dominicam Incarnationem in Ordine Sancti Benedicti floruerunt. Canone tamen Sueſſionenſi per Regulam ſanctam non ſpecialis Regula Sancti Benedicti ſed generatim quælibet Regula videtur intelligenda, ſunt enim omnes ſanctæ, nec alius eſt Canonis ſenſus, quàm vt Monachi & Moniales ſanctè viuant, & à Regula, cui ſunt addicti, minimè recedant.

AN. CH. 745. CHILDERICI III. R. 2.

XXX. DE BONIS AD MONASTERIA PERTINENTIBVS.

De bonis ad Monaſteria pertinentibus, Canon Sueſſionenſis ſtatuit, *vt de rebus Eccleſiaſticis ſubtractis Monachis vel ancillis Dei conſolentur, vſquedum illorum neceſſitati ſatisfaciant; &, ſi quid ſuperauerit, cenſus leuetur.* Ita Codex Metenſis in notis Sirmondi. Alij ſic habent. *Et quod ſuperauerit, cenſus leuetur.* Anno præcedenti, in Synodo Liptinenſi, Canone ſecundo, qui totus eſt de pecunia Eccleſiarum & Monaſteriorum ſub precario & cenſu in ſubſidium exercitûs præſtanda, poſita fuit hæc conditio *omnino* obſeruanda, *vt Eccleſiæ vel Monaſteria penuriam paupertatémque non patiantur, quorum pecunia in precario præſtita ſit: &, ſi paupertas cogat, Eccleſiæ vel domui Dei integra reddatur poſſeſſio.*

XXXI. DE ABBATIBVS.

De Abbatibus, vt ipſi non eant in exercitum ſed homines ſuos mittant, Canon Sueſſionenſis ita ſtatuit. *Abbates legitimi hoſtem*, id eſt, exercitum, *non faciant, niſi tantùm homines eorum tranſmittant.* Ante biennium Synodus Germanica [a] *ſeruos Dei per omnia armaturam portare, vel pugnare, aut in exercitum & hoſtem pergere* prohibuerat *omnino.*

[a] Can. 5.

XXXII. DE CLERICIS.

Poſtrema pars Canonis Sueſſionenſis, de quo nunc agimus, tria Clericis interdicit, fornicationem, habitum laicalem, & venationem. *Omnes Clerici fornicationem non faciant; nec habitum laicorum portent; nec apud canes venationes faciant, nec accipitres portent.* Graues pœnas in Clericos adulteros ac fornicatores decreuerant Synodi Germanica [b] & Liptinenſis [c], quarum prior ſtatuerat [d] etiam, *vt Presbyteri vel Diaconi non ſagis laicorum, ſed caſulis vtantur ritu ſeruorum Dei*; item *venationes & ſyluaticas vagationes cum canibus, omnibus ſeruis Dei* interdixerat [e], *& vt accipitres & falcones non habeant.* Codex Bellouacenſis, vt Sirmondus in ſuis notis obſeruat, reponit *acceptores*, ſed accipiter idem eſt cum acceptore, vt conſtat ex Lege Salica, cuius caput ſeptimum, quod *de furtis auium* inſcribitur, ſic inchoatur. *Si quis acceptorem*, id eſt, accipitrem, *de arbore furauerit.*

[b] Can. 13.
[c] Can. 1.
[d] Can. 14.
[e] Can. 6.

XXXIII.

Quartus Canon Sueſſionenſis duas in partes diuiditur; vna eſt de laicis hominibus, altera de Presbyteris Parochiarum.

XXXIV. DE LAICIS.

De laicis hominibus ſic ſtatuit. *Similiter decreuimus, vt laici homines legitimè viuant, & diuerſas fornicationes non faciant, & periuria in Eccleſia non conſentiant, & falſa teſtimonia non dicant, & Eccleſiam Dei in omni neceſſitate conſeruent.*

XXXV. DE PRESBYTERIS PAROCHIARVM.

De Presbyteris Parochiarum, ſic. *Et vnuſquiſque Presbyter, qui in Parochia eſt, Epiſcopo obediens & ſubiectus ſit; & ſemper in Cœna Domini rationem & ordinem miniſterij ſuo Epiſcopo reddat; & chriſma & oleum petat; & quando iure Canonico Epiſcopus circumit Parochiam ad confirmandum populum, Abbates &* * *Presbyteri parati ſint ad ſuſcipiendum Epiſcopum in adiutorium neceſſitatis.* Eadem de Presbyteris Parochiarum in Synodo Germanica [f] ſic iudicata fuerant. *Decreuimus quoque iuxta Sanctorum Canones, vt vnuſquiſque Presbyter, in Parochia habitans, ſubiectus ſit illi Epiſcopo, in cuius Parochia habitat; & ſemper in Quadrageſima rationem & ordinem miniſterij ſui, ſiue de Baptiſmo, ſiue de fide Catholica, ſiue de precibus & ordine Miſſarum, ipſi Epiſcopo reddat & oſtendat. Et quandocumque iure Canonico Epiſcopus circumierit Parochiam ad confirmandos populos, Presbyter ſemper paratus ſit ad ſuſcipiendum Epiſcopum, cum collectione & adiutorio populi, qui ibi confirmari debet. Et in Cœna Domini ſemper nouum Chriſma accipiat ab Epiſcopo.*

* Bilio vel.
[f] Cann. 7. 8 9.

XXXVI. DE EPISCOPIS ET PRESBYTERIS IGNOTIS.

Quintus Canon vetat, ne ignoti Epiſcopi ac Presbyteri ad miniſterium ſine probatione admittantur. *Et ſtatuimus, vt ſuperuenientes Epiſcopi vel Presbyteri de aliis regionibus non ſuſcipiantur in miniſterium Eccleſiæ, niſi priùs fuerint probati ab Epiſcopo, cuius Parochia eſt.* Eadem conſtitutio in Synodo Germanica [g] ſic inuenitur. *Statuimus etiam, vt, ſecundùm Canonicam cautelam, omnes vndecumque venientes ignotos Epiſcopos, vel Presbyteros, ante probationem Synodalem in Eccleſiaſticum miniſterium non admitteremus.* Inter vtrumque Canonem nihil exiſtimamus eſſe diſcriminis, quia non arbitramur in Synodo

[g] Can. 11.

AN. CH. 745. CHILDERICI III. R. 2.

Germanica per probationem Synodalem intelligi probationem, quæ fiat in Synodo multorum Epiſcoporum, ſed tanrùm probationem quæ ab Epiſcopo Diœceſano fiat adhibito Preſbyrerorum conſilio; ſicque Canon Sueſſionenſis à Germanico ne minimùm quidem differt.

XXXVII. Sextus Canon Sueſſionenſis duas in partes commodè diuiditur. Prima eſt de paganis obſeruationibus, altera de foro & menſura.

XXXVIII. *De paganiis.* Paganiæ prohibentur, & Epiſcopis præceptio fit, vt prouideant ne populus in paganas obſeruationes labatur. *Et omnino decreuimus, vt vnuſquiſque Epiſcopus in ſua Parochia ſollicitudinem habeat, vt populus Chriſtianus paganiſmum non faciat.* Eadem præceptio in Synodo Germanica [a] ſic legitur. *Decreuimus quoque, vt ſecundùm Canones vnuſquiſque Epiſcopus in ſua Parochia ſollicitudinem gerat, adiuuante Grauione, qui defenſor Eccleſiæ eius eſt, vt populus Dei paganias non faciat, ſed omnes ſpurcitias gentilitatis abiiciat & reſpuat.*

[a] Can. 12.

XXXIX. *De foro et menſura.* De foro & menſura talis eſt ſanctio. *Per omnes ciuitates legitimus forus & menſura fiat, ſecundùm abundantiam temporis;* id eſt, habitâ ratione fertilitatis & abundantiæ, capacior fiat menſura.

XL. *De cruciculis Adalberti hæretici cremandis.* Septimus Canon eſt aduersùs cruciculas Adalberti hæretici. *Similiter conſtituimus, vt, illas cruciculas quas Adalbertus per Parochiam plantauerat, omnes igne conſumantur.* Ita legit Sirmondus ex Codicibus Metenſi & Flandrico necnon ex literis Sancti Bonifacij ad Zachariam Papam. Vulgara tamen exemplaria Synodi Sueſſionenſis & Codex Bellouacenſis non habent *cruciculas* ſed *crucilias*. Textus Bonifacianus, à quo ſtandum nobis videtur, cur huiuſcemodi cruciculæ igni damnatæ ſint, ſic indicat. *In tantam ſuperbiam elatus eſt* Adalbertus, *vt ſe æquipararet Apoſtolis Chriſti, & dedignaretur in alicuius honore Apoſtolorum vel Martyrum Eccleſiam conſecrare. Et interrogauit, quid voluiſſent homines viſitando limina Sanctorum Apoſtolorum. Poſteà in proprio honore ſuo dedicauit oratoria, vel, vt veriùs dicam, ſordidauit; fecit cruciculas & oratoria in campis, & ad fontes, vel vbicunque ſibi viſum fuit, & iuſſit ibi publicas orationes celebrare, donec multitudines populorum, ſpretis ceteris Epiſcopis, & dimiſſis antiquis Eccleſiis in talibus locis conuentus celebrabant, dicentes. Merita Sancti Aldeberti adiuuabunt nos.* Integras Bonifacij literas recitabimus, cùm agemus de Concilio Romæ habito aduersùs hunc hæreticum, cuius nomen variis modis effertur, *Adalbertus, Aldebertus, Eldeberch, Eldebertus, Elberchtus.*

XLI. *De familiaritate mulierum extranearum à Clericis vitanda.* Octauus Canon prohibet, ne Clerici mulieres extraneas habeant domi. *Similiter diximus, vt neque Clericus mulierem habeat in domo ſua, quæ cum illo habitet, niſi matrem, aut ſororem, aut neptem ſuam.* In Synodo Germanica [b] ſtatutum fuerat, vt *nullus* Preſbyterorum & Diaconorum *in ſua domo mulieres habitare permittat.* Synodus Sueſſionenſis excipit ſolas mulieres ſeu perſonas, quæ omnem ſuſpicionem effugiunt, ἃ μόνα πρόσωπα πᾶσαν ὑποψίαν διαπέφευγε, vt Patres Concilij Nicæni [c] loquuntur. Tomo primo [d], cùm recitaremus Canones Concilij, quod omnium antiquiſſimum ſub Francorum Regibus æſtimari debet, id eſt, Canones Concilij Aurelianenſis primi, quod anno Chriſti quingenteſimo vndecimo celebratum eſt regnante tum Clodoueo Magno, ad Canonem vndetriceſimum, qui præcipit, vt *de familiaritate extranearum mulierum tam Epiſcopi, quam Presbyteri, vel Diaconi, præteritorum Canonum ſtatuta cuſtodiant*, allegauimus duo Concilia citiùs in Galliis habita, nempe Arelatenſe ſecundum ſub Valentiniano Tertio Auguſto, & Agathenſe ſub Alarico Wiſigothorum Rege, in quibus eadem fermè ac in Sueſſionenſi fit exceptio. In Arelatenſi [e], ſic. *Si quis Clericus à gradu Diaconatûs in ſolatio ſuo mulierem præter auiam, matrem, ſororem, filiam, neptem, vel conuerſam ſecum vxorem habere præſumpſerit, à communione alienus habeatur.* In Agathenſi [f], ſic. *Nullus Clericorum extraneæ mulieri qualibet conſolatione aut familiaritate iungatur. Et non ſolùm in domo illius extranea mulier non accedat, ſed nec ipſe frequentandi ad extraneam mulierem habeat poteſtatem, ſed cum matre*

[b] Can. 15.
[c] Can. 3.
[d] Ad an. 511. n. 34.
[e] Can. 3.
[f] Can. 10.

AN. CH. 745. CHILDERICI III. R. 2.

tantùm, ſorore, filia, & nepte, ſi habuerit, aut voluerit, viuendi habeat poteſtatem. De quibus nominibus nefas eſt aliud, quàm natura conſtituit, ſuſpicari. Alluſit ad hæc antiquiora Concilia Synodus Aruernica [a], quæ ſub Theodoberto Francorum Rege celebrata eſt anno Chriſti quingenteſimo triceſimo-quinto, præcepitque, vt *Epiſcopi, Presbyteri atque Diaconi, tantùm cum auia, matre, ſorore, vel nepte, ſi neceſſitas tulerit, habitent, de quibus nominibus, vt priorum Canonum ſeries continet, nefas eſt aliud, quàm natura conſtituit, ſuſpicari.* Seuerior fuit Turonenſis ſecunda [b], ſub Chariberto Rege, anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-ſexto, ab ædibus enim Epiſcopi, Preſbyteri, Diaconi ac Subdiaconi, neptem ipſam & quamlibet excluſit mulierem, *dum non eſt mater, aut ſoror, aut filia.* Nec aliter ſenſerunt ſub Guntchramno Rege Patres Concilij [c] Lugdunenſis, qui ſtatuerunt anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-tertio, *vt nullum Clericum ab ordine ſancto Antiſtitis vſque ad Subdiaconi gradum, mulierem, præter matrem, amitam & ſororem, in hoſpitio ſuo habere liceat.* Inter fragmenta Concilij, quod poſt annum Chriſti ſexcenteſimum decimum-quartum ſub Clotario Rege conuocatum eſt, inuenitur etiam octauus Canon, quo *ſpecialiter* decernitur, *vt nullus Epiſcopus, vel Presbyter, aut Diaconus, vel Clericus honore munitus, mulierem in domo ſua habeat, præter matrem, ſororem, & amitam.*

[a] Can. 16.
[b] Can. 10.
[c] Can. 1.

XLII. DE MATRIMONIIS ILLICITIS.

Nonus Canon Sueſſionenſis eſt de matrimoniis illicitis. *Similiter conſtituimus, vt nullus laicus homo Deo ſacratam fœminam ad mulierem habeat, nec ſuam parentem,* id eſt, propinquam; *nec marito viuente ſuam mulierem alius accipiat, nec mulier viuente ſuo viro alium accipiat; quia maritus mulierem ſuam non debet dimittere, exceptâ causâ fornicationis deprehenſæ.* Præceperat Synodus Liptinenſis [d], *vt, iuxta Canonum Decreta, adulteria & inceſta matrimonia, quæ non ſunt legitima, prohibeantur & emendentur Epiſcoporum iudicio.*

[d] Can. 3.

XLIII.

Vltimus Canon Sueſſionenſis eſt aduersùs tranſgreſſores Synodalium Conſtitutionum. *Si quis contra hoc decretum, quod* XXIII *Epiſcopi, cum aliis Sacerdotibus vel ſeruis Dei, vnà cum conſenſu Principis Pippini, vel Optimatum Francorum conſilio, conſtituerunt, tranſgredi, vel legem irrumpere voluerit vel deſpexerit, iudicandus ſit ab ipſo Principe, vel Epiſcopis, vel Comitibus, & componat ſecundùm quod in lege ſcriptum eſt, vnuſquiſque iuxta ordinem ſuum. Et, ſi hæc omnia obſeruauerimus, quæ ſuperiùs ſcripta ſunt, Chriſti miſericordiam inuenire poterimus in ſecula ſeculorum. Amen.*

XLIV.

Ex hoc vltimo Canone, vt & ex ſecundo, quo viginti-tres Epiſcopi Adalbertum hæreticum vnâ voce condemnauerunt, Concilio Sueſſionenſi tres ac viginti Epiſcopos interfuiſſe conſtat. Illorum ſubſcriptiones deſiderari plurimùm dolemus. Per hæc enim tempora in multis Epiſcoporum Catalogis ſola leguntur eorum nomina, nec inde quis colligere poteſt determinatè, quinam hoc anno ſederint in pleriſque locis Epiſcopi, cùm habita eſt Synodus Sueſſionenſis, cuius Canonibus ſubiiciuntur *ſignum Illuſtris viri Pippini Maioris-domûs, ſignum Radbodi, ſignum Ariberti, ſignum Helmigandi.*

XLV. CAROLOMANNVS ET PIPPINVS SE DICVNT PRINCIPES FRANCORVM.

Ad illa Pippini triúmque Optimarum ſigna, id vnum obſerua de Pippino, quod Sirmondus ſcribit in notis ad epiſtolam, quam Gregorius Tertius Papa Carolo Maiori-domûs direxit, vt Eccleſiæ Romanæ defenſionem ſuſciperet aduersùs Longobardorum Reges, qui illam armis ſuis vexabant, nempe Pippinum, qui virum Illuſtrem & Maiorem-domûs in ſuo ſe ſigno dicit, vſum quoque eſſe titulo Principis Francorum cum Carolomanno fratre, eorum verò patrem Carolum nequaquam. *Quo titulo*, Principis videlicet Francorum, *vſum fuiſſe Carolum Martellum non meminimus*, inquit Sirmondus, *vſos eſſe Karlomannum & Pippinum docent Acta Synodi Liptinenſis & Sueſſionicæ*, vel potiùs Acta Synodorum Germanicæ & Sueſſionicæ. Sic enim in præfatione Synodi Germanicæ loquitur de ſemetipſo Carolomannus. *Ego Karlomannus Dux & Princeps Francorum.* Et Pippinus in præfatione Synodi Sueſſionenſis. *Ego Pippinus Dux & Princeps Francorum.*

AN. CH. 745. CHILDERICI III. R. 2.

XLVI. An Bonifacius interfuit Synodo Sueſſionicæ?

Licèt ad Pippini Maioratum pertineret Sueſſio, nec in Actis Synodi Sueſſionicæ fiat mentio Bonifacij, Synodo tamen eum interfuiſſe ſuadent literæ Zachariæ Papæ hoc anno datæ, decimo Kalendas Iulias, Arrabaſdi & Nicephori Auguſtorum, de quibus ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-ſecundum locuti ſumus, anno tertio. In illis enim literis Romanus Pontifex à Bonifacio tria præcipuè ſibi ſignificata teſtatur; nempe quòd non vnum duntaxat Carolomannum, ſed ambos ſimul fratres, Carolomannum & Pippinum, in prædicatione ſocios & adiutores expertus ſit; deinde quòd Abelem & Ardobertum, quos in Synodo Sueſſionica [a] conſtitutos Archiepiſcopos conſtat, per vnamquamque Metropolim conſtituerit; poſtremò quòd duos inuenerit & in cuſtodiam retruſerit pſeudo-prophetas, Adalbertum videlicet & Clementem, quorum prior in eadem Synodo damnatus [b] eſt.

[a] Can. 3.
[b] Can. 2.

XLVII. Literæ Zachariæ PP. ad Bonifacium, de Palliis ab eo petitis.

Literæ Pontificiæ tales ſunt. *Reuerentiſſimo & ſanctiſſimo fratri Bonifacio Coepiſcopo Zacharias ſeruus ſeruorum Dei. Legimus in libro Actuum Apoſtolorum, Spiritum Sanctum Apoſtolis præcepiſſe, [ſeparate mihi Barnabam & Paulum in opus ad quod aſſumpſi eos,] id eſt, vt per prædicationem Chriſtianæ Religionis, & eiuſdem Spiritûs Sancti gratiam, mundum illuminarent vniuerſum. Quorum illuminatione prædicationis atque doctrinæ Chriſti præſidio manſit, & manet Catholica Dei Eccleſia præfulgens, horum & beati Apoſtolorum Principis Petri illuminata doctrinis, & eorum ſequipedem ex inſpiratione diuina tuam ſanctiſſimam fraternitatem in partibus illis credimus eſſe deſtinatam, vt etiam inſtar eorum idem Spiritus Sanctus in eodem te aſſumpſit opere ad illuminationem gentium illarum. Vnde nimis exultamus in Domino, & eius omnipotentiæ immenſas referimus laudes. Dum verò & ſeries ſyllabarum tuarum nobis panderetur per ſingula, multò ampliùs lætati ſumus in Domino, qui tibi ſuam gratiam ita largiri dignatus eſt, vt ſic duræ gentis corda lenires, quatenus libenti animo inclinarentur ad obediendum fidei, & diuinis obtemperarent præceptis. Indicaſtis etiam nobis, quomodo & qualiter tetigiſſet Deus corda Excellentiſſimorum filiorum noſtrorum Pippini & Carlomanni, vt tibi in prædicatione ſocij & adiutores eſſe niterentur ex inſpiratione diuina, quorum merces copioſa manet in cælis, quoniam benedictus homo per quem benedicitur Deus. De Epiſcopis verò Metropolitanis, id eſt, Grimone, quem nos iam compertum habemus [1], & de Abel & Artberto, quos per vnamquamque Metropolim per [2] prouincias conſtituiſti, hoc [3] per tuum teſtimonium confirmamus, & Pallia dirigimus ad eorum firmiſſimam ſtabilitatem, & Eccleſiæ Dei augmentum, vt in meliori proficiant ſtatu. Qualiter enim mos Pallij ſit, vel quomodo fidem ſuam exponere debeant hi qui Pallio vti [4] conceduntur, eis direximus, informantes eos, vt ſciant, quòd ſit Pallij vſus, vt [5] ſubiectis viam prædicent ſalutis, & vt [6] Eccleſiaſtica diſciplina in Eccleſiis eorum ſeruetur, & maneat inconcuſſa, & [7] vt Sacerdotium, quod in eis fuerit, non pollutum, vt antea fuit, ſed mundum & acceptum Deo eſſe poſſit, quantùm humana conditio valet, itaut nullus reperiri [8] poſſit ſacris deuiare Canonibus, & [9] ſacrificium mundum eorum ab eis immoletur, itaut Dominus eorum placetur muneribus, & [10] populus Dei, purificatis mentibus ex omni vitiorum ſqualore, ſyncerum valeat Deo ſeruitium exhibere. Retuliſti etiam nobis, chariſſime frater, quòd duos pſeudo-Prophetas in [11] eadem Francorum prouincia inueniſſes [12]. Ex quibus vnum quidem nomine Simonem iuxta tenorem tuarum ſyllabarum reperimus, qui & Sacerdotium ſibi vindicabat, & à luxuria minimè ſe continebat, ſeducens populum, & inania prædicans, non ſolùm ſuam animam iuri diaboli tradens, ſed & populorum corda in interitum demergens, & ab Eccleſia Dei eos ſeductionibus ſuis abſtrahens, & cruces in campis ſtatuens, & oratoriola ad ſeducendum populum inſtituens, publicáſque & antiquas Eccleſias relinquens, & ſanctitatis nomine ſe vocari faciens, & in ſuo nomine Eccleſias conſecrans, nomina etiam Angelorum, immò magis dæmoniorum ſe ſcire affirmans.* Poſtremam hanc periodum, quæ de Adalberto hæretico in-

1. Anton. de Aquin. *Abel. ſiue Artberto.* Serar. *Abel quoque & Harteberto,*
2. Anton. de Aquin. Bin. *per prouinciam*
3. Anton. de Aquin. Bin. Serar. *hos*
4. Anton. de Aquin. *licentià conceduntur.* Baron. *quibus Pallio vti licentia conceditur.*
5. Serar. *& qualiter debeant ſubiectis prædicare.* Anton. de Aquin. Bin. *& ſubiectis viam prædicare*
6. Anton. de Aquin. deeſt *vt.*
7. Anton. de Aquin. *& Sacerdotium quod in eis*
8. Sirmond. *nullus inueniatur eorum à ſacris*
9. Sirmond. *ſacrificium mundum eorum Deo immoletur*
10. Locus hic corruptus ap. Anton. de Aquin. Bin. Baron.
11. Anton. de Aquin. Bin. Baron. deeſt *in eadem Francorum prouincia inueniſſet.*
12. Serar. *reperiſſes.*

AN. CH. 745. CHILDERICI III. R. 2.

telligenda eſt, ex editione Sirmondi deſcripſimus. Illam autem ſic exhibet Serarius. *Ex quibus vnum nouum quidem Simonem iuxta tenorem literarum tuarum repperimus, qui ſibi, & ſacerdotium vendicabat, & à luxuria ſe minimè continebat, ſeduxítque populum per varias falſitates, itaut cruces ſtatuens in campis & oratoriola, illuc faciat populum concurrere, publicáſque Eccleſias relinquere; quíque ſanctitatis nomine ſe vocari cenſuit, & in ſuo nomine Eccleſias conſecrauit, affirmans ſe Angelorum nomina ſcire, quæ in tuis literis nobis conſcripta direxiſti, quæ nomina nos non Angelorum ſed dæmoniorum affirmamus.* Antonius de Aquino, Binius, Baronius, ſic. *Ex quibus vnum quidem & nouum Simonem iuxta tenorem tuarum ſyllabarum reperimus, qui etiam ſibi & vindicabat ſacerdotium, & à luxuria ſe minimè continebat, ſeducens populum, & inania prædicans, non ſolùm ſuam animam iuri diaboli tradens, ſed populorum corda in interitum demergens, & ſeducens populum per falſitates, itaut eum ab Eccleſia Dei ſubtraheret, & à Chriſtiana lege diſcordaret, & cruces ſtatuens in campis, & oratoriola, illic populum ſeducebat, relinquens Eccleſias publicas, concurrens ad illa ſigna, quæ ab eo falsè fiebant, & ſanctitatis nomine ſe vocari cenſuit, & in ſuo nomine Eccleſias conſecrauit, affirmans ſe etiam Angelorum nomina ſcire, quorum in tuis ſyllabis conſcripta direxiſti; quæ nomina nos non Angelorum, ſed magis dæmoniorum affirmamus.* In proxima periodo, quà mores Clementis depinguntur, & in ſequentibus non ita variant editiones, ſic enim habent. *Alium verò ita luxuriæ deditum, vt concubinam haberet, & duos ex ea filios procrearet, & tamen ſacerdotium ſibi vendicabat; affirmans hoc iuſtum eſſe iuxta traditionem veteris Teſtamenti, vt defuncti fratris ſuperſtes frater ducat vxorem, & quia Chriſtus reſurgens ab inferis, nullum ibi reliquiſſet, ſed omnes inde abſtraxiſſet. Quæ omnia hæc deteſtabilia & ſceleſta iudicamus. Benè autem vna ſancta fraternitas iuxta Eccleſiaſticam Regulam eos damnauit, & in cuſtodiam miſit* [13], *& optimè vocauit antichriſti miniſtros & præcurſores. De cetero decerta chariſſime, & viriliter age, & peruigil permane in miniſterio Chriſti, vt*, iuxta editionem Serarianam, *ampliùs Sancta Eccleſiæ grex augeatur & præmium æternæ retributionis creſcat copioſum*, ſiue, *vt*, iuxta ceteras editiones, *ampliùs Chriſti grex augeatur, & tibi præmium æternæ retributionis maneat copioſum, & cum Sanctis & electis Dei, vt credimus*, [14] *eſſe inueniaris particeps & Apoſtolorum conſors. Deus te incolumen cuſtodiat, reuerentiſſime frater.*

DE HÆRETICIS, ADALBERTO, ET CLEMENTE.

13. Sirmond. recluſit.

14. Sirmond. habeas conſortium.

XLVIII. Harum literarum inſcriptionem, quæ deſideratur in ceteris editionibus, è Sirmondana ſuppleuimus. Subſcriptio maiorem patitur difficultatem quia deeſt etiam apud Serarium [a], & variis modis apud alios Auctores effertur. Apud Antonium de Aquino [b], ſic. *Dat. x. Calen. Iul. Imp. Dom. Artauaſdo à Deo coronato Magno Imp. anno* III. *Pat.* (corruptè *dat.*) *eius anno* III. *ſed & Nicephoro* (corruptè *Nicepharo*) *Magno Imp. anno* III. *indictione decimâ.* De die conueniunt omnes, conueniunt & de anno tertio Artauaſdi ſiue Artabaſdi & Nicephori Auguſtorum. Annus *Pat.* id eſt, Patriciatûs Artabaſdi, ſiue *P.C.* vt habet Sirmondus, id eſt, poſt Conſulatum, omittitur à Baronio, vocari tamen non poteſt in dubium, quin annus tertius Patriciatûs ſeu poſt Conſulatum Artabaſdi cum anno tertio eiuſdem Artabaſdi Auguſti per menſem Iunium coincidat. Annus autem tertius Artabaſdi Auguſti per menſem Iunium cum anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quinto componitur, quoniam Artabaſdus imperare cœpit exeunte anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo, vt ad illum annum ex Theophane probauimus. At Indictio decima cum anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quinto non conuenit. Apud Baronium [c] loco decimæ ponitur vndecima, & in additionibus ad Surium [d] vtraque legitur, ſed neutra cum anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quinto comparatur. Apud Sirmondum [e] legitur Indictio duodecima, ſed nec hæc illigatur anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quinto. Antonius de Aquino in margine prædictarum literarum hanc habet notatiunculam, *ſor. indict.* XIIII. Suffragatur Binius ſic, *ſor. indict.* 14. Annus Chriſti ſeptin-

a In vit. S. Boniſac. l. 2. cap. 11.

b Tomo 2. Epp. Decret.

c Ad an. 743. n. 7.

d In vit. S. Boniſac. d. 5. Iun.

e Tom. 1. Concil. Gallic.

AN. CH. 745. CHILDERICI III. R. 2.

genteſimus quadrageſimus-quintus partim cum Indictione decima-tertia, partim cum Indictione decima-quarta ſic componitur, vt illius anni menſis Iunius ad indictionem decimam-tertiam totus pertineat. Sic igitur epiſtolæ Pontificiæ ſubſcriptio, quam examinamus, eſt teſtituenda. *Data x. Kalendas Iulias, imperante Domino Artauaſdo à Deo coronato Magno Imperatore, anno* III. *P. C. eius anno* III. *ſed & Nicephoro Magno Imperatore, anno* III. *Indictione* XIII.

XLIX. Antequàm vlteriùs ptogrediamur, ſupet iiſdem Zachatiæ Papæ literis nonnulla ducimus obſeruanda.

L. Primò, ex illis literis conſtat ambos Maiotes-domûs Carolomannum & Pippinum in epiſtola Bonifacij plurimùm laudatos fuiſſe, quòd ei in omnibus, quæ ſpectabant ad augmentum Religionis Chriſtianæ, ſingulari eſſent & auxilio & præſidio, Synodóſque congregandas curaſſent, Carolomannus Germanicam & Liptinenſem, Pippinus Sueſſionicam, in quibus multi Canones pro vtilitate Eccleſiæ conditi.

LI. Secundò, Zacharias, vbi loquitut de tribus Metropolitanis, quos Bonifacius epiſtolâ ſuâ commendauit, Gtimonem ab aliis duobus diſtinguit, declarátque Grimonem ſibi iam notum eſſe, Abelem verò & Artbertum nouiſſimè Archiepiſcopos inſtitutos. *De Epiſcopis*, inquit, *Metropolitanis, id eſt, Grimone, quem nos iam compertum habemus, & de Abel & Artberto, quos per vnamquamque Metropolim per prouincias conſtituiſti*, &c. Gtimo promotus eſt ad Arcbiepiſcopatum Rotomagenſem anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-quarto, vt Tomo ſuperiore diximus, Abel & Artbertus hoc anno facti ſunt Atchiepiſcopi in Synodo Sueſſionenſi, vt patet ex ſecundo eius Canone, qui ſic habet. *Ordinauimus per ciuitates legitimas Epiſcopos, & idcircò conſtituimus ſuper eos Archiepiſcopos Abel & Ardobertum* ſiue Artbertum, *vt ad iudicia eorum de omni neceßitate Eccleſiaſtica recurrant tam Epiſcopi, quàm alius populus*. Abel Remis ſedit, Senonis Artbertus, vt dictum ſuprà.

LII. Tertiò, Zacharias, licèt Bonifacij rogatum in ſuperioribus literis non exprimat, eo tamen præuio Pallia prædictis tribus Arcbiepiſcopis direxit. In aliis enim ad eundem Bonifacium literis, de quibus infrà, ſic de Artberto ſcribit. *Apud nos fuit, & tua nobis, & Carlomanni atque Pippini, detulit ſcripta, per quæ ſuggeßiſti, vt tria Pallia iiſdem tribus prænominatis Metropolitanis dirigere deberemus, quæ & largiti ſumus.* Atque ex eo textu colligere eſt Artbertum poſt Synodum Sueſſionicam ſtatim ad Romanum Pontificem cum epiſtolis Maiorum-domûs ac Bonifacij directum fuiſſe.

LIII. Quartò, quamuis Zacharias in ſuis ad Bonifacium literis, decimo Kalendas Iulias, hoc anno datis, à ſe tria mitti *Pallia* teſtetur *ad* Grimonis, Abelis & Artberti, Epiſcoporum Metropolitanorum, *firmißimam ſtabilitatem, & Eccleſiæ Dei augmentum, vt in meliori proficiant ſtatu*, Bonifacius illa Pallia denuò poſtulauit, deinde mutato conſilio vnum duntaxat pro Grimone petiit. Secundæ poſtulationis mutatíque pòſt conſilij mentionem fecit Zachatias in aliis literis, quas hoc eodem anno, Nonis Nouembris, ad Bonifacium ditexit, in tria diſtinctas capitula, quæ ſuo ſunt à nobis hîc ordine deſcribenda.

LIV. Primum capitulum. *Reuerentißimo & ſanctißimo fratri Bonifacio Coepiſcopo Zacharias ſeruus ſeruorum Dei. Suſcipientes ſanctißimæ Fraternitatis tuæ literas per præſentium gerulum, & relegentes quæ in eis continebantur, in ecſtaſi quadam incidimus & admiratione magna, eò quòd nimis repertæ ſint diſſonare ab eis ſyllabis, quæ à tua directæ ſunt fraternitate per elapſum Auguſtum menſem, vbi nobis indicaſti, quòd & Concilium adiuuante Deo, & Carlomanno præbente conſenſum & conteſtante factum eſt, & qualiter falſos Sacerdotes, qui diuinum digni non erant attrectare miniſterium, à ſacra munere ſuſpendiſti, & quia tres Archiepiſcopos per ſingulas Metropoles ordinaſſes, reſeraſti, id eſt, Grimonem in ciuitate quæ dicitur Rodomas, ſecundum verò Abel in ciuitate quæ dicitur Remorum, tertium denique*

ITEM DE PALLIIS.

nique Artbertum in ciuitate quæ dicitur Sennis, qui & apud nos fuit, & tua nobis, & Carlomanni atque Pippini, detulit ſcripta, per quæ ſuggeſſiſti, vt tria Pallia iiſdem tribus prænominatis Metropolitanis dirigere deberemus, quæ & largiti ſumus pro ordinatione & reformatione Eccleſiarum Chriſti. Nunc autem denuò tuas ſuſcipientes ſyllabas, valdè ſumus, vt diximus, mirati, eò quòd anteà nobis vnà cum memoratis Principibus Galliarum pro tribus Palliis ſuggeſſiſti, & poſteà pro ſolo Grimone. Sed volumus, vt tua nobis indicet Fraternitas, cur nobis ita direxiſti anteà pro tribus, & poſtmodum pro vno, vt & nos certi redditi ex hoc nullam ambiguitatem retineamus, vel, vt alia editio [a] habet, *nulla in nobis ſit ambiguitas.* Apud Serarium [b] breuior eſt hæc poſtrema phraſis. *Sed volumus, vt nobis indicet tua Fraternitas, cur tantæ rei facta ſit permutatio.*

Ex hoc primo Capitulo confirmantur multa, quæ ſuprà diximus de Me- LV.
tropolitanis Epiſcopis, Grimone, Abele & Artberto; de ſecundis Bonifacij literis, vt eis tria concederentur Pallia; déque mutato pòſt Bonifacij conſilio, vt Pallium vni duntaxat Grimoni tribueretur. Grimo Sedem tenuit Epiſcopalem *in ciuitate quæ dicitur Rodomas*, id eſt, in ciuitate Rotomagenſi; Abel *in ciuitate quæ dicitur Remorum*; Artbertus *in ciuitate quæ dicitur Sennis*, id eſt, in ciuitate Senonenſi. Mutilus eſt hic locus apud Antonium de Aquino in epiſtolis Decretalibus & apud Binium in Collectione Conciliorum, ſic. *Grimonem in ciuitate qua dicitur Remorum, tertium denique Artbertum in ciuitate qua dicitur Sennis.* Baronius mutilationem agnouit, ſed exiſtimauit deeſſe nomen cùm Epiſcopi tum Sedis quam ille adminiſtrabat, atque ita ratus Grimonem Remenſem Archiepiſcopum finxit, textúmque Zachariæ ſic edendum curauit [c]. *Grimonem in ciuitate quæ dicitur Rhemorum* . . . . *tertium denique Artbertum in ciuitate quæ dicitur Sennis.* At nomen Archiepiſcopatûs, quem geſſit Grimo, deſideratur cum nomine Archiepiſcopi, qui Remis tunc præfuit. Serarius in editione Othloni [d] ſtatuit *Grimonem in ciuitate quæ dicitur Rodoma, ſecundum verò in ciuitate quæ dicitur Remoram, tertium Hartbertum in ciuitate quæ dicitur Sennis.* Laudandus eo loco, quòd Grimoni ſuam reſtituerit Sedem, nempe Rotomagenſem; licèt Archiepiſcopi Remenſis nomen haud expreſſerit. Feliciùs autem literas Zachariæ Papæ, quas interpretamur, inter epiſtolas [e] Bonifacianas publicauit, textu, de quo nobis hîc ſermo, ſic reſtituto, *Grimonem in ciuitate qua dicitur Rothomagum, ſecundum verò Abel in ciuitate qua dicitur Remorum, tertium denique Hardthbertum in ciuitate quæ dicitur Sennis.*

E tribus Archiepiſcopis ſuprà nominatis, duo duntaxat in Synodo Sueſ-
ſionica Pontificalibus Infulis donati ſunt, Abel videlicet & Artbertus, vt LVI.
ſæpiùs inculcatum eſt, Grimo verò Pontificatum Rotomagenſem ab anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-quarto ſuſcepit. Cur Bonifacius, qui ſingula pro ſingulis Pallia petierat, vnum poſteà pro ſolo Grimone poſtularit, cauſa non proditur. Hæc fortè non diſplicebit. Tumultum Remis agebat Milo, cui tandem cedere coactus eſt Abel, vt dicetur inferiùs; indecorúmque viſum eſt, vt Artbertus initio Pontificatûs, honore Pallij decoraretur ſuperſtite in viuis Ebbone, qui vitam agebat ſanctitate conſpicuam, maximámque ſibi laudem per multos annos in adminiſtranda Diœceſi compararat, Pallio numquam inſignitus.

Secundum Capitulum. *Reperimus etiam in memoratis tuis literis, quæ nimis* LVII.
animos noſtros conturbant, quòd talia à te nobis referantur, quaſi nos corruptores ſimus Canonum, & Patrum reſcindere traditiones quæramus; ac per hoc, quod abſit, cum noſtris Clericis in Simoniacam hæreſim incidamus, accipientes & compellentes, vt hi, quibus Pallia tribuimus, nobis præmia largiantur, expetentes ab illis pecunias. Sed, chariſſime Frater, hortamur charitatem tuam, vt nobis deinceps tale aliquid minimè tua Fraternitas ſcribat, quia faſtidioſum à nobis & iniurioſum ſuſcipitur, dum illud nobis ingeritur, quod nos omnino deteſtamur. Abſit enim à nobis & à noſtris Clericis, vt donum, quod per Spiritûs Sancti gratiam ſuſcepimus, pre-

DE CALVMNIA IMPOSITA CLERO ROMANO.

[a] Anton. de Aquin. Bin.
[b] Lib. 3. rer. Mogunt. in vit. S. Bonifac. lib. 2. cap. 12.
[c] Ad an. 743. n. 9.
[d] Lib. 2. c. 12.
[e] Ep. 144.

AN. CH. 745. CHILDERICI III. R. 2.

tio venundemus; dum & illa tria Pallia, quæ te ſuggerente, vt prædiximus, ſumus ſlagitati, nullum ab eis quiſpiam commodum expetiit. Inſuper & chartas, quæ ſecundùm morem à noſtro ſcrinio pro tua confirmatione atque doctrina tribuuntur, de noſtro conceſſimus, nihil ab eis auferentes, abſit vt ſic quippiam à tua fraternitate criminis nobis Simoniaci obiiciatur. Anathematizamus namque omnes, quicumque auſi fuerint donum Spiritûs Sancti pretio venundare.

LVIII. Nicolaus Seratius in notis ad hunc locum Simoniacos hæreticos in duplici ponit differentia; quoſdam propriè ſic appellatos aſſerit, quoſdam impropriè; propriè eos, qui mente ac voluntate Simonis Magi dogmata vel omnia vel aliqua certè velut vera & bona ſuſcipiunt ac tuentur; impropriè eos, qui nullum è Simonis Magi dogmatibus verum & bonum credunt, ſed quædam exercent opera, per quæ videntur huiuſcemodi dogmatibus interiorem aſſenſum præbere, eóque modo quicumque vel vendunt vel emunt ſpiritale quid, aut ſpiritali adnexum, Simoniaci hæretici vocantur. In ſuſpicionem tanti reatûs venire non debuit Zacharias Papa, cui multa non ſemel impoſuerunt plerique, poſtquàm Româ reuerſi ſunt ad Bonifacium, nec exemplum in hac materia longè quærendum, occurrit enim in tertio earumdem Pontificiarum literarum Capitulo, quod ita ſequitur.

LIX. DE FALSO SACERDOTE, QVI SE DICEBAT ORDINATVM EPISCOPVM A PAPA.

Suggeſſiſti etiam nobis per alia tua ſcripta, quòd in Baioaria vnum reperiſſes falſum Sacerdotem, qui & affirmabat, quòd à nobis fuiſſet Epiſcopus ordinatus; & tua hoc fraternitas optimè egit, dum ei non credidit, quia falſus homo omnia falsè ſuggeſſit, & falſum reperiens Sacerdotio ſuſpende. Sic enim auctoritate beati Petri Apoſtolorum Principis tibi præcipimus, vt quemcumque repereris ſacris Canonibus deuiare, nulla ratione patiaris ſacrum miniſterium tractare. Sic Othlonus & Sirmondus. Antonius autem de Aquino & Binius, *miniſterium obtrectare*; Baronius, *miniſterium attrectare*; Codex epiſtolarum Bonifacianarum editus à Seratio, *myſterium attrectare*. Ex hoc tertio Capitulo, vt & ex præcedentibus, liquet varias epiſtolas periiſſe, quas Bonifacius per hæc tempora Romano Pontifici ſcripſit.

LX. DE FACVLTATE PRÆDICANDI PER BOIOARIAM ET VNIVERSAM FRANCIAM CONCESSA BONIFACIO.

Denique Zacharias, factâ reſponſione ad interrogationem Bonifacij, ſic epiſtolam ſuam claudit. *Et quia ſciſcitatus es, an deberes in Baioaria prouincia ius habere prædicationis, quam à deceſſore noſtro habuiſti conceſſam, nos, Deo auxiliante, ea, quæ tibi largitus eſt deceſſor & prædeceſſor noſter, non minuimus, ſed augemus; & non ſolùm Baioariam, ſed etiam omnem Galliarum prouinciam, donec te diuina iuſſerit ſupereſſe Maieſtas, noſtrâ vice per prædicationem tibi iniunctam, ſi repereris contra Chriſtianam ſentire Religionem, vel Canonum inſtituta, ſpiritaliter ad normam ſtudeas rectitudinis reformare. Dominus te incolumem cuſtodiat, reuerentiſſime & ſanctiſſime frater.* Sic habet editio Sirmondana, quæ ceteris hoc loco præſtat.

LXI. Temporibus Gregorij Tertij Papæ, cui Zacharias in Pontificatum proximè ſucceſſit, Bonifacius in Boioaria multa præclarè geſſit, ipſam prouinciam in quatuor Diœceſes diſtinxit Epiſcopo in vnaquaque conſtituto. Lege quæ ſub initium huius Tomi dicta ſunt ad annos Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum-octauum & ſeptingenteſimum triceſimum-nonum. Statu Boioariæ ſic optimè diſpoſito, cùm hæc prouincia ſuum haberet Metropolitanum, cui ceteri ſubiacebant Epiſcopi, data Bonifacio cauſa dubitandi, an deinceps rebus ſe Boioaricis immiſcere deberet. Ea de re Zachariam conſuluit, qui non tantùm per Boioariam, vt Gregorius Tertius anteà conceſſerat, & per Alemanniam, Franciam Orientalem, Haſſiam ac Thuringiam, quibus idem Bonifacius vt Archiepiſcopus præerat, ſed etiam per *omnem Galliarum prouinciam*, id eſt, per vniuerſum Francorum Regnum, quod iſtis prouinciis conſtabat, ſiue per vtrumque Carolomanni ac Pippini Maioratum, liberam prædicandi licentiam ei tribuit. Quapropter nemini mirum eſſe debet, ſi Monaſteria, quæ Landfridus, Waldramus & Elilandus hiſce temporibus in Boioaria condiderunt, à Bonifacio Archiepiſcopo Moguntiacenſi conſecrata initiatáque Regulâ Sancti Benedicti perhibeantur [a].

[a] Tom 2. Metrop. Saliſb. in Monaſt. Beurn.

AN. CH. 745. CHILDERICI III. R. 2.

LXII.

Prædictarum literarum ſubſcriptiò deſideratur apud Othlonum. Sic autem edita eſt apud Antonium de Aquino. *Dat. Nonas Nouembris, imp. Domino Auguſto Artauſdo à Deo coronato Magno Imp. anno* III. *Patr. eius anno* III. *ſed Nicephoro Magno Imp. eius filio anno* III. *Indict.* IIIX. Multa ibi vocabula malè ſcripta, *Nonas* pro Nonis, *Artauſdo* pro Artauaſdo, & *Nicepharo* pro Nicephoro. Grauior eſt næuus in Indictione, inuſitata enim eſt hæc nota IIIX quam Binius interpretatur 7, Codex verò Cæſareus & Sirmondus tranſpoſitis literis reponunt XIII. Baronius legit *vndecimam.* Omnium optimè Antonius de Aquino hæc ad marginem adiectâ notariunculâ, *for. Indict.* XIIII, quam Binius ſic etiam expreſſit, *for. Indict.* 14. Dubium enim eſſe non debet, quin annus tertius Artauaſdi & Nicephori Auguſtorum, ſeu Patriciatûs aut poſt Conſulatum eiuſdem Artauaſdi cum anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quinto componatur, annus autem Chriſti ſeptingenteſimus quadrageſimus-quintus per menſem Nouembrem illigatur Indictioni decimæ-quartæ iam inchoatæ. Subſcriptionem illam ex Codice Cæſareo ſic publicauit Serarius. *Data Nonis Nouembris, imperante Domino* [1] *piiſſimo Auguſto Artabaſdo à Deo coronato Magno Imperatore anno tertio, Patriciatûs* [2] *eius anno tertio, ſed & Nicephoro Magno Imperatore eius filio anno tertio, Indictione* XIII. Nihil in iſtis Characteribus deſiderari poteſt, ſi loco Indictionis XIII ex Antonij de Aquino & Binij notariuncula reſtituas Indictionem XIIII. Eodem menſe Nouembri Artauaſdus eiúſque filius Nicephorus in Conſtantini manus inciderunt, à quo ſimul & oculis & Imperio priuati ſunt, vt Theophanes pluribus proſequitur. Romæ deinceps in actis publicis appoſitum denuò Conſtantini nomen, ídque anno proximo patebit ex ſubſcriptione Romanæ Synodi.

1. Sirmond. Domno

2. Sirmond. P. C.

ARTAVASDVS ET NICEPHORVS IMPERIO PRIVANTVR.

LXIII. Inter epiſtolas Zachariæ Papæ Decretales, quæ numero ſexta eſt apud Antonium de Aquino, & apud Binium octaua, in Codice Bonifacianarum numeratur centeſima duodequadrageſima, vtræque [a] Sancti Bonifacij ab Othlono legitur inſerta. Tres in partes diuiditur, id eſt, in tres reſponſiones ad totidem epiſtolas Bonifacij, quarum prima videtur hoc anno ſcripta, quia Bonifacius in ea locutus eſt de irruptione à paganis facta, de Synodo apud Francorum prouinciam congregata, de cenſu duodecim denariorum, cui Synodus Liptinenſis [b] initium dedit, déque Rege Francorum tum regnante, qui certè non alius à Childerico Tertio credi poteſt.

a Lib. 2. c. 8.

LITERÆ BONIFACII AD ZACHARIAM PP.

b Can. 2.

LXIV. In illis literis, quantùm ex Zachariæ reſponſione colligitur, Bonifacius octo de rebus ad Romanum Pontificem ſcripſit.

LXV. Primò, queſtus eſt de incurſione gentium, quæ maximum Zachariæ mœrorem procreauit. *De incurſione gentium*, inquit Zacharias ad Bonifacium, *quæ in tuis plebibus facta eſt, mœrendum nobis eſt.* Nec id alia de incurſione intelligendum eſt quàm de incurſione Saxonum, qui Thuringiam anno priori vaſtarunt.

DE INCVRSIONE GENTIVM;

LXVI. Secundò, Bonifacius Zachariam de Synodo apud Francorum prouinciam congregata certiorem reddidit. *De Synodo autem*, inquit Zacharias, *congregata apud Francorum prouinciam, mediantibus Pippino & Carlomanno Excellentiſſimis filiis noſtris, iuxta noſtrarum ſyllabarum commonitionem, peragente noſtras vices tuâ Sanctitate, qualiter egeris* *, *cognouimus.* Synodum illam interpretare, cùm Liptinenſem, tum Sueſſionicam, in vtraque enim Clerici fornicatores damnari, probatáque pecuniæ Eccleſiaſticæ in exercitûs ſubſidium commodatio ſub annuo cenſu duodecim denariorum pro qualibet caſata.

DE SYNODO CONGREGATA;

* Serar. Anton. de Aquin. *egiſſes.*

LXVII. Tertiò, Bonifacius ſcripſit electam à Francis ciuitatem in finibus gentium, cùm paganarum, tum Germanicarum quas erudierat, vt illic fixam deinceps Metropolitanam Sedem haberet, qui regionarius hactenus fuit Archiepiſcopus. *Suggeſſiſti*, inquit ad eum Zacharias, *quòd elegerunt ciuitatem vnam omnes Francorum Principes contingentem vſque ad paganorum fines, & partes Germanicarum gentium, vbi antè prædicaſti, quatenus ibi Sedem Metropolita-*

DE SEDE METROPOLITANA BONIFACII FIGENDA;

AN. CH. 745. CHILDERICI III. R. 2.

nam perpetuo tempore habere debeas. Quænam illa ciuitas eſſet, haud facilè quis coniectare poteſt. Mutatum poſteà Francorum conſilium, vt anno ſequenti dicemus.

LXVIII. De falso Episcopo Clerici homicidæ filio;

Quartò, Bonifacius multa *mala & horribilia per ſingula* in ſuis literis enarrauit *de falſo Epiſcopo, adulterati Clerici & homicidæ* filio, nato *in adulterio,* & *abſque diſciplina* nutrito, qui *ſui ſimiles Sacerdotes conſecrauit.* Nec etiam patet, quis ille fuerit Epiſcopus. Suſpicio tamen cadit in Geruilionem Epiſcopum Moguntinum. Hic enim, cùm patrem ſuum Geroldum, Epiſcopum quoque Moguntinum, ac ducem exercitûs, in bello Thuringico cæſum amiſiſſet, *adhuc laicus, in Palatio conſtitutus,* vt Othlonus in vita [a] Sancti Bonifacij teſtatur, *pro ſedando patris dolore, Clericatûs officio promouebatur, & ad regendam Eccleſiam Mogontiacenſem poſt obitum patris ſubrogabatur.*

[a] Lib. 1. c. 39.

LXIX. De Sacerdotibus, qui se dicebant absolutos a Papa;

Quintò, Bonifacius ſcripſit Sacerdotes, quos proiecerat, per Francorum prouinciam diuulgare, quòd à Romano Pontifice abſoluti eſſent. *Et hoc pariter ſuggeſſiſti,* inquit Zacharias, *quòd illi, qui à te proiecti ſunt Sacerdotes, à nobis ſe abſolutos apud Francorum prouinciam diuulgent.*

LXX.

Sextò, Bonifacius à Zacharia commendatitias literas ad Principes Francorum ſeu Maiores-domus ceteróſque Francos poſtulauit, vt ſibi *& amici & adiutores in Dominico opere* eſſent.

LXXI. De censu;

Septimò, Bonifacius *de cenſu* ſcripſit, *quòd impetrare à Francis ad reddendum Eccleſiis vel Monaſteriis* non potuit *aliud, quàm vt vertente anno ab vnoquoque coniugio ſeruorum,* XII *denarij reddantur.* Annuente enim Synodo Liptinenſi [b] Carolomannus Maior-domûs *ſub precario & cenſu partem Eccleſialis pecuniæ* in adiutorium exercitûs ſui retinere poteſt, *eâ conditione, vt annis ſingulis de vnaquaque caſata ſolidus, id eſt, duodecim denarij ad Eccleſiam vel Monaſterium reddantur.* Actum etiam eadem de re in Synodo Sueſſionenſi, vt paret ex ea Canonis tertij parte, quæ de bonis ad Monaſteria pertinentibus inſcribitur. Ceterùm ad Synodum Liptinenſem explicuimus quid ſit *caſata*, cúrque à Bonifacio *coniugium* hoc loco vocetur.

[b] Can. 2.

LXXII. De Sacerdotibus ob adulteria et homicidia depositis.

Octauò, per literas interrogauit, quomodo ſibi agendum eſſet in eorum cauſa, qui pro capitalibus peccatis, adulteriis & homicidiis, de gradu Sacerdotali depoſiti eſſent, &c, cùm nec Clerici eſſe poſſent, nec Monachi ſub pœnitentia eſſe vellent, pergebant *apud Palatium Regis Francorum,* &c, vt *laicam vitam* viuerent, locáque Sanctorum diſpergerent, Eccleſiarum ac Monaſteriorum loca ſibi ab eodem Rege tribui poſtulabant, id eſt, à Rege Childerico, quem apud Mamaccas villam delituiſſe vel ex hoc Bonifacij textu iure inficiaberis. Vt autem illas Bonifacij literas poſt Synodum Liptinenſem ſcriptas pleræque res oſtendunt, ſic & regnante iam Childerico exaratas verba proximè recitata perſuadent.

LXXIII.

Literæ, per quas Romanus Pontifex epiſtolæ Bonifacianæ reſponſum fecit, datæ reperiuntur *pridie Kalendas Nouembris, imperante Domino piiſſimo Auguſto Conſtantino à Deo coronato Magno Imperatore, anno* XXVII. id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſexto, quapropter ipſas Zachariæ Papæ reſponſiones in illum annum reiiciemus.

LXXIV. Monasterium Fuldense

Plerique Scriptores, quia Bonifacium Archiepiſcopum anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-quarto coronatum Martyrio putant, anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quarto Fuldenſe Monaſterium à Sturmione inchoatum tradunt. In ea ſunt opinione Annaliſta Fuldenſis, Hermannus, Marianus, Rudolphus, aliíque complures. A fundatione Monaſterij Fuldenſis ad Paſſionem vſque Sancti Bonifacij, decem annos interceſſiſſe non inficiamur, ſed eos ab hoc anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quinto ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quintum numerandos contendimus. Chronologiam noſtram confirmabimus ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quintum, cùm de Sancti Bonifacij Martyrio ſermonem faciemus.

Fuldenſe Monaſterium ad amnem Fuldam in Buchonia ſylua conditum AN. CH.
eſt. Hunc ſitum loci Pippinus Rex Francorum, initio ſuarum ad Bonifa-
cium [a] literarum, ſic exponit. *Quia veneranda pietas tua noſtram Excellentiam* 745.
poſtulauit pro Monaſterio, quod à te nouiter inſtructum eſt in ſolitudine Buchonia CHILDE-
iuxta fluuium Fuldæ, in loco, quem beatæ memoriæ Carolomannus germanus noſter RICI III.
legitimâ deuotione tibi conceßit, vt &c. Illa de donatione ſic Othlonus in vi- R. 2.
ta [b] Sancti Bonifacij. *Poſtquàm* Carolomannus *omnia Chriſtiana Religionis* LXXV.
iura, tam falſos Chriſtianos quam hæreticos expellendo, iuxta Sancti Bonifacij con- In Buchonia sylva,
ſilium, correxit, illius etiam vota in Monaſterio Fuldenſi nouiter constructo imple-
uit. Nam cùm Abbas Sturmi illum locum, vbi nunc ſitum eſt idem Monaſterium,
cum fratribus quibuſdam incolere cæpiſſet, eiuſdémque loci qualitatem Sancto Boni-
facio denuntians, ſatis laudauiſſet, tunc ille ad Karolomannum pergens, ſuppliciter
obſecrauit eum, dicens. Perpetuâ remuneratione tuâ Omnipotentem Deum exoro, ſi
mihi ſuccurrere dignaris, vt in Orientali regno tuo Monaſterium conſtruere, Monaſ-
ticámque vitam inſtituere poßim. Habemus enim in ſolitudine, quæ Bochonia nun-
cupatur, iuxta fluuium, qui dicitur Fulda, locum ſatis aptum famulantibus Deo re-
pertum, qui ad veſtram pertinet ditionem. Quem ſcilicet locum à pietate veſtra no-
bis concedi petimus, quatenus in hoc, Chriſto ſeruire queamus. Quo audito, Karo-
lomannus Dei nutu gauiſus eſt, & conuocans omnes Palatij ſui milites, petitionem
Epiſcopi eis intimauit, atque coram eis locum poſtulatum tradidit Epiſcopo, dicens.
Locum igitur, quem petis, & quem iuxta ripam fluminis Fuldæ ſitum aſſeris, to-
tum, quidquid in hoc ſub mea poteſtate conſiſtit, ab hodierna die in ius Domini tra-
do, itant ab illo loco vndique, ab Oriente ſcilicet & Occidente, à Septentrione &
Meridie marcha per tria milliaria paſſuum tendatur. Hac itaque traditione factâ,
miſit etiam nuntios, qui omnes nobiles in regione Grabfelt habitantes congregarent,
eóſque ſuppliciter rogarent, vt omnes, qui infra marcham ſuprà nominatam aliquid
proprietatis haberent, facerent, quæ & Princeps feciſſet, tradens videlicet in obſe-
quium Domini Monaſteriíque à Sancto Bonifacio conſtruendi. Cúmque à nuntiis
præſignati omnes fuiſſent congregati, Principiſque petitionem cognouiſſent, mox cum
omni deuotione, quidquid proprietatis ibidem habuerunt, Deo Sanctóque Bonifacio,
necnon Abbati venerando Sturmi poßidendum tradiderunt. Vt autem hæc traditio in
perpetuum corroborata permaneret, Karolomannus, cuius inſtinctu hæc omnia age-
bantur, ïußit chartam ſuæ traditionis ſcribi, quam ipſe ſigillo proprio firmare ſtu-
duit.

Candidus in Ægills Fuldenſis Abbatis vita, quam oratione partim ſo- LXXVI.
lutâ partim ſtrictâ compoſuit, hoc Cœnobium non tantùm ad Fuldam am-
nem in ſylua Buchonia collocat, ſed & eiuſdem ſyluæ, Teutonicè *Buchen*,
nomen à fago, Teutonicè *Buch*, ſic deducit.

Ducitur in ſyluam, Fagi de nomine dictam
Buchoniam, vndiſonus ſerpens vbi labitur amnis
Fulda: vnde iſte locus, vbi nunc ingentia cernis
Mœnia, prima olim nomen ab origine ſumpſit.

Prætereà Monaſterium Fuldenſe conſtructum dicitur *in pago Grabfeldico*, LXXVII.
& Grabfeldiæ pagus *in Buchoniæ veteris meditullio* ponitur. Regionem hanc Et pago
alij Franciæ Orientali attribuunt, alij Thuringiæ. Chriſtophorus Browe- Grabfeldico,
rus allatis in vtramque partem variis Auctoribus, pagum Grabfeldicum,
quando ibi Cœnobium Fuldenſe conditum eſt, intra Franciam Orientalem
cohibitum pronuntiat, nititúrque vetuſtiſſimis Scriptoribus, Alcuino, Ra-
bano, & Rudolpho, qui regionem illam incoluerunt. Eſt in Franconia
Kunigshofen in Grabfeld, vt Serarius in obſeruationibus ad epiſtolas [c] Sancti
Bonifacij notat, & in Indice Eccleſiarum, quas Præpoſitus Eccleſiæ Sancti
Kiliani Wirciburgenſis moderari aut diſtribuere conſueuit, ad diſcrimen
alterius, Eisfeldica Parochia nominatur, in Grapfeldiæ tractu ſita, *Eyſfeldt*
in Grapfeld. Hodierna Buchonia ſeu Buchania longè anguſtior eſt, ceu vm-
bo deſcribitur in orbiculari clypeo; media ſibi iungit à Septentrione Haſ-

[a] Ep. 152.
[b] Lib. 2. c. 18.
[c] Ad ep. 128.

AN. CH. 745. CHILDERICI III. R. 2. ſiam, à Meridie Franconiam, ab Occaſu Wedetauiam & Hanouiæ Comitatum, ab Ortu Saxoniam & Thuringiam, ditione ac principatu vtrique ab iis diſcriminata. Lege prælaudatum Browerum libro primo [a] Antiquitatum Fuldenſium.

His prælectis faciliùs intelliges, quæ deſcripturi ſumus ex Breuiario manuſcripto, & ex S. Sturmij ſeu Sturmionis vita, quam Georgius Wicelius ex manuſcriptis Codicibus Latinis iam amiſſis Germanicè compoſuit, & Latinitati poſteà reddidit cum variis illuſtrationibus ac documentis prænominatus Browerus libro eatundem Antiquitatum tertio [b]. Sturmis ſeu Sturmius, de quo ſermonem Tomo ſuperiore non ſemel fecimus, Presbyter anno Christi ſeptingenteſimo triceſimo-quarto factus eſt, vt ad annum Christi ſeptingenteſimum vndeuiceſimum præmonuimus. *Vbi Presbyterij gradum ſuſcepit, hoc præcipuè munere fungi voluit, ad erudiendum alios, & exhortandum. Eóque ſanctimoniæ, Deo benefaciente, peruenit, vt etiam miracula non obſcurè patraret. Decreuit hinc ipſe arctius complecti vitæ genus, & in eo ſe Christo Domino conſecrare, ſcitu tamen & voluntate magni Doctoris Bonifacij. Qui certè pium Sturmis propoſitum non improbauit, ſed eum, quando id ab ſe poſtulatum erat, cum benedictione in pace dimiſit, ſimul imperans, vt in Buchoniæ ſolitudinem concederet, atque ibi idoneam ſedem ſibi, aliíſque ſe ſecutis, exquireret.* Id actum videtur anno Christi ſeptingenteſimo triceſimo-ſexto, cùm Sturmis annum Presbyteratûs tertium inchoaſſet. Sic enim habent eius Acta ex Breuiario manuſcripto [c]. *Cùm vir Sanctus annis tribus Presbyteratûs ſui officium gereret in plebe, cæleſti inſpiratione ſecum cœpit reuoluere, vt acriori ſe vitâ & eremi ſqualore conſtringeret. Huius piæ meditationis memoriam, ſingulis momentis & horis gerebat in pectore, donec diuinâ admonitione instructus, viro Dei Bonifacio Archiepiſcopo, quid animo gereret, reuelauit. Quo comperto, vir Sanctus à Deo hanc inſpirationem deſcendiſſe intellexit, confidénſque per eius induſtriam ad effectum poſſe perduci, quod ipſe diu mente conceperat, miſit eum adiunctis aliis nonnullis in ſyluam, quæ Buchonia dicitur, ad locum videlicet, vbi nunc ſitum eſt Fuldenſe Monaſterium, vt exſtirpatâ nemorum denſitate, aliquos Deo famulantes ibi congregaret, quibus & ipſe pij Patris officio præeſſe ſtuderet.*

[a] Cap. 1. LXXVIII.

[b] Capp. 1. & ſeqq.

[c] Lib. 3. antiquit. Fuld. cap. 6.

LXXIX. Ab anno Christi ſeptingenteſimo triceſimo-ſexto, quo Sturmius Presbyter in eremum ſeceſſit, ad hunc vſque annum Christi ſeptingenteſimum quadrageſimum-quintum, quo iacta ſunt prima Fuldenſis Monaſterij fundamenta, fluxit annorum nouem intercapedo, quam Auctor vitæ ſic notat. *Sturmio, poſtquàm annis iam nouem, inſtar Anachoretæ, in Buchonia ſolitudine Deo ſeruiiſſet, cum ſeptem ſociis, in optatis conceſſíſque ſedibus domicilium figere cœpit.* Sed & ex eadem vita, quanto ſtudio Sturmius hunc locum exquiſierit, accipe. *Bonifacius pium Sturmis propoſitum non improbauit, ſed eum, quando id ab ſe poſtulatum erat, cum benedictione in pace dimiſit, ſimul imperans, vt in Buchoniæ ſolitudinem concederet, atque ibi idoneam ſedem ſibi aliíſque ſe ſecutis exquireret. Sturmi ergo duobus comitatus eiuſdem propoſiti ſociis, promptè quidem paruit, & iter vnà ingreſſi ipſe ſociíque ad locum venere, cui Herolfesfeld erat vocabulum, vbi tuguriis & mapalibus excitatis, agitandæ tranquillæ vitæ, mentem excolere cœpere ſanctioribus ſtudiis, & opportunitates vnà peruestigauere locorum, amplificandæ religioni. Hinc ad Sanctum Bonifacium denuò profectus Eremita, viro Dei, quemadmodum ædificare, & vbi figere manſiones vellet, expoſuit. At Bonifacius, etſi collaudari repertas ſedes à Sturmione cognoſceret, ratus tamen barbaris Saxonum populis nimiùm eas eſſe vicinas, itaut iniuria ab iis aduersùs Christianos parata metui poſſet, Sturmiu voluit penitiora ſaltûs rimari, ſicubi opportuniora ſedium inueniret, ad cœpta adultáque opaca eremi explicanda, Deíque cultum in Buchonia propagandum.*

LXXX. Non deſunt probæ notæ Scriptores, qui Monaſterij Hersfeldenſis * initium referant ad primum hunc Sturmionis in Buchoniam ingreſſum, & anno Christi ſeptingenteſimo triceſimo-ſexto conſignent. Lambertus Schafna-

* Hirſchfelt.

burgenſis in rebus geſtis Germanorum ſic ſcribit. *Anno 736. Initium Heruel-denſis Monaſterij.* Præclarum hoc Chronologiæ noſtræ fulcimentum. Sturmionem enim Presbyterum, qui Friteſlariæ cum aliis Bonifacij Archiepiſcopi diſcipulis morabatur, inde anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-ſexto digreſſum cenſemus, vt vaſtam eremum Buchoniæ ſyluæ luſtraret. Herolfesfeldia orientalior eſt Friteſlariâ, & ab ea triginta circiter millibus abeſt. Bonifacius, cur Sturmionem apud Herolfesfeldiam conſidere nollet, hanc rationem reddidit, quòd locus ille barbaris Saxoniæ populis nimiùm vicinus eſſet. Sturmis igitur, vt infrà dicturi ſumus, aliò migrauit, variáque loca Buchonij ſaltûs adiit incoluítque, priuſquàm fundamenta Fuldenſis Cœnobij poneret. Ex illa rerum ſerie liquet Lambertum &alios Auctores., qui eodem tempore, quo Sturmius relictâ Friteſlariâ ſubiit eremum, Monaſterij Herolfesfeldienſis ſiue Hersfeldenſis aut Herueldenſis exordia collocant, benignè interpretandos eſſe, vt innuant Herolfesfeldiam anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-ſexto coli cœptam à Sturmione, qui conſilium Cœnobij tunc illic erigendi ceperit, &, ne voti compos fieret, prohibitus ſit à Bonifacio, cuius iuſſu ſedes alias explorauit, ac tandem poſt annos nouem, ex quo Friteſlariâ diſceſſerat, in loco conſedit, vbi Monaſterium erexit, quod à vicino amne Fulda Fuldenſe nominatur, & antiquius haberi debet Hersfeldenſi. Sententiam noſtram in Germania Sacra [a] confirmat Gabriel Bucelinus, vbi Hersfeldenſe Monaſterium ſub annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum à Bonifacio Mogunciacenſi tunc Archiepiſcopo inchoatum, deinde promotum à Sturmione, poſtremò à Lullo, qui Bonifacio in Archiepiſcopatum ſucceſſit, abſolutum ſic affirmat. *Hersfelden illuſtriſſimi nominis potentiſſimum Cœnobium Benedictini Inſtituti, cuius fundamenta iacta ſunt ab ipſomet S. Bonifacio, magno Germanorum Apoſtolo, ſub A. C. 750. Quod poſteà cœptis inſiſtens Sanctiſſimi Patris Sanctus filius Sturmio plurimùm pr.mouit, donec abſolueret Lullus, Bonifacij in Archiepiſcopatu ſucceſſor.* Eapropter initium Monaſterij Hersfeldenſis in aliud tempus reiiciemus poſt erectionem Cœnobij Fuldenſis, quam multæ Sturmionis huc illúcque itiones præceſſerunt hoc loco conglobatim deſcribendæ.

[a] Part. 2. in Hersfelden.

LXXXI. POST ITIONES AD VARIA LOCA,

Sturmio reuerſo ad ſocios in Herolfesfeldiam, vbi iis, nempe ſodalibus ibi relictis, *Bonifacij*, qui *penitiora ſaltus* rimari præcipiebat, *voluntatem nuntiauit, longiùs intima nemoris petere cœperunt, donec tranſgreſſi Fuldam fluuium, eum in locum peruenerunt, vbi Lutera riuus ſe Fulda miſcet. At, vbi parum ea loci regio pro voto arriſit, ad priora tuguria*, id eſt, Herolfesfeldiam, *reuerſi ſunt. Poſt hæc Bonifacius Moguntiaco iter faciebat Frideſlariam, accerſitóque iſtuc ad ſe Sturmione, de opportunitate quæſitæ ſedis eum interrogabat, qui cùm parum idoneam ab ſe repertam dixiſſet, iuſſit porrò Bonifacius illum progredi & indagare, quippe famulis ſuis iſtic alibi Deum optatas deſtinaſſe ac præparaſſe ſedes. Morem ergo geſſit Sancto Sturmis, & aſellum conſcendens, ſolus ſaltum vſque totum magno cum diſcrimine pererrat, ob ferarum multitudinem, & Saxonum mancipia, quæ transfugio ſe nemorum receſſibus abdebant, & ad Sturmi aduentum, in Fulda tum fortè lauabant.* Hæc Auctor vitæ. Quæ proximè ſequuntur incluſa parentheſi, ſi Browerus benè coniectat, à Wicelio apparent immiſſa. *(Porrò hæc Buchonij nemoris ſolitudo per hoc tempus multa in orbem milliaria colligebat, & quidquid iam culti ſoli ab oppidis, vicis, pagis ſtringitur, vaſti & horridi ſaltûs eo tempore ſpeciem habebat, in quo nec pecorum paſtus, nec mortalium quemquam, ſed inania modò cæli terræque cum belluis ac feris adſpiceres. Quò clariùs videas, hæc ſola terrarum, non oppidorum vicorúmque nominibus, quæ iam ſuperſunt, ſed lapſibus potiùs & terminis riuorum olim deſcribi.)*

LXXXII.

*Sturmi igitur, hoc tam aſpero profectus itinere, huc etiam delatus eſt, vbi Giſela * riuulus Fuldam auget. Inde ad Quercilocum * veniens, riuum, cui nomen Gretzebach, attigit, ibique circumſpectis diligenter omnibus, inuenit hunc locum ipſum eſſe, quo ex Bonifacij voto ſtructura & habitatio collocanda. Quare & ei benè*

* Kiſell.
* Eichloch.

AN. CH. 745. CHILDERICI III. R. 2.

precatus, Deum collandauit, & gratias egit. Móxque Hersfeldiam ad ſuos, atque inde ad Bonifacium profectus, repertam opportunè ſedem, & habitationibus idoneum locum, ei lætus annuntiat. Sequitur periodus de itinere Bonifacij ad Carolomannum Maiorem-domûs, déque donatione Carolomanni ac multorum nobilium, ſed hæ duæ res poſt biennium reiiciendæ ſunt, pertinent enim ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-ſeptimum, quo donatio Carolomanni conſignata reperitur.

LXXXIII. INCHOATVR A STVRMIONE PRESBYTERO.

Denique *Sturmio, poſtquàm annis iam nouem, inſtar Anachoretæ, in Buchoniæ ſolitudine Deo ſeruiiſſet, cum ſeptem ſociis in optatis conceſſiſque ſedibus domicilium figere cœpit, anno Domini* DCCXLIV, lege DCCXLV, vt ex ſupradictis legendum conſtat) *ibidémque pſalmodiis, vigiliis, ieiuniis operam dans, cum magno feruore pietatis & monaſticæ perfectionis, Deo ſeruire ingreſſus eſt. Nec minus quoque tribuit ſtudij in nemore ſuccidendo, & ad cultum agrorum & ad vſum habitationis explicando. Bimeſtri hinc ſpatio, S. Bonifacius huc ipſe prodiit, fidelium multitudine ſtipatus, inſpectóque loco gauiſus, Deo gratias egit, populúſque fidelis, qui cum Sancto viro acceſſerat, gnauiter repurgare inculta loca, excidere truncos arborum, & æquare cuncta planitie. Inter hæc Sanctus Bonifacius montem Aquilonem versùs aſcendit, atque ibi orationibus & diuinæ Scripturæ lectioni, diebus non paucis vacauit. Porrò mons hinc à Sancto Bonifacio Epiſcopi nomen tulit, hodie beatæ Virginis Mariæ nomen ſortitus.* Habes in hoc textu primordia celeberrimi Monaſterij, quod *in honore Sancti Saluatoris* à ſe dedicatum reſtatur Bonifacius in literis [a] ad Zachariam Papam. Vnde dictum Cœnobium Sancti Saluatoris, vt & paulò pòſt Fuldenſe nominatum ab amne Fulda cui adiacet.

[a] Ep. 141.

LXXXIV. Illius Monaſterij primus Abbas, vt ex Othlono [b] iam notauimus, inſtitutus eſt Sturmius, de quo conſtat ex prædictis, quòd & anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-ſexto relictâ Friteſlariâ in eremum Buchonij nemoris abiit, & anno pòſt nono, ſiue anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quinto in eadem ſylua Fuldenſe Monaſterium inchoauit. Huic Chronologiæ nihil refragatur. Bonifacius anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-quinto Heremwlfum hæreticum in Boioaria damnauit; tum *ad fratres ſuæ Diœceſis rurſus migrauit* teſte Willibaldo, id eſt, rediit Friteſlariam, quod præcipuum erat eius domicilium, ibíque toto anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-ſexto morari, Sturmioníque illic degenti ac licentiam abeundi in eremum poſtulanti potuit annuere. Similiter nihil obeſt, quominùs, anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quinto, poſt celebratam ineunte menſe Martio Sueſſione Synodum Friteſlariam redierit, adierítque locum, quem Sturmius habitationi Monachorum idoneum ad ripam Fuldæ repererat, vicinis regionibus altâ pace gaudentibus, bellum enim Saxonicum, quod tunc geſtum quidam Annaliſtæ produnt, ad aliud tempus pertinet, vt probatum ſuprà.

[b] Lib. 2. c. 18.

LXXXV. Locus ille in veteribus Georgij Wicelij libris ſuprà citatis *Quercilocus* appellatur, noménque ſortitur à quercubus, quæ fagis intermixtæ, vt amœnitate ſuâ ad ripam in plano poſitæ aduenas inuitabant, ita fortè gentilium quoque ſuperſtitioni ſeruiebant, quibus quercus & robora numinis inſtar fuiſſe, protrita eſt obſeruatio. Eundem locum Bonifacius ob circumiacentes quatuor populos, Francorum videlicet Orientalium, Thuringorum, Haſſorum, & Saxonum, quos erudiit, in literis [c] ad Zachariam Papam commendat. *Quatuor*, inquit, *populi, quibus verbum Chriſti per gratiam Dei diximus, in circuitu loci huius habitare dinoſcuntur.* En ratio, propter quam Fuldenſe Monaſterium, quandiu ſuperſtes vixit, habuit in præcipuis deliciis, ibique ſepeliri voluit.

ET IN DELICIIS HABETVR A BONIFACIO.

[c] Ep. 141.

LXXXVI. Hoc quoque anno, initia Monaſterij Kitzingenſis à Gaſpare Bruſchio [d] conſignantur. At perperam. Illud enim Cœnobium, quod ab Hadeloga conſtructum eſt, non tantùm locupletarunt eius fratres Carolomannus & Pippinus,

[d] In Chronolog. Monaſt. German.

AN. CH. 745. CHILDERICI III. R. 2.

Pippinus, ſed & filiis ſuis exemplo præluxit Carolus, cuius obitus in annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-primum incidit. *Audiens, quòd in bona conuerſatione eſſet filia ſua, beata videlicet virgo Chriſti Hadelonga, compunctus corde; eò quòd tantam maleuolentiam exhibuerat ei, venit illuc, nempe Kiczingum, & multa donaria ac prædia contulit Monaſterio, cui præfuit ipſa.* Hæc de Carolo leguntur [a] in vita Sanctæ Hadelogæ, quam Ioannes Gamanſius è Codice Bodecenſi deſcripſit. Ea verò ratio nos impulit, vt de beata Hadeloga déque Cœnobij Kitzingenſis incunabulis Tomo ſuperiore ſermonem ad annum Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum-quintum inſtitueremus Carolo tum ſuperſtite. Patris munificentiam erga Kitzingenſe Monaſterium imitati ſunt ambo filij Carolomannus & Pippinus, ille hoc fortè anno cùm Majorarum in Auſtraſia gerebat, hic ſeriùs cùm vtroque Majoratu Auſtraſiæ ſcilicet & Neuſtraſiæ, vel etiam Regno Francorum potiebatur. Bruſchius Hadelogæ patrem, cui nomen Pippini malè tribuit, ea de re potiſſimùm laudat, quòd *in ſpatio 32. annorum ſaxeum pontem ſtruxit, per quem itur e Kiczingo ad Eppesbuſium ſuburbium è regione vrbis in altera Mœni ripa ſitum.* At quia nec tantum temporis ſpatium ad eiuſmodi fabricam neceſſarium eſt, nec Carolus aut vllus ex eius filiis tot annos ſeu Major-domûs ſeu Rex extitit, pontem poſt annos duos ac tringinta perfectum exiſtimamus, Maiore-domûs aut Rege, qui faciendum locaſſet, iam vita functo, vt ſolent eiuſmodi publica opera, quorum abſolutionem præſentia dominorum non accelerat, in longum trahi.

[a] Ap. Bolland. d. 2. Febr.

CAROLOMANNVS MVNIFICVS ERGA MONASTERIVM KITZINGENSE.

LXXXVII.

Hoc quoque anno, *Dominicæ Incarnationis ſeptingenteſimo quadrageſimo-quinto*, idem Bruſchius Eyſtetenſis Epiſcopatûs iniria perperam collocat. Bruſchium ſequuntur, Demochares [b], Gretſerus [c], Bollandus [d], aliíque Neoterici. Totius erroris primus author Philippus Eyſtetenſis Epiſcopus, qui vitam Sancti Willibaldi conſcripſit, illiúſque mortem in annum Chriſti ſeptingenteſimum octogeſimum-primum, ætatis ſeptuageſimum-ſeptimum, adminiſtrati Epiſcopatûs triceſimum-ſextum ſic conjecit [e]. Sanctus Willibaldus *ſciens adeſſe diem obitûs ſui, per Miſſarum celebrationem & ſacræ communionis largitatem, valefaciens & dans pacem filiis ſuis, poſtquàm per triginta-ſex annos epiſcopauerat, ac in Pontificali officio religioſiſſimè tanquam fidelis ſeruus & prudens Domino miniſtrauerat, ſeptuageſimo-ſeptimo ætatis ſuæ anno, certaminis curſu conſummato, fide ſeruatâ, cum multiplici bonorum operum fructu, & animorum lucro, felicì tranſitu migrauit ad coronam iuſtitiæ ſibi repoſitam, anno ab Incarnatione Domini ſeptingenteſimo octogeſimo primo, Nonis Iulij, & ſepultus corporaliter* VII *Idus Iulij*. Gretſerus [f] ait quorumdam ſententiam eſſe, *qui putant Sanctum Willibaldum Sacerdotio initiatum anno* DCCXL. *quinquennio pòſt, Epiſcopatu.* Huic quoque opinioni locum Philippus videtur præbuiſſe, quoniam ab adventu Willibaldi in Germaniam ad eius vſque Pontificatum *luſtrum* interceſſiſſe ſic ſcribit [g]. *Sanctus Bonifacius, poſtquàm beatum Willibaldum in omni vita & morum conuerſatione probatum, & approbatum à Deo & hominibus reperiſſet, poſt luſtrum temporis, eum Eyſtettenſibus in Præſulem inſtituit.* Willibaldus, cùm annos vnum & quadraginra natus eſſet, Epiſcopatum ſuſcepit anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo. Id probatum ſuprà. Sedit annos ſex & triginta. Vixit igitur annos ſeptuaginta-ſeptem, obiítque anno Chriſti ſeptingenteſimo ſeptuageſimo-octauo. Qui factum Epiſcopum volunt anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quinto, mortem in annum Chriſti ſeptingenteſimum octogeſimum-primum coguntur reiicere. Naſcitur inde triennij diſſidium, quod in ſequenribus Pontificatibus per ſæculum integrum & ampliùs perdurat, ad annum vſque Chriſti nongenteſimum ſecundum, quo ſublatum ex hac vita Erchanbaldum Epiſcopum omnes conſen-

[b] De diuin. Miſſ. Sacrific. c. 35.
[c] Lib. 1. Obſeruat. c. 22.
[d] D. 7. Febr. in Comment. de S. Richard. n. 12.
[e] Cap. 37.
[f] Lib. 1. Obſeruat. c. 24.
[g] Cap. 22.

ÆTAS WILLIBALDI EP. EYSTETTENSIS.

tiunt; quia Bruſchius & Demochares Erchanbaldo triennium adimunt; Gretſerus annum vnum eidem Erchanbaldo, duos Godeſchalco ipſius Erchanbaldi deceſſori. De his fuſiùs agemus ſuis locis, nec alia prætermittemus argumenta, quæ veteres Annaliſtæ ac Pontificale Eyſtettenſe ſeu liber Gundackari Epiſcopi ſubminiſtrabunt. Impræſentiarum hîc ſufficiat annum tertium Willibaldi Epiſcopi cum anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quinto comparare.

WVNIBALDVS EIVS FRATER E THVRINGIA PROFICISCITVR IN BOIOARIAM.

Sub idem tempus, Wunibaldus eiuſdem Willibaldi frater, quem Bonifacius Archiepiſcopus Preſbyterum ordinarat, & tegimini ſeptem Eccleſiarum in Thuringia præpoſuerat, adiit Odilonem Ducem, vt in Boioaria verbum Dei prædicaret. *Diuinis dotatus donorum muneribus à Sancto Bonifacio in Preſbyteratûs conſecratus eſt gradum. Et adprimitus quidem* VII *Eccleſiarum commendatus erat illo ſacra moderationis regimine, vt illis præeſſet, & ſaluberrimam vitæ panderet viam.* Hæc in eius vita leguntur apud Caniſium [a]. Philippus Eyſtettenſis Epiſcopus [b] ſeptem illas Eccleſias in Thuringia ſic collocat. *Sanctus Wunnebaldus, ſicut bonus filius & perfectus diſcipulus vſque ad mortem Sancto Bonifacio obediuit. Videns autem Archiepiſcopus, quòd beatus Wunnebaldus in omni iuſtitia & ſanctitate vitæ proficeret, ſeptem ei Eccleſias in Thuringia, ſicut ſoror eius ſancta Walpurgis in ſcriptis ſuis commemorat, regendas commiſit, quas ipſe ad tantum culmen perfectionis perduxit, vt vſque in hodiernum diem per totam Prouinciam illam, in laude Dei honor & gloria Sancti Wunnebaldi prædicetur.* Quot annos in Thuringia manſerit haud ſcimus. *Aliquantis euolutis annorum ſpatiis*, vt ex eius vita iam citata liquet, cùm Boioariæ probare vellet incolas, vt latiùs & ſpatioſiùs Euangelici ſermonis ſata pullularent, *non inuitus, ſed ſponte, Otilonem Ducem inquiſiuit, protinùſque ab illo magno ſuſceptus fuit honore.* In Boioaria degit *trium annorum* ſpatio, id eſt, vt interpretamur, ad mortem vſque Odilonis Ducis, quam in annum Chriſti ſeptingenteſimum duodequinquageſimum incidiſſe credimus. Plurimos à prauitate morum, à ſuperſtitionibus paganorum, ab illicitis copulis & à luxuria reuocauit, annuentéque Odilone Duce proprium habitationis locum habuit in illa regione, cui nomen *Nodrfiſule.*

[a] Tom. 4. antiq. lect.
[b] In vit. S. Vvillibald. c. 25.

LXXXVIII. Hoc anno, Childerici Regis ſecundo, poſtridie Kalendas Februarij, Carolomannus Maior-domûs erga Lobienſem Eccleſiam munificum ſe præbuit, Theoduino illius loci tunc Abbate, de quo ſic Fulcuinus in Geſtis Abbatum Lobienſium [c]. *Extitit Theoduinus Abbas, ſub quo, Karlomanno Maiore-domûs concedente, villam Fontanas, quam Sambra alluit, Eccleſia noſtra habere meruit, in cuius traditionis charta ſic ſubſcriptum eſt. Actum Liptinas villâ publicâ, quo facit Februarius dies ſex anno ſecundo regnante Hilderico. Et in ſtipulatione, ſignum, inquit, Karlomanni Maioris-domûs, qui hanc donationem fecit firmauitque.*

[c] Cap. 6.

CAROLOMANNVS MVNIFICVS ERGA MON. LOBIENSE.

LXXXIX. Conſtat ex illa donatione Theoduinum, hoc anno, menſe Februario Abbatem fuiſſe. Locum ei Fulcuinus tribuit inter ſanctos Erminum & Theodulfum. Caput enim quintum operis ſui ſic claudit obitu Sancti Ermini. *Rexit Sanctus Erminus idem Monaſterium* Lobienſe *ſub præfato Principe Pippino* Herſtallio *tribus annis, & ſub Carolo eiuſdem Pippini filio ſimiliter ſeniore & Duce viginti-duobus annis, ſícque expletis in regimine viginti-quinque annis, participatus eſt gloria Magiſtri, decedens octauo Kalendas May.* Deinde caput ſextum ſic orditur. *Poſt quem*, id eſt, poſt ſanctum Erminum, *extitit Theoduinus Abbas.* Et caput octauum ſic inchoat. *Theoduino Abbati ſucceſſit S. Theodulfus Epiſcopus.* Anſo proximus poſt Theodulfum Abbas fuit, duos libellos eidem inſcripſit Theodulfo tunc Abbati, vnum de vita ſancti Vrſmari, alterum de vita ſancti Ermini. Mortem ſancti Ermini, ſeptimo Kalendas Maias, anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-ſeptimo ſic conſignauit. *Provectus ætate & plenus dierum, in ſenectute bona,*

ABBATES LOBIENSES.

AN. CH. 745. CHILDERICI III. R. 2.

anno ſeptingenteſimo & trigeſimo-ſeptimo ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti, VII Kalendas Maias, perrexit ad Dominum. Illo anno Theoduinum ſancto Ermino ſuffecimus. At de anno, quo ſanctus Theodulphus Theoduino ſucceſſit, haud ita liquet, quia Fulcuinus Theodulfum Theoduino ſubrogatum teſtatur [a] Pippino tum Maiore-domûs, nec annum, quo id contigit, determinatè notat. *Theoduino*, inquit, *Abbati ſucceſſit S. Theodulfus Epiſcopus in prouiſione prædicti loci, partim ſub Pippino præfato Principe, pòſt facto Rege, nouem verò annis ſub Karlo Rege, pòſt verò Imperatore, regens illum non ſegniter, augmentans non mediocriter.* Ad Auſtraſiam pertinebat Laubacum, ideóque Theoduinum è vita ſublatum putamus, Carolomanno Romam iam profecto.

[a] Cap. 8.

Retinendus hîc Abbatum Laubacenſium Catalogus, nec annorum alia poteſt admitti computatio. Sed Fulcuinus eget interpretatione, cùm loquitur de Abele, de Wlgiſo & Amulguino Epiſcopis, quos Abbatibus Laubacenſibus accenſendos inſinuat, nec diffitentur plerique Neotericorum. Duo ſunt textus huius Auctoris, vnus capite quinto, vbi ſermonem habet de prædictis tribus Epiſcopis; alter capite ſeptimo, vbi de ſolis Abele & Wlgiſo diſſerit. XC.

Prior talis eſt in elogio Sancti Ermini. *Habuit etiam* Erminus *& cooperatores, ſiue ſucceſſores eiuſdem loci gubernatores, & Coabbates, Sanctum vtique Abel Scottum genere, & Sanctum Wlgiſum Epiſcopum, & Dominum Amulguinum æquè Epiſcopum; qui vtrùm ſibi viciſſim ſucceſſerint, an Sancto Ermino ſpiritualibus occupato rebus locum in commune tractauerint, nihil certi reliquit antiquitas; non tacuit tamen locum Lobienſem eos & tenuiſſe & gubernaſſe, ſed & pro opportunitate temporum locum melioraſſe.* XCI.

Vlgiſus ſiue Wlgiſus apud Fiſenum [b] in Floribus Eccleſiæ Leodienſis Sancto Ermino proximè ſubrogatur, & *Abbas creatus* perhibetur *anno ſeptingenteſimo triceſimo-ſeptimo*, quo Sanctum Erminum ad Deum migraſſe idem Auctor [c] teſtatur. Bollandus, qui poſteà Commentarios hiſtoricos de SS. Wlgiſo & Amulguino ſiue Amulwino inter *Acta Sanctorum Februarij* publicauit [d], promiſítque ſe de Geſtis Sancti Abelis acturum ad diem quintum Auguſti, non receſſit ab opinione Fiſeni, ſed exinde ſuſpicatus eſt Abbates poſt Sanctum Erminum numerandos eſſe, Wlgiſum, Amulwinum, & Abelem, qui Monaſterium ſucceſſiuè rexerint ab obitu Sancti Ermini ad annum vſque Childerici Regis ſecundum, quo Theoduinum Abbatem per menſem Februarium extitiſſe conſtat. Annorum ferè octo fuit intercapedo, commodéque poteſt in tres Præfecturas diuidi, maximè ſi prænominati Præſules aliò ad colendam Chriſti vineam tranſlati ſunt, nec Abbatialem dignitatem ad obitum vſque tenuerunt. XCII.

[b] D. 4. Febr.
[c] D. 25. Apr. n. 2.
[d] Dd. 4. 7.

Nobis non placet hæc interpretatio, quia Fiſenus, cuius auctoritate nititur, haud ſibi conſtat. Abbatum enim Lobienſium ſeu Laubacenſium Catalogum ſic auſpicatur [e]. *Sancto Patriarcha*, nempe Vrſmaro, *morienti anno ſeptingenteſimo decimo-tertio ſucceſſit S. Erminus, & mortuus eſt anno eiuſdem ſeculi trigeſimo-ſeptimo. Illi ſubſtitutus eſt S. Theodulfus. Quo viuente Lobium venit Rhemenſi Archiepiſcopatu pulſus S. Abel, & S. Theodulfo Collega additus anno quinquageſimo-octauo, ibidem obiit 764. Mortuus eſt autem S. Theodulfus anno 766.* De anno, quo Sanctus Theodulfus obiit, inquiremus ſuo loco, vitam enim longè poſt annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-ſextum produxit. Hîc alia ſunt obſeruanda. Fiſenus Theoduinum Abbatem, cuius præfectura cum anno ſecundo Childerici Regis coincidit, malè vel omittit, vel confundit cum Theodulfo. Alter ab altero ſanè diſtinguendus, & in Abbatum Lobienſium Nomenclatura Theodulfo præponendus eſt Theoduinus; hic enim Monaſterium regebat anno ſecundo Childerici Regis, cùm Maioratus Auſtraſianus penes Carolomannum erat, Neuſtraſianus penes Pippinum; Theo- XCIII.

[e] D. 28. Apr. n. 1.

AN. CH. 745. CHILDERICI III. R. 2.

dulfus verò munus Abbatiale ſuſcepit, cùm Pippinus Maiorem domatum per Auſtraſiam, vbi Laubacum, æquè ac per Neuſtraſiam gerebat, Carolomanno fratre in Italiam profecto ac Monacho iam facto. Prætereà Fiſenus in præcitato Lobienſium Abbatum Catalogo, cùm vel Sanctum Theodulphum Sancto Ermino proximè ſubſtituit, vel Abelem eidem Sancto Theodulpho Collegam adiungit, nullum Wlgiſo, Amulwino & Abeli locum inter Abbates illius Monaſterij relinquit.

XCIV. An illis accenſendi.

Nihil igitur vetat, quominùs in contexendo Lobienſium Abbatum Indice Fulcuinum ſequamur, & Sancto Ermino Theoduinum, Theoduino Sanctum Theodulfum, Anſonem Sancto Theodulfo ſubrogemus, expunctis Wlgiſo, Amulwino & Abele, licèt Sanctum Erminum eiúſque ſucceſſores, quibuſcum apud Laubacum diu vixerunt, conſilio atque operâ plurimùm adiuuerint, ac per eorum abſentiam vices Abbatiales ſapientiſſimè ſint executi.

XCV. [a] Cap. 261. Amulwinus, [b] Cap. 203.

Trithemius de Amulwino ſic ſcribit libro tertio [a] de viris illuſtribus Ordinis Benedictini. *Amulwinus Abbas Lobienſis, & poſtmodum ibidem Epiſcopus, vir ſcientiâ & religione clariſſimus, fertur ſanctitatis ſuæ & doctrinæ plurima monimenta reliquiſſe. Fuit enim contemptor mundi fortiſſimus, & omnibus virtutibus bonorum operum inſignis. Feſtum eius colitur ſeptimo Calendas Februarij.* Et libro quarto [b]. *Amulwinus Abbas Lobienſis Cœnobij, & deinde Epiſcopus eiuſdem vrbis, vir doctus & nobilis, qui non minùs ſanctitate, quàm ſcientiâ Scripturarum, gregem ſibi commiſſum ſollicitè paſcebat: propter crebra miracula, bonorum operum teſtimonia, Sanctorum catalogo inſertus eſt.* At vbinam hic Auctor legit Laubacum vrbem fuiſſe, eámque Epiſcopatu nobilem? vnde accepit Amulwinum Abbatem primò, deinde Epiſcopum factum, & doctrinæ ab eo relicta monimenta? Cur illius feſtum, quod ſeptimo Idus Februarij celebratur, ſeptimo Kalendas Februarij refert? Malè quoque coniectavit Wionius Amulwinum Monaſterij Lobienſis *Abbatem ſeptimum* fuiſſe *circa annum Domini* DCCLXX, illo enim anno Theodulphus Abbas Cœnobio præerat. Plura non occurrunt hoc loco dicenda de Sancto Amulwino, qui non tantùm Amulguinus apud Fulcuinum [c], ſed etiam Amoluinus, Amolwinus, Ameluinus, & Amulbuinus apud alios dictus inuenitur [d].

[c] Cap. 5. [d] Bolland. d. 7. Febr. in S. Amulwino.

XCVI. [e] Cap. 7. Abel,

Poſterior textuum, quos apud Fulcuinum [e] egere interpretatione diximus, totus eſt de Sanctis Abele & Wlgiſo. A Sancto Abele ſic orditur. *De Abel quoque ſuprà nominato tale quid comperimus. Remis nuper cùm fuiſſemus, & cum viro venerabili, & illarum partium eruditiſſimo Adalberone Archiepiſcopo confabularemur, inquirentibus nobis originem eiuſdem vrbis, & in ea Epiſcoporum ſucceſſiones, prolatis eiuſdem ciuitatis Pontificalibus geſtis pro opportunitate temporis ſatisfecit. In quibus videlicet geſtis inuentum eſt, quòd in eadem ciuitate Abel quidam fuerit Epiſcopus, qui in ea plura vel acquiſierit, vel ordinauerit; finis verò eius quis fuerit Scriptor geſtorum eius aut neſciuit, aut omnino tacere voluit. Nos collatis vndecumque temporum numeris, hunc eundem Abel & noſtrum fuiſſe, & Scottum, & Epiſcopum, facili ratione probauimus; ſed quia Scriptori eius incertus extitit finis, longinquitas fortè fecit itineris, & viri religioſi voluntaria priuatio, & amor patriæ cæleſtis. Dixit etiam Epiſcopus ſuprà nominatus prædeceſſorum ſuorum ductam vſque ad ſe conſuetudinem, vt inter Miſſarum ſollemnia in ea ſpeciali commemoratione defunctorum, quæ ſupra dipthyca dicitur, & in conſecratione Dominici Corporis ſollemniter agitur, cotidie in aurem Presbyteri recitante ſilenter Subdiacono, omnium ipſius Sedis nomina ſcripto viritim recitentur Epiſcoporum, ſatiſque mirari ſe, quòd in ea commemoratione iſte non inueniatur.* Huc vſque Fulcuinus, qui coniicit Abelem è Remenſium Antiſtitum Catalogo repudiatum, quòd *ipſe vacanti Sedi iam anteà Epiſcopus iuſſus ſit*

aliquontiſper inſidere, ac *pro amore Dei voluntariâ ceſſione, ſponte* curam AN. CH.
eiuſdem Remenſis Eccleſiæ dimiſerit.

Hoc de Præſule quid ſentiamus, paucis accipe. Abel natione Scotus 745.
Lobium venit, vbi ſub Abbate Sancto Ermino, deinde ſub illius ſucceſ- CHILDE-
ſore Theoduino degit, donec hoc anno, vt ſuprà dictum eſt [a], Archi- RICI III.
epiſcopus Remenſis adverſus Milonem à Bonifacio conſtitutus eſt in Sy- R. 2.
nodo Sueſſionenſi, poſteà deiectus è Sede Lobium denuò ſe recepit, ibi- XCVII.
que vitam clauſit Pippino nondum Rege. [a] Hoc an. n. 1.

In hac narratione duæ res hodie controuertuntur. Quæritur, XCVIII.
vtrùm Abel priùs ordinatus ſit Epiſcopus, quàm Lobium adierit. Quæ-
ritur & vtrùm verè fuerit Archiepiſcopus Remenſis, an Chorepiſcopus,
qui vices Archiepiſcopi suppleret. Primam quæſtionem ſoluit Fulcui-
nus [b], cooperatores enim Sancti Ermini laudat, *Sanctum vtique Abel Scot-* [b] Cap. 5.
tum genere, & Sanctum Wlgiſum Epiſcopum, & Dominum Amulguinum aquè
Epiſcopum, nec Abeli concedit, quem duobus aliis Epiſcopalem titulum
tribuit. Alteram Flodoardus [c], qui Milonis intruſionem exoſus, Abelem [c] Lib. 2. c. 16
beato Rigoberto proximè ſubrogat: *Beatum*, inquit, *Rigobertum ſecutus*
Abel in Epiſcopatus ordine reperitur, quamuis eum quidam Chorepiſcopum tan-
tùm fuiſſe tradant. Pontificem tamen illum extitiſſe diuerſis inuenimus aſſertio-
nibus, & maximè in epiſtolis Zachariæ Papæ ad Sanctum Bonifacium directis, de
quibus ſuprà, cùm actum de tribus Palliis, quæ Bonifacius à Zacharia Pa-
pa poſtulauit, vt totidem Archiepiſcopos exornaret, *Grimonem* (verba ſunt
Zachariæ [d] Bonifacio reſpondentis) *in ciuitate quæ dicitur Rodomas, ſecun-* [d] Ep. 5. ap. Bin. Ep. 8. inter Decretal. ep. 144. inter Bonifacian.
dum verò Abel in ciuitate quæ dicitur Remorum, tertium denique Artbertum in
ciuitate quæ dicitur Sennis. Præthereà *quædam chartæ*, vt Flodoardus teſtatur [e],
ipſius Abelis *Epiſcopi reperiuntur nomine titulata*. Denique apud eundem Au-
ctorem Adrianus Romanus Pontifex Abelem Archiepiſcopum Remenſem [e] Lib. 2. c. 16.
vocat, cúmque de Sede Archiepiſcopali nefariè deiectum dolet. *Multùm*,
inquit, *laborauerunt, vt bonæ memoriæ prædeceſſor noſter Dominus Zacharias Pal-*
lium Archiepiſcopo Remenſi, Abel nomine, per deprecationem ſuprascripti Bonifacij
tranſmitteret. Qui ab illo conſtitutus fuit, ſed ibi permanere permiſſus non fuit,
ſed magis contra Deum eiectus eſt, & Remenſis Eccleſia per multa tempora &
per multos annos ſine Epiſcopo fuit. Qua de re ſuo loco.

Apud Trithemium libro tertio de viris illuſtribus Ordinis Benedictini, XCIX.
vt Amulwinus ſic & *Wlgiſus ex Abbate Lobienſis Cœnobij, Epiſcopus ibidem* WLGISVS.
conſtitutus aſſeritur [f], ſed vtrobique næuus, vt ex ſupradictis patet. Syn- [f] Cap. 256.
cerius eſt hoc Fulcuini [g] ſcriptum. *De S. Wlgiſo Epiſcopo nihil ad nos præ-* [g] Cap. 7.
ter parum perlatum eſt. Inuenimus tamen in noſtris perantiquis Martyrologiis,
quòd dies Natalitij eius ſic adnotatur. Pridiè Nonas Februarij, in Laubaco
Monaſterio, depoſitio S. Vulgiſi Epiſcopi. Sed & Mauſoleum, in quo conditus
iacet, in promptu eſt cernere.

De Amulwino & Wlgiſo non recurret ſermo, recurret de Abele, quem C.
hoc anno Remenſem Archiepiſcopum in Synodo Sueſſionenſi conſtitu-
tum diximus. Haud alia de Synodo capiendus hic Lupi Ferrarienſis Ab-
batis textus in literis [h] ad Amulum Archiepiſcopum Lugdunenſem. [h] Ep. 81.
Pippinus, à quo per maximum Karolum & religioſiſſimum Hludouicum Impera- PRIVILE-
tores ducit Rex noſter Carolus Caluus *originem, expoſitâ neceſſitate huius Re-* GIVM A
gni Zacharia Romano Papa in Synodo, cui Martyr Bonifacius interfuit, eius PP. CON-
accepit conſenſum, vt acerbitati temporis, induſtriâ ſibi probatiſſimorum, dece- CESSVM
dentibus Epiſcopis, mederetur; ne fortè ſimplicitate Pontificum poſſet continge- PIPPINO.
re, quod in hac Heduorum vrbe, cuius nos nunc cura exercet, euenit. Qui re-
currunt ad Synodum Liptinenſem, ij nec ſatis diſtinguunt Concilia Ger-
manicum & Liptinenſe, quorum Canones ſub eodem Synodi Liptinen-
ſis titulo legi ſolent, nec Carolomanni Maioratum, vbi Liptinæ, ſatis
ſeparant à Pippini Maioratu, vbi Sueſſio. Synodi Germanicæ, quam Kar-

AN. CH. 745. CHILDERICI III. R. 2.

lomannus Dux & Princeps Francorum *pro timore Chriſti* congregauit, primus Canon talis eſt. *Per conſilium Sacerdotum religioſorum & Optimatum meorum, ordinauimus per ciuitates Epiſcopos, & conſtituimus ſuper eos Archiepiſcopum Bonifacium, qui eſt Miſſus S. Petri.* Synodus Liptinenſis Canone primo Germanicam ſic confirmat. *In hoc Synodali conuentu, qui congregatus eſt ad Kalendas Martias, in loco, qui dicitur Liptinas, omnes venerabiles Sacerdotes Dei, & Comites, & Præfecti, prioris Synodi*, nempe Germanicæ, *decreta conſentientes firmauerunt, séque ea implere velle & obſeruare promiſerunt.* Et in Synodo Sueſſionica, cui Pippinus Dux & Princeps Francorum interfuit ſubſcripsitque, leguntur hæc Canone tertio. *Conſtituimus per conſilium Sacerdotum & Optimatum meorum, & ordinauimus per ciuitates legitimos Epiſcopos, & idcircò conſtituimus ſuper eos Archiepiſcopos Abel & Ardobertum*, hunc videlicet Senonis, illum Remis. Diſſimulare nolumus in vulgatis exemplaribus legi *per conſilium Sacerdotum & Optimatum eorum*, ſed, loco *eorum*, vocem, *meorum*, reſtituendam Lector facilè iudicabit.

CI. Cæſar Baronius ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſecundum [a], quo Pippini Regis vnctionem & Zachariæ Romani Pontificis obitum refert, Lupi Ferrarienſis textum ſuprà deſcriptum recitat, aítque *ad poſtremum* de Zacharia *illud non ignorandum, conceſſam fuiſſe ab eodem Zacharia Romano Pontifice Pipino Regi Francorum nominationem, quam vocant, ſiue poſtulationem Epiſcoporum pro Eccleſiis vacantibus in Regno ſuo.* Quia verò prædictæ tres Synodi priùs celebratæ ſunt, quàm Pippinus ex Maiore-domûs Rex euaſerit, epiſtolam Lupi non de Pippino Rege, ſed de Pippino tum Maiore-domûs neceſſe eſt interpreteris. Sueſſione Pippinus eodem vſus eſt iure, quo frater Carolomannus in Germania & apud Liptinas vſus erat. Vterque ex conſilio Epiſcoporum & Optimatum ſuorum, ciuitatibus, quæ carebant Epiſcopis, Epiſcopos dedit. *Per conſilium Sacerdotum religioſorum & Optimatum meorum*, inquit Carolomannus Canone primo Synodi Germanicæ, *ordinauimus per ciuitates Epiſcopos.* Et Pippinus Canone tertio Synodi Sueſſionicæ. *Conſtituimus per conſilium Sacerdotum & Optimatum meorum, & ordinauimus per ciuitates legitimos Epiſcopos.* Neutrum Zacharias temeritatis damnauit, imò cuncta, quæ ſtatuta fuerant in illis Synodis, approbauit.

[a] Nu. 8. 9.

CII. FLOREBERTVS EP. LEODIENSIS OBIT.

Hoc anno migrauit in cælum Florebertus Epiſcopus, *qui teſte Ægidio, poſtquàm Leodienſem Eccleſiam decem & octo circiter annis fideliter gubernaſſet, cámque ampliaſſet multis bonis, in magna ſanctitate requieuit in Chriſto, ſeptimo Kalend. Maij.* Quo die Molanus de illo in Natalibus Sanctorum Belgij ſic ſcribit. *Natalis eius in die beati Marci recolitur; in Martyrologio tamen propriæ Diœceſis notatur die ſequenti, fortaſsis quia propter feſtum Euangeliſtæ differri ſolet.*

CIII. Hic Auctor, nec de annorum numero quos Sanctus Florebertus in Epiſcopatu tranſegit, nec de anno quo diſceſſit ex hac vita, nobiſcum conuenit. Sic enim illius encomium inchoat. *Apud Legiam*, Natalis *Sancti Floriberti, Epiſcopi eiuſdem loci, & Confeſſoris. Qui poſt patrem ſuum ſanctiſſimum Hubertum annis nouemdecim præfuit Leodienſi Eccleſiæ, vſque ad annum ſeptingenteſimum quinquageſimum-quartum.* Suſpicari quis poſſet errorem in numeros irrepſiſſe, &, loco anni 745, tranſpoſitis numeris mendosè ſcriptum annum 754. At Molanus hoc loco Placentium ſequitur, cuius hæc ſunt verba. *Floribertus obiit anno ſalutis ſeptingenteſimo quinquageſimo-quarto, anno adminiſtrationis decimo-nono.* Traiectenſium igitur ac Leodienſium Epiſcoporum Chronologiam à noſtra longè diuerſam init Molanus. Sancti Lamberti Martyrium [b] conſignat *anno Domini ſexcenteſimo nonageſimo-octauo*, deinde Sanctum Hubertum rebus humanis exemptum contendit anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-quinto, ſiquidem *nonageſimo* pòſt *anno*, ſiue *anno octingenteſimo vigeſimo-quinto* tranſ-

[b] D. 17. Sept.

AN. CH. 745. CHILDERICI III. R. 2.

latum *ad Andainum* ſcribit [a]. Aduerſùs hanc computationem multa proferri poſſunt, quæ non tantùm ad annos beatiſſimorum Epiſcoporum, Lamberti, Huberti, & Flotiberti, ſed etiam ad anteriores Pontificatus pertinent. Illis omiſſis, ne diſputatio longiùs protrahatur, & in eadem materia bis verſari videamur, hoc vnum à Molano eiúſque aſſeclis modò quæremus, quomodò Sanctus Hubertus *anno deinceps decimo-ſexto feliciſſimi eius exceſſus, per Eccleſiaſticorum graduum turmas, & Carolomannum, eiúſque Palatij Proceres*, vt idem Molanus affirmat, *ex vaſe ſepulchri, quod crebris miraculis enitebat*, dici poſſit *ſublatus ad altare S. Petri?* Tranſitus enim Sancti Huberti reiici nequit in annum Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum-quintum, quin eius eleuatio, quæ decimo-ſexto pòſt anno facta eſt, poſt ſpontaneam Carolomanni Maioris-domûs abdicationem longè differatur, quia Carolomannus anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſeptimo nuncium rebus ſecularibus remiſit ſuſceptâ in Italiam profectione. Quid ſi conſulatur Auctor Synchronus, qui vitam Sancti Huberti compoſuit, & corporis eleuationem anno tertio Carolomanni Maioris-domûs illigauit, an Carolomanni Maioris-domûs annus ille tertius, cuius initium in menſem Octobrem anni poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimi quadrageſimi-tertij incidit, cum anno decimo-ſexto poſt annum Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum-quintum componetur? Lege quæ dicta ſunt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-tertium, quo Sancti Huberti Reliquias è terra leuatas probauimus. Inde enim liquet Sancti Huberti mortem anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo-ſeptimo conſignandam eſſe, & Sanctum Florebertum, qui poſt eundem Sanctum Hubertum annos octodecim ſedit, obiiſſe anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quinto. Nec ab hoc computo recedit Ægidius, cùm Sancti Floreberti Pontificatum in ea teſtatur incidiſſe tempora, quibus Gregorius Tertius & Zacharias Romani Pontifices Eccleſiam gubernarunt, Imperium rexerunt Leo Iſaurus eiúſque filius Conſtantinus, Maioratum in Francia geſſerunt Carolus & eius filij Carolomannus ac Pippinus, quibus nonnihil moleſtiæ creauit Gripho frater, res nouas poſt Caroli patris obitum molitus. *Floruit idem S. Florebertus*, ait Ægidius, *ſub Apoſtolicis, Gregorio Tertio & Zacharia; ſub Imperatoribus Leone & Conſtantino; temporibus Caroli Martelli, filiorúmque eius Karlomanni, Pippini & Griphonis.*

[a] D. 3. Nouembr.

CIV. Sepultus eſt Sanctus Florebertus in Æde Sancti Lamberti. Succeſſor eius deprehenditur ex literis [b], quas Zacharias Romanus Pontifex in Franciam variis Epiſcopis per Prouincias, Moguntinam, Remenſem, Rotomagenſem ac Senonenſem, conſtitutis anno Chriſti ſeptingenteſimo duodequinquageſimo direxit. Tredecim enim Epiſcopis, quorum nomina in ipſarum literarum inſcriptione recitantur, accenſetur *Tungrenſis*, ſeu Leodienſis Epiſcopus, íſque in diuerſis earumdem literarum editionibus variè nuncupatur, Folericus in Baroniana, Fulgarius in Biniana, Fulericus in Serariana, Fulcarius in Sirmondana. Anſelmus, Ægidius, Placentius, aliique recentiores, qui Catalogum Epiſcoporum Leodienſium ediderunt, Floreberto Fulcarium vnanimi conſenſu ſubrogarunt, nec alium intellexerunt ab eo, quem Zacharias Tungrenſem Epiſcopum in ſuis literis appellauit. Eundem autem Fulcarium ſeu Fulgarium à Folerico ſeu Fulerico diſtinguemus infrà [c].

[b] Ep. 136. inter Bonifac.

SVCCEDIT FVLCARIVS.

[c] Ad an. 760.

CV. In eadem Diœceſi Leodienſi, cùm Sanctus Florebertus ad Deum tranſiit, viuebat adhuc Grimo Sarchinienſis Abbas, cuius ſucceſſores per reliquum octauum ſeculum à Fiſeno ſic recenſentur, *Reyraimus*, *Hardebenus*, *Columbanus*, *Ingelrammus*, rerum ab eis geſtarum nullâ habitâ mentione. Extat apud Miræum in Notitia Eccleſiarum Belgij [d], donatio Sarchinienſi Monaſterio, cùm Grimo illic Abbas præeſſet, à Rober-

ABBATES SARCHINIENSES.

[d] Cap. 16.

AN. CH. 745. CHILDERICI III. R. 2.

to Comite facta. *Ega Robertus Comes, filius quondam Lamberti, notum facio præſentibus & futuris, quòd anno quinto poſt obitum Theoderici Regis, die ſeptimo Kalendas Aprilis, legitimâ traditione dedi ac deputaui de allodio meo ad Baſilicam S. Trudonis, quæ eſt conſtructa in villa nomine Sarcinio, vbi ipſe Sanctus Dei in corpore requieſcit, cui etiam Eccleſiæ venerabilis Abba Grimo nomine regulariter praeſſe videtur. Tradidi ergo in pago Hasbanienſi locum quemdam, qui dicitur Dungo, cum Baſilica inibi conſtructa, quam ego proprio labore ædificaui in honore beatæ Mariæ & S. Petri, S. Ioannis, & S. Seruatij, & S. Lamberti, tam ipſum locum, quàm reliquas villas, vel loca ad ſupradictum locum, de mea poſſeſſione, prætitulata ſcilicet, Halen, Schafnis, Felepa & Marbolt. Iſta loca ſupradicta ſunt in pago Hasbanienſi & Manſuarinſi, quæ omnia tradidi cum caſis, & curtibus ibidem iacentibus, cum pratis, campis, ſylnis,* &c. Miræus illi chartæ titulum hunc præfixit. *Robertus Hasbaniæ Comes, Lamberti filius, quinque villas, Donck, Halen, Schaffen, Velpen & Meerhout, donat Monaſterio S. Trudonis, circa an. 746.* Scripſit hic Auctor in opinione Sigeberti & aliorum, qui mortem Theodorici Quarti Regis, quam anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-ſeptimo conſignauimus, poſt quadriennium perperam reiecerunt. Si Theodoricus vitam ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-primum produxit, annus poſt eius obitum quintus per menſem Martium cum anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſexto conuenit. At vt Theodoricus anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-ſeptimo viuere deſiit, ſic annus pòſt quintus per menſem Martium anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo illigari debet.

CVI. SITIVENSES. Inter Abbatis Iperij fragmenta, quæ Philippus Labbeus capite quinto [a] Miſcellaneorum curioſorum publicauit, id de Nanthario Abbate legitur. *Nantharius Abbas ſextus inſtitutus anno ſecundo Regis Hilderici.* Ad hunc igitur annum, qui Regis Childerici ſecundus numeratur, peruenit Waymarus Abbas Sitiuenſis, eique Nantharius in Abbatialem Præfecturam ſucceſſit. Hic inter Abbates Sitiuenſes ſextus perperam recenſetur. Erroris, quem multi Scriptores amplexi ſunt, originem aperuimus Tomo ſuperiore [b].

[a] §. 10.

[b] Ad an. 714. n. 17.

CVII. EPISCOPI VENETENSES. Hoc eodem anno Kenomonocus Venetenſis Epiſcopus obiit, cùm ſediſſet annos quatuordecim. Succeſſit Iuſtokus, qui Pontificatum per annos vndecim geſſit. Lege Catalogum Venetenſium Epiſcoporum in Armorica Sancta.

CVIII. LAVREACENSES ET PATAVIENSES. Mortuus eſt & hoc anno, decimo Kalendas Martij, Viuilus Archiepiſcopus Laureacenſis & Epiſcopus Pataulenſis, Metropolitanus Boioariæ, de quo ſic Hundius. *Obiit Viuilo, Antiſtes ille venerabilis, anno Chriſti 745. 10 Cal. Martij.* Et ad illum diem Bollandus, vbi Sanctorum prætermiſſorum & in alios dies reiectorum indicem texit, de eodem Viuilo ſeu Viuilone vel Wilone ſic loquitur. *Wilo Laureacenſis Epiſcopus, qui aliis Viuilo, Vuilo, Phiphilo appellatus reperitur, mortuus traditur* X *Kalend. Martij anni* DCCXLV. *Ferrarius S. Wilonem vocat. Sed quos citat Auctores, hunc ei titulum non tribuunt, nedum Officia Paſſauienſia, ſeu vetera, ſeu noua.*

CIX. In Metropolitanam dignitatem & in Diœceſes Laureacenſem ac Patauienſem à multis annis vnitas ſucceſſit Sidonius, *vir magnâ doctrinâ præditus, & Philoſophus inſignis*, vt Hundius teſtatur. At multùm aberrat idem Auctor, cùm eundem Sidonium confundit cum Sidonio Preſbytero, qui ſetiùs graues cum Bonifacio Archiepiſcopo ſimultates geſſit, vt ſuo loco dicemus.

CX. In Annalibus Nazarianis duo bella perſtringuntur, Saxonicum & Alamannicum. DCCXLV *Karlomannus & Pippinus cum exercitu in Saxonia. Et Theotbaldus in Alſatiam.* In Petauianis ſolum Saxonicum. Neutrum

in

AN. CH. 745. CHILDERICI III. R. 2.

in Tilianis. In Metenſibus verò deſcribitur vtrumque, vt geſtum eſt anno priore. Sed Auctor poſterioris Appendicis ad Hiſtoriam iuſſu Childebrandi Comitis conſcriptam, ponit hoc anno bellum Aquitanicum, nam poſtquàm res in Saxonia & Alamannia, *euoluto* poſt Caroli mortem *triennio*, geſtas, & à nobis anno ſuperiore deſcriptas commemorauit, narrationem ſuam ſic perſequitur. *Inde reuerſi prædicti germani*, Carolomannus & Pippinus, *ſequente anno, prouocato coturno Vaſconorum, iterum vſque ad Ligerim fluuium pariter aduuati venerunt. Quod videntes Vaſcones, praoccupauerunt pacem petentes, & voluntatem Pipini in omnibus exſequentes, muneratum eum, à finibus ſuis vt rediret, precibus obtinuerunt.* Vaſconum nomine hîc intelligendi Aquitani ſeu trium Aquitaniarum incolæ, Ligerim inter ac Pyrenæos montes ſiti, quorum Ducatum ſeu Præfecturam Dux Hunaldus gerebat. Auctor Annalium Metenſium hoc bellum anno ſuperiore perperam collocat, à ſenſu tamen Appendicis prælaudatæ non recedit. *Pippinus*, inquit [a], *& Karlomannus non immemores iniuriarum Hunaldi perfidi Ducis, & vaſtationis, quam, illis in Baioariam dimicantibus, perpetrauit, collecto exercitu Ligerim tranſeunt, & caſtra in finibus Aquitania ponunt. Videns autem Hunaldus, quòd eis reſiſtere non valeret, omnem voluntatem eorum ſe facere ſacramentis & obſidibus datis ſpopondit, ipsúmque cum omnibus, quæ habebat, inuictorum Principum ſeruicio mancipauit.*

BELLVM AQVITANICVM,

[a] Annal Met, ad an. 744.

CXI. ET ALAMANNICVM.

Eodem tempore, quo Hunaldus vltra Ligerim tumultum in Aquitania ciebat, *Theotbaldus*, vt ex Auctore Annalium Petauianorum præcitato liquet, *in Alſatiam* irrupit, nec dubium, quin Theotbaldo Sueuiæ Duci Dux Boioariæ conterminus Odilo multùm fauerit. Irriti ceſſerunt vtriuſque conatus, quia Maiores-Domûs aduentu ſuo Vaſcones ſiue Aquitanos adeò terruerunt, vt hi pacem, vt dictum ſuprà, ſtatim poſtularint, Aquitaniâque pacatâ miles à Ligeri mox ad Rhenum citiſſimè aduolauit. Ambo Maiores-domûs pleraque bella iunctis viribus ſimul confecerunt. Hoc autem anno ſolus Carolomannus contra Theotbaldum ſeu Theodebaldum profectus videtur, bellum enim Alamannicum, de quo nobis hîc ſermo, ſic in Annalibus Metenſibus exponitur. *Karlomannus, cùm vidiſſet Alamannorum infidelitatem, cum exercitu fines eorum irrupit, & Placitum inſtituit in loco qui dicitur Condiſtat. Ibíque coniunctus eſt exercitus Francorum & Alamannorum. Fuítque ibi magnum miraculum, quòd vnus exercitus alium comprehendit atque ligauit, abſque vllo diſcrimine belli. Ipſos verò, qui principes fuerunt cum Theobaldo in ſolatio Odilonis contra inuictos Principes Pippinum & Karlomannum, comprehendit, & miſericorditer ſecundùm ſingulorum merita correxit.*

CXII.

Hoc anno Maiores-domûs nullum bellum præter Aquitanicum & Alamannicum geſſerunt. Quæcumque enim de Saxonico ad hunc annum occurrunt in Annalibus Nazarianis, Petauianis ac Metenſibus, ad annum ſuperiorem pertinent, vt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-tertium, quæ de bello quoque Saxonico leguntur in Annalibus Fuldenſibus. Carolomannus, quandiu Maioratu potitus eſt, aciem contra Saxones bis tantùm mouit; ſemel anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-tertio, iterum anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quarto. Bellum in Alamannia ſub eiuſdem Carolomanni Maioratu ſæpiùs detonuit, annis videlicet octaui ſeculi quadrageſimo-ſecundo, quadrageſimo-quarto, duobúſque proximè ſequentibus. Alamannici belli mentionem ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-ſextum faciunt Annales Nazariani, Petauiani, Fuldenſes ac Metenſes, ſed hi poſtremi næuo non carent, quia referunt ad illum annum, quod hoc ipſo anno, poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimo quadrageſimo-quinto factum diximus. Ceteros Annales ſuprà nominatos ad annum ſequentem allegabimus examinabimúſque.

AN. CH. 745. CHILDERICI III. R. 2.

Cur autem poſt bellum Aquitanicum ſolus Carolomannus in Alamanniam hoc anno cum exercitu profectus ſit, hæc afferri poteſt ratio, quòd Aquitanorum vires ſupereſſent integræ, veteretúrque Pippinus, ne ſi longiùs ab Aquitania recederet, noui tumultus ab Hunaldo Duce rurſum in ea prouincia concitarentur. At Auctor Annalium Metenſium, narrato bello Aquitanico, longè aliter de Hunaldo ſcribit. *Eodem*, inquit, *anno*,

CXIII. HVNALDVS DVX AQVITANIÆ FRATRI SVO HATTONI OCVLOS ERVIT, DEINDE FIT MONACHVS. WAIFARIVS DVX AQVITANIÆ.

Hunaldus Dux germanum ſuum, nomine Hattonem, per falſa ſacramenta decipiens, de Pictauis ad ſe venire iuſſit. Cui ſtatim oculos eruit, & ſub cuſtodia retruſit. Sed non poſt multos dies Hunaldus coronâ capitis depoſitâ, & Monachi voto promiſſo in Monaſterium, quod Radis inſolâ ſitum eſt, ſiue in Monaſterium quoddam Santonum poſitum in inſula ſinûs Aquitanici, quæ dicitur Radis, *intrauit, filiúmque ſuum Waifarium in Principatu reliquit.*

Alamannis, quorum nomine non tantùm Alamannos in vetere Germania poſitos, ſed etiam Rhætos inter Alpes ac Danubium ſiue inter Italiam & antiquam Germaniam ſitos comprehendimus, auxiliares adversùs Carolomannum copias Rhæti ſubminiſtrarunt Itali, ſed à victore multati ſunt ciuitate ac territorio Curienſi, Francorum ditioni deinceps attributis. Hæc vt tibi clariora fiant, lege quæ de variis Rhætiarum diuiſionibus dicta ſunt Tomo ſecundo ad annos Chriſti quingenteſimum octogeſimum [a] & ſexcenteſimum decimum [b], necnon Tomo tertio ad annum Chriſti ſexcenteſimum quinquageſimum [c].

CXIV. IN RHÆTIA ITALICA

Gabrielem Bucelinum, qui Chronologiam Rhætiæ ſacram & prophanam edidit, non ſemel refutauimus. Si fides eſt huic Auctori, *Vitiges Oſtrogothorum Rex à Beliſario metuens, Francorum exambit opem, qui magnam nauatæ operæ mercedem accipiunt, partem non minimam Rhætiarum.* Id autem alieniſſimum eſt à vero, vt fusè probauimus Tomo tertio [d]. Quicquid enim Bucelinus de Francorum Regibus in illa lucubratione ſcribat, ſub eorum poteſtate nuſquam oſtendit ante hæc tempora fuiſſe partem illam Rhætiæ, quæ pertinebat ad Italiam, vbi Curia * ciuitas Epiſcopali Sede nobilis. Nihil etiam legimus in Hiſtoriis Francorum, quod eos, ante Caroli Maioris-domûs mortem, vel Curiâ, vel aliâ qualibet parte Rhætiæ Italicæ potitos aſſerat, quamuis à longo tempore Rhætiam inter Alpes ac Danubium ſitam obtinerent. At Annaliſta Nazarianus ad eundem annum, quo Pippinum Regem eleuatum ait, Baldeberti Curienſis Epiſcopi meminit, & Conuentui apud Attiniacum ſub Pippino Rege ſubſcribit Tello Curienſis Epiſcopus cum Athalberto Abbate Fabarienſi. Hæ nos rationes adducunt, vt partem illam Rhætiæ Italicæ, vbi Curia, Francicis ditionibus adiunctam hoc anno dicamus, quo Carolomannus Maior-domûs de Alamannis eorúmque ſociis triumphauit.

CXV. FRANCI SVIS ADIVNGVNT DITIONIBVS

[a] Num. 25.
[b] Num. 11.
[c] Nu. 56. 57.
[d] Ad an. 650. nn. 59. & ſeqq.
* Coire.

CXVI. DIOECESIM CVRIENSEM,

Curia, cùm in Francorum poteſtatem deuenit, Epiſcopum habebat Ruthardum, cuius obitus apud Bucelinum in annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum incidit. *Extenditur iſta Diœceſis*, inquit Ægidius Schudus Claronenſis in Rhætiæ Alpinæ deſcriptione, *vltra Veldkirch ad Brigantium atque lacum ipſum ab vno Rheni latere, & ab alio latere ad Montiglen, id eſt, Monticulum in Rintal, & hinc ad Turtal in Gaſtern. Item ab Vrſeren, quæ in Curienſi Diœceſi eſt, deſcendendo ad Geſtinum, quæ eſt in terra Vr.*

CXVII. INSIGNEM TRIBVS MONASTERIIS,

Tunc in Epiſcopatu Curienſi tria florebant Monaſteria, Fabarienſe, Curienſe Sancti Lucij, & Diſertinenſe, de quibus ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-tertium ſic idem Bucelinus. *Laudatiſſimâ triade, trianguli ſitu, tria vetuſtiſſima Rhætiæ noſtra Cœnobia, quoduis alteri prælucere ſatagit; Fabarienſi, S. Lucij Curienſi, & Diſertinenſi, virorum illuſtrium frequentiâ, quaſi certamen ineuntibus; quorum pia contentio gentibus plurimùm profuit, itaut iam pauci Idololatriæ dediti reperirentur, Aſcetu hiſce omnia inferi caſtra & antra excutientibus, & verum fidei lumen cæcitati gentium quàm clariſſimè redhibentibus & declarantibus.*

AN. CH. 745. CHILDERICI III. R. 2.

CXVIII. FABARIA.

Fabarium ſeu Fabaria vel Fauarium, aut, vt in antiquis Diplomatibus legitur, Monaſterium Sanctæ Virginis, Dei genitricis, apud Fauarias, Germanicè *Pfeffers*, in pago Churwahala Diœceſeos Curienſis, ſupra Raguſium, ad Camingum vel Draminguim fluuiolum, qui non procul inde dexteram Rheni ripam ſubit, ſuaſu Pyrminij, quem multorum Cœnobiorum patrem ſæpè laudauimus, anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-quarto conditum eſt. Illius loci, cùm Francorum ditionibus accenſeri cœpit, Abbas erat Anaſtaſius, vir adeò probus, vt, teſte Bucelino, *Morum Exemplar* cognomento dictus inueniatur.

CXIX. S. LVCII.

Monaſterium Sancti Lucij, prope Curiam Rhætorum, ſub annum Chriſti quingenteſimum triceſimum-ſextum, erexit Sanctus Valentianus Curienſis tunc Epiſcopus, vt Bucelinus teſtatur: Illius Cœnobij multiplices fuerunt caſus, variæque mutationes, de quibus conſule Bruſchium [a]. Deſideratur Abbatum Catalogus, ſiue vt poſtremus hic Auctor in Carmine ad Bartholomæum de Caſtromuro Canonicum ac Decanum Maioris Eccleſiæ Curienſis ſcribit,

Iſtius laris Abbatum non integer extat
Amplius ordo, vt is antiquis intercidit annis.

[a] In Chronol. Monaſter. Germ.

CXX. DISERTINA.

Diſertinenſe Monaſterium, vulgò *Diſentis*, haud longè à Rheni fontibus, loco maximè ſylueſtri deſertóque, vnde Deſertinæ primùm, poſteà Diſertinæ nomen, in honorem Sancti Martini conſtruxit Sanctus Sigiſbertus Monachus patriâ Hybernus & Sancti Columbani diſcipulus. Hoc Cœnobium Bucelinus parte ſecundâ Germaniæ Sacræ fundatum ait *ſub A. C. 614*, & in Monaſteriologia Imperij Germanici diſtinctè ſcribit erectum *anno ſalutis 614*. Sed in Chronologia Rhætiæ, quam poſtremo loco in lucem emiſit, de primis eiuſdem Monaſterij incunabulis ad annum Chriſti ſexcenteſimum viceſimum-ſextum ſic loquitur. *Ad Sanctum Sigisbertum multi etiam confluunt ſacrum Monachorum habitum & diſciplinam ambientes, quibus ille rudi ſchemate Cœnobiolum extruit, cellulas aſſignat, omnéſque raro ſanctioris vitæ exemplo ad perfectionem concitat.* Deinde ad annum Chriſti ſexcenteſimum viceſimum-nonum hæc addit. *Conſurgit maioribus incrementis nouum Diſertinenſe Cœnobium, promptuarium inſigne factum virorum, vitæ meritis & gentilium conuerſione, verè Apoſtolicorum.* Ædificatum eſt ope potiſſimùm atque opibus Sancti Placidi viri apud Rhætos potentis, qui præter ampliſſimas poſſeſſiones ſeipſum Monaſterio contulit ac Deo conſecrauit, nec multò pòſt Martyrium ſubiit interemptus iuſſu Victoris Comitis, cuius auaritiam & ſacrilegium ore libero redarguerat. Euerſum à barbaris ſub annum Chriſti ſexcenteſimum ſeptuageſimum, at reſtauratum anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo. Migrauit in cælum Sanctus Sigiſbertus anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-ſexto. Succeſſorum nomina perierunt, donec inſtaurato Cœnobio præpoſitus Abbas Vrſicinus, qui regimen eiuſdem Monaſterij gerebat, cùm Franci regionem illam ſuis ditionibus adiunxerunt. Lege Bucelinum locis ſuprà citatis.

CXXI.

Hiſce temporibus, in finibus Epiſcopatuum Catalaunenſis & Trecenſis florebant duo Monaſteria, virorum vnum, alterum puellarum, illud in Diœceſi Catalaunenſi, hoc in Tricaſſina; illud Puteolos * ac Deruum *, hoc Puellare * Monaſterium vocabant. De vtriuſque origine diſſeruimus Tomo tertio [b]. Deinde Tomo quarto [c] præcipuas Priuilegij vtrique à Bertoendo Catalaunenſi tunc Epiſcopo conceſſi clauſulas in compendium redactas ac contractas ex Indice titulorum Deruenſis Chartarij recitauimus illuſtrauimúſque nonnullis obſeruationibus. Nuperrimè verò, cùm Tomus hic quintus typis iam mandabatur, Lucas Dacherius decimum ſui Spicilegij publicauit, in quo prædictum Priuilegium è tabulario Deruenſi à Petro Franciſco Chiffletio deſcriptum exhibetur. Licèt extra locum, non tamen extra rem videtur hic illud exſcribere, confirmabit enim ea, quæ no-

* *Puyſie.*
* *Monſtier-en-Der.*
* *Pelle-Monſtier.*
[b] An. 665. n. 19. an. 671. n. 10.
[c] Ad a. 694. n. 1.

AN. CH. 745.

CHILDERICI III. R. 2.

tanda duximus, cùm ſermonem ad annum Chriſti ſexcenteſimum nonageſimum-quartum [a] faceremus de præcipuis eius clauſulis, quas Camuzatus in Promptuario Antiquitatum Tricaſſinarum [b] ſuppeditarat.

[a] Num. 1.
[b] In vit. ad Hiſt. S. Berchar. Abb.

CXXII. PRIVILEGIVM PRO MONASTERIIS DERVENSIBVS.

Domnis Sanctis & ſummi culminis Apoſtolicæ Pontificalis Cathedræ ſpeculâ præſidentibus, in Chriſto fratribus, ſeu Coepiſcopis, Rigoberto Metropolitano, Baſino (reſtituendum putamus *Baino*) *Stephano, Adalberto, Aloni, Madalgario, licèt indignus in ordine, tamen Katalaunenſium Epiſcopus, ſupplex in Domino mitto ſalutem. Quamquam priſcæ regulæ decreta nos doceant, & quæ oportet perenniter cuſtodire, & Patrum conſueta indiminutè ſeruare, attamen & nos ſuper hæc regulariter decernentes, vota ſupplicum & maximè Orthodoxâ fide fulgentium, vtili * prouiſione tractantes eorum petitionibus libentiſſimo animo volumus affectum mancipare. Quoniam igiturGlorioſus Domnus Clodoueus Rex, & vir illuſtris Pipinus Maior-domûs pro religioſa ſollicitudine perſpicuè nobis poſtulaſſe noſcuntur, vt Priuilegium Monaſterio Puteolos in vaſta Derui, in honore beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & Sancti Iohannis Baptiſtæ, & Sancti Iohannis Euangeliſtæ, ſeu & omnium Sanctorum, à viro religioſiſſimo Sancto Berchario, vbi & ipſe Abbas praeſſe videtur* (Dacherius legendum monet *videbatur*) *ex munificentia quondam Childerici Regis conſtructo, ſeu & alio Monaſterio Puellarum ſuper fluuium Vigora *, etiam & Dria in Deruo in fine Flaciniacenſe *, quod Waimerus & coniux ſua Waltidis & domnus Bercharius Abbas pariter conſtruxerunt. In quo loco ſacrata Waltidis mater eſſe videtur multarum virginum præſenti tempore, & ſe cum eis multimoda aggregationis agminibus, piæ deuotionis paribus ſtudiis ſociauerunt in Dei laudibus, vno regulæ ſpiritu ſupernâ inſpiratione commota, ad laudes omnipotenti Deo concinendas pium exhibet famulatum, conferre deberemus. Quod ſalubriter annuentes, hoc Priuilegium, quod plenâ deuotione petierunt, perenni auctoritate ſeruandum, libenti animo præſtitiſſe comperite. Nec enim noua poſtulantium vel indulgentium eſt auctoritas Priuilegium largiendi, dum profectò cuncti retrò Apoſtolicæ Sedis Præſules, vnde ſacra propagatur auctoritas, non ſolùm in vicinis prouinciis conſtitutis, ſed etiam in ceteris longè regionibus procul ſitis poſtulata ſemper indulgenda ſanxerunt. Vnde obſecro Domnos ſucceſſores Eccleſiæ prænotatæ Pontifices, ſatis ſupérque per omnipotentiam Trinitatis immenſæ, Patris, & Filij, & Spiritûs Sancti obteſtare, immò coniurare præſumo, vt commendatum prænominatum Monaſterium piis mentibus iubeant diligere, iubeant fouere, iubeant continere, iubeant conſeruare. Et ne ſuccidua fraternitas Sacerdotum hoc nos in regionibus propria deliberationis inſtinctu, aut nouâ inuentione æſtimet decreta fuiſſe* (legendum videtur *feciſſe*) *cùm ſub huius conſtitutionis norma Sanctorum Agaunenſium locus, immóque & Monaſterium Lirinenſe, ſeu Monaſterium Luxonienſe, multáque alia Monaſteria, necnon & Baſilica Domni Marcelli, & innumera in Orientis partibus Monaſteria, propriis ex decreto Pontificum ſeruantur Priuilegiis. Ergo vno conſpirationis conſenſu, Dei nutu, antedictorum Patrum religionem penſantes, ita ab omnibus decretum eſt, vt nullam dominationem nos ſucceſſoréſque noſtri in ſuperſcripta Monaſteria virorum ſeu puellarum virginum, vbi ſunt congregati, quòd pro ſalute animarum ſuarum prædictus vir Bercharius & Waimerus ſeu & coniux ſua Waltidis vnà pariter conſtruxiſſe noſcuntur, habeamus, quatinus eis liberiùs liceat, Deo iuuante, ſine impedimento rei alicuius, contemplatiuam viuere vitam. Et cùm Pater Monaſtery fuerit de ſeculo euocatus, quem vnanimiter omnis congregatio ipſorum ſeruorum Dei vndecumque ſibi optimè regulam compertam elegerint, ſeniorem ſibi Abbatémque conſtituant; ſeu & cùm mater virginum de ſeculo fuerit euocata, quam vnanimiter omnis congregatio ipſarum ancillarum Chriſti vndecumque ſibi optimè regulam compertam elegerint, ſibi ſeniorem Matrem, vnà cum conſilio Monachorum Deruenſium fratrum, Abbatiſſam inſtituant, & ſi eis opportunum fuerit Abbatem benedicendi, aut chriſma conſecrandi, vel ſacros ordines percipiendi, hoc tantummodò nobis propter canoni-*

* vt illi
* La rivière de Voyre:
* Fligny.

eam inſtitutionem & praiudicium Eccleſia noſtra abſque vllo motu reſeruamus. Ceterùm verò, vt ſuperiùs continetur, nullam poteſtatem aut dominationem, neque nos, vel Archidiaconus, ſucceſſoréſque noſtri, vel quulibet perſonu habere non debeat, aut quamcumque de eodem Monaſterio vel cellulis eius, & parochiis, aut ceteris Monaſteriis cauſam audeat præſumere vel auferre. Et ſi aliquid ipſa congregatio de earum religione tepidè egerint, ſecundùm Regulam Sancti Benedicti vel Domni Columbani (Regulas Sancti Benedicti & Sancti Columbani diuerſas extitiſſe, & in Monaſteriis, quæ Sancti Columbani diſciplinis, inſtar Deruenſis ac Puellaris ſuprà nominatorum, addicta erant, Regulam Sancti Columbani ſeptimo ſeculo non ſuſceptam fuiſſe ſatis ſupérque Tomo ſuperiore probauimus [a]) *ab eorum Abbate vel Abbatiſſa, qui pro tempore ſpiritalis Pater vel Mater extiterint, corrigantur. Nam nullum Pontificium à nobis, neque à ſucceſſoribus noſtris in eodem Monaſterio pro cauſa cupiditatis, aut (quod abſit) auaritia habeatur, ſed proprio in Dei nomine fruantur Priuilegio. De rebus namque præfatis, conſtructoribus eiuſdem Sancti Monaſterij pro ſuſtentatione prædictorum ſanctorum Monachorum, Puellarum virginum, victum quoque ac veſtitum collatum, ſeu à ceteris Deum timentibus perſonis in anteà collaturis, vel à Regia poteſtate fuerit conceſſum, nihil ex hoc neque Pontificum, nec quarumlibet perſonarum diſtrahendi minuendíue causâ, poteſtas omnimodo non habeatur, niſi in Matribus vel Patribus eiuſdem Monaſterij, ſuíſque Præpoſitis, gubernandi, regendi, diſpenſandíque arbitrio ſeu diſpenſatione conſiſtat. Ideò quoque præſtitimus Priuilegium, quia nihil de canonica auctoritate conuellitur, quidquid domeſticis fidei & maximè contemplatiuam vitam ducentibus, pro quiete tranquillitatis tribuitur. Quòd ſi quis calliditate aut cupiditate præuentus, auſus fuerit ea, quæ ſunt ſuperiùs comprehenſa, temerario ſpiritu violare, à diuina vltione proſtratus, reatui anathematis ſubiaceat, veniátque ſuper eum lepra Naaman Syri, excommunicatúſque à ſancta efficiatur Eccleſia Catholica. Et nihilominùs hoc Priuilegium perpetuis temporibus maneat incorruptum. Quæ conſtitutio noſtra, vt firmis ſubſiſtat temporibus, manùs noſtræ ſubſcriptionibus eſt roborata. Et vt pleniùs confirmetur, ceteris fratribus & Coepiſcopis, qui ad præſens non fuerunt, deſtinauimus roborandam. Actum Remis publicè, data quem fecit menſis Febr. die* XV. *anno ſecundo Glorioſi Domini noſtri Clodouei Regis.*

[a] Ad an. 754.

CXXIII. In huius Priuilegij margine collocatur *an. Chr. 692.* cuius loco ſecundùm noſtram Chronologiam reſtituendus annus Chriſti ſexcenteſimus nonageſimus-quartus. Siue autem annum Chriſti retineas ſexcenteſimum nonageſimum-ſecundum, ſiue annum Chriſti ſexcenteſimum nonageſimum-quartum reponas, priùs ex hac vita diſceſſit Abbas Bercharius, cuius obitus in annum Chriſti ſexcenteſimum octogeſimum-quintum incidit, ideóque Dacherius, vbi de Berchario legitur, *Abbas præeſſe videtur*, legendum rectè monet, *Abbas præeſſe videbatur*, quia Catalaunenſis Epiſcopus anno ſecundo Clodouei Tertij Regis loqui de Berchario tanquam de Abbate adhuc ſuperſtite non potuit.

CXXIV. In eodem Priuilegio Catalaunenſis Epiſcopus nomen ſuum præter conſuetudinem reticet; Bertoendus in Indice titulorum Deruenſium nuncupatur; Epiſcopos quinque, qui ſimul ad Synodum Remenſem cum Rigoberto Metropolitano conuenerunt, ſuis appellat nominibus, Baſinum videlicet ſeu Bainum vt legendum putamus, Stephanum, Adalbertum, Alonem & Madalgarium.

CXXV. EPISCOPI REMENSES. Rigobertus Sancto Reolo ſucceſſit in Metropolitanam Remorum Sedem, è qua pulſus eſt anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo-ſeptimo, vitámque clauſit anno pòſt decimo-ſexto. Hæc certa nobis videntur & indubitata. Sed de tempore, quo Rigobertus Pontificatum ſuſcepit, quæſtio moueri poteſt. Reiectis multorum opinionibus, quæ nobis non placebant, nec adhuc placent, id anno Chriſti ſexcenteſimo nonageſimo-nono conti-

AN. CH. 745. CHILDERICI III. R. 2.

giſſe diximus [a], lectâ Sancti Gundeberti vitâ, quæ Sancto Reolo annos in Pontificatu Remenſi ſex ac viginti tribuit. At aliter nunc ſentire cogimur viſo Bertoendi Priuilegio, cui potior eſt auctoritas quàm vitæ Sancti Gundeberti Scriptore veteri nullatenus innixæ. Sanctus Reolus poſt Sanctum Niuardum in Remenſi Cathedra ſedere cœpit anno Chriſti ſexcenteſimo ſeptuageſimo-tertio, Rotomagenſi Concilio ſubſcripſit anno Chriſti ſexcenteſimo octogeſimo-octauo, migrauítque in cælum ante annum Chriſti ſexcenteſimum nonageſimum-quartum. Rigobertus eius ſucceſſor decimo-quinto Kalendas Martias eiuſdem anni poſt Chriſtum natum ſexcenteſimi nonageſimi-quarti Pontificatum tenebat, vt ex prælaudato Priuilegio patet. Atque inde obſerua rectè à nobis exploſum, quod nonnulli poſt Reoli mortem interpontificium introducunt. Illam autem Reoli mortem, quam in annum Chriſti ſexcenteſimum nonageſimum-quartum perperam reiecimus, aliquot annis beneuolâ correctione ſic anteuerte, vt Reolus anno Chriſti ſexcenteſimo duodenonageſimo ſit ſuperſtes, & Rigobertus anno Chriſti ſexcenteſimo nonageſimo-quarto Pontificatum gerat.

[a] Tom. 4. a. 699. nn. 4. & ſeqq.

CXXVI. Qui primo poſt Rigobertum loco Baſinus à Bertoendo nominatur, is nobis Bainus videtur. Vt enim Rigobertus Belgicæ ſecundæ Metropolitanus erat Epiſcopus, ita Baſinus Belgicæ primæ, propter Inſulas Treuirenſes, Bainus autem in Belgica ſeconda ſub Rigoberto Metropolitano Remenſi Diœceſim Taruannenſem adminiſtrabat, nec Bertoendum de Metropolitano hic locutum quis vnquam ſuſpicabitur.

CXXVII. Sequuntur alij quatuor Epiſcopi, Stephanus, Adalbertus, Alo & Madalgarius, omnes quoque, vt Bertoendus inſinuat, è ſecunda Belgica ſiue è prouincia Remenſi. Sueſſione ſedebat Adalbertus, cui locum in Nomenclatura Sueſſionenſium Epiſcoporum tribuimus inter Warimbertum & Gaudinum, quorum ille viuebat anno Chriſti ſexcenteſimo ſeptuageſimo-quarto, hic aureolam æternæ vitæ percepit anno Chriſti circiter ſeptingenteſimo. Madalgarius ſeu Maldagarius Laudunenſis erat Epiſcopus, Serulfo enim, qui Diœceſim Laudunenſem anno Chriſti ſexcenteſimo octogeſimo-ſeptimo regebat, proximè ſucceſſit. De Stephano & Alone nihil legimus. Si coniecturis agere licet, Epiſcopi fuerunt Eccleſiarum Bellouacenſis & Siluanectenſis, ſed vter vtri præfuerit Eccleſiæ, vix vlla poteſt aſſequi coniectura, ſuſpicamur tamen Bellouaci ſediſſe Stephanum, Alonem Siluanecti, quoniam Alo propter initialem literam facilè cum Siluanectenſibus Epiſcopis, Agomaro, Autberto, & Amando, confundi potuit. Epiſcoporum autem, qui ceteras Eccleſias Belgicæ ſecundæ, Ambianenſem, Arrebatenſem, Cameracenſem, Nouiomenſem, & Tornacenſem per illam ætatem adminiſtrarunt, locupletiores ſunt Catalogi, quàm vt hoc loco mutili videantur.

CXXVIII. Audoenus Rotomagenſis Metropolitanus vitam Sancti Eligij Nouiomenſis Epiſcopi, poſt mortem Clotarij Tertij Regis, id eſt, poſt annum Chriſti ſeptingenteſimum vndeſeptuageſimum, cùm totius Franciæ Monarchia penes Childericum Secundum eſſet, in literas retulit, & in illa lucubratione locutus eſt de Clemente Bellouacenſi Epiſcopo tum ſuperſtite, vt ex hoc textu liquidò conſtat. *Baſilicâ conſtructâ, tecto mirificè exornato, condignum in æternum poſſidet Eligius hoſpitium. Quem videlicet locum Clemens Pontifex Belnacenſis ſub ſuo habet regimine.* Poſt Clementem, in Catalogo Bellouacenſium Epiſcoporum, apud Democharem, Loiſelium, Chenutium, Robertum & Sammarthanos, vnanimi conſenſu ſequitur Conſtantinus ſeu Conſtantius, quem literæ Guidonis Bellouacenſis Epiſcopi Tomo ſuperiori [b] citatæ ſynchronum Childeberto Regi conſtituunt. Ceterùm medius inter Clementem & Conſtantinum ſedere potuit Stephanus, qui Pontificatum inierit regnante jam Theodorico Tertio, vitámque cum morte commutarit Childeberto Tertio Regnum adepto. Cetera quadrabunt

BELLOVACENSES.

[b] Ad a. 696. n. 20.

optimè, literis Guidonis Epiſcopi Bellouacenſis ſua ſtabit auctoritas, Conſtantinus Bellouacenſis Epiſcopus Childeberto Regi ſynchronus aſſeretur. AN. CH.

Ab anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-octauo, quo Candidus Siluanectenſis Epiſcopus obiit, ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum vndetriceſimum, quo mortem Amandi Siluanectenſis Epiſcopi conſignauimus, anni centum triginta & vnus effluxerunt, quos Carolus Iaulnæus in tres Pontificatus ita diſtinguit, vt Agomaro annos in Epiſcopatu triginta ſex, Autberto vnum & quinquaginta, Amando tres & quadraginta tribuat. Huic autem opinioni duæ res plurimùm officiunt. Agomarus anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo ſuperſtes in viuis erat, & anno Chriſti ſexcenteſimo nonageſimo-quarto Siluanectenſem Pontificatum gerebat Alo. Commodiùs ac faciliùs emendari reſtituique non poteſt iſta Chronologia, quàm ſi quos Nomenclator annos quinquaginta & vnum aſſignat Autberto, demus Agomaro; ac viciſſim quos Agomaro dat annos triginta-ſex, aſſignemus Autberto. Sic enim ſuam Agomarus vitam ad annum vſque Chriſti ſexcenteſimum quadrageſimum-nonum prorogabit, ſuámque claudet Autbertus anno Chriſti ſexcenteſimo octogeſimo-quinto. Rectè quoque conſtabunt, quæ de eodem Autberto ad annos Chriſti, ſexcenteſimum quinquageſimum-ſecundum, ſexcenteſimum ſexageſimum-primum & ſexcenteſimum ſexageſimum-ſecundum dicta ſunt. Qui verò poſt Autberti mortem ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum viceſimum-nonum ſuperſunt anni quatuor & quadraginta, ſic duos in Pontificatus diuidendi ſunt, vt ſaltem ad annum vſque Chriſti ſexcenteſimum nonageſimum-quartum, quo Bertoendus Catalaunenſis Epiſcopus Deruenſi Monaſterio Priuilegium conceſſit, ſedeat Alo, deinde Amandus, cuius obitus in annum Chriſti ſeptingenteſimum viceſimum-nonum incidit. 745. CHILDERICI III. R. 2. CXXIX.

Tomo ſuperiore, cùm ſermo nobis eſſet de variis Præceptis, quæ Reges Francorum pro Sitiuenſi Monaſterio emiſerunt, obſeruauimus [a] Regiæ Præceptionis à Theodorico Tertio datæ fragmentum apud Malbrancum [b] legi cum hac ſubſcriptione. *Signum Glorioſi Regis Theodorici. Data ſub die* x. *Kal. Nouembris, anno* x. *Regni noſtri, Compendio Palatio, in Dei nomine feliciter.* Lucas Dacherius in prælaudato decimo Spicilegij ſui Tomo nuperrimè Præceptum eiuſdem Theodorici Tertij Regis pro Deruenſi Monaſterio publicauit, datum quoque *Compendio Palatio*, x. *Kal. Iunij, anno decimo Regni eius.* Placet illud hîc etiam, licèt extra locum, exſcribere. CXXX.

[a] Ad an. 721. n. 51.
[b] L. 4. c. 16.

*Principalis Serenitas ſemper in cuncto debet proſpicere, præcipuè petitionibus Sacerdotum, quæ ritè propoſuerunt, benigno animo ſuſcipere, & ad effectum perducere, vt de obtento beneficio valeant gratulari, & eos meliùs delectet pro quiete Regni noſtri & conſtantiâ adtentiùs Domini miſericordiam deprecari. Ideóque venerabilis vir Bercharius Abba de Monaſterio Puteolos, quod bonæ memoriæ germanus noſter Childericus quondam Rex, ob amorem Dei in foreſta Derno, & ſine Waſſiacenſe *, ſupra fluuium Vigora, in honore beati Petri & Pauli, vel ceterorum Sanctorum, Domino cognoſcitur ædificaſſe, Clementia Regni noſtri ſuggeſſit, eo quòd ipſe Princeps integram emmunitatem ad ipſum Monaſterium feciſſet. Vnde & ipſam emmunitatem nobis in præſenti protulit relegendam. Sed pro rei totius firmitate petiit Celſitudinem noſtram, vt hoc circa ipſum Monaſterium confirmare deberemus. Cuius petitionem non abnegaſſe, ſed in omnibus præſtitiſſe cognoſcite. Et ideò iubemus, vt de omni facultate ipſius Monaſterij, tam quod ipſe Princeps ibidem delegaſſe, quàm etiam quod à reliquis Chriſtianis hominibus noſcitur fuiſſe condonatum, quódque ad præſens in quibus locis ac territoriis, & ex ejus hæreditate vel ſtudio, tam vltra Ligerim, in Herla ſcilicet & Saturiaco, vel Donnofronte cum appenditiis ſuis & Diſcio cum appenditiis ſuis; quàm etiam citra Ligerim poſſidere videntur; ſeu quod ibidem adhuc in anteà in Dei nomine à Chriſtianis hominibus juſtè & rationabiliter fuerit additum vel condonatum; pro quiete ipſius Regni noſtri integram em-* CXXXI. PRÆCEPTUM PRO MON. DERVENSI.

* Waſſy.

AN. CH. 745. CHILDERICI III. R. 2.

munitatem pro reverentia ipſius ſancti loci concedimus, vt nullus Index publicus quolibet modo judiciariâ accinctus poteſtate, in curtes ipſius Monaſterij vbicumque ad præſens eorum maneat poſſeſſio vel dominatio, aut quod in anteà fuerit additum aut condonatum, nec ad cauſas audiendum, nec fideiuſſores tollendum, nec freda exigendum, nec manſiones faciendum, nec rotaticum infra vrbes vel in mercatis extorquendum, nec vllas paratas aut quaslibet redhibitiones exactare præſumat. Sed in omni facultate ipſius Monaſterij, vt præfatum eſt, in omnibus locis & territoriis, vbi aliquid poſſidere videntur & dominari, abſque interdicto Iudicum, remotis & reſecatis omnibus petitionibus de partibus fiſci, vſque ſuper ripam fluuioli Magnentis, progrediente in directum termino ad locum, qui Vallis-profunda nuncupatur, ſub emmunitatis nomine inconcuſſæ tam noſtris quàm futuris temporibus valeant dominari vel poſſidere. Quo fiat vt & nos pro præſtito beneficio mercedem obtineamus, & ipſos ſervos Dei in ipſo Monaſterio conſiſtentes meliùs delectet pro ſtabilitate Regni noſtri adtentiùs Domini miſericordiam deprecari. Et vt hac emmunitas firmior habeatur, & pro tempore conſeruetur, manûs noſtra ſubſcriptionibus ſubter eam decreuimus roborari. Data x. Kal. Iunij, anno decimo Regni eius. Actum Compendio Palatio.

CXXXII. QVANDO DATVM. Vt Bertoendus Catalaunenſis Epiſcopus in ſuo Priuilegio ſuprà recitato, ſic & Theodoricus Rex in ſuo Præcepto nomen ſuum reticet. Hic tamen haud obſcurè ſe prodit, cùm Childericum Regem Abbate Berchario ſuperſtite germanum ſuum & in Regno anteceſſorem laudat. E tribus enim Childericis, qui Francis imperarunt, ſolus Childericus Secundus ætate Bercharij regnauit, eidémque Childerico Secundo ſolus è fratribus Theodoricus, hujus nominis Tertius, ſuperuixit. Annum decimum Theodorici Tertij Regis cum anno Chriſti ſexcenteſimo ſeptuageſimo-octauo componit Malbrancus libro quarto de Morinis, vbi de Regia Præceptione Theodorici Tertij pro Monaſterio Sitiuenſi ſermonem facit. *Quod*, inquit, *reſpondet noſtra Chronologia anno* 678. In Spicilegio Dacheriano ad oram Regij Præcepti pro Monaſterio Deruenſi legitur hæc notatiuncula, *anno Chr.* 787. *circiter.* Annum autem decimum Theodorici Tertij Regis comparauimus cum anno Chriſti ſexcenteſimo octogeſimo-tertio, quo Rotomagenſis Antiſtes Audoenus apud Clippiacum in comitatu Theodorici Regis obiit. Illo igitur anno, quo idem Audoenus apud Auſtraſios Legatione functus eſt, in Neuſtria verſabatur Rex Theodoricus, oihilque vetat, quominus eodem anno apud Compendium decimo Kalendas Iunij pro Monaſterio Deruenſi Præceptum emiſerit, deinde menſe Auguſto, quo mors Audoeni contigit, degerit apud Clippiacum, poſteà reuerſus Compendium Regiam ibi Præceptionem pro Monaſterio Sitiuenſi dederit decimo Kalendas Nouembris.

CXXXIII. De Regio Præcepto & Epiſcopali Priuilegio pro Monaſterio Deruenſi, quæ ſeriùs in noſtras manus venerunt, hæc dicta ſunto, ſuis, vt monuimus, locis, ad annos Chriſti ſexcenteſimum octogeſimum-tertium & ſexcenteſimum nonageſimum-quartum, inſerenda.

ANNVS CHRISTI 746.

CHILDERICI III. R. 3.

ANNO Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſexto; Synodus in Maioratu Carolomanni celebrata eſt; vtrùm Moguntiæ, an alibi, quia deſunt antiquæ probationes, manet incertum. Pro Moguntia ſtat Serarius libro tertio rerum Moguntiacarum in notationibus [a] ad vitam Sancti Bonifacij, quamuis libro primo [b], cùm Indicem Synodorum Moguntinarum texit, hanc omittat. Canones illius Concilij perierunt, Rerum tamen tunc geſtarum præcipua pars ex actis epiſtoliſque Bonifacianis ſuppleri poteſt. I.

SYNODVS IN MAIORATV CAROLOMANNI CELEBRATVR.

[a] Not. 51. 54.
[b] Cap. 33.

In ea Synodo Clemens & Eldebertus ob hæreſim damnari ſunt, ac depoſitus Geruilio Moguntinus Epiſcopus. Vtrumque teſtatur Othlonus in vita [c] Sancti Bonifacij. II.

[c] Lib. 1. c. 37.

Primum ſic. *Cùm ergo Karlomanni præcepto, Sanctique Bonifacij conſilio, Synodalis conuentus haberetur, multi ibi non ſolùm Clerici quilibet hæreticâ prauitate decepti, ab Eccleſia communione expellebantur, ſed etiam Epiſcopi, qui pro aliqua capitalis criminis macula diffamati erant, deponebantur. Erroris autem totius, qui tunc in Germania excreuerat, maximi fuerant auctores, duo hæretici, quorum vnus Clemens, alter verò Eldebertus dicebatur. De quibus poſtmodum, cùm epiſtolas ad Zachariam Papam miſſas proferre cœperimus, dicetur congruentiùs.* Integras Bonifacij literas infrà deſcribemus, in quibus errores omnes cùm Clementis tum Eldeberti continentur: hîc tantùm nota Eldebertum non alium eſſe ab Adalberto, de quo locuti iam ſumus in Synodo Sueſſionica [d], & à Willibaldo in vita Sancti Bonifacij Eldeberchum & Elberchtum vocari. III.

CLEMENS ET ELDEBERTVS HÆRETICI DAMNANTVR.

[d] Cann. 2. 7.

Quod attinet ad depoſitionem Geruilionis Epiſcopi Moguntini, de quo ſermonem jam fecimus, allatæ ſunt duæ cauſæ; vna, quòd homicidij reus eſſet; altera, quòd venationi cum auibus & canibus vacaret. De homicidio, quod in bello Saxonico commiſit, actum ante biennium [e]. *Reuerſus,* inquit Othlonus [f], *ſolitos Epiſcopales ſibi vendicauit vſus. At Sanctus Præſul Bonifacius inter cetera correctionis colloquia, hæc pariter in conuentu Synodali protulit, atteſtans nullum homicidij reatu pollutum debere Epiſcopali Sacerdotio fungi. Ad hæc etiam ei obiecit, propriis oculis ſe perſpexiſſe illum cum auibus canibúſque iocantem, quod Epiſcopo nullatenus liceret. Audiens autem hæc Gewilieb* ſeu Geruilio vel Geruilius, *ſentienſque ſe nullo modo contra ſtimulum vel ſæcularis potentiæ, ſeu auctoritatis Canonicæ, quæ mediante Sancto Bonifacio, in omnes coram poſitos deferebatur, calcitrare poſſe, iudicio conſentit communi, depoſitúſque eſt ab ordine Epiſcopali.* IV.

GERVILIO EP. MOGVNTINVS DEPONITVR.

[e] Ad an. 744. n. 15.
[f] Lib. 1. c. 37.

Depoſitionem Geruilionis quid ſit ſecutum, ſic indicat Othlonus. *Statim Sanctus Bonifacius à ſupradictis Principibus, Karlomanno videlicet & Pippino fratre eius, Eccleſiæ Mogonciacenſi præficitur, &, vt eius dignitas eminentior foret, decreuerunt iidem Principes Eccleſiam Mogonciacenſem, quæ priùs alteri ſubiecta erat, Metropolim omnium in Germania poſitarum Eccleſiarum efficere, móxque Legatione factâ illud à Præſule Apoſtolico impetrauere.* V.

BONIFACIVS FIT EP. MOGVNTINVS METROPOLIT.

Super Archiepiſcopatu Bonifacij figendo triplex Procerum Francorum fuit diuerſis temporibus opinio. Nam primò Sedem eius Metropolitanam in ciuitate, quæ partes Germanicarum gentium vbi antè prædicarat, fineſque paganorum contingeret, collocandam indeterminatè putarunt, poſteà VI.

AN. CH. 746. CHILDERICI III. R. 3.

determinatè in Agrippinenſi ſeu Colonienſi, poſtremò in Moguntiaca. De Moguntia clarus eſt Othloni textus ſuprà citatus, vt & de aliis locis epiſtola Zachariæ Papæ, data pridie Kalendas Nouembris, hoc vtique anno, Conſtantini Auguſti viceſimo ſeptimo.

VII. Hæc apud Antonium de Aquino inter Zachariæ Decretales eſt ſexta, apud Binium octaua, & in Codice Bonifacianarum numeratur duodequadrageſima ſupra centeſimam. Tres in partes diuiditur, id eſt, in tres reſponſiones ad totidem epiſtolas Bonifacij, quarum prima exeunte anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quarto ſcripta eſt, nec hodie inuenitur; aliæ verò duæ directæ ſunt hoc anno poſt Synodi celebrationem; harum quoque poſterior periit; at prior, quæ inter Bonifacianas centeſima triceſima-quinta numeratur, extat edita in hunc modum.

VIII. PER LITERAS APVD PAPAM QVERITVR,

Excellentiſſimo Patri atque Apoſtolico Pontifici, & ex auctoritate Sancti Petri Principis Apoſtolorum magiſterio freto, Zacharia Papa, Bonifacius exiguus ſeruus ſeruorum Dei, optabilem in Chriſto charitatis ſalutem. Poſtquam me ante annos prope triginta ſub familiaritate & ſeruitio Apoſtolica Sedis, annuente & iubente veneranda memoria Antiſtite Apoſtolico Gregorio, anteriore voto, conſtrinxi, quidquid mihi latitia acciderat, Apoſtolico Pontifici ſolebam indicare, vt in latis ſimul laudaremus Deum, & in triſtibus, eius conſilio roborarer. Ita & nunc mihi liceat, pietati veſtra ſupplico, ſicut ſcriptum eſt. [Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi; ſeniores tuos, & dicent tibi.] Notum enim ſit paternitati veſtra, quia poſtquàm indigno mihi mandaſtis in prouincia Francorum, ſicut & ipſi rogauerunt, Sacerdotali Concilio & Synodali Conuentui praeſſe, multas iniurias & perſecutiones paſſus ſum, maximè à falſis Sacerdotibus, ab adulteratis Presbyteris, ſeu Diaconibus, & fornicariis Clericis. Maximus tamen mihi labor fuit contra duos hareticos peſſimos, & publicos, &

DE DVOBVS HÆRETICIS,

blaſphemos contra Deum & contra Catholicam fidem. Vnus, qui dicitur Aldebert, natione generis Gallus eſt. Alter, qui dicitur Clemens, Scotus eſt. Specie erroris, diuerſi; ſed pondere peccatorum, pares. Contra iſtos obſecro Apoſtolicam auctoritatem veſtram, quòd meam mediocritatem defendere & adiuuare, & per ſcripta veſtra populum Francorum & Gallorum corrigere ſtudeatis, vt hareticorum fabulas, & vana prodigia, & ſigna pracurſoris antichriſti non ſectentur, ſed ad Canonica iura & ad viam vera doctrina conuertantur; & vt per verbum veſtrum iſti haretici duo mittantur in carcerem, ſi vobis iuſtum eſſe videatur, cùm vitam & doctrinam illorum vobis intimauero, & nullus cum eis loquatur, vel communionem habeat, ne fortè fermento doctrina fermentatus quis percat, ſed ſegregati viuant, & iuxta dictum Apoſtoli, huiuſmodi traditi ſathana in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini, & iuxta Euangelicum praceptum, dum Eccleſiam non audierunt, ſint nobis ſicut ethnici & publicani, donec diſcant non blaſphemare, nec ſcindere tunicam Chriſti. Propter iſtos enim, perſecutiones, & inimicitias & maledictiones multorum populorum patior, & Eccleſia Chriſti impedimentum fidei & doc-

ALDEBERTO,

trina recta ſuſtinet. Dicunt enim de Aldeberto, quòd eis ſanctiſſimum Apoſtolum abſtuliſſem, patronum, & oratorem, & virtutum factorem, & ſignorum oſtenſorem abſtraxiſſem. Sed pietas veſtra audiens vitam eius, iudicet ex fructu, vtrùm veſtimenta ouium indutus, intus autem lupus rapax fuiſſet, an non. In primaua enim atate hypocrita fuit, dicens, quòd ſibi Angelus Domini, in ſpecie hominis, de extremis finibus mundi, mira tamen & incerta ſanctitatis, reliquias attuliſſet, & exinde potuiſſet omnia, quacumque popoſcerit, à Deo impetrare, & tunc demùm per illam ſimulationem, ſicut Apoſtolus Paulus pradixit, penetrauit multorum domos, & captiuas duxit poſt ſe mulierculas oneratas peccatis, qua ducebantur variis deſideriis, & multitudinem ruſticorum dicentium, quòd ipſe eſſet vir Apoſtolica ſanctitatis; & ſigna & prodigia multa feciſſet. Deinde conduxit Epiſcopos indoctos, qui ſe contra pracepta Canonum abſolutè ordinarunt. Tum demùm in tantam ſuperbiam elatus eſt, vt ſe aqui-

AN. CH. 746. CHILDERICI III. R. 3.

parares Apoſtolu Chriſti, & dedignabatur in alicuius honore Apoſtolorum vel Martyrum Eccleſiam conſecrare. Et interrogauit, quid voluiſſent homines viſitando limina Sanctorum Apoſtolorum. Poſteà in proprio honore ſuo dedicauit oratoria, vel, vt veriùs dicam, ſordidauit; fecit cruciculas & oratoriola in campis, & ad fontes, vel vbicunque ſibi viſum fuit, & iuſſit ibi publicas orationes celebrare, donec multitudines populorum, ſpretis ceteris Epiſcopis, & dimiſſis antiquis Eccleſiis, in talibus locis conuentus celebrabant, dicentes. Merita ſancti Aldeberti adiuuabunt nos. Vngulas ſuas & capillos dedit ad honorificandum & portandum cum Reliquiis Sancti Petri Principis Apoſtolorum. Tum demùm, quod maximum ſcelus & blaſphemia contra Deum eſſe videbatur, fecit. Venienti enim populo, & proſtrato ante pedes eius, & cupienti confiteri peccata ſua, dixit. Scio omnia peccata veſtra, quia mihi cognita ſunt occulta veſtra; non eſt opus confiteri, ſed dimiſſa ſunt peccata veſtra præterita; ſecuri & abſoluti reuertimini ad domos veſtras cum pace. Et omnia, quæcunque Sanctum Euangelium hypocritas feciſſe teſtatur, ſuo habitu, inceſſu, & moribus imitatus eſt. Alter autem hæreticus, qui dicitur Clemens, contra Catholicam contendit Eccleſiam, Canones Eccleſiarum Chriſti abnegat, & refutat tractatus, & intellectus Sanctorum Patrum, Hieronymi, Auguſtini, Gregorij, recuſat. Synodalia iura ſpernens, proprio ſenſu affirmat ſe, poſt duos filios ſibi in adulterio natos, ſub nomine Epiſcopi eſſe poſſe legis Chriſtianæ Epiſcopum. Iudaiſmum inducens iudicat iuſtum eſſe Chriſtiano, vt, ſi voluerit, viduam fratris defuncti accipiat vxorem. Qui contra fidem Sanctorum contendit, dicens quòd Chriſtus filius Dei deſcendens ad inferos, omnes, quos inferni carcer detinuit, inde liberaſſet, credulos & incredulos, laudatores Dei ſimul & cultores idolorum; & multa alia horribilia de prædeſtinatione Dei contraria fidei Catholicæ affirmat. Quapropter de hoc quoque hæretico precor, vt per literas veſtras mandare curetis Duci Carolomanno, vt mittatur in cuſtodiam, vt ſemina ſathanæ latiùs non ſeminet, ne forſitan vna ouis morbida totum gregem polluat. Valere Sanctitatem veſtram, & proſperis profectibus gaudere in longitudinem dierum optamus.

ET CLEMENTI.

IX. Præter errores Clementis & Aldeberti, tria præcipuè ſunt in hiſce literis obſeruanda. Bonifacius ait ſe *ante annos prope triginta ſub familiaritate & ſeruitio Apoſtolicæ Sedis, annuente & iubente veneranda memoria Antiſtite Apoſtolico Gregorio, anteriore voto* conſtrictum, id eſt, ante annos duodetriginta, ſiue ab anno Chriſti ſeptingenteſimo duodeuiceſimo, quo Romam primùm venit, & præco Chriſtianæ fidei Legatúſque Sedis Apoſtolicæ creatus eſt à Gregorio Secundo Papa, vt auctoritate Pontificiâ gentibus, quibus Chriſtus nondum annuntiatus, Euangelium prædicaret. Deinde idem Bonifacius, vbi agit de populo *Francorum & Gallorum*, Francos à Gallis ita diſtinguere videtur, vt medium inter vtroſque Rhenum collocet. Denique dum nullam Pippini mentionem facit, & Papam rogat tantùm, vt Carolomanno Duci ſcribat, oſtendit ſe præcipuè ſollicitum de rebus quæ fiunt intra Carolomanni Maioratum, vbi moratur.

X. Priùs autem, quàm prædictæ Bonifacij literæ venirent in manus Romani Pontificis, hic eidem Bonifacio ſuper controuerſia de Baptiſmo exorta reſcripſit. Diſputationis hæc cauſa fuit. In Boioaria Sacerdos formâ ſolitâ ſed vitiatâ Latinitate baptizauit, dicens. *Baptizo te in nomine patria & filia & ſpiritua ſancta.* Quos ille baptizauit, rebaptizandos exiſtimauit Bonifacius, aliter ſenſerunt Virgilius & Sedonius, qui perrexerant in Boioariam Euangelij propagandi cauſâ, ſéque in ipſius Bonifacij diſciplinam tradiderant. Hi laudantur à Baronio, quòd coram Eccleſia cum magiſtro ſuo diſputare noluerint, maluerintque rem totam Romano Pontifici referre per literas, vt Bonifacius, quid agendum in hac eſſet cauſa, ſcriptis Apoſtolicis monitus ediſceret. Vocantur à Zacharia Papa *religioſi viri.* Sed eos hypocriſi atque ambitione laboraſſe probauit euentus, vt dicemus infrà.

IN DISPVTATIONE DE FORMA BAPTISMI.

AN. CH. 746. CHILDERICI III. R. 3.

XI. LITERIS ZACHARIÆ PP.

Literæ Pontificiæ tales ſunt. *Reuerentiſſimo & ſanctiſſimo Fratri Bonifacio Coepiſcopo, Zacharias ſeruus ſeruorum Dei. Virgilius & Sedonius religioſi viri apud Boioariorum prouinciam degentes ſuis nos literis viſitarunt. Per quas intimauerunt, quòd tua reuerenda Fraternitas eis iniungeret Chriſtianos denuò baptizare. Quod audientes nimis ſumus conturbati, & in admirationem quandam incidimus, ſi habet, vt dictum eſt. Retulerunt quippe quòd fuerit in eadem prouincia Sacerdos, qui Latinam linguam penitus ignorabat, & dum baptizaret, neſciens, Latini eloquij infringens linguam diceret. Baptizo te in nomine patria & filia & ſpiritua ſancta. Ac per hoc tua reuerenda Fraternitas conſiderauit rebaptizare. Sed, ſanctiſſime Frater, ſi ille, qui baptizauit, non errorem aut hæreſim introducens, ſed, pro ſola ignorantia, Romanæ locutionis infringendo linguam, vt ſuprà fati ſumus, baptizans dixiſſet, non poſſumus conſentire, vt denuò baptizentur. Quia, quod tua benè conceptum habet ſancta Fraternitas, quicunque baptizatus fuerit ab hæreticis in nomine Patris & Filij & Spiritûs Sancti, nullo modo rebaptizari debeat, ſed per ſolam manûs impoſitionem purgari debeat. Nam, ſanctiſſime Frater, ſi ita eſt, vt nobis relatum eſt, non ampliùs à te illis prædicetur huiuſmodi, ſed, vt Sancti Patres docent & prædicant, tua Sanctitas ſtudeat conſeruare. Data Kalendis Iulijs, imperante Domino piiſſimo Auguſto Conſtantino, à Deo coronato, Magno Imperatore, anno viceſimo-ſexto, Imperij eius anno quarto, Indictione quartâ-decimâ.*

XII. Hi Characteres Chronologici deſiderantur in nonnullis exemplaribus, & inter ſe non benè conueniunt ambæ Conſtantini Imperatoris epochæ. Nam, menſe Iulio, annus Conſtantini Auguſti viceſimus-ſextus, ex quo vocatus eſt à patre in conſortium Imperij, illigatur anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quinto; annus verò quartus, ex quo poſt patris mortem ſolus imperare cœpit, conuenit cum anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quarto. Deinde neutri Conſtantini Imperatoris epochæ ſuffragatur Indictio decima-quarta, quæ per menſem Iulium cum anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſexto comparatur. Idcircò Baro-

[a] Ad an. 744. n. 2.

nius [a] reponit Indictionem duodecimam, quacum annum Conſtantini Auguſti viceſimum-ſextum & annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-quartum componit. At, vt ſæpè monuimus, primam Conſtantini Imperatoris epocham anno vno præuertit, Leonem enim eius patrem vno anno citiùs, quàm par eſt, Imperatorem conſtituit. Deinde anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quarto, Romæ, in publicis inſtrumentis, non Conſtantini ſed Artauaſdi & Nicephori tunc imperantium nomina ponebantur. Quapropter è notis Chronologicis ſuprà deſcriptis, quas in Codicibus epiſtolarum Decretalium ac Bonifacianarum, necnon in Collectionibus Conciliorum Biniana & Sirmondana reperies, ſolam Indictionem ſeruandam arbitrare, & iuxta illam ceteros Characteres Chronologicos ita corrige. *Data Kalendis Iulijs, imperante Domino piiſſimo Auguſto Conſtantino, à Deo coronato, Magno Imperatore, anno viceſima-ſeptimo, Imperij eius anno ſexto, Indictione decimâ-quartâ.*

XIII. ACQVIESCIT.

Bonifacius acceptis Papæ literis, vt pacis filius, quod ei maximæ laudi cedit, Apoſtolicæ Sedis ſententiæ ſtatim acquieuit, nec vllum deinceps ea de controuerſia verbum reperitur factum. Ortæ verò paulò pòſt aliæ, de quibus, vt & de Virgilij profectione in Italiam, agemus infrà.

XIV. Hoc eodem anno, menſe Octobri, tribus Secretariis ſeu Seſſionibus acta Synodus, in qua damnati Clemens & Aldebertus hæretici, de quibus ſuprà. Temporis, quo Synodus habita, notæ in vita [b] Sancti Bonifacij ſic editæ reperiuntur apud Serarium [c]. *Imperante Domino piiſſimo Auguſto Conſtantino Imperatore, anno* XXVI. *poſt Conſulatum eius anno quinto, menſe Octobris, die viceſimâ-quintâ, Indictione quartâ & decimâ.* Et apud Surium [d]. *Imperante Domino piiſſimo Auguſto Conſtantino Imperatore, anno 26 Imperij eius, menſe Octob. die 25. Indictione* 14. Baronius [e] in margine

[b] Lib. 2. c. 5.
[c] Lib. 3. rerum Moguntiac.
[d] D. 5. Iun.
[e] Ad an. 745. n. 22.

AN. CH. 746. CHILDERICI III. R. 3.

ROMANA SYNODVS.

reponit annum Imperij quintum, & omiſſâ priore Conſtantini Imperatoris epochâ, poſteriorem ſic conſignandam inſinuat. *Imperante Domino piiſſimo Auguſto Conſtantino Imperatore, anno quinto Imperij eius.* Sirmondus vtramque Conſtantini Auguſti epocham retinet; primam ſic, *imperante Domino piiſſimo Auguſto Conſtantino Imperatore, anno* XXVI; alteram ſic, *poſt Conſulatum eius anno quinto.* Et in annotationibus obſeruat annos Imperij & annos poſt Conſulatum eôdem recidere, quia Conſtantinus Kalendis, poſt Leonis patris obitum, ſeu poſt Imperij ſui Natale, proximis Conſulatum iniit. Vt autem per menſem Octobrem annus Conſtantini Auguſti viceſimus-ſextus, ex quo conſors Imperij factus eſt à patre, ſic & annus quintus eiuſdem Conſtantini Imperatoris, ex quo poſt patris mortem ſolus Imperium tenuit, per eundem menſem Octobrem illigatur anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quinto, & Indictioni decimæ-quartæ menſe Septembri cœptæ. Sed anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quinto, Romæ, per menſem Octobrem, in actis publicis, prætetito Conſtantino cuius nomen Romanis odioſum erat, nominabantur Artauaſdus & Nicephorus qui tertium in Imperio tunc annum numerabant. Id patet ex ſubſcriptionibus epiſtolarum, quas ad illum annum recitauimus. Vna enim ſic habet. *Dat. X. Calen. Iul. Imp. Dom. Artanaſdo à Deo coronato Magno Imp. anno* III. *Pat. eius anno* III. *ſed & Nicephoro Magno Imp. anno* III. Altera ſic. *Data Nonis Nouembris, imperante Domino piiſſimo Auguſto Artabaſdo à Deo coronato Magno Imperatore anno tertio, Patriciatûs eius anno tertio, ſed & Nicephoro Magno Imperatore eius filio anno tertio.* Quapropter Synodus Romana, cuius Seſſionibus nomen Conſtantini Auguſti præfigitur, poſt annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-quintum reiici debet, annóque Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſexto videtur conſignanda, quia poſt illam Synodum Zacharias Papa ſtatim literas Bonifacio ſcripſit, quæ reperiuntur [a] datæ *pridie Kalend. Nouemb. imperante Domino piiſſimo Auguſto Conſtantino, à Deo coronato, Magno Imperatore, anno* XXVII. Synodus igitur Romana, cuius Acta mox deſcripturi ſumus, habita eſt *imperante Domino piiſſimo Auguſto Conſtantino Imperatore anno* XXVII. *poſt Conſulatum eius anno ſexto, menſe Octobri, die viceſimâ-quintâ, Indictione quintâ & decimâ.* Hac obſeruatione præmiſſâ, quæ ſpectat ad Chronologiam, res in ipſa Synodo geſtas nunc inſpiciamus.

[a] Othlon. ap. Serar. in vit. S. Boniface. l. 2. c. 8.

XV. Primum Secretarium. *In Nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Imperante Domino* [1] *piiſſimo Auguſto Conſtantino Imperatore, anno* XXVI. *poſt Conſulatum eius anno quinto, menſe Octobri, die viceſimâ-quintâ, Indictione quartâ & decimâ* (vel potiùs, vt præfati ſumus, Conſtantino Imperatore, anno XXVII. poſt Conſulatum eius anno ſexto, menſe Octobri, die viceſimâ-quintâ, Indictione quintâ & decimâ) *præſidente* [2] *ſanctiſſimo ac beatiſſimo Domino Zachariâ Papâ in Patriarchio Lateranenſi, in Baſilica, quæ appellatur Theodori, conſidentibus autem cum eo ſanctiſſimis Epiſcopis, Epiphanio Sylnâ Candidâ, Benedicto Nomento, Venantio Præneſte, Gregorio Portuenſi, Nicetâ Gabiis, Theodoro Ortenſi, Gratioſa Villitrias, ſeu venerabilibus Presbyteris, id eſt, Ioanne Archipresbytero, Gregorio, Stephano, item Stephano, Dominico, Theodoro, Anaſtaſio, Georgio, Sergio, Iordane, Leone, item Leone, Gregorio, Stephano, Euſtochio, Procopio, atque Theophanio; propoſitis in medio ſacroſanctis Euangeliis, aſtantibus quoque Diaconibus, vel cuncto Clero, Gregorius Notarius regionarius & Nomenculator dixit. Denehardus religioſus Presbyter, Legatus Bonifacij ſanctiſſimi Archiepiſcopi prouincia Germania, directus apud veſtrum ſanctum Apoſtolatum, præ velo eſt, & petit ſe ingredi, quid præcipitis? Dictum eſt. Ingrediatur. Cúmque ingreſſus fuiſſet, Zacharias ſanctiſſimus ac beatiſſimus Papa ſancta Dei Catholicæ atque Apoſtolicæ vrbis Romæ dixit. Ante hos dies ſyllabas reuerentiſſimi* [3] *atque ſanctiſſimi Fratris noſtri Bonifacij Archiepiſcopi nobis retuliſti, per quas nobis quæ opportuna ei viſa ſunt, indicauit.*

[1] Sirmond. Domno.

[2] Serar. reſidente.

[3] Serar. reuerendiſſimi.

AN. CH. 746. CHILDERICI III. R. 3.

Quid ergo denuò noſtris [4] *Secretariis te ingredi poſtulaſti? Denеardus religioſus Presbyter dixit. Domine mi, dum, iuxta ſancti Apoſtolatûs præceptionem, meus Dominus Bonifacius Epiſcopus, famulus pietatis veſtræ, in prouincia Francorum Synodum aggregaſſet, & reperiſſet illic falſos Sacerdotes, hæreticos & Schiſmaticos, id eſt, Aldebertum & Clementem, eos* [5] *Sacerdotio priuans, vnà cum Principibus Francorum, retrudi fecit in cuſtodiam. Illi autem* [6] *non in pœnitentia degunt, vt iudicatum eſt, ſed è contrario adhuc populum ſeducunt. Pro* [7] *quo & hanc epiſtolam præfati mei Domini, quam manibus* [8] *gero, veſtro ſancto Apoſtolatui miſſus offero, vt eam coram ſacroſancto Concilio relegi faciatis. Dictum eſt. Suſcipiatur epiſtola, & coram noſtra præſentia relegatur. Et accipiens Theophanius Notarius regionarius & Sacellarius relegit in his ſermonibus. Excellentiſſimo Patri atque Apoſtolico Pontifici, & ex auctoritate Sancti Petri Principis Apoſtolorum magiſterio freto, Zachariæ Papæ, Bonifacius*, &c. Epiſtolam illam Bonifacij, quam ſuprà deſcripſimus, hoc loco non repetemus. *Cúmque relecta eſſet, Zacharias ſanctiſſimus ac beatiſſimus Papa dixit. Audiſtis, chariſſimi fratres, quid in iſta epiſtola relectum ſit ex ſacrilegis illis, qui ſe ad ſuam condemnationem Apoſtolos* [9] *populis prædicauerunt. Sanctiſſimi Epiſcopi & venerabiles Presbyteri reſponderunt. Audiuimus certè per omnia, non Apoſtolos, ſed miniſtros Sathanæ, & præcurſores antichriſti. Quis enim aliquando Apoſtolorum, aut quilibet Sanctorum ex capillis ſuis, aut vngulis, pro ſanctuaelis* [10] *populis tradiderunt, vt iſte ſacrilegus & pernicioſus agere* [11] *conatus eſt Adelbertus* [12]*? Sed hoc ſcelus à veſtro ſancto Apoſtolatu eſt reſecandum tam de illo, quámque* [13] *etiam de tranſgreſſore Clemente, qui ſacros Canones ſpernit, atque expoſitiones Sanctorum Patrum* [14]*, Ambroſij, Auguſtini, & cæterorum reſpuit dicta Sanctorum. Sed iſti iuxtà, factis & tranſgreſſionibus ſuis dignam ſuſcipiant ſententiam. Quia* [15] *hodie iam tardior hora eſt, venturo Secretario* [16]*, etiam conſcriptam vitam & orationem, quam ſibi expoſuit, vel cætera eius conſcripta, dum nobis relecta fuerint, communi conſenſu, mediante Deo, quid fieri debeat, pertractandum eſt.*

XVI. Secundum Secretarium. *In nomine Domini*, &c. vt ſuprà in primo Secretario. *Gregorius Notarius regionarius & Nomenculator dixit. Iuxta veſtri Sancti Apoſtolatûs præceptionem, quam in præterito Secretario iuſſiſtis, Deneardus religioſus Presbyter adeſt præ velo. Quid præcipitis? Dictum eſt. Ingrediatur. Cúmque ingreſſus eſſet, Zacharias ſanctiſſimus ac beatiſſimus Papa dixit. Actus illius nefandiſſimi Aldeberti, ſiue cætera* [17] *illius conſcripta, quæ præterito Secretario præ manibus gerebas, coram præſente Concilio porrige legenda. Et accipiens Theophanius Notarius regionarius & Sacellarius relegit vitam illius, cuius initium tale eſt. In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Incipit vita* [18] *ſancti & beati Dei famuli, & præclari, atque per totum ſpecioſi, ex electione Dei nati, ſancti Aldeberti Epiſcopi. De ſimplicibus parentibus fuit procreatus, & de gratia Dei eſt coronatus: quia dum in vtero matris* [19] *ſuæ erat, ibidem* [20] *gratia Dei cœpit, & antequàm perueniſſet beatiſſima Natiuitas eius, ſic* [21] *vidit genitrix eius quaſi per viſionem egredientem vitulum de dextero latere ſuo, qui vitulus illi deſignabat gratiam illam, quam ab angelo acceperat, antequàm exiret de vulua. Cúmque hic libellus vſque ad finem lectus* [22] *fuiſſet, Zacharias ſanctiſſimus ac beatiſſimus Papa dixit. Quid ad hæc blaſphema reſpondetis, ſanctiſſimi fratres? Epiphanius ſanctiſſimus Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Syluæ Candidæ dixit. Certè, Apoſtolice Domine, ex diuina inſpiratione motum eſt cor ſancti veſtri Apoſtolatûs, vt prædictum Bonifacium ſanctiſſimum fratrem noſtrum Epiſcopum, átque Francorum Principes commoneretis, quatenus in partibus, poſt longa tempora, Concilium aggregaretur Sacerdotum, vt hæc ſchiſmata & blaſphemiæ vſquequaque ſancto veſtro Apoſtolatui minimè celarentur. Zacharias ſanctiſſimus ac beatiſſimus Papa dixit. Si quid adhuc habet Deneardus religioſus Presbyter nobis porrigere relegendum, porrigat. Deneardus religioſus Presbyter reſpondit. Ecce, Domine, epiſtolam, quâ vtebatur,*

[4] Sirmond. *Secretaria noſtra.*
[5] Serar. deeſt *eos.*
[6] Sirmond. *impœnitentes permanent contra quod iudicatum eſt, & adhuc.*
[7] Sirmond. *pro qua re.*
[8] Sirmond. *in manibus.*
[9] Sirmond. *Apoſtolis prætulerunt.*
[10] Sirmond. *ſanctuaria.*
[11] Sirmond. deeſt *agere conatus eſt.*
[12] Sirmond. *Aldebertus.*
[13] Sirmond. deeſt *que.*
[14] Sirmond. *Patrum, & dicta Sanctorum, vt pro tranſgreſſionibus.*
[15] Sirmond. *ſanctiſſimus ac beatiſſimus Papa, Zacharias dixit. Quia hodie.*
[16] Sirmond. *relectis iterum vitâ eorum & actibus, communi conſenſu.*
[17] Sirmond. *cætera, quæ de eo ſunt ſcripta.*
[18] Serar. *vita in ſanctum & beatum.* &c.
[19] Sirmond. *matris eſſet.*
[20] Sirmond. *ibi gratiam Dei accepit.*
[21] Sirmond. deeſt *ſic.*
[22] Serar. *relectus.*

AN. CH. 746. CHILDERICI III. R. 3.

& diuulgabas eam [23] eſſe Ieſu & de cælo cecidiſſe. Et accipiens Theophanius Notarius regionarius & Sacellarius relegit, cuius initium tale eſt. In Dei nomine, incipit epiſtola Domini noſtri Ieſu Chriſti filij Dei, quæ in Hieroſolyma cecidit, & per Michael Archangelum ipſa [24] epiſtola inuenta eſt ad portam Effrem, & per manus Sacerdotis, nomine Icore [25], epiſtola ita relecta [26], ipſa exemplata. Et tranſmiſit [27] ipſam epiſtolam ad Hieremiam [28] ciuitatem alio [29] Sacerdoti Talaſio. Et ipſe Talaſius tranſmiſit epiſtolam ad Arabiam ciuitatem alio [30] Sacerdoti Leoban. Et ipſe Leobanus [31] tranſmiſit epiſtolam iſtam ad Veſaniam ciuitatem, & recepit epiſtolam iſtam Macrius [32] Sacerdos Dei, & tranſmiſit ipſam epiſtolam in montem ſancto [33] Archangelo Michael. Et ipſa epiſtola per manus Angeli Domini peruenit ad Romanam ciuitatem ad locum ſepulchri Sancti Petri, vbi claues regni cælorum conſtitutæ ſunt, & duodecim Papati, qui ſunt in Romana ciuitate, triduanas fecerunt vigilias [34] in ieiuniis & orationibus, per dies ac noctes: & cetera vſque ad finem perlecta. Zacharias ſanctiſſimus ac beatiſſimus Papa dixit. Pro certo [35], fratres chariſſimi, iſte Aldebertus in inſaniam eſt conuerſus, & omnes, qui hac vtuntur ſceleratâ epiſtolâ, more paruulorum abſque memoria mentium ſunt, & muliebribus ſenſibus inſaniunt; ſed ne leuiores adhuc ampliùs decipiantur, indiſcuſſam & abſque ſententia cauſam hanc in eum relinquere minimè poſſumus. Sanctiſſimi Epiſcopi & venerabiles Presbyteri reſponderunt. Ex diuina illuſtratione cognoſcimus cor ſancti veſtri Apoſtolatûs illuminatum, &, quæ à vobis dicta ſunt, ex adminiſtratione Sancti Spiritûs emanarunt. Et idcircò, vt à vobis præuiſum fuerit, in vtroſque ſententia promulgetur. Zacharias ſanctiſſimus ac beatiſſimus Papa dixit. Non vt [36] à nobis ſolùm præuiſum fuerit, ſed pariter cum Sanctitate veſtra eſt pertractandum; ſed, ſi Domino placuerit, in futuro Secretario, quod rectum præuiſum fuerit, & Dominus ſuis famulis adminiſtrauerit, ex omnibus [37] actis, promulgabitur ſententia.

Tertium Secretarium. *In nomine Domini*, &c. vt ſuprà in primo Secretario. *Gregorius Notarius regionarius & Nomenculator dixit. Secundùm quod à veſtro ſancto Apoſtolatu præceptum eſt in præterito Secretario, vt Denehardus religioſus Presbyter hodie ſe veſtris obtutibus præſentaret, præſto eſt præ [38] foribus, quid præcipitis? Dictum eſt. Ingrediatur. Cúmque ingreſſus fuiſſet, Zacharias ſanctiſſimus ac beatiſſimus Papa dixit. Habes adhuc ex ſacrilegorum illorum conſcripto, quod [39] coram ſancto Concilio porrigere [40] debeas ad relegendum. Denehardus religioſus Presbyter reſpondit. Etiam, Domine mi, habeo orationem, quam ſibi Aldebertus componere niſus eſt. Et ecce præ manibus eam gero, iubete eam ſuſcipi. Et accipiens [41] eam Theophanius Notarius relegit coram omnibus, cuius initium tale eſt. Domine Deus omnipotens, Chriſti filij Dei Domini noſtri Ieſu Chriſti pater, Α & Ω, qui ſedes ſuper ſupremum thronum, & ſuper Cherubim & Seraphim, tu pietas magna, & dulcedinis eſt tibi ſatis. Pater Sanctorum Angelorum, qui feciſti cælum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt, te inuoco & reclamo, & inuito te ſuper me miſerrimum, quia tu dignatus fuiſti dicere. Quodcumque petieritis à Patre in nomine meo, hoc faciam. Ergo ego te peto, quia in te confidit anima mea. Cúmque per ordinem legeretur, ventum eſt ad locum, vbi dicebat. Precor vos, & coniuro vos, & ſupplico me ad vos, Angele Vriel, Angele Raguel, Angele Tubuel, Angele Michael, Angelo Inias, Angele Tubuas, Angele Sabaoc, Angele Simiel. Dum verò hæc oratio ſacrilega*, cuius fragmenta ſuperiùs ex editione Sirmondi deſcripſimus, *vſque in finem perlecta fuiſſet, Zacharias ſanctiſſimus ac beatiſſimus Papa dixit. Quid ad hæc, ſanctiſſimi fratres, reſpondetis? Sanctiſſimi Epiſcopi & venerabiles Presbyteri reſponderunt. Quid aliud agendum eſt, niſi vt omnia, quæ nobis relecta ſunt, igni concrementur, auctores verò eorum anathematis vinculo percellantur? Non enim nomina [42] Angelorum, præter nomen Michaelis, ſed nomina dæmonum ſunt, quæ in ſuis orationibus inuocauit ad præſtandum auxilium ſibi. Nos autem, vt à veſtro ſancto Apoſtolatu edo-*

[23] Serar. deeſt eam
[24] Sirmond. deeſt ipſa epiſtola.
[25] Sirmond. Leora.
[26] Sirmond. relecta fuit & exemplata.
[27] Sirmond. tranſmiſit eam ad.
[28] Sur. Germaniam.
[29] Sirmond. ad alium Sacerdotem nomine Talaſium.
[30] Sirmond. ad alium Sacerdotem nomine Leobanum.
[31] Sirmond. Leobantus.
[32] Sur. Macrius. Sirmond. Macherius.
[33] Sirmond. Sancti Michael Archangeli.
[34] Sirmond. & in ieiuniis & orationibus permanſerunt diebus ac noctibus.
[35] Hæc periodus corrupta ap. Serar.
[36] Sirmond. vt nobis ſolùm viſum.
[37] Sirmond. omnibus eius actis.

XVII.

[38] Sirmond. pro.
[39] Serar. vt
[40] Sirmond. porrigas ad relegendum.
[41] Senſus imperfectus ap. Serar.
[42] Phraſis obſcurior ap. Sur. & Serar.

DAMNAT ALDEBERTVM,

AN. CH. 746. CHILDERICI III. R. 3.

cemur, & diuina tradit auctoritas, non plùs quàm trium Angelorum nomina cognoſcimus, id eſt, Michael, Gabriel, Raphael; alioqui de myſterio, ſub obtentu Angelorum, dæmonum nomina introduxit. Zacharias ſanctiſſimus ac beatiſſimus Papa dixit. Optimè [43] *prouiſum eſt à veſtra ſanctitate, vt ſcripta* [44] *illius omnia igne crementur* [45]. *Sed opportunum eſt, vt in ſcrinio noſtro ad reprobationem, & ad perpetuam confuſionem eius reſeruentur. Nunc verò quia omnia perlecta* [46] *ſunt, de vtrorumque ſententia, quorum ſuperiùs mentio facta eſt, pertractandum eſt. Vniuerſum Concilium dixit. Aldebertus, cuius nobis actus & nefaria commenta relecta ſunt, quia* [47] *ſe Apoſtolum cenſuit nominare, & capillos atque vngulas ſuas populis pro ſanctuario* [48] *exhibuit, ſeducens populum diuerſis erroribus, & quoniam* [49], *ſub obtentu Angelorum, in ſuo auxilio dæmones inuocauit* [50], *ab omni officio Sacerdotali deponatur* [51], *agens pœnitentiam pro commiſſis, & ampliùs iam populum minimè ſeducat. Sin autem in his erroribus perſeuerauerit, & populum ampliùs ſeduxerit, ſit ei anathema, & æterno Dei iudicio condemnetur, omniſque* [52] *qui ei conſenſerit, vel eius ſecutus fuerit doctrinam, aut adiunctus illi fuerit. Similiter autem & Clemens, qui, per ſuam ſtultitiam, Sanctorum Patrum ſcripta reſpuit, vel omnia Synodalia acta paruipendit, inferens etiam Chriſtianis Iudaiſmum, dum prædicat fratris defuncti vxorem poſſe in matrimonio iungi, inſuper & Dominum Ieſum Chriſtum deſcendentem ad inferos, pios & impios ſimul inde abſtraxiſſe; ab omni etiam Sacerdotali officio deponatur, & anathematis vinculo obligetur, atque, niſi reſipuerit, æterno Dei iudicio condemnetur, vel etiam omnes, qui eius ſacrilegis conſenſerint prædicationibus.* Ita de Clemente apud Sirmondum. Sic autem apud Serarium. *Similiter autem & Clemens, qui, per ſuam ſtultitiam, Sanctorum Patrum ſtatuta reſpuit vel omnia Synodalia acta; inferens etiam Chriſtianis Iudaiſmum, dum prædicat fratris defuncti accipere vxorem; inſuper & Dominum Ieſum Chriſtum deſcendentem ad inferos, omnes pios & impios exinde prædicat abſtraxiſſe; ab omni ſit Sacerdotali officio nudatus, & anathematis vinculo obligatus, pariterque Dei iudicio condemnatus, vel omnis qui eius ſacrilegis conſenſerit prædicationibus.*

[43] Serar. deeſt optimè.
[44] Serar. conſcripta.
[45] Serar. cremarentur.
[46] Serar. peracta.
[47] Serar. & quia.
[48] Serar. pro ſanctuali tribuebat.
[49] Serar. quin etiam.
[50] Serar. inuocat.
[51] Serar. ſit alienus.
[52] Serar. vel omnis.

ET CLEMENTEM.

XVIII. Huc vſque Synodus Romana, cui Zacharias Papa ſic ſubſcribit. *Zacharias Epiſcopus Sanctæ Dei Catholicæ atque Apoſtolicæ vrbis Romæ his geſtis atque ſententiæ à nobis promulgatis ſubſcripſi.* Præterea ſeptem Epiſcopi, *Epiphanius Epiſcopus Sanctæ Eccleſiæ Syluæ Candidæ, Benedictus Epiſcopus Sanctæ Eccleſiæ Nomentanæ, Venantius Epiſcopus Sanctæ Eccleſiæ Prænestinæ, Gregorius Epiſcopus Sanctæ Eccleſiæ Portuenſis, Nicetas Epiſcopus Sanctæ Eccleſiæ Gabinatis, Theodorus Epiſcopus Sanctæ Eccleſiæ Oſtienſis, Gratioſus Epiſcopus Sanctæ Eccleſiæ Veliternenſis.* Necnon *Ioannes Archipresbyter tituli S. Suſannæ*, & ſexdecim Preſbyteri Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, *Gregorius tituli S. Clementis, Stephanus tituli S. Marci, Dominicus tituli S. Priſcæ, Theodorus tituli S. Laurentij, Anaſtaſius tituli S. Mariæ, Georgius tituli SS. Ioannis & Pauli, Sergius tituli S. Potentianæ, Iordanes tituli S. Sabinæ, Theophanius tituli SS. Quatuor Coronatorum, Leo tituli S. Anaſtaſiæ, Leo tituli Damaſi, Gregorius tituli S. Balbinæ, Stephanus tituli S. Chryſogoni, Euſtachius, Procopius tituli S. Cyriaci, Stephanus tituli S. Euſebij.*

XIX. LITERÆ GEMMVLI DIACONI AD BONIFACIVM DE SYNODO ROMANA.

Gemmulus Eccleſiæ Romanæ Diaconus, cui Bonifacius ſcripſerat eumdem Bonifacium de rebus in Romana Synodo contra Clementem & Aldebertum geſtis certiorem ſtatim fecit per epiſtolam, quam in Codice Bonifacianarum duodequinquageſimam ſupra centeſimam reperies. *Domino Sanctiſſimo Apoſtolorumque meritis decorato Bonifacio Archiepiſcopo, Gemmulus indignus Diaconus Sanctæ Sedis Apoſtolicæ. Summis & Deo amabilibus apicibus acceptis, cum magno & omni quo condecet honore & veneratione relegi. Et quia poſt tot tempora merui ex veſtris ſyllabis viſitari, Omnipotenti Deo noſtro gratias egi, qui me indignum famulum ſuum etiam de veſtra lætificauit incolumitate. Igitur omnia, quæ nobis per nunc directas literas præcepiſtis, vt*

Dominus

AN. CH. 746. CHILDERICI III. R. 3.

Dominus vires donare dignatus eſt, adimplemus. Sed & ea, quæ Domino Apoſtolico ſuggeſſiſtis, per nos ſunt ſuſcepta, & annuntiata, atque relecta: & vos ea pertractantes omnia ſcripta, quæ vobis ab ea directa ſunt, à nobis eſſe dictata iuxta veſtram voluntatem cognoſcite. Sed & quod vos non ſperabatis fieri, ſuggeſſimus, & facta eſt Synodus Sacerdotum, præſidente Domino Apoſtolico, & relecta eſt ſacrilega illius Aldeberti nefandiſſimi vita, & omnia opuſcula illius coram Synodo, pariter & epiſtola ſanctiſſimæ Paternitatis veſtræ, vbi de illa, & de Clementis demontia ſuggeſſiſtis, & ſic geſta peracta[1], *ſententia anathematis in*[2] *eos promulgata eſt, vel in*[3] *omnes, qui eorum nefandam ſecuti ſunt ſectam; cuius inſtar vobis à Domino Apoſtolico directum eſt. Et hæc coram præſentia præſentis Patris noſtri Deneardi venerabilis Presbyteri acta ſunt, & ipſe vobis ore proprio poterit enarrare, quòd omnia iſta per nos acta ſunt. Nam pro certo cognoſcite, ſanctiſſime Pater, quia in omnibus paratum me offero veſtris obtemperaturum præceptis. Scia enim quia veſtris orationibus adiutus erutus ſum à tentationibus inimici, & miſertus Dominus ſuo famulo medelam tribuit, & diuerſis infirmitatibus circumdatus, quamquam indignus, illud Apoſtoli ſequor conſolationis donum, quo ait, dum infirmor, tunc potens ſum, & libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me per veſtras ſanctas preces virtus Chriſti. Venerandas namque ſorores noſtras, & Dei ancillas, quæ apud limina Sanctorum Principum Apoſtolorum properauerunt, quas etiam nobis veſtra Sancta Paternitas commendare iuſſit, in quantum Dominus vires donare dignatus fuerit, curam earum habemus propter veſtram ſanctam præceptionem. Benedictionem enim, quam nobis direxiſtis, ſuſcepimus, id eſt, poculum argenteum, & ſindonem vnam, quam in duplici ſuſcepimus benedictione, eò quòd à tanto Patre meruimus viſitari. Et licèt tribuere non valeamus, tamen ad vicem charitatis cum magna reuerentia direximus cinnamamum, vncias IV. coſtum, vncias IV. piper, libras II. cozumbrem, libram I. Quæ peto vt abſque iniuria ſuſcipere iubeatis, & vt pro nobis orare dignemini omnino depoſco. Incolumem ſanctiſſimam Paternitatem veſtram diuina conſeruet Maieſtas orantem pro nobis, Domine & meritis Apoſtolorum decorate Pater.*

[1] Nominatiuus abſolutus. Sirmond. *geſtis peractis.*
[2] Serar. *in eis.*
[3] Serar. *in omnibus.*

XX. ZACHARIAS PP.

Zacharias Papa, pridie Kalendas Nouembris, epiſtolam Bonifacio reſcripſit, quâ tribus eius epiſtolis reſponſionem fecit. Integram recitabimus, ſed in varias ſeparatam particulas, vt quid Zacharias & ſingulis Bonifacij literis, & ſingulis earum articulis reſponderit, faciliùs diſtinguas.

XXI.

Reſponſio ad primam Bonifacij epiſtolam in octo partes commodè diuidi poteſt, vt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-quartum, quo literæ Bonifacij datæ ſunt, iam obſeruauimus.

XXII. BONIFACIVM HORTATVR AD PERSEVERANTIAM IN PRÆDICANDO EVANGELIO.

Primò, Zacharias Bonifacium de gentium incurſione conquerentem hortatur, vt nec in bono deficiat opere, quod ſuſcepit, nec incurſione gentium conturbatus, animo cadat, ſed Deum ſibi ſperet adfuturum motus exemplo ciuitatis Romanæ, quæ grauiſſimas ſæpè clades à barbaris perpeſſa cæleſtem à Domino poſteà conſolationem accepit. *Cùm nobis*, inquit, *ſanctiſſimæ Fraternitatis tuæ ſyllaba delatæ fuiſſent, atque per ſingula relegi feciſſemus, reperimus in earumdem literarum tuarum ſerie, quòd peccatis noſtris facientibus, dum Dominici tritici ſemina quæreres elaborare ad augendam ſegetem ſpiritalem, ſubitò inimici ſuperſeminauerunt zizania, vt Sanctitatem tuam in bono opere impedirent. Sed tua ſancta Fraternitas inceſſanter orationi inſtet pariter cum fratribus, qui tecum laborant, & ſpiritales ſacculos conſtruens, & zizania eradicans deportet ad comburendum, vt beatus Gregorius Papa, bonum, inquit, opus nobis ſit in voluntate, nam ex diuino adiutorio erit in perfectione. His ita ſe habentibus, chariſſime Frater, confortare in Domino, & ipſe erit adiutor tuus. De incurſione autem gentium, quæ in tuis plebibus facta eſt, mœrendum nobis eſt. Sed hæc aduerſitas nullatenus tuam Fraternitatem conturbet, quia & Romana ciuitas ex accidentibus facinoribus ſæpiùs eſt depopulata, & tamen omnipotentiâ ſuâ Dominus ex ſupernis dignatus eſt*

AN. CH. 746. CHILDERICI III. R. 3.

eam conſolari. Sic etiam credimus, quia & vos conſolabitur. Sed populis tibi commiſſis, reuerentiſſime Frater, prædica ieiunium, ſupplicationes apud Deum Litaniarum, & ſupereminens eius clementia adiuuabit vos. Te autem, vt prædiximus, nullatenus aduerſa perturbent, ſed in bono opere, quod cœpiſti, nullamodo deficias. Nos verò, licèt immeriti & peccatores, noſtris precibus vel conſacerdotum noſtrorum, in quantum poſſumus adiuuabimus.

XXIII. LAVDAT DECRETA SYNODI A FRANCIS HABITÆ.

Secundò, Zacharias, ea quæ Synodaliter in prouincia Francorum geſta ſunt, ſic laudat. *De Synodo autem congregata apud Francorum prouinciam, mediantibus Pippino & Carlomanno Excellentiſſimis filiis noſtris, iuxta noſtrarum ſyllabarum commonitianem, peragente noſtras vices tuâ Sanctitate, qualiter egeris* [1], *cognouimus, & Omnipotenti Deo noſtro gratias egimus, qui eorum corda confirmauit, vt in hoc pio opere adiutores exiſterent. Et omnia optimè & canonicè peregiſti, tam de falſis Epiſcopis, & fornicariis, & ſchiſmaticis, quàm etiam & in reliquis nomine Sacerdotibus, contra Canonum inſtituta* [2] *agentibus, vel contra Catholicam Dei & Apoſtolicam Eccleſiam, de quibus ſecundùm tuam relationem per ſingula reſpondemus.*

[1] Anton. de Aquin. Serat. *egiſſes.*
[2] Sirmond. *ſtatuta.*

XXIV. PROBAT CONSILIVM FRANCORVM DE FIGENDA BONIFACII SEDE.

Terriò, Zacharias conſilium Francorum probat, qui ciuitatem paganis, Germanicíſque gentibus quas Bonifacius erudinit, propinquam elegerint, vt ille Sedem Metropolitanam ibi figat. *De eo namque quod ſuggeſſiſti, quòd elegerunt ciuitatem vnam omnes Francorum Principes contingentem vſque ad paganorum fines, & partes Germanicarum gentium, vbi antè prædicaſti, quatenus ibi Sedem Metropolitanam perpetuo tempore habere debeas, vt inde ceteros Epiſcopos ad viam inſtrueres* [3] *rectitudinis, & pòſt* [4] *tui ſucceſſores perpetuo iure poſſideant, hoc, quod decreuerunt, læto nos ſuſcipimus animo, eò quòd ex Dei nutu factum* [5] *eſt. Quod* [6] *verò quidam falſi Sacerdotes & ſchiſmatici hoc impedire conati ſunt, eorum* [7] *vanum agonem Dominus diſſipabit, & illa faciet ſtabilita, quæ Sanctorum Patrum ſtatutis conueniunt concordare. Et quia tibi ipſi Principes Francorum etiam in hoc adiutores extiterunt, retribuat Omnipotens Deus viciſſitudinis præmium, & innumera largiatur bona.* Actum poſteà de Sede Bonifacij figenda Coloniæ, vt conſtat ex tertia parte literarum Pontificiarum, de quibus hìc agimus. Fixa tandem eſt Moguntiæ, vt infrà dicturi ſumus.

[3] Sirmond. *inſtruas.*
[4] Sirmond. *poſt te.*
[5] Sirmond. *conſtat eſſe factum.*
[6] Anton. de Aquin. *vel ſiquidem falſi.*
[7] Anton. de Aquin. *quorum.*

XXV. MVLTA SCRIBIT ADVERSVS FALSVM EPISCOPVM HOMICIDÆ FILIVM ET IN ADVLTERIO NATVM;

Quartò, de falſo Epiſcopo, quem Bonifacius adulterati Clerici & homicidæ filium, ac in adulterio natum, & abſque diſciplina nutritum, Sacerdotes ſui ſimiles conſecraſſe ſcripſit, quid inquirendum ſit, Zacharias ita monet. *Nam ſimiliter de illo falſo Epiſcopo, quem dixiſti adulterati Clerici & homicidæ filium, ac in adulterio natum, & abſque diſciplina nutritum, & cetera mala & horribilia, quæ per ſingula enarraſti, ac per hoc & ſui ſimiles Sacerdotes conſecrauit; de hoc meminit tua reuerenda Fraternitas, quòd tribus iam vicibus ſcripſimus, vt nullus homicida, nullus adulter, nullus fornicator ſacrum miniſterium debeat attrectare, ſed & neque pœnitens, aut talis, qualem ſacri Canones prohibent eſſe Sacerdotem. De baptizatis verò ab illo ſeu Eccleſiis conſecratis requirat* [8] *tua Fraternitas, ſi aut Eccleſias in Nomine Trinitatis conſecrauit, aut paruulos ſimiliter baptizauit, dum Sacerdotio fungebatur; & ſic & conſecratia Eccleſiarum, & paruulorum Baptiſma ſit* [9] *confirmatum.* Sic habet editio Antonij de Aquino, quam Binius ſequitur. In eo tamen nonnihil difficultatis occurrit, quòd Zacharias ait determinatè ſe *tribus iam vicibus* Bonifacio de Clericis homicidis adulteriſque deponendis ſcripſiſſe. Sirmondus indeterminatè legit *quot vicibus*, Baronius [a] ponit *ſæpè*, Serarius [b] *ſæpiùs*. Vt Bonifacij ad Zachariam, ſic & Zachariæ ad Bonifacium complures epiſtolæ perierunt, harum enim vna duntaxat, quæ verſetur in prædicta materia, ſupereſt hodie, deſcriptáque eſt à nobis ad annum Chriſti DCCXLIII quo data reperitur, *Kalendis* videlicet *Aprilis, imperante Domino piiſſimo Auguſto Conſtantino à Deo coronato Magno Imperatore, anno viceſimo-quarto, Imperij eius anno ſecundo, Indictione vndecimâ.*

[8] Anton. de Aquin. Bin. *requirit.*
[9] Sirmond. *ſint confirmata.*

[a] Ad a. 745. n. 41.
[b] Lib. 3. rer. Mogunt. in vit. S. Bonifac. l. 2. c. 8.

AN CH. 746. CHILDERICI III. R. 3.

Quintò, Zacharias arguit mendacij Sacerdotes, qui, poſtquàm à Bonifacio proiecti fuerant, à Romano Pontifice abſolutos ſe mentiebantur. *Et hoc*, inquit, *pariter ſuggeſſiſtis, quòd illi, qui à te proiecti ſunt Sacerdotes, à nobis ſe abſolutos apud Francorum prouinciam diuulgent, quod tua Sancta Fraternitas nullomodo credat, quia, quod impoſſibile eſt, ſi hoc feciſſemus, tuæ charitati per noſtras indicaſſemus literas. Sed hoc, quod impoſſibile eſt, nullomodo credas, quia non aliud prædicamus, & aliud agimus aut dirigimus, vt illi garriunt, ſed, auxiliante Deo, illud, quod prædicamus, fine tenus obſeruandum cenſemus. Hoc autem Sanctitatem tuam, firmiſſimè vt teneas, hortamur, vt Sanctorum Patrum inſtitutis & conſultis ſacrorum Canonum omnino obſequi debeas, quia nos nullatenus aliud prædicamus, & aliud agimus.*

XXVI. ADVERSVS SACERDOTES QVI SE MENTIVNTVR ABSOLVTOS A PP.

Sextò, Zacharias Papa commendatitias literas, quas Bonifacius poſtulauit, ad Principes Francorum ſeu Maiores-domûs ceteróſque Francos à ſe directas ſic affirmat. *Nam & de eo, quod obſecraſti, vt Francorum Principibus ſcriberemus, vel ceteris Francis; vt petiſti, eis per ſingula ſcripſimus, vt tibi & amici ſint, & adiutores in Dominico opere exiſtant.*

XXVII. SCRIBIT PRINCIPIBVS FRANCORVM.

Septimò, Zacharias teſtatur à ſe non improbari, quod in Concilio Liptinenſi ſtatutum eſt de pecunia Eccleſiaſtica ſub precario & annuo cenſu in ſubſidium exercitûs præſtanda. *De cenſu verò expetendo, eò quòd impetrare à Francis ad reddendum Eccleſiis vel Monaſteriis non potuiſti aliud, quàm vt vertente anno, ab vnoquoque coniugio ſeruorum,* XII *denarij reddantur, & hoc, gratias Deo, quia potuiſti impetrare, &, dum Dominus donauerit quietem, augebuntur* [10] *& luminaria Sanctorum, pro eo quod nunc tribulatio accidit Sarracenorum, Saxonum vel Friſonum, ſicut tu ipſe nobis innotuiſti.* De tribus hiſce populis, quorum primus Mahumetanus, alij duo Idololatræ erant, frequenter mentionem iam fecimus faciemúſque.

XXVIII. PROBAT LIPTINENSE DECRETVM.

[10] Sirmond. *augeantur.*

Octauò, de Sacerdotibus, qui pro capitalibus peccatis depoſiti ſunt, & à Rege Francorum, vt laicam vitam ducant, Eccleſiarum ac Monaſteriorum loca poſtulant, ita ſcribit Zacharias. *De eo namque quod interrogaſti, quòd illi qui depoſiti ſunt pro capitalibus peccatis de gradu Sacerdotali, dum eos reperiſſes adulteros aut homicidas, vt nec Sacerdotes, nec Clerici eſſe poſſint, nec ſub pœnitentia Monachi eſſe volunt, ſed pergentes apud Palatium Regis Francorum, rogant vt eis loca tribuat Eccleſiarum vel Monaſteriorum, vt laicam* [11] *vitam viuant, diſpergentes* [12] *Sanctorum loca. Sed & de hoc pariter, qualiter fieri debeat, Francorum Principibus commonentes direximus.*

XXIX. RESPONDET AD INTERROGATIONES DE SACERDOTIBVS OB CAPITALIA PECCATA DEPOSITIS.

[11] Sirmond. *laicá vitá.*

[12] Anton. de Aquin. *& diſpergentes.* Sirmond. *& diſpergant.*

Ad ſecundas Bonifacij literas, quas ſuprà deſcripſimus, Zacharias ita reſpondet. *In alia quippe tua epiſtola reperimus contineri omnia, quæ contra te egerunt* [13] *falſi & Schiſmatici Epiſcopi, id* [14] *eſt, Aldebertus & Clemens, per quæ, omnia acta ipſorum & impiiſſimum errorem ſingillatim* [15] *indicaſti. Nos verò congregatis fratribus & conſacerdotibus noſtris, eorumdem prauorum ſceleratiſſima acta in eorum præſentia relegi fecimus, & dum nobis coram omni Concilio relecta fuiſſent, pro ſtudio omnes eadem ſchiſmatica dogmata ipſorum, atque iniquiſſimas traditiones, ſeu ſceleratiſſimam vitam, quam ſibi Aldebertus conſcribere fecit, damnauerunt, & vná voce exclamauerunt, vt igne cremarentur. Sed nos hoc non rectum iudicauimus, pro eo quòd ad reſeruandum ſine in æternum eos condemnandum, in ſcrinio Sanctæ Eccleſiæ reſeruanda mandauimus, conſcribentes* [16] *ipſi dignam ſententiam. Cuius inſtar actionis ad tuam direximus, frater, Sanctitatem, vt relectâ in prouincia Francorum, omnis ſchiſmaticus audiens taliter à Sancta Dei Catholica & Apoſtolica Eccleſia iudicatum, à ſenſus ſui prauitate reſipiſcat.*

XXX. DE ALDEBERTO ET CLEMENTE HÆRETICIS.

[13] Anton. de Aquin. *egerunt.*

[14] Anton. de Aquin. Sirmond. deeſt, *id eſt.*

[15] Sirmond. deeſt, *ſingillatim.*

[16] Serar. *ſuſcipientes & ſuſceperunt*

Vt ſecundæ Bonifacij literæ, ſic & tertiæ, poſt Synodi celebrationem, hoc anno ſcriptæ ſunt. Perierunt vltimæ. Quid autem complecterentur, indicat Zacharias in ſua reſponſione, quam tres in partes diuiſam damus.

XXXI.

Primò igitur Zacharias, in reſponſione ad tertias Bonifacij literas, de Geolebo Epiſcopo ſic ſcribit. *In tertia tua namque epiſtola intimaſti nobis* XXXII.

AN. CH. 746. CHILDERICI III. R. 3.

DE DEPOSITIONE GERVILIONIS EP. MOGVNTINI.

de alio ſeductore, nomine Geolebo, qui anteà Epiſcopali honore fungebatur. Sed quia ſine cuiuſcunque conſultu apud nos properat, dum aduenerit, vt Domino placuerit, fiet. Hic Geolebus ſeu Geoleobus non alius eſt à Geruilione Epiſcopo Moguntiacenſi, qui, quoniam homicidij reus erat, & venationi cum canibus & auibus indulgebat, hoc ipſo anno, vt præmiſimus, in Synodo depoſitus eſt. *Anteà*, vt habet editio [a] Antonij de Aquino præcitata, *Epiſcopali honore fungebatur.* Id annis ſuperioribus oſtenſum. Aliæ editiones minùs probantur. Serariana [b] ſic habet. *Anteà falsè Epiſcopi honore fungebatur.* Baroniana [c] ſic. *Anteà falsò Epiſcopi honore fungebatur.* Sirmondana [d] ſic. *Anteà falſo Epiſcopi nomine & honore fungebatur.* Pontificatus Geruilionis in dubium vocari non poteſt. De illo conuenit Otblonus in vita Sancti Bonifacij, causáſque depoſitionis ſic exponit [e]. *Sanctus Præſul Bonifacius inter cetera correctionis colloquia, hac pariter in conuentu Synodali protulit, atteſtans nullum homicidij reatu pollutum debere Epiſcopali Sacerdotio fungi. Ad hæc etiam ei obiecit, propriis oculis ſe perſpexiſſe illum cum auibus canibúſque iocantem, quod Epiſcopo nullatenus liceret.* Geruilionem Synodali Decreto non acquieuiſſe ſubindicat Zacharias textu ſuprà citato, cùm ait eum Romam properare *ſine cuiuſcunque conſultu*, vel, vt eſt in editione Sirmondana, *ſine cuiuſcunque licentia & conſultu.* Otblonus, cuius textum iam produximus, aliter ſcribit, affirmátque Geruilionem *communi iudicio* conſenſiſſe, cùm videret *ſe nullo modo contra ſtimulum vel ſæcularis potentiæ, ſeu auctoritatis Canonicæ, calcitrare poſſe.* Sed ambæ opiniones facilè conciliari poſſunt. Geruilio poſt Synodum occultus delituit; illum Romam proficiſci fama ſtatim propalauit. Bonifacius, quod vulgari rumore ferebatur, nec alienum videbatur à vero, per literas Romano Pontifici ſignificauit, veritus ne, ſicut plerique fecerant, ipſe quoque Geruilio Romæ ſe abſolutum poſteà publicaret. Zacharias, acceptis Bonifacij literis, reſpondit ſe, *vt Domino placuerit*, id eſt, vt æquum fuerit & Synodales Canones poſtularint, acturum cum Geruilione, ſi Romam aliquando proficiſceretur. Geruilio Romam iuiſſe non legitur, in ſe reuerſus Synodali ſententiæ ſuæque conſenſit depoſitioni. *Sentiens*, inquit Othlonus, *ſe nullo modo contra ſtimulum vel ſæcularis potentiæ, ſeu auctoritatis Canonicæ, quæ, mediante Sancto Bonifacio, in omnes coràm poſitos deferebatur, calcitrare poſſe, iudicio conſentit communi, depoſitúſque eſt ab ordine Epiſcopali*, res tamen Eccleſiæ Moguntinæ poſt degradationem per aliquot annos ſibi vendicare conatus eſt, vt dicemus infrà.

[a] Ep. 6 Zachar.
[b] Ep. 138.
[c] Ad an. 745. n. 45.
[d] Tom. 1. Conc. Gall.
[e] Lib. 1. c. 37.

XXXIII. DE SYNODO QVOT ANNIS CELEBRANDA.

Secundò, Zacharias de Concilio quot annis in Francorum prouincia celebrando ad Bonifacij poſtulata ſic reſpondet. *Tua autem reuerentia, vt cœpit, auxiliante Domino, vice noſtrâ volumus, vt omni anno, apto tempore, in Francorum prouincia, Concilium debeat celebrare, vt frequentiâ Sacerdotum, ſine inſtitutis ſacrorum mediantibus, illic quid aduerſum nullo modo valeat pullulare, ſed magis Eccleſia Dei vnitas, & diſciplina Catholica atque Apoſtolica vbique in illis partibus dilatata, cunctæ populorum turba etiam in occiduis partibus veri Catholici eſſe poſſint, & non ampliùs per falſos Sacerdotes erroribus inuoluti demergantur in interitum. Dum verò Concilium aggregaueris, ſic tua fraternitas conflictum habeat cum Metropolitanis, quos confirmauimus, de eo quod dixiſti, vt nullus ſine commendatitiis ſuſcipiatur epiſtolis*, aut, vt habet editio Baroniana [f], *ſic tua fraternitas conflictum habeat cum Metropolitanis, vt nullus ſine commendatitiis ſuſcipiatur epiſtolis.* Placet hæc editio. Mens enim Zachariæ videtur eſſe, vt ignotus Clericus ſine literis commendatitiis non ſuſcipiatur, ídque Bonifacius quibuſlibet Metropolitanis, quibuſcum Synodos celebrabit, generatim perſuadeat, non autem ſpeciatim quibuſdam Metropolitanis, quos ipſemet Zacharias confirmarit. Nec etiam ſatis innoteſcit, quinam fuerint Metropolitani quos Zacharias à ſe confirmatos dicere potuit. Suſpicio præcipuè caderet in Metropolitas, Roto-

[f] Ad an. 745. n. 45.

AN. CH. 746.
CHILDERICI III. R. 3.

magenſem, Remenſem, & Senonenſem, quibus Pallia rogatus à Bonifacio tranſmiſerat. Ceterùm pro hac ipſa re & pro aliis vtilitatibus Eccleſiæ Zacharias Carolomanno & Pippino commonitoria ſcripta direxit. *Tamen & pro hoc ipſo*, inquit, *& pro omnibus vtilitatibus Sanctæ Eccleſiæ, Francorum Principibus, commonitionis direximus literas, vt iam ſuperiùs fati ſumus.*

XXXIV.
DE SEDE METROPOLITANA BONIFACII FIGENDA COLONIÆ

Denique Zacharias, iuxta Francorum petitionem, ius Metropoliticum Eccleſiæ reſtituit Agrippinenſi ſeu Colonienſi, vbi deinceps Bonifacius eiúſque ſucceſſores fixam Sedem Metropolitanam teneant. *De ciuitate namque illa, quæ nuper Agrippina vocabatur, nunc verò Colonia, iuxta petitionem Francorum, per noſtræ auctoritatis præceptum, nomini tuo Metropolim confirmauimus, & tuæ Sanctitati direximus, pro futuris temporibus, eiuſdem Metropolitanæ Eccleſiæ ſtabilitatem. Deus te incolumem cuſtodiat reuerentiſſime & ſanctiſſime * frater.* Quæſtio moueri poteſt, vtrùm Colonia diſtinguenda ſit à ciuitate, quam Bonifacius tertiâ parte primarum ſuarum literarum ſcripſerat electam à Francis in finibus gentium, cùm paganarum, tum Germanicarum quas erudierat, vt illic fixam deinceps Metropolitanam Sedem haberet. *Suggeſſiſti*, inquit Zacharias, *quòd elegerunt ciuitatem vnam omnes Francorum Principes contingentem vſque ad paganorum fines, & partes Germanicarum gentium, vbi antè prædicaſti, quatenus ibi Sedem Metropolitanam perpetuo tempore habere debeas.* Baronius [a] ciuitatem, de qua Bonifacius in primis ſuis literis loquitur, Moguntiam interpretatur. At illam nec Moguntiam remur, nec Coloniam; quia, cùm Bonifacius literas ſcribebat, quibus Zacharias proximè citatus reſpondit, nec Colonia tunc orbata erat Paſtore, nec Moguntia carebat Epiſcopo; ſedebant enim Raginfredus in Cathedra Colonienſi, Geruilius in Moguntina. Recurrendum igitur ad locum transrhenanum, cujus nomen nec Bonifacius, nec Zacharias expreſſerit. Quis ille fuerit, ſtudioſiùs inquirere nil refert, quia Franci conſilium bis mutarunt, propoſitâ primùm Coloniâ, deinde Moguntiaco.

* Sirmond. cariſſime.

[a] Ad an. 745. n. 41.

MORTVO TVM RAGINFREDO EP.

Actum hoc anno de Colonia, poſt obitum videlicet Raginfredi ſeu Ranginfredi vel Reginfridi Colonienſis Epiſcopi, de quo ſermonem non ſemel fecimus. Zacharias petitioni Francorum annuit, & è re Chriſtiana duxit, vt Agrippina ſeu Colonia, quæ ſecundæ olim Germaniæ, poſteà vtriuſque Germaniæ Metropolis fuerat, Metropolitanam dignitatem recuperaret, & Archiepiſcopum haberet Bonifacium, qui nullâ Sede determinatâ regionarius hactenus Archiepiſcopus extiterat. Cùm autem Romanus Pontifex id conſilij caperet, Geruilius Epiſcopus anteà Moguntinus ad ſe reuerſus Synodali ſuæ depoſitionis decreto conſenſit. Tunc Francis opportunius commodiúſque viſum eſt, vt Moguntiæ, Germaniæ primæ quondam Metropoli, ius reſtitueretur Metropoliticum, ibique Sedes Archiepiſcopi Bonifacij tandem figeretur. *Statim*, inquit Othlonus, id eſt, ſtatim ac Geruilius communi iudicio Synodi conſenſit, *Sanctus Bonifacius à ſupradictis Principibus, Karlomanno videlicet & Pippino fratre eius, Eccleſiæ Moguntiacenſi præficitur, & , vt eius dignitas eminentior foret, decreuerunt iidem Principes Eccleſiam Mogonciacenſem, quæ priùs alteri ſubiecta erat, Metropolim omnium in Germania poſitarum Eccleſiarum efficere, móxque Legatione factâ illud à Præſule Apoſtolico impetrauere.*

BONIFACIVS FIT ARCHIEP. MOGVNTINVS.

ECCLESIÆ MOGVNTINÆ SORTES VARIÆ.

Mogonciacenſis Eccleſia variam experta eſt fortunam. Antiquiſſimis enim temporibus, Metropolitico iure per Germaniam primam gauiſa eſt; eo pòſt amiſſo, ſubdita fuit Colonienſibus Epiſcopis vtriuſque Germaniæ Metropolitanis tum factis; deinde, propter interpontificium Colonienſe, cum vtraque Germania Treuirenſibus Belgicæ primæ iam Metropolitanis eſt attributa; poſteà Vormacienſibus vtriuſque Germaniæ Metropolitanis conſtitutis ſubiacuit, Metropolitanam tandem dignitatem recuperauit, cùm Antiſtitem Bonifacium in Geruilionis depoſiti locum accepit. Tunc Metropolis effecta eſt *omnium in*

AN. CH. 746.
CHILDERICI III. R. 3.

EPISCOPI SVFFRAGANEI METROPOL. MOGVNT.

Germaniæ poſitarum Eccleſiarum, vt Othlonus præcitatus loquitur, id eſt, vt olim regnante Clodoueo Primo Vormacienſis Eccleſia, ſic regnante Childerico Tertio Moguntiacenſis omnium ad vtramque Germaniam pertinentium Metropolis eſt effecta. Præter Eccleſias vtriuſque Germaniæ ciſrhenanæ, Bonifacio Metropolitæ Moguntino ſubiectæ ſunt aliæ Diœceſes tranſrhenanæ, quæ vel Metropolitæ Vormacienſi quondam paruerant, vel ab ipſomet Bonifacio Archiepiſcopo anteà regionario erectæ aut eruditæ fuerant, necnon Curienſis quæ Francorum Regno nuper adiecta. Tredecim igitur comprouincialibus Epiſcopis, Argentoratenſi, Nemetenſi, Vormacienſi, Colonienſi, Leodienſi, Vltraiectino, Auguſtano, Wirceburgenſi, Birburgenſi, Erphesfurdienſi, Eyſtettenſi, Conſtantienſi, & Curienſi, præfuit Bonifacius Archiepiſcopus Moguntinus. E tredecim illis Epiſcopatibus tres erant in Germania prima, Nemetenſis, Argentoratenſis, Vormacienſis; tres in Germania ſecunda, Colonienſis, Leodienſis, Vltraiectinus; quatuor trans Rhenum inſtituti fuerant à Bonifacio, Birburgenſis in Haſſia, Erphesfurdienſis in Thuringia, Wirceburgenſis & Eyſtettenſis in Francia Orientali; in Alamannia, quam Bonifacius etiam adierat erudieràtque, florebant Auguſtanus & Conſtantienſis; denique in Rhætia erat Curienſis, qui Francorum ditionibus nuper acceſſerat. Diœceſim Nemetenſem regebat Dauid, Heddus Argentoratenſem, Vormacienſem Wernharius, Fulcarius Leodienſem, Vltraiectinam Dadanus, Burchardus Wirceburgenſem, Auguſtanam Wicho, Witanus Birburgenſem, Erphesfurdienſem Adelharius, Willibaldus Eyſtettenſem, Conſtantienſem Ernfridus, Ruthardus Curienſem. Vacabat tum Colonienſis Epi-

RAGINFREDVS EP. COLONIENSIS OBIT.

ſcopatus ſublato è viuis Raginfredo, cui poſt interpontificium aliquot menſium ſucceſſit Agilulphus hoc eodem anno, quo Bonifacius Sedem Metropolitanam Moguntiæ fixit. Colonienſis enim interpontificij non alia dari poteſt ratio, quàm quòd Coloniâ poſt Raginfredi mortem Epiſcopo deſtitutâ, Franci conſilium inierunt de Metropolitana Bonifacij Cathedra illic collocanda, feciſſéntque aſſentiente Romano Pontifice, cuius literas recitauimus, niſi ſub idem tempus Eccleſia Moguntiacenſis ob depoſitionem Geruilionis orbata quoque fuiſſet Epiſcopo. Æquiſſimum quippe tunc iudicarunt, vt Moguntia Coloniæ, vetus Germaniæ primæ Metropolis vete-

SVCCEDIT AGILVLPHVS ABB. STABVLETI ET MALMVNDARII.

ri Metropoli Germaniæ ſecundæ præferretur. Bonifacius igitur ex Archiepiſcopo regionario factus eſt Archiepiſcopus Moguntinus, & Agilulphus Abbas Stabuleti & Malmundarij, ne Colonienſis Eccleſia diutiùs Antiſtite careret, ordinatus eſt illius ciuitatis Epiſcopus, prædictorum Monaſteriorum regimine nuſquam dimiſſo.

XXXV. Literarum Pontificiarum, quas ſuprà deſcripſimus, ſubſcriptio variis modis à diuerſis Auctoribus effertur. Ab Othlono in editione [a] Serariana ſic. *Data pridie Kalend. Nouemb. imperante Domino piiſſimo Auguſto Conſtantino, à Deo coronato, Magno Imperatore, anno* XXVII. *Imperij eius anno quinto, Indictione quartâ & decimâ.* In Suriana [b] ſic. *Data pridie Calend. Nouemb. imperante Domino Auguſto Conſtantino, anno 27 Imperij eius, Indictione 14.* Othlono Serariano conſentiunt Codex Epiſtolarum [c] Bonifacianarum, Antonius de Aquino [d], Binius [e], Sirmondus [f]; Othlono Suriano Baronius [g] & Alfordus [h]. De priore Conſtantini Auguſti epocha, quæ ſumitur à die, quo primùm dictus eſt Imperator patre ſuperſtite, conueniunt omnes, id eſt, de anno Conſtantini Auguſti viceſimo-ſeptimo, qui certè pridie Kalendas Nouembris anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſexto illigatur, vt conſtat ex computationibus annorum, quos Leo & Conſtantinus eius filius in Imperio tranſegerunt. Poſterior Conſtantini Auguſti epocha, quam Surius, Baronius & Alfordus omiſerunt, ab aliis perperam vſurpatur, quia pridie Kalendas Nouembris annus quintus, ex quo Conſtantinus poſt patrem ſolus imperare cœpit, malè comparatur cum anno viceſimo-

[a] Lib. 5. rer. Mogunt. in vit. S. Bonifac. l. 2. c. 8.
[b] D. 5. Iun.
[c] Ep. 138.
[d] Ep. 6. Zachar. PP.
[e] Ep. 9. Zachar. PP.
[f] Tom. 1. Conc. Gall.
[g] Ad an. 745. n. 45.
[h] Ad an. 745. n. 45.

ſeptimo, ex quo Conſtantinus à patre in conſortium imperij adſcitus eſt. Conſtantinus anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo, pridie Kalendas Aprilis ipſo die Paſchæ, Indictione tertiâ, coronatus eſt Imperator, Leone patre id fieri iubente; & decimo-quarto Kalendas Iulias, anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ptimo, Indictione nonâ, patrem amiſit. Hæ duæ ſuperiùs probatæ ſunt epochæ, & ad eas exigendæ caſtigandæque ſunt epiſtolarum Pontificiarum ſubſcriptiones. Pridie igitur Kalendas Nouembris cum anno viceſimo-ſeptimo prioris epochæ, annum ſextum poſterioris, expuncto quinto, compone, deletâque Indictione decimâ-quartâ decimam-quintam ſuperiori menſe Septembri iam inchoatam ſic apud Auctores ſuprà citatos in literis hoc anno datis ſupráque deſcriptis lege. *Data pridie Kalend. Nouemb. imperante Domino piiſſimo Auguſto Conſtantino, à Deo coronato, Magno Imperatore, anno* XXVII. *Imperij eius anno ſexto, Indictione decimâ-quintâ.*

AN. CH. 746.
CHILDERICI III. R. 3.

XXXVI.
WIGBERCHTVS FIT ABB. FRITESLAR.

Bonifacius *ad ampliſſimum Pontificalis gradum dignitatis Moguntiaci diuinâ gratiâ prouectus Wigberchtum, Sacerdotem ſecundi ordinis, Cœnobio ſuo, cui nomen eſt gentili Germanorum linguâ Frideſlar, Magiſtrum præfecit, vti Monaſticæ illic Religionis normam ſtatumque componeret. Ibi cum Megingo ſuo, qui poſteà culmen Epiſcopale ſubiit, diu conuerſatus eſt.* Hæc Lupus Seruatus in vita Sancti Wigberchti. Tunc florentiſſimum erat Friteſlariæ Monaſterium, cuius curam præcipuè geſſit Bonifacius, quandiu fixam Archiepiſcopatûs Sedem non obtinuit. Sermo de Wigberchto & Megingo non ſemel recurret

MEGINGVS MON. FRITESLAR.

XXXVII.

In Annalibus Nazarianis ad hunc annum duo bella perſtringuntur, Alamannicum & Aquitanicum. DCCXLVI *Karlomannus in Alamaniam, & poſteà in Aquitaniam.* In Petauianis, ſolum Alamannicum, ſic. DCCXLVI *Karolomannus intrauit Alamanniam.* Et in Fuldenſibus. DCCXLVI *Carlomannus Alamannos iterum res nouas molientes, nonnullis eorum interfectis compeſcuit.* Fuſiùs autem in Appendice, quæ Francorum Hiſtoriæ iuſſu Childebrandi ſcriptæ ſubiecta reperitur, anno poſt bellum Aquitanicum, quod anno ſuperiore commemorauimus, proximo ſic enarratur. *Sequente anno dum Alamanni contra Carlomannum eorum fidem fefelliſſent, ipſe cum magno furore cum exercitu in eorum patriam peraceſſit, & plurimos eorum, qui contra ipſum rebelles exiſtebant, gladio trucidauit.* Ex hac Alamannorum cæde obſerua bellum, quod Carolomannus aduersùs Alamannos hoc anno ſuſcepit, aliud eſſe ab eo, quod ad hunc eundem annum in Annalibus Metenſibus deſcribitur, & à nobis anno ſuperiore narratum eſt. Pippinus, quia tumultuabantur Aquitani, Carolomannum adiuuare non potuit. At hic cæſis Alamannis bellóque confecto profectus eſt in Aquitaniam, & fratris exercitum auxiliaribus copiis plurimùm auxit. Quis fuerit exitus expeditionis Aquitanicæ, veteres Annales haud produnt. Admodum probabile fit omnia Maioribus-domûs feliciter ceſſiſſe, quieuit enim per aliquot annos Aquitania, donec Griſo Pippini frater ad Waifarium illius prouinciæ Ducem ſeu Gubernatorem profugus peruenit.

BELLVM ALAMANNICVM; AQVITANICVM.

XXXVIII.
CAROLOMANNVS NVNTIVM REBVS SECVLARIBVS REMITTERE STATVIT.

Sub huius anni finem, pacatâ iam Aquitaniâ, Carolomannus Maior-domûs, militari virtute præſtantiſſimus, qui de Saxonibus, Boioariis, Alamannis & Aquitanis ſæpè triumpharat, nuntium rebus ſecularibus remittere decreuit, ídque conſilij, quod animo dudum meditabatur, Pippino patefecit. Illud Carolomanni cum fratre colloquium anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quinto perperam conſignant Annales Tiliani, qui deinceps rectam Chronologiam vno anno anteuertunt. Ab Othlono [a] laudatur Bonifacius Archiepiſcopus, quòd *eo admonente & exhortante* Carolomannus *in timore & amore Dei ita perfectus eſſe cœpit, vt humana ſimul & diuina prudenter diſponeret, nihílque ſecularia intra ſine diuini adminiſtratione ſeruitij, ad quod Cœnobialis Monaſticáque deputatur Congregatio, proficere ſciret.*

[a] Lib. 1. c. 36.

AN. CH. 746. CHILDERICI III. R. 3.

XXXIX. FELIX PRESBYTER MVNIFICVS ERGA MON. SITIVENSE.

[a] Lib. 4. c. 64.

Hoc eodem anno, Childerici Regis tertio, Felix Preſbyter Nanthario Abbati Sitiuenſi eiúſque ſucceſſoribus Cellam tranſcripſit, quam in honorem Beatiſſimæ Virginis, Sancti Michaelis Archangeli, Sancti Ioannis Baptiſtæ, & ceterorum Sanctorum conſtruxerat in loco dicto *Rochashem*, hodie *Roxem* iuxta Aldenburgum, in luco Thorealdo, hodie *Thourault*, in pago Flandrenſi, vt ferunt ipſius donationis tabulæ, quas Malbrancus [a] in hunc modum recitat. *Ego in Dei nomine Felix Presbyter, inſpirante diuinâ clementiâ, atque pro anima mea remedio deputaui & conceſſi atque delegaui per hanc paginam donationis ad Monaſterium Sithiu Cellam meam in loco nuncupante Rochashem ſiue Thorealdo luco in pago Flandrinſe, quam ego in honore S. Michaelis Archangeli, vel S. Ioannis Baptiſta, vel S. Mariæ Genitricis Domini noſtri Ieſu Chriſti, vel ceterorum Sanctorum, opere conſtruxi; quam ab extraneis perſonis dato pretio comparaui. Et ſupplicamus ipſos fratres, & rectores ipſius Monaſterij Sithiu, vt propter Dominum & mercedem noſtram lucrandam, vt ipſâ Cellâ, quam ibidem transfirmauimus, de Miſſis, de Curſo,* id eſt, de horis Canonicis, *de luminariis curam habere ſtudeant. Et de hoſpitibus & peregrinis charitatem & mercedem exinde habere debeant. Tamen in ea ratione, quandiu ego in hoc ſeculo, Chriſto propitio, aduiuero, ipſam Cellam vſualiter pro beneficio ipſius Monaſterij mihi liceat poſſidere. Actum Sithiu Monaſterio publicè* VIII *Cal. Auguſti, anno 3 Regni Domini noſtri Hilderici Glorioſi Regis. Ego Felix hoc Teſtamentum à me factum relegi & ſubſcripſi. S. Chrogdgarij Illuſtris. S. Rimberti. S. Odberti. S. Godoberti Gunimuini. S. Waningi. S. Gontberti. S. Chramni. S. Erlarij. S. Clodbaldi. S. Clidebaldi. S. Guntharij Sacerdotis. S. Cherenuini. S. Auſtroaldi Centenarij. S. Theodberti. Ego Vioradus Diaconus rogatus ſcripſi & ſubſcripſi.*

XL. EPISCOPI TARVANNENSES.

[b] Lib. 4. c. 65.

Si iuxta Malbranci [b] opinionem, Gontbertus, qui poſt Adalgerum in Taruannenſi Cathedra ſedit, non alius eſt ab eo, qui prædictæ donationi Felicis Presbyteri ſubſcripſit, ſub huius anni finem ponendus eſt obitus Adalgeri, nec diuturnus haberi debet Gontberti Pontificatus, quia illius ſucceſſori Ætherio Zacharias Papa literas anno Chriſti ſeptingenteſimo duodequinquageſimo direxit.

XLI. ROTOMAGENSES.

[c] In Archiep. 46.

Grimo Rotomagenſis Epiſcopus hoc anno vitam clauſit. Omittitur in manuſcripto Rotomagenſis Eccleſiæ Chronico, cuius Auctor Ratberto nouem annos in Pontificatu, eiúſque proximo ſucceſſori Raginfrido ſeptemdecim tribuit. Franciſcus Pommerayus iſtius operis meminit [c], exiſtimátque duobus Epiſcopis, Ratberto & Raginfrido, attributos annos, qui tribus, Ratberto videlicet, Grimoni & Raginfrido, conueniebant. At hæc admitti non poteſt opinio; ſiue Hugonis obitum anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo & Raginfridi depoſitionem anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-quinto nobiſcum conſignes; ſiue iuxta Pommerayi calculos Hugonem anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo mortuum, Raginfridum anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-tertio depoſitum contendas. Portò, cùm ab Hugonis morte ad depoſitionem vſque Raginfridi, ſecundùm noſtram computationem quinque ac viginti effluxerint anni, conſtétque de Grimone quod anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſexto ſuperſtes in viuis adhuc eſſet, déque Raginfrido quòd anno Chriſti ſeptingenteſimo duodequinquageſimo Pontificatum iam gereret, nihil æquius nobis viſum eſt, quàm vt in Orderici [d] ſententia Epiſcopatum Ratberti coarctaremus intra quadriennium, & annos nouem, quos eidem Ratberto prædictum Rotomagenſis Eccleſiæ Chronicon affingit, Raginfrido aſſignaremus. Medij enim ſuperſunt anni duodecim, quibus Grimonis Epiſcopatus, ab anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-quarto ad hunc vſque annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-ſextum componitur, nihílque reperitur in ea computatione, quod epiſtolis Zachariæ Papæ, Bonifacij Archiepiſcopi, ceteríſque ſynchronis Scriptoribus repugnet.

[d] Lib. 5. ad an. 1080.

Grimonem

AN. CH. 746. CHILDERICI III. R. 3.

XLII.

Grimonem nobilitate, pietate, doctrinâ præſtantem probat manuſcriptus Codex, quem Pommerayus allegat [a] ex Bibliotheca Bigotiana. Plurimùm faciunt ad illius commendationem epiſtolæ Bonifacianæ atque Pontificiæ. Bonifacius enim, cùm multi in Francia Metropolitæ eſſent, tria tantùm Pallia petiit pro totidem Metropolitis, nempe pro Abele & Ardoberto quos in Synodo Sueſſionica nuperrimè conſtituerat, & pro Grimone; imò vnum duntaxat pro eodem Grimone poſteà poſtulauit; & Zacharias in reſponſoriis ad Bonifacium literis eundem Grimonem ſibi jam notum aſſeruit laudauítque. Grimo, vt in obeundo munere piiſſimum, ſic & in erudiendo grege doctiſſimum, atque in dandis eleemoſynis largiſſimum ſe præbuit. Inſigni quoque donatione, cuius fragmentum Pommerayus recitat, auxit Eccleſiæ ſuæ reditus. *In pago Ebricino Fontanas * ſuper fluuium Ithonum cum omnibus adiacentiis ſuis, id eſt, Taniega, Bertildicurte, Ferrarias, Scardegium, Turſinicurtem, &c.* Nec immeritò ab Orderico [b] ſic commendatur.

[a] In Archiep. 27. c. 3. n. 3.

LAVS GRIMONIS.

* Fontaines ſur la riuiere d'Ithon.

[b] Lib. 5. ad an. 1080.

Grimo deuotus Præſul, pius, inclytus actu,
*Suſcipit Eccleſiam diuinâ * ſorte regendam.*

* Ducheſn. diuino cultu.

XLIII.

ABBATES FONTANELL.

Mirum profectò nemini non videbitur, quòd Grimo, quem Codex Bigotianus illuſtrem diuini verbi præconem prædicat, in Chronico [c] Fontanellenſi dicitur *ignarus literarum*. Sed eò loci multos errores Auctor iſtius Chronici committit, nam de Grimone, Widone & Raginfrido conglobatim ſic loquitur. *Raginfridus de nobili Francorum proſapia oriundus extitit, licèt opera nefanda generoſitatem fœdarent illius. Compater etiam ſpiritualis regenerationis Pipini Magni Regis, qui de ſeculari quidem habitu commutatus Grimoni Archiepiſcopo ſuccedens, Præſul efficitur Eccleſiæ Rothomagenſis, Rectórque huius Cœnoby Fontinellenſis, parúmque dignè hoc adminiſtrauit. Erat namque ignarus literarum, ſicuti prædeceſſores ſui Grimo & Wido, ideóque minùs dignum ſe exhibebat tantæ rei negotio.* In tollendis huiuſce textus pleriſque næuis iam immorati ſumus ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-ſecundum, quo Raginfridus tunc Abbas Fontanellenſis de Monaſterij regimine depoſitus eſt. Iſte Chronographus vult Raginfridum eodem tempore ſimul & Archiepiſcopum Rotomagenſem & Abbatem Fontanellenſem extitiſſe, Grimoni quidem primùm ſucceſſiſſe in Archiepiſcopatum Rotomagenſem, deinde Widoni Abbati in Præfecturam Cœnobij Fontanellenſis anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-nono. Verùm longè aliter ſe res habuit. Wido Fontanellenſis Abbas ob perduellionem, anno Chriſti ſeptingenteſimo vndequadrageſimo, capite plexus eſt. Raginfridus eodem anno Abbas ei ſuffectus, depoſitúſque tertio pòſt anno, hoc anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo, cùm Grimo Rotomagenſis Archiepiſcopus ſupereſſet, vt epiſtolæ Bonifacianæ ad Zachariam Papam ac viciſſim Apoſtolicæ ad Bonifacium directæ docent. Hoc tandem anno, poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſexto, deceſſit è viuis Grimo, tunc Raginfridus Archiepiſcopatum Rotomagenſem ſuſcepit, rexítque ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quintum. Interim Monaſterium Fontanellenſe penes Abbates Wandonem iterum, Auſtrulphum, & alterum Widonem fuit. Anno enim Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo, quo Raginfridus Abbas depoſitus eſt, Wando Abbas, qui per annos viginti-tres exularat, Monachis Fontanellenſibus denuò præfuit, ſed anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſeptimo, cùm præ nimio ætatis ſenio luminibus oculorum priuatus eſſet, ſponte regimen abdicauit. Ei ſucceſſit Auſtrulphus, cuius mors in annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-tertium incidit; tum Wido Secundus ſeu Widolaicus, qui vitam ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum octogeſimum-ſeptimum prorogauit. Horum pars iam probata, pars altera ſuis locis probabitur. Widonem Abbatem Fon-

[c] Cap. 11.

AN. CH. 746. CHILDERICI III. R. 3.

tanellenſem, cui Raginfridus anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-nono ſucceſſit, ignarum literarum fuiſſe lubenter fatemur. *Erat enim de ſecularibus Clericis, gladióque, quem ſemiſpiacium vocant, ſemper accinctus, ſagáque pro cappa vtebatur, parúmque Eccleſiaſtica diſciplina imperiis parebat. Nam copiam canum multiplicem ſemper habebat, cum qua venationi quotidie inſiſtebat, ſagittatórque præcipuus in arcubus lignois ad aues feriendas, hiſque operibus magis quàm Eccleſiaſtica diſciplina ſtudiis ſe exercebat.* At inficiamur ignarum quoque literarum fuiſſe Grimonem, qui Raginfridum in Archiepiſcopatu Rotomagenſi anteceſſit, & quandiu vixit, gregi ſuo pabulum diuini verbi ſedulò miniſtrauit. Negamus etiam Raginfridum ignarum fuiſſe literarum, in Codice enim Rotomagenſis Eccleſiæ manuſcripto, cuius auctoritatem hoc loco Pommetayus allegat, non ſolùm ob nobilitatem generis & ob munificentiam erga prædictam Baſilicam ſed etiam ob doctrinam prædicatur. De illo non ſemel recurret ſermo. Hîc tantùm nota delatas ei Rotomagenſes Infulas poſt obitum Grimonis Archiepiſcopi, cùm Wando Abbas Aſceterio Fontanellenſi præerat.

XLIV. Illis temporibus, in eadem prouincia Lugdunenſi ſecunda prope Sagium florebant Monaſteriolum & Almaniſcæ, Cœnobia puellaria, de quibus nihil à nobis hactenus dictum, quia deſtructa ſunt à Nortmannis, terúmque illic ante huiuſcemodi cladem geſtarum paucïſſima ſuperſunt monumenta. Sanctus Adelinus Sagienſis Epiſcopus, qui ſæuiente Nortmannorum perſecutione multa mala perpeſſus eſt, vitam Sanctæ Opportunæ conſcripſit. In ea lucubratione mentio fit prædictorum Cœnobiorum, quorum Abbatiſſæ fuerunt Opportuna & Lanthildis Opportunæ amita; fit & mentio Godegrandi, qui frater extitit eiuſdem Opportunæ, & in Sagienſi Cathedra poſt Sanctum Lotharium anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſexto ſedere cœpit.

GODEGRANDVS FRATER OPPORTVNÆ.

XLV. Godegrandus & Opportuna parentes habuerunt in Oximenſi pago valdè nobiles. Opportuna, cùm à multis in coniugem peteretur, Monaſticum habitum accepit. *Appropinquat dies*, inquit Adelinus, *quo beata Opportuna Epiſcopali benedictione velamen conſecratum capiti ſuo imponat, & abiectis iucunditatis & ſecularibus ornamentis, induatur veſtibus ſacræ Religionis. Tunc ſtipata multitudine parentum, & frequentiâ ſequentium hominum, peruenit ad quoddam Cœnobium, Sagienſi vrbi vicinum, quod eſt in ſaltu Algia ſitum, & vulgò vſitato nomine nuncupatum Monaſteriolum *. In eo itaque loco, digna Deo puella Opportuna, omnibus ſeculi rebus valefaciens, & ſoli Deo vacare cupiens, accepto ſanctæ conuerſationis habitu, cœtui Sanctarum coniuncta eſt fœminarum, Domino ibidem famulantium.* Abbatiſſæ nomen ignoratur. Huic in regimen Monaſterij ſucceſſit Opportuna. Sic enim pergit, qui ſuprà laudatus eſt Auctor vitæ. *Accidit, vt Mater, quæ cæteris præerat ſororibus, migraret ad Chriſtum. Tunc Sanctimoniales omnes vno conſenſu & pari voluntate elegerunt Dominam noſtram Opportunam, vt inter eas culmen Prælationis obtineret. At illa, cùm multùm contradicere vellet, ſed pro veneratione obedientiæ non valeret, petiit trium dierum inducias, vt pro hac re Dominum deprecaretur. Quod cùm factum fuiſſet, reuelatum eſt illis, quòd beata Opportuna digna eſſet honore Prælationis. Deinde Mater & Abbatiſſa ſuper omnes conſtituta, maiori corpus ſuum cœpit domare abſtinentiâ.* Hæc geſta ſunt Lothario tunc Epiſcopo, cui Godegrandus in Sagienſem Pontificatum poſteà ſucceſſit.

OPPORTVNA MONIALIS MONASTERIOLENSIS.

* *Monſtereul.*

DEIN. DE ABBATISSA.

XLVI. Tribus leucis ab vrbe Sagienſi diſtant Almaniſcæ *, ſiue Alemanniæ, vel Almonachæ. Huic puellarum Cœnobio præfuit Nanthildis ſeu Lanthildis Abbatiſſa, Godegrandi & Opportunæ amita, de qua recurret ſermo ſub Pippino Rege. Lege Neuſtriam Piam in Almaniſcis [a].

* *Almeneſches, Aumeneſches.*

NANTHILDIS ABBATISSA ALMANISCENSIS.

[a] Cap. 1.

ANNVS
CHRISTI 747.
CHILDERICI III. R. 4.

ANno DCCXLVII. *Karlomannus init Romam*, teſte Annaliſtâ Nazariano, cui Petauianus, Metenſis ac Fuldenſis ſuffragantur; Loiſelianus autem cum ſuis aſſeclis, illud Carolomanni iter anno vno perperam anteuertit. I.

Pro priore ſententia ſtat apud Browerum [a] *Chartula* Bonifaciana *de finibus & terminis Monaſtery Fuldenſis*, quæ ſcripta reperitur *anno Dominicæ Incarnationis* DCCXLVII. *Principatûs verò nobilium virorum Karlmanni & Pipini fratris eius anno* VI. *menſe Martio* XXII *die*, cùm Carolomannus iter in Italiam nondum ſuſcepiſſet. *Bonifacius Legatus Germanicus Sanctæ Eccleſiæ Romanæ, viris religioſis ac Dominum timentibus in Regno Francorum conſiſtentis. Non incognitum eſſe reor pluribus, qualiter Carolomannus, vir illuſtris, qui in Regno Francorum ſimul cum germano ſuo Pipino dominatur, locum in Buchonia ſilua, aptum ad Monaſterium conſtruendum, nobis conceſſit, & perpetualiter ſeruis Domini condonauit. Ideò placuit nobis, vt eundem locum, qualiter certis terminis conſiſtit, adnotemus, & idoneis teſtibus, qui in prædicti Principis traditione & veſtitione ipſius loci affuerunt, ſubter firmemus. Eſt ergo terminus Eccleſiæ & Monaſtery Sancti Saluatoris, quod ſitum eſt in littore fluminis Fulda; primùm in Orientali plaga, fons riui, qui vocatur Crumbenbach, & ſic vadit per illum riuum, vſquequò intrat in Auſtralem Hunam. Inde tranſit in collem Leohungow, qui à quibuſdam dicitur Cuffiſo, & ſic vadit vſque ad introitum Vthinabache, in alteram Hunam. Inde tranſit in caput riui, qui vocatur Rodenbach, inde in caput Wolfesbache; & ſic in riuum eius, vſquequò intrat in Biberaha; & per littus illius deorſum, vſque in oſtia Larlrunnen: inde vadit ad locum, vbi alter Crumbenbach intret in Treiſbach; & ſic ſurſum per riuum Crumbenbache, vſque in caput eius. Inde tranſit in ſummitatem Rosberge, & ſic per ſiccum torrentem, iterum vadit in Hunam; & deorſum per littus eius vſque in oſtia Marbaches: inde ſurſum per riuum illum vſque in caput eius; inde in caput Berosbach; inde vadit ad locum vbi flumen Lutere intrat Fuldam, & ſic ſurſum per littus Lutere vſque in oſtia Bymbaches, & per riuum ejus ſurſum vſque in caput ejus. Inde trans viam, quæ dicitur Anthania, vſque in viam quæ vocatur Orteſonnehe; inde vadit in volutabrum, quod eſt in monte, qui dicitur Himelesberge. Inde tranſit in caput riui, qui vocatur Scalkesbach, & ſic per littus eius, vſquequò intrat in Fliedena. Inde deorſum, vſque ad oſtia Scamurfulda; & ab oſtio eius ſurſum, vſquequò ipſum flumen diuiditur in freta: inde tranſit inter media freta, quæ naſci videntur de flumine Fulda; & ſic vadit in caput riui, qui dicitur Sudtomilbach: inde pergit ad caput ſupradicti fontis Crumbenbaches. Sic enim iſte locus traditus eſt à Pipino cum his terminis circumſcriptis, Domino & Salvatori noſtro; & à prædicto Principe Carlomanno; vt ſit commendatus idem locus, & vtilis Saluatori noſtro vſque in finem ſeculi, ad congregandos & nutriendos ſervos eius, abſque vlla impeditione vel vſurpatione aliorum. Signum Bonifacy Archiepiſcopi, qui hanc chartam pro notitia omnium conſcribi iuſſit,* ✠. *Signum Burchardi Epiſcopi,* ✠. *Signum Sturmi Abbatis,* ✠. *Signum Megenhelmi Presbyteri,* ✠. *Signum Folcheranni Presbyteri,* ✠. *Signum Megingozi Presbyteri,* ✠. *Signum * Trountis Præfecti,* ✠. *Signum Luitfridi Præfecti,* ✠. *Signum * Rumolfi Præfecti,* ✠. *Anno Dominicæ Incarnationis* DCCXLVII. *Principatûs verò nobilium virorum Karlmanni & Pipini fratris eius anno* VI *menſe Martio* XXII *die ſcripta* II.

FINES MONASTERII FVLDENSIS.

[a] In Antiquit. Fuldenſ. l. 1. c. 4.

* *Truantis*

* *Runcolfi & Runzolfi.*

AN. CH. 746. CHILDERICI III. R. 4.

eſt hæc Notionis charta in Fuldenſi Monaſterio, primùm à Megenhelmo Presbytero, iuſſione & permiſſione diuinâ.

III. In hac Charta, præter fines ac terminos Monaſterij quos deſcribit, nonnulla ſunt obſeruanda. Primò Cœnobium non amnis Fuldæ cui adſidet, ſed Sancti Salnatoris cui dicatum eſt, nomen gerit, vt aliâ occaſione iam obſeruatum. Deinde inter Presbyteros, qui ſubſcribunt, nominatur Megingozus, à Megingo Friteſlarienſi Monacho, de quo locuti ſumus anno ſuperiori, certè diſtinguendus; vterque enim Epiſcopatum geſſit, Megingus Birburgenſem poſt beatum Wittam, Megingozus Witceburgenſem poſt Sanctum Burchardum, quocum Chartæ ſuprà recitatæ ſubſcripſit. Obiter quoque notanda vetus conſuetudo, quæ Crucis imaginem in Actorum ſubſcriptione vſurpat; Crux autem nomina ſubſcribentium modò ſequitur, modò præit; vtriuſque generis exempla non pauca ſuis locis occurrent.

IMAGO CRVCIS IN ACTORVM SVBSCRIPTIONIBVS.

IV. Quonam conſilio Carolomannus in Italiam hoc anno profectus ſit, ita ſcribit Auctor coætaneus in poſteriore Appendice ad Francorum Hiſtoriam iuſſu Childebrandi Comitis conſcriptam. *Carlamannus deuotionis cauſâ ...... inextincto ſuccenſus regnum vnà cum filio ſuo Drogone manibus germani ſui Pipini committens, ad limina beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli Romam ibi Monachorum ordine perſeueraturus aduenit.* Mortuâ igitur vxore, quæ plures ei filios pepererat, nuntium ſeculo remittere, Monachúmque induere decreuit.

CAROLOMANNVS NVNTIO REBVS SECVLARIBVS REMISSO IT ROMAM.

V. Eâ pietate motus, vt Auctor Annalium Tilianorum ſcribit [a], *Romam perrexit, ibíque ſe totondit, & in Sarepte* (Soracte) *monte Monaſterium ædificauit in honore S. Silueſtri, ibíque aliquod tempus moram faciens, inde ad S. Benedictum peruenit, & ibi Monachus fuit.* Eadem narrat Annaliſta Metenſis ſtylo paulò fuſiori. De Tonſura enim Carolomanni & eius habitu Clericali ſic ait. *Ad limina beati Petri cum plurimis ſuis Optimatibus & donis innumerabilibus peruexit, capitíſque comâ depoſita habitum Clericalem ordinante beato Zachariâ Papâ adſumpſit, aliquantóque tempore ibidem manſit.* Monaſterium ab eo *in Soracte monte* ædificatum non omittit, deinde illius ſeceſſum in montem Caſinum commemorat. Anaſtaſius in vita Zachariæ Papæ commorationem Carolomanni in Soracte monte præterit, cetera ſic habet. *Huius*, id eſt, Zachariæ, *temporibus, Carolomannus filius Caroli Francorum Regis* (lege, *Principis*, cum Baronio [b]) *præſentis vitæ relinquens gloriam atque poteſtatem terrenam, ad beatum Petrum Apoſtolorum Principem deuotus cum aliquantis ſuis aduenit fidelibus, ſeſéque eidem Dei contulit Apoſtolo, atque in ſpeciali habitu ſe fore ſpondens permanſurum, Clericatûs iugum ab eodem ſanctiſſimo ſuſcepit Pontifice. Et inter alia multa dona obtulit Beato Petro Apoſtolo ante Confeſſionem arcum argenteum maiorem, penſantem libras ſeptuaginta. Et poſt aliquantùm temporis, ad Beati Benedicti, quod in Aquinenſium finibus ſitum eſt, profectus eſt Monaſterium, in quo & ſuam finiri vitam iure profeſſus eſt iurando*, vt anno ſequenti dicemus.

[a] Ad an. 746.

CONDIT MON. IN SORACTE MONTE.

[b] Hoc an. n. 9.

VI. Carolomanno in Italiam profecto, qualem Pippinus erga Grifonem fratrem ſe geſſerit, Annaliſta Metenſis ſic exponit. *Eodem anno Pippinus omnium Francorum generaliter Princeps, miſericordiâ motus, fratrem ſuum Gripponem de cuſtodia, in qua eum germanus ſuus Karlomannus recluſerat, liberauit, & ipſum fraternâ dilectione honoratum in Palatio ſuo habuit, dedítque illi Comitatus & fiſcos plurimos.* Grifo ſeu Grippo ab anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-primo, quo bellum temerè contra fratres mouerat, in Maioratu Carolomanni apud Nouum Caſtrum in Arduenna ſub cuſtodia detinebatur: Illum hoc anno libertate donatum varij confirmant Annaliſtæ, qui nouos ab eo tumultus anno proximo in Auſtraſia concitatos aſſerunt. Huic malo Pippinus occurrerat aduocato in Palatium fratre, ſed, ne fugâ laberetur, haud ſatis diligenter cauit.

GRIFO EDVCITVR E CVSTODIA.

AN. CH. 747. CHILDERICI III. R. 4.

VII. PIPPINVS MAIOR-DOMVS NEVSTRIÆ.

Apud Annaliſtam Metenſem, poſt Carolomanni ſeceſſum, *Pippinus omnium Francorum generaliter Princeps* vocatur; an rectè, quærunt Neoterici. Carolomannus & Pippinus, licèt Principatum ſeu Maioratum-domûs integro quinquennio poſt Caroli patris obitum tantâ concordiâ geſſerint, vt ambo ex æquo Franciam indiuiſam regere viderentur, cùm bella functis viribus plerumque conficerent, tamen inter ſeſe prouincias Francicæ ditionis diuiſerant. Carolomannus obtinuerat Auſtraſiam, Sueuiam ſiue Alamanniam, Thuringiam & Boioariam, vt dictum ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-primum. An filiis ſuis aliquid de tot tantíſque prouinciis ſeruatum voluerit, aut eos ſatis duxerit fratri ſuo commendaſſe, manet inueſtigandum. Anſam dubitandi præbent Scriptores duo coætanei, qui videntur plurimùm diſcrepare.

VIII. Auctor Appendicis iam citatæ ſic habet. *Carlomannus deuotionis causâ .... inextincto ſuccenſus regnum vnà cum filio ſuo Drogone manibus germani ſui Pipini committens, ad limina beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli Romam in Monachorum ordine perſeueraturus aduenit. Quâ ſucceſſione Pipinus roboratur in regnum.* Eo textu nihil validius excogitare potes, vt Drogonem à Carolomanno patre *manibus* ſeu poteſtati Pippini commiſſum fuiſſe, & Pippinum eidem Carolomanno in Auſtraſiæ Maioratum ſucceſſiſſe credas. In illam opinionem iuit Annaliſta Metenſis; iuit & Othlonus, cuius hæc ſunt verba in vita [a] Sancti Bonifacij. *Karolomannus reliquit ampla terrena poteſtatis regna, & ad Caſſinum montem, in quo tunc arctiſſima Monaſtica vitæ diſciplina habebatur, veniens, Monachus ibi efficitur, Pipino fratri committens munia regni. Hic itaque acceptâ paterna & fraterna poteſtatis Monarchiâ, qui,* &c.

[a] Lib. 2.c.19

IX. OB DROGONIS EX FRATRE CAROLOMANNO NEPOTIS TENERIOREM ÆTATEM,

Secus ſentit alter Anonymus in breui quadam epiſtola, quæ reperitur in Codice Bonifacianarum [b], inſcribitúrque *dilectiſſimo in Chriſto charitatis vinculo nodato Patri Andhuno.* Nomen ſuum reticet, ſed Auſtraſium ſe prodit, & Carolomanni filium in Auſtraſia Maiorem-domûs agnoſcit, ab amico enim de ſuo ſciſcitatur Epiſcopo, verùm venerit ad Synodum Occidentalium prouinciarum, in quibus Pippinus Ducatum ſeu Maioratum gerit, an ad Carolomanni filium, ſiue an ad Synodum Orientalium Prouinciarum, in quibus Carolomanni filius Ducatum ſeu Maioratum obtinet. *Indica nobis,* inquit, *aliquid de Epiſcopo noſtro, an ad Synodum Ducis Occidentalium prouinciarum perrexiſſet, an ad filium Carlomanni, & per epiſtolam nobis reſcribe.* Per Ducem Occidentalium prouinciarum Pippinum dubio procul intelligit, tantùm autem abeſt, vt illum Orientalium quoque prouinciarum Ducem conſtituat, quin ei filium Carolomanni, tanquam earumdem Orientalium prouinciarum Ducem, opponit.

[b] Ep. 42.

X. Annaliſta Petauianus, cuius lucubratio in anno poſt Chriſtum natum octingenteſimo deſinit, multos Carolomanno filios ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-tertium ſic attribuit. *Filij eius*, nempe Carolomanni de quo proximè loquebatur, *tonſi ſunt.* Auctor Annalium Metenſium longè ſerius ſcripſit, omiſſiſque ceteris Carolomanni filiis mentionem ſolius Drogonis fecit. In dubium non vocamus, quin Carolomannus omnes ſuos liberos Pippino fratri commendarit. Ex eo verò, quòd Annaliſta Metenſis vnius tantummodo Drogonis meminerit, ſuſpicari licet eum à patre deſignatum qui ſuccederet in Maioratum Auſtraſiæ, Pippini tamen patrui manibus ſeu poteſtati commiſſum, quia teneriorem adhuc ætatem agebat. Textus igitur, quem ex illo Annaliſta protulimus, benignè ſic interpretandus videtur. Carolomannus in Italiam abiturus filios ſuos in pueritia conſtitutos Pippino fratri commendat, imprimis *regnum* ſeu Maioratum Auſtraſiæ *cum Drogone* filio primogenito *manibus* ſeu poteſtati Pippini protegendum committit, & Pippinus eâ *ſucceſſione*, id eſt, eâ poteſtatis auctione, quâ Maioratum non tantùm per prouincias Occidenta-

EXERCET ETIAM MAIORATVM AVSTRIÆ.

AN. CH. 747. CHILDERICI III. R. 4.

les ſeu Neuſtraſianas vt anteà, ſed etiam per Orientales ſiue Auſtraſianas tutorio veluti nomine deinceps exercebit, *roboratur in regnum*, id eſt, in regno ſeu Maioratu vel adminiſtratione regni magis confirmatur, Rege Childerico cum puero.

XI. Si *regnum* hoc loco in propria ſignificatione vis vſurpari, Pippinus fratre facto Monacho *roboratur in regnum*, id eſt, auctâ per Auſtraſiam ob Drogonis pueritiam poteſtate, robuſtior fit ac potentior ad occupandum regnum. a Lib. 25. *Tum demùm*, inquit Valeſius [a], *de Regio nomine feriò cogitare, & quod pater eius paucis ante obitum annis nullo Rege conſtituto concupiuiſſe videbatur, ſperare primùm cœpit, cùm anteà fratre ſuo natu maiore Francis Orientalibus imperante, Regnum totius gentis optare magis quàm expectare ac promittere ſibi poſſet. Qui ſi in Monaſterium non ſeceſſiſſet, aut nunquam regnaturus fuit Pippinus, aut certè in ſuis tantùm prouinciis dimidiâue Francorum parte regnaturus, conſentiente fratre, ac Regium in Auſtria nomen & inſigne ſimul vſurpante.* Valeſianam ratiocinationem non poſſumus non probare, quia Pippinus poſt aliquot annos, cùm in Regio ſolio iam collocatus eſſet, omnes Carolomanni filios tonderi iuſſit, nec id aliâ motus ratione præſtitit, quàm quòd timeret, ne quandoque ius hæreditarium ſibi vindicarent in partem Regni Francici, quam ipſorum pater ſub nomine Maioris-domûs quondam rexerat. Exiſtimamus tamen in præcitato Metenſis Annaliſtæ textu *regnum* pro Maioratu capiendum eſſe.

XII. Pippinus igitur actâ in Neuſtria Synodo, cuius mentio fit ab Anonymo in literis ad Andhunum iam allegatis, profectus eſt in Auſtriam, veritus ne Drogonis auctoritas in prouinciis transrhenanis firmaretur, aut Duces earumdem prouinciarum nouos tumultus cierent, vel eas vicinæ gentes inuaderent. Illi rerum ſuarum ſatagenti par vndequaque timor. Hoc anno nihil à prouinciarum Ducibus ſeu Præfectis tentatum, ſed, quæ per aliquot annos ſteterat, à finitimis Saxonibus pax eſt turbata. *Eodem* enim

VINCIT SAXONES. *anno*, quo videlicet Carolomannus Romam adiit, *Saxones*, vt in Appendice Hiſtoriæ iuſſu Childebrandi ſcriptæ ſubiecta legitur, *more conſueto fidem, quam germano ſuo*, id eſt, Carolomanno ipſius Pippini fratri, *promiſerant, mentiri conati ſunt. Qua de cauſa adunato exercitu, ad eos peruenire* (vel, *eos præuenire*, vt alia editio habet) *compulſus eſt* Pippinus. *Cui etiam Reges Winidorum ſeu Friſionum ad auxiliandum vno animo conuenerunt. Quod videntes Saxones, conſueto timore compulſi, multis ex eis iam trucidatis, & in captiuitate miſſis, regionibus eorum ignéque concrematis, pacem petentes, iuri Francorum ſeſe, vt antiquitus mos fuerat, ſubdiderunt, & ea tributa, quæ Chlothario quondam præſtiterant, pleniſſimâ ſolutione ab eo tempore deinceps eſſe reddituros promiſerunt. Ex quibus plurima multitudo videntes ſe contra impetum Francorum rebellare non poſſe, propriis viribus deſtituti, petierunt ſibi Chriſtianitatis ſacramenta conferre.* De tributo, quod à Clotario Primo Saxonibus impoſitum, & à Dagoberto Primo, prædicti Clotarij

b Cap. 74. pronepote remiſſum eſt, Fredegarius in ſuo Chronico [b] ſic loquitur. *Tributum Saxones, quod reddere conſueuerant, per Præceptionem Dagoberti habent indultum. Quingentas vaccas inferendales annis ſingulis à Chlotario Se-*

c L. 4. c. 26. *niore cenſiti reddebant, quod à Dagoberto caſſatum eſt.* Et ab Aimoino [c], cur illæ vaccæ vocarentur inferendales, ratio redditur, de qua dictum Tomo ſecundo ad annum Chriſti ſexcenteſimum triceſimum-primum [d], quo Da-

d Num. 2. gobertus earum tributum remiſit.

XIII. Auctor Annalium Metenſium res hoc anno ac ſequenti geſtas in Saxo-

e An. 748. nia cum aliis ſimul ad alterum horum annorum ſic confundit [e]. *Grippo, quem de cuſtodia fraterno affectu Pippinus ſoluerat, tyrannico faſtu multos ſibi nobilium ſociauit, & fugâ lapſus Rhenum tranſiens in Saxoniam venit. Quem plurimi iuuenes ex nobili genere Francorum inconſtantiâ ducti, proprium Dominum relinquentes, Gripponem ſubſecuti ſunt. Pippinus verò adunato exercitu*

AN. CH. 747. CHILDERICI III. R. 4.

per Turingiam in Saxoniam veniens, fines Saxonum, quos Nordoſquanos vocant, cum valida manu intrauit. Ibique Duces gentis aſpera Selauorum in occurſum eius venerunt, vnanimiter auxilium illi contra Saxones ferre parati, pugnatores quaſi centum millia. Saxones verò, qui Nordoſquaui vocantur, ſub ſuam ditionem ſubactos contritóſque ſubegit, ex quibus plurimi per manus Sacerdotum baptizati ad fidem Chriſtianam conuerſi ſunt. In eodem verò itinere cepit Caſtrum, quod vocatur Hocſeburc, & perfidum Theodericum Saxonem tertiâ iam vice à Francis captum comprehendit. Inde proficiſcens peruenit ad fluuium quod dicitur Obacra *, *& caſtra metatus eſt iuxta ripam eiuſdem fluminis. Saxones verò cum Grippone ex alta ripa erant, vbi maximam inter ſe & Francos firmitatem ſtatuerunt. Sed dum viderent quòd eos eadem firmitas minimè defendere poſſet, per noctem fugâ lapſi caſtra deſeruerunt. Pippinus verò cum exercitu ſuo totam penè Saxoniam per dies* XL *vaſtauit, & caſtella eorum deſtruxit, indéque victor remeauit ad propria.* In hoc textu, quæ de Grippone narrantur, pertinent ad annum Chriſti ſeptingenteſimum duodequinquageſimum, quo Grippo ſeu Griſo ſeceſſit è comitatu Pippini fratris, atque in Saxoniam ſe recepit; quæ verò de Caſtro *Hocſeburg* ad Viſurgim amnem in hodierna Diœceſi Mindenſi, déque Theoderico Saxonum Satrapa commemorantur, referenda ſunt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-tertium, quo *Carlemannus*, vt Annales Loiſeliani teſtantur, *per ſe in Saxoniam ambulabat, in eodem anno cepit & Caſtrum, quod dicitur Odiſerburg* ſiue Hocſeburg, *per placitum, & Teodericum Saxonem placitando conquiſiuit.* Cetera ſpectant ad hunc annum, quo Saxones fidem Carolomanno Franciſque datam violare conati ſunt, eodem Carolomanno in Italiam profecto. *Pippinus adunato exercitu per Turingiam in Saxoniam veniens, fines Saxonum, quos Nordoſquanos vocant, cum valida manu intrauit. Ibique Duces gentis aſpera Selauorum in occurſum eius venerunt, vnanimiter auxilium illi contra Saxones ferre parati, pugnatores quaſi centum millia. Saxones verò, qui Nordoſquani vocantur, ſub ſuam ditionem ſubactos contritóſque ſubegit, ex quibus plurimi per manus Sacerdotum baptizati ad fidem Chriſtianam conuerſi ſunt.*

* *L'Oker.*

XIV.

Deuictis Saxonibus auctoritas Pippini per Auſtraſiam plurimùm aucta eſt, & ad maximæ felicitatis cumulum hoc anno natus eſt eidem Pippino filius, cui nomen Caroli in aui memoriam inditum. Diem natiuitatis nemo annotauit, annum Auctor Annalium Petauianorum ſic. DCCXLVII. *Karolomannus migrauit Romam. Et ipſo anno fuit natus Karolus Rex.* Huic vetuſtiſſimo Annaliſtæ, cui fides dubio procul habenda, Neoterici refragantur, nixi Eginhardo & Thegano, qui Carolum anno Chriſti octingenteſimo decimo-quarto, *ætatis ſuæ* LXXII, menſe Ianuario denatum ſcribunt. *Plures & meliores Scriptores*, ait Ioannes Henricus Boeclerus in Commentario [a] *de rebus ſeculi à Chriſto nato* IX & X, per ſeriem Germanicorum Cæſarum, *tribuunt ei*, nempe Carolo, *annos vitæ* 72; *& natiuitatem ad annum Chriſti* 742, *exceſſum ad* 814 *referunt.* At mendum apud Eginhardum & exinde apud Theganum alióſque irrepſit, literâ numerali v in x perperam mutatâ. Carolus enim, qui ſecundùm Annales Petauianos anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſeptimo lucis vſuram accepit, vixit annos duntaxat ſex & ſexaginta cum aliquot menſibus, id eſt, vſque in diem quintum ante Kalendas Februarias anni poſt Chriſtum natum octingenteſimi decimi-quarti, deceſſitque anno ætatis ſuæ LXVII, non autem LXXII vt habent Codices deprauati. Duæ res opinioni noſtræ plurimùm fauent. Annalibus Petauianis, quorum auctoritate fulcimur, nihil antiquius obiicitur, & in Chronico Noualicienſi Carolus dicitur ex hac vita migraſſe quinto Kalendas Februarij, *poſtquàm* LXXVI *annis vita vixerat in ſeculo*, ibi enim Characterem x delendum, & expunctis annis LXXVI, reſtituendos annos LXVI, nemo non videt, vt Ca-

CAROLVM FILIVM SVSCIPIT,

[a] In Carol. M.

AN. CH. rolus annos vixiſſe LXVI integros, annóque ætatis ſuæ LXVII iam inchoato vitam clauſiſſe comprobetur.

747. CHILDERICI III. R. 4.

XV. In Carolo, vt annus natiuitatis, ſic & locus hodie controuertitur. Nicolaus Serarius, in notationibus [a] ad vitam Sancti Bonifacij, quatuor affert opiniones, quarum vnaquæque ſuos habet fautores. Plerique enim Carolum natum volunt Ingelhemij in hodierno Palatinatu Inferiori, duobus miliaribus ab vrbe Moguntina; alij in hodierno Bauariæ Ducatu Caroloburgi, tribus miliaribus à Monachio *; quidam in hodierna Franconia, in arce ſimilis nominis ad Mœnum, quæ Caroloſtadio * è regione obiicitur; nonnulli ad Moſam Leodij. Veteres deſunt probationes, quibus aliquid horum confirmari poſſit. Sanè, cùm Pippinus nec hoc anno, nec anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo Boioariam adierit, fruſtrà Ioannes Auentinus ſuum tantoperè laudat Caroloburgum *. Certiora pro ceteris locis non afferuntur argumenta. Germani Carolum in Germania natum contendunt, & in Gallos, quorum aliqui ſuum quoque ſibi vindicant, acriùs inuehuntur. Nos eum nec Gallum nec Germanum ſed Francum dicimus, vtrùm enim in Gallia an in Germania editus ſit, fatemur nos ignorare, ſed extra controuerſiam eſt eum natum in Francia, quæ partem cùm Galliæ tum Germaniæ complectebatur. Plura de natiuitate Caroli pronuntiare quis audeat? maximè cùm Eginhardus, qui perfamiliaris ei fuit, ineptum iudicarit de eiuſdem Caroli natiuitate, infantia & pueritia ſcribere, quia nihil ſcriptis declaratum inuenerat, nec quiſquam ſupererat, qui notitiam habere ſe diceret. *De cuius*, inquit, *natiuitate atque infantia vel etiam pueritia, quia neque ſcriptis vnquam aliquid declaratum eſt, nec quiſquam modò ſupereſſe inuenitur, qui horum ſe dicat habere notitiam, ſcribere ineptum iudicans, ad actus & mores, ceteráſque vitæ illius partes explicandas ac demonſtrandas, omiſſis incognitis, tranſire diſpoſui.*

[a] Not. 37.
* Munchen. ſeu Munic.
* Carlſtat.
* Carlsburg.

XVI. Controuertitur & locus Baptiſmi. Serarius manuſcriptum Codicem ſic allegat [b]: *Anno 742. Pipino Francorum Duci ex Domina Bertrada ſeu Bertæ Græca naſcitur filius Carolus nomine, cui Magno poſteà cognomen fuit, in Ingelheim pago, duobus à Mogoncia miliaribus, vbi & alitus eſt; &, vt quidam volunt, in Eccleſia Mogonciacenſi à D. Archiepiſcopo Bonifacio baptizatus eſt, cum Procerum Regni & totius populi Francorum magno gaudio.* Rectè autem ad illum textum ſic ratiocinatur. *Non ita me tranſuerſum rapuerit Moguntiæ noſtræ amor, vt quod firmè ſatis aſtructum non video, aſſeuerem. Fateor tamen, ſi in illa noſtra Ingelheimenſi vicinia magnum hoc Imperij ſidus ortum certò ſtatueretur, veri admodum ſimile futurum, ei ab Archiepiſcopo & Apoſtolicæ Sedis Legato* Bonifacio, *aut ibidem aut hìc Moguntiæ ſacrum affuſum fontem.* Carolum in Neuſtria baptizatum putamus, idque ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quartum ex variis epiſtolis Stephani Tertij Papæ probabimus.

[b] Not. 37. ad vit. S. Bonifac.

XVII. EX VXORE BERTRADA. Quod attinet ad Bertam ſeu Bertradam vel Bertanem Caroli matrem, hæc in textu ſuprà citato *Græca* natione perperam dicitur, duplicíque mendacio prorſus ſtupendo filia Heraclij Imperatoris nuptáque Pippino iam Regi fingitur à Ioanne Ioachimo Frantzio, cuius hæc verba ſunt in Hiſtoria Caroli Magni. *Pippinus Rex hoc modo conſtitutus, ductâ in matrimonium Berthâ, omnibus muliebris ſexûs ornamentis illuſtri fœminâ (cuius pater Heraclius Cæſar Conſtantinopolitanus Phocam Mauritij interfectorem & hinc gravem Imperio tyrannum peſſumdedit) variam mox bellandi materiam habuit.* At Berta Pippino nondum Regi collocata eſt, fuítque patriâ Franca. Primum patet ex ætate Caroli, de qua ſuprà diſputatum; alterum ex Stephani Quarti Papæ literis ad Carolum & Carolomannum Reges directis. Hac enim epiſtolâ, quæ in Codice Carolino eſt quadrageſima-quinta, prædictorum Regum patrem Pippinum, auum Carolum, proauum Pippinum Heriſtallium,

AN. CH. 747.

CHILDERICI III. R. 4.

Heriſtallium, non ex alio Regno vel extranea natione, ſed ex Francorum gente vxores ſibi ſociaſſe Romanus Pontifex ita teſtatur. *Nullus ex veſtris parentibus, ſcilicet neque auus veſter, neque proauus, ſed nec veſter genitor, ex alio Regno, vel extranea natione, coniugem accepit.* Heraclium Imperatorem, cuius obitus in annum Chriſti ſexcenteſimum quadrageſimum-primum incidit, Bertæ Pipini vxori patrem fuiſſe quis credat? Bertam Cariberti Laudunenſis Comitis filiam noſtrates dicunt. Ex Annalibus Bertinianis Ducheſnius ad annum Chriſti ſeptingenteſimum vndequinquageſimum, Dubouchetus ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum hæc publicarunt. *Pippinus coniugem duxit Bertradam, cognomine Bertam, Cariberti Laudunenſis Comitis filiam.* Vtrùm anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo nuptiæ Bertæ conſignandæ ſint, haud ſcimus; ſcimus autem in annum Chriſti ſeptingenteſimum vndequinquageſimum haud reiiciendas eſſe quia Berta Pippino Carolum biennio citiùs peperit, & à rerum Germanicarum Scriptoribus [a] laudatur, quòd Eccleſiam Conſtantienſem in Alamannia locupletarit, ſedente tunc illic Ernfrido Epiſcopo, cuius obitus in annum Chriſti ſeptingenteſimum duodequinquageſimum incidit.

[a] Rhenan. l. 3. Chron. Conſtant. in Ernfrido Epiſc.

XVIII. CONSVLIT ZACHARIAM PP. PER ARDOBANIVM PRESBYTERVM.

Pippinus Major-domûs, Epiſcopis, Abbatibus, ac Proceribus Francorum conſentientibus, hoc anno Romam Ardobanium Preſbyterum miſit, ac per eum à Zacharia Papa reſponſionem petiit ad varia Capitula, quæ tres circa res, id eſt, circa ordinem Sacerdotalem, circa pœnitentiam homicidis imponendam, & circa copulas illicitas, verſabantur, vt conſtat ex ipſius Zachariæ literis ad Bonifacium Archiepiſcopum, quas vnà cum Apoſtolicis ad eadem Capitula reſponſionibus anno ſequenti [b] recitabimus. Legatio quoque Romam à Francis hoc anno miſſa eſt, quæ Papam de Sede Metropolitana Moguntiæ fixa certiorem redderet, reſponſorias enim ea de re literas anno proximo ſcripturus eſt Zacharias.

[b] nn. 1. & ſeqq.

LEGATIO DE ARCHIEPISCOPATV MOGVNTINO MITTITVR ROMAM.

XIX. BONIFACIVS ARCHIEPISCOPVS MOGVNTINVS DE VIRGILIO PRESBYTERO QVERITVR APVD PP.

Virgilius Preſbyter, de quo ſermonem anno priori fecimus, è Boioaria Romam profectus eſt, poſtquàm in diſputatione, quæ ſuper forma Baptiſmi mota fuerat, opinionem ſuam Bonifacianæ præualuiſſe comperit. Reuerſus autem ex Italia, ſtatim iactauit ſe dimiſſum à Papa, vt, moriente vno è quatuor Epiſcopis à Bonifacio in Boioaria conſtitutis, ipſe in defuncti locum ſuccederet; & quia timebat, ne Bonifacius aduerſaretur, ſuam induſtriam in ſeminando inter illum & Odilonem Boioariæ Ducem odio collocauit. Quibus de-rebus, vt & de eiuſdem Virgilij erroribus, aliíſque de cauſis Bonifacius per Burchardum Wirceburgenſem Epiſcopum Papæ ſcripſit, & anno quoque ſequenti reſponſionem ad ſingulos articulos accepit à Zacharia datam Kalendis Maij.

XX. DICAT ECCLESIAM BVRENSEM.

Idem Bonifacius Eccleſiam Monaſterij Burenſis in Boioaria hoc anno, vndecimo Kalendas Nouembris, currente tum literâ Dominicali A, dedicauit. Inter alia enim, quæ de illo Cœnobio Tomo ſecundo Metropoleos Saliſburgienſis edita ſunt, hæc commemorantur. *Mox conuenientibus illuſtribus & Catholica excellentia perſonis, à ſuprà memorato Pontifice, id eſt,* à Bonifacio Moguntiacenſi Archiepiſcopo, de quo priùs ſermo fuit, *& Bicterpo reuerendiſſimo Auguſtenſe Epiſcopo, vndecimo Calendarum Nouembrium die, in nomine Sanctæ Trinitatis, in honore Sancti Benedicti & Beati Iacobi, necnon ad plurimorum Sanctorum memoriam, quorum & plurimas congregauerunt Reliquias, hæc Eccleſia dedicata eſt, & præter ceteras Cœnobialis cautelæ aptitudines, ab introitu mulierum inuiolabili ſanctione alienata, ſtatímque magnificis oblationibus ac prædiis dotata & ditata.* Næuus eſt in hoc textu. Tunc enim Auguſtæ Vindelicorum Epiſcopus non erat Bicterpus ſeu Wichterpus, cuius obitum anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-quarto conſignauimus [c], ſed Wicho, qui Pontificatum illius ciuitatis ab anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-tertio ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-primum tenuit.

[c] Tom. 4.

AN. CH. 747. CHILOERICI III. R. 4.

XXI. ABBATES WELTENBVRG.

In Abbatum Weltenburgenſium Catalogo, quem Tomo tertio Metropoleos Saliſburgienſis excuſum habes, hoc anno poſt Sagidum ponitur Adalwartus.

XXII. TRVDOALDVS FIT ABB LVXOVIENSIS.

Hoc eodem anno Trudoaldus factus eſt Abbas Monaſterij Luxouienſis, quod, vt Tomo ſupetiore dictum eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo trriceſimo-ſecundo deuaſtatum fuerat à Saracenis, & ab illa clade per annos quindecim continuos Abbate caruerat.

XXIII. ABBATES GANDENSES.

Witradus Abbas Gandenſis, cui Sanderus, in Auctario ad Tomum ptimum Flandriæ illuſtratæ, tribuit annos Præfecturæ ſeptemdecim, diſceſſit è viuis hoc anno. Succeſſit Hildebertus, quem Iacobus Meyerus [a] Blandinienſibus Abbaribus perperam accenſet.

XXIV. WANDO ABB. FONTANELL. MVNVS OB CÆCITATEM DIMITTIT.

Hoc eodem anno, Wando Abbas Fonranellenſis, cùm in adminiſtratione Monaſterij poſt exauctoratum Raginfridum denuò ſuſcepta quinquennium tranſegiſſet, viſum amiſir præ ſenio, cæcuſque factus Abbatiale munus, cum generali fratrum conſenſu, in Auſtrulphum eiuſdem Cœnobij Præpoſitum tranſmiſit annuente Pippino tum Maiore-domûs. Quo de negotio ſic Chtonographus [b] illius loci. *Laborabat egregius Pater Wando frequenter podagrico dolore, in infirmitate tamen poſitus, ſicut & ſemper facere conſueuerat, Dominum attentiſſimè collaudabat, ſciens ſcriptum eſſe.* [*Flagellat Dominus omnem filium quem recipit.*] *Et illud.* [*Quem amat Dominus caſtigat.*] *Tranſactis autem quinque, poſt ſuſcepti regiminis curam, annis, luminibus oculorum præ nimio ætatis ſenio priuatur. Tunc vnà cum conſenſu ac generali fratrum voluntate eligit pro ſe venerabilem virum nomine Auſtrulphum, qui erat Præpoſitus huius Cœnobij, regiminis loco ſubrogandum. Quo facto, miſſâ petitione ad Pipinum Principem, obſecrat, vti ſuam & fratrum electionem comprobans, ſua ex auctoritate idem Auſtrulphus Cœnobio huic præficeretur. Quod ita & factum eſt.* In vulgatis exemplaribus Wando cæcus effectus dicitur *tranſactis ſeptem circiter poſt ſuſcepti regiminis curam annis.* At corrigenda hæc Chronologia, locóque *ſeptem circiter* annorum reponendi ſunt *quinque*, quia *Wando* poſt exauctoratum Raginfridum *regimen aſſumpſit Cœnobij ab anno Dominicæ Incarnationis* DCCXLII. *qui eſt annus primus Principatûs Carolomanni & Pipini, præſidente Romanæ Eccleſiæ, anno primo, Zachariâ Apoſtolico*, & Auſtrulphus factus eſt Abbas *ſub anno Dominicæ Incarnationis* DCCXLVII. Sic enim de hoc Abbate ſcribit idem Chtonographus. *Auſtrulphus vir venerabilis à patre Sindulpho matréque Wilberta vocabulo, ortus territorio Curtriacenſi, Abbas conſtituitur, ſicut ſuprà annotatum eſt, vnà cum conſenſu ac electione fratrum, annuente ordinationi eorum pio Principe Pipino. Quod factum eſſe conſtat ſub anno Dominicæ Incarnationis* DCCXLVII. *Hic egregius Pater amator huius Cœnobij ac fortiſſimus Rector extitit, curámque maximè de ſtatu Regulæ & obſeruatione legis habuit. Denique tempore prædicti Patris Wandonis Præpoſituræ ordinem cum magna geſſit moderatione ac cautela, fratribúſque ſuis ſufficientem alimoniam ſemper implere ſtuduit, verbíque diuini pabulum ſedulè miniſtrauit, ſuíſque in actibus imitandus omnibus apparuit. Vnde factum eſt, vt pro huiuſmodi meritis ſynceræque conuerſationis exemplis, Abbatis promeritus ſit honorem. Quo in culmine conſtitutus ita ſe omnibus exhibuit irreprehenſibilem, vt caſtos huius actus omnes imitari vellent, nam quicumque illum docentem videbat, aliter operantem non redarguebat.* Auſtrulpho Abbate conſtituto, Wando priuatam vitam ad mortem vſque per annos nouem duxit, totóque illo tempore, vt idem Auctor teſtatur, *bonis operibus inſiſtens, in Eccleſia beati Petri ſedulò reſidens, agonem ſuum triumphatori Chriſto, ieiunando, orando, vigilando commendabat.*

SVCCEDIT AVSTRVLPHVS.

XXV. Ioannes Couſinus in Hiſtoria Tornacenſi [c] & Iacobus Vaſſorius in Annalibus Nouiomenſibus [d] Guidonem & Eunucium Epiſcopos, ſeu ſimul ſeu ſucceſſiuè, ſex annis ſediſſe ex manuſcripto Catalogo Præſulum No-

[a] Lib. 1. Annal. Flandr. ad an. 752.
[b] Capp. 12. 13.
[c] Lib. 2. c. 41.
[d] Lib. 3. c. 5.

AN. CH. 747. CHILDERICI III. R. 4.

uiomenſium ac Tornacenſium referunt. Hoc igitur anno conſignandus obitus Eunucij, Hunuanus enim, qui Guidonem & Eunucium anteceſſit, è vita migrauit anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-primo. Vtrùm Guido & Eunucius Epiſcopatum ſimul an ſucceſſiuè geſſerint, expoſuimus ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-primum [a], quo Guidonem Hunuano ſuffecimus, & ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-quintum [b], quo celebratum Sueſſionenſe Concilium, & Eunucius inſtitutus Epiſcopus Nouiomenſis ac Tornacenſis Guidone adhuc ſuperſtite. De Guidonis obitu nihil legimus. Ad Deum tranſiit hoc anno Sanctus Eunucius quarto Idus Septembris, quo die celebratur in Breuiario Nouiomenſi. Succeſſit in Epiſcopatum Eliſæus, de quo ſermo recurret anno ſequenti.

[a] Num. 56.
[b] Num. 20.

EPISCOPI NOVIOM. ET TORNAC.

XXVI. Guillelmus Gazetus Canonicus Atienſis * in Hiſtoria Eccleſiaſtica Belgij, cùm Epiſcoporum Tornacenſium Catalogum texuit, aſſeruit Officium de Sancto Eunucio in Eccleſia Tornacenſi fieri ritu ſemiduplici pridie Nonas Septembris, Commemorationem in Nouiomenſi quarto Idus eiuſdem menſis. Couſinus Eccleſiæ Tornacenſis Canonicus, qui poſt Gazetum ſcripſit, faſſus eſt [c] quidem Sancti Eunucij nomen in Kalendario Breuiarij Nouiomenſis quarto Idus Septembris legi, ſed negauit vllum Officium in Eccleſiis Tornacenſi ac Nouiomenſi de illo celebrari. Vaſſorius Canonicus ac Decanus Nouiomenſis vtroque recentior vtriuſque ſcriptum protulit [d], in titu Tornacenſis Eccleſiæ non diſſenſit à Couſino, ſed laudauit Nouiomenſis Breuiarij reformationem, quæ anno poſt editum Gazetum decimo-quinto, poſt editum Couſinum decimo, publicata eſt, affirmauítque deletas, ex illius Breuiarij Kalendario, quarto Idus Septembris, qui natalis dies Sancti Eunucij notatur, has voces, *de eo nihil fit*, ſubſtitutámque illius Commemorationem, quæ fit eodem die in Eccleſia Nouiomenſi cum vna lectione, in qua Eunucius Epiſcopus *ſat clarus* dicitur, *quia Sanctus*.

* *D'Aire.*
[c] Lib. 2. c. 41.
[d] Lib. 3. c. 5.

XXVII. In auctiore Gallia Chriſtiana memoratur hoc anno Carpentoractenſis Epiſcopus Hotifredus, de quo nihil præter nomen occurrit. Si Catalogum Chronologiámque Carnotenſium Antiſtitum hactenus benè texuimus, obiit hoc anno Dronius ſeu Pronius, cùm ſediſſet annos duos, eíque ſucceſſit in Epiſcopatum Carnotenſem Berthegrannus. Factus eſt etiam hoc anno in Rothandi demortui locum Rhedonenſis Epiſcopus Stephanus in Monaſterio Sancti Melanij anteà Monachus.

CARPENTORACT. CARNOTENSES, RHEDONENSES.

XXVIII. Inter analecta monumentorum Cœnobij Flauiniacenſis ex Iacobi Sirmondi ſchedis deſcripta [e], mentio duorum fit Teſtamentorum, quæ Wideradus Abbas diuerſis fecit temporibus. Primum, de quo fusè Tomo ſuperiore ad annum Chriſti ſeptingenteſimum viceſimum-ſecundum [f] locuti ſumus, *actum Sinemuro * Caſtro, die 15 Kal. Febr. anno primo, regnante Theodorico Rege.* Alterum, quo Wideradus ea ſpecialiùs enumerauit, quæ priore Teſtamento Monaſterio Flauiniacenſi & Magnoaldo ſeu Magdoaldo vel Mogoaldo illius loci primo Abbati ac Monachis donarat, *actum* legitur *Auguſtoduno ciuitate publicè anno 4 Regni D. N. Chilperici* ſeu Childerici *Regis, die Sabbato proximo ante Kalendas Iunias.* Híſque firmatum ſubſcriptionibus inuenitur. *In Chriſti Nomine, ego Widradus Abba hanc donationem à me factam cum bona voluntate relegi & ſubſcripſi. In Dei nomine Moderamus Chriſti dono vocatus Epiſcopus conſenſi. In Chriſti Nomine Chedroaldus quamuis peccator Ep. ſubſcripſi. Ridelenus in Dei Nomine Ep. ſubſcripſi. In Chriſti Nomine Ganderannus acſi peccator Abbas ſubſcripſi. In Chriſti Nomine Erimbertus Archidiaconus ſubſcripſi. Ego Boſelenus Subdiaconus hanc epiſtolam à ſupraſcripto Patre rogatus ſtipulaui & ſubſcripſi, & notaui vt ſuprà*, id eſt, anno quarto Chilperici ſeu Childerici Regis, Sabbato proximo ante Kalendas Iunij.

[e] Tom. 1. Biblioth. Labb.
[f] Nu. 55. & ſeqq.
* *Semur.*

WIDERADI ABB. FLAVINIAC. POSTERIVS TESTAMENTVM,

XXIX. Quia primum Wideradi Teſtamentum actum eſt regnante Theodorico

AN. CH. 747. CHILDERICI III. R. 4.

Quarto, dubium non eſt, quin alterum, quod *anno 4 Chilperici Regis* actum reperitur, conſignandum ſit hoc anno, poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſeptimo, Childerici Tertij Regis anno quarto, ſeu Childericus vnius literæ mutatione perperam in Chilpericum deflexus eſt, ſeu Theodorici Quarti filius, quem Childericum vocamus, dictus eſt Chilpericus, vt nonnulli volunt. In Abbatum Flauiniacenſium Catalogo Sammarthani Wideradum laudarunt *anno 745*. Si Characterem hunc appoſuerunt cum alluſione ad poſterius eius Teſtamentum, ſcripſerunt in eorum opinione, qui Carolum Maiorem-domûs & Theodoricum Quartum Regem eodem anno, poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimo quadrageſimo-primo mortuos affirmant, & Childerici Tertij Regis annum quartum cum anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quinto componunt.

XXX. Annus quartus Childerici Tertij Regis per menſem Maium cum anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſeptimo conuenit, &, currente tum litera Dominicali A, Kalendæ Iuniæ in feriam quintam incidunt, & proximum ante eiuſdem Kalendas Sabbatum, quo ſecundum Wideradi Teſtamentum ſcriptum eſt, cum die ſexto ante prædictas Kalendas comparatur. Poſteriori huic Teſtamento diu ſuperſtes haud vixit Wideradus Abbas, obiit enim *quinto Nonas Octobris*, vt Hugo Flauiniacenſis teſtatur, & Gayroinum proximum eius ſucceſſorem anno Chriſti ſeptingenteſimo duodequinquageſimo Abbatem agnoſcunt Sammarthani. Monaſterio Flauiniacenſi Wideradus, vt idem Hugo ſcribit, *præfuit annis duodecim*. Ergo Mogoaldo primo illius loci Abbati, quem Sammarthani annis Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo & ſeptingenteſimo viceſimo-ſeptimo commendant, ſucceſſit anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-quinto.

OBITVS. SVCCESSOR.

XXXI. Poſteriori Wideradi Abbatis teſtamento in prædictis analectis proximè ſubiicitur hæc epiſtola Pippini Maioris-domûs ad Gayroinum Abbatem Monachóſque Flauiniacenſes. *In Chriſti nomine, Vir Inluſter Pippinus Maior-domûs, Gayroino, & omni Congregationi Sancti Petri & Sancti Praiecti Flauiniacenſis Monaſterij, ſalutem. Mittimus tibi iſtas tabulas eburneas ad honorem Sancti Petri & Sancti Praiecti, in quibus mandamus, vt ſuſcipiatis illam piſcinam, nomine Glennonem, ad opus fratrum, vt habeant inde refectionem, & orent aſſiduè tam pro me, quàm & pro omni progenie mea præſenti & futura. Et precor vt per omnem diem vnum Pſalmum canatis. Saluto te, & omnem Congregationem noſtram.* Huius donationis Hugo Abbas Flauiniacenſis, in Chronico Virdunenſi, ſic meminit. *Obiit Domnus Widradus Abbas quinto Nonas Octobris, & ſucceſſit ei* .... *Gayroinus .... cuius tempore contulit eidem Eccleſiæ* Pippinus *Maior-domûs Glennonem cum appendiciis.*

PIPPINVS MVNIFICVS ERGA MON. FLAVINIAC.

XXXII. In literis nuperrimè deſcriptis, Pippinus nec Regem ſe, nec Gayroinum Epiſcopum dicit. Atque inde liquet donationem illam factam, cùm Pippinus Maioratum ſub Rege Childerico gereret, & Gaytoinus Infulas Epiſcopales nondum accepiſſet. Vnde redarguas Hugonem Abbatem Flauiniacenſem, apud quem, in Chronico Virdunenſi, textus, quem per fragmenta iam recitauimus, integer ſic habetur. *Obiit Domnus Widradus Abbas quinto Nonas Octobris, & ſucceſſit ei anno Dom. Incar.* DCLXIII *Gayronius Epiſcopus, cuius tempore*, &c. loco anni DCLXIII, reſtituendus annus DCCXLVII. Nemo ſanè retinebit annum Dominicæ Incarnationis ſexcenteſimum ſexageſimum-tertium, eùm aduertet ex eiuſdem Hugonis ſententia Gayronium ſeu Gayronum ad Regnum vſque Pippini, imò ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quintum, id eſt, ad annum vſque nonageſimum-ſecundum poſt mortem Wideradi perueniſſe. *Anno* DCCLV, inquit Hugo, *poſt Gayronum Epiſcopum Flauiniacenſis Eccleſiæ Abbatem Manaſſes ordinatus eſt Abbas tempore Pippini, quondam Maioris-domûs, tunc autem Regis Francorum.*

AN. CH. 747. CHILDERICI III. R. 4.

Cùm Gaytonius Flauiniacenſis Abbas eſſe cœpit, Eccleſiæ Auguſtodunenſi præerat Moderamus ſeu Moderannus Epiſcopus, in Catalogis Auguſtodunenſium Epiſcoporum hactenus omiſſus, cui tamen locus poſt Amatorem concedendus videtur. Poſteriori Teſtamento, quod Wideradus Abbas paucis ante obitum menſibus fecit, conſenſit Moderamus Epiſcopus, alij duo ſubſcripſerunt Epiſcopi, Chedroaldus & Ridelenus. Inſtrumentum Teſtamenti iam deſcriptum ſic habet. *In Dei Nomine Moderamus* XXXIII. *Chriſti dono vocatus Epiſcopus conſenſi. In Chriſti Nomine Chedroaldus quamuis peccator Ep. ſubſcripſi. Ridelenus in Dei Nomine Ep. ſubſcripſi.* Diœceſim Auguſtodunenſem, in qua ſitum Flauiniacum, dubio procul regebat vnus ex his tribus Epiſcopis, & ex eo quòd Moderamus omnium primus nominatur, nec tantùm ſubſcribit vt alij duo, ſed etiam conſentit, hunc exiſtimamus Epiſcopum Auguſtodunenſem tum fuiſſe, duos alios vicinis Diœceſibus præpoſitos, Lingonenſi Chedroaldum, Ridelenum Niuernenſi.

XXXIV. Opinioni noſtræ non officiunt Indices illarum Eccleſiarum, eos enim per hæc tempora mutilos facilè eſt oſtendere.

XXXV. EPISCOPI AVGVSTODVNENSES.

In Auguſtodunenſium Epiſcoporum Catalogis, poſt Aubertum ſiue Anſbertum vel Amalbertum, qui Sanctum Eucherium anno Chriſti circiter ſexcenteſimo nonageſimo-ſecundo baptizauit, ſequuntur apud Democharem & alios, Vaſconus, Amator, Reginaldus, Martinus, Aldericus, ſolis noti nominibus, tum Modoinus qui ſub Ludouico Pio floruit. At cùm à Sancti Eucherij Baptiſmo ad Imperium vſque Ludouici Pij numerentur anni duo ac viginti ſupra centum, nil obeſt, quominùs poſt Amatorem inſerantur Moderamus, Gayronins, & Hiddo, quorum primus anno quarto Childerici Regis, id eſt, hoc anno, poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſeptimo ſederit, alter eidem Moderamo poſteà ſucceſſerit, obieritque anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-quinto, poſtremus Conuentum Attiniacenſem anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-quinto ſuâ ſubſcriptione communierit.

XXXVI. LINGONENSES.

In Lingonenſium Epiſcoporum Catalogis, poſt Aſtoricum, quem anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo-quinto Epiſcopum fuiſſe probauimus, ponitur Wandrarius, cuius geſta perierunt, tum Herulfus, qui temporibus Pippini & Caroli Magni Pontificatum geſſit, Romámque anno Chriſti ſeptingenteſimo vndeſeptuageſimo profectus legitur. Vandrarium anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-ſecundo, cùm Saraceni Lingonenſem Epiſcopatum vaſtarunt, in Lingonenſi Cathedra ſediſſe coniectauimus, ídque vero ſimillimum videtur. Inter Vandrarium autem & Herulfum reponi commodè poteſt Chedroaldus, qui Pontificatum tenuerit anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſeptimo, ſiue anno quarto Childerici Tertij Regis, vitámque regnante iam Pippino clauſerit.

XXXVII. NIVERNENSES.

In Niuernenſium Epiſcoporum Catalogo Chenutius & Robertus Nectarium ponunt anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo-ſexto, Valdonem anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſeptimo, neutrius acta referuntur, vtpote obliuione conſepulta. De Nectario egimus ad annum Chriſti ſeptingenteſimum viceſimum-ſextum. Agemus & de Valdone ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſeptimum. Medius autem inter vtrumque reſtitui poteſt Ridelenus ad annum quartum Childerici Tertij Regis, ſiue ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-ſeptimum, necnon ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſecundum, quo Pippinus regnare cœpit.

XXXVIII. Eſt etiam difficultas ſuper Monaſterio, cui præfuit Gauderannus Abbas, qui poſterius Wideradi Flauiniacenſis Abbatis Teſtamentum ſua ſubſcriptione, cum Moderamo, Chedroaldo, & Rideleno, Epiſcopis, communiuit. Quia Flauiniacum ad Diœceſim Auguſtodunenſem perti-

AN. CH. 747.

Episcopatvs Avgvstodvnensis Monasteria.

Abbates.

net, Gauderannum Abbatem in eadem Diœceſi nobis facilè perſuademus. In Epiſcopatu autem Auguſtodunenſi hactenus ſeptem tantùm Monaſteria commemorauimus, vnum Monalium, cetera virorum, quæ tamen redigi poſſunt ad tria, Sancti videlicet Symphoriani, Sancti Martini, & Flauiniacenſe, cui vnita Monaſteriola Sancti Ferreoli, Sancti Andochij, & Sanctæ Reginæ. Porrò, cùm Gunderannus Abbas Widerado & Gayroino Flauiniacenſibus Abbatibus ſynchronus vixerit, reſtat, vt eum vel Monaſterio Sancti Symphoriani, vel Cœnobio Sancti Martini præpoſitum Abbatem cenſeamus. Prò Monaſterio Sancti Martini plurimùm facit, quòd octauo ſeculo ſubſequentibúſque nihil de Cœnobio Sancti Symphoriani legitur. Gauderannum igitur Abbatibus Monaſterij Sam-Martiniani apud Æduos accenſendum coniectamus.

AN. CH. 748.

Childerici III. R. 5.

ANNVS CHRISTI 748.

CHILDERICI III. R. 5.

I.

Responsio Zachariæ PP.

[a] In Cod. Bonifac. ep. 139.
[1] Othlon. Serar. Sur. *egregius.*
[2] Sur. *tamen.* Anton. de Aquin. malè. *non.*
[3] Sur. *Domini.*
[4] Othlon. Serar. deeſt *noſtri.*
[5] Aliter ap. Sur.
[6] Anton. de Aquin. Sirmond. *placuere.*
[7] Anton. de Aquin. Sirmond. *agentibus.*
[8] Anton. de Aquin. *Ardochanum.*
[9] Othlon. Serar. *vocibus.*
[10] Othlon. Sur. Serar. deeſt &.
[11] Othlon. Sur. Serar. *Godol-facius.*
[12] Sur. deeſt *exepiſcopi.* Anton. de Aquin. malè *& epiſcopi.*
[13] Anton. de Aquin. *cribraretur.*

Nonis Ianuariis, imperante Domino piiſſimo Auguſto Conſtantino, à Deo coronato, Magno Imperatore, anno XXVIII, vt habet ſubſcriptio, id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo duodequinquageſimo, Zacharias Papa de Capitulis, quibus reſponſionem ſibi fieri Pippinus Maior-domûs anno priori per Ardobanium Preſbyterum poſtularat, Bonifacium Archiepiſcopum Moguntinum hiſce literis [a] certiorem fecit. *Reuerentiſſimo & ſanctiſſimo Bonifacio Coepiſcopo, Zacharias ſeruus ſeruorum Dei. Egregiè [1] nos admonet beatus Apoſtolus Paulus in eo quod ait.* [*Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti.*] *Hinc eſt ergo, vt per ſpiritale charitatis vinculum, etſi corpore abſentes, ſpiritu verò [2] ſemper fraterna Sanctitati tuæ ſimus præſentes, itaut in noſtris viſceribus te habentes chariſſimum fratrem & conſacerdotem, licèt peccatores, tamen ſpe diuinâ freti, aſſiduè in noſtris orationibus memoriam tui agere non deſiſtimus, petentes immenſam Chriſti Dei [3] noſtri [4] diuinitatem, vt ad peragendum ſuum te confirmet miniſterium, quatenus in diem aduentûs eius illam placabilem merearis exprimere vocem;* [*ecce ego, & pueri, quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quemquam;*] *vt continuò [5] altiſona & deſiderabilis vox inter illos, qui ab initio mundi ei placuerunt [6], conſonanter te in illorum inuitatione ſubmittat, in qua dicturus eſt.* [*Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi.*] *His ita ſe habentibus [7], agnoſcas, chariſſime, flagitaſſe à nobis Pippinum Excellentiſſimum Maiorem-domûs gentis Francorum per ſuum hominem, nomine Ardobanium [8], religioſum Presbyterum, aliquanta Capitula de Sacerdotali Ordine, & quæ ad animarum ſalutem pertinent, ſimul etiam & pro illicita copula, qualiter ſeſe debeant cuſtodire, iuxta ritum Chriſtianæ Religionis, & ſacrorum Canonum inſtituta. Et quamquam de hoc iam experta ſit tua fraterna Sanctitas, quæ à nobis ſunt decreta, illius tamen votis [9] aurem accommodantes, in breui eloquio conſcripta Apoſtolica documenta direximus. Pro quibus, vt in Sacerdotali collegio lectione pandantur, & [10] tuam fraternam Sanctitatem inibi euocari dedimus in mandatis. Et, dum pro hac re fueris aggregatum Concilium, ad medium deducantur ſacrilegi illi & contumaces, Aldebertus, & Godolſatius [11], & Clemens, exepiſcopi [12], vt eorum denuò, ſubtili indagatione, cribretur [13] cauſa. Quos ſi deuiantes à rectitudinis tramite vſquequaque repereritis, & conuicti fuerint inclinati ad viam conuerti rectitudinis, vt bonum atque placitum in oculis veſtris paruerit, cum Principe prouinciæ diſponite ſecundùm ſa-*

AN. CH. 748.
CHILDERICI III. R. 5.

crorum Canonum ſancita. Sin autem in ſuperbia perſtiterint, contumaciter proclamantes reos ſe non eſſe, tunc cum probatiſſimis atque prudentiſſimis Sacerdotibus, duobus aut tribus, prædictos ad nos dirigatis viros, vt profundâ inquiſitione coram Sede Apoſtolica eorum inquiratur cauſa, & iuxta quod meruerint finem ſuſcipiant. Age itaque dilectiſſime frater, in miniſterio tibi commiſſo, vt[14] *ab Omnipotente Deo mercedis præmium recipiens, æternam vitam conſequi merearis. Deus te incolumem cuſtodiat, reuerentiſſime frater. Data Nonis Ianuariis, imperante Domino noſtro piiſſimo Auguſto Conſtantino, à Deo coronato, Magno Imperatore, anno* XXVIII. *Imperij eius anno ſexto, Indictione* XV.

II. Hæc ſubſcriptio quatuor exhibet Characteres Chronologicos, diem videlicet cum vtraque epocha Conſtantini Auguſti & Indictione. Reperitur in editione Antonij de Aquino [a] & in Codice epiſtolarum Bonifacianarum [b]. Deſideratur apud Othlonum, vt publicatus eſt à Surio [c] in Actis Sancti Bonifacij, & à Serario in Hiſtoria Moguntina, quam Binius in notis ad Zachariæ literas ſuprà deſcriptas allegat. Baronius, cùm epiſtolam illam in Actis Sancti Bonifacij *ſine anno & Indictione* haberi dixit [d], reſpexit ad Othlonum editum à Surio. Hiſtoria Moguntina Serarij non ſemel cuſa eſt. Editio, quâ ſolemus vti, prodiit in lucem anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo viceſimo-quarto, literáſque, de quibus agimus, cum prædicta ſubſcriptione repræſentat. Baronius mendum irrepſiſſe credit in epochas Conſtantini Auguſti, quoniam annorum numeri, quibus deſignantur, nec inter ſe benè cohærent, nec conueniunt anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quarto, quo literas illas à Zacharia ſcriptas arbitratur. Certè, cùm ambæ epochæ ſimul non quadrent, aut earum alteram, aut vtramque mendoſam pronunties neceſſe eſt. Epocha, quæ petitur à die quo Conſtantinus coronatus eſt Imperator Leone patre tum ſuperſtite, vitio caret, nihil enim obeſt, quominùs Zachariæ literas Nonis Ianuariis, anno viceſimo-octauo Conſtantini Auguſti, id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo duodequinquageſimo datas cenſeamus. At per menſem Ianuarium annus viceſimus-octauus prioris epochæ Conſtantinianæ cum ſexto poſterioris non conuenit. Expuncto poſterioris epochæ anno ſexto, ſeptimum reſtitue. Baronius octauum malè reponit, nobiſcum enim fatetur Conſtantinum creatum Imperatorem ipſo Paſchatis die, anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo, ſolúmque poſt patris mortem Imperio potitum menſe Iunio, anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-primo. Vt autem in poſteriore Conſtantini epocha, ſic & error eſt in Indictione decima-quinta, quæ per menſem Ianuarium anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſeptimo, prioris epochæ Conſtantinianæ viceſimo-ſeptimo, illigatur. E quatuor igitur Characteribus Chronologicis, qui leguntur hodie in vulgata ſubſcriptione literarum, quas Zacharias ad Bonifacium hoc anno direxit, duos priores, Nonas videlicet Ianuarias & annum viceſimum-octauum prioris epochæ Conſtantinianæ ſerua; duos verò poſteriores, annum ſcilicet ſextum alterius epochæ Conſtantinianæ & Indictionem decimam-quintam corrige; anni ſexti loco ſeptimum, & Indictionis decimæ-quintæ loco primam ſic ſcribe. *Data Nonis Ianuariis, imperante Domino noſtro piiſſimo Auguſto Conſtantino, à Deo coronato, Magno Imperatore, anno* XXVIII. *Imperij eius anno ſeptimo, indictione primâ.*

III. In opinione Baronij, qui literas illas anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quarto tranſmiſſas exiſtimat, ſubſcriptio ſic eſſet emendanda. *Data Nonis Ianuariis, imperante Domino noſtro piiſſimo Auguſto Conſtantino, à Deo coronato, Magno Imperatore, anno* XXIV. *Imperij eius anno tertio, Indictione* XII. Cur Baronius hoc loco Chronologiam integro quadriennio præuertat, hæc ratio proferri poteſt, quòd prædictas literas priùs exaratas putat, quàm habita ſit Romana Synodus, in qua damnati Clemens & Aldebertus. At ipſæmet literæ ſeriem rerum aliter inſtituendam docent,

[14] Anton. de Aquin. Sirmond. deeſt vt.

[a] Tom. 2.

[b] Ep. 139.

[c] D. 5. Iun.

[d] Ad an. 744. n. 20.

AN CH. 748. CHILDERICI III. R. 5.

Zacharias enim de Aldeberto, de Godolſatio & de Clemente loquitur, vt de contumacibus, iam exauctoratis, quorum cauſa *denuò*, ſubtili indagatione cribranda. *Dum fueris*, inquit, *aggregatum Concilium*, vt Capitula de Ordine Sacerdotali, de ſalute animarum, déque copulis illicitis ad Pippinum Maiorem-domûs ab Apoſtolica Sede directa publicè legantur, *ad medium deducantur ſacrilegi illi & contumaces Aldebertus, & Godolſatius, & Clemens, exepiſcopi, vt eorum denuò, ſubtili indagatione cribretur cauſa.* Romana Synodus, in qua Zacharias Aldebertum & Clementem damnauit, celebrata eſt anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſexto. Tunc iidem Aldebertus & Clemens ſub cuſtodia detinebantur, vt conſtat ex ſermomibus à Deneardo Preſbytero habitis in primo Romanæ Synodi Secretario. Neſcio quo poſteà modo elapſi ſunt, & nouas rurſum cum tertio quodam Godolſatio concitare turbas cœperunt, adeò vt nouum contra hydras iſtas prælium iterandum fuerit, prout indicant Zachariæ literæ ſuprà recitatæ. Serarius ita iam cenſuit in notationibus [a] ad vitam Sancti Bonifacij.

[a] Not. 32.

IV. AD CAPITVLA PIPPINI MAIORIS-DOMVS.

Capitula, quæ Zacharias Pippino Maiori-domus tranſmiſit, & in Sacerdotali collegio lectione pandi voluit, numero ſunt ſeptem ac viginti, diſtribuuntúrque tres in claſſes, alia enim ſpectant ad Ordinem Sacerdotalem, alia pertinent ad ſalutem animarum ſiue ad pœnitentiam homicidis imponendam, alia denique copulas vetant illicitas.

V.

Illis Capitulis hæc præponitur præfatio. *Domno excellentiſſimo atque Chriſtianiſſimo Pippino Maiori-domûs, ſeu dilectiſſimis nobis vniuerſis Epiſcopis Eccleſiarum & religioſis Abbatibus, atque cunctis Deum timentibus Principibus in regione Francorum conſtitutis, Zacharias Epiſcopus Sanctæ Dei Eccleſia Catholica & Apoſtolica Romana in Domino ſalutem. Gratia vobis à Deo Patre Omnipotente, & Domino Ieſu Chriſto, vnico filio eius, & Spiritu Sancto miniſtretur. Gaudio magno gaudemus in Domino, addiſcentes per relationem ſublimiſſimi, atque à Deo ſeruati, prædilecti fily noſtri Pippini, veſtram omnium bonam conuerſationem, & quòd vt in bonis & Deo placitis diſpoſitionibus vnanimes atque cooperatores eſtis, ita & Eccleſia Dei venerabilia loca per vniuerſam veſtram prouinciam ſita, atque eorum Præſules, Sacerdotes & religioſos Abbates, vt condecet, in ſancto habitu & conuerſatione Sacerdotali conſeruetis, vacantes orationibus, inſiſtentes precibus ad implorandam diuinam potentiam, & cælitus victoriam tribuendam aduersùs paganas & infideles gentes propugnatoribus veſtris. Etenim vobis in vera confeſſione & ſimplici corde ad Deum accedentibus, ſicut Moyſes ille amicus Dei orando pugnabat, & Ieſu Naue cum populo Iſrael bella Domini præliando vincebat, ita & vos agere oportet, chariſſimi mihi, vt ſitis adiutores populo veſtro, orando, & bonis actibus inhærendo, declinantes à curis & negotiis ſecularibus. Scriptum eſt enim. [Vacate & videte quoniam ſuauis eſt Dominus.] Et iterum. [Accedite ad eum & illuminamini, & vultus veſtri non erubeſcant.] Principes & ſeculares homines atque bellatores conuenit curam habere & ſollicitudinem contra inimicorum aſtutiam & prouincia defenſionem. Præſulibus verò, Sacerdotibus, atque Dei ſeruis, pertinet ſalutaribus conſiliis & orationibus vacare, vt vobis orantibus, & illis bellantibus, Deo præſtante, prouincia ſalua perſiſtat, ſiátque vobis in ſalutem, laudem & mercedem perpetuam. Ex hoc quippe Præſulatus veſter apparebit in ſanctitate, & Principatus dilecti fily noſtri Pippini approbabitur per ſubiectorum poteſtatem, & bonum diſpoſitum. Itaque vt flagitauit à nobis cum veſtro conſultu ſuperiùs effatus filius noſter Pippinus, vt de omnibus Capitulis, quibus innotuit, reſponſum demus, in quantum Domino dante valemus, de vnoquoque Capitulo inferiùs conſcriptum, iuxta quod à Sanctis Patribus traditum habemus, & ſacrorum Canonum ſanxit auctoritas, etiam nos, quod, Deo inſpirante, Apoſtolicâ auctoritate decernere potuimus, mandauimus in reſponſis.* Sequuntur Capitula.

Primum.

AN. CH. 748.
CHILDERICI III. R. 5.

VI.
DE HONORE METROPOLITANIS EXHIBENDO.

Primum. *Quomodo honorari debeat Metropolitanus Epiſcopus coram Epiſcopis & Parochialibus Presbyteris, in Canone Sanctorum Apoſtolorum, Capitulo* XXXV *ſcriptum eſt.* [*Epiſcopos gentium ſingularum ſcire conuenit, quis inter eos primus habeatur, quem velut caput exiſtiment, & nihil ampliùs præter eius conſcientiam gerant, quàm illa ſola ſinguli, quæ Parochiæ* ſeu Diœceſi *propria, & villis, quæ ſub ea ſunt, competant: ſed nec ille præter omnium conſcientiam faciat aliquid. Sic enim vnanimitas erit, & glorificabitur Deus per Chriſtum in Spiritu Sancto.*] *Item in Canone Concilij Antiocheni, Capitulo* IX *continetur ita.* [*Per ſingulas regiones Epiſcopos conuenit noſſe, Metropolitanum Epiſcopum totius prouinciæ ſollicitudinem gerere, propter quod ad Metropolim omnes vndique, qui negotia videntur habere, concurrunt. Vnde placuit eum & honore præcellere, & nihil ampliùs præter eum ceteros Epiſcopos agere, ſecundùm antiquam à Patribus Regulam conſtitutam, niſi ea tantùm, quæ ad ſuam Diœceſim pertinent, poſſeſſionéſque ſubiectas. Vnuſquiſque enim Epiſcopus habeat ſuæ Parochiæ poteſtatem, vt regat iuxta reuerentiam ſingulis competentem, & prouidentiam gerat omnis poſſeſſionis, quæ ſub eius eſt poteſtate, itaut Presbyteros & Diaconos ordinet, & ſingula ſuo iudicio comprehendat. Ampliùs autem nihil agere tentet præter Antiſtitem Metropolitanum, nec Metropolitanus aliquid gerat ſine ceterorum Sacerdotum conſilio.*] *Item ex libro Decretorum beati Leonis, Capitulo* XXXII *continetur.* [*Igitur ſecundùm Sanctorum Patrum Canones Spiritu Dei conditos, & totius mundi reuerentiâ conſecratos, Metropolitanos ſingularum ciuitatum Epiſcopos, quibus ex delegatione noſtra fraternitatis tuæ cura prætenditur, ius tradita ſibi antiquitus dignitatis intemeratum habere decernimus, itaut à regulis præſtitutis nullâ aut negligentiâ aut præſumptione diſcedant; aut in habitu, aut inceſſu ſanctitatis.*] *Nam & nos ab Apoſtolica auctoritate ſubiungimus, vt Epiſcopus iuxta dignitatem ſuam indumentis vtatur. Simili modo & Presbyteri Cardinales, & qui in Monaſtica vita velle habeant viuendi, plebi quidem ſibi ſubiectæ præclariori veſte induti debitum prædicationis perſoluant; & in ſecreto propoſitum ſeruent ſui cordis, vt qui videt in abſcondito Deus reddat illis in palàm. Scriptum quippe eſt.* [*Quæ dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini.*] *Non enim nos honor commendat veſtium, ſed ſplendor animarum. Monachi verò laneæ * indumenta, iuxta normam & regulam Monaſticæ diſciplinæ, atque traditionem Sanctorum probabilium Patrum, ſine intermiſſione vtantur. Si enim abrenuntiantes ea quæ ſeculi ſunt, totâ ſe Deo intentione contulerunt, de omnibus illicitis debent abſtinere, vt quantum corpore ſuo ſuſtinent laborem, tantum remunerationis præmium à Deo percipere mereantur. Apoſtolis quippe diuinum datum eſt mandatum duas tunicas non habendi. Tunicas dixit Chriſtus, vtique laneas non lineas. Qui ergo obedierit Dominico præcepto, bonis actibus inhærens, habebit vitam æternam. Item ex Canone Antiocheni Concilij, Capitulo decimo, de his, qui vocantur Chorepiſcopi, decretum eſt.* [*Qui in vicis vel poſſeſſionibus Chorepiſcopi nominantur, quamuis manûs impoſitionem Epiſcoporum perceperint, & vt Epiſcopi conſecrati ſint, tamen Sanctæ Synodo placuit, vt modum proprium recognoſcant, & gubernent ſubiectas ſibi Eccleſias, earúmque moderamine curâque contenti ſint. Ordinent etiam Lectores & Subdiaconos atque Exorciſtas, quibus promotiones iſtæ ſufficiant. Nec Presbyterum verò, nec Diaconum audeant ordinare præter ciuitatis Epiſcopum, cui ipſe cum poſſeſſione ſubiectus eſt. Si quis autem tranſgredi ſtatuta tentauerit, depoſitus quo vtebatur honore priuetur. Chorepiſcopum verò ciuitatis Epiſcopus ordinet, cui ille ſubiectus eſt.*]

* Baron. Bin. laneo indumento.

VII.
DE EPISCOPIS, PRESBYTERIS ET DIACONIS IAM DAMNATIS.

Secundum Capitulum. *De Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconis damnatis, quòd priſtinum officium vſurpare non debeant ex libro Canonum Sanctorum Apoſtolorum, Capitulo* XXIX *dictum eſt.* [*Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus depoſitus iuſtè ſuper certis criminibus auſus fuerit attrectare miniſterium dudum ſibi commiſſum, hic ab Eccleſia penitus abſcindatur.*]

AN. CH. 748. CHILDERICI III. R. 5.

VIII. * Baron. ſuperuenientibus. DE PRESBYTERIS CONTRA EPISCOPVM SVPERBIENTIBVS;

Tertium Capitulum. *De Presbyteris ſuperbientibus * ex Concilio Carthaginenſi, capite vndecimo, ſi quis Presbyter contra Epiſcopum ſuum inſlatus ſchiſma fecerit, anathema ſit. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt.* [*Si quis Presbyter à Præpoſito ſuo correptus fuerit, debet vtique apud vicinos Epiſcopos conqueri, vt ab ipſis eius cauſa poſſit audiri, ac per ipſos ſuo Epiſcopo reconciliari. Quod niſi fecerit, ſed ſuperbiâ, quod abſit, inſlatus, ſecernendo ſe ab Epiſcopi ſui communione ſubduxerit, ac ſeparatim cum aliquibus faciens ſacrificium Deo obtulerit, anathema habeatur, & locum amittat. Si querimoniam iuſtam aduerſùs Epiſcopum non habuerit, inquirendum erit.*]

IX. DE OBEDIENTIA EPISCOPIS ET PRESBYTERIS CARDINALIBVS A PRESBYTERIS AGRORVM EXHIBENDA;

Quartum Capitulum. *De Presbyteris agrorum, quam obedientiam debeant exhibere Epiſcopis & Presbyteris Cardinalibus, ex Concilio Neocæſarienſi, Capitulo* XIII *ita continetur.* [*Presbyteri ruris in Eccleſia ciuitatis, Epiſcopo præſente, vel Presbyteris vrbis ipſius, offerre non poſſunt, nec panem ſanctificatum dare, calicémque porrigere. Si verò abſentes hi fuerint, & ad dandam orationem vocentur, ſoli dare debebunt. Chorepiſcopi quoque ad exemplum quidem & formam ſeptuaginta videntur eſſe, vt cùm miniſtrauerint, propter ſtudium, quod erga pauperes exhibent, honorentur.*]

X. DE MONIALIBVS;

Quintum Capitulum. *De Monachis, id eſt, ancillis Dei, de quibus flagitatum, ſi liceat eas ad Miſſarum ſolemnia, aut Sabbato Sancto publicè lectiones legere, & ad miſſas pſallere, aut alleluya, vel reſponſorium: de his in libro Decretorum beati Gelaſij Papæ, Capitulo* XXVI *deſtinatum eſt, quod nefas ſit fœminas ſacris altaribus miniſtrare, vel aliquid ex his, quæ virorum ſunt officia deputata, præſumere.* [*Nihilominùs impatienter audiuimus tantum ſacrarum rerum ſubiiſſe deſpectum, vt fœminæ ſacris altaribus miniſtrare ferantur, & cuncta, quæ non niſi virorum famulatui deputata ſunt, ſexum, cui non competit, exhibere, niſi quòd omnium delictorum, quæ ſingillatim perſtrinximus, noxiorum reatus omnis & crimen eos reſpicit Sacerdotes, qui vel iſta committunt, vel committentes minimè publicando, prauis exceſſibus ſe fauere ſignificant.*]

XI. DE VIDVIS;

Sextum Capitulum. *De viduis, ſi poſſint in propriis habitaculis ſuis ſaluare animas, item ex eodem libro, Capitulo* XXI *ita continetur. Vt viduæ non velentur à Pontificibus, & ſi profeſſam continentiam propoſito mutato calcauerint, ipſæ pro ſe rationem Deo pro ſuis ſint actibus redditura.* [*Nam de viduis ſub nulla benedictione velandis, ſuperiùs latiùs duximus differendum, quæ ſi propriâ voluntate profeſſam coniugij caſtitatem mutabili mente calcauerint, periculi earum intererit, quali Deum debeant ſatisfactione placare. Sicut enim ſi ſe forſitan continere non poterant, ſecundùm Apoſtolum nullatenus nubere vetabantur; ſic habitâ ſecum deliberatione promiſſam Deo pudicitiæ fidem debuerunt cuſtodire. Nos autem nullum talibus laqueum debemus iniicere, ſed ſolam adhortationem præmij ſempiterni pœnáſque proponere diuini iudicij, vt noſtra ſit abſoluta conſcientia, & illarum pro ſe rationem Deo reddat intentio.*]

XII. DE LAICIS VXORES SVAS PELLENTIBVS;

Septimum Capitulum. *De laico pellente ſuam coniugem, ex Canone Sanctorum Apoſtolorum, capite* XLVIII. [*Si quis laicus vxorem propriam pellens, alteram, vel ab alio dimiſſam, duxerit, communione priuetur.*]

XIII. DE PRESBYTERIS ET DIACONIS EPISCOPVM PROPRIVM CONTEMNENTIBVS;

Octauum Capitulum. *De Presbyteris & Diaconibus, qui ſe à miniſterio Eccleſiaſtico ſubtrahunt, & ſeorſum collectas faciunt, ex Canone Antiocheni Concilij, capite* v *promulagatum eſt.* [*Si quis Presbyter aut Diaconus, Epiſcopum proprium contemnens, ſe ab Eccleſia ſequeſtrauerit, & ſeorſum colligens altare conſtituit, & commonenti Epiſcopo non acquieuerit, nec conſentire vel obedire voluerit ſemel & iterum vocanti; hic damnetur omni modo, nec vltrà remedium conſequatur, quia ſuam recipere non poteſt dignitatem. Quòd ſi Eccleſiam turbare & ſollicitare perſiſtit, tamquam ſeditioſus per poteſtates exteras opprimatur.*]

XIV. DE CLERICIS ET MONACHIS NON MANENTIBVS IN SVO PROPOSITO;

Nonum Capitulum. *De Clericis & Monachis non manentibus in ſuo propoſito, quod interrogatum eſt, in Canone Chalcedonenſi, capite ſeptimo decre-*

AN. CH. 748. CHILDERICI III. R. 5.

tum eſt. [*Quæ ſemel in Clero deputati ſunt, aut Monachorum vitam expetinerunt, ſtatuimus neque ad militiam, neque ad dignitatem aliquam venire mundanam, ſed hoc tentantes & non agentes pœnitentiam, quominus redeant* * *ad id quad propter Deum primitus elegerant, anathematiZari.*]

* Baron. redeuntes.

XV. DE CLERICIS PTOCHIORVM, MONASTERIORVM ET MARTYRIORVM;

Decimum Capitulum. *De Clericis qui ſunt in Ptochiis, Monaſteriis, atque Martyriis, ex Chalcedonenſis Concilij capite nono, ita decretum eſt.* [*Clerici, qui præficiuntur Ptochiis, vel qui ordinantur in Monaſteriis, & Baſilicis Martyrum, ſub Epiſcoporum, qui in vnaquaque ciuitate ſunt, ſecundùm Sanctorum Patrum traditionem, poteſtate permaneant, nec per contumaciam ab Epiſcopo ſuo deſiliant. Qui verò audent euertere huiuſmodi formam quocumque modo, nec proprio ſubiiciuntur Epiſcopo, ſi quidem Clerici ſunt, Canonum correptionibus ſubiacebunt; ſi verò laici vel Monachi fuerint, communione priuentur.*]

XVI. DE CLERICORVM CONTINENTIA;

Vndecimum Capitulum. *Qui Clerici etiam ab vxoribus abſtinere debeant, ex Cancilio Africano, capite* XXXVII *ita continetur.* [*Prætereà, cùm de quorumdam Clericorum, quamuis erga proprias vxores, incontinentia referretur, placuit Epiſcopos, & Presbyteros, ſeu Diaconos, ſecundùm propria ſtatuta, etiam ab vxoribus continere. Quod niſi fecerint, ab Eccleſiaſtico officio remoueantur. Ceteros autem Clericos ad id non cogi, ſed ſecundùm vniuſcniuſque Eccleſiæ conſuetudinem obſeruari debere.*]

XVII. DE HIS QVI VXORES AVT VIROS DIMITTVNT;

Duodecimum Capitulum. *De his, qui vxores aut viros dimittunt, vt ſic maneant, ex Concilio ſupraſcripto Africano, capite* LXIX *ita continetur.* [*Placuit, vt ſecundùm Euangelicam & Apoſtolicam diſciplinam, neque dimiſſus ab vxore, neque dimiſſa à marito, alteri coniungantur, ſed ita maneant, aut ſibi inuicem reconcilientur. Quod ſi contempſerint, ad pœnitentiam redigantur.*]

XVIII. DE MONACHIS AD CLERICATVM PROMOTIS;

Decimum-tertium Capitulum. *Quod inquiſitum eſt, Manachus ſi Clericus factus fuerit, quid agi debeat, ex Decreto beati Innocentij Papæ, capite* XVII *continetur.* [*De Monachis, qui diu morantur in Monaſteriis, & poſteà ad Clericatûs ardinem peruenerint, non debere eos à proprio propoſito deuiare. Aut enim ſicut in Monaſterio fuit, & quod diu ſeruauit, in meliori gradu poſitus amittere non debet: aut ſi corruptus poſteà baptizatus, & in Monaſterio ſedens ad Clericatûs ordinem accedere voluerit, vxorem omnino habere non poteſt, quia nec benedici cum ſponſa poteſt iam anteà corruptus. Quæ forma ſeruatur in Clericis, maximè cùm vetus regula hoc habeat, vt quiſque corruptus baptizatus Clericus eſſe voluiſſet, ſponderet ſe vxorem omnino non ducere.*]

XIX. DE PRESBYTERIS ET DIACONIS IN CRIMEN PROLAPSIS;

Decimum-quartum Capitulum. *Quòd Presbyteri, aut Diaconi, ſi in aliquo crimine prolapſi fuerint, non poſſint per manûs impoſitionem pœnitentiæ remedium conſequi, in Decreto beati Leonis Papæ, capite decimo-ſexto decretum eſt ita.* [*Alienum eſt à conſuetudine Eccleſiaſtica, vt qui in Presbyterali honore, aut Diaconij gradu fuerint conſecrati, hi pro crimine aliquo ſua per manûs impoſitionem remedium accipiant pœnitendi. Quod ſine dubio ex Apoſtalica traditione deſcendit, ſecundùm quod ſcriptum eſt, Sacerdos ſi peccauerit quis orabit pro illo? Vnde huiuſmodi lapſis ad promerendam miſericordiam Dei ſecreta eſt expetenda ſeceſſio, vbi illis ſatisfactio fuerit digna, & etiam fructuoſa.*]

XX. DE ORATORIIS EXTRA VRBES ERECTIS;

Decimum-quintum Capitulum. *Pro eo quod interrogatum eſt de laicis, qui Eccleſias in ſuis proprietatibus conſtruunt, quis ipſas debeat regere, aut gubernare, à Sanctis Patribus ita ſtatutum eſt, & in præceptis Apoſtolicis ſic continetur, iuxta petitoris imploratum, vt ſi in quolibet fundo cuiuſcumque iuris Oratorium ſiue Baſilica fuerit conſtructa, pro eius deuotione in honorem cuiuſcumque Sancti, in cuius Epiſcopi parochia fuerit fundatum Oratorium, perceptâ primitus donatione legitimâ, id eſt, præſtante tot, geſtíſque municipalibus alligatâ, prædictum Oratorium per Miſſas publicas ſolenniter conſecrabit, itaut in eodem loco, nec futuris temporibus Baptiſteria conſtruantur, nec Presbyter conſtituatur Cardinalis, ſed & ſi Miſſas ibi facere maluerit, ab Epiſcopo nouerit Presbyterum poſtulandum, quatenus nihil à quolibet alio Sacerdote vllatenus præſumatur, niſi ab Epiſcopo fuerit ordinatum.*

AN. CH. 748. CHILDERICI III. R. 5.

XXI. Ad illuſtrationem ſuperioris Capituli plurimùm conducunt hæ Gregorij Magni literæ [a]. *Gregorius Paſſino Epiſcopo Firmano. Valerianus Notarius Eccleſiæ Firmanæ, fraternitatis tuæ petitoria nobis inſinuatione ſuggeſſit, quæ habetur in ſubditis, in fundo Viſiano iuris ſui iuxta muros ciuitatis Firmanæ Oratorium ſe pro ſua deuotione fundaſſe, quod in honorem beati Martyris Sauini deſiderat conſecrari. Et ideò, frater chariſſime, ſi in tua Parochia memorata conſtructio iure conſiſtit, & nullum corpus ibidem conſtat humatum, perceptâ primitus donatione legitimâ, id eſt, in reddıtu ſolidos tres liberos à tributis fiſcalibus, geſtiſque municipalibus alligatâ, prædictum Oratorium abſque Miſſis publicis ſolemniter conſecrabis, itaut in eodem loco nec temporibus futuris Baptiſterium conſtruatur, nec Presbyterum conſtituas Cardinalem. Et, ſi Miſſas ibi fieri fortè maluerit, à Dilectione tua Presbyterum nouerit poſtulandum, quatenus nihil tale à quolibet alio Sacerdote vllatenus præſumatur.*

[a] Lib. 7. Ind. 2. ep. 72.

XXII. Harum literarum cum præcedenti Capitulo factâ collatione, nemo non emendabit Zachariæ textus hactenus editos. Vbi Baronius & Binius legunt, *per Miſſas publicas ſolenniter conſecrabis*, Sirmondus *abſque Miſſas publicas ſolenniter conſecrabit*, leget dubio procul *abſque Miſſis publicis ſolenniter conſecrabit.* Vbi Baronius, Binius & Sirmondus legunt, *ſi Miſſas ibi facere maluerit*, leget *ſi Miſſas ibi fieri fortè maluerit.* Et vbi Baronius ac Binius legunt, *reſiſtatur*, leget *præſumatur.*

XXIII. Aduertendum quoque maximè, quòd Gregorius in ſuis literis & Zacharias in ſuo Capitulo vetant, ne Presbyter Cardinalis in Oratorio conſtituatur, quod peculiari deuotione quis in ſuo fundo conſtruxerit. Apud Zachariam Preſbyteri Cardinales iidem ſunt, qui dicuntur vrbis Presbyteri & Presbyteris agrorum opponuntur. Ad interrogationem enim ſuper obedientia, quam agrorum Presbyteri *Epiſcopis & Presbyteris Cardinalibus* exhibere debent, Capitulo quarto; quod ſuprà deſcriptum eſt, ita reſpondet ex Concilio Neocæſarienſi. *Presbyteri ruris in Eccleſia ciuitatis, Epiſcopo præſente, vel Presbyteris vrbis ipſius, offerre non poſſunt.* Ἐπιχώριοι πρεσβύτεροι ἐν τῷ κυριακῷ τῆς πόλεως προσφέρειν οὐ δύνανται, παρόντος ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρων πόλεως. Et Capitulo primo, quod ſuprà quoque deſcriptum eſt, huiuſcemodi Preſbyteris Cardinalibus, ſi *in Monaſtica vita velle habeant viuendi*, id eſt, ſi Monachorum more viuere cupiant, præcipit, vt *plebi quidem ſibi ſubiectæ præclariori veſte induti debitum prædicationis perſoluant, & in ſecreto propoſitum ſeruent ſui cordis, vt qui videt in abſcondito, Deus reddat illis in palàm.* Exinde non obſcurè patet eos in vrbibus ſeu ciuitatibus Preſbyteros Cardinales nuncupatos, qui, poſtquàm ciuitates ob fidelium multitudinem varias in parochias diuiſæ ſunt, illarum parochiarum regimini præficiebantur ab Epiſcopis, & Parochi ſeu Curiones etiamnum dicuntur. Hanc ſententiam confirmabit frequens deinceps Preſbyterorum Cardinalium mentio, diebus ſolenniſſimis cum ſuis plebibus conuenire ſolitorum ad Eccleſiam, in qua ciuitatis Epiſcopus ad altare ſacra myſteria peragebat. Interim lege, ſi lubet, Claudium Dormayum in Hiſtoria Sueſſionenſi, libro tertio, capite quadrageſimo-quinto. Nolunt igitur Romani Pontifices Gregorius & Zacharias in Oratoriis agrorum Preſbyteros conſtitui Cardinales, quibus incumbit ex officio, vt parochiarum curam in vrbibus gerant.

XXIV. DE CLERICIS PROPRIAS ECCLESIAS RELINQVENTIBVS; Decimum-ſextum Capitulum. *De Clericis, qui proprias Eccleſias relinquunt, quid de eis agi debeat, ex Canone Sanctorum Apoſtolorum, capite* XV *ita continetur.* [*Si quis Presbyter, aut Diaconus, aut quilibet de numero Clericorum, relinquens propriam parochiam pergat ad alienam, & omnino demigrans præter Epiſcopi ſui conſcientiam in aliena parochia commoretur, hunc vlteriùs miniſtrare non patimur, præcipuè ſi vocatus ab Epiſcopo redire contempſerit in ſua inquietudine perſeuerans. Verumtamen tanquam laicus ibi communicet.*]

AN. CH. 748. CHILDERICI III. R. 5.

Decimum-ſeptimum Capitulum. *Item pro Epiſcopis, qui alterius Clericos ſuſceperint, vt excommunicentur, in eodem Canone, capite* XVI *continetur.* [*Epiſcopus verò, apud quem memoratos eſſe conſtiterit, ſi contra eos decretam ceſſationem pro nihilo reputans, tanquam Clericos fortè ſuſceperit, velut magiſter inquietudinis communione priuetur.*]

XXV. DE EPISCOPO CLERICOS ALTERIVS SVSCIPIENTE;

XXVI. DE LECTORIBVS ET CANTORIBVS;

Decimum-octauum Capitulum. *Qui Clerici vxores ſortiri debeant, in* XXVII *capite Canonum Sanctorum Apoſtolorum decretum eſt.* [*Innuptis autem, qui ad Clerum prouecti ſunt, præcipimus, vt, ſi voluerint, vxores accipiant, ſed Lectores Cantoréſque tantummodo.*] Baronius hunc Canonem inter Canones Sanctorum Apoſtolorum non agnoſcit viceſimum-ſeptimum, ſed ex ſecundo & ſeptimo conflatum arbitratur. *Qui Clerici*, inquit, *vxores ſortiri debeant, in* II *&* VII *capitibus Canonum Sanctorum Apoſtolorum decretum eſt.* Similiter Binius. *Qui Clerici vxores ſortiri debeant, in 2 & 7 capitibus Canonum Sanctorum Apoſtolorum decretum eſt.* Hunc locum Sirmondus emendauit, & numerum repoſuit XXVII, iuxta editionem Dionyſij Exigui, quam Zacharias vt in hoc Capitulo, ſic & in aliis ſequitur, nec nobis extra rem videtur id te ſemel monuiſſe.

XXVII. DE COMMENDATITIIS LITERIS;

Decimum-nonum Capitulum. *Vt nullus Presbyter, aut Diaconus ſine commendatitiis epiſtolis ſuſcipiatur, in eodem Canone Sanctorum Apoſtolorum continetur.* [*Nullus Epiſcoporum peregrinorum, aut Presbyterorum ſeu Diaconorum ſine commendatitiis ſuſcipiatur epiſtolis; &, cùm ſcripta detulerint, diſcutiantur attentiùs, & ita ſuſcipiantur, ſi prædicatores pietatis extiterint; ſin minùs, neque neceſſaria ſubminiſtrentur eis, & ad communionem nullatenus admittantur, quia à ſurreptione multa proueniunt.*]

XXVIII. DE VIRGINIBVS VELATIS, QVÆ DEVIAVERVNT;

Viceſimum Capitulum. *De virginibus velatis, ſi deuiauerint, quid de illis agendum ſit, in libro Decretorum beati Innocentij Papæ, capite decimo-nono adſertum eſt.* [*Quæ Chriſto ſpiritualiter nubunt, & à Sacerdote velantur, ſi poſteà vel publicè nupſerint, vel ſe clanculò corruperint, non eas admittendas eſſe ad agendam pœnitentiam, niſi is, cui ſe iunxerant, de mundo receſſerit. Si enim de hominibus hæc ratio cuſtoditur, vt quæcumque, viuente viro, alteri nupſerit, habeatur adultera, nec ei agendæ pœnitentiæ licentia concedatur, niſi vnus ex his fuerit defunctus; quantò magis de illa tenenda eſt, quæ antè immortali ſe ſponſo coniunxerat, & poſteà ad humanas nuptias tranſmigrauit.*]

XXIX. DE VIRGINIBVS NON VELATIS QVÆ DEVIAVERVNT;

Viceſimum-primum Capitulum. *Item de non velatis virginibus, ſi deuiauerint, in eodem libro,* XX *capite continetur.* [*Hæ verò, quæ necdum ſacro velamine tectæ, tamen in propoſito virginali ſemper ſe ſimulauerunt permanere, licèt velatæ non fuerint, ſi fortè nupſerint, his agenda aliquanto tempore pœnitentia eſt, quia ſponſio earum à Domino tenebatur. Si enim inter homines ſolet bonæ fidei contractus nullâ ratione diſſolui, quantò magis iſta pollicitatio, quam cum Deo pepigit, ſolui ſine vindicta non poterit? Nam ſi Apoſtolus Paulus, quæ à propoſito viduitatis diſceſſerant, dixit eas habere damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt, quantò potiùs virgines, quæ prioris promiſſionis fidem frangere ſunt conatæ?*]

XXX. DE COPVLIS ILLICITIS;

Viceſimum-ſecundum Capitulum. *De his, quæ duobus fratribus nupſerunt, vel qui duas ſorores vxores acceperint, in Concilio Neocæſarienſi, capite ſecundo* (malè *vndecimo* apud Baronium) *continetur.* [*Mulier, ſi duobus fratribus nupſerit, abiiciatur vſque ad mortem. Verumtamen in exitu, propter miſericordiam, ſi promiſerit, quòd facta incolumis huius coniunctionis vincula diſſoluat, fructum pœnitentiæ conſequatur. Quòd ſi defecerit mulier aut vir in talibus nuptiis, difficilis erit pœnitentia in vita permanenti.*] *Nos autem, gratiâ diuinâ ſuffragante, iuxta prædeceſſorum & anteceſſorum Pontificum decreta, multò ampliùs confirmantes dicimus, vt dum vſque ſeſe generatio cognouerit, iuxta ritum & normam Chriſtianitatis & Religionis Romanorum, non copuletur coniugiis. Sed nec ſpiritualem, id eſt, commatrem, aut filiam, quod abſit, quis ducat temerario auſu vxorem. Eſt namque nefas & pernicioſum pec-*

catum coram Deo & Angelis eius. In tantum enim graue eſt, vt nullus Sanctorum Patrum, neque Sanctarum Synodorum aſſertione, vel etiam in Imperialibus legibus quiſpiam indicatus ſit, ſed terribile iudicium Dei metuentes ſiluerunt ſententiam dare.

XXXI. De homicidis; Viceſimum-tertium Capitulum. *De his, qui homicidium ſponte perpetrauerunt, in* XXI *Capitulo Ancyrani Concilij continetur.* [*Qui voluntariè homicidium fecerunt, pœnitentia iugiter ſe ſubmittant, perfectionem verò*, id eſt, Euchariſtiam, *circa vitæ exitum conſequantur.*]

XXXII. Viceſimum-quartum Capitulum. *De his, qui homicidium non ſponte perpetrauerunt, in eodem Canone, viceſimo-ſecundo* (malè *vigeſimo-quinto* apud Baronium, & 25 apud Bioium) *Capite continetur.* [*De homicidiis non ſponte commiſſis, prior quidem definitio poſt ſeptem annorum pœnitentiam perfectionem*, id eſt, Euchariſtiam, *conſequi præcepit, ſecunda verò quinquennij tempus explere.*]

XXXIII. De adulteris; Viceſimum-quiotum Capitulum. *De his qui adulteras habent vxores, vel ipſi adulteri comprobantur, in Concilio Ancyrano capite decimo-nono continetur.* [*Si cuius vxor adulterata fuerit, vel ſi ipſe adulterium commiſerit, ſeptem annorum pœnitentiâ oportet eum perfectionem* ſiue Euchariſtiam *conſequi ſecundùm priſtinos gradus.*]

XXXIV. Io rribus capiribus proximè deſcriptis, *perfectionem*, τὸ τέλειον, quo vocabulo Pattes in Synodo Ancyrana vſi ſunt, Euchariſtiam inrerpretati ſumus. Lege quæ Tomo primo ad annum Chriſti quiogenteſimum triceſimum-octauum [a] de duplici reconciliatione ſcripſimus. Vnam ab altera diſtioguuot Parres Aocyrani Concilij. Perfectiſſima & abſolutiſſima reconciliario eſt Euchariſtiæ parricipatio, & is qui parriceps ſit Euchariſtiæ, dicitur in Concilio Ancyrano, *perfectè recipi, perfectionem conſequi, ad perfectionis gratiam peruenire, communicare & recipi cum oblatione.* Minor reconciliario eſt abſolutio à peccatis, & qui recoociliatiooem eiuſmodi conſequitur, ius tantùm habet ad ſubſiſtendum in Eccleſia cum fidelibus, & precibus Euchariſticis communicandum, ſiue, vt Patres eiuſdem Ancyrani Concilij loquuntur, *orationi communicat, ſine oblatione recipitur, communicat ſine oblatione*, tenetúrque pœnitentiæ fructus in otdine pœnirentium adhuc conſtitutus oſtendere, priuſquàm ad Euchariſtiæ participationem admirratur. Patres Ancyrani Concilij Canone decimo-nono, quem à Zacharia Papa citatum nuperrimè recitauimus, cùm volunr *eum*, qui adulterium commiſerir, *ſeptem annorum pœnitentiâ perfectionem conſequi ſecundùm priſtinos gradus*, reſpiciunt ad quartum Caoonem eiuſdem Synodi, qui pœnitentiam ſeptem annorum in varias ſtationes ita diuidir. *Placuit eos inter audientes vno anno conſtitui, ſuccumbere verò tribus annis, in oratione autem communicare biennio, & tunc ad perfectionis gratiam peruenire.* Vel, vt habet alia verſio. *Viſum eſt anno audire, tribus autem annis ſubſterni ac ſupplices eſſe, ſoli autem orationi duobus annis communicare, & tunc ad id, quod perfectum eſt, accedere.*

[a] Nu. 26. 27.

XXXV. E pœnitentibus *inter audientes eſſe & audire* dicuntur ij, qui vſque ad Miſſam tantùm Carechumenorum admittuntur in Eccleſia, vr Pſalmorum cantum, ſacræ Scripturæ lectionem, & ſermones Epiſcoporum audiant, fideíque rudimenra rurſum edoceantur non ſecus ac infimæ claſſis Carhechumeni, qui præ ſe ferunr Religlonem Chriſtianam ſe amplecti velle, nec adhuc Eccleſiæ nomen dederunt. Ad illam autem pœnireoriæ ſtationem, quæ non tantùm prædictos infimi generis Catechumenos, ſed etiam ethoicos, Iudæos, hæreticos & ſchiſmaticos complectitur, idcircò cum opprobrio rediguntur, quoniam, qui regeneratioois lauacro abluti grauiſſimis iterum ſceleribus ſeſe polluunr, nec prima fidei rudimenta cenſentur didiciſſe, nec digni iudicantur, quibus opera laborioſa ad promerendam Dei gratiam & redimenda peccara imperentur.

Pœnitentes *ſuccumbere* ſeu ſuccumbere pœnitentiæ, *ſubſterni ac ſuppli-* AN. CH.
ces eſſe dicuntur, cùm laborioſa Pœnitentiæ opera in Subſtratione agunt. 748.
Hæc ſtatio ſuperior eſt Auditione, Pœnitentes enim admittit ad Miſſam CHILDE-
Catechumenorum, ſed vtroſque, cùm ſacrificium inchoandum eſt, eiicit RICI III.
ab Eccleſia, &, vt Gregorius Thaumaturgus [a] exponit, *abdicat precibus*, R. 5.
id eſt, à precibus Euchariſticis expellit. XXXVI.

Inter pœnitentium gradus, vt Auditione Subſtratio, ſic Subſtratione ſupe- [a] Cap. 5.
rior eſt Conſiſtentia, quæ nomen ex eo mutuatur, quòd qui ſunt in ea ſta- XXXVII.
tione, ſimul cum fidelibus in Eccleſia conſiſtunt, nec eiiciuntur cum Cate-
chumenis. Dicuntur autem *orationi communicare*, *in oratione communicare*,
ſine oblatione recipi, *communicare ſine oblatione*, quia precibus fidelium adſunt,
hoc eſt, ſacrificio, & omnibus, qui ad ſacrificium pertinent, ritibus, à quibus
ceteri pœnitentes inferiores expelluntur; eius tamen, quod perfectum eſt, hoc
eſt, Corporis Chriſti, communionem non habent. De variis Pœnitentium
claſſibus eruditè multi ſcripſerunt, inter quos omnium doctorum iudicio
laudem inſignem adeptus eſt Ioannes Morinus noſtræ Congregationis
Presbyter in accuratiſſimo Commentario de adminiſtratione Sacramenti
Pœnitentiæ [b]. [b] Lib. 6.

Viceſimum-ſextum Zachariæ Capitulum. *De Monachis & Virginibus* XXXVIII.
propoſitum non ſeruantibus, in libro Decretorum beati Siricij Papæ capitulo VI DE MONA-
continetur. [*Præterea Monachorum quoſdam, atque Monacharum, abiecto pro-* CHIS ET
poſito ſanctitatis, in tantam proteſtaris demerſos eſſe laſciniam, vt prius clan- MONIALI-
culò, vel ſub Monaſteriorum prætextu illicità ac ſacrilegâ ſe contagione miſ- BVS PROPO-
cuerint; poſteà verò in abruptum conſcientiæ deſperatione perducti, de illicitis SITVM NON
complexibus liberè filios procrearint, quod & publicæ leges & Eccleſiaſtica iura SERVANTI-
condemnant. Has igitur impudicas deteſtabiléſque perſonas à Monaſteriorum BVS;
cœtu Clericorúmque conuentibus eliminandas eſſe, quatenus retruſæ in ſuis er-
gaſtulis tantum facinus continuâ lamentatione deflentes, purificato poſſint pœ-
nitudinis igne decoquere, vt eis vel ad mortem ſaltem, ſolius miſericordiæ in-
tuitu, per communionis gratiam poſſit indulgentia ſubuenire.]

Viceſimum-ſeptimum Capitulum. *De his, quæ non coactè, ſed propriâ* XXXIX.
voluntate virginitatis propoſitum ſuſceperunt, quòd delinquant cùm nupſerint, DE PVELLIS
etſi nondum fuerint conſecratæ, in libro Decretorum beati Leonis Papæ, capite PROPOSI-
XXVII *continetur.* [*Puellæ, quæ non coacta parentum imperio, ſed ſpontaneo* TVM VIR-
iudicio, virginitatis propoſitum atque habitum ſuſceperunt, ſi poſteà nuptias GINITATIS
eligunt, præuaricantur, etiamſi nondum eis gratia conſecrationis acceſſit, cuius NON SER-
vtique non fraudarentur munere, ſi in propoſito permanerent.] VANTIBVS;

Sequitur epilogus literarum, ſic. *Hæc itaque, chariſſimi nobis & di-* XL.
lectiſſimi, quæ ſuperiùs annexa ſunt, in quantum miſerante Deo valuimus,
inter cetera capita deflorantes, tam ſanctorum Apoſtolorum, quàm etiam
beatorum Patrum ſanctiones, ſeu etiam probabilium beatiſſimorum Pontifi-
cum Decreta, vt vniuſcuiuſque Capituli ſententia continet, in breui elo-
quio perſtringentes, ad veſtri Præſulatûs notitiam & prædicationem; atque po-
puli nobis à Deo crediti ædificationem, mandauimus miniſtranda atque perfi-
cienda: hortantes veſtram omnium prudentiſſimam Sanctitatem, & Procerum
Dilectionem, vt omnimodâ ratione non declinantes à dextris aut ſiniſtris, ſed
viam regiam incedentes, conſtantiſſimè obſeruetis Apoſtolica mandata. Cete-
rùm hæc, amantiſſimi nobis, dedimus vobis in mandatis, vt nec nos coram Deo de
taciturnitate iudicemur, nec vos de neglectu coram eo cogamini reddere ratio-
nem, ſicut ſcriptum eſt in Dominico Præcepto: [*Si non veniſſem & locutus eis*
fuiſſem, peccatum non haberent.] *Itaque nihil excuſationis adhibentes, om-*
nium rationabilium animarum ſalutem procuretis, vt non vituperetur miniſte-
rium veſtrum, ſed magis de palma victoriæ brauium accipiatis, iuxta egregij
Apoſtoli dictum, habentes bonis actibus inhærendo repoſitam coronam iuſtitiæ
in ſiderea manſione, quam vobis reddat in illum diem iuſtus Iudex Dominus.

AN. CH. 748. CHILDERICI III. R. 5.

Deus & Saluator noſter Ieſus Chriſtus, qui viuit in vnitate cum Deo Patre Omnipotente & Spiritu Sancto per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

XLI. Has Zachariæ Papæ literas primus è Bibliotheca Vaticana publicauit Cæſar Baronius, ſed anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quarto datas perperam putauit; Iacobus Sirmondus in annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-ſeptimum reiecit, quo ſcriptam quoque exiſtimauit aliam eiuſdem Romani Pontificis ad Bonifacium Archiepiſcopum Moguntinum epiſtolam cum hac ſubſcriptione. *Data Nonis Ianuary, imperante Domno noſtro piiſſimo Auguſto Conſtantino à Deo coronato, Magno Imperatore, anno* XXVIII. *Impery eius anno* VI. *Indictione* XV. At huius ſubſcriptionis notæ, quas examinauimus ſuprà, non cohærent inter ſe, quia per menſem Ianuarium prior epocha Conſtantini Auguſti ſiue annus eius viceſimus-octauus cum anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-octauo componitur, poſterior autem eiuſdem Conſtantini epocha ſiue annus ſextus poſt Leonis patris obitum & Indictio decima-quinta cum anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſeptimo coincidunt. Poſteriorem epocham Conſtantini cum indictione decima-quinta ſeruandam duxit Sirmondus, nos verò rerum geſtarum ſeries adegit, vt priorem epocham Conſtantini retineremus, reiectâ alterâ cum Indictione decima-quinta.

XLII. Extant Zachariæ Pontificis aliæ literæ [a], Kalendis Maiis, cùm de Odilonis Boioariæ Ducis obitu nuncios nondum accepiſſet, hoc anno datæ, vt hæc earum ſubſcriptio nos docet. *Data Kalendis May, imperante Domino Piiſſimo Auguſto Conſtantino à Deo coronato, Magno, Pacifico, Imperatore, anno* XXIX *P. C. eius anno* VII. *Indictione* I. Anno Chriſti ſeptingenteſimo duodequinquageſimo per menſem Maium conuenit Indictio prima; conueniunt & epochæ Conſtantinianæ, quia Conſtantinus anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo coronatus eſt Imperator ipſo die Paſchæ pridie Kalendas Aprilis, & anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-primo Leonem patrem amiſit menſe Iunio.

[a] Inter Bonifac. ep. 140.

XLIII. ITEM AD CAPITVLA BONIFACII ARCHIEP. In his literis Zacharias epiſtolæ reſpondet Bonifacianæ, quam Burchardus Wirceburgenſis Epiſcopus Romam detulerat. *Reuerentiſſimo ac ſanctiſſimo fratri Bonifacio Coepiſcopo Zacharias ſeruus ſeruorum Dei. Sacris liminibus beati Apoſtolorum Principis Petri, & noſtris obtutibus præſentatus præſens Burchardus, dilectus nobis Epiſcopus, fraternæ ſanctitatis tuæ nobis attulit affatus, per quorum ſcriptum tenorem agnouimus magnum habere certamen, & ſtudioſè elaborare fraternitatem tuam in prædicatione Euangelij Chriſti Dei noſtri, & exhortatione Sanctæ Catholicæ & Orthodoxæ rectæ fidei, quam à Redemptore noſtro Deo & Domino Ieſu Chriſto, per inſtitutum à ſe beatum Principem Apoſtolorum Petrum, & vas electionis Paulum, omnéſque Apoſtolos traditam ſuſcepimus. Quibus agnitis, etſi peccatores, extenſis ad æthera palmis Omnipotenti Deo immenſas egimus gratias, petentes eius ineffabilem Diuinitatem, vt multò ampliùs confirmet atque corroboret cor fraternitatis tuæ, & ſoſpitem atque robuſtum corpore annuat permanere, vſquequò eius Diuinitas te ſuperſtitem in hac iuſſeris eſſe vita, ad perficiendum miniſterium tibi impoſitum, & ad portandum lucrum animarum in diem Chriſti Ieſu, vt illam merearis audire vocem deſiderabilem, quam dicturus eſt Dominus diligentibus ſe. [Venite benedicti Patris mei, percipite regnum paratum vobis ab origine mundi.] Erant autem inſerta in eiſdem tuis affatibus diuerſa Capitula, de quibus iudicium & conſilium atque ſolatium Sedis Apoſtolicæ tibi dirigi flagitaſti.* Sequuntur Capitula cum reſponſionibus.

XLIV. DE FORMA ET MINISTRO BAPTISMI; Primum eſt de forma & miniſtro Baptiſmi. *Primum Capitulum*, inquit Zacharias, *pro Synodo prouincia, in qua natus & nutritus es, quam & in gentem Anglorum & Saxonum in Britannia Inſula primi prædicatores ab Apoſtolica Sede miſſi, Auguſtinus, Laurentius, Iuſtus & Honorius, & nouiſſimè tuis temporibus Theodorus ex Græco Latinus antè philoſophus & eruditus, Roma*

AN. CH. 748. CHILDERICI III. R. 5.

*ma ordinatus, Pallio ſublimatus, ad præfatam Britanniam tranſmiſſus, iudicabat & gubernabat. In illa tale decretum & iudicium firmiſſimè præceptum, & diligenter demonſtratum eſſe dinoſcitur, vt quicumque ſine inuocatione Trinitatis lotus fuiſſet; Sacramentum regenerationis non haberet. Quod omnino verum eſt, quia ſi merſus in fonte Baptiſmatis quis fuit ſine inuocatione Trinitatis, perfectus non eſt, niſi fuerit in Nomine Patris, & Filij, & Spiritûs Sancti baptizatus. De illo autem, quod per quoſdam affirmari ſcripſiſti, vt ſi Euangelicis quis verbis inuocatâ Trinitate, iuxta regulam à Domino poſitam, quicumque merſus eſſet in Nomine Patris, & Filij, & Spiritûs Sancti, quòd Sacramentum ſine dubio haberet; & ita fortiter verbis Euangelicis fuiſſet conſecratum Baptiſma, vt quamuis ſceleratiſſimus quiſque hæreticus vel ſchiſmaticus, aut latro, aut fur, ſiue adulter, hoc homini petenti miniſtraret, tamen Chriſti eſſet Baptiſma verbis Euangelicis conſecratum; & ècontrà licèt miniſter iuſtus fuerit, ſi Trinitatem, iuxta regulam à Domino poſitam, in lauacro non dixiſſet, verum Baptiſma non eſſet quod dedit. De illis itaque immundis & incertis viris, hæreticis atque ſchiſmaticis, qui in nomine Trinitatis petentes baptizant; ſed & de his, qui ſine inuocatione Trinitatis mergunt in fonte Baptiſmatis, fraternitati tuæ notum eſt, quid de illis ſacrorum Canonum ſeries continet, quod & tenere te firmiter hortamur. Scriptum quippe eſt dicente Domino. [Sancti eſtote, quoniam & ego ſanctus ſum.] Quod ſuſcepiſti, frater, à prædeceſſore noſtro ſanctæ recordationis Gregorio, huius Apoſtolicæ Sedis Pontifice, in eo permane, & ab Euangelica & Apoſtolica, ſeu ſanctorum Patrum tradita doctrina nullomodo declines, ſed indutus loricam fidei & galeam ſalutis, viriliter contra nequitiam diabolicæ fraudis Apoſtolicam præſentando vitem * reſiſte. Scriptum namque eſt. [Ecce dedi faciem tuam potentem aduersùs faciem eorum, & conſtantiam tuam confortabo aduersùs contentiones eorum, & erit fortior petrâ conſtantia tua.] Pro ſacrilegis itaque Presbyteris, vt ſcripſiſti, qui tauros & hircos diis paganorum immolabant, manducantes ſacrificia mortuorum, habentes & pollutum miniſterium, ipſique adulteri eſſe inuenti ſunt, & defuncti; modò verò incognitum eſſe, vtrùm baptizantes Trinitatem dixiſſent, an non; & timent illi qui viui ſunt, quòd in tali miniſterio non ſint baptizati: quibus reſpondens, iuſſiſti omnes baptizare. Hoc quoque obſeruaſſe in ſupradicta Synodo Sacerdotes; vt qui vel vnam de Trinitate perſonam in Baptiſmo non nominaret, illud Baptiſma verum eſſe non poſſet. Quod pro certo verum eſt, quia qui vnam ex Sancta Trinitate confeſſus non fuerit, perfectus Chriſtianus eſſe non poteſt. Qui enim confitetur Patrem & Filium, ſi confeſſus non fuerit Spiritum Sanctum, nec Patrem habet, nec Filium: & qui confeſſus fuerit Patrem & Spiritum Sanctum, & Filium non fuerit confeſſus, nec Patrem habet, nec Spiritum Sanctum, ſed vacuus eſt à gratia diuina.* Pars huius Capituli citatur à Gratiano [a].

* Serat. vitam.

[a] De Conſecr. diſt. 4. c. 48.

XLV. De vagis Episcopis et Presbyteris.

Secundum Capitulum eſt de vagis quibuſdam Epiſcopis ac Presbyteris. *Eos autem,* inquit Zacharias, *quos reperiſſe aſſata eſt fraternitas tua pſeudoſacerdotes multò maioris numeri quàm Catholicos, erroneos ſimulatores ſub nomine Epiſcoporum vel Presbyterorum, qui nunquam ab Epiſcopis Catholicis fuerunt ordinati, illudentes populo, & miniſteria Eccleſiæ confundentes & conturbantes, falſos, gyrouagos, adulteros, homicidas, molles, maſculorum concubitores, ſacrilegos, hypocritas, & multos ſeruos tonſuratos, qui fugerunt dominos ſuos, ſeruos diaboli transfigurantes ſe in miniſtros Chriſti, qui ſine Epiſcopis proprio arbitrio viuentes, populares defenſores habentes contra Epiſcopos, vt ſceleratos mores eorum non confringant, ſeorſùm populum conſentaneum congregant, & illud erroneum miniſterium non in Eccleſia Catholica, ſed per agreſtia loca, per cellas ruſticorum, vbi eorum imperita ſtultitia celari Epiſcopos poſſit, perpetrant, nec fidem Catholicam paganis prædicant, nec ipſi fidem rectam habent, ſed nec ipſa verba ſolennia, quæ debet vnuſquiſque Catechumenus, ſi talis ætatis eſt, vt iam intellectum habeat, ſenſu cordis ſui percipere & intelligere, nec*

AN CH. 748. CHILDERICI III. R. 5.

*docent, nec quærunt ab eis quos baptizare debent, id eſt, abrenunciare Satanæ, &c. ſed neque ſignaculo Chriſti eos muniunt, quæ præcedere debent Baptiſmum, ſed nec aliquam credulitatem vnius Deitatis & ſanctæ Trinitatis docent, neque ab eis quærunt, vt corde credant ad iuſtitiam, & oris confeſſio fiat illis in ſalutem. Hos itaque miniſtros ſatanæ, & non Chriſti, vbicumque repereris, chariſſime nobis, aggregato prouinciali & Sacerdotali collegio omnimodo deuita, & Sacerdotali honore priuatos ſub Regula Monachica & pœnitentia ſummiſſos, vitam finire ordinabis, vt carne afflicti quandoque ad viam rectitudinis redeant, &, ſi corde crediderint, oris eorum vera confeſſio illis fiat in ſalutem. Si verò non fuerint conuerſi, tua * prædicantis non periet iuſtitia. Habebis enim ſolatiantem te, contra nequitiam malignantium, ſanctorum Apoſtolorum & ceterorum probabilium Patrum Canonicam ſanctionem. Confortare itaque, reuerentiſſime mihi, & praeuale in lege, & in Euangelio Chriſti, & prædicatione Catholicæ ac Orthodoxæ fidei, quia ipſa glorificabit te. Tribulatio enim corporis noſtri temporalis eſt, & finem habet, probatio autem ſpem. Spes verò non confundit, vt ait Apoſtolus, quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum qui datus eſt nobis. Quis namque nos ſeparabit à charitate Chriſti, tribulatio, an anguſtia? &c. Et, ſi deiicimur, frater, non perimus. Conſecramus * autem mortem Ieſu in corpore noſtro, vt vita Ieſu in die aduentûs ſui fiat in corpore noſtro manifeſta, ſicut per eius diuinam edocti ſumus vocem. Beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam eorum eſt regnum cælorum. Conforta itaque & dilectiſſimos nobis omnes Orthodoxos Epiſcopos, & Sacerdotes, atque Leuitas, vel Clericos, vel religioſos Abbates, & Monachos, ſeu glorioſiſſimos Duces, cunctóſque Optimates Chriſtianæ legis ſeruatores, vt nobis ſint adiutores contra aduerſarios Orthodoxæ fidei, omnéſque hæreticos & ſchiſmaticos, quatenus & ipſi de fructu boni operis gaudere mereantur in cæleſtibus regnis, ſicut ſcriptum eſt. [Qui vicerit, faciam illum columnam in templo meo, & ſcribam ſuper illum nomen meum.]*

* Serar. tua prædicationis.

* Serar. conferamus.

XLVI. De Samsone Scoto hæretico;

Tertium Capitulum eſt de Samſonis Presbyteri Scoti hæreſi circa Baptiſmum. Zacharias enim ſuas ita literas perſequitur. *Scripſit reuerenda fraternitas tua, reperiſſe quendam Presbyterum genere Scotum, nomine Samſon, errantem à via veritatis, dicentem & affirmantem ſine myſtica innouatione aut lauacro regenerationis poſſe fieri Catholicum Chriſtianum per Epiſcopalis manûs impoſitionem. Hic autem, qui dicit hoc, vacuus eſt Spiritu Sancto, & alienus à gratia Chriſti, atque à conſortio Sacerdotali abiiciendus. Quis enim, niſi baptizetur, iuxta præceptum Domini, in Nomine Patris, & Filij, & Spiritûs Sancti, & ſic per manûs impoſitionem conſecretur, poteſt eſſe Catholicus? Hunc nequiſſimum virum talia prædicantem ab Eccleſia ſancta Dei condemnatum expelle.*

XLVII. De baptizatis ab hæreticis;

Quartum Capitulum eſt de iis, qui baptizati ſunt ab hæreticis, dubitatúrque vtrùm in Nomine Patris, & Filij, & Spiritûs Sancti ſint baptizati necne. Sic ad illam dubietatem reſpondet Zacharias. *Illos autem viros, qui ab hæreticis baptizati ſunt, & dubietas tenet, quòd in Nomine Patris, & Filij, & Spiritûs Sancti non ſint baptizati, inquiſitâ rei veritate, ſi ab erroneis Sacerdotibus baptizati ſunt, hos ſine dubio, iuxta prædeceſſoris noſtri bonæ memoriæ Gregorij Papæ & ſacrorum Canonum traditum tibi mandatum, implere non omittas, ne in æternum pereant, ſed potiùs Euangelicâ conſecratione ſaluentur.*

XLVIII. De volumine scripto a Bonifacio de vnitate Fidei Catholicæ;

Quintum Capitulum eſt de volumine, quod à Bonifacio de vnitate fidei Catholicæ & doctrina Apoſtolica ſcriptum Zacharias ita laudat. *Intuiti ſumus & volumen à te directum vniuerſis Epiſcopis, Presbyteris, Diaconibus, vel ceteris religioſam vitam degentibus, de vnitate fidei Catholicæ & doctrina Apoſtolica ſcriptum, & valdè nobis acceptabile eſſe cognoſcas, quoniam per Spiritûs Sancti gratiam in te diffuſam, chariſſime, hoc operari ſtuduiſti.*

AN. CH. 748.
CHILDERICI III. R. 5.

XLIX.
DE SYNODIS CELEBRANDIS;

Sexto Capitulo Bonifacius petierat, vt à Zacharia Sacerdos in partes Franciæ & Galliæ ſiue in regiones Rheno vicinas ad Concilia celebranda dirigeretur. Zacharias id, eo ſuperſtite, facturum ſe negat. *Per alia*, inquit, *ſcripta fraternitatis tuæ petiſti, vt Sacerdos à nobis dirigatur in partibus Franciæ & Galliæ ad Concilia celebranda. Sed dum Deo propitio tua Sanctitas ſuperſtes exiſtit, quæ * Sedis Apoſtolicæ & noſtram illic præſentas * vicem, alium illic dirigere neceſſarium non eſt. Quos autem repereris, amantiſſime frater, habentes ſcientiam ſacræ doctrinæ, & ſanctam tenentes legem, atque orthodoxam ſine dubio defendentes fidem, hos mittere ſtude, in quibus præuideris locis, ad prædicandum verbum ſalutis. Concilia verò, aggregatis Epiſcopis prouincialibus, vt tibi & vbi rectum videtur, celebranda procura, & quos deuiantes inueneris, confunde facies eorum ignominiâ, vt ſint coram hominibus ſine honore. Dominus enim Deus noſter erit tecum.*

** Serar. qui præſentem

L.
DE CHARTA CATHOLICÆ VNITATIS A BONIFACIO ROMAM MISSA.

Septimum Capitulum eſt de charta veræ atque Orthodoxæ profeſſionis & Catholicæ vnitatis, quam Bonifacius cum aliis Epiſcopis Francorum Romam miſerat. *Suſcepimus*, ait Zacharias, *& chartam conſcriptam veræ atque Orthodoxæ profeſſionis & Catholicæ vnitatis, quam cum dilectiſſimis nobis Epiſcopis partis Francorum tua direxit reuerenda fraternitas, quam reſerantes nimio gaudio ſumus repleti, innumerabiles gratias agentes Deo Patri Omnipotenti, quia vnanimitatem eorum ad ſocietatem noſtram reuocare dignatus eſt, vt ſpiritualis eorum mater Sancta lætetur Eccleſia. Noſtrâ autem vice, chariſſime, omnes in oſculo pacis Chriſti ſaluta, quia & nos dilectioni eorum gratias agentes, Apoſtolicas miſimus literas.*

LI.
DE VIRGILIO,

Octauum Capitulum eſt de Virgilio. *Et hoc*, inquit Zacharias, *intimatum eſt à tua fraterna Sanctitate, quòd Virgilius ille (neſcimus ſi dicatur Presbyter) malignatur aduersùm te, pro eo quod confundebatur à te, erroneum ſe eſſe à Catholica doctrina, immiſſiones faciens Otiloni Duci Boioariorum, vt odium inter te & illum ſeminaret, aiens quòd & à nobis eſſet abſolutus, vt vnius defuncti ex quatuor illis Epiſcopis, quos tua illic ordinauit fraternitas, Diœceſim obtineret: quod nequaquam verum eſt, quia mentita eſt iniquitas ſibi. De peruerſa autem & iniqua doctrina eius, qui contra Deum & animam ſuam locutus eſt, ſi clarificatum fuerit ita eum confiteri, quòd alius mundus, & alij homines ſub terra ſint, ſeu Sol & Luna, hunc habito * conſilio ab Eccleſia pelle, Sacerdotij honore priuatum. Attamen & nos ſcribentes præfato Duci, euocatorias prænominato Virgilio mittimus literas, vt nobis præſentatus, & ſubtili indagatione requiſitus, ſi erroneus fuerit inuentus, Canonicis ſanctionibus condemnetur. Qui enim ſeminant dolores, ipſi metunt eos: Sic enim ſcriptum eſt. [Peruerſæ cogitationes ſeparant à Deo; probata autem virtus corripit inſipientes.]*

* Serar. accito.

LII.

Tria obiiciuntur Virgilio, quòd diſcordias inter Bonifacium Archiepiſcopum & Odilonem Boioariæ Ducem ſeminet; deinde quòd ſe dicat à Papa dimiſſum, vt vnius defuncti ex quatuor illis Epiſcopis, quos Bonifacius in Boioaria conſtituit, Diœceſim obtineat; deinde quòd aſſerat nouum reperiri mundum, qui alio Sole atque aliâ Lunâ illuſtretur. Velſerus [a], Baronius [b], Adlzreitterus [c], aliíque paſſim diſſenſionem illam improbis peſſimorum hominum rumoribus excitatam ſcribunt, Velſerus addit auctam tantò faciliùs, *quòd Moguntiaci vnus Epiſcopus, alter apud Boios procul agerent; ſuffundit enim vires calumniæ, longinquitas.* Diſceptationis exitus non comperitur. *Fit veriſimile*, inquit idem Auctor, *aut purgaſſe ſe Virgilium Pontifici, ſiue coràm, ſiue per literas, aut cognitis inuidorum vtrimque fraudibus, vltrò; quod inter bonos ſolet, in gratiam eſſe reditum. Sanè Bonifacius toto deinde ſeptennio ſuperfuit, neque iſtius tamen diſſenſionis præterea veſtigium apparet.* Præcitati Scriptores Virgilium, de quo Bonifacius ſæpè queſtus eſt, eundem ſtatuunt cum Virgilio, qui poſteà Salisburgienſem Epiſcopatum geſſit, & Sanctorum Faſtis adſcriptus eſt à Gre-

[a] Lib. 5.
[b] Hoc an. n. 2.
[c] Part. 1. l. 7. n. 29.

AN. CH. 748. CHILDERICI III. R. 5.

gorio Nono Papa. *Quâ Virgilius animi probitate & vitæ ſanctimoniâ fuit*, ait Velſerus, *quæ Boniſacio renunciata, neque dixiſſe, neque feciſſe potuit.* Eandem opinionem Baronius fuſiori ſtylo ſic exponit. *Cùm Zacharias Pontifex facultatem dederit Boniſacio, vt congregato Concilio Virgilium ab Eccleſia pelleret, Sacerdotióque priuaret, & nec quicquam huiuſmodi factum appareat, immò contrarium, cùm perſeuerauerit ipſe auctus etiam Epiſcopatu in ſuſcepta ſemel Apoſtolica functione, atque longè latéque Euangelium in gentes finitimas propagarit, quis non intelligat accuſationes illas vanas cognitas penitus euanuiſſe, eoſdémque Apoſtolicos viros Apoſtolico ſpiritu animóque pari iunxiſſe dexteras ad opus quod ſuſceperant Euangelij? cùm etiamſi Bonifacius neglexiſſet, Zacharias Papa, qui vindex exurgens de mittendo in Vrbem Virgilio literas ad Ducem Bauariæ dedit, immò & ſuis literis eumdem cum collega Sidonio Romam ſe vocaturum promiſit, ſi aliquod ſcelus interceſſiſſet, nequaquam inultum reliquiſſet. Quòd ergo tot literis poſt hæc inter Bonifacium & Zachariam Papam intercurrentibus, nulla prorſus de his mentio ampliùs facta ſit, planè ea omnia, vt fide vacua atque penitus falſa, fuiſſe abolita intelliguntur. Ceterùm ipſum Virgilium ſolemnibus ritibus inter Sanctos relatum à Gregorio Nono Romano Pontifice vetera monumenta teſtantur.* Et Adlzreitterus. *Quis diſceptationis fuerit exitus, Scriptores non meminerunt. Vero tamen ſimile eſt, detectis calumniatorum fraudibus, Pontifici fuiſſe factum ſatis, & Bonifacium ac Virgilium, quâ erant ſanctimoniâ, ad prioris amicitiæ integritatem, poſitâ offenſiunculâ, rediuiſſe. Certè Bonifacius toto, quo ſuperfuit, ſeptennio, non legitur quicquam fuiſſe conqueſtus de Virgilio, & ab hoc geſti deinceps ſacri magiſtratus, abundè obiectas criminationes refutarunt.*

LIII. Etſi receptiſſima ſit hæc opinio, duos nihilominùs Virgilios diſtinguendos exiſtimamus; vnum, cui fuerunt cum Bonifacio ſimultates haud obſcuræ; alterum, cui delatæ ſunt Infulæ Saliſburgienſes. In hanc autem imus ſententiam, lectâ Sancti Virgilij Saliſburgienſis Epiſcopi vitâ, quam Henricus Caniſius Tomo ſexto Antiquæ Lectionis primus euulgauit, & Surio ad diem viceſimum-ſeptimum Nouembris inſeruerunt, qui poſtremam huius Auctoris editionem curarunt. Virgilius in Hybernia Inſula naſcitur ex nobili proſapia, relicto natali ſolo proficiſcitur in Franciam, Pippinum Regem Catiſiaci tum commorantem adit anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-ſecundo, ab eo mittitur in Boioariam anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-quarto, vt Eccleſiæ Saliſburgienſis Paſtore tunc deſtitutæ fiat Epiſcopus, ordinatione tamen *fermè duorum annorum ſpatiis* dilatâ, tandem ſuſcipit vnctionem Epiſcopalem *anno Natiuitatis Domini* DCCLXVI. XVII *Cal. Iulij*, die videlicet Dominico, currente tum literâ Dominicali E. Qua de re fuſiùs opportuniúſque ſub Pippino Rege.

LIV. Qui duos Virgilios in vnum confundunt, ij ſimultatis inter illum ac Bonifacium exortæ cauſam omnem refundunt in homines improbos, qui ſiniſtros ac falſos apud Bonifacium rumores de Virgilio per calumniam ſparſerunt. At ſi duo Virgilij diſtinguuntur, vt verè diſtingui debent, Virgilius, qui Bonifacio infenſum ſe præbuit, ab Epiſcopo Saliſburgienſi ac Sancto longè diuerſus ſtatuitur, & reus haberi poteſt criminum, quæ commemorantur in literis Zachariæ Papæ ſuprà citatis.

LV. Primò, immiſſiones feciſſe dicitur Odiloni Duci Boioariorum, vt odium inter illum ac Bonifacium ſeminaret. Id à vero non videtur alienum. Epiſcopatum enim ambiebat in Boioaria, ſciebátque Bonifacium, apud quem malè audiebat, pro viribus aduerſaturum. Nihil autem inde timendum ſibi nouerat, ſi Bonifacium inter & Odilonem oborireretur diſſenſio. Nec deerant rationes, quæ Odilonis animum à Bonifacio plurimùm alienarent. Pippinum Maiorem-domûs, cui gratiſſimus acceptiſſimúſque Bonifacius, oderat Odilo. Boioariæ, cuius regimini præpoſitus Odilo, ſuus erat Metropolitanus, cui comprouinciales ſubiacebant Epi-

ſcopi, nouo tamen priuilegio Bonifacius à Papa licentiam prædicandi per Boioariam nuper obtinuerat Odilone nec conſulto nec monito. Hinc igitur odij inter vtrumque concitandi occaſionem ſibi oblatam putauit Virgilius, nullúmque lapidem non mouit, vt Odilonem amicum ſibi, Bonifacio inimicum redderet. Quo comperto, queſtus eſt apud Papam Bonifacius, vt ex præcitato Zachariæ reſponſo liquet.

AN. CH. 748. CHILDERICI III. R. 5.

LVI. Secundò, Virgilius aſſeritur mentitus abſolutum ſe ſeu dimiſſum à Papa, vt vnius defuncti ex quatuor illis Epiſcopis, quos Bonifacius ordinarat in Boioaria, Diœceſim obtineret. Ea quoque de re ſcripſit ad Papam Bonifacius. Zacharias ſuâ reſponſione Virgilium mendacij redarguit. Hoc Virgilij crimen cum priore coniungitur. Virgilius enim, vt ambitioni ſuæ faceret ſatis, cùm Epiſcopatûs in Boioaria gerendi deſiderio flagraret, conſilium de ſeminando Bonifacium inter & Odilonem odio facilè ſuſcepit.

LVII. Porrò de Virgilij iactatione, nec id quod ſcripſit Bonifacius, nec id quod reſcripſit Papa, ſtrictè ſic eſt capiendum, vt ad Epiſcopi iam defuncti Diœceſim obtinendam ſe dimiſſum à Zacharia iactet, ſed benignè ſic eſt exponendum, vt iactet à Papa ſe dimiſſum ad obtinendam Diœceſim, è quatuor à Bonifacio deſcriptis in Boioaria, primùm vacaturam obitu Epiſcopi. Nec hæc etiam interpretatio adeò ſtrictè ſumenda, vt Epiſcopus, cui Virgilius ſucceſſurum ſe dicit, vnus è quatuor cenſeatur, qui Boioariis præfuerunt à tempore, quo Bonifacius Boioariam ipſam quatuor in Epiſcopatus diſtinxit, ſuis vnicuique finibus attributis. Anno enim Chriſti ſeptingenteſimo vndequadrageſimo facta eſt illa Boioariæ partitio, & anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo quinto deceſſit Viuilus Boioariæ Metropolitanus, cui ſucceſſit Sidonius, vt ſuo loco notauimus. Reſtat igitur, vt Virgilius Epiſcopum in Boioaria iactet ſe fore, ſtatim ac Sedes Epiſcopalis in ea prouincia vacabit, ſiue Epiſcopus is, cui ſucceſſor dandus, vnus è quatuor Epiſcopis fuerit, quorum Diœceſes nouiſſimè vel erectæ, vel certis limitibus circumſcriptæ quadripertitam Boioariam conſtituerunt, ſiue Pontificatum ſeriùs inierit, cuipiam ex illis iam mortuo ſuffectus.

LVIII. Tertiò, Virgilius in iudicium ob peruerſam & iniquam doctrinam vocatur, quòd alium mundum, alios homines ſub terra, alium Solem, aliam Lunam eſſe pertinaciter aſſeueret. Illum Zacharias ab Eccleſia pellendum & honore Sacerdotij priuandum pronuntiat. *Quidam coniecere*, nec abnuit Velſerus [a], *Virgilium de terræ ſpecie acutiùs, quàm pro vulgi captu, diſputaſſe, globoſam eſſe, & viuere è contraria parte, qui aduerſis veſtigiis ſtent contra noſtra veſtigia, quos Antipodas vocemus: hos perinde ac nos Sole & Lunâ luſtrari; ea, ignoratione audientium, perperam accepta, detortáque, longè alio ſenſu ad Bonifacium perlata, offenſionum præbuiſſe ſementem.* Hæreſeos ſuſpicionem omnem ſic remouent, qui Virgilium Epiſcopum poſteà Saliſburgienſem & Sanctorum Faſtis adſcriptum volunt. Nos verò, quia duos Virgilios diſtinguimus, eum, de quo Bonifacius apud Zachariam queſtus eſt, exiſtimamus impium hominem eſſe maléque de Deo ſentire, nec aliam ob cauſam dicere, *quòd alius mundus, & alij homines ſub terra ſint, ſeu Sol & Luna*, quàm vt inde concludat ex opinione quorumdam Philoſophorum pluſculos eſſe mundos, aduersùs Sacram Scripturam, quæ vnum tantummodo nobis creatum à Deo mundum pandit, vnum Adamum, vnum in vno mundo Chriſtum, vnum humanum genus.

[a] Ap. Serar. Not. 33. in vit. S. Bonifac.

LIX. ET SIDONIO. Notum Capitulum literarum Pontificiarum eſt etiam de eodem Virgilio déque eius ſocio Sidonio, quos vt Bonifacius, ſic & Zacharias ita condemnat. *Pro Sidonio autem & Virgilio ſupradicto Presbyteris, quod ſcripſit Sanctitas tua, agnonimus. Illis quidem, vt condecebat, comminando ſcripſimus; tuæ autem fraternitati plùs credulitatis quàm illis admittetur. Si autem*

AN. CH. 748. CHILDERICI III. R. 5.

placuerit Deo, vitâ comite, Sedi Apoſtolica, miſſis Apoſtolicis literis, vt prælatum eſt, euocabimus. Docuiſti enim eos & non ſuſceperunt, & factum eſt in illis, ſicut ſcriptum eſt. Sapientiam qui docet fatuum, quaſi qui conglutinat teſtam. Arenam, & ſalem, & maſſam ferri facilius eſt portare, quàm hominem imprudentem, & fatuum, & impium. Quoniam qui minoratur corde, cogitat inania, & vir imprudens & errans cogitat ſtulta. Non ergo ad iracundiam prouocetur cor tuum, frater, ſed in patientia tua, vbi tales repereris, admone, obſecro, increpa, vt conuertantur ab errore ad viam veritatis. Et, ſi conuerſi fuerint, ſaluaſti animas eorum, ſi verò in duritia permanſerint, mercedem miniſterij tui non perdes. Illos autem iuxta vocem Apoſtoli deuita. Ex hoc textu liquet Sidonium Presbyterum, de quo Bonifacius & Zacharias hoc anno ſcripſerunt, alium fuiſſe à Sidonio Boioariæ Metropolitano Epiſcopo, qui poſt Viuilonem ante triennium ſedere cœpit. Cùm Apoſtolicæ literæ, de quibus hîc agimus, ad Bonifacium directæ ſunt, is erat ſtatus Eccleſiarum Boioaricarum. Laureaci ſeu Patauiæ ſedebat Sidonius Archiepiſcopus, Saliſburgij Ioannes Epiſcopus, Erimbertus Epiſcopus Friſingæ, Reginoburgi Garibaldus Epiſcopus. Obierunt omnes Pippino Rege, Sidonius anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſexto, Ioannes anno Chriſti ſeptingenteſimo vndeſexageſimo, Garibaldus anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-primo, Erimbertus anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-ſeptimo.

LX. DE ARCHIEPISCOPATV MOGVNTINO.

Decimum Capitulum eſt de fixo Bonifacij Archiepiſcopatu. *Alia denique ſcriptura tuæ Fraternitatis continebat*, ait Zacharias, *quod iam olim de Agrippina ciuitate ſcripſiſti, quòd Franci non perſeuerauerunt in verbo quod promiſerunt, & nunc moratur tua fraternitas in ciuitate Moguntina. Petiſti autem vt cum noſtro conſultu, superueniente tibi ſenectute & plenâ dierum ætate, atque imbecillitate corporis, ſi inuenire potueris alium, in eandem Sedem, in qua praes, pro tui perſona debeas collocare. Tu verò, charisſime, Legatus & Miſſus es, vt fuiſti, Sedis Apoſtolicæ. Nos verò, adiutore Deo, conſilium præbemus tuæ venerandæ Sanctitati, vt pro ſalute animarum rationabilium, factore Chriſto, Sedem, quam obtines, Sanctæ Moguntinæ Eccleſiæ nequaquam relinquas, vt impleatur Dominicum in te præceptum. [Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.] Sin verò, ſi Dominus dederit iuxta tuam petitionem hominem perfectum, qui poſſit ſollicitudinem habere & curam pro ſalute animarum, pro tui perſona illum ordinabis Epiſcopum, eritque in Euangelio tibi credito, & miniſterio Chriſti portando, in omni loco requirens & confortans Eccleſiam Dei.* In eadem materia verſatur aliæ Zachariæ literæ, de quibus alibi. Hîc tantùm obſerua Francos, quorum diuerſas opiniones ſuprà recitauimus, poſthabitis aliis conſiliis, petiiſſe tandem, vt Eccleſia Moguntina, quæ poſt depoſitionem Geruilionis Epiſcopi carebat Antiſtite, deinceps Bonifacij ſucceſſorúmque fixa Sedes Archiepiſcopalis haberetur.

LXI. Sequitur epilogus literarum cum ſubſcriptione. *Oramus itaque*, inquit Zacharias, *Dominum & Redemptorem noſtrum, vt ſocris interuentionibus Sanctæ ſuæ Genitricis ſemper Virginis Mariæ Dominæ noſtræ, & beatorum Principum Apoſtolorum Petri & Pauli, orantem pro nobis fraternam Sanctitatem tuam ſoſpitem & incolumem conſeruare dignetur. Deus te incolumem cuſtodiat, reuerentiſſime & ſanctiſſime frater. Data Kalendis Maij, imperante Domino Piiſſimo Auguſto Conſtantino à Deo coronato, Magno, Pacifico Imperatore, anno XXIX. P. C. eius anno VII. Indictione I.* id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo duodequinquageſimo, vt expoſitum ſuprà.

LXII. Extant & aliæ Zachariæ literæ [a], quæ, quoniam notis Chronologicis carent, diuerſis annis ab Auctoribus adſcribuntur. Duæ potiſſimum circumferuntur opiniones; vna eſt Baronij, altera Sirmondi. Hunc annum exhibet Baronius, Sirmondus annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-quartum. Baronium Sirmondo præferendum putamus, quia non-

[a] Ep. 136. inter Bonifac.

nulli ex Epiſcopis, quibus illæ literæ inſcribuntur, poſt annum Chriſti AN. CH.
ſeptingenteſimum quadrageſimum quartum ſedere cœperunt. 748.

In hac epiſtola Zacharias Epiſcoporum, quibus ſcribit, laudat inter ſe CHILDE-
& cum Eccleſia Romana coniunctionem, eóſque hortatur, vt miniſteriis RICI III.
ſuis conſtanter inſiſtant cum Bonifacio Archiepiſcopo, Sedis Apoſtolicæ R 5.
Vicario, de quo ſic loquitur. *Habetis noſtrâ vice ad confirmandam * dilec-* LXIII.
tionem veſtram, & collaborandum nobis in Euangelium Chriſti, ſanctiſſimum * conferten-
ac reuerentiſſimum Bonifacium fratrem noſtrum Archiepiſcopum, Apoſtolicæ Se- dam.
dis Legatum, & noſtram præſentantem vicem.

Ex his literis, quas exeunte hoc anno datas opinamur, plura non deſ- LXIV.
cribemus præter ipſam inſcriptionem, quæ multorum Epiſcoporum nomi-
na complectitur, & quibus Eccleſiis ſinguli per hæc tempora præfuerint,
ita nos docet. *Dilectiſſimis nobis, Reginfrido Rotomagenſi Epiſcopo, Raim-
berto Ambianenſi Epiſcopo, Deodato Bellouacenſi Epiſcopo, Eliſæo Nouio-
menſi Epiſcopo, Fulcario Tungrenſi Epiſcopo, Dauid Spironenſi Epiſcopo,
Ætherio Taruanenſi Epiſcopo, Treuuardo Cameracenſi Epiſcopo, Burchar-
do Wirizburgenſi Epiſcopo, Genebaudo Laudunenſi Epiſcopo, Romano Mel-
denſi Epiſcopo, Agilulpho Colonienſi Epiſcopo, Heddo Stratsburgenſi Epiſcopo,
& ceteris amantiſſimis Coepiſcopis, Presbyteris etiam & Diaconis; cunctiſque Or-* * In vulgatis
thodoxis Eccleſiarum Dei Clericis, Apoſtolicam doctrinam tenentibus, Zacha- exemplaribus
*rias diuinâ gratiâ præordinatus * Apoſtolicæ Sedis Pontifex, ſeruus autem ſer-* præditus.
uorum Dei in Domino ſalutem dicit.

Hi tredecim Pontifices è prouincia ſunt Moguntina, cui Bonifacius LXV.
præeſt Archiepiſcopus, aut è prouinciis, Remenſi, Rotomagenſi & Seno-
nenſi, pro quarum Archiepiſcopis, arctioris amicitiæ nexu ſibi deuinctis,
idem Bonifacius tria Pallia poſtulauit, vt ſuo loco dictum. Bonifacio Ar-
chiepiſcopo Moguntino ſubſunt, Fulcarius Tungrenſis ſeu Leodienſis Epi-
ſcopus, Dauid Spirenſis ſeu Nemetenſis Epiſcopus, Burchardus Wirtebur-
genſis Epiſcopus, Agilulphus Colonienſis Epiſcopus, Heddus Argentora-
tenſis ſeu Stratſburgenſis Epiſcopus. Archiepiſcopo Remenſi ſubſunt,
Raimbertus Ambianenſis Epiſcopus, Deodatus Bellouacenſis Epiſcopus,
Eliſæus Nouiomenſis ac Tornacenſis Epiſcopus, Ætherius Taruannenſis
Epiſcopus, Treuuardus Atrebatenſis & Cameracenſis Epiſcopus, Gene-
baudus Laudunenſis Epiſcopus. Reginfridus Archiepiſcopus eſt Rotoma-
genſis. Archiepiſcopo Senonenſi ſubeſt Romanus Meldenſis Epiſcopus. De
ſingulis pauca ſunt annotanda.

Reginfridus, Vticenſi Chronologo Ragenfredus, Chronographo Fon- LXVI.
tanellenſi & Baronio Raginfridus, Antonio de Aquino & Binio Ragin- EPISCOPI
fredus, in Archiepiſcopatum Rotomagenſem ſucceſſit Grimoni, cuius obi- ROTOMA-
tus in annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-ſextum incidit. GENSES.
Vnde colligere eſt literas, de quarum inſcriptione nunc agimus, longè
poſt annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-quartum ſcriptas
fuiſſe. De Reginfrido recurret ſermo ſub Pippino Rege.

Raimbertus, Othlono & Serario Rembertus, Antonio de Aquino & LXVII.
Binio Rimbertus, Baronio Rambertus, locum in Catalogo Epiſcoporum AMBIANEN-
Ambianenſium poſt Chriſtianum obtinet, ex hiſce duntaxat Zachariæ li- NENSES.
teris notus.

Deodatus Bellouacenſis Epiſcopus haud magis innoteſcit, corruptè *Beluo-* LXVIII.
cacenſis Epiſcopus dicitur in editione Suriana & *Belbocanenſis* in Serariana. BELLOVA-

Eliſæus, Buzelino & Sirmondo Eliſeus, Molano Heliſeus, Surio He- CENS.
liſæus, Serario Hebeſeus, anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſep- LXIX.
timo, vt ad illum annum obſeruauimus, factus eſt Epiſcopus Tornacenſis NOVIOM.
ac Nouiomenſis, Serario corruptè *Nouianenſis*. En alterum argumentum, ET TOR-
quo niti potes, vt prædictas literas Apoſtolicas anno Chriſti ſeptingenteſi- NAC.
mo quadrageſimo-quarto ſcriptas inficieris.

AN. CH. 748. CHILDERICI III. R. 5.

Fulcarius anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quinto Leodienſis ſeu Tungrenſis Epiſcopus ordinatus eſt. En tertium argumentum, vt Zachariæ literas, quarum inſcriptionem hîc examinamus, poſt annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-quartum reiicias.

LXX. LEODIENS. LXXI. NEMETENS. Dauid Nemetenſis ſiue, vt Zacharias loquitur, *Spironenſis*, id eſt, Spirenſis, Antonio de Aquino & Serario corruptè *Coriſopitenſis* Epiſcopus ſedere cœpit anno Chriſti circiter ſeptingenteſimo quadrageſimo-primo. Succeſſores ſub Pippino ceteriſque Francorum Regibus, quibus ciuitas antiquorum Nemetum ſeu Spira paruit, Spirenſes Epiſcopos vocabimus.

LXXII. TARVANN. Ætherius, Serario Aitherius, Binio Æthereus, Epiſcopatum Taruanenſem ſeu Taruannenſem longè poſt annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-quartum ſuſcepit, ſi vera ſunt quæ de illius deceſſoribus Adalgero & Gontberto ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-ſextum ex Malbranco retulimus. Vt malè Dauid Spirenſis Epiſcopus in *Coriſopirenſem*, ſic & Ætherius ſiue Æthereus Taruannenſis Epiſcopus in *Cenomanenſem* ab Antonio de Aquino & à Binio eius aſſecla perperam commutatur. Vacabat tum Cenomanenſis Epiſcopatus, mancique ſunt per hæc eadem tempora Coriſopitenſium ſeu Cotentinopolitanorum Epiſcoporum Catalogi.

LXXIII. ATREBAT. ET CAMERAC. Treuuardus, ſeu Trauuardus, aut Tragnardus, vel Tragardus, ſiue Tranardus, factus eſt Epiſcopus Atrebatenſis & Cameracenſis regnante tum Theodorico Quarto. De illo rurſum agemus ſub Pippino Rege.

LXXIV. WIRTZBVRD. Burchardus anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo inſtitutus eſt primus Epiſcopus Wirtzburgenſis. Id ſuo loco probatum præualidè, nec audiendi, qui ſeriùs ordinatum contendunt.

LXXV. LAVDVN. Genebaudus, Antonio de Aquino & Binio Genebandus, Laudunenſis Epiſcopus, illius nominis Secundus, in prælaudatis tantùm Zachariæ literis memoratur, deſideratúrque in editione Serariana.

LXXVI. MELDENS. Romanus iuxta Seuertij calculos Epiſcopus Meldenſis eſſe cœpit anno Chriſti ſeptingenteſimo duodequadrageſimo, ſed ei ſtatim poſt annum Chriſti ſeptingenteſimum duodequinquageſimum ſucceſſor ab eodem Scriptore perperàm tribuitur Pyrminius, qui regionarius Epiſcopus fuit, nec Meldis vnquam ſedit, aut Metis vt alij voluut. Ex Meldenſibus igitur Catalogis expuncto Pyrminio, Romanum poſt acceptas à Zacharia Papa literas aliquot annis ſuperſtitem vixiſſe, atque ad tempora Pippini Regis perueniſſe exiſtimamus. Nec omittendum, quòd eadem Romano, quæ Genebaudo Laudunenſi Epiſcopo ſors obtigit. Horum enim neuter in editione Serariana nominatur.

LXXVII. COLONIENS. Agilulfus ſiue Agilulphus vel Agilolfus aut Agilolphus Epiſcopatum Colonienſem ante annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-ſextum non obtinuit. En & ratio, propter quam literas Zachariæ poſt annum Chriſti ſeptiugenteſimum quadrageſimum-quartum ſcriptas arbitretis. Caue quoque ne Agilulfum, cùm donatus eſt Colonienſibus Infulis, Archiepiſcopum conſtitutum credas. Eccleſiâ Colonienſi poſt Raginfredi Epiſcopi mortem Paſtore viduatâ, Franci quidem à Zacharia Romano Pontifice poſtularunt, vt Coloniæ, quæ Metropolis olim Germaniæ ſecundæ, deinde vtriuſque Germaniæ fuerat, dignitas Metropolitana reſtitueretur, ibique Bonifacij Archiepiſcopi anteà regionarij ſucceſſorúmque Sedes fixa permaneret. At Moguntiâ paulò pòſt Epiſcopo quoque deſtitutâ, cùm Geruilius Epiſcopus in Synodo depoſitus fuiſſet, aſſenſúmque ſuæ præbuiſſet exauctorationi, Moguntiam Germaniæ primæ, deinde vtriuſque Germaniæ quondam Metropolim, prætulerunt ſtatim Coloniæ, mutatóque priore conſilio petierunt, vt Bonifacius, eiúſque ſucceſſores Archiepiſcopi fierent Moguntini. Ne verò Colonienſis Eccleſia diu vacaret,

datus

AN. CH. 748.
CHILDERICI III. R. 5.

datus ei mox Epiſcopus Agilulphus. Hæc ſuis locis firmiſſimè probata. Ceterùm ab anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſexto, quo Colonienſis Epiſcopus ordinatus eſt Agilulfus, ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-tertium, quo Hildegarius eiuſdem Agilulfi ſucceſſor vitam clauſit, ſeptem annorum occurrit intercapedo, quam duos in Pontificatus partire, atque inde redargue Sammarthanos in auctiore Gallia Chriſtiana, qui ex Zachariæ literis Agilulfum anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quarto Colonienſem Epiſcopum agnoſcunt, anno proximo Archiepiſcopum ex Epiſcopo conſtituunt, eique ſucceſſorem anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſexto ſufficiunt Raginfredum, quem ipſius Agilulfi deceſſorem multis argumentis demonſtrauimus.

LXXVIII. ARGENTORAT.

Heddus, cuius nomen, vt obſeruatum Tomo ſuperiore [a], variis modis effertur, Argentoratenſem ſeu Straſburgenſem Epiſcopatum iniit anno Chriſti ſeptingenteſimo tricesimo-quarto, & ad Regis vſque Pippini tempora tenuit. Apud Guillimannum [b] Auctores, *qui Strasburgi vocabulo vſi*, cenſentur antiquiſſimi *Nithardus & Rhegino*. Sed, vt omittamus Gregorium Turonenſem, qui Strateburgi non ſemel meminit [c], Nithardo & Rheginone longè vetuſtior etiam Zacharias Papa, cuius in literis Heddus Stratſburgenſis ſeu Straſburgenſis Epiſcopus nuncupatùr. Quapropter quos hactenus Argentoratenſes ſiue Argentinenſes Epiſcopos diximus, deinceps ſub Rege Pippino eiúſque ſucceſſoribus Straſburgenſes ſeu Strateburgenſes Epiſcopos appellabimus.

[a] Ad an. 734. n. 22.
[b] Cap. 1. de Epiſcopis Argentin.
[c] Lib. 9. c. 36. l. 10. c. 29.

LXXIX. ERNFRIDVS EPISCOPVS CONSTANTIÆ ET ABBAS AVGIÆ MORITVR. SVCCEDIT SIDONIVS.

In Hermanno genuino ſeu Piſtoriano ad hunc annum leguntur iſta. *Sidonius Abbas Augiæ & Conſtantiæ Epiſcopus conſtituitur.* Et ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-primum, hæc. *Sidonio Epiſcopo miſerè mortuo Ioannes Epiſcopus & Abbas ſucceſſit.* Obiit igitur hoc anno Emfridus Epiſcopus Conſtantienſis ad Rhenum & Augienſis Abbas, eique ſucceſſit in vtrumque munus, cùm Epiſcopale tum Abbatiale, Sidonius ex Augiæ Monacho, vt Auctor Chronici Conſtantienſis ex Archiuis Monaſterij *Zwyfalten* refert.

LXXX. LITERÆ PP. PRO METROPOLI MOGVNTINA.

Extant apud Othlonum aliæ Zachariæ ad Bonifacium literæ, hoc vtique anno datæ, qui poſt eiuſdem Bonifacij promotionem ad Epiſcopatum viceſimus-quintus numeratur. In editionibus Suriana & Serariana talis eſt inſcriptio. *Zacharias Papa Bonifacio Epiſcopo Eccleſiæ Moguntiæ perpetuam ſalutem.* In Sirmondana verò talis. *Reuerentiſſimo & ſanctiſſimo fratri Bonifacio Coepiſcopo Zacharias ſeruus ſeruorum Dei.* Prior magis arridet, in qua Bonifacius Epiſcopus *Eccleſiæ Moguntiæ* vocatur, in textu enim epiſtolæ Moguntia dicitur *ſupradicta Eccleſia*, nec aſſeri poteſt *ſupradicta*, niſi cum reſpectu ad ipſam inſcriptionem, in qua priùs nominata ſit. Literas integras accipe cum inſcriptione, firmioris probationis ergò. *Zacharias Papa Bonifacio Epiſcopo Eccleſiæ Moguntiæ perpetuam ſalutem. Qualiter Dominus Deus noſter Sanctæ Eccleſiæ ſuæ propitiatus ſit, & laboribus ſanctiſſimæ Fraternitatis tuæ cooperator extiterit, per ſingula edicere longum eſt; tamen vt hæc, quæ obiicimus, confirmemus, quæ ex parte, te narrante, perſpeximus, enarramus. Igitur dum in Germania prouincia, tua fraterna Sanctitas ad prædicandum fuiſſet directa à ſanctæ recordationis prædeceſſore noſtro Domno Gregorio Papa, & poſt inchoatum opus, & aliqua ex parte ſpiritaliter ædificatum, Romam reuerſus, ab eo Epiſcopus ordinatus, & illic ad prædicandum denuò remiſſus es, & elaboraſti, Deo præuio, nunc vſque per annos XXV, in eadem prædicatione, ex quo Epiſcopatum ſuſcepiſti. Sed & in prouincia Francorum noſtrâ vice Concilium egiſti, & iuxta Canonum inſtituta, Deo eis annuente, omnes flexi ſunt obedire. Et dum in his piis operibus occupata eſſet tua Fraternitas, nunc vſque Cathedralem Sedem minimè ſibi vindicauit. At verò vbi Deus prædicationem tuam auxit, obtinere voluiſti, vt tibi Cathedralem Eccleſiam vel ſucceſſoribus tuis confirmare debeamus, iuxta eorumdem filiorum Fran-*

AN. CH. 748. CHILDERICI III. R. 5.

*corum petitionem. Et idcircò auctoritate B. Petri Apoſtoli ſancimus, vt ſupradicta Eccleſia Moguntia, perpetuis temporibus, tibi & ſucceſſoribus tuis, in Metropolim ſit confirmata, habens ſub ſe has quinque ciuitates, id eſt, Tungris, Coloniam, Wormatiam, Spiratiam *, & Trectis *, & omnes Germaniæ gentes, quas tua Fraternitas per ſuam prædicationem Chriſti lumen agnoſcere fecit. His à nobis definitis, per huius confirmationis paginam, in tua Eccleſia perpetuis temporibus pro ſui confirmatione conſeruandam eſſe mandamus. Benè valete.* Bonifacio Metropolitæ Moguntiacenſi ſubfuerunt Epiſcopi duodecim, quorum Sedes ante biennium [a] enumerauimus, nec quas Zacharias in ſuis literis nominauit, omiſimus quinque ciuitates, *Tungris* ſeu Leodium, *Coloniam, Wormatiam, Spiratiam*, ſeu Spiram, *& Trectis* ſiue Vltraiectum. Literæ illæ Bonifacio directæ ſunt hoc anno, Zacharias enim eas à ſe ſcriptas ait poſt annos quinque ac viginti, ex quo Bonifacius Epiſcopatum ſuſcepit, hic autem Romæ à Gregorio Secundo Papa, cui Gregorius Tertius, Zachariæ proximus deceſſor, immediatè ſucceſſit, ordinatus eſt Epiſcopus anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo-tertio. Quapropter ex iiſdem Zachariæ literis delenda ſubſcriptio, quæ Characteribus Chronologicis ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-primum pertinentibus apud Surium & Serarium ſic ſubiungitur. *Data pridie Non. Nouemb. imperante Domino Auguſto Conſtantino, anno* XXXII *Imperij eius, Indictione* v. necnon apud Sirmondum ſic. *Data pridie Nonas Nouembris, imperante Domno Piiſſimo Auguſto Conſtantino, Magno Imperatore, anno* XXXII. *P.C. eius anno* XI. *Indictione* v.

* Spire.
* Vtrech.
[a] Ad an. 746. n. 34.

LXXXI. AIDVLFVS EP. AVTISSIODOR. OBIT.

Aidulfus Autiſſiodorenſis Epiſcopus vitam clauſit hoc anno, cum annos quindecim ſediſſet temporibus Majorum-domûs, Caroli eiúſque filij Pippini. Paralyſi correptus idem diuerſorium habuit cum Clemente deceſſore ſuo cæco iuxta Baſilicam beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ibíque Eccleſiaſticâ ſtipe alitus eſt vſque ad obitûs ſui diem, alio, qui Chronographo Auriſſiodorenſi perperam Maurinus videtur, *ex voluntate eiuſdem Pontificis ſubminiſtrante publicas functiones.* Idem Aidulfus *contulit Baſilicæ Sancti Stephani res proprietatis ſuæ in pago Tornodorenſi, in villa, quæ Montiniacus dicitur, eâ ratione, vt ſtipendiis pauperum deſeruirent. Obiit autem Idibus Nouembr. & ſepultus eſt in Baſilica Sancti Germani.* Hæc Chronographus Auriſſiodorenſis [b], è cuius ſcriptis haud colligi poteſt, vtrùm Clemens Aidulfo, an Aidulfus Clementi ſuperfuerit. Hic teſte eodem Auctore, *obiit* XIII *Kalend. Aprilis, & ſepultus eſt in Baſilica Sancti Amatoris.*

[b] Capp. 31. 32.

LXXXII. De Aidulfi ſucceſſore lege quæ Tomo ſuperiore dicta ſunt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum viceſimum-primum [c], & vulgatos Indices Autiſſiodorenſium Epiſcoporum iuxta ſapientem tabulam corrige.

[c] Nn. 61. & ſeqq.

EPISCOPORVM AVTISSIODORENSIVM

vulgares Catalogi	ſic emendandi.
1. *Tetricus ſedit annos* XV. *menſes* III.	1. Tetricus fit Epiſcopus anno 694. Obit anno 710.
2. *Flocoaldus, annos* V. *menſes quatuor, dies* X.	2. Sauaricus fit Epiſcopus anno 710. Obit anno 715.
3. *Sauaricus, annos* V. *menſes* IV.	3. Flocoaldus fit Epiſcopus anno 715. Obit anno 721.
4. *Hainmarus, annos* XV.	4. Quintilianus fit Epiſcopus anno 721. Obit anno 722.
5. *Theodrannus.*	5. Cillianus fit Epiſcopus anno 722. Obit anno 728.

AN. CH. 748. CHILDERICI III. R. 5.

6. *Quintilianus.*	6. Clemens fit Epiſcopus anno 728. Abdicat Epiſcopatum anno 733.
7. *Cillianus, annos ſex, menſes duos.*	7. Aidulfus fit Epiſcopus anno 733. Obit anno 748.
8. *Clemens, annos v. menſem 1. dies x.*	8. Hainmarus fit Epiſcopus anno 748. Dimittit Epiſcopatum anno 763.
9. *Aidulfus, annos xv.*	9. Theodrannus fit Epiſcopus anno 763. Obit regnante Carolo Magno.
10. *Maurinus.*	10. Maurinus fit Epiſcopus Carolo iam Rege.

Certè Maurinus Aidulfo non eſt proximè ſubiiciendus. Nam teſte prænominato Chronographo [a] *Aidulphus*, qui *ſedit annos xv, fuit temporibus Caroli Maioris, & perdurauit vſque ad Pippinum, & Maurinus fuit circa exordium Regni Caroli Magni.* Quæ profectò ſimul haud cohærent, quia ſi Pontificatus Aidulfi fuit annorum tantùm quindecim, partim temporibus Caroli Maioris-domûs, partim temporibus Pippini Maioris-domûs; needum Regis, ab obitu eiuſdem Aidulfi ad Regnum vſque Caroli Magni & ad Epiſcopatum Maurini, longum temporis ſpatium interceſſit. Illud autem interuallum, quantumcumque fuit, inter duos Epiſcopos partiemur; annos quindecim attribuemus Hainmaro, reliquos Theodranno, qui factus eſt Epiſcopus Hainmaro adhuc ſuperſtite & Pippino tum Rege. Sedit igitur poſt Aidulphum Hainmarus, de quo ſic idem Chronographus [b]. *Hainmarus vocatus Epiſcopus tenuit Principatum annos xv. Fuit enim vir ſtrenuus atque nobilitate generis non mediocriter decoratus, ſimul quoque fundorum dignitate ditiſſimus. Nam in tantum eius poteſtas ſecularitér excreuit, vt vſque ad Ducatum penè totius Burgundiæ perueniret.* Plura de illo narrabuntur regnante Pippino. LXXXIII.

[a] Capp. 38. 11

[b] Cap. 27.

SVCCEDIT HAINMARVS.

Interim idem Pippinus tum Maior-domus, *cùm reſediſſet Verno * in Palatio publico, ad vniuerſorum cauſas audiendas, vel recta iudicia terminanda, in menſe Februario, die viceſimo-primo; anno quinto Childerici Regis*, id eſt, hoc anno poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimo duodequinquageſimo multa prædia Monaſterio San-Dionyſiano reddenda curauit, vt ex Antiquitatibus [c] illius Cœnobij liquet. LXXXIV.

* Vernon.

PIPPINVS BONA MONASTERIO S. DIONYSII ABLATA CVRAT RESTITVI.

[c] Lib. 5. c. 9.

Eodem anno contra Gripponem ſeu Grifonem fratrem in Saxoniam profectus eſt cum exercitu. Quid illo de bello vetuſtiſſimi prodant Annales, accipe. DCCXLVIII. *Grifo in Saxonia elapſus.* Ita ſcribit Annaliſta Nazarianus. Aſſentitur Petauianus, ſic. DCCXLVIII. *Grippo fugit in Saxoniam.* Tilianus autem fugam illam Gripponis in Saxoniam anno vno præuertit, additque Pippinum per Thuringiam in Saxoniam perrexiſſe. *Grippo fugit in Saxoniam, & Pippinus per Toringiam perrexit in Saxoniam.* Qua de re ſic vulgaris ſeu Loiſelianus Annaliſta [d]. *Grifo fugit in Saxoniam & Pippinus iter faciens per Toringiam in Saxoniam intrauit vſque ad fluuium Miſſaha, in loco qui dicitur Schahaningi. Et Grifo collectam fecit vnà cum Saxonibus ſupra fluuium Obacro, in loco qui dicitur Orhaim.* Vtrùm Annaliſta Tilianus Loiſeliano, an Loiſeliano Tilianus præſtet, ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſecundum inueſtigabimus. Vtroque clariùs Annaliſta Laureshamenſis ab Andrea Ducheſnio ſub Eginhardi nomine vulgatus, & à nobis aliquando cum illo vulgari titulo citatus, ita ſcribit [e]. *Frater Karolomanni & Pipini, nomine Grifo, Pipino fratri ſuo ſubiectus eſſe nolens, quanquam ſub illo honorificè viueret, collectâ manu in Saxoniam profugit, collectóque Saxonum exercitu, ſuper fluuio Obacro, in loco, qui dicitur Horheim, conſedit. Pipinus autem cum exercitu Francorum per Turingiam profectus, contra fratris dolos Saxoniam ingreſſus eſt, conſeditque ſuper fluuium Miſſaham, in loco, qui vocatur Schaninge. Prælium tamen inter eos* LXXXV.

BELLVM GERIT IN SAXONIA CONTRA GRIPPONEM FRATREM.

[d] Ad an. 747.

[e] Ad an. 747.

AN. CH. 748. CHILDERICI III. R. 5.

[a] Hoc an.

non eſt commiſſum, ſed ex placito diſceſſerunt. Apud Annaliſtam Fuldenſem [a], *Pippino per Thuringiam ingreſſo Saxoniam ſuper fluuium Obacra, in loco, qui dicitur Horobeim, Saxones occurrunt, Gryphonem cum eo pacificare cupientes; Grypho autem nec Saxonibus, nec Francis ſe credens, in Boioariam fugit.* Annaliſta Metenſis ad hunc annum, res duobus annis, hoc videlicet ac præcedenti, geſtas ſimul confundit; quæ pertinebant ad annum priorem, ſuo loco diſtinximus, ceteras audi, *Anno Dominicæ Incarnationis* DCCXLVIII. *Pippinus Princeps placitum ſuum habuit in villa, quæ dicitur Duria. In qua Synodum congregare iuſſit pro Eccleſiarum reſtauratione, & cauſis pauperum viduarúmque & orphanorum corrigendis, iuſtitiiſque faciendis. Grippo verò, quem de cuſtodia fraterno affectu Pippinus ſoluerat, tyrannico faſtu multos ſibi nobilium ſociauit, & fugâ lapſus Rhenum tranſiens in Saxoniam venit. Quem plurimi iuuenes, ex nobili genere Francorum, inconſtantiâ ducti, proprium Dominum relinquentes, Gripponem ſubſecuti ſunt. Pippinus verò, adunato exercitu, per Turingiam in Saxoniam proficiſcens, peruenit ad fluuium quod dicitur Obacra, & caſtra metatus eſt iuxta ripam eiuſdem fluminis. Saxones verò cum Grippone ex alia ripa erant, vbi maximam inter ſe & Francos firmitatem ſtatuerunt. Sed dum viderent, quòd eos eadem firmitas minimè defendere poſſet, per noctem fugâ lapſi caſtra deſeruerunt. Pippinus verò cum exercitu ſuo totam penè Saxoniam per dies* XL. *vaſtauit, & caſtella eorum deſtruxit, indéque victor remeauit ad propria.*

LXXXVI. E tot narrationibus, quarum pleræque nonnihil inter ſe diſſident, vnam conficiemus, quæ te veritatem rei geſtæ paucis edocebit. Pippinus Maior-domûs placitum habuit in pago Ripuarienſi apud villam Duriam *, auditóque quòd Grippo fugiſſet in Saxoniam, eò per Turingiam cum exercitu mox pertexit. Saxones aduentu repentino territi, abſtinuit tamen à prælio, &, vbi colloquium habitum de pace, Gripponem ſibi dedi poſtulauit. Tum Saxones rebus ſuis magis conducere nihil exiſtimarunt, quàm vt Grippo fratri Pippino reconciliaretur. Inde Grippo illorum amicitiæ plurimùm diffidere cœpit, fugâque ſibi conſuluit. Pippinus comperto, quòd frater elapſus eſſet, Saxonibus infenſiſſimum ſe præbuit, prouinciam eorum per dies quadraginta deuaſtauit, multáque Caſtella deſtruxit, plura quoque damna moliturus, niſi Saxones pacem denuò popoſciſſent.

* *Duren.*

LXXXVII. Extat Bonifacij Archiepiſcopi Moguntiacenſis ad Gripponem epiſtola [b], Preſbyteros, ſacróſque cœtus, cùm virorum, tum virginum, per Turingiam illi commendantis, eo tempore ſcripta, quo Grippo ambitioſas in Saxonia ſpes ſecutus eſt, Turingiámque Saxoniæ conterminam maximo timore percuſſit, Pippino fratre cum copiis illuc nondum progreſſo. Initium literarum tale eſt. *Bonifacius ſeruus ſeruorum Dei Griponi filio Carli optabilem in Chriſto ſalutem. Obſecro & adiuro pietatem veſtram, per Deum Patrem Omnipotentem, & per Ieſum Chriſtum Filium eius, & per Spiritum Sanctum, per Sanctam Trinitatem, & Vnitatem Dei, vt ſi tibi Deus poteſtatem donauerit, vt adiuuare ſtudeas ſeruos Dei Sacerdotes Presbyteros qui ſunt in Thuringia, Monachos, & ancillas Chriſti, defendere contra paganorum malitiam, & adiuuare Chriſtianum populum, vt eos pagani non perdant, vt ante tribunal Chriſti mercedem habeas perpetuam. Et cognoſcite, quòd memoria veſtra nobiſcum eſt coram Deo, ſicut & Pater veſter viuus & mater iam olim mihi commendarunt. Deprecamur Deum Saluatorem mundi, vt dirigat viam veſtram, & vitam ad ſalutem animæ veſtræ, vt in gratia Dei ſemper hic & in futuro ſeculo permaneatis.* Ex hiſce literis liquet, quantum Thuringiæ periculum immineret, & quàm prudenter Pippinus illac iter in Saxoniam ſuſceperit.

[b] Ep. 16.

LITERÆ BONIFACII AD GRIPPONEM.

LXXXVIII. Odilo Dux ſeu Gubernator Boioariæ, ſi fidem Auentino [c] habemus, *obijt mortem quinto-decimo Calendas Februarij, anno orbis ſeruati ſeptingen-*

[c] Lib. 3.

ODILO DVX BOIOARIÆ OBIT.

AN. CH. 748. CHILOERICI III. R. 5.

teſimo ſexageſimo-quinto. Sed in vtroque Charactere mendum arguitur. Odilo enim, vt ſtatim probaturi ſumus, vitam clauſit hoc anno, cuius potior pars Thaſſiloni Duci, eios filio, attribuitur; Kalendis autem Maij, Zacharias Papa, cùm de Virgilio ad Bonifacium Archiepiſcopum Moguntinum reſcripſit, ipſum Odilonem iam mortuum eſſe nondum reſcierat, atque inde liquet eundem Odilonem vltra menſem Ianuarium huius anni vixiſſe.

LXXXIX. RELICTO IN PVERITIA THASSILONE FILIO.

Grippo, cùm è Saxonia receſſit, in animum induxit nouum in Boioariâ tumultum facilè concitatum iri Thaſſilone Duce tum puero, ſextùmque ætatis annum vix ingreſſo. Bellum illud ciuile deſcribemus anno ſequenti, quo geſtum eſt, obſeruabimúſque nullam tunc deincépſue mentionem Odilonis apud antiquos Auctores fieri. Mirum ſanè in tanto veterum Scriptorum ſilentio, recentiores, vt cuique viſum, varias in opiniones abiiſſe. Quidam Odilonem, flagrante bello Boioarico, ſeo Grippo Boioariam inuaderet, ſeu fratrem Pippinus inſequeretur, abfuiſſe fortuitò, alij profugiſſe metu, nonnulli Monaſticen priùs amplexom, ceteri iam mortuum dixere. Duæ priores abſentiæ cauſæ parum credibiles videntur, nam ſeu fortuitò ſeu præ timore abfuit, cor pacatâ pòſt prouinciâ nec domum reuerſus eſt, nec vnquam comparuit? Tertia nullam ſibi conciliat fidem, quia Carolomannus ob ſuſceptum Monachatum quamplurimos præcones habuit, eíque Odilo, ſi quid ſimile feciſſet, & exemplo & ætate coniunctus aptiſſimè poterat ſubnecti. Reſtat igitur vt eum morte priùs ſublatum affirmemus.

XC.

Sententiam noſtram argumenta multa confirmabunt. Impræſentiarum duo ſufficiunt, quorum vnum ſuppeditat Hundius Tomo ſecundo Metropoleos Saliſburgenſis, alterum Caniſius Tomo ſexto Antiquæ Lectionis. Apud Hundium in Abbatibus Althæ inferioris, vbi de Eberſwindo Abbate ſermo habetur, illius Monaſterij, cuius fundatio in annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-primum incidit, *annus* 13 cum *anno ſexto Taſſilonis Ducis* componitur, itaut annus Chriſti ſeptingenteſimus quadrageſimus-octauus anno octauo Althæ inferioris & anno primo Taſſilonis Ducis illigetur. Apud Caniſium in vita Sancti Rudberti ſeu Ruperti Epiſcopi Saliſburgenſis, hæc leguntur. *Anno Incarnationis Domini* DCCLXXIII *dedicata eſt primò Eccleſia Sancti Rudberti à Sancto Virgilio, anno* XXVI *Regni Thaſſilonis Ducis. Eodem anno tranſtulit idem Epiſcopus Sanctum Rudbertum & duos eius Capellanos, beatum Kunialdum atque Giſilarium.* Nihil ad noſtram Chronologiam magis appoſitè poteſt excogitari. Thaſſilonis Ducis annus viceſimus-ſextus cum anno Chriſti ſeptingenteſimo ſeptuageſimo-tertio comparatur, quia primus annus Thaſſilonis Ducis idem eſt cum anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-octauo. Deinde Sanctorum, Ruperti, Kunialdi, & Giſilarij, Tranſlationem anno Chriſti ſeptingenteſimo ſeptuageſimo-tertio factam non eſt cur inficieris, ab obitu enim Sancti Ruperti, quem anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-tertio [a] conſignauimus, ad illam vſque Tranſlationem numerantur anni centum & quinquaginta. Lege apud eundem Caniſium [b] Hiſtoriam Sancti Rudperti Saliſburgenſis Epiſcopi, de cuius morte ac tranſlatione hæc vltimo capite referuntur. *Anno à Natiuitate Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-tertio, ſexto Kalendas Aprilis, die Reſurrectionis Dominicæ, poſtquàm Eccleſiæ Iuuauenſi cum magna gloria præfuiſſet annis* XLIV, *vocante Deo, poſt ſolemnia à ſe celebrata Miſſarum, exuit hominem,* &c. *Eius*, id eſt, Sancti Rudperti, *ſanctiſſimum corpus in Eccleſia Sancti Petri, in ſepulchro, quod nunc hodie cernitur, quieuit annis* 150, *vſque ad tempora Sancti Virgily, qui eum vna cum ſuis Capellanis Chunialdo & Giſilario, veluti honeſtiori ac celebratiori loco, ad Metropolitanam tranſtulit Eccleſiam, vbi tubam præſtolantur nouiſſimam.* Quòd huic Hiſtoriæ cum Colgano nimiùm fiderimus, nos ſugillat [c] Godefridus

[a] Num. 1.

[b] Tom. 6.

[c] D. 27. Mart.

AN. CH. 748. CHILDERICI III. R. 5.

Henſchenius in Commentario præuio vitæ Sancti Ruperti. Sed ipſe magis teprehendendus, quòd Auentino fidat, cuius auctoritate abreptus obitum Odilonis Ducis in annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimumquintum, Sancti Ruperti Tranſlationem in annum Chriſti ſeptingenteſimum nonageſimom-primum reiicit, contráque Chronologiam peccat in multis, quæ cum ad Odilonem & Thaſſilonem Boioariæ Duces, tum ad Virgilium Saliſburgenſem Epiſcopum alióſque ſpectant.

XCI. Eivs mvnificentia erga Eccleſiam Saliſburgenſem, Et Eccleſiam S. Maximiliani.

In libro de Donationibus Eccleſiæ Saliſburgenſi ſeu Iuuauenſi factis, quem prælaudatus Caniſius [a] publicauit, Odilo munificentiſſimus prædicatur. *Tradidit ad Iuuauenſem Sedem villam, quæ vocatur Metminheim, & manentes ſuos* XX *cum territorio, & ſylua, & molendinis, cum omni appendicio ſuo. Dedit in eremo eiuſdem loci appendente locellum qui dicitur Eſelwanch, & lacus duos, & Paruſee, & in his locis venationem & piſcationem.* Prætereà Eccleſiam Sancti Maximiliani, quam à Sancto Ruperto conſtructam ad annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum primum [b] diximus, dilexit plurimùm amplificauítque. *Congregari ibidem fecit Clericos & Deo ſeruientes pro remedio animæ ſuæ. Tradidit autem ibidem ad ſeruitium Dei villam quæ dicitur Stamheim ſuper fluuium OEnum in Vnſiulewe Deo & Sancto Maximiliano, & ad Pongow commanentes* XXX *cum ſylua & venatione & omni appendicio ſuo. Ad dotem quoque eiuſdem Eccleſiæ ad Stamheim adiunxit Waldrannum ſeruum cum coniuge & liberis eorum, & cum omni poſſeſſione eorum; Othpaldum quoque ſimiliter cum omnibus quæ habebat; Bondanam quoque feminam cum ſex liberis; ſubiunxit autem per ſingulas curtes aliquam ibidem partem ad ſupradictam traditionem Sancti Maximiliani; ad Chiemgou Irmharium ſeruum cum colonia ſua & alia poſſeſſione; ad Oſtermuntingen ſeruum vnum, ad Salzburg vnum, in Mattagou vnum, in Atergou vnum, ad Elinchone vnum. Tradidit quoque ad Chachil caſam cum curtifero ſuo & territorio, & manentes* IX *cum coloniis & aliis appendiciis ſuis; ad Atanate verò Eccleſiam cum curte & manentes* XX *cum adiacentiis ſuis. Tradidit etiam villam vocatam ad Lonſi caſam & curtem cum territorio ſuo, & manentes* XV *cum molendinis & aliis appendiciis ſuis. Ad Salinas verò dedit ibidem Lantonem cum fratribus ſuis, & loca fornacium* IV *cum patellis, & Vitalem cum omni poſſeſſione ſua; in vico dicto Ehingen, manſos ſex cum omni poſſeſſione eorum; in vico Liueringe, manſos decem cum coloniis ſuis, caſam & curtem cum appendiciis ſuis. Ad Ponninwanch dedit duos fratres his nominibus, Ditnant & Wolfker, cum omni poſſeſſione eorum. Dedit quoque idem Dux Otilo ad eandem Cellam Sancti Maximiliani ſurſùm & verſùm per Salzaha flumen ex vtraque ripa ipſius fluminis, ſaltum ad venationem, atque ad paſcua pecorum Alpes & ſyluam à loco qui dicitur Strupe & ad Purch, & illas Alpes vbi Schwarzaha oritur, & ſic in Occidentem & Aquilonem ad Orientem & Auſtrum vſque ad Stegen, & iſtud per omnia, vt ſuprà ſcripta, Otilo Dux in mercedem propriam, ac pro remedio æterno animæ ſuæ, ibidem Deo ſeruientibus perpetualiter confirmauit.* Litem Virgilij Epiſcopi & Vrſi Presbyteri ſuper bonis Sancti Maximiliani, quæ Dux Otilo in beneficium Vrſo conceſſiſſe & Virgilius Epiſcopus ab Otilone repetiiſſe fertur, inter fabulas reponimus, quia priùs obiit Otilo, quàm Virgilius fieret Epiſcopus.

[a] Tom. 6. ant. lect.

[b] Nu. 15 16.

XCII. Necnon erga multa Monaſteria.

Monaſteria quoque complura eodem Odilone auctore gloriantur, vt obſeruatum ſuprà. Mentem ad ea tantis impendiis molienda Bonifacius & Pyrminius potiſſimùm iniecerunt, viri vitæ ſanctitate & admirandis operibus ingens nomen adepti. De vtroque ſermonem ſæpè fecimus. Bonifacius Odilone iam Duce Boioariam quatuor in Diœceſes diſtribuit, eâque partitione factâ, quamuis Boioariæ ſuus Archiepiſcopus ſuique comprouinciales fuerint Epiſcopi, liberam ſemper facultatem obtinuit Euangelium per vniuerſam Boioariam prædicandi. Pyrminius è Sueuia pulſus in Alſatiam confugit, ibíque Murbachium conſtruxit aliáque inſtaurauit

AN. CH. 748. CHILOERICI III. R. 5.

Cœnobia, nulli tamen adeò ſe addixit, vt ceterorum curam neglexerit, deſieritque populos longè diſſitos, atque imprimis Boioarios, adire: Monaſteriorum enim, quæ magno numero in Boioaria per illa tempora condita ſunt, Eccleſias pietaſque dedicauit. Apud Gabrielem Bucelinum in altera parte Monaſteriologiæ Imperij Germanici extat Catalogus Abbatum Murbachienſium, quorum antiquiſſimi nominantur, ad annum Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum-tertium Romanus, ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſecundum Baldobertus. Vnde colligas haud diuturnam fuiſſe Præfecturam Pyrminij, cui penè à Monaſterij conditu ſuffectus eſt Romanus regnante tum Theodotico Quarto.

XCIII. EIVS SEPVLTVRA.

Auentinus & Hundius [a] obſeruant Odilonem Boioariæ Ducem in Monaſterio à ſe conſtructo, cui nomen Auſtrauia *, ſepultum fuiſſe vnà cum coniuge Chiltrude. *Sepultus eſt in Auſtrauia*, inquit Auentinus [b], *vbi & Regiam Prætoriúmque Principale fuiſſe reperio. Oſtenduntur ibi conditoria duo, albo marmore extructa; alterum eſſe aiunt (ſicut & antiquiſſima literarum monumenta Weſſobrunna oſtendunt) Hildruda vxoris; alterum Vtilonis mariti Hyldruda.*

XCIV. VXOR. PROLES.

Odiloni ſiue Otiloni ſuperſtes vixit Hyldruda ſeu Chiltrudis, de cuius nuptiis actum ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-primum [c]. Ex eo coniugio natus anno proximo Thaſſilonus ſeu Thaſſilo, qui patrem amiſit hoc anno, ætatis ſuæ ſexto.

XCV. HILTRVDIS MVNIFICENTIA ERGA ECCLESIAM SALISBVRGENSEM.

Varias, quas Hiltrudis vel ſola vel cum Thaſſilone filio largitiones fecit, prælaudatus donationum Eccleſiæ Saliſburgenſi factarum liber exhibet. Vnam accipe. *Soror Domini Pipini ......, nomine Hiltrut, mater Thaſſilonis Ducis, concedente eodem* Pipino ......, *poſt obitum viri ſui Otilonis Ducis, in eorum omnium bonam retributionem, coram Deo & Sanctis eius dedit ad Iuuauenſem Sedem, in pago Danubiacenſi villam, qua dicitur ad Pache cum manentibus triginta-nouem, & cum omni appendicio ſuo, hac quidem Meinhardo Comite nobiliſſimóque viro affectante in æternam coram Deo mercedem ſuam, próque remedio animæ ſuæ.* Regium titulum, qui Pipino tribuebatur, ex hoc textu bis abraſimus: Regis loco Maiorem-domus reſtitue ſi lubet. Hæc enim verba, *poſt obitum viri ſui Otilonis Ducis*, Donationem illam ab Odilonis exceſſu ſtatim factam innuunt, à die autem quo mortuus eſt, vſque ad diem quo Pippinus Rex eſſe cœpit, anni quatuor interceſſerunt.

XCVI. WVNIBALDVS RELICTA BOIOARIA PROFICISCITVR MOGVNTIAM.

Wunibaldus Preſbyter *tranſacto* in Boioaria *trium annorum calculo*, vt in eius vita [d] legitur, Moguntiam venit. Iter Odilone mortuo videtur ſuſcepiſſe. *Venerabiliter* ab Archiepiſcopo Bonifacio ſuſceptus eſt, & Euangelium Moguntinis vberrimo cum fructu prædicauit.

XCVII. CAROLOMANNVS FIT MONACHVS CASINENSIS.

Hoc eodem anno, Carolomannus relicto Soracte monte Caſinum profectus eſt, ibíque vitam Monaſticam duxit. Eo de receſſu ſic Auctor Annalium Tilianorum [e]. *Ibi*, nempe in Soracte monte, *aliquod tempus moram faciens, inde ad S. Benedictum peruenit, & ibi Monachus fuit.* Et Annaliſta Metenſis [f]. *Conſilio verò accepto eiuſdem Pontificis*, id eſt, Zachariæ, *ad Caſſinum montem & Cœnobium Sancti Benedicti perrexit. Ibíque obedientiam regulariter Optato Abbati promittens, Monachicæ vitæ profeſſionem ſpopondit.* Et paulò pòſt. *Exinde*, id eſt, ex monte Soracte, *ad Sanctum Benedictum in Caſſinum vſque peruenit, & ibi Monachus effectus eſt.* Secretioris ſeceſſûs cauſam hanc affert Eginhardus in vita Caroli Magni. *Cùm ex Francia multi nobilium ob vota ſoluenda Romam ſolenniter commearent, & eum*, nempe Carolomannum, *velut Dominum quondam ſuum præterire nollent, otium, quo maximè delectabatur, crebrâ ſalutatione interrumpentes locum mutare compellunt. Nam huiuſcemodi frequentiam cùm ſuo propoſito officere vidiſſet, relicto monte, in Samnium prouinciam ad Monaſterium S. Benedicti ſitum in arce Caſſina ſeceſſit.* Sed errore lapſus videtur in eodem opere, cùm Caroloman-

[a] Tom. 2.
* Oſterhouen.
[b] Lib. 3.
[c] Num. 53.
[d] Ap. Caniſ. Tom. 4. antiq. Lect.
[e] Ad an. 746.
[f] Ad an. 747.

AN. CH. 748. CHILDERICI III. R. 5. num in monte Soracte *per aliquot annos* optatâ quiete potitum aſſeuerat, meliùs Annaliſta Laureshamenſis [a] eum ibi *aliquandiu* commoratum ſcribit. Certè Carolomannus in Monaſterio Caſinenſi iam morabatur, cùm geſtum eſt bellum Boioaricum, de quo ſermonem anno ſequenti faciemus.

XCVIII. SUB OPTATO ABBATE. Quonam ab Abbate ſuſceptus ſit apud Caſinum Carolomannus, vtrùm à Petronace Monaſterij reædificatore, an ab Optato ſucceſſore Petronacis, hodie ponitur in controuerſia, quia Leo Oſtienſis [b] Petronacem, Annaliſta Metenſis [c] Optatum nominat. Lubentiſſimè ſtaremus à Leone, qui Chronicon ſui Monaſterij ſcripſit; nec deeſſent qui nobis fauerent Auctores Benedictini, Bucelinus enim in Menologio Benedictino pridie Nonas Maias, vbi de Sancto Petronace loquitur, eius obitum in annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-tertium reiicit. At vt ab opinione Bucelini recedamus, & hoc loco ſuffragemur Annaliſtæ Metenſi, ſuadent multa, quæ de Optato Abbate occurrunt, & à nobis anno proximo deſcribentur.

[a] Ad an. 746. [b] Lib. 1. c. 9. [c] Ad an. 747.

XCIX. Carolomannum apud Caſinum humilitate ac patientiâ plurimùm inclaruiſſe non inficiamur; de illo tamen à Reginone [d], ab Annaliſta [e] Metenſi, & à Chronographo Caſinenſi [f], multa, quibus ſuperſedemus, fabuloſè ſcripta cenſemus, quia virum tanti nominis tantóque cum honore Romæ à Papa ſuſceptum, inter Caſinenſes Monachos ignotum poſtcà delituiſſe ſupponunt. Opinionem noſtram non parum confirmabunt anno proximo literæ, quibus Zacharias Romanus Pontifex ab Optato Abbate Caſinenſi & à Carolomanno illius loci Monacho rogari ſe teſtabitur, vt concordiam & pacem inter Pippinum Maiorem-domûs & Grifonem eius fratrem conciliare ſtudeat.

[d] Ad an. 746. [e] Ad an. 747. [f] Lib. 1. c. 7.

C. Extant in Codice Carolino literæ [g], per quas Paulus Papa Sancti Silueſtri Monaſterium in Soracte monte ſitum aliáque tria Pippino Francorum Regi donat Indictione decimâ-quintâ, quæ partim anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-primo, partim anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-ſecundo illigatur. Literas ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-ſecundum integras recitabimus. Interim difficultas, quæ ſpectat ad Carolomannum, occurrit hic explananda. Vulgatus illarum literarum textus ſic habet. *Decernentes itaque ſi quo tempore Praceptum illud, quod à Sanctæ Recordationis prædeceſſore noſtro, beatiſſimo Domino Zachariæ Papa, quod Carlomanno germano veſtro de eodem Monaſterio emiſſum eſt, vel aliud quodlibet de ipſis præfatis Monaſteriis munimen, vbi repertum fuerit, cauſam inanem atque vacuam eſſe, nullam in ſe habentem firmitatem.* Huius textûs is eſt ſenſus. Præceptum, quod Carolomannus Pippini frater, cùm Monaſterium in Soracte monte conſtrueret, à Zacharia Papa quondam obtinuit, antiquat Paulus. At in Codicibus, qui, præter ipſarum epiſtolarum indicem & argumenta, nihil è collectione Carolina repræſentant, prædictarum literarum argumentum ſic exhibetur. *Paulus Papa Monaſterium Sancti Silueſtri in monte Soracte, cum tribus aliis vicinis, donat Pippino, quæ à Carolomanno Monacho fuerant Zachariæ Papa conceſſa.* Hoc argumentum à vulgato literarum textu prorſus alienum. Textus innuit Monaſterium Sancti Silueſtri in Soracte monte Carolomanno à Zacharia Papa conceſſum; argumentum autem literarum idem Monaſterium Zachariæ Papæ à Carolomanno conceſſum oſtendit. Textum literarum corrigendum putamus, cenſemúſque Soractenſe Monaſterium à Carolomanno Zachariæ Papæ hoc anno conceſſum, cum ille capto eiuſdem Romani Pontificis conſilio è Soracte monte ad Monaſterium Caſinenſe Sancti Benedicti perrexit. Quapropter ſuo loco textum literarum ſuprà deſcriptum ſic emendabimus. *Decernentes itaque ſi quo tempore Præceptum illud, quod Sancta Recordationis prædeceſſori noſtro, beatiſſimo Domino Zacharia Papa, à Carlomanno germano veſtro de eodem Monaſterio emiſſum eſt, vel aliud quodlibet*, &c.

[g] Ep. 21.

MONASTERIO SORACTENSI PRIVS CONCESSO ZACHARIÆ PP.

Ab hoc

AN. CH. 748. CHILDERICI III. R. 5.

Ab hoc anno Baſileenſis Epiſcopatûs exordia repetuntur, ſic enim de Walano Epiſcopo diſſerunt Auctores Baſileæ Sacræ. *Quem Walanum alÿ ſcribunt primum Epiſcopum Baſileenſem, poſt Adelphium nominat Vrſtitius ſub annum 748, & vetus MS. Codex aſſerit ſediſſe regnante in Gallia Pipino.* Et paulò pòſt. *A Walano non interrupto filo continuatur ſucceſſio Epiſcoporum Baſileæ* *. Illi Scriptores nec eis aſſentiuntur, qui Walanum Baſileenſis Eccleſiæ primum Epiſcopum conſtituunt, nec Vrſtitio ſuffragantur; qui proximum poſt Adelphium locum Walano tribuit. Anteceſſores enim Walani, Iuſtinianum, Pantalum, Adelphium, & Rachuacarium, enumerant; at quo iure, nunc inquirendum.

CI. EPISCOPATVS BASILEENSIS ERIGITVR.

* *Baſle.*

CII.

Quos Cæſar Rauracos, Rauricos Plinius & Ptolemæus, Rauriacos Ammianus vocat, populi ſunt apud Rhenum fluuium. Illorum Vrbs Rauricum Plinio, Auguſta Rauricorum Ptolemæo, Colonia Auguſta Rauricorum in nummis antiquis, Colonia Rauriaca & Rauracum Ammiano dicitur. Superſunt rudera nobiliſſimæ ciuitatis in vico *Augſt*, qui tribus duntaxat leucis à Baſilea meridiem versùs diſtat. Ideóque hodiernis territorij Baſileenſis incolis vetus Rauricorum ſeu Rauracorum aut Rauriacorum nomen attribuitur. Atque inde Scriptores Bruntrutani * Iuſtinianum, Pantalum, & Adelphium, quos *Rauracorum* Epiſcopos appellarunt, Baſileæ Sacræ adſcripſerunt.

* *De Porentru.*

CIII.

Agrippinenſi Concilio, quod anno Chriſti circiter trecenteſimo quinquageſimo-ſecundo celebratum diximus [a], interfuit *Iuſtinianus Rauricorum Epiſcopus*, vt ex ipſa Synodi Præfatione conſtat. Sed exciſo Rauraco, ſiue extinctus omnino, ſiue aliò tranſlatus eſt Rauracorum Epiſcopatus, poſt Synodum Agrippinenſem nullus Rauracorum Epiſcopus occurrit. Nam quæ de Pantalo Rauracorum Epiſcopo Martyrium cum beata Vrſula & vndecim millibus Virginum paſſo circumferuntur, ea nullius ſunt apud eruditos viros auctoritatis. Quis enim ſibi perſuadeat tot puellas, quas abductas è Britannia volunt, vt militibus in Gallia nuberent, ortâ tempeſtate, cùm in Galliam contenderent, ad oſtium Rheni delatas eſſe, aduerſóque flumine Baſileam perueniſſe; tum cauſæ, propter quam naues conſcenderant, penitus oblitas iuiſſe Romam pedeſtri itinere; deinde eâdem viâ eodémque modo Româ rediiſſe Baſileam, ſecundóque Rheno Coloniam adiiſſe comitante Pantalo ſeu Rauracorum ſeu Baſileenſium Epiſcopo, ibidémque cum eodem Pantalo poſt peregrinationem adeò longam adeóque alienam à ſuſcepto in Britannia conſilio Martyres effectas eſſe? De Adelphio autem, qui ſeriùs Epiſcopatum geſſit, & Clodoueo Magno eiúſque filiis ſynchronus vixit, lege quæ ſcripta ſunt Tomo primo. Apud Seuerinum Binium [b] hic Adelphius dicitur Epiſcopus Rauracenſis, at, vt in notis ad Synodum primam Aurelianenſem, cui idem Adelphius interfuit, eruditè obſeruat Sirmondus, in Codice Pithœano vocatur Epiſcopus *de ciuitate Ratiatica*; in Codice Corbeienſi, *Adelfius Epiſcopus de Ratiate*; in Codicibus, Remenſi, Bellouacenſi, & aliis, *ex ciuitate Pictauis Adelfius Epiſcopus*. Ratiatenſes igitur iidem, qui Pictauenſes Epiſcopi, quoniam tractus * Ratiatenſis ad pagum Pictauicum pertinebat, vt Gregorius Turonenſis in libro [c] de gloria Confeſſorum docet. *Infra ipſum*, inquit, *Pictauorum terminum, qui adiacet ciuitati Namnetica, id eſt, in vico Ratiatenſi, Lupianus quidam in albis tranſiens requieſcit.* Porrò Ratiatenſis Epiſcopus in Rauracenſem ab amanuenſi facilè mutari potuit. Certè Adelfius anno Chriſti quingenteſimo octauo cùm ad Clodoueum Regem profectus eſt Aurelias, anno Chriſti quingenteſimo vndecimo cùm primæ Synodo Aurelianenſi ſubſcripſit, & anno Chriſti quingenteſimo triceſimo-tertio cùm Aſclepium Presbyterum ad Synodum Aurelianenſem tertiam direxit, non erat Epiſcopus Rauracenſis, illis enim temporibus ſtabat adhuc Regnum Burgundionum, quibus Raurici patebant. Addequòd nec

[a] Tom. 1. ad an. 451. n. 14.

[b] Tom. 2. Concil.

* *Le pays de Retz.*

[c] Cap. 54.

Rauracenſis Epiſcopus dici debuit Adelfius, longè enim ante illius ætatem Baſilea Titulo Ciuitatis exornata eſt, Auguſtâ Rauracorum in exiguum Caſtrum iam mutatâ, vt ex Galliæ Notitia, cùm Gallias & ſeptem prouincias diſtingui mos erat, Honorij Auguſti temporibus condita patet, in qua *Ciuitas Baſilienſium* & *Caſtrum Rauracenſe* ſub Metropoli Ciuitate *Veſoncienſium* repræſentantur.

CIV. In Baſilea Sacra, qui ponitur quartus Epiſcopus, non *Rauracorum Epiſcopus*, vt anteriores, ſed *Baſileenſis Epiſcopus* inſcribitur Rachnacarius. Ex antiquis Auctoribus, qui mentionem huius Epiſcopi faciat, ſolus inuenitur Ionas, cùm in Sancti Euſtaſij Luxouienſis Abbatis vita quatuor eius diſcipulos recenſet, Chagnoaldum, Acharium, Rachnacarium, & Audomarum, qui variarum Eccleſiarum fuerunt Epiſcopi. Sed diſputationi ſatis difficili locum diuerſæ præbent editiones. In Suriana [a], Rachnacarius dicitur Epiſcopus *Auguſtoduni & Baſileæ*; in Henſcheniana [b], *Auguſtudini & Baſiliæ Epiſcopus*; in Mabillonana [c], Epiſcopus *Auguſtanæ & Baſileæ*. Ioannes Mabillonus in notis ad vitam Sancti Euſtaſij à Iona conſcriptam ait *Auguſtanæ legendum cum MSS. non verò Auguſtoduni*, & *Auguſtanæ nomine* intelligit *Auguſtam Rauracorum, vrbem quondam, hodie in vicum redactam, vulgò Augt, prope Baſileam*. In hac opinione delendus ex Auguſtodunenſium Epiſcoporum Catalogo Rachnacarius. At aliter cenſent plerique Nomenclatores, vt Seuertius & Sammarthani, qui Rachnacarium ſuo loco ponunt, necnon Robertus, qui Rachonem & Rachnacarium Auguſtodunenſes Epiſcopos ſimul confundit, ideóque fortè à Sammarthanis, qui Rachnacarium commemorant, Racho prætermittitur. Apud Domocharem, apud Chenutium, apud Seuertium, apud Robertum Pontificatus Rachonis adeò vetuſtus eſt, vt hic antecedat Agrippinum, & ad noſtros Annales nullomodo pertineat. Ætatem Rachnacarij colligimus ex ſcriptis Ionæ & Flodoardi, quia Chagnoaldus Lugduni * Clauati Epiſcopus, quem Ionas in Sancti Euſtaſij vita condiſcipulum Rachnacarij facit, apud Flodoardum Synodo Remenſi cum Auſpicio Auguſtodunenſi Epiſcopo ſubſcribit, habita eſt autem illa Synodus anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-quinto, & Auſpicius iuxta Seuertij Sammarthanorúmque Catalogum, quem hoc loco ſequi neceſſe eſt, Rachnacario in Epiſcopatum Auguſtodunenſem ſucceſſit. Manuſcriptos Codices, qui Rachnacarium non Auguſtoduni ſed *Auguſtanæ* Epiſcopum aſſerant, viſos à Ioanne Mabillono non inficiamur, at alios quoque lectos exiſtimamus ab iis, qui Ionam pridem ediderunt ſeruato *Auguſtoduni* vocabulo, necnon nuperrimè à Godefrido Henſchenio, qui Bertinianum & Treuirenſem Sancti Maximini citauit. Deinde in Codicibus qui loco *Auguſtoduni* ſubſtituunt vocem *Auguſtanæ*, vox hæc *Auguſtanæ* non magis Auguſtam Rauracorum quàm Auguſtodunum ſignificat. Vt enim Rauracum ſeu Rauricum Auguſta Rauracorum & Auguſta Rauricorum, ſic & Auguſtodunum Auguſta Heduorum olim appellabatur. Hanc veterem nuncupationem in libro de ciuitate Auguſtodunenſi iam ante annos ferè centum obſeruauit Petrus à Sancto Iuliano Decanus Cabilonenſis. Seruetur igitur ſua Rachnacario Sedes Auguſtodunenſis, eíque tribuatur apud Ionam Titulus Epiſcopi cùm Auguſtodunenſis tum Baſileenſis, quia reuerà fuit Epiſcopus Auguſtodunenſium, & Baſileenſibus Euangelium prædicauit. Illius ætate nullus è Catalogis Epiſcoporum, qui Diœceſibus circùm poſitis præfuerunt, mutilus inuenitur, ſi ſuus Eccleſiæ ſeu Baſileenſi ſeu Rauracenſi tunc Epiſcopus fuiſſet, aliquis ex anteceſſoribus aut ſucceſſoribus ſciretur, vtrique autem ignorantur ab anno Chriſti circiter trecenteſimo quinquageſimo-ſecundo, quo Innocentius Rauracorum Epiſcopus Synodum Agrippinenſem ſuâ ſubſcriptione communiuit, ad Walanum vſque Baſileenſem Epiſcopum, qui medio fermè octauo ſeculo ſedere cœpit. Auctores Bruntrutani, *veriſimile* faten-

[a] D. 29. Mart.
[b] D. 29. Mart.
[c] Sec. 2. Benedict. ad an. 623. d. 29. Mart.
* De Laon.

AN.CH. 748. CHILDERICI III. R. 5.

tur *Antiſtitum Veſontinenſium curam & induſtriam ad ipſos quoque Rauracos ſeſe vtiliter porrexiſſe.* Nec improbant Scriptorem, qui *Baſileenſis Epiſcopi tractum* exiſtimat *multis annis in Biſuntinæ Eccleſiæ Diœceſi ſeu adminiſtratione fuiſſe.* Imò addunt *argumento etiam eſſe, quòd Epiſcopi Baſileenſes Archiepiſcopo Biſuntino Suffraganeorum titulo ſubſint.* In eam lubenter imus opinionem. Auguſtâ Rauracorum euersâ, deſierunt Epiſcopi Rauracorum eſſe, curámque erudiendorum eorumdem Rauracorum ſuſceperunt Metropolitæ Veſontionenſes. Interim ex Auguſtæ Rauriacæ ruderibus creuit Baſilea, cui tandem vetus Epiſcopalis Rauracorum Sedes attributa eſt, integro ac longè ampliùs poſt Rachnacarij mortem ſeculo. Edocendis tamen Baſileenſibus egregiam nauauit operam Rachnacarius, rogante, vt arbitramur, Donato Veſontionenſis Eccleſiæ Metropolitano Epiſcopo. Eodem enim tempore Rachnacarius & Donatus Epiſcopi ſederunt, hic in Cathedra Veſontionenſi Metropolitana, ille in Auguſtodunenſi ſub Lugdunenſi Metropoli, ambo amicitiâ & familiaritate coniunctiſſimi, vtpote nutriti in Luxouienſi Monaſterio ſub Sanctis Columbano & Euſtaſio Abbatibus ac Magiſtris. Rachnacarium Euſtaſius non tantùm cùm Abbas eſſet, vt Ionas in eius vita iam citata teſtatur, ſed etiam priuſquàm Abbatis officio fungeretur, ſub Abbate Columbano docuit, vt Anonymus in vita Sancti Agili tradit, & Tomo ſecundo ad annum Christi ſexcenteſimum vndeuiceſimum [a] obſeruauimus. Ionas in vita Sancti Columbani, poſtquàm de Donati parentibus, ortu & Baptiſmo locutus eſt, hæc de eiuſdem Monachatu Pontificatúque breuiter ſubiungit. *Pòſt alitus in eodem Monaſterio*, nempe Luxouienſi, *ſapientiâ imbutus, Veſontionis Pontifex effectus.* Et ad illum locum, in eiuſdem Sancti Donati elogio Hiſtorico [b], Ioannes Mabillonus inſertis præter alias hiſce vocibus, *Columbano, poſteà Euſtaſio, Magiſtris*, rectè ſic commentatur. *Pòſt alitus in Monaſterio Luxouienſi, vbi Deo largitori conſecratus fuerat, ſapientiâ imbutus, Columbano, poſteà Euſtaſio, Magiſtris, Veſontionenſis Pontifex præfectus eſt.*

[a] Num. 17.

[b] Sec. 2. Bened. circ. an 651. d. 8. Aug.

CV. WALANVS FIT PRIMVS EPISCOPVS.

Pantalo, Adelfio, & Rachnacario, ex Epiſcoporum ſeu Rauracorum ſeu Baſileenſium Catalogo, ſic expunctis, Walanus Baſileenſium Epiſcoporum primus occurrit. Hunc *primum Epiſcopum Baſileenſem* plerique ſcribunt, ipſis Auctoribus Brunteruranis [c] haud diſſimulantibus. Apud Martinum Crucium [d] *Baſileenſis Epiſcopatûs initium reperitur Epiſcopo Walano.* Sebaſtianus Munſterus [e] exploſo Pantalo, cuius Hiſtoriam dubiæ admodum fidei agnoſcit, Indicem Epiſcoporum Baſileenſium à Walano ſic orditur. *Hoc quidem certò inuenio, tempore Pipini, patris Caroli Magni, Walanum fuiſſe Epiſcopum Baſilienſem, atque eidem ſucceſſiſſe Baldebertum.* Idem Auctor Walanum Epiſcopalibus Infulis redimitum ait *anno plùs minúſue* 740; Martinus Crucius *circa* 741 *annum*; Chriſtianus Vrſtitius *ſub annum* 748. Nec aliò abit Gabriel Bucelinus [f], cùm Walanum affirmat ſediſſe *temporibus Childerici vltimi & Pipini Regum*, Childericus enim Tertius ſiue vltimus ab anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-tertio ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſecundum regnauit. Robertus & Sammarthani diſtinctè notant *annum* 748. Poſtrema hæc opinio, quam lubenter amplectimur, confirmari quoque poteſt ex eo, quòd Walanus eiúſque ſucceſſores Baſileenſes Epiſcopi Metropolitis Veſontionenſibus ſemper ſubiacuerunt. Nam ſi Baſileenſis Epiſcopatus ante annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-ſextum erectus fuiſſet, illo anno, quo Bonifacius ex Archiepiſcopo Regionario Moguntiacenſis Archiepiſcopus eſſe cœpit, Metropoli Moguntinæ dubio procul attributus eſſet, vt omnes aliæ Diœceſes ad Rhenum, putà Curienſis, Conſtantienſis, Straſburgenſis, Spirenſis, Wormacienſis, Colonienſis & Vltraiectina. Hæc ratio plurimùm valebit apud eos, qui ſitum Baſileenſis Epiſcopatûs attentè conſiderabunt, hic enim Epiſcopatus vt partim è Veſontionenſi

[c] In Epiſc. 5. ad an 750.

[d] Part. 1. l. 11. c. 4.

[e] Lib. 3 German in Ep. Baſil.

[f] Part. 1. Germ. Sacr. in Epiſc. Baſileenſ.

AN. CH. 748. CHILDERICI III. R. 5.

Metropolitano auulſus eſt, ſic & partim è Straſburgenſi ac Conſtantienſi, qui Metropolitæ Moguntiacenſi hodiéque ſubiiciuntur.

CVI. ATTRIBVVNTVR MONASTERIA,

Erecto ſic Epiſcopatu Baſileenſi, de quo nobis ſæpè diſſerendum erit, limites vicinarum Diœceſum, Biſuntinæ, Straſburgenſis, & Conſtantienſis, facti ſunt anguſtiores, aſſenſum præbentibus Epiſcopis, Heruco Veſontionenſi Metropolitano, Heddone Straſburgenſi, & Sidonio Conſtantienſi. Eâ mutatione nonnulla Monaſteria, quæ ratione ſitûs à primo conditu Diœceſibus, Veſontionenſi, Vindoniſſenſi ſeu Conſtantienſi, & Argentoratenſi ſeu Straſburgenſi, priùs attribuebantur, deinceps ad Baſileenſem pertinebunt, Seckingia, Grandis-vallis, Werda, Murbachium, Cœnobia Sancti Vrſicini, Sancti Gregorij, Sancti Trudperti, Cella Sancti Sigiſmundi, & Monaſterium Maſonis.

CVII. SECKINGENSE.

In Diœceſi Vindoniſſenſi, quæ Sede Epiſcopali Conſtantiam ſub Clotario Francorum Rege, Clodouci Magni filio, tranſlatâ, Conſtantienſis appellari cœpit, à Sancto Fridolino ſub Sigiſmundo Burgundionum Rege tunc illic dominante conditum eſt ad Rhenum Monaſterium Seckingenſe, quod ab initio Monachos, deinde Moniales habuit, poſtremò conuerſum eſt in Collegium Canonicarum. Vtrùm Monachi, an Moniales ibi degerint, cùm Epiſcopatus Baſileenſis inſtitutus eſt, haud liquet, ab obitu enim Sancti Fridolini, qui ſtante Burgundionum Regno Monaſterium illud conſtruxit primúſque cum Abbatis titulo gubernauit, ad Bertham vſque Caroli Craſſi Auguſti ſororem exoleuerunt Abbatum Abbatiſſarúmque nomina, teſte Bucelino in Monaſteriologia [a] Imperij Germanici. Seckingiam in Epiſcopatu Baſileenſi collocat Sebaſtianus Munſterus, vbi de oppido *Lauffenberg*, quod ad Rhenum ſupra Seckingiam eſt ac vicinius Conſtantiæ, ſic ſcribit. *Paret hodie & hoc oppidum domui Auſtriæ, diniditúrque per interfluentem Rhenum in duo oppidula, licèt minus ſit in latere Rheni Germanico, maius in Gallico. Eſt autem prima Rauracorum & Baſilienſis Dioceſis ciuitas, habens arcem in monte ſitam.*

[a] Part. 2.

CVIII. GRANDIVALLENSE.

Grandiuallenſe Monaſterium, cui vnita Cœnobia Sancti Vrſicini & Sancti Pauli, ſitum eſt *in Diœceſi Baſileenſi*, vt teſtatur Bucelinus in Monaſteriologia [b] Imperij Germanici iam laudata. Tribus illis Monaſteriis ad Diœceſim Veſontionenſem tunc pertinentibus præfuit Sanctus Germanus Abbas, cuius Martyrium anno Chriſti circiter ſexcenteſimo ſexageſimo ſecundo conſignandum [c] probauimus. Egimus de eorumdem Cœnobiorum ſitu, Tomis ſecundo [d] & tertio [e].

[b] Part. 2.
[c] Tom. 3. ad an. 662. nn 31. & ſeqq.
[d] Ad an. 615. n. 2.
[e] Ad an. 747. n. 8

CIX. MVRBACHIENSE.

Murbachium, quod ad Argentoratenſem ſeu Straſburgenſem Epiſcopatum à primo conditu pertinebat, nouæ Baſileenſi Diœceſi attributum eſt, idque ſatis declarant Auctores Bruntrutani [f], cùm de Vdalrico Baſileenſi Epiſcopo ſic loquuntur. *In Murbacenſi Monaſterio, quod Diœceſis Baſileenſis, poſt exacta ſanctæ religioſæ vitæ tyrocinia, ceteris exemplo laudabili præluxit Cœnobiarcha effectus.*

[f] In Epiſc. 18.

CX. S. GREGORII. S. SIGISMVNDI. MASONIS.

Præter Murbachium nouæ Diœceſi Baſileenſi attributa quoque ſunt, quæ priùs in Epiſcopatu Argentoratenſi ſeu Straſburgenſi collocabantur, Monaſteria Sancti Gregorij, & Maſonis, cum Cella Sancti Sigiſmundi. Hæc mutatio colligitur è limitibus, quibus hodiernus Straſburgenſis Epiſcopatus circumſcribitur. Teſte enim Guillimanno in libro [g] de Epiſcopis Argentinenſibus, complectitur *totam Alſatiam inferiorem* ſeu Borealem, *& illi obiectam vltra Rhenum Mortnoniam: in vniuerſum milliaria Germanica quatuordecim longitudinis, quantùm ab Echenbach fluuio qui Baſileenſem, ad Lutram qui Spirenſem Diœceſim attingit, interiectum eſt: & latitudinis ſeptem, ab Herciniis iugis ad Voſagi ſummitatem, illa Conſtantienſem Epiſcopatum finiunt, hæc Mediomatricum.* At *Echenbach* fluuio, qui Baſileenſem Epiſcopatum Boream verſùs diſterminat, Auſtralior eſt vallis Gregoriana, vbi Monaſterium Sancti Gregorij, Auſtralius Rubeacum cui proxima Cella.

[g] Cap. 6.

AN. CH. 748.

Sancti Sigiſmundi, Auſtralius Murbachium Monaſterium de quo ſuprà, Auſtralior & amnis Olruna, cuius tipæ Monaſterium Maſonis adſidet.

CXI.

* *Le Briſgau.* * *Fribourg.* * *Saint Trupt.*

S. TRVDTPERTI.

Præterea commendatur in Diœceſi Baſileenſi Monaſterium Sancti Trudtperti, quod in Briſiaca * ſitum tribus à Friburgo * milliaribus diſtat ad Numagam fluuiolum, cuius priùs nomen quàm Sancti Trudtperti * geſſit. Ante annos mille conditum dicitur, à nobis tamen hactenus illaudatum fuit, quia mancus eſt Abbatum Catalogus, primum enim inter eos locum obtinet Waldericus, qui regnante Ludouico Arnolphi Imperatoris filio Monaſterium rexit. Lege Bucelinum in Germania Sacra & in Genealogica Notitia Germaniæ.

CXII.

Cùm erectus eſt Epiſcopatus Baſileenſis, Monaſterium Sancti Gregorij penes Aldericum Abbatem erat, Murbachium penes Romanum. De ceteris Cœnobiis ſuprà nominatis nihil legitur, quod ad illud tempus determinatè referri poſſit.

AN. CH. 749. CHILDERICI III. R. 6.

ANNVS CHRISTI 749.
CHILDERICI III. R. 6.

I.

VALENTIANIS MONASTERIVM MONIALIVM MVTATVR IN COLLEGIVM CANONICORVM SECVLARIVM.

GEorgius Colucnerius in notis ad Baldericum [a] & Henricus *d'Outreman* in Hiſtoria Valentianarum [b], puellare Sancti Ioannis Baptiſtæ Monaſterium, quod à Pippino Herſtallio in Caſtro Valentianenſi pro Monialibus erectum eſt, lapſuque temporis ab antiquo ſplendote multùm decidit, anno Chriſti ſeptingenteſimo vndequinquageſimo ab altero Pippino, Herſtallij nepote, inſtauratum atque in Collegium Canonicorum ſecularium mutatum ſcribunt. Idque confirmant ex tabula ſeu membrana, cereo Paſchali in illo Cœnobio quondam appenſa, quæ annum Domini milleſimum quadringenteſimum viceſimum-nonum cum anno à mutatione Monialium in Canonicos ſeculares ſexcenteſimo octogeſimo comparat.

[a] Lib. 2. c. 30.
[b] Part. 3. c. 1.

II.

EVKENSES ABBATISSÆ HERLINDIS ET REINILA.

In illo Monaſterio enutritæ atque ad omnem pietatem excultæ fuerunt duæ ſorores, Herlindis & Reinila, de quibus actum iam ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-ſecundum, quo Sanctus Willebrordus ex hac vita diſceſſit. Eykenſi Cœnobio, quod à parentibus ad Moſam in Epiſcopatu Leodienſi erectum eſt, ambæ præfuerunt ſucceſſiuè. *Ambæ*, inquit Auctor vitæ [c], *ſecundùm normam ſanctæ Regulæ & Eccleſiaſticæ inſtituta Abbatiſſæ ordinatæ atque conſecratæ ſunt à beatis Epiſcopis Willibrardo atque Bonifacio:* Herlindis natu maior à Willebrordo, Reinila natu minor à Bonifacio. Atque ex hac obſeruatione colligimus Herlindem Sancto Willebrordo ſuperſtitem vixiſſe, atque ad hæc circiter tempora perueniſſe. *Quarto Idus Octobris, felix eius anima in carne ſoluta.* In adminiſtrationem Cœnobij ſucceſſit ſoror Reinila ſeu Renildis, de qua rurſum loquemur, *decrepitam* enim *ætatem* attigit. Sanctæ Herlindis meminerunt Martyrologi Benedictini & Belgici, necnon Sauſſaius & alij.

[c] Ap. Henſchen. d. 22. Mart.

III.

THVRIANVS EP. DOLENSIS OBIT.

Hoc anno, tertio Idus Iulij migrauit ad Deum Sanctus Thurianus Dolenſis Epiſcopus. Dies in eius Actis à Vincentio Barrale publicatis notatur. De anno conſule Catalogum Dolenſium Antiſtitum in Armorica ſacra. Nomina ſucceſſorum ad Imperium vſque Ludouici Pij perierunt.

IV.

ABBATES S. BENIGNI ET S. DIONYSII.

His circiter temporibus, regnante Childerico, vitam duo clauſerunt Abbates, Goinus San-Benignianus & Delphinus San-Dionyſianus. Goino ſucceſſit Thanotardus, de quo plura ſub Pippino Rege. Delphino ſuc-

AN. CH. 749. CHILDERICI III. R. 6.

ceſſit Sigobertus anteà recluſus, vt dictum ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-primum [a].

Ad hæc etiam tempora, quibus Childericus regnum tenuit, referendus eſt ortus Sanctæ Glodeſindis Abbatiſſæ Metenſis, de cuius ætate varij varia protulere. Sententia primùm noſtra validè probanda, tum aliorum opiniones refellendæ.

[a] Nu. 20. 22.

V. GLODESINDIS NASCITVR. Laurentius Surius Sanctæ Glodeſindis virginis vitam, cuius auctorem in quibuſdam Codicibus Berardum Abbatem, in aliis Arbertum Monachum invenit, publicauit [b] ſtylo, vt viſum eſt, nonnihil mutato. Philippus Labbeus eandem vitam ſeruatâ primigeniâ phraſi cudendam curauit [c] cum

VI. variis Tranſlationibus & miraculis, totámque lucubrationem Ioanni Monaſterij Gorzienſis Abbati adſcripſit. Denique eandem vitam, omiſſis Tranſlationibus & miraculis, Lucas Dacherius & Ioannes Mabillonus Actis Seculi ſecundi Benedictini inſeruerunt, auctorémque illius aſſeruerunt beatum Ioannem Abbatem Gorzienſem, qui ſeculo decimo floruit, literarum ſtudiis vti & virtutibus maximè inſtructus. Huic Scriptori, cuius teſtimonio litem omnem dirimemus, plurimùm auctoritatis accedit ex antiquiore vita quam præ manibus habuit, vt ipſemet in duabus affirmat Præfationibus, quarum alteram vitæ à ſeipſo editæ, alteram Hiſtoriæ Tranſlationis præfixit.

[b] D. 25. Iul.
[c] Tom. 1. Bibliotb.

VII. Glodeſindis * vſuram lucis accepit regnante Childerico; vixit annos triginta; poſt annos ab obitu circiter viginti-quinque tranſlata eſt; iterum anno Chriſti triceſimo ſupra octingenteſimum. Hæc conſtant ex prædicta lucubratione.

* *Gloſine.*

VIII. Primum ſic, ex initio vitæ. *Temporibus Childerici apud Hiſtoricos celebratiſſimi Regis Francorum, in Gallia Belgica, quæ ex gente poſteà Francia nomen mutauit, virgo Domini Glodeſindis eximia, ſatis nobili generis ſtemmate procreata, patre illuſtriſſimo eodémque Duce clariſſimo, cui vocabulum Winsro, matre Godilâ luce generoſitatis non diſpari, ab ineuntis ætatis ingreſſu multâ virtutum dote inſignis, multíſque exemplo in via caſtitatis futura, vitâ & moribus clara enituit.*

IX. Alterum ſic, ex eadem vita. *Totum huius ſpatium mortalitatis triginta annorum curſu eam emenſam eſſe confirmant.*

X. Tertium ſic, ex eadem vita. *Manſit venerabile pignus per annos circiter viginti & quinque in eodem loco in pace ſepultum.* Et ex narratione primæ Tranſlationis, ſic. *Poſtquàm ſacratiſſima virginis corpus intemeratum in Baſilica Sanctorum Apoſtolorum extra muros vrbis per annos* XXV *quieuerat, quædam fortè Religioſarum*, &c.

XI. Quartum ſic, ex narratione ſecundæ Tranſlationis. *Ludouicus Imperator, filius Caroli Magni, cognomento Pius, poſt patris glorioſiſſimè exactum Imperium, in nullo inferiori faſtigio rerum potiebatur, anno ab obitu patris decimo-ſeptimo, cùm Incarnationis Dominicæ octingenteſimus triceſimus ageretur annus, & Sedem Apoſtolicam Romæ Gregorius quidam occuparet*, qui duobus Eugenio & Valentino feſtinâ tunc recens ſeſe morte conſequentibus; quorum prior tantùm triennium, ſequens vix menſem ſuprafuit, ſucceſſerat, tuncque tertium Apoſtolatûs ſui annum agebat; hanc autem ſanctam Sedem Metenſem Drogo, eiuſdem Imperatoris Ludouici frater, iam per annum tuebatur octauum, qui etiam vices Apoſtolicas in cunctis Galliarum partibus, Priuilegio ab ipſa Sede Romana cum Pallij auctoritate & nomine ſummi Archiepiſcopatûs accepto, vt ampliſſimæ dignitatis vir ſuſtinebat. Cùm igitur ad id vſque temporis, corpus beatæ virginis in dexteriore, quam prædiximus, parte altaris Baſilicæ nouæ Sanctæ Dei Genitricis, humo manſiſſet reconditum, diſpoſitio illa ſuperna, cui cùm omnium quæ condidit, tum maximè ſuorum cura extat præcipua, in ipſo quoque corpore ad oculos hominum merita ipſius ſacræ virginis, quanti apud ſe ſemper exiſterent, patenter voluit demonſtrare. Cœpit enim tunc temporis*

ſepulchrum ipſum de terra ſe ſponte ſubrigere, & mirum in modum, itaut nec AN. CH.
in terra eadem viciniora tumuli loca apparerent, nec in murali conſtructione de- 749.
ſuper compoſita. Huius rei nouitas, dum ad notitiam ſuprà memorati Pontifi- CHILDE-
cis perueniſſet, morarum impatiens mox in craſtinum fidos ad hoc inſpiciendum RICI III.
ſacrorum miniſtros cum Archidiacono maiore, quem cor Epiſcopi dicunt, dire- R. 6.
xit. Qui venientes, & cuncta, vt relatio pertulerat, approbantes rem continuò
certam renunciant. Epiſcopus ad hanc relationem de eadem ſacratiſſima virgi-
ne, qua fuerit, quæque ei conuerſatio vel vita viuenti fuerit, quæ vtique
numquam ſatis vulgata claruerant, ſollicitiùs diſquirit: Vbi cuncta ex ordine
ab ipſis, qui viuam ipſam in corpore videre potuerant, quorum pars multa ad-
huc ſupererat, didicit, gaudio mixto admirationi non minimè perculſus, ac di-
uino neſcio quo nutu impulſus, ad hoc hortatu addito plurimorum, de ea ſub-
leuanda ocyùs cepit conſilium. Ne cui autem incredibile videatur, huius tem-
poris aliquos tunc eſſe potuiſſe ſuperſtites, Chronica à tempore Childerici Regis
ex Pipino per Carolum in Ludouicum deducta facili id probat indicio. Quæ
vtique non multùm ſuper octogeſimum reperitur annum. Idque tempus ætate
vnius hominis non difficilè durare conuincitur. Antiſtes igitur Reuerentiſſimus cum
ſacra Clericorum ac populorum frequentia, ad locum per ſemetipſum accedens, &c.

Poſtremus hic textus apertè indicat quonam ſub Childerico, imò quo- XII.
nam ſub Rege nata eſt Glodeſindis. Ab anno enim Chriſti ſeptingenteſi-
mo quadrageſimo-tertio quo Childericus Tertius Rex eſſe cœpit, ad an-
num vſque Chriſti octingenteſimum triceſimum ſiue ad annum vſque Lu-
douici Auguſti decimum-ſeptimum quo facta eſt altera beatæ Glodeſindis
Tranſlatio, anni effluxerunt octoginta-ſeptem, & hæc computatio *non*
multùm ſuper octogeſimum reperitur annum, nec annum attingeret octogeſi-
mum, ſi peteretur à Pippino, qui Regiam dignitatem anno Chriſti ſeptin-
genteſimo quinquageſimo-ſecundo ſuſcepit. Vnde neceſſariò concludas
Glodeſindem in lucem editam eſſe, cùm apud Francos is regnaret, cui
Pippinus proximè ſucceſſit, id eſt, cùm regnaret Childericus Tertius, qui
regnum annis octo & ampliùs tenuit, priuſquàm Pippinus in Regem ac-
clamaretur.

Annus haud ita determinatè ſtatui poteſt. A vero tamen noſtra non
multùm aberret Chronologia, neceſſe eſt, quoniam ab anno Chriſti cir- XIII.
citer ſeptingenteſimo quadrageſimo-nono ad annum Chriſti octingenteſi-
mum triceſimum numerantur anni circiter vnus & octoginta, ſummáque
annorum à Natiuitate Glodeſindis ad eius Eleuationem, iuxta textum ſu-
prà citatum, *non multùm ſuper octogeſimum reperitur annum.*

A ſententia noſtra plurimùm receſſerunt, Sigebertus, Surius, Meuriſ- XIV.
ſius, nouiſſimè Lucas Dacherius & Ioannes Mabillonus in Actis Sancto-
rum Ordinis Benedictini, qui ſecundo ſeculo Benedictino floruerunt.

In Sigeberti Chronico ad annum Chriſti ſexcenteſimum decimum-quin- XV.
tum hæc leguntur. *Clodeſindis Metenſis claret, quæ ſponſum fugiens, vela-*
mine capitis miſſo ſibi à Deo per Angelum, ſe & ſua Deo delegauit.

Annus ille à Sigeberto cum anno Clotarij Secundi Regis in Neuſtraſia XVI.
duodetriceſimo, cum anno Theodoberti Secundi Regis in Auſtraſia, vbi
Metæ, decimo-quinto, & cum anno Theodorici Secundi Regis in Bur-
gundia decimo-quinto componitur. Longè diuerſam iniuimus Chronolo-
giam, ad annum enim Chriſti ſexcenteſimum decimum-quintum, totius
Franciæ, quam Sigebertus penes tres Reges, Clotarium, Theodobertum
& Theodoricum, tunc fuiſſe contendit, Monarcham agnouimus Clota-
rium Secundum, qui Regnum Neuſtraſianum anno Chriſti quingenteſimo
octogeſimo-quarto, Burgundicum & Auſtraſianum anno Chriſti ſexcente-
ſimo decimo-tertio ſuſceperat. Vtramlibet computationem ſequaris, ab
anno quo Sigebertus mentionem Glodeſindis ſeu Clodeſindis Metenſis fe-
cit, integro ſeculo & ampliùs remouebitur Childericus, quem eiuſdem

AN. CH. 749. CHILDERICI III. R. 6.

Glodeſindis Acta, cùm illa nata eſt, Metis regnaſſe teſtantur, tunc enim ciuitas Metenſis nec Childerico Primo, nec Childerico Secundo paruit, ſed Childerico Tertio, qui ſecundùm Sigiberti computationem anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-primo, ſecundùm noſtros calculos anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-tertio regnare cœpit. Deinde ab anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-quinto, quo *Glodeſindis Metenſis* in Chronico Sigeberti *claret*, ad annum vſque Chriſti octingenteſimum triceſimum, ſiue ad annum vſque Ludouici Pij Auguſti decimum-tertium, numerantur anni quindecim ſupra ducentos, nullâque captioſâ ſcriptione perſuaſum cuiquam eſſe poteſt, quòd hæc annorum quindecim ſupra ducentos intercapedo *non multùm ſuper octogeſimum reperitur annum.*

XVII. Laurentius Surius [a] vitam Sanctæ Glodeſindis ſic orditur. *Temporibus Childerici Francorum Regis.* Et additâ in margine hac notatiunculâ, *fortè Childeberti*, oſtendit dubium ſibi videri, num Childerici Regis loco reponendus ſit Childebertus.

[a] D. 25. Iul.

XVIII. Tres in Francia regnarunt Childeberti. Auſtraſiâ, in qua Glodeſindis totam vitam tranſegit, Primus haud vnquam potitus eſt, potiti ſunt alij duo; Secundus ab anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-quinto ad annum vſque Chriſti quingenteſimum nonageſimum-ſextum; Tertius ab anno Chriſti ſexcenteſimo nonageſimo-quarto ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum vndecimum. Neuter autem prope ad annum octogeſimum ante triceſimum Ludouici Pij Auguſti ſiue ante Glodeſindis Eleuationem acceſſit, ad illam enim Eleuationem ab anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-ſexto ſiue ab obitu Childeberti Secundi numerantur anni quatuor & triginta ſupra ducentos, & ab anno Chriſti ſeptingenteſimo vndecimo ſiue ab obitu Childeberti Tertij colliguntur nouemdecim ſupra centum. Surius igitur in Actis beatæ Glodeſindis, vbi nomen Childerici Regis occurrit, nomen Childeberti legendum fruſtrà ſuſpicatur.

XIX. Madaurenſis Epiſcopus in Hiſtoria Metenſi [b] puellare Monaſterium à Glodeſinde conſtructum ait ſedente tum Metis Epiſcopo Pappolo vel eius deceſſore Arnoaldo, citátque vnum Sigebertum, qui Clodeſindem ſeu Glodeſindem anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-quinto claruiſſe ſcribit.

[b] Lib. 2. in Epiſc. 28.

XX. Vt hæc opinio reiiciatur, ſatis eſt ſuprà refutaſſe Sigebertum, cuius auctoritate nititur. Glodeſindis Monaſterio Metis à ſe condito præfuit ſex duntaxat annis, vixítque annos tantùm triginta. Arnoaldus Metenſis Epiſcopus obiit anno Chriſti ſexcenteſimo ſeptimo, Pappolus triennio ſeriùs. Sigebertus hac cum Chronologia conuenit; Glodeſindis enim, ſi Monaſterium poſtremis Pappoli Epiſcopi temporibus erexit, in viuis ſuperſtes erat anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-quinto. Sed hunc Auctorem in iis, quæ ſpectant ad Glodeſindis ætatem, iam redarguimus.

XXI. Lucas Dacherius & Ioannes Mabillonus in Actis beatæ Glodeſindis, vbi nomen *Childerici* ponitur, *legendum*, inquiunt, *Chilperici.*

XXII. Tres apud Francos regnarunt Chilperici, primus in ſola Neuſtraſiâ, Secundus in Aquitaniæ parte, Tertius in vniuerſa Francia. Quapropter ſi Chilpericus in vita Sanctæ Glodeſindis legendus eſt, eius nominis Tertius cenſeri debet, qui Monarchiam Francorum adeptus eſt anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo-quinto, vitámque clauſit ineunte anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo-primo. Sed nec hæc opinio poteſt admitti, quoniam ab anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo-primo ad Eleuationem vſque Sanctæ Glodeſindis, anni nouem interceſſerunt ſupra centum, & in præcitata Tranſlationis Hiſtoria hæc temporis intercapedo ab ortu Glodeſindis vſque ad eius Eleuationem *non multùm ſuper octogeſimum reperitur annum.*

XXIII. Prænominati Scriptores Benedictini tribus è Chilpericis Primum eligunt, aſſerúntque Glodeſindem vltra annum Chriſti ſexcenteſimum decimum haud vixiſſe.

Chilpericus

AN. CH. 749. CHILDERICI III. R. 6.

Chilpericus Primus Regnum ab anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-primo ad annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-quattum per annos tres ac viginti tenuit. Glodeſindis, ſi nata eſt ante annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum, vitam ad annum vſque Chriſti ſexcenteſimum decimum hand prorogauit. At natam eodem ſupponamus anno, quo Chilpericus Primus occubuit, annum Chriſti ſexcenteſimum decimum-quattum in ea opinione non exceſſit, totum enim huius ſpatium mortalita- XXIV. tis *triginta annorum curſu* emenſa eſt. Iam verò, ſi vitam clauſit anno Chriſti DCXIV. quis credat anno Chriſti octingenteſimo triceſimo pleroſque ſuperſtites fuiſſe, *qui viuam ipſam in corpore videre potuerant?* Deinde Chilpericus Primus in ſola Neuſtraſia regnauit, nec illius Regis nomen appoſitum videtur Actis beatæ Glodeſindis, quæ totam vitam in Auſtraſia duxit. Hæ duæ rationes ſatis oſtendunt in eius vita Chilpericum Primum loco Childerici non eſſe temerè legendum. Reſtat vt diluamus argumenta, quibus iidem Benedictini ſuam conantur opinionem tueri.

XXV. Primum ſumunt ex Fredegario, qui de Quintrione Duce ſic loquitur [a] ad annum quo Guntchramnus Rex obiit, id eſt, ad annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-tertium. *Eodem anno Quintrio Dux Campanenſis cum exercitu in Regnum Chlothary ingreditur. Chlotharius cum ſuis obuiam pergens hoſtiliter, Quintrionem in fugam vertit, ſed vtriuſque exercitus nimium trucidatus eſt.* Et ad annum tertium Theodoberti Secundi Regis, id eſt, ad annum Chriſti duodeſexcenteſimum, ſic [b]. *Anno III Regni Theudeberti, Quintrio Dux inſtigante Brunechilde interficitur.* Aiunt hunc Quintrionem patrem fuiſſe Sanctæ Glodeſindis, nec vllam diſtinctionem admittunt inter Quintrionem cuius meminit Fredegarius, & Wintronem qui Sanctæ Glodeſindis pater in eius Actis prædicatur.

[a] Cap. 14.

[b] Cap. 15.

XXVI. At Quintrionem à Wintrone diſtinguendum docet ordo Chronologiæ. Quintrio necatus eſt anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-octauo. Ab illo anno ad Eleuationem Sanctæ Glodeſindis effluxerunt anni triginta-duo ſupra ducentos. Ab obitu autem Wintronis ad eandem Sanctæ Glodeſindis Eleuationem lapſi ſunt anni circiter ſexaginta, quia patri Wintroni Sancta Glodeſindis paucos annos ſuperuixit, & ab eiuſdem Sanctæ Glodeſindis obitu vſque ad illius Eleuationem præter annos quinquaginta non multùm temporis interceſſit. Atque inde patet Wintronem Sanctæ Glodeſindis patrem integro ſeculo poſt Quintrionis mortem in lucem editum fuiſſe. Nec hîc etiam poſſumus iterum non obſeruare, quòd, ſi pater Sanctæ Glodeſindis fuit Quintrio, qui ſub Regibus Auſtraſiæ Childeberto Secundo & Theodoberto Secundo claruit, & anno Chriſti duodeſexcenteſimo trucidatus eſt, eiuſdem Sanctæ Glodeſindis ortus conſignari debuit, non temporibus Chilperici Primi qui ſola regnauit in Neuſtraſia, ſed, vt Surius ſuſpicatus eſt, temporibus Childeberti, id eſt, Childeberti Secundi, qui nepos Chilperici Primi fuit ex Sigiberto fratre, & ab anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-quinto ad annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-tertium Auſtraſiæ Regno potitus eſt.

XXVII. Alterum argumentum petunt ab obitu Sancti Arnulfi, quem Sanctæ Glodeſindi ſuperuixiſſe & *anno circà* DCXL deceſſiſſe ſcribunt in notis ad vitam eiuſdem Sanctæ Glodeſindis. Vt autem id probent, aiunt funus Sanctæ Glodeſindis in Eccleſia Sanctorum Apoſtolorum curatum fuiſſe, cùm in illam Baſilicam corpus Sancti Arnulfi nondum illatum eſſet, quæ tamen illatio facta eſt anno poſt Sancti Arnulfi mortem nondum reuoluto, ſiue *poſt obitum Arnulfi anni ferè iam acto tempore*, vt loquitur Auctor vitæ, qui Chlodulfo ipſius Arnulphi filio lucubrationem ſuam tranſmiſit.

XXVIII. Sanctus Arnulfus in eremo mortuus eſt decimo-ſeptimo Kalendas Septembris, anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo-primo; in Eccleſiam Sanctorum Apoſtolorum anno proximo tranſlatus eſt decimo-quinto. Ka-

AN. CH. 749. CHILDERICI III. R. 6.

lendas Auguſti. Vtrumque Tomo tertio probatum. Textus, quo Benedictini nituntur, vt Sanctam Glodeſindem in Eccleſia Sanctorum Apoſtolorum priùs tumulatam aſſerant, quàm illuc corpus Sancti Arnulfi deferretur, apud Surium talis eſt in vita Sanctæ Glodeſindis [a]. *Funus virginis*, nempe Glodeſindis, *debito honore curatum eſt, & ex more ab ea in illo Monaſterio iam inde ab initio inſtituto, ad Sanctorum Apoſtolorum Baſilicam haud procul ab vrbis mœnibus versùs meridiem exportatum, atque illic in crypta admodum depreſſa ad ſiniſtrum latus depoſitum. Ita enim ipſa viuens iuſſerat, quòd per id tempus ſanctarum eius loci puellarum cœmeterium in Apoſtolorum Eccleſia eſſet, & needum corpus glorioſiſſimi Confeſſoris Chriſti Arnulphi, quem poſt multa inde tempora magnis vitæ & virtutum inſignibus enituiſſe conſtat, eadem Eccleſia anguſto, vt nunc cernitur, tumulo ſuſcepiſſet. Vnde etiam poſteà nomen illi Eccleſiæ impoſitum eſt, nec vllius alterius Sancti, præterquàm ipſius beati Antiſtitis, apud vulgum illic memoria notata eſt.* Surius hoc etiam vtitur textu, vt Childericum ex Actis Glodeſindis expungat, in margine enim hanc habet notatiunculam. *Ex hoc loco coniicio in principio Hiſtoriæ mendoſè legi Childericum Regem.* Infirma quidem eſt auctoritas Surij, quia *ſtylum, vbi viſum eſt, nonnihil* in Actis Sanctæ Glodeſindis mutauit, vt eorumdem Actorum titulus in editione Suriana teſtatur. Sed magis vrget genuinus textus, quem primus ex variis Codicibus ita publicauit Philippus Labbeus [b]. *Funus intereà ex conſequenti debito honore curatur, & de more à ſe in eodem Monaſterio iam inde ab initio inſtituto corpus ad Baſilicam Sanctorum Apoſtolorum haud longè à mœnibus vrbis ad portam Meridiem versùs effertur, atque ibi in crypta longè inferiùs demerſa ad latus ſiniſtrum deponitur. Nam hoc idem ipſa viuens, vt fieret, iuſſerat, eò quòd cœmeterium ſanctarum puellarum eiuſdem loci in prædicta Apoſtolorum Eccleſia tunc haberetur, necdum licèt corpus glorioſiſſimi Confeſſoris Chriſti Arnulfi, quem poſt multa exinde tempora magnis vitæ & virtutum ibi conſtat enituiſſe inſignibus. Eadem tamen Eccleſia non vocabatur Eccleſia Sancti Arnulfi, ſed Eccleſia Apoſtolorum. Vnde huic loco poſteà tam propter crebra miracula eius, quàm propter nobilitatem generis eius nomen inditum, nec præterquàm beati ipſius Antiſtitis nomine vllius alterius Sancti apud vulgum ibi notatur memoria.* Deinde textum proximè recitatum idem Auctor in prologo primæ Translationis confirmat. Nam, poſtquàm apertè declarauit ſermonem in vita Sanctæ Glodeſindis fieri de Childerico, cui Pippinus anteà Maior-domûs in Regnum ſucceſſit, addit *non ſatis* elucere, *quomodo id*, *quod* in prælaudata vita *reperitur, quòd locus cœmetery Sanctimonialium ad Sanctos Apoſtolos necdum temporis corpore beati Arnulphi haberetur inſignis, poſſit probari, cùm conſtet & Beatum Arnulfum, longiùs multò antequàm is Childericus fuiſſe dicatur, è mundo receptum, &, vt ſacra Geſtorum eius ſcripta declarant, vixdum anno dormitionis ſuæ exacto à loco ſepulturæ Mettis relatum.* Vt perperam à Laurentio Surio Ioannem Abbatem Gorzienſem, ſic ab hoc Abbate malè expoſitum arbitrare vetuſtiorem Auctorem, cuius lucubrationibus vſus eſt. Illius antiquiſſimi Scriptoris hic ſenſus videtur fuiſſe. Glodeſindis poſt mortem è puellari Monaſterio, quod erexerat, in Eccleſiam Sanctorum Apoſtolorum delata eſt, ibique, vt præceperat, tumulata, quia Monialium, quibus Glodeſindis Abbatiſſa præfuit, cœmeterium in eadem Apoſtolorum Baſilica tunc erat, quæ licèt Sancti Arnulfi Reliquias illuc è loco ſepulturæ iam tranſlatas poſſideret, nondum tamen Sancti Arnulfi Baſilica, ſed Eccleſia Sanctorum Apoſtolorum vocabatur, lapſu verò temporis Eccleſia Sancti Arnulfi dicta eſt, ceteris titulis, quos geſſit, obliuioni datis. Illa Eccleſia, vt ad annum Chriſti ſexcenteſimum nonageſimum-ſecundum [c] obſeruauimus, antiquis temporibus Baſilica Sanctorum Apoſtolorum, Baſilica Sancti Ioannis Euangeliſtæ, Baſilica Sancti Iacobi Apoſtoli, Baſilica Sanctorum Apoſtolorum Ioannis & Iacobi dicta reperitur, poſteà Sancti Arnulfi nuncupatione fuit

[a] D. 25. Iul.

[b] Tom. 1. Biblioth.

[c] Num. 1.

inſignis. Regnante Theodorico Tertio, Pippinus Herſtallius & Plectrudis eius vxor Baſilicam prope Metas; in qua Sanctus Arnulfus iam requieſcebat, Baſilicam Sanctorum Apoſtolorum ſic appellarunt. *Pipinus & vxor mea Plectrudis, cogitantes de ſalute noſtra, vt à Domino pro paruis magna & cæleſtia pro terrenis recipere poſſemus, donauimus pro remedio animæ noſtræ, ſeu pro æterna requie acquirenda, ac ſolidè tradidimus ad Baſilicam Sanctorum Apoſtolorum, iuxta vrbem Mettis, conſtructam, vbi Dominus & Auus noſter Arnulphus in corpore requieſcit, villam, &c.* Tomo ſuperiore [a] chartam illam deſcripſimus integram. Chilpericus Tertius, qui poſt Dagobertum Tertium, Theodorici Tertij nepotem, regnauit, quam Pippinus Herſtallius & Plectrudis, temporibus Theodorici Tertij, Baſilicam Sanctorum Apoſtolorum vocarant, Baſilicam Sancti Arnulfi & Sanctorum Apoſtolorum in ſuo Diplomate ſic dixit. *Villam noſtram, nuncupante Marte* *, *ſitam in pago Mollinſe, vnà cum omni integritate ſua, quantumcumque fiſcus noſter ibidem eſſe videtur, ad Baſilicam Sancti Domni Arnulphi vel Sanctorum Apoſtolorum, vbi ipſe pretioſus in corpore requieſcit, hoc eſt, ſub oppidum Metenſium ciuitatis, vbi venerabilis vir Leutbertus Abba vna cum norma plurima Clericorum deſeruire videntur, pro mercedis noſtræ augmento, vel pro reuerentia ipſius ſancti loci, à die præſente, iure proprietario, ſub emunitatis nomine, plenâ & integrâ gratiâ viſi fuimus conceſſiſſe.* Illud quoque Diploma Tomo ſuperiore integrum recitauimus [b]. In aliis, de quibus agemus ſuis locis, Carolus Rex & Hildegardis Regina multa dona conferunt *ad Baſilicam, quæ conſtructa eſt in honore Sancti Iacobi Apoſtoli, vel ceterorum beatorum Apoſtolorum, vbi ſcilicet Arnulphus pretioſus corpore requieſcit.* Ludouicus Caroli nepos eandem Eccleſiam, modò *Eccleſiam Sancti Arnulphi*, modò *Cœnobium Sanctorum Apoſtolorum Ioannis, Iacobi & Philippi, necnon & beatiſſimi Confeſſoris Chriſti Arnulphi* nominat. Lotharius Auguſtus & Carolus Caluus Ludouici fratres *Monaſterium Sancti Arnulphi Confeſſoris Chriſti*, & *Eccleſiam Sancti Arnulphi* nuncupant. Lege Hiſtoriam Metenſem [c]. Illud igitur Monaſterium primò dictum eſt Sanctorum Apoſtolorum, deinde coniunctim Sanctorum Apoſtolorum & Sancti Arnulfi, poſtremò Sancti Arnulfi; vetuſtiſſimúſque Scriptor, qui Geſta Sanctæ Glodeſindis in literas primus retulit, cùm Eccleſia, quæ priùs Eccleſia Sanctorum Apoſtolorum aut Eccleſia Sanctorum Apoſtolorum & Sancti Arnulfi dicta fuerat, Eccleſia Sancti Arnulfi dicebatur, dubio procul innuere voluit Sanctam Glodeſindem in ea tumulatam Baſilica fuiſſe, quæ Sancti Arnulfi Reliquias illuc delatas poſſidebat, nec tamen Eccleſia Sancti Arnulfi ſed Eccleſia Sanctorum Apoſtolorum tunc vocabatur, poſteáque nuncupationem à Sancto duntaxat Arnulfo Epiſcopo accepit, nullius alterius Sancti apud populum ibi notatâ memoriâ. Quamuis autem in vita Sanctæ Glodeſindis Ioannes Abbas Gorzienſis mentem antiquioris illius Auctoris non benè expreſſerit, tamen quænam fuerit, & quomodo capi debeat; haud obſcurè prodit, cùm in prologo primæ Tranſlationis, tum in Eleuationis ſeu ſecundæ Tranſlationis narratione. Vtrobique enim conſtantiſſimè retinet nomen Childerici, qui proximè regnauit ante Pippinum, vt in reſponſione ad tertium argumentum mox oſtenſuri ſumus.

Tertium illud argumentum ducunt ex primæ Tranſlationis prologo, XXIX.
cuius Auctor nullam in tota Sanctæ Glodeſindis vita certam temporis notam inueniri ſic queritur. *Excepto primâ fronte nomine Childerici Regis & hoc ſub opinione appoſito per totam exinde narrationem; quid, ſub quo Rege vel Principe geſtum ſit, ita ſiletur, vt etiam ipſe Childericus, qui in nece ſponſi beatæ virginis ſententiam ferens reperitur, non ſatis certos temporis reddat.*

Regnabat Childericus, cùm nata eſt Glodeſindis; an etiam regnaret, XXX.
cùm eiuſdem Glodeſindis ſponſus capite truncatus eſt, Acta Glodeſindis haud declarant, in quibus nomen Childerici ſemel ac primâ fronte legi-

AN. CH. 749. CHILDERICI III. R. 6.

[a] Ad an. 692. n. 1.

* Martille.

[b] Ad an. 717. n. 7.

[c] Lib. 2. in Epiſc. 38. lib. 3. in Epiſc. 41.

AN. CH. 749. CHILDERICI III. R. 6.

tur. Childericus Tertius Regnum tenuit annis nouem incompletis. Tam breui temporis ſpatio Glodeſindis & naſci & matura nuptiis fieri non potuit. Hoc igitur vnum in vita Sanctæ Glodeſindis aſſerendum de Childerico Rege, quòd eo regnante Glodeſindis vſuram lucis accepit. E tribus autem Childericis, quos in Francia regnaſſe conſtat, quis ille cenſendus ſit, in prologo primæ Tranſlationi Sanctæ Glodeſindis præfixo ſic habes. *Hunc ſiquidem Childericum, ſi tamen ipſe eſt, fama tantùm fert Caroli Senioris* ſeu Magni *non multùm ſuperius tempora contigiſſe, eique adhuc ſuperſtiti genitorem ipſius Caroli Pipinum priùs Ducem & Maiorem-domûs, vt tunc dicebatur, in Regio culmine ſuperductum.* Nec vllum tibi ſcrupulum iniiciant hæc verba, *ſi tamen ipſe eſt.* In narratione enim de ſecunda Tranſlatione ſiue de Eleuatione ſanctæ Glodeſindis, omni dubitatione ſublatâ Childericus Tertius manifeſtiſſimè deſignatur, tum quia plerique, qui viuam Glodeſindem videre potuerant, Eleuationis tempore dicuntur ſuperſtites fuiſſe, tum quia computus Chronologicus à Natiuitate ſanctæ Glodeſindis vſque ad eius Eleuationem ſiue ad annum vſque decimum tertium Ludouici Pij Auguſti, à tempore Childerici Regis ex Pippino tum Maiore-domûs, deinde Rege, per Carolum in Ludouicum deducitur. Textus Ioannis Abbatis Gorzienſis in ea narratione talis eſt. Drogo Metenſis Epiſcopus, *vbi cuncta ex ordine ab ipſis, qui viuam ipſam in corpore videre potuerant, quorum pars multa adhuc ſupererat, didicit, gaudio mixto admirationi non minimè percitus, ac diuino neſcio quo nutu impulſus, ad hoc hortatu addito de ea ſubleuanda ocyùs capit conſilium. Ne cui autem incredibile videatur huius temporis aliquos tunc eſſe potuiſſe ſuperſtites, Chronica à tempore Childerici Regis ex Pipino per Carolum in Ludouicum deducta facili id probat indicio. Quæ vtique non multùm ſuper octogeſimum reperitur annum.*

XXXI. Hoc igitur circiter anno, poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimo quadrageſimo-nono, cùm Childericus Tertius in Francia regnabat, & Pippinus Regiæ domûs Maioratum ſolus exercebat, nata eſt Glodeſindis, patre Wintrone, matre Godilâ. Vixit annos triginta, obiitque anno Chriſti circiter ſeptingenteſimo ſeptuageſimo-nono. Denique eleuata eſt anno Chriſti octingenteſimo triceſimo, Ludouici Pij Auguſti decimo-tertio, id eſt, poſt annos circiter à morte quinquaginta & vnum, cùm multi supereſſent qui viuam viderant.

XXXII. A BONIFACIO ARCHIEP. MOGVNTINO CASINVM AD INSPICIENDAM BENEDICTINORVM DISCIPLINAM MITTITVR STVRMIVS ABB. FVLDENSIS.

Chriſtophorus Browerus libro quarto Antiquitatum Fuldenſium, Chronographiam Abbatum Fuldenſium inſtituit, atque de Sturmo ſeu Sturmione illius loci primo Abbate ſic ſcribit. *Monaſterium inchoauit* DCCXLIV. *Anno* IV *inſtituti Monaſterij Caſſinum adiit* DCCXLVIII. At vt initia Cœnobij Fuldenſis in annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-quintum reiecimus, ita Sturmionem anno pòſt quarto, id eſt, hoc anno, poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimo quadrageſimo-nono in Italiam profectum affirmamus, vt iſtic omnia Ordinis Benedictini Monaſteria luſtraret, & inſpectis legibus ac viuendi diſciplinâ feliciùs deinceps Monachos Fuldenſes gubernare poſſet. Author itineris ſuſcepti fuit Bonifacius Archiepiſcopus Moguntinus, qui per idem tempus ex Anglia Moniales puellatibus Cœnobiis præficiendas euocauit.

XXXIII. De profectione Sturmionis in Italiam reditúque ad Fuldenſe Monaſterium hæc in eius vita leguntur [a]. *Quò verò inchoata monaſtica diſciplina firmiores radices haberet, placuit Sancto Bonifacio & communi fratrum cœtui, Sturmum in Italiam dimitti, atque iſtic omnia luſtrare Monaſteria, quæ in Sancti Benedicti Regula florerent, vt inſpectis legibus ac eorum viuendi diſciplinâ, feliciùs inde ſuos hic,* id eſt, in Fuldenſi Cœnobio, *gubernare, & cultum Religionis commodiùs inſtituere poſſet. Quam quidem ipſe peregrinationem cum aliquot comitibus alacriter ſuſcepit; & anno conſtituti Fuldæ Monaſterij quarto perluſtratis Longobardiæ & Tuſciæ Monaſteriis, Romam, atque inde*

[a] Lib. 3. Antiquit. Fuldenſ. c. 3.

Caſſinum venit. Cunctis igitur, quæ ad ritus, mores, formámque accuratam viuendi pertinerent, obſeruatis, ad ſuos rediit, & cuncta viſa obſeruatáque expoſuit. Quibus rebus maiorem in modum Sanctus lætatus præcepit, vt recens congregatum cœtum, tum ad exemplar probatiſſimorum Italiæ Monaſteriorum, tum ad Caſſinenſis Congregationis maximè diſciplinam, conformaret. Deinceps itaque Fulda maiora in dies incrementa cepit, ſeu numerum Deo ſeruientium attenderes, ſeu alia virtutis ornamenta, & varia Spiritûs Sancti chariſmata. Neque liberalium & ingenuorum hominum quiſquam ferè repertus, qui non liberos ſuos cum omnibus fortunis hîc, in Monaſterio Fuldenſi, *conſecrare cuperet, tum ad ſtudia vitæ perfectioris, tum ad doctrinæ ſacratioris culmen faciliùs eo in loco conſequendum, vbi ex Patrum regula atque præſcripto accuratè diſciplina vigeret. Quò verò commorantibus hîc minùs ſollicitudinis res familiaris afferret, haud pauca Sanctus Bonifacius prædia poſſeſſionéſque, Regum liberalitate, Cœnobitis Fuldenſibus adiecit.* Regum nomine ſoli poſſunt intelligi Childericus Tertius & Pippinus, quia Bonifacius regnante Childerico Sturmionem in Italiam direxit, Martyriúmque conſummauit regnante Pippino, qui, priuſquàm Rex fieret, ſub prædicto Childerico Maioratum Regiæ domûs geſſit.

AN CH. 749. CHILDERICI III. R. 6.

XXXIV.

Rudolphus [a] Rabani diſcipulus vitam Sanctæ Liobæ conſcripſit, & in ea non tantùm de Sturmione Abbate in Italiam ad inſpiciendam Caſinenſium Monachorum diſciplinam profecto, ſed etiam de nunciis in Angliam ad euocandas inde Moniales & ancillas Dei miſſis ſermonem ſic fecit. *Videns vir beatiſſimus* Bonifacius *Eccleſiam Dei creſcere, & certantibus ſtudiis ad vota perfectionis accendi, duplicem viam ad profectum religionis inſtituens, Monaſteria conſtruere cœpit, vt ad fidem Catholicam populi non tam Eccleſiaſticâ gratiâ, quàm Monachorum ac Virginum congregationibus raperentur. Volens ergo vtriuſque profeſſionis ordinem regulariter obſeruari, idoneum vtrique Magiſterium ſtuduit adipiſci; miſitque in Caſſinum montem Sturmi diſcipulum ſuum, virum genere & moribus nobilem, vt in Monaſterio, quod beatus Pater Benedictus inſtituit, diſciplinam regularem & vitam moréſque monaſticos agnoſceret, paſtórque futurus, diſcipulus fieret, atque in ſubiectione diſceret, quomodò aliis præeſſe debuiſſet. Similiter & in patriam*, id eſt, in Angliam, *cum epiſtolis Legatos direxit ad Tettam* Monaſterij Winbrunnenſis *Abbatiſſam, vt ad ſolatium ſuæ peregrinationis, atque ad auxilium Legationis ſibi iniunctæ, tranſmitteret ei Liobam Virginem.*

[a] Ap. Sur. d. 28. Sept.

EVOCANTVR EX ANGLIA MONIALES.

XXXV.

Hic Auctor ſolam commemorat Liobam, quia in eius vita deſcribenda totus verſatur. Præter Liobam ex Anglia venerunt ad Bonifacium aliæ *religioſæ fœminæ*, quarum indicem in eiuſdem Bonifacij vita [b] texuit Othlonus, malè ſub Gregorio Secundo Papa, ſeriùs enim, vt Tomo ſuperiore iam diximus, in Germaniam transfretarunt, nec ſedente Gregorio Tertio vt tum ſuſpicabamur, ſed præſidente Eccleſiæ Romanæ Zachariâ, qui Pontificatum poſt Gregorium Tertium Gregorij Secundi ſucceſſorem ſuſcepit. Sex enumerantur, Waltpurgis, Tecla, Lioba, Chunitrudis, Cunighildis & Bergitis. Venerunt omnes in Germaniam, nonnullæ conſederunt in Thuringia, ceteris in Franciam Orientalem, in Boioariam, & in Diœceſim Moguntiacenſem deſtinatis.

[b] Lib. 1. c. 30.

XXXVI.

Othlonus Cunighildem Sancti Lulli materteram appellat, & Bergithem eiuſdem Cunighildis filiam dicit, deinde vtramque paucis ſic commendat. *Valdè eruditæ in liberali ſcientia, in Thuringorum regione conſtituebantur magiſtræ.* Ambæ igitur Monaſteriis in Thuringia præfuerunt. Gretſerus in obſeruationibus [c] ad vitam Sancti Willibaldi, Cunighildem Patronis Eyſtettenſibus accenſet, ſeu quòd ſæpiùs ob neceſſitatem Cœnobiorum, in quibus Sanctimoniales degebant, in Diœceſim Eyſtettenſem è Thuringia venerit, ſeu quòd Monaſteriis virginum ſub Sancti Winibaldi tutela conſtitutis præpoſita fuerit in Thuringia.

CVNIGHILDIS ET BERGITHIS ABBATISSÆ IN THVRINGIA.

[c] Lib. 2. c. 3.

AN. CH. 749. CHILDERICI III. R. 6.

Chunitrudis *in Bagoariam deſtinata eſt, vt verbi diuini ſemina ibidem ſpargeret.* Hæc Othlonus; ſed locum, in quo illa conſedit, nec hic Auctor, nec alius quiſpiam exprimit definirè.

XXXVII. CHVNITRVDIS IN BOIOARIA.

XXXVIII. LIOBA ABBATISSA BISCHOFSHEIMIENSIS.

Erectum Biſchoffsheimij ad Tuberam in Moguntina Diœceſi Monaſterium; *cuius hodie nihil ſupereſt*, vt Trithemius in Hiſtoriarum Breuiario teſtatur. Illius loci prima fuit Abbatiſſa Lioba, ibique *non paruus ancillarum Dei numerus collectus eſt, quæ ad exemplum beatæ magiſtræ; cæleſtis diſciplinæ ſtudiis inſtituebantur, & in tantum doctrinâ eius proficiebant, vt plures ex illis poſtmodum magiſtræ fierent aliarum, itant nulla, aut etiam rara, in illis regionibus eſſent Monaſteria fœminarum, quæ non diſcipularum eius magiſteria deſiderarent.* Lege Rudolphum in illius vita.

Othlonus de Bonifacio & Tecla ſic loquitur. *Sanctus Præſul Bonifacius Teclam iuxta fluuium Moin, in locis Kilhingen & Ochsnofrutt nuncupatis, collocauit.* Hic textus Trithemium in Hiſtoriarum epitome, Serarium in notationibus [a] ad vitam Sancti Bonifacij, Gretſerum in obſeruationibus [b] ad vitam Sancti Willibaldi decepit. Inde enim hi Scriptores Teclam confuderunt cum Hadeloga, duobúſque Monaſteriis, Kitzingenſi videlicet & Ochnofurtano, præfecerunt. Kitzingum ab Ochnofurto non procul diſtat. Vtrumque ſitum in Epiſcopatu Witceburgenſi. Vt Hadeloga Kitzingi, ſic Ochnofurti Tecla fuit Abbatiſſa. Lege quæ Tomo ſuperiore dicta ſunt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum tricesimum-quintum [c]. Tecla, quæ Ochnofurti non procul Kitzingo degebat, illuc quandoque ventitabat, vt Hadelogam piis ſermonibus informaret, ac Monaſterij ordinem & diſciplinam luſtraret, vnde factum, vt Othlonus, quem multi perperam ſecuti ſunt, vnam Teclam Kitzingo & Ochnofurto præfuiſſe crediderit.

XXXIX. TECLA ABBATISSA OCHNOFVRTANA.

[a] Not. 24.
[b] Lib. 2. c. 3.
[c] Num. 17.

XL. WALPVRGIS.

Walburgis ſeu Walpurgis *ſoror Willibaldi & Wunibaldi* prædicatur ab Othlono. Monialibus apud Heidenheimium præfuit, ſed vbi manſerit ante Monaſterij conditum, non liquet; fortè in Thuringia, vbi celebre Wunibaldi fratris diu commorati nomen. Eius exitus ex Anglia celebratur Eyſtadij pridie Nonas Auguſti teſte Steuartio [d], eodémque die, vt Bollandus [e] obſeruat, antiquum Martyrologium Colonienſe & Auctarium Chartuſianorum Colonienſium ad Vſuardum referunt *aduentum Sanctæ Walburgis Virginis.* Quod autem de Walburge dicitur, id quoque de ceteris aſſeri poteſt, ſimul enim ex Anglia profectæ ſunt, & ad Bonifacium Archiepiſcopum, à quo vocabantur, venerunt Moguntiam. Tunc ibi degebat Wunibaldus Preſbyter, Willibaldus verò Wunibaldi & Walpurgis frater Epiſcopatum Eyſtettenſem gerebat.

[d] Notat. 7.
[e] D. 25. Febr. in Comment. de S. Vvalpurg. n. 15.

XLI. DISCIPVLI BONIFACII.

In vitâ Sancti Bonifacij, Othlonus eodem capite [f], quo ſermonem de religioſis hiſce fœminis facit, euocatos quoque dicit ex Anglia viros eruditos, qui Germanos erudirent. *In prouinciam patriámque ſuam*, id eſt, in Angliam, *mittens, exinde tam fœminas, quàm viros religioſos ſcientiâque variâ imbutos, plures venire fecit, ſuique laboris onus inter eos diuiſit. Inter quos erant præcipui quidem viri, Burchardus & Lullus, Willibalt, & Wunnibalt frater eius, Witta & Gregorius; fœminæ verò religioſæ, matertera ſcilicet Sancti Lulli, nomine Chunihilt, & filia eius Berathgit, Chunidrut, & Tecla, Lioba, & Waltpurgis ſoror Willibaldi & Wunibaldi.* Sed in multis hic Auctor eget emendatione. Willibaldus enim, Wunibaldus & Gregorius à Bonifacio ex Anglia non ſunt euocati.

[f] Lib. 1. c. 16.

XLII. WVNIBALDVS, WILLIBALDVS,

Romæ morabatur Wunibaldus anno Chriſti ſeptingenteſimo duodequadrageſimo, cùm Bonifacius illuc tertiò perrexit, atque inde ſimul in Germaniam profecti ſunt Gregorio Tertio tum Romano Pontifice. Seriùs adhæſit Bonifacio Willibaldus Wunibaldi frater, poſt varias peregrinationes Monachus Caſinenſis, exeunte enim anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo, cùm Romam Caſino veniſſet *in Natiuitate Sancti Andreæ,*

hortatu Gregorij Tertij Papæ contendit inde in Germaniam, vt Bonifa- AN. CH.
cium vices illic Apoſtolicas agentem iuuaret. Angli fuerunt ambo hi fra- 749.
tres, Gregorius nequaquam, de quo conſule quæ Tomo ſuperiore dicta CHILDE-
ſunt. Hunc in Palatiolo celebri puellarum prope Treuirim ad Moſellam RICI III.
Monaſterio, cui auia Addula, Dagoberti Secundi quondam Regis filia R. 6.
præerat, fortè reperit anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo ſecundo, GREGORIVS,
ſuámque in diſciplinam accepit Bonifacius, Winfridus tunc appellatus. XLIII.

Burchardum, Lullum & Wittam à Bonifacio ex Anglia vocatos non
ita licet inficiari. Burchardum, cùm Presbyter in Anglia iam ordinatus BVRCHAR-
eſſet, ad Bonifacium in Germaniam veniſſe teſtatur Auctor vitæ [a], ſed DVS,
tempus itineris haud deſignat, nec ſi deſignaret, fidem videretur mereri, [a] Ap. Sur. d. 14. Octobr.
multùm enim in rebus Chronologicis peccat, quia Burchardum Epiſco-
palibus Infulis donatum affirmat anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquage-
ſimo-primo, póſtque annos quadraginta mortuum anno Chriſti ſeptingen-
teſimo nonageſimo-primo ſcribit, aliunde verò conſtat Burchardum Epi-
ſcopum Wirceburgenſem factum eſſe anno Chriſti ſeptingenteſimo quadra-
geſimo-ſecundo, vitámque duodecimo pòſt anno clauſiſſe. Quando Lul-
lus & Witta ex Anglia Bonifacium in Germania commorantem adierint, WITTA,
nemo quoque prodit. Vterque poſt annum Chriſti ſeptingenteſimum octo-
geſimum ſuperſtes in viuis erat. Witta Birburgenſis Epiſcopus ordinatus
eſt anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo; Lullus, vt ex Bre- LVLLVS,
uiario Moguntino [b] patet, Diaconus erat, cùm ad Bonifacium acceſſit, [b] Ap. Sur. d. 16. Octobr.
eique in Archiepiſcopatum Moguntiacenſem proximè ſucceſſit.

In vita Sancti Burchardi, ſub magiſterio Doctoris Apoſtolici Bonifacij, XLIV.
præter ipſum Burchardum, memorantur Sancti viri, *Lullus ipſius* Boni-
facij *poſteà in Præſulatu ſucceſſor*, *Willibaldus & Winnebaldus germani*,
Wigbertus, *Sola*, *Eobanus*, *& Adelharius*, *atque Waltherus*. De Lullo, de ADELHA-
Willibaldo, de Wunibaldo, de Adelhario nihil hic addemus, pauca de RIVS,
ceteris obſeruabimus.

Wigbertus ſeu Wigberchtus Monachus anno Chriſti circiter ſeptin- XLV.
genteſimo triceſimo-tertio Bonifacium adiit ex Anglia, eiuſdémque Boni- WIGBERTVS,
facij Sede Metropolitanâ Moguntiæ fixâ conſtitutus eſt Abbas Friteſla-
rienſis anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſexto. Deinde ipſius Ar-
chiepiſcopi Bonifacij monitu, vt Lupus Seruatus teſtatur, hoc circiter an-
no *ad aliud* migrauit *Monaſterium*, *quod Ortdorff nominatur*, *atque ibi*, *quæ
perperam gerebantur*, *correxit*.

Sola, ſeu Solus, vel Solon, aut Sualo (variè enim hoc nomen ſcribi- XLVI.
tur) Anglus natione, diſcipulus Bonifacij fuit, à quo monaſticum habi- SOLA,
tum & Sacerdotij gradum ſuſcepit. Solitudinis amator ſeceſſit in ere-
mum, habitauitque in loco qui vulgò dicitur Cella Solonis ſeu *Solenhoffen*
vel *Solenhus*, quaſi Solæ domus, in Diœceſi Eyſtettenſi apud riuum Alt-
monam ſiue Altimulam.

Agemus infrà de Eobano & Walthero, qui Martyrium feliciter in Fri- XLVII.
ſia cum Bonifacio conſummarunt. Erat tunc Eobanus Chorepiſcopus Vl- EOBANVS,
traiectenſis, Presbyter verò Waltherus WALTHERVS,

Diſcipuli igitur Bonifacij, quos Othlonus in eiuſdem Sancti Bonifacij
& Egilwaldus in vita Sancti Burchardi commemorant, eo tempore, quo XLVIII.
Walpurgis aliæque religioſæ fœminæ venerunt ex Anglia, ſic erant diſ- VARIE
perſi per Diœceſim Moguntinam, quam Bonifacius tunc regebat, pérque DISPERSI.
alias quas ante aliquot annos in vicinis prouinciis, in Haſſia, in Francia
Orientali & in Thuringia, erexerat. Witta Birburgenſis erat Epiſcopus,
Burchardus Wirceburgenſis, Willibaldus Eyſtettenſis; Wigbertus Abbas
erat Friteſlarienſis in Epiſcopatu Birburgenſi; Sola eremum in Diœceſi
Eyſtettenſi incolebat; ceteri erant Presbyteri, erudiendiſque Moguntinæ
Diœceſeos incolis toti ſub Archiepiſcopo Bonifacio incumbebant.

AN. CH. 749.

Chunitrudis *in Bagoariam deſtinata eſt, vt verbi diuini ſemina ibidem ſpargeret.* Hæc Othlonus; ſed locum, in quo illa conſedit, nec hic Auctor, nec alius quiſpiam exprimit definitè.

CHILDERICI III. R. 6.

XXXVII. CHVNITRVDIS IN BOIOARIA.

Erectum Biſchofſheimij ad Tuberam in Moguntina Diœceſi Monaſterium, *cuius hodie nihil ſupereſt*, vt Trithemius in Hiſtoriarum Breuiatio teſtatur. Illius loci prima fuit Abbatiſſa Lioba, ibíque *non paruus ancillarum Dei numerus collectus eſt, quæ ad exemplum beatæ magiſtræ, cæleſtis diſciplinæ ſtudiis inſtituebantur, & in tantum doctrinâ eius proficiebant, vt plures ex illis poſtmodum magiſtræ fierent aliarum, itaut nulla, aut etiam rara, in illis regionibus eſſent Monaſteria fœminarum, quæ non diſcipularum eius magiſteria deſiderarent.* Lege Rudolphum in illius vita.

XXXVIII. LIOBA ABBATISSA BISCHOFSSHEIMIENSIS.

Othlonus de Bonifacio & Tecla ſic loquitur. *Sanctus Præſul Bonifacius Teclam iuxta fluuium Moin, in locis Kilhingen & Ochsnofrutt nuncupatis, collocauit.* Hic textus Trithemium in Hiſtoriarum epitome, Serarium in notationibus [a] ad vitam Sancti Bonifacij, Gretſerum in obſeruationibus [b] ad vitam Sancti Willibaldi decepit. Inde enim hi Scriptores Teclam confuderunt cum Hadeloga, duobúſque Monaſteriis, Kitzingenſi videlicet & Ochnofurtano, præfecerunt. Kitzingum ab Ochnofurto non procul diſtat. Vtrumque ſitum in Epiſcopatu Wirceburgenſi. Vt Hadeloga Kitzingi, ſic Ochnofurti Tecla fuit Abbatiſſa. Lege quæ Tomo ſuperiore dicta ſunt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum — quintum [c]. Tecla, quæ Ochnofurti non procul Kitzingo degebat, illuc quandoque ventitabat, vt Hadelogam piis ſermonibus informaret, ac Monaſterij ordinem & diſciplinam luſtraret, vnde factum, vt Othlonus, quem multi perperam ſecuti ſunt, vnam Teclam Kitzingo & Ochnofurto præfuiſſe crediderit.

XXXIX. TECLÆ ABBATISSA OCHNOFVRTANA.

[a] Not. 24.
[b] Lib. 2. c. 3.
[c] Num. 17.

XL. WALPVRGIS.

Walburgis ſeu Walpurgis *ſoror Willibaldi & Wunibaldi* prædicatur ab Othlono. Monialibus apud Heidenheimium præfuit, ſed vbi manſerit ante Monaſterij conditum, non liquet; fortè in Thuringia, vbi celebre Wunibaldi fratris diu commorati nomen. Eius exitus ex Anglia celebratur Eyſtadij pridie Nonas Auguſti teſte Steuartio [d], eodémque die, vt Bollandus [e] obſeruat, antiquum Martyrologium Colonienſe & Auctarium Chartuſianorum Colonienſium ad Vſuardum referunt *aduentum Sanctæ Walburgis Virginis.* Quod autem de Walburge dicitur, id quoque de ceteris aſſeri poteſt, ſimul enim ex Anglia profectæ ſunt, & ad Bonifacium Archiepiſcopum, à quo vocabantur, venerunt Moguntiam. Tunc ibi degebat Wunibaldus Preſbyter, Willibaldus verò Wunibaldi & Walpurgis frater Epiſcopatum Eyſtettenſem gerebat.

[d] Notat. 7.
[e] D. 25. Febr. in Comment. de S. Vvalpurg. n. 11.

XLI. DISCIPVLI BONIFACII.

In vita Sancti Bonifacij, Othlonus eodem capite [f], quo ſermonem de religioſis hiſce fœminis facit, euocatos quoque dicit ex Anglia viros eruditos, qui Germanos erudirent. *In prouinciam patriámque ſuam*, id eſt, in Angliam, *mittens, exindè tam fœminas, quàm viros religioſos ſcientiâque variâ imbutus, plures venire fecit, ſuíque laboris onus inter eos diuiſit. Inter quos erant præcipui quidem viri, Burchardus & Lullus, Willibalt, & Wunnibalt frater eius, Witta & Gregorius; fœmina verò religioſa, matertera ſcilicet Sancti Lulli, nomine Chunihilt, & filia eius Berathgit, Chunidrut, & Tecla, Lioba, & Walpurgis ſoror Willibaldi & Wunibaldi.* Sed in multis hic Auctor eget emendatione. Willibaldus enim, Wunibaldus & Gregorius à Bonifacio ex Anglia non ſunt euocati.

[f] Lib. 1. c. 36.

XLII. WVNIBALDVS, WILLIBALDVS,

Romæ morabatur Wunibaldus anno Chriſti ſeptingenteſimo duodequadrageſimo, cùm Bonifacius illuc tertiò perrexit, atque inde ſimul in Germaniam profecti ſunt Gregorio Tertio tum Romano Pontifice. Seriùs adhæſit Bonifacio Willibaldus Wunibaldi frater, poſt varias peregrinationes Monachus Caſinenſis, exeunte enim anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo, cùm Romam Caſino veniſſet *in Natiuitate Sancti Andreæ,*

AN. CH. 749. CHILDERICI III. R. 6. GREGORIVS, XLIII.

...gorij Tertij Papæ contendit inde in Germaniam, vt Bonifa-
... illic Apoſtolicas agentem iuuaret. Angli fuerunt ambo hi fra-
...nequaquam, de quo conſule quæ Tomo ſuperiore dicta
... in Palatiolo celebri puellarum prope Treuirim ad Moſellam
..., cui auia Addula, Dagoberti Secundi quondam Regis filia
..., fortè reperit anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo-ſecundo,
... in diſciplinam accepit Bonifacius, Winfridus tunc appellatus.
...chardum, Lullum & Wittam à Bonifacio ex Anglia vocatos non
... inficiari. Burchardum, cùm Preſbyter in Anglia iam ordinatus
... ad Bonifacium in Germaniam veniſſe teſtatur Auctor vitæ [a], ſed
...us itineris haud deſignat, nec ſi deſignaret, fidem videretur mereri,
...um enim in rebus Chronologicis peccat, quia ... Burchardum Epiſco-
...us Infulis donatum affirmat anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquage-
... primo, póſtque annos quadraginta mortuum anno Chriſti ſeptingen-
...o nonageſimo-primo ſcribit, aliunde verò conſtat Burchardum Epi-
...am Wirceburgenſem factum eſſe anno Chriſti ſeptingenteſimo quadra-
...o-ſecundo, vitámque duodecimo pòſt anno clauſiſſe. Quando Lul-
... & Witta ex Anglia Bonifacium in Germania commorantem adierint,
... non quoque prodit. Vterque poſt annum Chriſti ſeptingenteſimum octo-
...ſimum ſuperſtes in viuis erat. Witta Birburgenſis Epiſcopus ordinatus
... anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo; Lullus, vt ex Bre-
...io Moguntino [b] patet, Diaconus erat, cùm ad Bonifacium acceſſit,
...ue in Archiepiſcopatum Moguntiacenſem proximè ſucceſſit.
In vita Sancti Burchardi, ſub magiſterio Doctoris Apoſtolici Bonifacij,
...ter ipſum Burchardum, memorantur Sancti viri, *Lullus ipſius Boni-*
...ij poſtea *in Præſulatu ſucceſſor, Willibaldus & Winnebaldus germani,*
...bertus, *Sola, Eobanus, & Adelharius, atque Waltherus.* De Lullo, de
...ilibaldo, de Wunibaldo, de Adelhario nihil hic addemus, pauca de
...ris obſeruabimus.

WITTA. LVLLVS. [b] Ap. Sur. d. 16. Octobr. XLIV.

ANSCHARIVS, DE ALIIS.

XLV. BONI. WIGBERTVS.

Wigbertus ſeu Wigberchtus Monachus anno Chriſti circiter ſeptin-
...eſimo triceſimo-tertio Bonifacium adijt ex Anglia, eiuſdémque Boni-
...ij Sede Metropolitanâ Moguntiæ fixâ conſtitutus eſt Abbas Friteſla-
...enſis anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſexto. Deinde ipſius Ar-
...hiepiſcopi Bonifacij monitu, vt Lupus Seruatus teſtatur, hoc circiter an-
...o ad *aliud* migrauit *Monaſterium, quod Ordorff nominatur, atque ibi, quæ*
...*perperam gerebantur, correxit.*

XLVI. SOLA,

Sola, ſeu Solus, vel Solon, aut Sualo (variè enim hoc nomen ſcribi-
...ur) Anglus natione, diſcipulus Bonifacij fuit, à quo monaſticum habi-
...um & Sacerdotij gradum ſuſcepit. Solitudinis amator ſeceſſit in ere-
...mum, habitauitque in loco qui vulgò dicitur Cella Solonis ſeu *Solenhoſen*
vel *Solenhus*, quaſi Solæ domus, in Diœceſi Eyſtettenſi apud riuum Al-
monam ſiue Altimulam.

XLVII. EOBANVS, VALTHERIVS.

Agemus infrà de Eobano & Walthero, qui Martyrium feliciter in Fri-
ſia cum Bonifacio conſummarunt. Erat tunc Eobanus Chorepiſcopus Vl-
traiectenſis, Preſbyter verò Waltherus

XLVIII. VARII DISPERSI.

Diſcipuli igitur Bonifacij, quos Othlonus in eiuſdem Sancti Bonifacij
& Egilwaldus in vita Sancti Burchardi commemorant, eo tempore, quo
Walpurgis aliæque religioſæ fœminæ venerunt ex Anglia, ſic erant diſ-
perſi per Diœceſim Moguntinam, quam Bonifacius tunc regebat, pérque
alias quas ante aliquot annos in vicinis prouinciis, in Haſſia, in Francia
Orientali & in Thuringia, erexerat. Witta Birburgenſis erat Epiſcopus,
Burchardus Wirceburgenſis, Willibaldus Eyſtettenſis; Wigbertus Abbas
erat Friteſlarienſis in Epiſcopatu Birburgenſi; Sola eremum in Diœceſi
Eyſtettenſi incolebat; ceteri erant Preſbyteri, erudiendiſque Moguntinæ
Diœceſeos incolis toti ſub Archiepiſcopo Bonifacio incumbebant.

AN. CH. 749. CHILDERICI III. R. 6.

Poſteà Gregorius Vltraiectum miſſus eſt, vbi Monaſterium Sancti Martini ſeu Baſilicam Canonicorum Cœnobitalium rexit cum Abbatis titulo. Gerardus Nouiomagus huius Monaſterij meminit, & conditorem loci perhibet Sanctum Willebrordum, qui, quo Sancti Thomæ Apoſtoli Templum olim ſteterat, aliud in honorem Sancti Martini ædificandum curauit.

XLIX. *Gregorius Abb. Vltraiectinus.* Colonia quædam extitit, vnde in omnem partem Friſiæ & circumiacentium Inſularum deducti Chriſtianæ fidei magiſtri. Ex eorum numero fuit Ludgerus, qui Mimigardefordenſem Epiſcopatum geſſit, & in Gregorij vita Gregorium ipſum cum diſcipulis diuerſarum nationum ſic commendauit. *Hoc dignum eſſe memoriâ videtur, qualiter diſcipulos ſuos ſimul cum eis communi vitâ conuerſando, vt pater filios educarit, & dilexerit, ſingulíſque tanto charitatis glutino iungeretur, vt Apoſtolicum illud ſanctum & præclarum teſtimonium, non tantùm ex ore proferret ad ædificationem audientium, ſed opere & veritate ad imitandam cunctis oſtenderet, quod de vocatione & electione omnium gentium à beato Petro Apoſtolo dictum conſtat.* [*Quomodo in omni gente, qui timet Deum, & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi.*] *Non enim ex vna qualibet gente eius erant diſcipuli congregati, ſed ex omnium vicinarum nationum floribus adunati, & tantâ familiaritate & manſuetudine lætitiâque ſpiritali illuminati ſunt, vt luce clariùs daretur agnoſci, quia de vno patre ſpiritali & de matre omnium charitate generati ſunt & coadunati. Quidam enim eorum erant de nobili ſtirpe Francorum; quidam & de religioſa gente Anglorum; quidam verò & de nouella Dei plantatione diebus noſtris inchoata, Freſonum & Saxonum; quidam autem & de Baguariis & Sueuis; vel de quacunque natione & gente miſiſſet eos Deus, quorum minimus ego ſum, modicus & infirmus alumnus; quibus omnibus vndecumque, quaſi ad vnum ouile collectis, pius Pater & Paſtor Gregorius & ſpiritalia nutrimenta doctrinarum & eloquiorum Dei, & corporalia alimenta eâdem deuotione procurauit & donauit, & ita, inſpiratus à Deo, exarſit in amore & inſtitutione diſcipulorum, vt nullus penè præteriret dies, quo non primo mane paternâ ſolicitudine conſedens ſingulis quibuſque venientibus, prout quiſque quæſiuis, poculum vitæ propinaret & irrigaret eloquio Dei. Ipſorum quoque diſcipulorum eius plurimi tam nobiles erant, tantóque præditi ingenio & doctrinâ Dei, vt ad arcem Epiſcopatûs & meritò vocarentur & venirent; plurimi verò eorum, æqualiter educti & diſciplinati, etſi non tanto gradu ſublimati ſunt, meritis tamen non erant exigui, ſed ſcientiâ & charitate Dei eximij.*

L. Gregorius ab anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo-ſecundo, quantùm ex eius vita per Ludgerum ſcripta colligere licet, Winfrido, Bonifacio pòſt dicto, cuius ſe diſciplinæ tunc tradidit, aſſiduus comes adhæſit, donec Epiſcopi Dadani cooperator in Euangelij prædicatione & eruditione Clericorum futurus venit Vltraiectum, Lullo Pontificatum Moguntiacenſem nondum adepto, vt ipſemet Lullus hoc ſuarum ad eundem Gregorium literarum [a] initio ſatis declarat.

Literas accipit a Lullo. [a] *Ep. 45. inter Bonifac.*

Clara Chriſti Eccleſiæ lampadi lucifera, meáque in doctrina diuinæ legis deuotiſſimo adiutori, Gregorio duplici Presbyteratûs Abbatíſque honore, cum præcedente propriorum meritorum ſuffragio, decorato, Lullus extremus Orthodoxæ matris, videlicet Eccleſiæ alumnus, immarceſcibilis caritatis, in angulari lapide vtriuſque Teſtamenti, ſalutiferam ſalutem. Fido geſtante gerulo munera largitatis tuæ ad me vſque delata peruenerunt, ſed & ſuauiſſima beneuola caritatis tuæ ſalutationes omne munus vincentes more ſolito pariter comitabantur, quibus auditis & perceptis, vberes Deo piiſſimo primitus egi gratias, vt decuit, & deinde fraternitati tuæ debitas reddidi grates, quia te in minore poteſtate fidelem ſciebam, in maiore citiùs fideliorem comprobaui. Comperto igitur proſperitatis tuæ ſucceſſu, æger animus vtrumque egit, gaudebat de aſcenſione cari ſodalis, ſed contriſtabatur de diuiſione, quia hoc intolerabile apud homines videtur, dum is, qui præ ceteris diligitur, repentè ſubtrahitur, quamuis pro certo ſciam, quòd nulla terrarum ſpatia

[illegible] poſſunt, quos verus Chriſti amor indiſrupto germanitatis vin- AN. CH.
[illegible] teſte Deo, ne videas adulando fallere, quia te, Pater, quantum 749.
[illegible] attribuit, interni affectus amore diligo.

[illegible] Vltraiecti Marchelmum reperit, quem Romà quondam in CHILDE-
[illegible] ſuum adduxerat, cùm illuc in comitatu Winfridi, Bonifa- RICI III.
[illegible] poſt dicti, profectus eſſet. Sic Ludgerus in vita Sancti Gregorij, R. 6.
[illegible] conciliabuntur. Gre- LI.
[illegible] idus in vita eiuſdem Sancti Ludgeri facilè pueros duos cum conſenſu Magiſtri PRAEST
[illegible] Ludgerus in eius vita teſtatur, in diſcipulatum ſuum, Marchel- MARCHEL-
[illegible] quocum Romæ tunc verſabatur, ſecum inde adduxit. At in MO SVO
[illegible] idelicet & Marcuuinum, de gente Anglorum, Marchelmum ſeruum Dei, de ge- QVONDAM
[illegible] Ludgeri vita, cuius Auctor Altfridus, à pueritia ſanctis inſtruc- IAM DISCI-
[illegible] gente Anglorum, & à Sancto Epiſcopo Willibrordo & Gregorius, quorum PVLO.
[illegible] moribus. Legimus. Longè diuerſi Willebrordus anno Chriſti ſeptin-
[illegible] migrauit in cælum ſeptimo Idus Nouembres, [illegible] das Septembres anno
[illegible] ſimo quadrageſimo-ſecundo; hic octauo Kalendas [illegible] adhuc puer ab vtro-
[illegible] ſeptingenteſimo octogeſimo. Marchelmus tamen Romæ nouit, atque in
[illegible] potuit erudiri; primùm à Gregorio, quem comitatus eſt; deinde à
[illegible] maniam cum Bonifacio Epiſcopo redeuntem ab eodem Bonifacio in
[illegible] Willebrordo, cuius diſciplinæ mox traditus eſt, ſemel anno Chriſti ſep-
[illegible] Germaniam reuerſo. Romam Bonifacius ter iuit, ſeptingenteſimo viceſi-
[illegible] genteſimo duodeuiceſimo, iterum anno Chriſti ſeptingenteſimo duodequadrageſimo.
[illegible] -tertio, denique anno Chriſti ſeptingenteſimo diſcipulos Gregorij factos agnoſ-
[illegible] dgerus Marchelmum & Marcuuinum Epiſcopus à Gregorio Secun-
[illegible] eo tempore, quo Winfridus ordinatus eſt appellari cœpit, id eſt,
[illegible] Papa, depoſitoque veteri nomine Bonifacius Tunc autem Gregorius an-
[illegible] no Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo-tertio. aliquot annis Marchelmo &
[illegible] um duntaxat ſexdecim erat, & quamuis attigerat ſatis maturam, vt
[illegible] cuuino grandior eſſet, ætatem nondum gereretque. Pueros in
[illegible] um erudiendorum diſcipulorum iam ſuſciperet comitatu Bonifacij ſuſcepit,
[illegible] ere, quod ſtatim, Germaniam verſùs, in plurimùm ad diligendum quo-
[illegible] quenter allocutus eſt, ſuiſque ſermonibus Germaniam, nihil vetat, ſic VI-
[illegible] eum prouocauit. Vbi verò peruentum in Germaniam erat, eoſdem pueros Gre-
[illegible] Bonifacius, qui varias regiones aditurus vtrique vitæ Sancti Ro-
[illegible] ectum miſerit erudiendos à Willebrordo. Sic Gregorius Marchelmum Mar-
[illegible] & Sancti Ludgeri ſua ſtat auctoritas. Gregorius eundem
[illegible] à ſecum in ſuum diſcipulatum adducit, & Willebrordus Sancti LII.
[illegible] helmum à pueritia nutrit edocetque.

In epiſtola Sancto Ludgero perperam adſcripta, & à Surio [a] vitæ Sancti an. D. I. Mar.
[illegible] wiberti ſubiecta, Pippinus bellum geſſiſſe contra Saxones perhibetur EPISTOLA
[illegible] o Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-octauo, quo munitionem prope S. LVDGE-
[illegible] Baſilicam Sancti Swiberti conſtruxerit, & anno Chriſti ſeptingenteſimo RO FALSO
quadrageſimo-nono, quo votum in eadem Eccleſia deuotè perſolnerit ope ASCRIPTA.
Sancti Swiberti victor effectus. At in ipſo textu multa ſunt commenta.
Pſeudo-Ludgerus annum ab obitu Sancti Swiberti triceſimum-tertium
cum anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-octauo componit, eâque
computatione nec adhæret Pſeudo-Marcellino, qui Sanctum Swibertum
ex hac vita ſublatum tradit anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo-ſeptimo,
nec probatos ſequitur Auctores, qui Sanctum Swibertum in cælum anno
Chriſti ſeptingenteſimo decimo-tertio migraſſe ſcribunt. Deinde riſu ſe
dignum prodit, cùm de Pippino Maiore-domûs ſic loquitur. *Pippinus, fi-
lius Caroli Martelli, Maior-domûs Franciæ; qui fuit Dux Agrippinenſis, Auſ-
triæ, Thuringiæ, & Burgundiæ, Prouinciæ, & totius Lotharingiæ, antequam
fuit coronatus Francorum Rex.* Longè enim poſt Maioratum Pippini, Lud-
gerique Pontificatum, nomen Lotharingiæ cœpit audiri. Præterea in
Saxonia bellum anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-nono geſtum

AN. CH. 749. CHILDERICI III. R. 6.

BELLVM BOIOARICVM.

non eſt. In Annalibus quidem Nazarianis ad illum annum & proximum leguntur iſta. DCCXLIX. *Franci in Saxonia cum magno exercitu. Et Griſo in Beuueria.* DCCL. *Franci in Beuueria. Et Griſo reuerſus eſt ad propria.* Sed næuus eſt in hoc contextu. Non enim anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-nono ſed ſuperiore *Franci cum magno exercitu* fuerunt *in Saxonia*; cetera verò pertinent ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-nonum; fuit enim illo anno *Griſo in Beuueria* ſeu Boioaria; *Franci* quoque fuerunt *in eadem Beuueria* duce Pippino; *& Griſo reuerſus eſt ad propria*, pace videlicet cum fratre Pippino factâ. Quapropter in Annalibus Petauianis, qui nullam Boioarici belli mentionem faciunt, ſolus Gripponis ab exilio reditus anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-nono ſic refertur. DCCXLIX. *Quando Grippo reuerſus eſt de exilio.* Annales vulgares, quibus vſus Regino, itémque Tiliani, Chronologiam vno anno præuertunt. At præter Annales iam citatos, qui bellum Boioaricum anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-nono conſignant, allegari poſſunt etiam Metenſes ac Fuldenſes, necnon Auctor Appendicis ad Hiſtoriam iuſſu Childebrandi Comitis conſcriptam, cuius textum infrà producemus. Chronologiâ ſic ſtabilitâ rem totam per articulos expendamus.

LIII. Primò, Gripponis in Boioariam aduentum, ſtatúmque prouinciæ ſic repræſentat Annaliſta Metenſis. *Anno Dominicæ Incarnationis* DCCXLIX. *Grippo videns quòd Saxonum armis minimè defendi poſſet, in Baioariam confugit. Quorum Dux eo tempore Odilo defunctus erat, cui Taſſilo filius eius ſucceſſerat. Quem de Principatu Grippo abegit, & ſibi ipſe Baioarios ſubiugauit.* In hoc textu aduerte Gripponem è Saxonia profugiſſe, quòd armis Saxonum defendi non poſſet, & in Boioariam veniſſe Odilone Duce mortuo, & Taſſilone puerulo in patris locum ſuffecto, Boioariæque Ducatum per vim vſurpaſſe eodem Taſſilone *de Principatu* ſeu Præfectura deturbato.

LIV. Secundò, Gripponi Swirgerus & Lanfridus auxilio fuerunt, copias adduxerunt, Swirgerus è Francia Orientali, Lanfridus è Sueuia. Apud Annaliſtam, Laureshamenſem [a], *Griſo* ſeu Grippo *copiis* fretus dicitur, *quæ ad eum de Francia confluebant, & Swithgerum ſibi in auxilium venientem* ſuſcipit. Apud Annaliſtam Metenſem, Gripponi *etiam in ſolatium Lanfridus venit*, nec is alius eſt à Lanfrido viro inter Alamannos ſeu Sueuos nobiliſſimo, reíque militaris periciſſimo, iam laudato ad annum Chriſti ſeptingenteſimum vndequadrageſimum [b], quo Carolum Maiorem-domus in bello Prouinciali contra Saracenos ſtrenuè iuuit.

[a] Ad an. 748.

[b] Num. 8.

LV. Tertiò, triumphum à Pippino de Boioariis actum ſic exhibet Scriptor coætaneus in Appendice [c], quam Hiſtoriæ Francorum, iuſſu Childebrandi ſcriptæ, ſubiecit. *Bagoarij, conſilio nefandorum, iterum eorum fidem fefellerunt, & contra præfatum Principem* Pippinum *eorum fidem mentiti ſunt. Qua de re commoto exercitu, cum magno agmine apparato eorum patrias peraceſſit. Ipſi verò terrore compulſi vltra fluuium Igni*, id eſt, Oeni *, *cum vxoribus ac liberis eorum fugientes, & memoratus Princeps ſuper ripam Igni* ſiue Oeni *caſtra metatus, nauale prælium præparauit, qualiter eos ad internecionem perſequeretur. Quod videntes Bagoarij, eorum viribus ſe auxiliare non poſſe, Legatos cum muneribus multis tranſmittunt, & in eius ditione ſe ſubdunt, & ſacramenta vel obſides donant, vt ne vlterius rebelles exiſtant. Ipſe verò, duce Chriſto, cum magno triumpho in Franciam*, id eſt, cis Rhenum in Neuſtraſiam, *ad propriam ſedem feliciter remeauit. Et quieuit terra à præliis annis duobus*, id eſt, annis Chriſti, ſeptingenteſimo quinquageſimo & ſeptingenteſimo quinquageſimo-primo, vt dicemus infrà. Brunnerus [d] non immeritò Griphonem ſeu Gripponem irridet, quòd exercitu quantumuis valido inſtructus, pedem conferre non auſus ſit, & fugâ obiectúque fluminum ſe tutari inſtiterit, quaſi ſequi Pippinus non poſſet, quà ipſe præceſſiſſet.

[c] Cap. 110.

* L'In.

[d] Lib. 5. n. 10.

AN. CH. 749. CHILDERICI III. R. 6.

[illegible] Pippinus ſuâ modeſtiſſimè vſus eſt victoriâ. *Fratrem ſuum Gri-* [illegible] *omnibus qui cum eo vel ad ipſum eò*, id eſt, in Boioariam, *vene-* [illegible] teſte Annaliſtâ Laureshamenſi. Nullam in eos vltionem exer- [illegible], vt Annaliſta Metenſis affirmat, *miſericorditer non ſolum pe-* [illegible] *ſed eos etiam beneficiis ditauit. Gripponem ſecum & Lanfridum*, ne [illegible] tumultuarentur, *abducens* è Boioaria, *Taſſilonem in Ducatu Boioa-* LVI. [illegible] *collocauit*, aut potiùs, vt Laureshamenſis ſcribit, *in Ducatum reſ-* [illegible], id eſt, in Boioariæ Præfecturam, quâ per vim ab auunculo Grippo- [illegible] ſpoliatus fuerat.

LVII. GRIPPO DONATVR DVODECIM COMITATIBVS.

[illegible] , Pippinus, quò clementiorem ac munificentiorem erga Grip- [illegible] fratrem ſe præbuit, illum eò promptiorem ad rebellandum exper- [illegible] *eſt. Domum reuerſus*, ait Annaliſta Laureshamenſis, *Grifonem, more* [illegible] *XII Comitatibus donauit. Sed ille tali beneficio contentus non erat.* [illegible] *eodem anno ad Waifarium Ducem Aquitaniæ profugit.* Vnde redar- [illegible] Annaliſtam Fuldenſem, qui donationem Pippini fugámque Grippo- [illegible] trans Ligerim in annum proximum poſt bellum Boioaricum reiicit. [illegible] Annales & Fuldenſes, Comitatus duodecim, quos Pippinus [illegible] Gripponi dedit, *in partibus Neuſtriæ* collocant. Metenſes addunt *Cinoman-* *[illegible] *urbem*, quæ dubio procul ad Neuſtriam tum pertinebat. Brun- [illegible] vetere deſtitutus teſtimonio Comitatus, quos Pippinus fratri tradi- [illegible] *interpretatur Ducatum Denteleni*, cuius mentionem Tomis ſecundo [illegible] tertio ſæpè fecimus ex Fredegario, cùm res, Clotarij Secundi & Da- [illegible] berti Primi temporibus, in Neuſtria geſtas exponeremus. In illo Duca- [illegible] duodecim Comitatus fuiſſe nec Fredegarius, nec alius quiſpiam prodit. [illegible] ad locum veterum Annalium, vbi Pippinus *Grifonem, more Ducum,* [illegible] *Comitatibus* donaſſe dicitur, ait [a] Alteſerra nullum huiuſce moris [illegible] veſtigium alibi comparere, citátque varios textus Gregorij Turonenſis, vt [illegible] *Duces præfici ſolitos duabus aut tribus vt plurimùm, ad ſummum qua-* [illegible] *ciuitatibus, quæ ſingulæ ſuos Comites habebant.* Exempla, quæ profe- [illegible] ex Gregorio, vera eſſe non inficiamur. *Turonicis atque Pictauis En-* [illegible] [b] *Dux datus eſt*, anno Guntchramni Regis viceſimo-quarto, Chil- [illegible] deberti Regis decimo, id eſt, anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo- quinto. *Nicetius* [c] eodem anno *in urbe Aruerna, Ruthena atque* [illegible] *Dux ordinatus eſt.* Anno Childeberti Regis duodecimo, ſiue anno quingenteſimo octogeſimo-ſeptimo, *Ennodius, cùm Ducatum urbium* [illegible] *atque Pictauæ adminiſtraret*, vt proximè obſeruatum eſt, *adhuc* [illegible] *Aturenſis atque Benarnæ urbium Principatum accipit* [d]. Ab illo anno vſque, quo Pippinus cum Grippone fratre pacem iniit, anni ſexaginta ſupra centum numerantur. Tantâ temporis intercapedine creuit [illegible] tas Ducum, ídque patet exemplo non longè petito: quis enim [illegible] tum Aquitaniæ Ducem quatuor tantùm ciuitatibus præfuiſſe dicat? Pip- pinus igitur, vt ciuiles motus componeret, Gripponem fratrem duode- cim in Neuſtria Comitatibus, id eſt, duodecim ciuitatibus, ſeu pagis aut territoriis, cum Ducis titulo præpoſuit. At Grippo tali ſorte non conten- tus, ſeu Ducatum ſuum ſpatiis adeò breuibus circumſcriptum agrè ferens, ſeu diffideret parituros ſibi quos Pippinus in eodem Ducatu Comites inſ- tituerat, in Aquitaniam ad Waifarium traiecto mox Ligeri profugit, no- uarum rerum ſtudio vehementer inflammatus.

[a] Le Mans.

[a] Lib. 7. c. 11.

[b] Gregor. Turon. l. 8. c. 16.

[c] Gregor. Turon. l. 8. c. 18.

[d] Gregor. Turon. l. 9. c. 7.

FVGIT IN AQVITANIAM.

LVIII.

Poſt bellum tamen Boioaricum Francia quieuit à præliis *annis duobus*, vt Anonymus in poſteriori Appendice ad Francorum *Hiſtoriam iuſſu* Childebrandi *Comitis* conſcriptam teſtatur. Pippinus eodem, quo Rex factus eſt anno, nempe ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo bellum in Aquitania geſſit, & Grippo inde elapſus, cùm ad Alpes iam perueniſſet, oc- ciſus eſt ineunte anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-tertio. Iſta ſuis probabimus locis, per anteceſſum verò cogimur hic attingere, ne Mo-

Tomus V. Ff ij

AN. CH. 749. CHILDERICI III. R. 6.

LITERÆ ZACHARIÆ PP. DE PACE CONCILIANDA,

naſterio Caſinenſi Petronacem ad tempora vſque Pippini Regis præfuiſſe, ſúbque illius Abbatis diſciplina Carolomannum vixiſſe credas. Talem in opinionem abripi te profectò non ſinent literæ, quas Zacharias Papa Sacerdotibus & Preſbyteris Francorum, cùm Optatus Caſinenſis Abbas erat, & Carolomannus in Cœnobio Caſinenſi Monaſticam vitam ducebat, de concordia & pace inter Pippinum Maiorem-domûs & Griphonem ſeu Gripponem eius fratrem concilianda, necnon de corpore beati Benedicti Caſinatibus Monachis reſtituendo ſcripſit in hunc modum. *Zacharias Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, omnibus Sacerdotibus & Presbyteris Francorum. Egregius Apoſtolus docet. [Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.] Et iterum idem ipſe. [Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes.] In alio autem loco Scriptura teſtatur. [Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona.] Ergo quia innotuerunt nobis Optatus religioſus Abbas Presbyter Monaſtery S. Benedicti, & Carolomannus Deo amabilis Monachus, germanus fily noſtri Pippini Excellentiſſimi Maioris-domûs, per hos religioſos Dei ſeruos Monachos, concordia & pacis ſermones inter eum & Griphonem fratrem eius miſiſſe, vt & nos in ea ipſa admonendo dirigamus Excellentiam eius, vt ad pacis concordiam redeant, vobis propter Deum pacificè mediantibus: verùm etiam & pro corpore B. Benedicti, quod furtiuè ablatum*

DE CORPORE S. BENEDICTI.

eſt à ſuo ſepulchro, vt reſtituatur. In hoc opere æquitatis & miſericordiæ libenter autem accommodantes, hortamur dilectionem ac ſanctitatem veſtram, vt primùm omnium frater cum ſuo fratre ad pacis redeant vnitatem, & confundatur iniquitas in medio eorum. Charitas verò Dei vobis prædicantibus & miniſtrantibus exſuperet inter eos. Deinde & præfati B. Benedicti corpus, iuxta petitionem Dei ſeruorum Monachorum, illius Sublimitas & veſtra Sanctitas indubiè ad proprium remittat locum, vt & ipſi gaudeant de ſuo reſtituto patre, vóſque perennem habeatis mercedem & laudem, pro eo quòd iuſtè operati fueritis ipſum ad ſuum reuerti tumulum, ex quo clàm tultus * *eſt. Nec enim habet Sanctitas veſtra quid offenſionis in hoc bono opere reſtitutionis eius pertimeſcere debeat coram Deo, dum creditur, quia ad obtinendum hoc opus, ipſius ſuffragantibus orationibus & voluntate, præfati religioſi Dei ſerui ſunt permoti. Benè valete.* Has Zachariæ literas deſcripſimus, vt è ſchedis Pithæanis à Sirmondo [a] ſunt editæ. Non ignoramus eas apud Adreualdum legi, ſed ſtylo nonnihil mutato, prætermiſſóque Caſinenſis Abbatis nomine, necnon alieno prorſus loco, quoniam tempora Romanorum Pontificum, Zachariæ videlicet ac Stephani, confundit. Qua de re fuſiùs ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quintum agemus infrà, cùm accuratè examinabimus, quid verum quídue falſum ſit apud hunc Auctorem in prolixa narratione querelæ, quam Monachi Caſinates, vt ex Zachariæ Papæ literis proximè recitatis liquet, de corpore Sancti Benedicti mouerunt.

* *Id eſt, ſublatus.*

[a] Tom. 1. Conc. Gall.

LIX. Illam epiſtolam ſcripſit Zacharias, cùm Pippinus Maior erat Regiæ domûs, & cum Grippone fratre graues inimicitias exercebat, Optato tum Abbate Caſinenſi & Carolomanno illius loci Monacho, nec tot Characteres ſimul coniuncti tempus vllum deſignare poſſunt, præter hunc annum, quo bellum in Boioaria contra Gripponem à Pippino geſtum eſt. Atque inde liquet Carolomannum nec in Soracte monte permanſiſſe multos annos, nec apud Caſinum ſub Petronacis Abbatis diſciplina vixiſſe. Petronaci ſucceſſit in adminiſtrationem Monaſterij Caſinenſis Optatus Abbas, ad quem Bonifacius Moguntiacenſis Archiepiſcopus his circiter temporibus poſt reditum Sturmionis ex Italia ſcripſit. Titulus epiſtolæ [b] talis eſt. *Reuerentiſſimo fratri, imò dilectiſſimo Conſacerdoti Optato Abbati, & vniuerſæ ſanctæ Congregationi, ſub cura illius, regularis vitæ normam cuſtodienti, Bonifacius ſine prærogatiua meritorum nominatus Epiſcopus, optabilem in Chriſto charitatis ſalutem.* Totis hiſce literis Bonifacius Optatum

[b] Ep. 106. inter Boniſac.

AN. CH. 749. CHILDERICI III. R. 6.

ad mutuam charitatem hortatur, vt deinceps fraterna dilectio ſocietáſque ſpiritalis inter Monachos Caſinates ac Fuldenſes vigeat. Vnum duntaxat deſcribemus fragmentum, quod pro mortuis non tantùm preces fieri, ſed & Miſſas celebrari ſolitas oſtendit. *Diligenter quoque deprecamur*, inquit Bonifacius, *vt familiaritas fraterna charitatis inter nos ſit, & pro viuentibus oratio communis, & pro migrantibus de hoc ſeculo orationes & Miſſarum ſolemnia celebrentur, cùm alternatim nomina defunctorum inter nos mittentur.*

MISSÆ PRO DEFVNCTIS.

LX. ABBATES CASINATES.

Vt autem Petronacis & Optati Caſinenſium Abbatum Chronologiam benè aſſequaris, annos duos & triginta, quos Leo Oſtienſis [a] & alij Præfecturæ Petronacis attribuunt, ordire ab ineunte Gregorij Secundi Pontificatu, ſiue ab anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo-quinto. Sic enim Petronax adminiſtrationem Caſinenſem geret ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum ſeptimum, tum Optatus *annis* x, vt idem Leo teſtatur [b], nihilque in noſtris Annalibus occurret de Caſinenſi Monachatu Carolomanni, quod in Abbatis Optati tempora non inciderit.

[a] Lib. 1. c. 5.
[b] Lib. 1. c. 9.

LXI. Ex præcitatis literis quas Bonifacius *Conſacerdoti Optato Abbati* inſcripſit, & ex aliis [c] quas in procinctu poſtremæ in Friſiam profectionis inſcripſit *Conſacerdoti Fulredo Presbytero*, quæſtio perdifficilis oboritur, vtrùm Fulredus ſeu Fulradus vltimis Bonifacij temporibus Abbas fuerit. Abbatem tunc extitiſſe negat inſcriptio literarum Bonifacianarum, cur enim Bonifacius Fulradum non æquè Abbatem dixit, ac ſupradictum Optatum, necnon Huetbertum, Duddum, Adalherium & Cuthbertum in aliarum epiſtolarum [d] inſcriptionibus Abbates appellauit. In Antiquitatibus autem San-Dionyſianis [e] extat Diploma Pippini tum Maioris-domûs, in quo Fulradus Abbas Monaſterij San-Dionyſiani nuncupatur, vt & in duobus aliis, quorum vnum anno ſecundo Pippini Regis, alterum anno quarto eiuſdem Regis datum inuenitur. Rurſum intricatiorem quæſtionem reddunt Pippinus & Anaſtaſius, quia Pippinus anno Regni ſui ſexto in Regio Diplomate [f] Conſtramnum, cui Fulradus ſucceſſit, Monaſterij San-Dionyſiani tunc Abbatem laudat, & Anaſtaſius in vita Stephani Papæ Fulradum Abbatem vocat Indictione ſeptimâ tum inchoatâ, id eſt, excunte anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-tertio.

[c] Ep. 92.
[d] Epp. 9. 22. 23. 152.
[e] L. 3. c. 5.
[f] In Antiq. S. Dionyſ. l. 3. c. 5.

FVLRADVS ABB.

LXII. Difficultatem nouit, nec benè ſoluit Auctor Antiquitatum San-Dionyſianarum [g], priùs enim, quàm Childericus Rex exauctoraretur, Fulradum Abbatem Monaſterio Sancti Dionyſij præpoſuit, & Conſtramnum ſeu Conſtraminum non Abbatem, ſed eiuſdem Abbatis Fulradi multis tum negotiis occupati Vicarium ſub Pippino Rege dixit. At aliter ratiocinandum videtur, quia Pippinus expreſſis verbis Conſtramnum Abbatem Monaſterij San-Dionyſiani vocauit, ipſum enim Diploma emiſit *ad deprecationem Domni Conſtramni venerabilis Abbatis Monaſterij Sancti & Domni Dionyſij Martyris, vbi ipſe in corpore quieſcit cum ſuis Sanctis ſociis Ruſtico & Eleutherio.*

[g] Lib. 1. c. 25.

LXIII. Fulradus, vt Carolus Magnus in ſuo Diplomate teſtatur [h], *in ſua proprietate, in pago Alſacenſe, in loco, qui dicitur Fulradouilare*, Cellam ædificauit. Videtur igitur ex Alſatia, vel è vicinis regionibus oriundus, & Maioribus ſuis genere conſpicuis annumeraſſe Fulrados, à quibus locus ille dictus ſit *Fulradouilare*. Fuit amicitiâ coniunctiſſimus Sancto Bonifacio Archiepiſcopo, quem non parum iuuit in Epiſcopis per Franciæ Regnum conſtituendis. Id patet ex Hadriani Papæ literis ad Tilpinum Archiepiſcopum Remenſem, quarum fragmentum Flodoardus [i], vbi de Abele Archiepiſcopo loquitur, ita recitat. *Sancta memoria Bonifacius Archiepiſcopus & Legatus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & præfatus amabiliſſimus Fulradus Franciæ Archipresbyter, tempora anteceſſorum noſtrorum Zachariæ & Stephani ſucceſſoris illius, multùm laborauerunt*, vt Abeli videlicet Archiepiſcopo Remenſi Pallium *per deprecationem ſuprascripti Bonifacij* tranſmitteretur.

[h] In Antiq. S. Dionyſ. l. 3. c. 6.
[i] Lib. 2. c. 16.

ORIVNDVS EX ALSATIA.

AN. CH. 749. CHILDERICI III. R. 6.

LXIV. Ioannes Ruyrus in Antiquitaribus Voſagenſibus [a] Fulradum Hieronymi filium, Caroli Magni nepotem, Abbatem Sancti Dionyſij conſtituit, necnon fundarorem Sancti Alexandri in Valle * leporis, Sancti Hippolyti in Alſaria, Sancti Ptiuati * in ditione Salonenſi, Sancti Varani in Alamannia, & aliarum plurimarum Eccleſiarum. Non inficiamur Fulradum Abbarem Monaſterij San-Dionyſiani ac fundatorem plurimarnm Eccleſiarum fuiſſe, ſed eum Hieronymi filium & Catoli Magni neporem negamus. Fuit alius Fulradus, Sancti Quintini Abbas, cui pater Hieronymus, auus Carolus cognomento Martellus, vnde Ruytum redarguas duplicis erroris, quòd duos ſimul confuderit Fulrados Abbates, & Carolum Magnum loco Mattelli ſcripſerit.

[a] Part. 3. l. 1. c. 7

* Le Val de lieure.

* Saint Priué de Salone.

DISTINGVITVR AB ALIO FVLRADO.

LXV. Etſi fateamut Fulradum Abbatem fuiſſe Manaſterij San-Dionyſiani, Conſtramnum ex Abbatum San-Dionyſianorum Catalogo non expungimus. Monaſterio Sancti Dionyſij præerat adhuc Conſtramnns Abbas anno Pipplni Regis ſexto, ſucceſſit ei poſteà Fulradus Abbas in regimen eiuſdem Cœnobij. Præter Regjum Diploma, quod anno Regni ſui ſexto Pippinus ad Conſtramni Abbatis San-Dionyſiani deprecationem emiſit, extant literæ Stephani Papæ Tertij *Fulrado Deo amabili Archipreſbytero & Abbati venerabilium Monaſteriorum ab eodem auſpice fundatorum, & per ſeriem omnibus ſucceſſoribus viciſſim Abbatibus in perpetuum* inſcriptæ, datæque IV *Kalendas Martias*, *indictione* x. id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſeptimo. Viuebat igitut tum Conſtramnus Abbas, & Fulradus regimen Monaſterij San-Dionyſiani ſeriùs ſuſcepit. Inter venerabilia enim Cœnobia, quorum fundationem inſeriptio literarum Pontificiatum eidem Fulrado tribuit, cenſeri non poteſt Monaſterinm San-Dionyſianum, enius conditorem Dagobertum Francorum Regem, cognomento Magnum, nemo non nouit. Quapropter è Diplomatibus, quæ pro illo Cœnobio Pippinus ſeu Maior-domûs ſeu Rex emiſir ante annum Chriſti ſeptingenteſimum quinqnageſimum-ſeptimum, Abbaris Fnlradi nomen abrade. Chartam donationis, quâ Carolus Maior-domûs munificum erga idem Cœnobium ſe præbuit, ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-primum integram deſcripſimns. In ea nomen Abbatis non exprimitur. *Dono*, inquit Carolus, *donatúmque in perpetuum eſſe volo ad Baſileca Sancti Dionyſij, vbi ipſe precioſus Domnus iu corpore requieſcit, villa*, &c. Fortè nec Pippinus Catoli filius in ſuis Diplomatibus nomen Abbatis appoſuit, vel ſi quod appoſuit, appoſuit certè nomen Abbatis tunc exiſtentis, vt anno pòſt Regni ſui ſexto præſtitit, poſteri verò nomine iſtius Abbatis ſublato nomen Fulradi vt viri Abbatiſque valdè illuſtris ſuffecerunt.

LXVI. Porrò Fulradus, cùm priuſquàm Abbas Monaſterij San-Dionyſiani fieret, venerabilium Cœnobiorum à ſe fundatorum Abbas à Stephano Tertio Papa dictus ſit, Abbas eodem quoque modo vocari potuit ab Anaſtaſio, quando in eiuſdem Pontificis occurſum ad Agaunenſe Monaſterium miſſus eſt exeunte tum anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-tertio.

LXVII. E Cœnobiis à Fulrado conditis nobiliſſima fuerunt in Diœceſi Straſburgenſi Leberacum * & Fulradouilare, quibus impoſita pòſt nomina Sanctorum Alexandri & Hippolyti. Leberacum ſen Monaſterium Sancti Alexandri Leberæ amni adiacet in Valle leporis, atque vt ab amne Lebera Leberacum, ſic à Sancti Alexandri Reliqnüs Monaſterium Sancti Alexandri nuncupatur. Lebera fluuius oritur ex Vogeſo monte, Vallem leporis interflnit, alluit Markireham * & Leberacum, deinde in ſiniſtram Illæ * ripam infra Seleſtadium ſeſe exonerat. Fulradouilare, quod à Fulradis nomen acceperat, Sancti Hippolyti Monaſterium dici cœpit, poſtquàm illuc Reliquiæ Sancti Hippolyti delatæ ſunt; ſitum eſt inter Seleſtadinm *, à quo non procul diſtat, & oppidum Rapolſweierum *, no-

* Leberaw.

CONDIT VARIA MONASTERIA.

* Markirch.

* Ill.

* Schleſtat.

* Rapolſwirb.

AN. CH. 749. CHILDERICI III. R. 6.

menclaturâque valdè corruptâ vulgò nominatur *Saint Bilt*. Hæc Monaſteria credimos à Fulrado priùs condita, quàm Regins titulos Pippino deferretur. Exexit & Fulradus Eeeleſias Sancti Priuati & Sancti Varani, vt obſeruatum ſuprà. Sancti Priuati Eccleſiam in ditione Salonenſi Metenſis Diœceſeos, Eccleſiam verò Sancti Verani in Alamannia collocat Auctor Antiquitatum Voſagenſium [a]. Illis de Cellis ſeu Monaſteriolis recurret ſermo ſub Pippino & Carolo Magno.

[a] Part. 5. l. 1. c. 1.

LXVIII. MONASTERII GORZIENSIS INITIA.

Ad hæc circiter tempora referendum eſt initium Gorzienſis Monaſterij, quod io loco, vbi Gorzia flouiolus exoritur, erexit Chrodegangus Metenſis Epiſcopus. Hoc Cœnobium ın Diœceſi Metenſi conſtructum conſentiunt omnes, de conditore quoque conueniunt; quonam antem anno ſit inchoatum, nemo determinatè prodit. Ædificatum eſt regnante Childerico, euius annus ſextus antiquiſſimo Gorzienſium Diplomatum ad vitam Sancti Ioannis Gorzienſis Abbatis à Bollando [b] citatorum apponitur. Droctegangus, qui primus illius loei conſtitutus eſt Abbas, Abbatiali iam monere fungebatur, eùm in Italiam à Pippino miſſus eſt, Stephano Papâ, vt in Franciam confugeret, Româ oondum digreſſo. Chrodegangum Metenſem Epiſcopum cum Droctegaogo primo Abbate Gorzienſi confundit in Chronico Virodunenſi Hngo Abbas Flauiniacenſis, at eos diſtinguendos eſſe vel ex hac obſeruatione diſces, quòd Chrodegango Metenſi Epiſcopo Droctegangus Abbas Gorzienſis ſuperſtes aliquot annos vixit. De variis nominibus, quæ vterque geſſit, ad aunum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-tertium [c] diſtinctiùs agemus.

[b] D. 27. Febr.

[c] Num. 56.

LXIX. MADELVEVS ABB. S. VITONI.

Illis temporibus, cùm Gorzienſe Monaſterium in Diœceſi Metenſi cooditum eſt, Eccleſia Virodunenſis interpontificio laborabat. Tunc autem in ſuburbio Vırodunenſi florebat inſignis Abbas Madelueus, qui poſt aliquot annos ſub Pıppıno Rege Virodunenſem Epiſcopatum obtinuit. *Anno ab Incarnat. Dom.* DCCXI *natus eſt in Virodunenſi vrbe Domnus Madeleuens ex familia Eccleſia. Poſt flores Rhetoricos ac angues Syllogiſmicos, Scriptura diuina ingreditur campos. Poſt hac ad maiora conſcendens Presbytery honorem electus accepit, iuſtificatus obtinuit. Conſtituitur itaque vnanimi conſenſu, electione omnium Rector & Abba Eccleſia Sancti Vitoni.* Fuit Sanctus * Vıtonus Virodunenſis Epiſcopus, antequàm Virodunum in Francorum poteſtatem deueniret. Illius nomine inſignitum in ſubnrbio Virodunenſi diu ſtetit Monaſterium, cuius initia penitus ignorantur. Lege primordia Sancti Madaluei apud Hugonem Abbatem Flauiniacenſem in Chronico Virodunenſi; cetera, quæ pertinent ad eios Epiſcopatum, ſuis locis perſeqoemur.

* *Saint Vanne.*

LXX. ANASTASIVS ABB. FABARIENS. OBIT. SVCCEDIT BALDEBERTVS.

Hoc anno hominem exuit Anaſtaſius Fabarienſis Abbas in Epiſeopatu Curienſi. Succeſſit in adminiſtrationem Monaſterij Baldebertus. De vtroque ſic Gabriel Bucelinus in Chtonologia Rhætiæ. *A. C. 749. moritur inſigne Rhatoa noſtra decus, beata memoria Anaſtaſius Fabarienſis Cœnoby Abbas 21 Iuny, multorum egregiâ vita ſanctitate Monachorum Antiſtes & inſtitutor, cuò eximiâ integritate haud diſſimilis ſufficitur beatus Baldebertus, cuius actuum fragrantia totum illum Rhatia tractum Paradyſum Domini reddidit.*

LXXI. EPISCOPI SPIRENSES.

Bruſchius in Epiſcoporum Spirenſium Catalogo [d] de Daoide ſic ſcribit. *David pius, ſapiens, ac honeſtiſſimus vir, eligitur à ſuperſtite adhuc Pippino Rege, anno 767: præfuit 8 annis laudabiliter & optimè, Carolo Magno Galliarum Regi chariſſimus, à quo Eccleſia Spirenſis plurimùm illuſtrata, & liberaliſſimè dotata eſt. Obiit anno 775.* Deinde hæc de Sigewino proximè ſubiungit [e]: *Sigewinus, aliis Wigeninus, præficitur Nemetibus, anno Domini 775, à Carolo Magno Galliarum Rege: præfuit viginti-ſeptem annis. Obiit anno 802.* Eandem Chronologiam init Demochares [f], & Pippini Regis loco Carolum Magnum ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-

[d] Num. 7.

[e] Num. 8

[f] De diuin. Miſſæ ſacrif. c. 15.

AN. CH. 749. CHILDERICI III. R. 6.

ſeptimum perperam Regem vocat. *Dauid eligitur temporibus Caroli Magni, 767: præfuit an. 8. obiit anno 775. Sigewinus vel Wigenuinus præficitur Nemetibus an. 775 ſub Carolo Magno: præfuit an. 27: obiit 802.* Bruſchio conformis eſt Eiſengreinius [a]. Robertus, omiſſis Pippini & Caroli Regum nominibus, Latonis obitum anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-ſeptimo conſignat, déque proximis eius ſucceſſoribus hæc habet. *Dauid obiit 775. Sigenninus obiit 802.* Roberto conſentit Bucelinus [b]. Sammarthani verò, quia Zachariæ Romani Pontificis epiſtolam, de qua locuti ſumus anno ſuperiore, Dauidi Spirenſi aliiſque Epiſcopis inſcriptam norunt, ſolum Latonis nomen exhibent, Dauidem Epiſcopum memorant ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-quartum, quo literas Zachariæ Papæ datas exiſtimant, & Sigenninum ad annum Chriſti octingenteſimnm ſecundum. Horum textus talis eſt.

5. *Lato.*
6. *Dauid Spironenſis Epiſcopus legitur in epiſtola Zachariæ Papæ ad Præſules Galliæ & Germaniæ, an. 744.*
7. *Sigenninus 802.*

[a] Lib. 8.
[b] Part. 1. German. Sacr.

LXXII. At Zachariæ literas, quæ Dauidis *Spironenſis* ſeu Spirenſis Epiſcopi mentionem faciunt, poſt annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-quartum ſcriptas oſtendímus, reiecimúſque in annum Chriſti ſeptingenteſimum duodequinquageſimum, qui iuxta noſtram computationem ſeptimus Dauidis Epiſcopi numeratur. Inde autem colligimus obiiſſe hoc anno ipſum Dauidem, qui annos duntaxat octo ſediſſe perhibetur, & iuxta noſtros quoque calculos Epiſcopatum anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-primo ſuſcepit.

LXXIII. Quæres quis Epiſcopus Spirenſis extiterit à morte Dauidis ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum-quintum, quo Scriptores ſuprà citati Sigewinum ſeu Sigenninum aut Wigenuinum ad Epiſcopales Infulas promotum affirmant.

LXXIV. Apud Wandelbertum in libro de miraculis Sancti Goaris occurrit Baſilius Nemetenſis ſeu Spirenſis Epiſcopus, qui duabus potiſſimùm de rebus prædicatur, nempe quòd ordinatus eſt Epiſcopus à Sancto Bonifacio, quódque Tranſlationi Sancti Goaris interfuit. Sanctus Bonifacius ex Archiepiſcopo regionario factus eſt Archiepiſcopus Moguntinus anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſexto, Martyr anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-quinto. Baſilius igitur, quem ille Nemetenſem Epiſcopum ordinauit, ſucceſſit in Epiſcopatum Dauidi, qui viuebat adhuc anno Chriſti ſeptingenteſimo duodequinquageſimo. Hæc Epiſcoporum Spirenſium ſeries confirmatur ex Tranſlatione Sancti Goaris, longè poſt annum Chriſti ſeptingenteſimum duodequinquageſimum factâ, regnante tum Carolo Magno, qui poſt patrem exeunte anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-octauo Regnum tenere cœpit. Inde præualidum quoque ducitur argumentum, vt Baſilius aſſeratur deceſſor Sigennini, cui delatæ ſunt Infulæ Pontificales anno Chriſti ſeptingenteſimo ſeptuageſimo-quinto, Caroli Regis ſeptimo.

LXXV. Tranſlationi Sancti Goaris apud Wandelbertum, vt à Luca Dacherio & Ioanne Mabillono Monachis Benedictinis editus eſt [c], non Baſilius ſed Baſinus interfuiſſe legitur, & à Sammarthanis in auctiore Gallia Chriſtiana Baſinus ac Baſilius in vnum ſic confunduntur. *Baſinus vel Baſilius tempore Caroli Martelli.* Sedit Baſinus ab anno Chriſti circiter ſeptingenteſimo viceſimo-ſecundo ad annum Chriſti circiter ſeptingenteſimum triceſimum, cùm Maioratus Regiæ Domûs penes Carolum cognomento pòſt Martellum erat, vt dictum Tomo ſuperiore. Sed alius ab illo Baſino fuit Nemetenſis Epiſcopus, qui corpus beati Goaris tranſtulit regnante iam Carolo Pippini Regis filio. Fortè textum Wandelberti de Carolo Pippini Regis patre,

[c] Sec. 2. Bened. ad an. circ. 649.

AN. CH. 749. CHILDERICI III. R. 6.

patre, non de Carolo eiuſdem Pippini Regis filio dicas explicandum, quia Carolus ibi Princeps Excellentiſſimus appellatur nullâ Regiæ dignitatis mentione factâ. Verùm aduersùs hoc ſubterfugium obſerua præter Baſilium Spirenſem Epiſcopum prædictæ Tranſlationi adfuiſſe Lullum Archiepiſcopum Moguntinum, Mehingodum Epiſcopum Wirziburgenſem, & Aſſuerum Abbatem Prumienſem. Multis enim poſt Caroli Martelli mortem interiectis annis, Lullus in Archiepiſcopatum Moguntiacenſem Sancto Bonifacio, Mehingodus in Epiſcopatum Wirziburgenſem Sancto Burchardo ſucceſſit, erectúmque eſt Prumienſe Monaſterium, cui primus Abbas præpoſitus eſt Aſſuerus. Ipſius Wandelberti textus apud Surium [a] & Serarium [b] talis eſt. *Miſſi ſunt ab Excellentiſſimo Principe Carolo Lullus, Moguntiæ Archiepiſcopus, vir Anglorum gente, moribus & vitâ laudabilis: Baſilius Nemeti, qua ciuitas nunc Spira vocatur: & Mehingodus vrbis, qua trans Rhenum ſita ſermone barbaro Wirziburg appellatur, Epiſcopi; qui omnes à beato Bonifacio Pontifice & Martyre fuerant ordinati; vt per eos & Eccleſia conſecrari, & corpus beatiſſimi viri in eum, quo nunc ſitum eſt, locum transferri deberet. Ventum erat ad locum, & conſecratâ domo Tranſlatio corporis parabatur, aderátque Aſſuerus Abbas cum Monachis nonnullis.* In editione Benedictina ſunt quædam diſcrepantiæ, nullius tamen momenti, ſi Baſinum excipias pro Baſilio collocatum. *Miſſi ſunt ab Excellentiſſimo Principe Carolo Lul * Mogontiaci Archiepiſcopus, vir ex Anglorum gente, moribus & vitâ laudabilis, Baſinus * Nemeti, quæ ciuitas nunc Spira vocatur, & Mehingodus vrbis, qua trans Rhenum ſita ſermone barbaro Wirziburc * appellatur, Epiſcopi, qui omnes a B. Bonefacio * Pontifice & Martyre fuerant ordinati, vt per eos & Eccleſia conſecrari, & corpus viri beatiſſimi in eum, quo nunc ſitum eſt, locum transferri deberet. Ventum erat ad locum, & conſecratâ domo Tranſlatio corporis parabatur, aderat * Aſuerus Abba cum Monachis nonnullis.* Illa de Tranſlatione fuſiùs agemus ſuo loco. Hæc impræſentiarum ſufficiant, vt Baſilium, quem Nomenclatores hactenus aut cum Baſino confuderunt, aut omiſerunt omnino, proximum Dauidis ſucceſſorem agnoſcas, eiúſque Præſulatum ab anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-nono ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum-quintum per annos ſex ac viginti proroges.

[a] D. 6. Iul.
[b] Lib. 4. rer. Mogunt. in Archiep. 2.
* Lullus Moguntiæ.
* Baſilius.
* Vvirziburg.
* Bonifacio.
* aderátque Aſſuerus Abbas.

AN. CH. 750. CHILDERICI III. R. 7.

ANNVS
CHRISTI 750.
CHILDERICI III. R. 7.

I. ANNO DCCL. *Sanctus Ebbo obiit.* Hæc leguntur apud Clarium in Chronico Sancti Petri Viui. Nuperrimè Tomo primo [c] Seculi tertij Benedictini prodiit in lucem vita eiuſdem Ebbonis, Auctore Anonymo, qui ſeculo decimo poſt Nortmannorùm procellas vixiſſe creditur. Hoc opus ita terminatur. *Cùm iam Dominus eius*, nempe Ebbonis, *labori finem decreuiſſet imponere, fidelémque ſuum ſeruum ſupra multa conſtituere, febre nimiâ correptus ad extrema cœpit anhelare. Fratribus denique in præſentia conuocatis, & cæleſtibus monitis roboratis, præcepit ne de ſua morte triſtarentur, quoniam de calamitate ad gloriam transferebatur. At ipſis in mœrore manentibus & pij patris deſolationem vix humanè ferentibus, ſexto Kalendas Septembris ſolutus à corpore cæleſtem regiam, quam diu ardenti amore cupierat, accepit pro munere. Aderat Clerus & populus, qui in eius veneratione coadunati, in beati Petri Baſilicam humandum detulerunt corpus cum hymnis & lacrymoſis*

[c] Pag. 649.
EBBO EP. SENONENSIS OBIIT.

AN. CH. 750. CHILDERICI III. R. 7.

laudibus anno Domini ſeptingenteſimo quinquageſimo. Peruenit igitur ad hunc vſque annum Ebbo Senonenſis Archiepiſcopus, de quo ſæpè mentionem fecimus. A multis annis ſolitariâ vitâ delectabatur, eâque potiſſimùm de cauſa Synodo Sueſſionicæ placuit ante quinquennium, vt eodem Ebbone ſuperſtite Ardobertus Senonenſis Archiepiſcopus ordinaretur. Lege ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quintum [a], quæ de Eremitica Sancti Ebbonis vita ſcripſimus ex Clario. Locum ipſum ſolitudinis ita depingit Anonymus. *Locus Arcea * ab antiquis cognominatus, ſexdecim à Sede diſtans millibus, magnis ſiluarum denſitatibus accingitur. Ibi verò parua planities duabus illuſtratur Eccleſiis, in honore beatæ Mariæ & ſancti Michaelis Archangeli conſecratis.* Ad quem textum ſic Mabillonus. *Prope vicum iſtum*, id eſt, prope Arceam, *hactenus conſpicitur in humili colle veſtigium ſpeluncæ, in qua S. Ebbo delituiſſe creditur, ad cuius radicem aqua vena fluit, à febricitantibus celebrata. Ipſius vici Eccleſia Paræcialis S. Michaeli dedicata eſt, vbi etiam cultus S. Ebbo, cuius effigies altari impoſita cernitur. B. Mariæ Oratorium euerſum iacet.* Hic Auctor Ebbonem, quem Anonymus [b] regnante Childeberto Dagoberti Iunioris patre Senonenſem Archiepiſcopum ordinatum teſtatur, circa annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-ſecundum ex hac vita ſublatum contendit, nec dubitat quin obierit ante annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-quartum, *ſiquidem*, inquit, *Zacharias Papa in epiſtola ad S. Bonifacium Epiſcopum, electionem Artberti*, ſiue Ardoberti, *Ebbonis ſucceſſoris probat* X *Kalend. Iulias Indict.* XII. At Artberti electioni ſuperſtes vixit Ebbo, & in prædictis Bonifacij literis, quas ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-quintum examinauimus, Indictionis duodecimæ loco decimam-tertiam Indictionem monuimus reponendam. In Martyrologio Benedictino Sanctus Ebbo colitur ſeptimo Kalendas Septembris, ſexto eaſdem Kalendas in Martyrologio Gallicano. Gaufridus de Collone, in libello manuſcripto de Reliquiis Eccleſiæ Sancti Petri Viui, hæc habet de Sancto Ebbone. VI *Kalend. Septemb. migrauit à ſeculo, & in Monaſterio S. Petri Viui prope ſuas ſorores in Oratorio B. Mariæ Virginis eſt ſepultus.*

[a] Num. 9.

* Arce.

[b] Tom. 1. Sec. 3. Benedict. pag. 650.

II. SEPELITVR CVM SORORIBVS IN MON. S. PETRI.

De Sancto Ebbone eiúſque ſororibus Ingoara & Leoteria, necnon de Abbatibus Sancti Petri Viui Chrodolino & Viraibodo ſic ſcribit Clarius. *In illis diebus Domna Ingoara Deo ſacrata, ſoror S. Ebbonis fecit Teſtamentum de hæreditate ſua beato Petro, quæ cumiacet in pago Tornodorenſi *, Donno Chrodolino tunc Abbate. Defuncto autem Chrodolino, ſucceſſit ei Viraibodus, cuius in tempore alia ſoror B. Ebbonis Leoteria, & Mummia ſimiliter Deo ſacrata, dederunt cunctam hæreditatem ſuam beato Petro, viuente adhuc & confirmante beato Ebbone fratre ſuo. Iacent iſtæ duæ ſorores in Cœnobio beati Petri, in Oratorio Sanctæ Mariæ. Vbi & ipſe Sanctus Ebbo conſepultus, innumerabilibus poſt mortem claruit virtutibus.* Hæc Tomo ſuperiore [c] conglobatim retulimus, quia Chronologici deerant Characteres. At inter Hiſtorica monumenta, quæ ſecundo Tomo Seculi Tertij Benedictini ſubiecta ſunt, Ingoatæ Donatio ſic extat [d]. *In Nomine Patris & Filij & Spiritûs Sancti. Dum omne donum deſurſum deſcendens lumen à Patre eſſe poteſt, quia oportet vnicuique pro æternam ſalutem tractare, & de caduca huius ſeculi facultate æternam ſibi præparare, vt cùm dies extrema aduenerit, non inueniat vnumquemque imparatum, ſed diligenter de bonis operibus præcinctum, quia Dominus Ieſus Chriſtus ac Redemptor omnium per Sanctum Euangelium clarâ voce intonat, dicens. Theſaurizate vobis theſaurum in cælis, vbi nec fures veniunt, nec furantur; facite vobis ſacculum de mammona iniquitatis, quod non veteraſcit. Et alio loco. Quo das paruum & comparas regnum; tribuis paruam pecuniam, & accipis ſine fine manſura. Idcircò quia omnis homo Dei conſilio ducitur, rectum videtur, vt ipſis in omnibus & per omnia ſuum adimpleatur præceptum. Sic ego inluſtris Deo ſacrata Ingoara, ſana mente ſalubre*

* Le Tonnerrois.

[c] Ad an. 711. nn. 18. 19.

[d] Pag. 616.

CHARTÆ DONATIONVM AB EIVS SORORIBVS FACTARVM EXAMINANTVR.

conſilium cogitans æternam retributionem, vel pro peccaminibus meis minuen-
dis, ſeu & pro anima mea remedio, adtraxit mihi Apoſtolica vel Euangelica AN. CH.
depotatio, vt aliquid de rebus propriis meis Monaſterio Sancto Petro, qui eſt 750.
conſtructus ſub oppidum ciuitate Senonum, vbi venerabilis Chrodolinus Abba CHILDE-
vel Monachi ibi conſiſtentos praeſſe videntur, vt ibidem illis deſeruientibus loco RICI III.
condonare deberem. Quod & ita per hanc cartulam Donationis à die præſenti R.7.
dono donatúmque in perpetuum eſſe decerno, hoc eſt, portionem meam in villa,
quæ dicitur Fontanas, ſitam in pago Tornodrinſe, quidquid mihi tam de pater-
no quàm & de materno prodiit, vnà cum adiacentiis & appendicias ad ipſas
*Fontanas pertinentes; ſeu & in pago Ladſcenſe *, Pauliaco & Bagnolo, &* * *Lauſſois.*
reliqua locella, quæ ad ipſam villam Fontanas aſpicere videntur, tam terris,
domibus, ædificiis, libertates, opera acolanorum, vineis, ſiluis, campis, pratis,
paſcuis, cultis & incultis, aquis, aquarúmue decurſibus, omnium præſidium,
& omne genus peculium vtriuſque generis ſexûs; quod dici aut nominari po-
teſt, ſeu & inanteà augere vel meliorare potuero, ipſo Monaſterio perennis tem-
poribus ibidem proficiat in augmentis. Si quis verò, aut ego ipſa, aut aliqui ex
hæredibus meis, aut qualiter vlla obpoſita perſona aduersùs præſentem Donatio-
nem, quam ego pleniſſimâ voluntate meâ fieri & firmare rogaui, quolibet ingenio
venire, aut infringere conatus fuerit, in primis in iram æterna Trinitatis in-
currat, & à liminibus Sanctorum vel bonorum hominum Chriſtianorum vel ip-
ſius ſancti loci extraneus excommunicatus permaneat, & inſuper inferat parti-
bus ipſius Monaſtery vnà cum fiſco auri libras duas, argenti pondo quinque eſ-
ſe multandum. Præſens quippe Donatio omni tempore firma ſtabiliſque maneat
perſiſtendo ſtipulatione ſubnexa. Actum Senones. Ingoara Donationem hanc à
me factam ſciatis. In Dei nomine Ebbo peccator Epiſcopus ſubſcripſi. Gaude-
gengus Archidiaconus ſub. Filex lector. Leodechinus. Boſo indignus peccator
Abba. Auſtrapius Lector. Leotarius peccator Abba. Agobaldus. Ermenaldus.
Ego Ermenbertus rogante Deo ſacrata Ingoarana hanc donationem ſcripſi &
pernotaui ſub die XII *Kal. Nouemb. anno primo Regni Domini noſtri Dago-*
berti Regis, id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo vndecimo. In iiſdem mo-
numentis [a] extat & Donatio Leotheriæ, ſic. *Domina ſemper ac venerabi-* a Pag. 615.
li Baſilica Sancti Petri Apoſtoli, quæ eſt conſtructa ſub oppidum Senonis ciuita-
te, vbi Domna Theodechildis Regina requieſcit in corpore, vbi venerabilis Vi-
raiboldus Abba vel Monachi ſub ſancta Regula deſeruire videntur. Leotheria
ſiue Mummia timens Deum, cogitans de æterna retributione, vt mihi Dominus
Deus in futurum aliquid de peccatis meis minuere dignetur; vel pro loco ſepul-
turio corpuſculum meum, vt in ipſo ſacro loco Monaſterio Sancti Petri ſepelire
mereretur. Propterea dono ipſi Monaſterio ſuperiùs memorato illum manſum in-
dominicatum & ipſam Eccleſiam ad ipſum manſum pertinentem, quæ Eccleſia eſt
in honore Sancti Petri, & illas res tam de paterno quàm de materno, vel de
quolibet atracto mihi obuenit; qui coniacet ipſe manſus & illa Eccleſia & illa
*res in pago Laſtcenſe *, in villas nuncupantes Retiaco ſiue Pauliaco cum om-* * *Lauſſois.*
nes adiacentiis ſiue mancipiis meis, vel omnes portiones meas, ſiue ingrediciis
tam in manſis quàm in farinariis, ſeu & ſiluis, necnon & in pratis, paſcuis,
aquis, aquarumue decurſibus, omnium præſidium & omne genus peculium
vtriuſque ſexûs generis, quod dici aut nominari poteſt, ſeu & inanteà augere
& meliorare potuero, ad ipſum Monaſterium perennis temporibus ibidem profi-
ciat in augmentis. Si quio verò (quod futurum eſſe non credo) ſi ego ipſa,
aut aliquis de hæredibus meis vel vlla qualibet obpoſita perſona, qui contra hanc
epiſtolam Donationis venire conauerit, &c. vt ſuprà. *Actum Baſilicâ Sancti*
Petri. Leotheria ſiue Mummia hanc epiſtolam Donationis fieri & firmare rogaui.
Ragnoaldus Diaconus rogitus ſcripſit. Teutleoterius. Lupus. Donnus. Babo.
Norbertus. Magwinus. Teoderindus. Leutbertus. Quintodecimo XL. *Iun. an-*
no quinto Regni noſtri Chlodouei Regis Gundolandus Presbyter ordinante Dom-
nâ Leotherſâ hanc epiſtolam ſcripſi & confirmaui. Hæc charta tantam, quan-

AN. CH. 750. CHILDERICI III. R. 7.

tam ſuperiot auctoritatem non meretut. Vitioſus eſt hic Character Chronologiens, *quintodecimo* KL. *Iun. anno quinto Regni noſtri Chlodouei Regis.* Clodoueus enim Tertins, cuius Regnum deſignatut, nec annum Principatûs ſni quintum attigit, nec in viuis ſuperſtes erat, cùm regimen Monaſterij ſuſcepit Viraiboldus ſeu Viraibodns Abbas, quem in ſua Donatione Leotheria tunc Abbatis officio fungentem ſic laudat, *vbi venerabilis Viraiboldus Abba vel Monachi ſub ſancta Regula deſernire videntur.* Ex antiquis Auctoribus, vt Tomo ſuperiore dictum eſt, alij Clodoueo Tertio duos, alij quatuor annos Regni, nullus quinque tribuit. Clodoueo Tertio ſucceſſit eius frater Childebertus Tertius, eóque regnante beatus Ebbo ex Abbate Sancti Petri factus eſt Archiepiſcopus Senonenſis. Id Anonymus, qui Tomo primo [a] Seculi tertij Benedictini publicatus eſt, in eius vita ſic docet. *Temporibus illis ſiquidem Regni Francorum ſceptrum dotinebat Rex Ghildebertus pater Dagoberti iunioris. Contigit autem ipſa in tempore venerabilem Gericum auunculum beati Ebbonis, qui Sonnenſis Eccleſiæ regimen tunc videbatur tenere, curſu præſentis vitæ peracto, è ſeculo migraſſe, populúmque in ſuo interitu in mærore reliquiſſe. Nec multò pòſt plebs Senonum orbata parente, de Archiepiſcopi ſucceſſione deliberatura, vnum eſt coacta in locum. Sed nimiùm inter ſe differunt, dum priuato quiſque captus amore, poſtpoſito merita, iuxta ſuum elegit animum. Tandem cælitus inſpirati, vnâ voce Ebbonem Monaſterij Sancti Petri Abbatem Regi ſupradicto*, nempe Childeberto Tertio, *flagitantes requirunt, quem carnis paſſionibus mortuum iam ſpiritaliter viuere norunt. Quod vt ad aures eius peruenit, omni mentis niſu renuit, ſeſéque tanti arce culminis indignum proclamauit. Verùm illis in incœpto perſiſtentibus, & ſe numquam eum relicturos obnixè teſtantibus, vi populi pietate deſalati, precantiúmque lacrymis flexus, ſpopondit ſe eorum condeſcenſurum ſupplicationibus. Qui ſtatuto die eſt cum tripudio & plebis alacritate adſumptus, Pontificalique Infulâ ſublimatus.* Ebbo igitut tegnante Childeberto Tertio Senonenſis Archiepiſcopatûs adminiſtrationem ſuſcepit, quam anno Chtiſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-qninto dimiſit Childerico Tertio Rege tum puero, prædicti Childeberti pronepote. Clarius eo tempore, quo Senonenſem Atchiepiſcopatum geſſit Ebbo, duos Abbates Sancti Petri Viui, Chtodolinum ſcilicet & Viraibodum, agnoſcit. Ingoaræ Donationem ad Chrodolini Abbatis tempora ſic refert, *Ingoara Deo ſacrata, ſoror S. Ebbonis fecit Teſtamentum de hæreditate ſua beato Petro, quæ cumiacet in pago Tornadorenſi, Donno Chrodolino tunc Abbate.* Deinde Viraibodum Chrodolino ſic ſnfficit, *defuncto autem Chrodolino ſucceſſit ei Viraibodus.* Additqne Donationem à Leoteria factam fuiſſe Viraibodo tum Abbate, confirmatámqne ab Ebbone adhuc ſuperſtite. *Succeſſit*, inquit, *ei*, nempe Chtodolino, *Viraibodus, cuius in tempore alia ſoror B. Ebbonis Leoteria, & Mummia ſimiliter Deo ſacrata, dederunt cunctam hæreditatem ſuam beato Petro, viuente adhuc & confirmante beato Ebbone fratre ſuo.* Ergo Ingoaræ Donationi Donatio Leotetiæ perperam præponitur, & quia Ingoaræ Donatio *die* XII *Kal. Nouemb. anno primo Dagoberti* Tertij *Regis* conſignatut, Leotetiæ Donatio malè reuocatur ad ætatem Clodouei Tertij, cui ſucceſſit in Regnum Childebertus Tertius, ipſius Dagoberti Tertij parer ac deceſſor. Præterea Leotheriæ charta ipſam Leotheriam cum Mummia ſic confundit, *Leotheria ſiue Mummia timens Deum*, &c. item, *Leotheria ſiue Mummia hanc epiſtolam Donationis fieri & firmare rogaui.* Leoteriam autem à Mummia ſic diſtinguit Clarius. *Alia ſoror B. Ebbonis Leoteria & Mummia ſimiliter Deo ſacrata, dederunt cunctam hæreditatem ſuam beato Petro.* Donationes ab Ebbonis Atchiepiſcopi ſororibus Ingoara & Leothetia Monaſterio Sancti Petri factas haud negamus, ipſarum quoque Donationum chartas ex illius Cœnobij chartulario publicatas haud inficiamur, poſteriori tamen chartæ, quæ Donationem Leotheriæ complectitur, fidem

[a] Pag. 649.

AN. CH. 750. CHILDERICI III. R. 7.

abiudicabit æquus Lector ob næuos quos in ea deprehenderit, nec arbitrabitur validum inde ſumi argumentum, vt & Chronologia Regum Francorum corrigatur, & anni quinque Clodoueo Tertio tribui poſſint. Certè, vt aliquid auctoritatis illi chartæ ſeruetur, Clodouei Regis loco Rex alius in ſubſcriptione ſubſtitui debet. Non deſunt Francorum Reges, qui, Ebbone Archiepiſcopo tum Senonenſi, quintum Regni annum attigerint impleuerintque. Dagobertus Tertius *regnauit annos* IV, *obiit in* V. Chilpericus Tertius deceſſit anno Regni ſexto iam incboato. Theodoricus Quartus Regnum longè vltra quinquennium tenuit. Childericus Tertius, cùm Ebbo Senonenſem Archiepiſcopatum abdicauit, annum Regni ſecundum adhuc agebat, ſed, cùm idem Ebbo ex hac vita migrauit, annum Regni ſeptimum iam numerabat, itaut Ebbo Leoteriæ ſororis Donationem anno Childerici Regis quinto confirmare potuerit. In his diutiùs immorati ſumus, quoniam æquo animo nonnulli ferre nequeunt, quòd ſuperioribus Tomis pleraſque chartas ex Eccleſiarum Tabulariis prolatas, aut omnino reiecimus vt ſuppoſititias, aut interpolationibus ac mendis, quibus deturpatæ erant, purgatas edidimus. Theodechildis, quæ Monaſterium Sancti Petri Viui fundauit, ipſummet exploſimus[a] Præceptum vt ridiculum ac falſum, nec adhuc occurrit quidpiam, quod ab ea nos ſententia reuocarit.

[a] Tom. 2. ad an. 564.

III. ABBATES S. REMIGII SENONIS.

Iiſdem Ebbonis Archiepiſcopi temporibus florebant Senonis alia duo Monaſteria, vnum Sancti Remigij, alterum Sancti Ioannis Euangeliſtæ: illud virorum, hoc puellarum. De priore egimus Tomo ſecundo ad annum Chriſti ſexcenteſimum decimum-quartum[b], cùm ſermo nobis fuit de Lupo Senonenſi Epiſcopo & Medegiſilo Abbate, cuius ſucceſſores ſub Meroueadis Regibus hi fuerunt, Bemedis, Dagobertus, Decterius, Aremericus, Hircocontius, Dacapatus, Dicardus, Dotrannus, & Adhebertus. Lege Sammarthanos in Gallia Chriſtiana[c], ibique obſerua ſeptimum locum poſt Adhebertum tribui Baiulando, qui Wenilonis Archiepiſcopi Senonenſis tempore vitam clauſit. De puellari Monaſterio Sancti Ioannis Euangeliſtæ egimus Tomo primo ad annum Chriſti quingenteſimum ſeptimum, nec hic quidquam addendum habemus, quia perierunt omnium Abbatiſſarum nomina, penes quas ad euerſionem vſque Monaſterij, id eſt, ad annum vſque Chriſti octingenteſimum ſeptuageſimum-ſecundum, regimen Monialium fuit.

[b] Num. 18.

[c] Tom. 4.

MON. PVELLARIS S. IOANNIS

IV. ABBATES S. CARAVNI.

In eadem Gallia Chriſtiana ponitur hoc anno mors Heruei Abbatis, qui Monaſterium Sancti Carauni in Diœceſi Carnotenſi per annos viginti rexit, ſucceſſorémque nactus eſt Dodonem, cuius Præfecturæ tribuuntur anni duo ſupra viginti.

V. IOANNES EP. AVENIONENSIS OBIT.

Ioannes Auenionenſis Epiſcopus, de quo ſæpè locuti ſumus, hoc circiter anno diſceſſit è vita, cùm Diœceſim annis circiter triginta rexiſſet. Sedes aliquot annis vacauit. Lege Franciſcum Nouguierum in Hiſtoria Auenionenſi[d], & interpontificij cauſam omnem in varias refunde clades, quas ciuitas Auenionenſis à Saracenis, eodem Ioanne tum Pontifice, paſſa fuerat, vt ſuis locis obſeruauimus.

[d] In Epiſc. 18. 19.

VI. BONVS FIT EP. SEGESTARICENSIS.

Hoc anno, qui, poſt obitum Amantij Segeſtaricenſis Epiſcopi, viceſimus-primus numeratur, Bonus Segeſtaricenſis Epiſcopus ordinatus eſt, vt ex Chronologia Segeſtaricenſium Epiſcoporum ad annum Chriſti ſeptingenteſimum vndequadrageſimum[e] ſtabilita liquet.

[e] Num. 22.

VII. MON. FLAVINIAC. AVGETVR. REDDITIBVS.

Hoc eodem anno, Childerici Regis ſeptimo, cùm Gayronius Auguſtodunenſis Epiſcopus & Abbas Flauiniacenſis eſſet, amplis reditibus auctum eſt Monaſterium Flauiniacenſe, ſic enim in ſuo Chronico ſcribit Hugo. *Tempore etiam eius*, nempe Gaytonij Epiſcopi & Abbatis, *dedit Baro Sancto Praiecto*, id eſt, Cœnobio Flauiniacenſi, *Pulliniacum cum Eccleſia, Magniacum, Pruiniacum, & vxor eius Puteolos, Opiſtrariacum, Cleriacum, anno ſeptimo Childerici.*

AN. CH. 750. CHILDERICI III. R. 7.

In hunc annum, vt alibi iam probauimus [a], reiicienda ſunt initia Herſfeldenſis Monaſterij, quod Bonifacius Moguntiacenſis Archiepiſcopus in ſua inchoauit Diœceſi, promouit Sturmio Fuldenſis Abbas, perfecit Lullus poſt Bonifacium Moguntinus tunc Archiepiſcopus.

VIII. Tomo ſuperiore ad annum Chriſti ſeptingenteſimum duodeuiceſimum retulimus primordia pauperis Cellæ, quam pro perpaucis Monachis inter Paarum * & Gelonum * amnes in Auguſtana Diœceſi tunc Alto vir Apoſtolicus erexit. Erga illam Cellam munificentiſſimos ſe præbuerunt Carolomannus eiúſque frater Pippinus, *qui*, teſte Hundio, *circa annum Domini 750 magnam partem ſyluæ dono dedit.* Et in additionibus hæc paulò pòſt ſubiiciuntur. Pippinus, *quoniam peregrinorum pauperum, Deóque famulantium curam geſſit, magnam ſyluæ illius partem, in qua S. Alto habitauit, ſibi poteſtate habitâ tradidit. Vnde factum eſt, vt quem Rex* ſeu Maior-domûs *tantâ donatione venerabatur, à plurimis, tam longè quàm propè poſitis honoraretur, certatímque fideles & religioſi quilibet de Alemannia & Bauariæ partibus, in quarum confinio ſitus eſt ipſe locus, qualiter illum viſitarent, eíque de ſubſtantiis ſuis ac facultatibus miniſtrarent. Huiuſmodi ergo beneficiis vndique ſuffultus, maximam ſyluæ traditæ portionem extirpauit, & in planitiem frugiferáque iugera coæquauit. Deinde cùm poſt aliquot annos ex manuum ſuarum labore, aliorúmque ſibi ſubuenientium ſupplemento, terra exculta meſſem copioſam edidiſſet, paritérque ex oblatione fidelium quotidie ad eum confluentium ſubſtantia rerum victualium feliciter excreuiſſet, cœpit vir Dei ſollicito corde tractare qualiter hæc omnia ad honorem illius, à quo ſibi venerat attributa, poſſet retribuere. Hac eo tractante conſtruxit habitacula ſeruitio diuino apta, necnon Monaſterium Religioſorum, & ſpiritualis vitæ amatores aſſumpſit, ſecúmque habitare fecit. Quapropter vſque in diem hodiernum locus ipſe dicitur Altonis Monaſterium.* Hæc omnia leguntur in Metropoli Saliſburgenſi [b], conglobatímque à nobis hoc loco recitantur, quia nullum Characterem Chronologicum exhibent præter annum Domini ſeptingenteſimum quinquageſimum, quo magnam ſyluæ partem Altoni à Pippino traditam affirmant, ceterarum rerum ordine non parum interturbato.

[a] Ad an. 745. n. 80.

MON. HERSFELDENSE INCHOATVR.

IX.

* Le Par.

* Le Glon.

ALTONIS MONASTERIVM DITATVR A PIPPINO,

[b] Tom. 2. in Alten-Munſter.

X. Alto, *qui pauperem primùm Monachorum Cellam ſub A. C. 718 condiderat, obiit decrepitus ſub A. C. 755.* Ita ſcribit [c] Gabriel Bucelinus Monachus Weingartenſis. A primo igitur Cellæ conditu ad ipſius Altonis obitum effluxerunt anni ſeptem ſupra triginta, & idem Alto prædictæ Pippini Donationi quinque duntaxat annos ſuperuixit. Ex hac autem computatione non obſcurè patet erectum priùs Monaſterium, quàm Pippinus magnam ſyluæ partem Altoni dono dederit, & in eo Cœnobio congregatos priùs Monachos, quàm Alto ſenium ætatémque attigerit decrepitam. Character, qui Pippininæ Donationi præfigitur, non videtur reprobandus, illa enim Donatio facta eſt Carolomanno Pippini fratre in Italiam iam profecto. De Monaſterij dedicatione hæc adduntur in Metropoli Saliſburgenſi. *Sanctus Præſul Bonifacius, qui eo tempore in Germania verbi diuini propagator eximius habebatur, viſionis diuinæ nutu quodam admonebatur, vt ad S. Altonis Monaſterium celeriter pergeret conſecrandum. Cúmque ille adueniens more ſolito vellet ita conſecrare, vt mulier nulla deberet illud intrare, poſtulauit B. Alto, ne tali pacto ſuum Oratorium conſecraret, dixit maximè opus viris, ſæpiùs ad opera varia procul egreſſis, vt vxores eorum domi remanentes orent pro ſe ſuíſque viris. Cuius petitioni conſentiens mox S. Bonifacius Eccleſiam quidem conſecrando tam fœminis quàm viris fecit eſſe communem, ſed fontem quendam in eodem loco iuxta Eccleſiam poſitum eâ benedixit ratione, vt mulieri nulli liceret ad eum accedere & haurire.*

[c] Part. 2. German. Sacr. in Vveingarten.

XI. Hoc Monaſterium *in Alemannia & Bauariæ* ſeu Boioariæ *confinio* ſitum affirmat idem Auctor textu iam citato. Anno Chriſti ſeptingenteſimo decimooctauo, ſiue cùm Cellam Paarum inter & Gelonum fluuios Alto condidit,

AN. CH. 750. CHILDERICI III. R. 7.

nec Reginoburgi, nec Friſingæ Sedes Epiſcopalis erat conſtituta. Quapropter, etſi tractus terræ, qui prædictos inter amnes medius eſt, ad Boioariam tunc pertineret, ipſam Altonis Cellam, propter Auguſtæ * viciniam, in Auguſtana Diœceſi collocauimus. At idem locus poſt aliquot annos Epiſcopatui Friſingenſi attributus eſt Epiſcopali Sede fixâ Friſingæ, Boioariâque quatuor in Diœceſes à Bonifacio diſtinctâ. Nec deſunt Apoſtolica Diplomata [a], quæ teſtentur Monaſterium Altonis, vulgò *Alten-Munſter*, *Friſingenſis* eſſe *Diœceſis*.

* *Augſbourg.*

IN DIOECESI FRISINGENSI.

[a] Tom. 2. Metrop. Saliſb. in *Alten-Munſter*.

XII.

Gabriel Bucelinus Weingartenſis Monachus multa de Monaſterio Weingartenſi ſcripſit parte ſecunda Germaniæ Sacræ, quam anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo-quinto publicauit, & in Monaſteriologia quam inſtar additionis, vt notitia Germanicorum Cœnobiorum meliùs babeatur, anno pòſt ſeptimo in lucem emiſit, præfixo titulo in Germania Sacta *Weingartten*, & in Monaſteriologia *Weingarttenſe*, ſupple *Monaſterium*. In Germania Sacra egit de primo conditu Monaſterij, Catalogúmque texuit Abbatum à Sancto Altone vſque ad Dominicum *Layman de Liebenaw* tum ſuperſtitem, & in Monaſteriologia poſt amplificatam duorum Abbatum commendationem nihil adiecit omnino præter indicem Reliquiarum, quas Aſcetæ Weingartenſes in ſuo Cœnobio cuſtodiunt.

XIII.

Quid autem Altonis Monaſterio Diœceſis Friſingenſis commune ſit cum Weingartenſi Diœceſis Conſtantienſis, idem Auctor ſic indicat in Germania Sacra. *Weingartten peruetuſtæ & magnifica fundationis, Ordinis S. P. Benedicti Cœnobium, à Pipino primùm Maiore domûs Regia, Brabantia Duce, & Alemannia Rectore, qui poſteà Galliarum Rex creatus eſt, fundatum, ad inſtantiam S. Altonis, Scotia Regis filij, Germania, & Lycatiorum imprimis atque Ambronum & Vindelicorum Apoſtoli, qui Paarum inter & Gelonum amnes pauperem primùm Monachorum Cellam ſub A. C. 718 condiderat, Apoſtolicos illic cum ſuis diſcipulis labores ſolatus. Demeruit optimè meritum Pipinus, & ſtruendæ nobiliſſimæ Abbatia ampliſſimos agros, ſyluas, paſcua, aliáque contulit, qua deinceps Rex factus & Carolomannus frater Regiâ auxere munificentiâ & fundationem confirmarunt. Verùm cùm tertio pòſt ſeculo, Aulicorum Guelphonis Principis licentia, Aduocatiæ peſſimè geſto titulo, pleraque deuoraſſet, vt vix iam pauculi Aſceta Abbatem eligere prohibiti an iam coacti paupertate miſeram illic vitam agerent; viſus vſque tertiò comminari ſupremum tribunal Principi S. Alto, ſic Guelphonem permouit, vt damna non ſolùm à ſuis illata omnia reſarciret, ſed & fundatam ab Ethicone in Ambergow Monachorum Cellam adiungeret, eligendique denuò Abbatis poteſtatem liberrimam concederet. Fuerúntque deinceps tanto in pretio eius loci Religioſi, vt cùm eorumdem præſentiâ Princeps agerrimè careret, illorum de voluntate totam fundationem Altorffium transferret: Guelpho denique Tertius ibidem in monte Regiam ſuam cederet*, ſiue, vt idem Bucelinus in Beringero Abbate obſeruat, Regiam ſuam cederet *in monte Vinearum, ſic dicto, quòd Sacellum Regia S. Martini in Vineis diceretur, olim vt creditur vineâ circumdatum*. Atque inde factum, vt Cœnobium, quod ab Altone conditore *Alten-Munſter* ſiue Altonis Monaſterium primò dictum eſt inter Paatum & Gelonum amnes, deinde Altorffenſe ab oppido *Altorff* Diœceſis Conſtantienſis, in quod à Guelphone Secundo Altorffenſi Comite tranſlatum eſt, nouiſſimè à Vinearum monte Weingartenſe ſeu Monaſterium Vinearum nuncuparetur. *Vinearum*, ait Bruſchius [b], *potentiſſimum ampliſſimúmque inſtituti Benedictini Cœnobitarum in Conſtantienſi Diœceſi domicilium, non procul à Rauensburgo Imperiali in Sueuis ciuitate, in peruetere pago Altorff ad Schuſſium amnem, eo ipſo ſed paululùm editiore loco ſitum, in quo antiquitus patria, natale ſolum, & auita ſedes Principum Altorffenſium fuit, ac ex eorumdem ſemine natorum Guelphonum, potentiſſimorum olim Sueuia Regulorum.*

CVR DICTVM ALTORFFENSE,

[b] In Chronol. Monaſt. Germ.

ET WEINGARTENSE.

AN. CH. 750. CHILDERICI III. R. 7.

XIV. Pippini Titulos, de quibus cum Bucelino non conuenimus, hîc examinandos non ſuſcepimus. Locus enim id vnum à nobis poſtulat; vt varias ſortes, quas temporis lapſu cœtus Monachorum ab Altone congregatus ſubiit, ob oculos exhibeamus, vnde intelligas, quâ ratione quóue ſenſu idem Alto Monaſterij Weingartenſis à prima ipſiuſmet Altonis ſtatione procul diſſiti patronus & conditor legitimè dici poſſit. Pauper Altonis Cella, cuius initia Paarum inter & Gelonum amnes ſub annum Chriſti ſeptingenteſimum duodeuiceſimum referuntur Epiſcopatu Friſingæ nondum erecto, creuit paulò pòſt in illuſtre Monachorum Aſceterium, quod quia ſitum erat in Boioaria, nouæ proximæque Friſingenſium Diœceſi attributum eſt. Illius Monaſterij primus Abbas idem qui fundator Alto, Maioribus-domûs Carolomanno & Pippino chariſſimus, & ab vtroque valdè locupleratus obiit Pippino iam Rege, ſuùmque nomen, quod adhuc hodie perſeuerat, loco reliquit inditum. Inde celebre in Hiſtoriis Altonis-Monaſterium, vulgò *Alten-Munſter* & *Alto-Munſter*. Ibidem manſerunt Altonis ſucceſſores vſque ad Henricum Abbatem, qui teſte Bucelino, *vltimus in Alto-Munſter, primus in Altorff, cum vniuerſo conuentu eò migrauit anno 985*. Tunc apud Altorffium ſub Hiltrude Abbatiſſa florebat puellare Manaſterium, cuius primordia *ſub A. C. 910.* collocantur [a]. Monialibus autem inde cum Hiltrude Abbatiſſa ſua in Altonis-Monaſterium ſiue *Alten-Munſter* tranſlatis, viciſſim ex *Alten-Munſter* Henricus Abbas cum ſuis Monachis Altorffium migrauit. Abhinc Abbates Aſcetæque dicti ſunt Altorffenſes, qui priùs Alto-Monaſterienſes ſiue *in Alten-Munſter*, &. Abbatiſſæ Monialéſque Alto-Monaſterienſes ſiue *in Alten-Munſter* nuncupatæ quæ priùs Altorffenſes. Henrico Abbati ſucceſſit in adminiſtrationem Altorffenſis Monaſterij Luitholdus, tum Brandiſo, deinde Beringerus, qui primus, poſt Altorffenſis Monaſterij conflagrationem, in Palatium Comitis Altorffenſis ſiue in montem Vinearum anno Chriſti milleſimo quinquageſimo-quinto cum ſuis Monachis ſe recepit. Ante illam migrationem nomen Monaſterij Weingartenſis non auditur, imò poſt illam migrationem non ſtatim videtur in vſu fuiſſe, ſeriùs enim Romani Pontifices mentionem Abbatum ac Monachorum Altorffenſium in ſuis Diplomatibus fecerunt, vt obſeruat Bucelinus in Germania Sacra, vbi de Altorffio Sueuiæ ſiue de Altorffio Diœceſis Conſtantienſis loquitur. Cùm igitur quandoque Sanctum Altonem Patronum aut Conditorem Weingartenſis Monaſterij legis, id adeò ſtrictè ne ſumas, vt apud Altorffium in monte Vinearum Weingartenſe Monaſterium à Beato Altone conſtructum putes. Alto in Boioaria Paarum inter & Gelonum amnes procul ab Altorffio Sueuiæ Monachos congregauit, qui diuerſis poſteà migrationibus Altorffium Sueuiæ atque in montem Vinearum tranſlati ſunt, & licèt Altorffenſes ab Altorffio, Weingartenſes à monte Winearum dicti ſint, Sanctum Altonem Patronum ſuum ac primum inſtitutorem appellare non deſtiterunt. Ne tamen tempora confundere videamur, Monachos ab Altone Paarum inter & Gelonum amnes in Boioaria conſtitutos, eorúmque poſteros ſeu ſucceſſores, de quibus agendum nobis erit, nec Altorffenſes, nec Weingartenſes vocabimus, quia Diœceſis Friſingenſis, vbi ſitum Altonis Monaſterium, totáque Boioaria ſub Francorum Regum poteſtate priùs eſſe deſiit, quàm inde Monachi vel Altorffium vel in montem Vinearum cum Henrico Abbate ſuo transferrentur.

[a] Ap. Bucelin. part. 2. Germ. Sacr. in *Altorff.*

XV. RVTHARDVS EP. CVRIENS. OBIT. Apud eundem Bucelinum [b] hoc anno ponitur obitus Ruthardi Curienſis Epiſcopi, cui ſucceſſit Baldebertus Abbas Fabarienſis, de vtroque enim ſic ille. *A. C. 750. Ruthardo Curienſium Pontifice extincto*, *nuper*, id eſt, anno priore, *electus Fabarienſium Abbas B. Baldebertus*, *ſummâ inſtantiâ poſtulatur, ægrè à ſe dimittentibus Monachis, ab illo non aliter atque cæleſti ſydere illuminatis, vnde inſigni honoratus elogio à patribus priſcis, inter illuſ-*

[b] In Chron. Rhætiæ.

tres

rres illuſtriſſimus dictus eſt. Ei ſucceſſit in regimen Fabarienſis Monaſterij Lupicinus ſeu Luxinius Abbas inſignis.

AN. CH. 750. CHILDERICI III. R. 7.

Nicolaus Serarius [a] Bonifacium Archiepiſcopum Moguntinum hoc anno Romam vltimò profectum, atque inde in Germaniam reverſum ſcribit, additque anno proximo Burchardum ab eo Wirceburgenſem Epiſcopum promulgatum. *Romam profectus vltimò indidémque reverſus 750, Wirceburgi Epiſcopum promulgat S. Burchardum 751.* In opinionis ſuæ confirmationem, è vita [b] Sancti Burchardi, quæ plurimis fabulis & anachroniſmis ſcatet, hanc narrationem benè longam tranſcribit [c].

BALDEBERTVS SVCCEDIT. LVPICINVS FIT ABB. FABARIENS. XVI.

[a] Not. 54. in vit. S. Bonif.

FABVLA

[b] Ap. Sur. d. 14. Octobr.

[c] Not. 44. in vit. S. Bonif.

XVII. DE BONIFACIO MOGVNTINO ET BVRCHARDO WIRCEBVRG. EP. REFELLITVR.

Bonifacius *ſpiritualium per omnia virorum crebro tractare curabat conſilio, qualiter eandem lucernam diuini ſpiritûs tam ſufficienter accenſam igne, Eccleſiæ ſuperponeret candelabro, & quemadmodum ad competentem perduceret effectum, quod de Sancti Kiliani Martyris populo acquiſitionis supernâ ſibi gratiâ fuerat reuelatum. Tandem tot templorum Spiritûs Sancti concordantium roboratus oraculis, Pipinum, qui Maior-domûs dictus, tunc Francorum Regnum ſub Childerico, ſolo nomine Rege, diſpenſabat, ſupplex adiit, eíque, ſuper capitulo præſenti, ſui cordis ſecreta reuelauit. Qui clementer more ſuo piis votis annuebat: neque hac ſolùm, ſed etiam ſuam ac Regiæ dignitatis Legationem, ſine literas ad Sedis Apoſtolicæ Pontificem per eundem Præſulem deſtinabat. Aſſumpto itaque prædicto Burchardo Presbytero, niuoſa Præſul almus Alpium iuga non ſine multis tranſcendit periculis. Demùm quoque diuinâ eum gubernante prouidentiâ, ſaluo comitum & ſupellectilis ſuæ numero, mœnibus præſentatur Romuleis. Præerat his temporibus Romanæ Eccleſiæ Zacharias Pontifex, ſummus ouilis Dominici Paſtor, tam verbis quàm exemplis aptiſſimus, ab Apoſtolo Petro huic Apoſtolico Pontificatui nullomodo incongruus. Hic amplo ſinu charitatis viros ex Germaniæ partibus aduentantes colligere ſolitus erat, ſatagens modis omnibus nouellæ plantationis in fide Chriſti gentes elicere ad expetitionem loci, qui ſicut antiquitus per ſecularem potentiam mundi caput extiterat, ita ſub Euangelicæ gratiæ tempore, per ſuſceptum Chriſti Imperium, & Principis Apoſtolorum gentiúmque Doctoris Martyrium ac ſepulturam, in primatum vniuerſalis Eccleſiæ profecerat* *. *Cùm autem eidem Apoſtolico Patri Moguntini Archipræſulis aduentus innotuiſſet, præmeditari cœpit, ſi quid cum tanto viro dignum Deo cooperari valeret. Audierat enim iamdudum Sanctitatis eius famam longè latéque vulgatam. Verumtamen, cùm ad hoc peruentum eſſet, vt, poſt ſibi datos amplexus, mutuis fruerentur colloquiis, cœpit Romanus Pontifex percontari, quo rudis adhuc Germanorum fides munimine fulciretur Religionis, vtrúmne gentibus, ſub diſciplinatu proficientibus nouæ eruditionis, diuini reſpectûs lucerna ſemper reſplendeat in augmentatione populi fidelis. Hinc Beatus Antiſtes Bonifacius cùm de his, & de omnibus, quæ interrogatus fuerat, veram ac diſtinctam reddidiſſet rationem, in extremis faſſus eſt hanc ſibi maximè fuiſſe veniendi cauſam, vti Wirciburgenſe oppidum Diœceſi ſuæ contiguum, Apoſtolicæ auctoritatis munimento, Cathedram Epiſcopalem ſortiatur. Retulit etiam venerandus Heros cauſam eiuſdem religioſæ intentionis in audientia tam Domini Apoſtolici, quàm vniuerſalis, quæ tunc fortè congregata fuit, Synodi, ſcilicet quòd quidam ſanctiſſimæ conuerſationis vir Scotigena Kilianus, olim ab Apoſtolica Sede Francis Orientalibus prædicator directus, & apud ciuitatem prædictam Martyrio cum ſociis conſummatus, modò multis miraculis ad tumbam ſuam clareſcat, & propter ipſum diuini fauoris indicium, Regi Francorum cunctíſque ſuis Optimatibus placere, vt, ad incrementum Eccleſiæ, ſalutémque tam nobilis prouinciæ, Sedes Epiſcopalis ibidem fiat. Laudabant omnes Chriſtiani Regis deſiderium, magnificabant ad hoc beneuolentiam Principum, induſtriam Præſulis, profectum Eccleſiæ creſcentis. Tunc Bonifacium diligenter cœpit percontari primò, quanam huic officio perſona poſſet legari, dicens rudibus in fide plebibus minimè congruere neophytum, ſecundùm præcepta Doctoris gentium. Dehinc ſi adhuc de fidelium collationibus vel oblationibus Epi-*

* *perfecerat.*

AN. CH. 750. CHILDERICI III. R. 7.

ſcopio ſufficerent prædia, quibus pauperum neceſſitas Clericorúmque ſuſtentaretur inopia, aſſerens Epiſcopum familiæ Chriſti diſpenſatorem, ſibi ſubiectis non modò ſpiritualem, ſed etiam victum prouiſurum eſſe carnalem. Beatus igitur Bonifacius munificentiâ charitatis præditus, prædiorum Epiſcopij ſui partem, Romano Pontifici complacitam, Wirceburgi Epiſcopio delegauit, vt futurus ibidem Epiſcopus, ſicut conſors exiſteret laboris Dominici, ita etiam fieret temporalis particeps ſuſtentationis, iuxta illud Apoſtoli. [Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.] His ritè peractis, à Romano Pontifice iterum perſona diſquiritur, quæ huic officio idonea deſtinetur. Tum verò admirandæ prudentiæ vir Moguntinus Antiſtes, omni honore dignum Presbyterum Burchardum in medium deducens, cœpit illum laudibus proſequi, ſuúmque probabile teſtimonium illius ſuperaddere probitati, aſſerens hunc ab occiduis partibus ante annos aliquot in ſuorum ſociorum contubernium aduenisſe, & ex hoc nihil vnquam in eo, quod Pontificali dignitate videretur indignum, reperiſſe. Ad hæc Papa glorioſus, corde vultúque iam hilarior effectus, agamus, inquit, fratres, gratias prouidentiæ Saluatoris noſtri, quia, vt verè dicitur, à Solis ortu vſque ad occaſum laudatur nomen Domini. Ab occaſu veniſſe teſtatur, per quem diuina pietas veri Solis ortum rudibus miniſtrabit populis; proſequamur ergo alacriter per noſtrum officium, quod diuinâ credimus ordinatione diſpoſitum; ſed anteà communi deuotione, Chriſti pulſemus clementiam, quatenus ſuam noſtro miniſterio porrigere dignetur dextram. Poſt hæc inito conſilio Coepiſcoporum, Cardinalium, totiúſque Romani Concilij, cunctorum corda ſimul & ora fauorabiliter concordantia ſibi inuenit, quatenus Wirceburgenſis ciuitas Orientalis Franciæ, Cathedrâ Pontificatûs inſigniretur; necnon & Burchardus, tam excellentis teſtimonij Presbyter, ibidem primus ab ipſo ſummo Sacerdote Præſul ordinetur & conſecretur. Quod mox ipſe cum omni deuotione & gaudio ſpiritali, totâ Romanâ cooperante Eccleſiâ feſtinauit adimplere, ritéque peractum Apoſtolicâ auctoritate, ratis quoque tam ſecularibus quàm Eccleſiaſticis adſtipulationibus, canonicè ac iure gentium modis omnibus curauit confirmare. Nam vbi Sanctus Zacharias electum Burchardum Chriſti chriſmate propriis manibus perfuſum, Chriſto chriſtum Domini ſatis ſupérque myſticis imprecationibus Eccleſiaſtico more commendauit atque ſacrauit, Priuilegiis eum Romanæ auctoritatis ſufficienter contra improbitates reproborum armauit: monitis paternis, quomodo paternè nouellam Chriſti vineam excoleret, inſtruxit: qualiter etiam paruam adhuc & inexercitatam nauiculam inter immenſos fluctus ſeculi gubernet, diligenter conſolatione Sancti Spiritûs animauit. Ad extremum literis commendatitiis, ſuo nimirum ſigillo, more maiorum, impreſſis, ad Principis Pipini patrocinia cunctorúmque fidelium Chriſti remiſit: & quod omnibus his excellit, Sanctorum Reliquiis ad ædificationem & tutelam nouæ Eccleſiæ copioſè ditauit. Deinde vterque Præſul facultatem recedendi rogant à Magiſtro, eiúſque pedibus aduoluti, benedictionis Apoſtolicæ contra omnia tam inſtantis itineris diſcrimina, quàm vniuerſa vtriuſque hominis in huius ſeculi pelago pericula, benigno muniuntur ſolatio. Sic vtique de cunctis, pro quibus venerant, reſponſis apprimè certificati, proprias ad ſedes redituri, cum maximo gaudio ſunt iter aggreſſi. Quos Romanus Pontifex, non ſine lacrymis paternæ pietatis, huiuſmodi proſequutus eſt vocibus & votis. Ite, inquit, iam in pace Chriſti, fratres chariſſimi, cooperatores agri Dominici, ſeminatores verbi diuini. Creſcat & multiplicetur fructus laboris veſtri, rore vel imbre nutritus Sancti Spiritûs. Cauete, quæſo, ne vobis, quod abſit, torpentibus vel dormientibus, in agro ſummi patris-familias zizania ſuperſeminet inimicus. Continuò intendite tempus meſſis, quando manipuli laborum veſtrorum Dominicis condantur in horreis potiùs, quàm faſciculi zizaniorum tradantur incendiis. Comitetur vos ſemper Angelica protectionis auxilium, quo perficere poſſitis omni tempore ſuſceptum Sacerdotale miniſterium. Suffragetur inſtanter, & in dies veſtræ ſollicitudini ianitor cæleſtis aulæ, à cuius ſacratiſſima Cathedra officium ſuſcepiſtis Paſtoralis curæ. Ipſius &

preces vitam veſtram tueantur, quæ, tempore tentationis, Saluatoris tutelâ defenſa eſt, ne à Satana velut triticum cribraretur.

XVIII. Aduersùs hanc narrationem, quam Neotericus tanto labore tantóque ſtudio concinnauit, lege quæ dicta ſunt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-ſecundum, quo Burchardus ordinatus eſt Wirceburgenſis Epiſcopus, & ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-tertium, quo idem Burchardus Synodum Germanicam cum aliis Epiſcopis celebrauit. Ex ipſis enim Zachariæ Papæ literis [a], quæ *Kalendis Aprilis, imperante Domino piiſſimo Auguſto Conſtantino à Deo coronato Magno Imperatore, anno viceſimo-quarto, Imperij eius anno ſecundo, Indictione vndecimâ*, id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-tertio, datæ reperiuntur, & Wirceburgenſis Epiſcopatûs nuper erecti Burchardíque iam Epiſcopi meminerunt, eundem Burchardum liquet Epiſcopum Wirceburgenſem factum fuiſſe, cùm nec Bonifacius Archiepiſcopatu Moguntino, nec Pippinus Maioratu per Auſtraſiam vbi Wirceburgum, nec etiam Childericus Regio Titulo potiretur. Conſule & ipſius Bonifacij vitam, hac perlectâ Burchardum non Romæ à Zacharia Papa ſed in Germania conſecratum à Bonifacio Wirceburgenſem Epiſcopum dices, eundémque Bonifacium ſub vltima Childerici Regis tempora Romam quartò profectum inficiaberis. Synodos quoque vitáſque Romanorum Pontificum reuolue, nullum Romæ Concilium ſub Zacharia Papa, vel anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo, vel anno proximo celebratum reperies.

[a] Ap. Sirmond. Tom. 1. Conc. Gall.

XIX. Auctor autem, in quem inquirimus, Bonifacium Romà cum Burchardo reuerſum, ipſúmque Burchardum ab eo Wirceburgenſi Eccleſiæ præpoſitum ſic ait. *Tranſmiſſâ dehinc, gratiâ Chriſti eos protegente, abſque vllius læſionis impedimento, Alpium difficultate, Dei quoque cum laudibus & canticis ſpiritualibus, poſt longa Bauariæ prouinciæ ſiue Alemanniæ ſpatia emenſa, gratos Orientalis Franciæ fines attingunt, in cuius penè medio poſitum ad oppidum Wirceburgenſe perueniunt. Quibus tam inibi inhabitantium, quàm ex vicinis locis multitudo hominum ingens occurrebat. Nam fama perueniens huc illos congregauerat. Qui omnes ad fontem vitæ corda ſitientia Chriſti Sacerdotibus offerebant, ac ſupplicibus admodum clamoribus ipſum aerem vſque ad ſidera, vt ita dictum ſit, implebant. Benè, inquiunt, venite, Patres benedicti à Domino; venite, ſerui Dei excelſi; venite, laboratores animarum noſtrarum: augmentate diuini ſemina verbi, à beato Kiliano olim nobis miniſtrata, quo vomere ſermonum veſtrorum exculta tellus noſtrarum mentium, dignos queat fructus ferre fidei bonorum operum. Quibus auditis, vterque Præſul præ gaudio lachrymas fuderunt; ſuiſque benedictionibus Chriſti gregem conſignantes, eidem Paſtori paſtorum tam deuotas oues intimis precibus commendarunt. Inter hæc egregius Archipræſul Bonifacius, in exultatione Spiritûs Sancti iam hilarior factus, in auribus omnium, huiuſmodi benedictionis & vaticinij ſermonem protulit. Felix eris amodò Wirceburgum, & inter Germaniæ non ignobilis vrbes; & quamuis temporibus quarumdam ciuitatum poſtrema habearis, tamen exornata corporibus Martyrum, inferior vltrà non haberis. In numero Trinitatis Martyribus tribus fulciris, ad ſuppletionem te tradis: ecce probitas iam acceſſit Burchardi Pontificis. Intereà peruentum eſt ad locum orationis, vbi, fuſis precibus, arreptum manu nouum Pontificem Romanus Legatus, id eſt, magnus Bonifacius, conſpectibus præſentauit totius populi circumſtantis. En, inquit, noſtrâ ſollicitudine vobis, fratres, acquiſitum, à Romana & Apoſtolica Sede conſecratum atque directum repræſento Pontificem, neceſſarium nouellæ fidei veſtræ, à Magiſtro meo Zacharia mihi commendatum exhibeo Patrem. Huic non adulatorium vel fictum, ſed verum & experimentis probatum, in conſpectu & auribus omnium veſtrum exhibeo teſtimonium, idipſum nimirum quod tam coram Principe Pipino, quàm coram vniuerſali Sacerdotum Magiſtro me conſtat perhibuiſſe*

XX.

AN. CH. 750. CHILDERICI III. R. 7.

nuper in Romano Concilio, in medio fratrum noſtrorum, videlicet quòd meritis, ſcientiâ, conditione & ætate, omnimodâque conuerſatione, Pontificali eſt officio dignus & idoneus, ſicuti iuſtum eſt ita me ſentire de huiuſmodi collaboratore, cui ſecurus mei laboris impertiar onus. Neminem autem veſtrum volo ignorare, filioli, cauſam iſtius, quod hodie in nomine Chriſti eiúſque ſponſæ coniunctione initiamur, officij. Primus itaque fundator veſtræ fidei Kilianus, ab Apoſtolica vobis Paſtoralitate tranſmiſſus, fidem, quam verbis docuit, hoc ipſo in loco Martyrij teſtimonio comprobauit. Ecce idipſum præſentis tumuli loquitur confeſſio, vbi, ad eius ſociorumque illius corpora, per ſanitates & miracula, credulitatis veſtræ diuinitus exercetur die noctúque confirmatio. Hæc mihi primùm gratia Chriſti per quendam fratrem noſtrum innoteſcere voluit, Adelhelmum ſcilicet Presbyterum, qui lumen oculorum, Dei iudicio ſibi ablatum, hic iuxta glebas Martyrij meritis eorundem recepit. Deinde numeroſis tanta Sanctitudo ſignis in noſtra Diœceſi manifeſtata, viſa eſt tam mihi, quàm cunctis circumquaque fratribus noſtris, non eſſe negligenda. Nunc verò virum hunc, omni honore dignum, conſenſu Principum electum, Apoſtolicâ confirmatione conſecratum, vice noſtrâ & Legatione Romanâ, quâ fungimur, vobis hodie proprium conſtituimus & præſentamus Epiſcopum; quatenus ab hodierna die & deinceps vniuerſa Sacramenta Eccleſiaſtica, id eſt Chriſma, & conſecrationes, & ordinationes, pœnitentiæ ac indulgentiæ per hunc Patrem veſtrum ſuóſque ſubiectos ac ſucceſſores canonicè adminiſtrentur, neque hæc veſtra, vt priùs, Moguntiæ vel vſpiam alibi, à nobis ſeu poſteris noſtris expetantur. Hunc vice Chriſti, cui credidiſtis, honorate. Huic Chriſti vobis præcepta tradenti, ac de cælis miſſo diligenter auſcultate; ipſi etiam, vtpote pro vobis in die iudicij rationem redituro, per omnia & in omnibus obedite. Decimas, & oblationes, Synodales Conuentus, feſtiuitates, & ieiunia, ac quaſlibet alias Chriſtianitatis obſeruationes, vt verè Chriſtiani Chriſtíque cohæredes, per ipſum vobis impoſita, iuxta Canonum Decreta perſoluite: ſed & de his omnibus in illa æterna vita mercedem æternam à iuſto Iudice, eodémque pio remuneratore, certiſſimè ſperate. Hæc multáque ſimilia his poſtquàm perorauit, illicò vox omnium quaſi vox vna in electionem & ſuſceptionem tanti Pontificis vnanimiter concordauit. Tunc ſenior almus literas Apoſtolicas, Wirceburgenſis Epiſcopatûs inſtitutionem confirmantes, plebíque præſenti, necnon in futurum vſque ad finem mundi ibidem Chriſto crediturae, conſolationem abundanter exhibentes, publicè recitari præcepit; ſícque tam à Deo quàm ab hominibus electum Antiſtitem Eccleſiaſtico more cum infinita cunctorum, qui aderant, alacritate atque tripudio inthronizauit. Deinde plebem ad propria remittens, ipſe cum Magnatibus cuncta, quæ ius Epiſcopij iuxta patriæ morem exigebat, per aliquot ibidem dies commorans, venerabiliter diſponebat, id eſt, terminum vndique nouæ Diœceſi, prout competens videbatur, diſtinguebat, Parochias Presbyteris per ſingulas plebes gubernandas diuidebat, & ſi qua, præter hæc, res expoſtulauit, vnà cum nouitio Præſule conſtituebat. Tandem vniuerſis, quæ ad præſens negotium pertinebant, domi foríſque, prout poterat, non ſegniter compoſitis, vnanimi valefecit amico & Coepiſcopo Burchardo, quem in propria Sede relinquens, ipſe Moguntiæ Metropoli ſe præſentaturus, poſt mutuas vtrinſque lacrymas, ad propria repedauit. Acta eſt hæc noua inſtitutio noui Pontificatûs apud vrbem Wirceburg, anno Dominicæ Incarnationis ſeptingenteſimo quinquageſimo-primo; anno verò ſexageſimo-ſecundo poſt paſſionem Sanctorum Martyrum Kiliani ac ſociorum eius, quæ incidit in annum Incarnationis Dominicæ ſexcenteſimum octogeſimum-nonum: ad incrementum Eccleſiarum Germaniæ, maximéque ad ſalutem totius Orientalis Franciæ, authoritate nimirum Zachariæ Papæ, conſenſu quoque Pipini iunioris Principis Franciæ, mediante Bonifacio Præſule Moguntino, beato verò Burchardo primo Pontifice ad eandem Cathedram conſecrato.

XX. Hac alterâ commenti parte, cuius Characteres Chronologicos ſatis ſupérque iam refutauimus, primus vitæ liber terminatur. Secundus eſt de

AN. CH. 750. CHILDERICI III. R. 7.

rebus à Burchardo geſtis in Pontificatu. Narrationis initium ducitur à fabulis, quæ de Legatione Romam miſſa, déque exauctorato per auctoritatem Apoſtolicam Childerico circumferuntur. Illas ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimnm-ſecundum, quo Pippinus regnare cœpit, abundè refellemus, oſtendemúſque nihil ea de materia in Sancti Burchardi vita legi, quod in Caroli Magni vita per Eginhardum conſcripta & in Abbatis Vſpergenſis Chronico non inueniatur, itaut qui Eginhardum & Vrſpergenſem refutarit, auctorem quoque vitæ Sancti Burchardi cenſendus ſit refutaſſe. Sub finem eiuſdem libri, Burchardus obiiſſe dicitur *quarto Nonas February, anno Incarnationis Domini ſeptingenteſimo nonageſimo-primo, poſt acceptum verò Epiſcopatum anno quadrageſimo.* Vt autem eum ad Infulas Epiſcopales anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo promotum aſſeruimns, ſic & probabimus hac è vita ſublatum quarto Nonas Februarias, anno Chriſti ſeptingenreſimo quinquageſimo-quarto, poſt ſuſceptum Pontificatum duodecimo, poſt dimiſſum tertio. Ea tamen computorum diſcrepantia difficultatem non leuem parit, quia Burchardi Pontificis anni, ſi qui reperiuntur in eius vita notari, cum annis Chriſti rectè componi non poſſunt, Auctore vitæ, quod initium Wirceburgenſis Epiſcopatûs ab anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo repetere debuit, poſt annos nouem ſeriùs in annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimnm-primum reiiciente. Quapropter multis de rebus, quæ diuerſis annis geſtæ ſunt, hoc loco conglobatim agere ſtatuimus, Auctoris prædicti Chronologiâ priùs emendatâ.

XXI.

Burchardus, quem Auctor vitæ Wirceburgenſibus anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-primo datum Epiſcopum ſcribit, ordinarus eſt Epiſcopus anno Chriſti ſeptingênteſimo quadrageſimo-ſecundo, Franciâ tum abſque Rege, Carolomanno & Pippino Maioratum gerentibus, Bonifacio Metropolitano regionario nec fixam Sedem habente. Anno pòſt ſecundo, quem iuxta vitæ Auctorem anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-tertio, iuxta noſtram opinionem anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quarto illigabis, corpora Sancti Kiliani ſociorúmque Martyrum è terra leuauit Childerico tum Rege. Poſt triennium autem, id eſt, iuxta vitæ Auctorem anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſexto, iuxta noſtram computationem anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſeptimo, eaſdem Reliquias in montem regnante quoque tum Childerico tranſtulit, & cæleſti viſione monitus prima Cathedralis Eccleſiæ fundamenta in eodem poſuit loco, vbi beati Martyres poſt paſſionem ſuam ſepulti quieuerant. Poſteà Monaſterium, vt piis illic exercitiis procul à tumultu vacaret, ſub nuncupatione Sancti Andreæ conſtruxit, falsóque perhibetur anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo Romam cum Bonifacio Archiepiſcopo Moguntino profectus. Chronologiâ ſuos ad calculos legitimè ſic reuocatâ, res ſingulas expendamus.

XXII. SS. KILIANI AC SOCIORVM ELEVATIO.

Auctor, in quem inquirimus, de Sancti Kiliani ſociorúmque Martyrum Eleuatione ſic diſſerit. *Beatus igitur Burchardus, cùm de die in diem, de virtute in virtutem, de bonis ad meliora proficere non ceſſaret, indéque fama ac memoria eius cunctorum longè latéque quaſi meliora indulcoraret, anno ſecundo ordinationis ſuæ*, id eſt, vt explicuimus, anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quarto, *tractare cœpit cum comprouincialibus Epiſcopis, multíſque viris religioſis, ſed maximè cum glorioſo Magiſtro ſuo Metropolitano Epiſcopo* tum regionario *Bonifacio, vti eorum conſilio & adminiculo corpora beatorum Martyrum Kiliani ſociorúmque eius, è loco, in quo ab infidelibus temerè poſita fuerant, leuaret. Collecto denique Clero ac populo, indixit ieiunium, vt digni poſſent reperiri, à quibus Sancti Martyres permitterent ſua corpora moueri. Conſtitutâ autem die Eleuationis Martyrum, confluxit vndique multitudo maxima populorum; alij Religionis ſtudio, alij recuperandæ ſanitatis deſiderio,*

AN CH. 750. CHILDERICI III. R. 7.

nonnulli etiam curioſitate miraculorum, vniuerſi tamen conuenerunt amore & veneratione Martyrum. Tunc venerabilis Pontifex Burchardus cum Crucibus & thuribulis omnique apparatu Eccleſiaſticæ Religionis ad locum ſepulturæ Martyrum proceſſit, acceptóque ſorculo primus fodere cœpit ſubuenientibus ſibi miniſtris, ad hoc opus anteà deſtinatis. Sed poſtquàm tellus egeſta eſt, nan altâ ſcrobe inuenta ſunt Martyrum corpora ita fragrantia, vt omnium circumſtantium nares ſuauitate tanti odoris replerentur. Carnibus quippe Martyrum iuxta carnis naturam in cinerem redactis, cetera, quæ cum illis fuerant defoſſa, penitus incorrupta inuenta ſunt, adeò vt nec folium de libris, nec fimbriæ corrupta videretur de veſtimentis. Illicò venerandæ Sanctarum Reliquiæ cum maximo Cleri plebiſque tripudio de terræ puluere leuantur, ac ſericis reuerenter inuolutæ palliis, manibus Sancti Præſulis, feretro, nuper ad hoc ipſum opus ornatiſſimè præparato, membratim componuntur, fitque denuò populi ingens concurſus, & inde conſtipata multitudinis tumultu, tam Epiſcopi quàm Cleri quadammodo præpeditur proceſſus. Ambiebat nempe multimodis conatibus popularis ille conuentus, ſi quis poſſet manu ferctrum tangere, vel tranſeunti ſuccumbere, ſiue manibus in altum eleuatis Deo gratias referre, aut econtrà flexis poplitibus ſeu ceruicibus quicquam deuotianis Chriſti Martyribus ſuppliciter impendere. Vox vna reſonabat omnium; Gloria in excelſis Deo; Laus Domino noſtro Ieſu Chriſto; necnon Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, & multa id genus. Tanta verò interim Miraculorum inſignia meritis Chriſti Martyrum coruſcare videbantur, vt, ſi qui fortè aderant, qui exemplo nimirum Thomæ Apoſtoli in fide titubarent, viſis tot Miraculis, ſolido roborè credulitatis firmarentur. Glorioſus autem Antiſtes Burchardus Chriſti Martyribus dono dedit, imò ſponſæ ſuæ Eccleſiæ Wirceburgenſi prædia in dotem contulit, quæ dudum cum Sancto Bonifacio commorans, & cum ipſo Palatium Regale frequentans, vel Parochias circuiens, conquiſierat, ſeu pretiis in ſua proprietatis ius ab ingenuis viris comparauerat. Illuſtres quippe Francorum & Optimates eundem virum in patria ſua ex cunctis progenitoribus ſuis ſatis nobilitatum audientes, inſuper mores illius omni religione & ſapientiâ præcipuos conſiderantes, nonnulli de remedio animorum ſuarum cum tali ſeruo Dei tractare cœperunt, indéque res ſuas, ſi quas Domino vouebant, per manus illius tutiſſimè conſecrari vel diſpenſari credebant. Itaque villam, quæ dicitur Michelſtat, quam ei Carlomannus Princeps quondam in proprium ius tradidit, ipſe legitimâ inueſtiturâ Sanctis Martyribus confirmauit. Similiter etiam Hohenburg, multáque alia allodia, quæ diuerſis in locis à nobilibus viris quacunque pacto ſuſceperat, coram multis fidelibus teſtibus, & omnium Orientalium Francorum Principibus, ad eorundem Martyrum Reliquias inueſtiebat. Inſuper ad ſupplementum noui Pontificatûs & amplificationem Eccleſiaſtici cultûs, alimoniam quoque Cleri tam futuri quàm præſentis, Regiâ munificentiâ collatum eſt Sancto Kiliano Caſtellum, quod Karelburg vocatur, cum fiſco Regali, cunctíſque illò pertinentibus redditibus, ac eandem traditionem teſtamento Regali, necnon Priuilegia Apoſtolici Præſulis Metropolitanus Pontifex Bonifacius vnà cum Principibus & Comitibus, Regis Pipini Legatione fungentibus, Sancto Kiliano ritè confirmauit, ac beato Burchardo præſenti Epiſcopo dotes ac decimas ſuæque Sedi contiguas Eccleſias in nouam eius Parochiam conterminauit. In hoc textu Childericum Regem loco Pippini iuxta præmiſſam obſeruationem repone.

XXIII. IMMINA FACTA CVM BVRCHARDO EP. WIRCEB. PERMVTATIONE SECEDIT IN KARELBVRG CVM SODALIBVS.

Eo tempore, inquit idem Auctor, *quædam virgo Deo deuota, natu ſimul & moribus nobiliſſima, ſuper montem, qui nunc Sanctæ Mariæ mons, ſiue Wirceburg antiqua, dicitur, continentiſſimam cum pleriſque voti eiuſdem fœminis degebat vitam, nomine Immina. Hæc habuit patrem, filium Gosberti Ducis, Hettanum nomine, quæ tam ſapientiſſimo nihilominus Conſiliario* Burchardo *cuncta cordis ſui reuelauit arcana. Inter quæ etiam huiuſmodi ſubintulit labiis tremebundis elogia. Credo, inquit, & gaudeo, pater poſt Chriſtum & in Chriſto.*

AN. CH. 750 CHILDERICI III. R. 7.

dilectiſſime, quòd per tuæ Sanctitatis præſentiam, Dominus noſter Ieſus Chriſtus neophytam hanc Eccleſiam ſublimare modis omnibus, ante mundi conſtitutionem, in ſua Maieſtatis & æternitatis præſcientia propoſuit, & idipſum nunc in oculis noſtris manifeſtare cœpit. Quapropter de me, prout ipſe humilitatem ancillæ ſuæ reſpicere dignatus fuerit, pro hoc ipſo precum mearum inſtantia, quandiu his artubus vtor, nullatenus deerit. Nec clam te, Pater, eſſe patiar, quòd iam quadraginta & vno ampliùs anno eundem anima mea ſponſum cum ancillis meis, quæ ſe mecum in eius præparant occurſum, ſub ancipite carnis ac ſpiritûs luctamine, nimis anxiè præſtolor: modò verò tuæ Paternitatis conſolatione, quam tandiu ardenter deſiderabam, abundè conſolata, vellem, ſi fieri poſſet, propter vitandum tumultum, quem amodò forſitan populi venientis ad fidem hoc in loco frequentia parabit, potiora quærere ſecreta. Opto enim, ceu beatus & iuſtus ille Simeon, quia viderunt oculi mei ſalutare Dei, lumen videlicet gentis Iſraël, iam fatiſcentibus membris, in pace dimitti. Eſt autem Caſtellum, quod Karelburg dicitur, Eccleſiæ veſtræ nuper augmento per diuinam gratiam collatum, Sancta nimirum Gertrudis, dum pro Chriſti amore procul carnalem illecebram fugeret, latibulum, & eiuſdem Dei famulæ & cæterarum ſecum conuerſantium antiquâ inhabitatione Sanctimonialibus non inconueniens habitaculum. Quòd ſi tuo, Pater alme, conſenſui placuerit & induſtriæ, Monaſteriolum in beneficium à te ſuſcipiam, iſtam verò paternam hereditatem meam iure gentium Sanctæ Wirceburgenſi Eccleſiæ perpetuâ proprietate ſtabilem atque firmam perficiam. Quid plura? Beatus Burchardus nactus eam optionem, id, quod rogabatur, voluntariè conceſſit, multâque diligentiâ ratâque adſtipulatione coram Regni Principibus, & maximè Francis Orientalibus, confirmauit eidem, vt venerabilis Immina Karelburg cum omnibus illò pertinentibus prædiis, in beneficium vſque ad vitæ ſuæ terminum poſſideret, mons verò Wirceburg cum ſuis appendiciis, id eſt, prædiis, redditibus, & terminis, omnimodíſque vtilitatibus, perpetuâ proprietate Wirteburgenſi Epiſcopio ſubiaceret. Quâ non tantùm precariâ, verùm etiam traditione poteſtatiuâ, legitimè teſtibus & ſcriptis delegatâ atque roboratâ, virgo Chriſti cum ſuis omnibus Karelburg contulit ſe, ibíque deinceps cum multis conſodalibus, ſponſi cæleſtis occurſui, vigiliis, ieiuniis & orationibus, cunctíſque bonis actibus ſe, quandiu ſuperfuit halitus in ea; continuè præparare non deſiit. Ad extremum verò poſt bonum certamen certatum, curſum conſummatum, & fidem ſeruatam, iuſtitiæ coronam à iuſto ſibi Iudice repoſitam receptura, carnis ſuæ, quam toties pro Chriſto crucifixerat, tangitur moleſtiis, nec multò pòſt ad cæleſtem thalamum ſe vocantis vocem dilecti ſui, cuius amore langueрat, auribus audiuit interioris hominis. Veni de Libano proxima mea, veni, coronaberis. Cui cùm lætiſſimo reſpondiſſet affectu, ſicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te, Deus; ſumpto viuifici Sacramenti viatico, ſocias ad bella ſpiritualia, quantùm valuit, viriliter vt ipſa eatenus virago fortis animauit, quibus & inter huiuſmodi alloquia vale vltimum fecit, móxque ſarcinulam lætabunda depoſuit, & ciuibus iuncta ſupernis, ad Agni Dei comitatum, palmâ virginitatis & voluntariæ paupertatis Martyrio pulchrè decorata, migrauit. Cuius venerandam corporis glebam vir Domini Burchardus in eodem Dei genitricis templo, quondam à beata Gertrude conſtructo, officioſè curatam, iuxta altare, verſùs Aquilonem, condignis cum exequiis, animam Chriſto commendans, ritè recondidit. Ex tunc vſque in hodiernum diem, vtrumque de prænominatis Caſtellis ex integro Sancti Kiliani proprietati, Sancto Pontifice Burchardo prouidente, ceſſit, hócque tam auſpicato procurationis illius & conquiſitionis initio, nouella plantatio Wirteburgenſis Epiſcopi modis omnibus, vt eſt dies hæc, ditari atque dilatari cœpit.

Immina igitur Hettani filia, Goſberti Ducis, quem Sanctus Kilianus XXIV.
anno Chriſti ſexcenteſimo duodenonageſimo ſuis concionibus ad Chriſtianam fidem perduxit baptizauítque, neptis, in montem, vbi Hettanus pa-

AN. CH. 750. CHILDERICI III. R. 7.

ter, teſte Crucio [a], Templum in honorem beatiſſimæ Virginis erexerat, anno Chriſti ſeptingenteſimo tertio receſſit, annóque pòſt quadrageſimo-primo, ſiue anno Burchardi Epiſcopi ſecundo, Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quarto, quo Reliquiæ Sancti Kiliani ſociorúmque Martyrum è terra leuatæ ſunt, habitâ cum eodem Burchardo Epiſcopo collocutione, quam ſuprà deſcripſimus, locum habitationis ſuæ cum Caſtello *Karelburg* permutauit, ibíque poſt aliquot annos obiit penè ſeptuagenaria. Hæc Chronologiæ nullomodo refragantur.

[a] Part. 1. l. 10. c. 10.

IBIQVE OBIT.

XXV. Maior eſt difficultas ſuper Sancta Gertrude, quam Immina latuiſſe ait in Caſtello *Karelburg*, dum pro Chriſti amore procul carnalem illecebram fugeret. Quæſtionem illam Tomo ſuperiore [b] iam attigimus aliâ occaſione. Wirceburgenſes Sanctam Gertrudem colunt. Quænam ſit hæc Sancta Gertrudis, haud conſtat. Filia Pippini paſſim vocatur. Sed cùm plures in Francia Pippini floruerint, inde diuerſæ prodeunt opiniones, pleriſque Pippinum Heriſtallium, nonnullis Pippinum Breuem Sanctæ Gertrudis patrem conſtituentibus.

[b] Ad an 735. n. 13.

GERTRVDIS COLITVR WIRCEBVRGI.

XXVI. Pippino Landenſi filia fuit Gertrudis, quæ coniugium temporibus Dagoberti Magni reſpuit, mortuo patre nuntium ſeculo remiſit, Niuigellenſi Monaſterio prima præfuit Abbatiſſa, relatáque eſt in Sanctorum claſſem *ex decreto Honorij Papæ Tertij*, vt obſeruat Baronius in notis ad Martyrologium Romanum, ſextodecimo Kalendas Aprilis, quo die ſic eius memoria celebratur. *Niuigella in Brabantia, Sanctæ Gertrudis virginis, quæ clariſſimo genere orta, deſpiciens mundum, & toto vitæ ſuæ curſu in omnibus Sanctitatis officiis ſe exercens, Chriſtum ſponſum in cælis habere meruit.*

AN FILIA PIPPINI LANDENSIS?

XXVII. Hanc Sanctam Gertrudem, de qua Tomis ſecundo ac tertio locuti ſumus, Auctor prolixioris vitæ ſcribit in Franconiam fugiſſe, ne matrimonio copularetur. *Nequiſſimus aduerſarius* diabolus *venerabili Pippino patri eius*, nempe Gertrudis, *iniecit, vt illud conſeruandæ virginitatis propoſitum crederet pueriles eſſe leuitatis, non diuinæ inſpirationis, voluit ergo eam petenti iuueni matrimonio coniungere. Beata virgo Gertrudis à pia matre occultata, quamdiu potuit, ſeſe ab aſpectu patris abſcondit, ſed cùm demùm prodita, diutiùs celari non poſſet, eiuſdem matris ſuæ auxilio fugit in partes Orientalis Franciæ, in locum, qui nunc de nomine Caroli Carleburg nuncupatur. Ibi ob votum tutandæ caſtitatis inſignem Baſilicam ædificauit in honorem beatæ Dei Genitricis Mariæ, quæ permanet vſque in præſentem diem. Vbi etiam ad celebranda diuina myſteria conſtituit venerabilem virum Atelongum Presbyterum, & Bernardum Diaconum, quos fugæ ſuæ comites ſecum adduxerat. Cui Atelongo poſt aliquot annos corpora Sanctorum Martyrum Kiliani ſociorúmque eius reuelata ſunt, primò per immiſſam à Domino cæcitatem, poſteà eorumdem intercedentibus meritis per viſus reparationem. Sed vt ſaluâ caſtitate puella Sancta liberum ad parentes haberet reditum, interim indignus ille petitor tam ſancti thalami diuino indicio percuſſus interiit. Ornatâ itaque omni cultu Baſilicâ, beata Gertrudis ad propria remeauit, edocta per nuntium matris, eum, qui ſibi ſponſus parabatur, obiiſſe, patrémque ſuum priorem de nuptiis ſententiam immutaſſe.*

XXVIII. Godefridus Henſchenius [c], à quo textus hic allegatur, iſta Gertrudi Niuigellenſi Abbatiſſæ, Pippini Landenſis filiæ, nequaquam conuenire tribus probat argumentis; primum ab ætate Gertrudis, alterum ab Ittæ matris prudentia, tertium ab Atalongi Sacerdotis ætate deducit.

[c] 17. Mart.

XXIX. Gertrudis, vt Auctor coætaneus in eius vita ſcribit, obiit *die Dominicâ, triceſimo & tertio ætatis ſuæ anno, ſub die ſexto-decimo Calendas Aprilis*. Henſchenius annum notat biſextilem, à Chriſto nato ſexcenteſimum ſexageſimum-quartum, literis præditum Dominicalibus G & F; atque inde concludit Gertrudem vel anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-primo, vel ſequente

quente, natam eſſe. Præterea mortem Dagoberti Magni, menſe Ianuario, anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo-quarto; mortem Pippini Landenſis, menſe Februario, anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo-ſexto conſignat; eâque computatione nixus ait Gertrudem in obitu dicti Regis duodecim ſolùm annos, in obitu Pippini patris quatuordecim expleuiſſe. Chronologiam inimus valdè diuerſam; ortum enim Gertrudis collocamus anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-ſexto; mortem Dagoberti Regis, menſe Ianuario, anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-octauo; mortem Pippini Landenſis, menſe Februario, anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo; mortem Gertrudis, menſe Martio, anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-nono, qui præditus fuit litera Dominicali F. Tota noſtræ controuerſiæ ratio petitur ex Fredegario [a], qui Dagobertum anno Regni decimo-ſexto mortuum tradit. Annum enim illum Dagobertini Regni decimum-ſextum Henſchenius contra Fredegarij mentem ab obitu Clotarij Secundi numerat, nos verò computamus à die quo idem Clotarius Secundus prædictum Dagobertum filium ſuum Auſtraſiæ Regem conſtituit, atque eum eſſe genuinum Fredegariani Chronici ſenſum multis in locis oſtendimus, ac præcipuè Tomo ſecundo ad annum Chriſti ſexcenteſimum duodetriceſimum [b] in obitu Clotarij Secundi. Quamuis autem adeò differamus in aſſignandis annis Incarnationis Dominicæ, quibus nata Gertrudis, mortuaque, Dagobertus Magnus, Pippinus Landenſis, & ipſa Gertrudis, in noſtra tamen opinione, ſicut in Henſcheniana, Gertrudis duodecimum ætatis annum explet, in obitu Dagoberti Magni, decimum-quartum in obitu Pippini Landenſis. Nec probabile videtur Gertrudem infra illam ætatem in Franconia peregiſſe opera quæ confeciſſe dicitur.

[a] Cap. 79.

[b] Num. 12.

XXX. Secundò, prudens Lector numquam exiſtimabit Gertrudem in tenella ætate, ab Itta matre prudentiſſima, pro tutanda virginitate & euitando matrimonio, miſſam fuiſſe in regionem tam procul diſſitam, & cultu idolorum tunc horrentem.

XXXI. Tertiò, Henſchenius Atalongum Preſbyterum Bonifacio Archiepiſcopo Moguntino & Burchardo Wirziburgenſi Epiſcopo ſynchronum facit, id eſt, integro ſeculo ſuperſtitem poſt fugam Gertrudis, quæ eodem, quo Pippinus pater anno mortuus eſt, è Franconia rediiſſe perhibetur. Obiit autem Pippinus anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo, Burchardus Wirziburgenſem Epiſcopatum anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo ſuſcepit, & Bonifacius ex Archiepiſcopo regionario factus eſt Archiepiſcopus Moguntiacenſis anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſexto.

XXXII. In vita [c] Sancti Kiliani Martyris, Atalongus Preſbyter, quem Gertrudis in Franconiam ſecum duxiſſe dicitur, Bonifacio Archiepiſcopo Moguntino & Burchardo primo Epiſcopo Wirziburgenſi coæuus ſic exhibetur. *Venerabilis virgo Gertrudis, Pipini Regis Francorum filia, cùm virum accipere nollet, cui eam pater ſociare volebat, auxilio matris, quamdiu potuit, paternis in regnis latuit. Sed cùm diutiùs latere non poſſet, venit in partes ſupradicta Orientalis Franciæ, in locum, qui nunc corruptè Carleburg vocitatur, ibique de facultatibus ſuis in honorem beatiſſimæ Virginis Mariæ Monaſterium conſtruxit, quod vſque in præſentem diem permanet, vbi Atalongum Presbyterum & Bernardum Diaconum, quos ſecum adduxerat, ordinauit. Ipſa dehinc ad propriam terram redit, quia procum ſui coniugij abiiſſe cognouit, quæ vſque ad vitæ terminum in virginitate permanens, virginitatis ſimul & morum probitate Deo complacuit. Prædictus autem Atalongus ignorabat Kilianum, forſitan vt vix eius audiuerit famam, quæ paulatim ignorantiâ abſoleuerat. Erat tamen Sacerdos diuinis eruditus literis, diuiniſque deditus mandatis, ſed, vt diximus, meritum beati Martyris ignorabat. Veruntamen, cùm quadam die puerorum claſſes, quas ad ſtudium literarum*

[c] Ap. Caniſ. Tom. 4. ant. Lect.

AN. CH. 750. CHILDERICI III. R. 7.

*erudiebat, ante ſe, vt materiem dicendi ab eis perquireret, ſtare iuberet, cœperunt hi, qui iunioris ætatis erant, diuino impulſi Spiritu vociferari, dicentes. Kilianus ſigna facit: de loco, in quo indignè iacet, tolli debet. Quod cùm venerabilis Presbyter audiſſet, ſtupore repletus eſt, præſertim, quia puerilis timiditas nullatenus magiſtralem auſteritatem verebatur, vt ſi vnquam * tale fari auderent, quod vtilitate careret, grauiter verberibus premerentur. Factum eſt autem inter hæc, vt Solis curſu noctis tenebris interpolarentur, præfatúſque Presbyter poſt cibi potúſque neceſſitatem reſolueretur in ſomnum. Qui tam graui ſomno preſſus eſt, vt phantaſtico videretur premi præſtigio, inſtante aurorâ, cùm grauitas illa dormitionis deficeret, vidit per ſomnia venerabilem ante ſe adſtare virum, lumine terribilem, qui diceret. Niſi credideris, non videbis. Quod & Dominus Iudæis Prophetico affatu comminatus, dicens. Niſi credideritis, non intelligetis. Orto autem die, cùm Sol ſecundam tangeret lineam, interrogauit miniſtrum, vtrùm Phœbus adhuc emerſerit marinis vndis, attamen cùm cognouiſſet, quòd iam diei produceret horas, defigens in Phœbæos radios obtutus luminis, apertis oculis nil vidit. Intelligens tamen quòd ſibi ſomnium prætulerit vaticinium cæcitatis, ac temeritatem ſuam ad mentis oculos reuocans, puerorum præconia præſagium intellexit diuinæ operationis. Tunc flens & eiulans cœpit dolere, non tam cæcitatem corporis, quàm præſumptionem mentis. Hinc ab incolis loci illius, in quo morabatur, ſciſcitari cœpit, quis fuerit Kilianus, cuius laudes etiam puerilis lingua fatebatur. Intereà adfuit quidam ruſticus, qui quamuis dignitatem Hiſtoriæ proſequi non poſſet, materiam tamen facti, verbis, quibus voluit, patefecit, dicens ex longinquis Kilianum partibus aduenisse, fidémque Chriſtianæ Religionis habitatoribus ipſius prouinciæ oſtendiſſe, muliebríque fraude extinctum, ignorantiâ ſimul vulgi, temporíſque interſtitio aliquantulùm obliuione interlitum. Quod cùm venerabilis Sacerdos audiſſet, inquiſitâ Martyrum ſepulturâ, ſe illuc deducendum popoſcit, ibíque orationibus ac vigiliis inſtanter poſcebat, vt interceſſione venerabilis Martyris ſociorúmque eius ſibi Dominus amiſſum redderet lumen, damnans in ſe ignorantiam diſcretionis temeritatémque ſermonis. Tandem beneficiis Sanctorum recepto lumine non ceſſabat publicè pandere, quibus poterat, facta in ſe miracula diuinæ operationis, adeò vt venerabilem Archipræſulem Bonifacium, qui tunc Moguntiæ præerat Eccleſiæ, adiens, quanta ſibi fecerit Deus meritis beati Kiliani ſociorúmque eius, diligenti narratione proſequeretur. Erat autem idem Atalongus famâ & moribus non ignobilis, ideóque non ſolùm Sancto viro Bonifacio, verùm etiam omnibus recta fateri videbatur. Ex eo itaque tempore inueſtigabat Archipræſul venerabiliſſimus, qualiter oppidum, vbi Sanctorum corpora poſita erant, Epiſcopali dignitate ſublimaret. Et quia ad finem huius operis tendimus, hic terminum narrationis ponamus. Qualiter autem venerabilis Pontifex Burchardus * Epiſcopalem Sedem Wirziburg primus promeruit, & quomodo Martyrum corpora de loco, vbi indecenter poſita fuerant, ſuſtulerit, in vita ipſius, prout poterimus, manifeſtare curabimus.*

* *Nunquam.*

* *Publicitus.*

XXXIII. AN FILIA PIPPINI HERSTALLII?

Hoc nituntur Auctore, qui Gertrudem Pippini, non Landenſis, ſed Herſtallij, filiam produnt. A Pippini enim Herſtallij morte, quam anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo-quarto contigiſſe liquet, ad Burchardi Pontificatum effluxerunt anni tantùm duodetriginta, nec hæc temporis intercapedo videtur adeò longa, vt Preſbyter, qui manebat in Franconia, cùm Pippinus Herſtallius, pleríſque Scriptoribus per adulationem ſub eius poſteris Rex Francorum dictus, interiit, ſuperſtes in viuis eſſe nequierit anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo, cùm Burchardus ordinatus eſt ab Archiepiſcopo Bonifacio primus Wirziburgenſis Epiſcopus.

XXXIV. Illa tamen narratio de Pippini Herſtallij filia non poteſt intelligi. Pippinus enim Herſtallius præter Drogonem & Grimoaldum filios, quos veteres Annaliſtæ commemorant, ex Plectrude nihil prolis ſuſcepiſſe legitur. Ipſa quoque Plectrudis, cùm maritum amiſit, ætatis erat iam prouectioris,

AN. CH. 750. CHILDERICI III. R. 7.

vt filiam vix tum nubilem habere poſſet. Addeqoòd Sancti Kiliani Martyrium ante annum Chriſti ſexcenteſimum vndenonageſimum teferri nequit; & ab illo anno, ad aduentum vſque filiæ Pippino Herſtallio patre nondum orbatæ, ſpatium temporis haud interceſſit adeò longum, vt Preſbyter, qui filiam illam Pippini Herſtallij è domo paterna fugientem comitatus eſt, de dicto Martyre nihil penitus audiiſſe cenſeatur, maximè ſi ſtatus Orientalis Franciæ per hæc tempora perpenditur. Sanctus Kilianus apud Wirziburgum octauo Idus Iulias, anno Chriſti ſexcenteſimo octogeſimo-nono Martyrium conſummauit, illius prouinciæ Duce ſeu Gubernatore tum Gozberto. Huius filius Hettanus in monte contiguo Templum in honorem beatiſſimæ Virginis extruxit, deinde Immina ipſius Hettani filia cum aliis fœminis in eundem locum anno Chriſti ſeptingenteſimo tertio, ſiue anno poſt beati Kiliani Martyrium decimo-quarto ſeceſſit, ibique ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-quartum, quo Reliquiæ prædicti Martyris eleuatæ ſunt, vitam cum ſodalibus degit. Hæc rerum Wirziburgenſium ſeries palàm oſtendit memoriam beati Kiliani numquam interiiſſe, vanáque eſſe, quæ de Gertrude Pippini Herſtallij filia, déque Atalongo Preſbytero narrantur.

XXXV. AN FILIA PIPPINI BREVIS?

Ab Henſchenio vitæ Sanctæ Gertrudis Niuigellenſis Abbatiſſæ nonnulla ſubiiciuntur Acta, quæ Gertrudem, in Franconia coli ſolitam, ſororem Caroli Magni ſeu filiam Pippini Breuis prædicant. Acta huiuſcemodi ſub Carolo Magno ſuis locis examinabimus refellemúſque. Per anteceſſum igitur Gertrudem, quam Wirziburgenſes venerantur, vt Pippino, ſiue Landenſi, ſiue Herſtallio, ſic & Breui natam patre hìc inficiamur.

XXXVI.

Gertrudis illa, ſeu proci vitandi cauſâ, ſeu ſolo tranquillæ vitæ deſiderio, paucis poſt Sancti Kiliani Martyrium elapſis annis, venit in locum, cui nomen *Karelburg*, ibique per multos annos cum mulieribus ſecum converſantibus ſanctiſſimam vitam duxit, Atelongo Preſbytero & Bernardo Diacono diuina myſteria celebrantibus. Interim montem Wirziburgo imminentem cum aliis fœminis incolere cœpit Immina. Porrò Karelburgum à Wirziburgo *tribus* tantùm diſtat *milliaribus*, vt in encomio [a] Sanctæ Scholaſticæ teſtatur Hieronymus Dungershemius, Ockſenfurti in Francia Orientali natus. Superſtite in viuis Imminâ, migrauit in cælum Gertrudis, incertum quo die quóue anno. Poſt felicem huius diſceſſum, nihil annotandum habemus de Atalongo & Bernardo. Quod enim de Atalongi cæcitate viſúſque recuperatione in prolixiore vita Sanctæ Gertrudis Niuigellenſis Abbatiſſæ, necnon in vita Sancti Kiliani Martyris enarratur, id penitus abradendum, quia quod Adelhelmo Preſbytero conuenit, id cum quibuſdam additamentis ad Atalongum transfertur. Bonifacio Archiepiſcopo tum regionario, ad tumulum Sancti Kiliani ſociorúmque Martyrum, facta ſunt inſignia miracula. Redditum Adelhelmo Preſbytero lumen oculorum priùs amiſſum. Hoc primum ſignorum fuit. Alia ſecuta magno numero. Hæc ratio Bonifacium præcipuè mouit, vt Epiſcopatum Wirziburgenſem erigeret. Burchardus Wirziburgenſibus datus eſt primus Epiſcopus. In ejus vita, quam examinamus, emendandi Characteres Chronologici, qui perperam apponuntur, delendæ quoque fabulæ non paucæ, quibus pleræque narrationes ſcatent. Næuo non caret oratio, quam Bonifacius habuiſſe fertur, vbi Burchardum Wirciburgenſibus Epiſcopum præfecit. A veritate tamen aliena non putamus, quæ de ſupradicta Epiſcopatûs inſtituendi cauſa déque Adelhelmo Presbytero in ea concione commemorantur. *Primus*, ait Bonifacius, *fundator veſtræ fidei Kilianus, ab Apoſtolica vobis Paſtoralitate*, à Conone videlicet Papa, *tranſmiſſus, fidem, quam verbis docuit, hoc ipſo in loco Martyrij teſtimonio comprobauit. Ecce idipſum præſentis tumuli loquitur confeſſio, vbi, ad eius ſociorúmque illius corpora, per ſanitates & miracula, credulitatis veſtræ diuinitus exercetur die noc-*

[a] Ap. Bolland. d. 10. Febr.

AN. CH. 750. CHILDERICI III. R. 7.

túque confirmatio. Hæc mihi primùm gratia Chriſti per quendam fratrem noſtrum innoteſcere voluit, Adelhelmum ſcilicet Presbyterum, qui lumen oculorum, Dei iudicio ſibi ablatum, hîc iuxta glebas Martyrij meritis eorundem recepit. Deinde numeroſis tanta Sanctitudo ſignis in noſtra Diœceſi, id eſt, in prouincia cui præſumus cum Metropolitano iure, *manifeſtata, viſa eſt tam mihi, quàm cunctis circumquaque fratribus noſtris, non eſſe negligenda.*

XXXVII. Ex textibus ſuprà citatis, quorum alter Atalongi Sacerdotis, alter Adelhelmi meminit, liquet à diuerſis Auctoribus exaratas eſſe vitas Sanctorum Kiliani & Burchardi, quamuis apud Caniſium [a] Anonymus, qui vitam Sancti Kiliani ſcripſit, hac poſtrema periodo ſe de illius Tranſlatione in vita Sancti Burchardi acturum pollicitus videatur. *Qualiter autem venerabilis Pontifex Burchardus Epiſcopalem ſedem Wirziburg primus promeruit, & quomodo Martyrum*, Kiliani ſcilicet ac ſociorum, *corpora de loco, vbi indecenter poſita fuerant, ſuſtulerit, in vita ipſius, prout poterimus, manifeſtare curabimus.* Ad quem locum in auctiore Surij editione marginalis hæc occurrit notatiuncula. *Incertum an hæc*, nempe vita Sancti Burchardi, *ſit eiuſdem Authoris, cuius illa*, nempe vita Sancti Kiliani. In vtramque vitam nobis inquirendum fuit, quia Burchardus anno Epiſcopatûs ſui ſecundo Reliquias Sancti Kiliani Martyris è terra leuauit, ſupérque montem, vbi Templum beatiſſimæ Virginis, maximâ Cleri populíque frequentiâ tranſtulit, poſtquàm locum illum accepit ab Immina, quæ factâ permutatione, de qua ſuprà, ſeceſſit in Caſtellum *Karelburg*, Sanctæ Gertrudis quondam domicilium, poſteris *Karleburg*, nomine deriuato à Carolo Magno, vt pleriſque placet.

[a] Tom. 4. antiq. lect.

XXXVIII. De Sancti Kiliani ſociorúmque Martyrum Eleuatione ſermonem iam fecimus, reſtat vt hîc ea deſcribamus, quæ de eorumdem Tranſlatione, necnon de duabus Baſilicis, quas poſteà Burchardus Epiſcopus erexit, in ipſiuſmet Burchardi vita [b] narrantur. *Statim poſt concambij; quod Præſul Burchardus cum generoſa Chriſti ſponſa Immina fecerat, euentum, conuocatis certo die tam Clero quàm populo, Martyrum corpora nuper de terra puluere leuata, cum veneratione maxima ſuper montem ſæpè dictum, comitantibus populorum turbis, tranſportari fecit; ſícque, vt verum cæli animal, antè & retrò oculatum, tam futura proſpiciens, quàm præterita cuſtodiens, ſeu præſentia communiens, inueſtituram eiuſdem poſſeſſionis patrono ſuo Martyri Kiliano perpetuò ſtabiliuit. Nam per continuum triennium ibi in Baſilica Sanctæ Dei Genitricis eaſdem ſacratiſſimas Reliquias indeficienti totius Religionis officio, tam per ſeipſum, quàm vniuerſum ſibi adhærentem Clerum, reuerenter excubans cuſtodiuit. Et quia locus idem ſub antiquis olim Ducibus arx & caput fuerat totius Orientalis Franciæ, nuper autem ibidem prima fundamenta ſunt iacta naſcentis Eccleſiæ, cunctis eum ſtudiis amplificare, prout valebat, ſategit, propoſuítque principale illic ſuæ Sedis inſtituere Monaſterium*, id eſt, Eccleſiam Cathedralem, *vbi gentis illius & prouinciæ primitus initiabatur ſalutis exordium.* Ne tamen id perageret, obſtitit viſio cælitus ſic oſtenſa. *Dum ſtaret oculis ac manibus in cælum intentus, ſubitò corporalibus oculis conſpicit quaſi tres candelas ardentes ab eadem Baſilica, quâ Martyrum Reliquiæ ſeruabantur, per aerem quadam diuinâ virtute deferri, quæ trans flumen in loco ſepulturæ Martyrum demiſſæ, poſt horæ vnius ſpatium ſuper montem, vnde venerant, viſæ ſunt reuerti. Intellexit per Spiritum Sanctum vir Dei, viſionem ipſam Sanctarum fuiſſe præſentiam animarum, locum ſuæ paſſionis viſitantium. Quod cùm fratribus & plebibus retuliſſet, viſum eſt omnibus, vt Monaſterium, quod in monte conſtituere diſponebat, circa ſepulturam Martyrum, vbi lumen cælitus deſcendiſſe conſpexerat, potiſſimùm fabricaret, quod & primùm de lignea materia initiatum, poſt hæc accuratiori lapidum ſtructurâ per Sanctum Dei Pontificem ad vnguem eſt perductum. Vbi & denuò Sanctorum corpora relata, & in operoſo ſarcophago glorioſè ſunt recondita. In quo loco tam illorum, quàm beati Burchar-*

[b] Ap. Sur. d. 14. Octobr.

TRANSLATIO SS. KILIANI ET SOCIORVM MM.

AN. CH. 750. CHILDERICI III. [illegible]7.

di meritis, noui noua Sedis Epiſcopi, nunquam beneficia Saluatoris noſtri deſunt iis, quicunque credulo corde ea perquirere non deſiſtunt. Prætereà Burchardus Epiſcopus, *exemplo beati Martini, qui ſeparatam ab Epiſcopy tumultibus eadem pro cauſa conſtruxerat cellam, in arcto procliui montis ſæpè dicti, & allapſu Mæni fluminis, cœpit inſtituere Cœnobium, quod in honore Dei Genitricis Sanctíque Apoſtoli Andreæ conſtructum, tantâ dotauit quantitate prædiorum, quæ duodecim fratribus Canonicis, ibidem Deo militantibus, ſufficerent ad victum & veſtitum. Inter quæ dotalia eidem conceſſit Monaſterio prædictum montem Wireeburg cum prædiis & redditibus, ſicut acquiſierat præfati Ducis Hettani filia* Immina, *ſtabiluítque donationem illam iure gentium coram cunctis prouinciæ Primatibus, ordinatis ibidem in ſeruitutem Domini duodecim ſub canonica vita fratribus. Ipſe quoque Dei famulus, quoad vixit, locum eundem per ſeipſum, vtpote à ſecularium turbine curarum ad huiuſmodi portûs tranquillitatem confugiens, incoluit, & pro facultatum ſuarum quantitate neceſſariis impenſis ſummâque diligentiâ excolere non ceſſauit, forſitan ob hoc maximè, quia Spiritu Sancto præmonſtrante, corporis ſui reliquias præſcinit ibidem quandoque condendas fore, donec alterâ ſtolâ, ſcilicet immortalitatis, indutum mortale hoc, incorruptione potiatur æterna vita.*

XXXIX. Gabriel Bucelinus, quia Burchardum Epiſcopum ad annum vſque Chriſti ſeptingentesimum nonageſimum-primum vixiſſe credit, Sancti Andreæ Monaſterium ab eo conditum putat *ſub A. C. 780.* Nos verò, quia Burchardus anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-primo Epiſcoparum dimiſit, initia prædicti Monaſterij collocamus ante annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum. Porrò Burchardus Epiſcopus poſt obitum in Monaſterio Sancti Kiliani, ſiue in primaria vrbis ac Diœceſeos Wirziburgenſis Eccleſia ſepultus eſt, deinde decimo ſeculo tranſlatus in Sancti Andreæ Monaſterium, quod *ab omni Religionis profectu tam Prælatorum negligentiâ quàm ſubditorum inſolentiâ* lapſum priſtino ſplendori nuperrimè reſtituerat Hugo tunc Epiſcopus. Deinceps autem illud Monaſterium nomen geſſit Sancti Burchardi, quod etiamnum ſeruat vetere Sancti Andreæ nomine obſoleto. Præter Bucelinum, qui de Sancto Burchardo non tantùm parte primâ Germaniæ Sacræ in Epiſcopis Herbipolenſibus ſeu Wirziburgenſibus, ſed etiam parte ſecundâ in Monaſterio Sancti Burchardi loquitur, lege vitam [a] eiuſdem Sancti Burchardi, illámque obſeruа ſcriptam ab Egilwardo, Reliquiis beati Præſulis è Baſilica Sancti Kiliani in Monaſterium Sancti Andreæ iam tranſlatis.

[a] Ap. Sur. d. 14. Octob.

XL. GVMBERTVS DISCIPVLVS BVRCHARDI EP. Inter Sancti Burchardi diſcipulos ponitur Gumbertus, de quo ſic in eadem vita. *Vir illuſtriſſimus, nomine Gumbertus, vniuerſâ morum ac generis nobilitate præclarus eius*, nempe Burchardi Epiſcopi, *eſt contubernio coniunctus, vt illius conuictu atque colloquio, ceu quibuſdam medicaminibus à ſecularis faſtûs tumore mollitus, quandoque ſumma philoſophia, quæ eſt mundi contemptus, comprehendere poſſet aſcenſus. Verùm quia qui cum ſapientibus graditur, ſapiens erit, ſic è contrario amicus ſtulti efficietur ſimilis ei, non multò pôſt prædia ſua, quibus præ cunctis hac in regione degentibus abundabat, in Sancti Kiliani proprietatem delegauit, móxque depoſitis armis ſeculo renunciauit, ſiéque nudus nudam Crucem ſuam baiulans poſt Chriſtum, cœpit beatum Burchardum nullatenus deſerere.*

MVNIFICVS ERGA ECCLESIAM WIRCEBVRG. *Hæ ſunt autem poſſeſſiones, quibus Epiſcopium Wirceburgenſe largè ditauit, Eltimain, Onelſpach, vtrumque cum ſuis redditibus & appendiciis, quorum prius, cùm olim Caſtellum fuiſſet munitiſſimum, modò magnificentiam ſuam ipſis tantùm ruinis declarat, ſequens verò, quæ nunc Præpoſitura Canonicorum eſt, olim Abbatiam non ignobilem fuiſſe, huc vſque à maioribus per multas iam generationes hæreditatum, teſtimonium illius prouinciæ non celat.* Et paulò pôſt. *Vir idem egregius Gumbertus, vt olim in ſecularium dignitatum faſcibus ſe probauerat ſtrenuum, ita poſt conuerſionem in ſpirituali conuerſatione nulli ſe paſſus eſt inter beati Burchardi ſectatores haberi ſecundum,*

AN. CH. 750. CHILDERICI III. R. 7.

eius formam ſemper indeclinabiliter intendens, illud Euangelicum ruminabat frequenter. Perfectus erit omnis, ſi ſit ſicut magiſter eius. Hic etiam poſt præſentis vitæ curſum, benè in Chriſti famulatu conſummatum, iuxta beati Burchardi promiſſionem, in eodem Monaſterio, quod condonauerat Eccleſia Vinceburgenſi, poſſidet ſepulchrum. Ibi nonnunquam ipſo interpellante conceſſa manifeſtant beneficia, quantùm ſibi profuerit, beati Burchardi ſecutum fuiſſe monita. Sanctus Gumbertus ſeu Guntpertus in Eccleſia Wittziburgenſi colitur decimo-octauo Kalendas Auguſti, in faſtis verò Benedictinis quinto Idus Martij, & ad hunc diem Henſchenius in Catalogo Sanctorum prætermiſſorum vel in alios dies reiectorum ſic ſcribit. *S. Gumpertus electus Epiſcopus Herbipolenſis memoratur in variis Martyrologiis, aſt colitur in Eccleſia Herbipolenſi* XV *Iuly.* Plura de Sancto Gumberto non legimus.

TREVVARD. EP. ATREBAT. ET CAMERAC. OBIT.

XLI. Apud Locrium & alios, Treuuardus ſeu Tragnardus Diœceſes Atrebatenſem & Cameracenſem per annos duos ac viginti gubernat. In eadem ſumus opinione. Sed initium Pontificatûs non ab anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo, vt Locrius, aut ab anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo-nono, vt quidam volunt, at ab anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo-octauo repetimus, quo mortem Hadulfi ſiue Hidulphi deceſſoris conſignat Annaliſta Petauianus. Obiit igitur hoc anno, poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimo quinquageſimo Treuuardus Epiſcopus.

SVCCEDIT GVNTFRIDVS,

XLII. Succeſſit in Pontificatum Guntfridus, Maſſæo Gaufridus, aliis Godefridus. Hunc pleríque ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum ſediſſe ſcribunt, at citiùs obiiſſe vel ex eo conſtat, quòd ſucceſſor Albericus chartæ pro Monaſterio Laureshamenſi ſubſcripſit, *anno duodecimo, Domno Pippino Rege, ſub die* IIII *Id. Iuly*, id eſt, quarto Idus Iulij, anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-tertio.

FILIVS S. ARNVLPHI MARTYRIS.

XLIII. Gaufrido pater fuit Sanctus Arnulphus miles ac Martyr, qui, quoniam in via viſis hoſtibus domino ſuo fuerat auctor fugæ, captus eſt ab iis, innocénſque laqueo peremptus. Lege Buzelinum in Annalibus [a] Gallo-Flandriæ, & Bollandum [b] in Actis Sanctorum. Sacris Arnulphi oſſibus admodum diu Cyſonienſis Cœnobii Templum, & pleríſque ad ea mirandis curationibus floruit. Multus ad eam Ædem, priuſquàm Reliquiæ Martyris ab hæriticis diſpergerentur, fiebat concurſus hominum. Quibus collum dolore torquebatur, eam ipſi reſtim huic circumdabant, quæ fauces beati Martyris eliſerat, ſtatimque ſentiebant ægritudinem comprimi. Iis etiam ſæpenumerò ad preces malignus corporis ardor extinguebatur, qui febribus æſtuabant grauiter, & multi pro accepto munere frequenter offerebant argentea fila in laquei modum contorta. Martyrium ſubiit Sanctus Arnulphus Cœnobio Cyſonienſi, de cuius conditu ſermonem ſuo loco faciemus, nondum erecto. Porrò, cùm à loci Preſbytero, vbi necatus ac primùm tumulatus eſt, ad Cyſonienſem tranſlatus ſit Eccleſiam, paſſus videtur in territorio Tornacenſi. Cyſonium * enim fiſcus olim Regius erat in pago Tornacenſi, nunc autem intra limites agri Inſulenſis cenſetur, vicus inſignis & magnus, de cuius antiquitate, nomine, & ornamentis multa ſcribit prælaudatus Buzelinus libro primo [c] Gallo-Flandriæ.

[a] Lib. 5.

[b] D. 29. Jan.

* *Ciſoing.*

[c] Cap. 19.

CHRONOLOGIA CONFIRMATVR.

XLIV. In Annalibus Petauianis hæc leguntur. DCCL. *ſine hoſte fuit.* Imò poſt bellum Boioaricum, quod anno ſuperiore narrauimus, *quieuit terra à prœliis annis duobus*, Pippino nondum Rege, vt Auctor ſynchronus in poſteriore Appendice ad Francorum Hiſtoriam iuſſu Childebrandi conſcriptam teſtatur. Nec aliâ opus eſt ratione, vt eos redarguas, qui Pippinum hoc ipſo anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo Regem acclamatum volunt.

PRÆCEPTVM PRO MON. SAN-DIONYS.

XLV. In Antiquitatibus San-Dionyſianis [d] hoc extat Præceptum Pippini tum Maioris-domûs. *Summa cura & maxima ſollicitudo debet eſſe Principum, vt ea, quæ à Sacerdotibus pro opportunitate Eccleſiarum Dei fuerint poſtu-*

[d] Lib. 3. c. 5.

lata, ſolerter perſpicere, & congruo vel opportuna eis beneficia non denegare, ſed eo, quæ pro Dei ſunt intuitu, ad effectum in Dei nomine mancipare. Igitur inluſter vir Pipinus Maiorim-domûs, omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Domeſticis, Graſionibus, Vegoriis, Centenariis, vel omnibus Miſſis [1] noſtris diſcurrentibus, ſeu quacumque iudiciariâ poteſtate preditis. Cognoſcat [2] Vtilitas ſeu Magnitudo veſtra, quòd venerabilis vir ...... [3] Abba de Monaſterio peculiaris Patroni noſtri Sancti Dionyſij Martyris, vbi ipſe precioſus Domnus in corpore requieſcit, miſſâ petitione per Monachos de ipſo Cænobio [4], ſeu per agentes de villabus ipſius Sancti nobis ſuggeſſit dicens, eò quòd rebus ipſius Sancti Dionyſij, quæ à longo tempore, tam ex munificentia Regum, quàm & à Chriſtianis vel Deum [5] timentibus & bonis hominibus, conlatæ [6] vel donatæ [6] fuerunt, à prauis ſeu malis hominibus, iniquâ cupiditate ſeu malo ingenio, vel tepiditate Abbatum [7], vel neglectu [8] Iudicum de ipſa caſa abſtractæ [9] vel diſmonatæ [10] fuerunt, vnde & ipſi Monachi, vel ipſi agentes, vnà cum preceptionibus [11] Regum, vel reliquis [12] ſtrumentis chartarum de ipſis [13] rebus in Palatio noſtro ante nos, vel Proceres ſeu Duces [14] noſtros, per plures vices [15] aduenerunt, & in rationes [16] vnà cum pluribus [17] hominibus, qui ipſas res malo ordine tenebant, ante nos adſtiterunt, & nos pro reuerentia ipſius Sancti Dionyſij Martyris, vel pro amore Dei ipſas chartas diligenter [18] relegere rogauimus, & vbicumque eorum iuſtitias [19] inuenimus [20], ſicut Proceres noſtri ſeu Comites [21] Palatij noſtri, vel reliqui legis Doctores iudicauerunt pro compendio ad ipſam [22] caſam in luminaribus ipſius Sancti, vel pro ſtipendiis [23] ad ipſos fratres, vel ſuſceptione pauperum & peregrinorum, ipſas res, ſicut diximus, vel eorum iuſtitias [24] invenimus [25], eis reddidimus. Et Miſſos [26] noſtros Guichingum [27] & Chlodionem [28] ad eorum petitionem [29] per diuerſos pagos vnà cum ipſis [30] ſtrumentis ad hoc inquirendum vel inueſtigandum direximus, vt vbicumque eorum iuſtitias [31] inueniſſent, vel ipſi Monachi, vel ipſi Agentes legitima ſtrumenta præſentabant, vel caſa Sancti Dionyſij exinde veſtita fuerat, vel à bonis & Deum [32] timentibus hominibus ibidem data [33] vel conlata [34] fuerunt, & ipſa caſa legitimè & rationabiliter per legem [35] exinde veſtita fuerat, & poſteà iniquo ingenio de ipſa caſa abſtracta [36] fuerant, eis reddere deberent, quod & ita fecerunt. Id ſunt per diuerſos [37] pagos loca denominato. In pago Farmatenſe, Cella quæ [38] dicitur Cruce, quæ [39] aſpicit ad fiſcum [40] Solemnium, quem Domnus Childebertus quondam Rex ad caſam [41] Sancti Dionyſij ſuâ præceptione conceſſit. Similiter in pago Bragobanto loca nuncupantes Sconcio & Cambrione. Similiter in pago Briegio loco nuncupante Linariolas. Similiter in pago Melciano loco cognominantes Nartiliaco & Coconioco. Similiter in pago Belloacenſe, loca [42] nominata Pictitouillare, Maſciaco, Saciaco, Aſinouillare, Theodegariouillare, Ambricocurte, Ebroldocurte, Gellis. Similiter in pago Canliacenſe, loco qui dicitur Bordonello. Similiter in pago Velcaſſino, Bacino ſuperiore & inferiore. Similiter in pago Madriacenſi, Vinias, Gamapio, & Niuentis, Villanoua, Roſbacio, Sigrancio, Beranecurte. Similiter in pago Tellao loca cognominantes Piſtus, Macerias, Verno, Fiſcera, Pocio, Boldacho, Brittenualle, Atiliaco, Aguſta, Rauſedo, Criſonarias, Guariaco. Similiter in pago Vimnao loco cognominantes Marco, Molcha, Malchis, Auiſnas, Rodeno, Rodalcha, Sodicalas, Vidriaco, Horona, Arcas. Similiter in pago Ambianenſe, loca quæ [43] dicuntur Piſciaco, & Adſulto, ſeu diuerſa loca, per diuerſos pagos, tam maiora quàm & minora; quòd per ſingula nominare non fuit neceſſarium, vnde ipſa caſa ad præſens veſtita eſſe videtur, itaut ſicut ab ipſis inuentum vel inueſtigatum fuit, & ipſas res ipſi Monachi vel ipſi Agentes partibus S. Dionyſij receperunt, deinceps & in poſtmodum ob hodierno [44] die ipſa ſancta caſa, vel ipſi Monachi, ſeu Agentes eorum ſuis & futuris temporibus habeant euindicatas atque elidegatas. Vnde & ipſi tam dictus ...... [45] Abba, ſeu & ipſi Monachi de ipſo Sancto Cænobio [46], qui in ipſa ſancta caſa conuerſare vel vitam degere videntur, nobis petierunt, vt pro futuris temporibus præceptione

[1] Omnes Miſſos noſtros diſcurrentes
[2] Cognuſcat
[3] Fulradus
[4] Cænubio
[5] Deo
[6] conlatas vel donatas
[7] Abbatorum
[8] neglecto
[9] abſtractas
[10] diſmanatas
[11] præceptiones
[12] reliqua ſtrumenta
[13] ipſas res
[14] Ducibus noſtris
[15] vicibus
[16] rationis
[17] plures
[18] dilegenter
[19] inſtitia
[20] inuenimus
[21] Comites
[22] ipſa caſa
[23] ſtipendia
[24] inſtitia
[25] inuenimus
[26] Miſſus
[27] Guichingo
[28] Chlodione
[29] petitione
[30] ipſa ſtrumenta
[31] inſtitia
[32] Deo
[33] datas
[34] conlatas
[35] lege
[36] abſtractas
[37] diuerſis pagis
[38] qui
[39] quæ
[40] fiſco Solemnio
[41] caſa
[42] loco
[43] qui
[44] hodiernum diem
[45] Fulradus
[46] Cænubio

AN. CH. 750. CHILDERICI III. R. 7.

noſtrâ manu firmatâ exinde eis adfirmare deberemus, quod ita & fecimus, vt ſicut conſtat, quòd ipſas res per legem & iuſtitiam in Palatio noſtro euindicauerunt[47] *vel receperunt*[48]*, vt tam ipſe*[49] *Abba quàm & ſucceſſores ſui omni tempore pro compendio, ſicut ſuperiùs inſertum eſt, ad ipſam*[50] *ſanctam caſam, ad luminaria procuranda, ſeu veſtimenta Monachorum, vel reliqua compendia, ſeu ſuſceptionem pauperum, & peregrinorum, habeant euindicatas*[51] *atque elidegatas. Et vt eis ſemper meliùs delectet pro nobis*[52] *vel filiis noſtris, ſeu pro ſtabilitate Regni Francorum die noctúque inceſſabiliter orare, vel Domini miſericordiam*[53] *deprecari, & , ſicut nobis promiſerunt, per ſingulos dies nomen noſtrum tam in Miſſis*[54] *quàm & in peculiaribus*[55] *eorum orationibus ad ſepulchrum ipſius Sancti Dionyſij debeant recitare, ſi adhuc inanteà eorum iuſtitias*[56] *inuenire potuerimus*[57]*, eis libente animo reddere volumus. Et vt hæc auctoritas vel præceptio noſtra (quod nobis poſtulauerunt) circa ipſam*[58] *ſanctam caſam proficiat, & ſuis & futuris temporibus inconuulſa vel firma debeat permanere, manu propriâ ſubterfirmauimus, & annuli noſtri impreſſione ſignauimus. Signum inluſtri viro Pippino Maiorim-domûs.*

[47] euindegauerint
[48] receperunt
[49] ipſi
[50] ipſa ſancta caſa.
[51] euindegatas
[52] nos vel filios noſtros
[53] miſericordia deprecare
[54] Miſſas
[55] peculiares
[56] iuſtitia
[57] potueremus
[58] ipſa ſancta caſa

XLVI. ABBATES SAN-DIONYS.

Ex hoc Pippini Præcepto barbariem ſtyli, quam vulgata præſefert editio, multis in locis ſuſtulimus, & in marginem reiecimus cum Abbatis San-Dionyſiani nomine, quod vel à Pippino, vt exiſtimamus, omiſſum arbitrare, vel Fulradi, vtpote viri valdè illuſtris, nomen à poſteris intruſum puta, loco Singeberti, cui Conſtramnus Abbas Pippino iam Rege, deinde poſt eiuſdem Pippini Regis annum ſextum Fulradus in adminiſtrationem Monaſterij San-Dionyſiani ſucceſſit.

XLVII. AGILVLPHVS ABDICAT EP. COLONIENSEM. SVBROGATVR HILDEGARIVS.

Hoc circiter anno Agilulphus Epiſcopus Colonienſis & Abbas Stabulenſis & Malmundarienſis abdicauit Epiſcopatum, manſitque Abbas Stabuleti & Malmundarij, ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum, quo vitam finiuit teſte Fiſeno in Abbatum Stabulenſium Catalogo. Poſt illum autem in Cathedra Colonienſi ſedit Hildegarius, de quo plura ſub Pippino Rege.

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

ANNVS
CHRISTI 751.
CHILDERICI III. R. 8.

I. CHRONOLOGIA CONFIRMATVR.

ANNVS Chriſti ſeptingenteſimus quinquageſimus-primus, partim cum anno Childerici Regis octauo, partim cum anno eiuſdem Regis nono comparatur. Diplomata leguntur [a] vtroque Childerici Regis anno data. Atque inde liquet eos errare, qui Pippinum anno priori Regem factum contendunt. Vt autem anno ſuperiore, ſic & hoc anno Francia ſine bello fuit, teſte enim Anonymo, qui Francorum Geſta iuſſu Childebrandi Comitis conſcripſit, *quieuit à præliis, annis duobus*, poſt tumultum Boioaricum, quem ante biennium narrauimus.

[a] Antiq. San-Dion. l. 1. c. 5. Sec. 3. Benedict. in S. Fulrad.

II. ABBATES REOMAENS.

Petrus Rouerius in Hiſtoria Reomaenſi [b] mortem Maurelli Abbatis hoc anno conſignat, eíque ſubrogat Waldonem, qui Placito Attiniacenſi ſubſcripſit Pippino tum Rege, & in ſua ſubſcriptione non Abbatem Reomaenſem ſed Abbatem *de Sancto Ioanne* ſe dixit, ideóque cùm illum tum illius ſucceſſores non à loco Reomaenſes vt anteceſſores, ſed à Monaſterij conditore ac primo Abbate Sancto Ioanne Abbates Cœnobij Sancti Ioannis appellabimus.

[b] In Abb. 14.

III. EPISCOPI AVGVSTANI.

Wicho Epiſcopus Auguſtanus, cùm annos duodeuiginti completos aut nouemdecim incompletos ſediſſet, obiit hoc anno. Succeſſit Marcomannus

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

ABBATES FAVCENSES.

nus abſque vllo interpontificio. Lege quæ Tomo ſuperiore de Præſulum Auguſtanorum ſucceſſione dicta ſunt. In Auguſtana Diœceſi florebat Faucenſe Monaſterium, cuius Abbates poſt Magnoaldum, qui ſuperſtes ad annum vſque Chriſti ſexcenteſimum quinquageſimum-quintum vixit, hoc recenſentur ordine, Conradus, Wolporto, Gottepoldus, Bertholdus. Hic obiit Pippino iam Rege.

IV.

WIZABVRG MON. CONDITVR A PYRMINIO.

His circiter temporibus, Pyrminium Abbatem in Horbacenſi ſiue Hornbacenſi Cœnobio degentem adiit Bonifacius Moguntiacenſis Archiepiſcopus. Hic congreſſus in vita Sancti Pyrminij commemoratur, omittitur in vita Sancti Bonifacij per Othlonum ſcripta. Pyrminius è Cœnobio *Wizaburc*, quod nuperrimè nec procul ab Horbaco Diœceſeos Metenſis conſtruxerat, reuerſus Bonifacium excepit. *Præſul egregius*, ait Auctor vitæ, *iter ſuum ad locum iocundiſſimum, qui vocatur Wizaburc, deſtinauit, ibique gratiam, quâ redundabat, plurimis impertiens, à ſecularis vitæ ſcoria purgatos, religioſa diſciplina excudit æmulos. Hic quoque, ſicut in reliquis eius conſtructionibus, efficaci comparatione adſtitit Chriſtus, qui corda multorum eo igniuit ſtimulo, vt prædia poſſeſſionéſque ampliſſimas eidem loco ſubrogarent; præparatúmque eſt in breui Cœnobium Dei ſeruitio aptiſſimum, & ſeculo renuntiantibus tutiſſimi ſtatio portûs; vbi non paucis fratribus ſpiritalis exercitij feruore coadunatis, honeſtiſſimam atque diſcretiſſimam B. Benedicti Regulam obſeruare Pater almus inſtituit: & ſic ad Horbacenſe Cœnobium reuerſus eſt per ſuam ſemitam, quæ ob piæ priuilegium memoriæ ad impræſentiarum vocatur Sancti callis Pyrminij. Ex huiuſcemodi ergo piorum operum ardoribus fama beati viri longè latéque percrebuit, adeò vt eximius Antiſtes Bonifacius, qui tunc Moguntinæ Metropolitanæ videlicet vrbis Sedi præerat, & à primæuæ ætatis pueritia digno exſequi ſtuduit opere, quod præfigurauit in nomine; viſitandi eum gratiâ adire diſponeret, & ad ipſum Gamundij locum venire non omitteret. Quem beatus excipiens Pyrminius, magno gratulabatur affectu, quòd à tanto meruit viſitari Sacerdote.*

BONIFACIVS ARCHIEP. MOGVNT. PYRMINIVM VISITAT.

V.

Idem Bonifacius Moguntiacenſis Archiepiſcopus literas ad Zachariam Papam per Lullum Presbyterum hoc anno direxit, reſponſionémque accepit datam hoc eodem anno, *pridie Nonas Nouembris, imperante Domino Piiſſimo Auguſto Conſtantino à Deo coronato, Magno Imperatore, anno* XXXII. *Imperij eius anno vndecimo, Indictione quintâ* iam inchoatâ.

VI.

[a] Epp 141. 142. inter Bonifacian.

SCRIBIT ZACHARIÆ PP.

PER LVLLVM PRESBYTERVM.

Extant [a] vtræque literæ. Bonifacianarum hoc eſt initium. *Reuerentiſſimo Patri dilectiſſimo Domino cum timore & honore venerando magiſtro, Apoſtolici honoris priuilegio prædito, Pontificatûs Infulâ Apoſtolicæ Sedis ſublimato Zachariæ, Bonifacius exiguus ſeruus veſter, licèt indignus & vltimus, tamen Legatus Germanicus deuotiſſimus, optabilem in Chriſto immarceſſibilis caritatis ſalutem. Paternæ pietatis veſtræ ſanctitatem ſubnixis precibus obſecro, vt hunc Presbyterum meum, portitorem literarum mearum, nomine Lul, grato animo clementer ſuſcipiatis. Habet enim ſecreta quædam mea, quæ ſoli pietati veſtræ profiteri debet, quædam viua voce vobis dicere, quædam per literas notata oſtendere, de quibuſdam verò neceſſitatibus meis inquirere & interrogare, & mihi paternitatis veſtræ reſponſum & conſilium ex auctoritate Sancti Petri principis Apoſtolorum ad ſolatium ſenectutis repræſentare: vt his omnibus auditis & conſideratis, ſi quæ ſint quæ vobis placeant facta, adaugere Deo volente ſtudeam; ſi autem quid, vt timendum eſt, diſpliceat, ex præcepto Apoſtolatûs veſtri vel indulgentiam merear, vel dignam pœnitentiam perſoluam.*

VII.

Huic Bonifacianarum literarum initio ſic reſpondet Zacharias. *Reuerentiſſimo & ſanctiſſimo fratri Bonifacio Coepiſcopo, Zacharias ſeruus ſeruorum Dei. Benedictus Deus Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui diſperſa congregat, & congregata conſeruat, augétque fidem & fiduciam ſeruis ſuis ad prædicandum verbum Euangelij Ieſu Chriſti Domini noſtri, cum eodem Patre, in vnitate Spiritûs Sancti per omnia ſæcula ſæculorum: ipſi gloria & laus, qui adiutor &*

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

protector eſt in ſe credentibus. Ipſe enim dixit, [qui credit in me; vitâ viuet, & non morietur:] quoniam [ego ſum via, veritas, & vita.] Laudamus & ſuperexaltamus ſanctum nomen eius, læti, & gaudentes per horum gerulos, & ſanctæ fraternitatis tuæ literis allatis, ſuperſtitem in hac vita, & in Domino te valere cognoſcentes: petentes immenſam Dei noſtri diuinitatem, vt ad prædicandum multò ampliùs Euangelij atque ſanctæ fidei eius ſacramentum, longæuum te ſeruet, ſuâque protectione te muniat, & ab aduerſantium inſidiis piè miſerando cuſtodiat.

VIII. DE SVA CVM EPISCOPIS ET PRESBYTERIS CONVERSATIONE.

Imprimis Bonifacius de ſua cum Epiſcopis & Presbyteris conuerſatione ſic ſcribit. *Anteceſſor præceſſoris veſtri veneranda memoriæ Gregorius, dum me indignum ordinauit, & ad prædicandum verbum fidei Germanicis gentibus miſit, ſacramento me conſtrinxit, vt Canonicis & iuſtis Epiſcopis & Presbyteris, in verbo & facto, in conſenſu adſtipulator & adiutor fierem, hoc autem cum diuina gratia implere ſtudui; falſos autem Sacerdotes, hypocritas, & ſeductores populorum vel corrigerem ad viam ſalutis, vel declinarem, & abſtinerem à communione ipſorum. Quod ex parte ſeruaui, & ex parte cuſtodire & implere non potui. Spiritaliter impleui ſacramentum, quia in conſenſum & in concilium illorum non venit anima mea. Corporaliter autem ab eis omnino abſtinere non potui, dum veniſſem ad principem Francorum cogente Eccleſiarum neceſſitate, cùm tales ibi reperi, quales nolui: ſed tamen in ſanctâ communione Corporis Chriſti illis non communicaui. Præcepit quoque mihi præfatus Apoſtolicus Pontifex, vt populorum, quoſcumque viſitaſſem, conuerſationem & mores Apoſtolicæ Sedis Pontifici indicarem: quod in Domino confido me feciſſe.*

IX. Ad hunc articulum ſic reſpondet Papa. *Suggeſſit ſancta fraternitas tua in ſuis apicibus, quòd prædeceſſor noſter beatæ memoriæ Gregorius, huius Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Præſul, dum ad prædicandum verbum Euangelij tuam miſiſſet fraternitatem in Germaniæ partibus, & gentibus illis paganis, ab eo te eſſe commonitum, itaut Orthodoxos Epiſcopos, Presbyteros, vel quoſcumque reperire potuiſſes in verbo exhortationis perfectos, ampliùs confirmares, & eis communicares, quod & factum eſt; ſi quos verò ſeductores Epiſcopos, aut pſeudopresbyteros, vel quoſcumque à recto fidei tramite deuiantes reperiſſes, nulla tibi cum eis eſſet communio: quod te, Deo ſolatiante, vſque ad præſens ſpiritaliter ſeruaſſe confeſſus es; vel ſi omnino, propter Principalem & humanum fauorem gentis Francorum, dum ad eos acceſſiſſes, corporaliter abſtinere non valuiſti, cogente neceſſitate Eccleſiarum Dei; attamen in eorum concilio & conſenſu communionis anima tua non eſt coinquinata. Itaque propter hoc, quòd cum eis conuerſatus es non conſentiens iniquitati eorum, nullum tibi eſt detrimentum coram Deo. Te enim prædicante, ſi obedirent, ſalui eſſent; ſin autem in iniquitate ſua permanerent, ipſi perirent. Tu autem, iuxta Prophetæ dictum, ſaluaſti animam tuam.*

X. DE PALLIIS ANTEA PETITIS.

Secundò, Bonifacius de Palliis, quæ pro quibuſdam Archiepiſcopis anteà petierat, ita ſcribit. *De eo, quod iam præterito tempore de Archiepiſcopis & de Palliis à Romana Eccleſia petendis, iuxta promiſſa Francorum, Sanctitati veſtræ notum feci, indulgentiam Apoſtolicæ Sedis flagito, quia, quod promiſerunt, tardantes non impleuerunt, & adhuc differtur & ventilatur; quid inde voluerint, ignoratur; ſed meâ voluntate impleta eſſet promiſſio.*

XI. Ad hoc ſcriptum breuiter reſpondet Papa. *De Epiſcopis*, inquit, *& Palliis Francorum ſcripſiſti, quòd iuxta promiſſionem ſuam nondum quod dixerant impleuerunt. Qui ſi impleuerint iuxta verbum ſuum, habebunt ex eo laudem: ſin verò aliter egerint, ipſi videbunt. Nos enim, diuinâ gratiâ largiente, quod gratis accepimus, gratis damus. Tua quidem propter hoc benigna voluntas à nobis ſuſcepta eſt.*

XII. A Zacharia Bonifacius tria primùm Pallia pro totidem Archiepiſcopis, Grimone videlicet Rotomagenſi, Abele Remenſi, & Ardoberto Senonenſi, deinde vnicum pro ſolo Grimone poſtularat. Mutati conſilij cauſam

hanc fuiſſe coniectauimus, quòd Abel Archiepiſcopatum Remenſem tranquillè non obtineret altercante Milone, quódque Senonenſis Archiepiſcopus Ebbo, cùm Pallio, tum omni digniſſimus ornatu, ſuperſtes in viuis adhuc eſſet. At, mortuo Grimone, Raginfridus, qui proximè in Archiepiſcopatum Rotomagenſem ſucceſſit, de Pallio ſollicitum ſe minimè præbuit. Ait Zacharias, vbi de Palliis in præcitato textu loquitur, à ſe *gratis* dati, quod *gratis* accepit. *Nos*, inquit, *diuinâ gratiâ largiente, quod gratis accepimus, gratis damus.* Hunc autem ſermonem videtur vſurpaſſe, quia calumniam paſſus erat, quaſi præmia pecuniáſque ab illis, quibus Pallia tribuerat, exigere & accipere conſueuiſſet. Eius literas, in quibus crimen adeò graue ſibi Clericiſque Romanis impoſitum queſtus eſt, ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-quintum [a] non omiſimus. Abſit, vt pium Pontificem tanti flagitij reum ſuſpicemur. Deſiderium, quo priùs flagrauerant, fortè depoſuerunt prænominati Metropolitæ, poſtquàm Pallium, quod, vt anteriorum temporum exempla tulerant, inſigne Primatûs exiſtimarant, nudum nouerunt ornatum, per quem ſibi nihil auctoritatis acceſſurum eſſet.

AN. CH. 751 CHILDERICI III. R. 8.

[a] Num. 57.

XIII. DE MONASTERIO FVLDENSI.

Tertiò, Bonifacius de Monaſterio Fuldenſi nuper erecto ſic ſcribit. *Eſt locus ſiluaticus in eremo vaſtiſſimæ ſolitudinis, in medio nationum prædicationis noſtræ, in quo Monaſterium conſtruentes Monachos conſtituimus ſub Regula Sancti Patris Benedicti viuentes, viros ſtrictæ abſtinentiæ, abſque carne & vino, abſque ſicera & ceruiſia *, proprio manuum ſuarum labore contentos. Hunc locum ſupradictum, per viros religioſos & Deum timentes, maximè Carolomannum quondam Principem Francorum, iuſto labore acquiſiui, & in honore Sancti Saluatoris dedicaui. In quo loco, cum conſenſu pietatis veſtræ, propoſui aliquantulùm vel paucis diebus feſſum ſenectute corpus requieſcendo recuperare, & poſt mortem iacere. Quatuor etenim populi, quibus verbum Chriſti per gratiam Dei diximus, in circuitu loci huius habitare dinoſcuntur. Quibus cum veſtra interceſſione, quandiu viuo vel ſapio, vtilis eſſe poſſum. Cupio enim veſtris orationibus, comitante gratiâ Dei, in familiaritate Romanæ Eccleſiæ, & veſtro ſeruitio, inter Germanicas gentes, ad quas miſſus fui, perſeuerare, & præcepto veſtro obedire, ſicut ſcriptum eſt.* [*Iudicium Patris audite, Filij dilecti; & ſic facite, vt ſalui ſitis.*] *Et alibi.* [*Qui honorat Patrem ſuum vitâ viuet longiore.*] *Et iterum.* [*Honora Patrem tuum, vt ſuperueniat tibi benedictio à Domino, & benedictio Patris firmat domus Filiorum.*]

* ſerui.

XIV.

Ad hanc poſtulationem Zacharias ita reſpondet. *Et hoc petiſti, Monaſterium in vaſtiſſima ſolitudine, & in medio gentium, quibus prædicas, conſtitutum & à te fundatum, atque in honore Saluatoris Dei noſtri dedicatum, vbi etiam & Monachos ſub Regula beati Benedicti degere ordinaſti; hoc, inquam, venerabile Monaſterium petiſti Priuilegio Sedis Apoſtolicæ muniri. Quod votis tuis acquieſcentes ordinauimus iuxta & petitionem & deſiderium tuum. Congruit enim diuini miniſterij prædicatorem optimúmque miniſtrum ad deſiderata pertingere, & cœptum bonum opus in finem vſque perducere, ſicut ſcriptum eſt in Dominico præcepta.* [*Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.*] *Et,* [*Beatus ſeruus ille, quem, cùm venerit Dominus, inuenerit ſic facientem; etenim ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.*]

XV.

De ſitu Monaſterij Fuldenſis, déque quatuor circumiacentibus populis, quos Bonifacius erudiit, actum ſuprà [b]. Priuilegium autem, quod à Zacharia Papa Monaſterio Fuldenſi conceſſum eſt, apud Othlonum in editionibus, Suriana, Caniſiana, & Seratiana, ſic extat. *Zacharias Papa Bonifacio Epiſcopo, & per eum fratribus in Monaſteria ab eo conſtructo. Quoniam ſemper ſunt concedenda, quæ rationabilibus congruunt deſideriis, oportet vt deuotioni conditoris piæ conſtructionis oraculum in Priuilegiis præſtandis minimè denegetur. Igitur quia poſtulaſti à nobis, quatenus Monaſterium Saluatoris à te conſtructum in loco, qui vocatur Buchonia *, erga ripam fluminis Fulda, Priuilegio*

[b] Ad an. 745. nn. 77. 85.

* Buchonia in marg. Surij, deſideratur apud Serat.

AN CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

Sedis Apoſtolicæ decoretur, vt ſub iuriſdictione ſancta noſtra, cui, Deo auctore, deſernimus, Eccleſiæ conſtitutum, nullius alterius Eccleſiæ poteſtati ſubmittatur. Pro qua re piis deſideriis fauentes, hac noſtrâ auctoritate id, quod expoſcitur, effectui mancipamus. Et ideo omnem cuiuſlibet Eccleſiæ Sacerdotem, in præfato Monaſterio ditionem vllam habere, aut auctoritatem, præter Sedem Apoſtolicam, prohibemus, itaut niſi ab Abbate Monaſterij fuerit inuitatus, nec Miſſarum ſolennitatem ibidem quiſquam præſumat celebrare, vt profectò iuxta id, quòd ſubiectum Apoſtolicæ Sedi conſiſtit, inconcuſſè dotatum permaneat: locis quoque & rebus, tam eis, quas moderno tempore tenet vel poſſidet, quàm quæ futuris temporibus in ius ipſius Monaſterij diuina pietas voluerit augere ex donis & oblationibus decimiſque fidelium, abſque vllius perſonæ contradictione, firmitate perpetuâ perfruatur. Conſtituimus quoque per huius decreti noſtri paginam, vt quicunque cuiuſlibet Eccleſiæ Præſul, vel quacunque dignitate prædita perſona, hanc Priuilegij noſtri chartam, quam auctoritate Principis Apoſtolorum firmamus, temerare tentauerit, anathema ſit, & iram Dei incurrens, à cœtu Sanctorum omnium extorris fiat, & nihilominùs præfati Monaſterij dignitas à nobis indulta, perpetualiter inuiolata permaneat, Apoſtolicâ auctoritate ſubnixa. Data pridie Non. Nouemb. imperante Domino Auguſto Conſtantino, anno XXXII. *Imperij eius, Indictione quintâ.*

XVI. A prædictis editionibus huius Priuilegij nonnihil differt Sirmondana. Primò, genuinam hanc inſcriptionem, *Zacharias Papa Bonifacio Epiſcopo, & per eum fratribus in Monaſterio ab eo conſtructo*, ſic mutat, *Zacharias Papa Bonifacio Epiſcopo, & per eum in Monaſterio ab eo conſtructo ſucceſſuris Abbatibus in perpetuum.* Deinde hanc phraſim, *Priuilegio Sedis Apoſtolicæ decoretur*, ita reddit, *Priuilegij Sedis Apoſtolicæ Infulis decoretur.* Tertiò, poſteriorem chartæ partem quâ Priuilegium ipſum continetur, alio ſtylo ſic exhibet. *Omnem cuiuſlibet Eccleſiæ Sacerdotem in præfato Monaſterio ditionem quamlibet habere, hac auctoritate, præter Sedem Apoſtolicam, prohibemus, itaut niſi ab Abbate Monaſterij fuerit inuitatus, nec Miſſarum ſolennitatem ibidem quiſpiam præſumat omnimodo celebrare, vt profectò, iuxta id, quòd ſubiecti Apoſtolicis Priuilegiis conſiſtunt, inconcuſſè locus dotatus permaneat. Conſtituentes per huius decreti noſtri paginam, atque interdicentes omnibus omnino cuiuſlibet Eccleſiæ Præſulibus, vel quacumque dignitate præditis perſonis, ſub anathematis interpoſitione, qui huius præſumpſerit præſentis conſtituti, à nobis præfato Monaſterio indulti, quolibet modo exiſtere temerator. Benè valete.* Denique ſubſcriptionem delet, in qua nihil videtur Chronologiæ refragari. Priuilegium enim datum aſſeritur hoc anno, Conſtantini Auguſti triceſimo-ſecundo, pridie Nonas Nouembris, Indictione quintâ, id eſt, eodem die, quo Zacharias Bonifacio, qui Fuldenſe Monaſterium Priuilegio Sedis Apoſtolicæ muniri poſtularat, per epiſtolam ſignificauit eius ſe votis acquieuiſſe. Diuerſas lectiones adeò diligenter obſeruandas duximus, quia Ioannes Launoius in defenſione Sedis Apoſtolicæ aduersùs Priuilegia ſubreptitia, contendit Fuldenſe *ſuſpectum* eſſe multas ob rationes, quas ex editione Sirmondana ſpeciatim colligit. Ait imprimis haud obſeruatum, quonam è Monaſterio & quibus è Tabulariis erutum eſſet. Addit illud non extare in Cœnobij Fuldenſis antiquitatibus, quas Chriſtophorus Browerus libris quatuor conſcripſit. Deinde obiicit nec Imperatoris anno nec Indictione conſignari, vt ſolent epiſtolæ Zachariæ, quoties magni cuiuſdam ſunt ponderis. Abſurdam quoque declarat hanc locutionem, *Monaſterium Priuilegij Sedis Apoſtolicæ Infulis decoretur*, quæritque per iocum, quid hoc ſibi velit *Monaſterium Priuilegij Sedis Apoſtolicæ Infulis decorare.* Sed hæ corruunt obiectiones, ſi conſulitur Othlonus apud Surium, apud Caniſium, & apud Seratium. Sancti Bonifacij vitam ab Othlono conſcriptam, in qua Fuldenſe Priuilegium eo legitur modo, quo ſuperiùs à nobis deſcriptum eſt, Henricus Caniſius [a] ex Rebdorfenſi prope Eyſta-

[a] Tom. 4. antiq. Lect.

dium Monaſterio publicauit. Illam ignorato Scriptoris nomine, genuinâ tamen in epiſtolis Romanorum Pontificum ac Bonifacij ſeruatâ phraſi, probatis Sanctorum Vitis priùs inſeruerat Laurentius Surius [a]. Eandem primigenio quoque ſtylo Nicolaus Serarius libro tertio rerum Moguntiacarum deſcripſit, præmiſſis tribus notationibus, quas conſule, ſi plura de Othlono déque eius ſcripto ſcire deſideras. Hæc ſatis ſupérque ſufficiunt, vt non tantùm intelligas à quo Scriptore Sancti Bonifacij vitæ ſit inſertum, ſed etiam in quo Tabulario ſit aſſeruatum Fuldenſe Priuilegium, quod ſuprà recitauimus alio ſanè modo, quàm Sirmondus & Launoius ediderunt. Hæc apud Sirmondum locutio, *Monaſterium Priuilegij Sedis Apoſtolicæ Infulis decoretur*, vt Launoio ſic & nobis plurimùm diſplicet, placet autem genuina ex Rebdorfenſi Codice ſic, *Monaſterium Priuilegio Sedis Apoſtolicæ decoretur.* Quæ Priuilegij Fuldenſis apud Sirmondum ſubſcriptio deſideratur, in variis inuenitur editionibus, quæ Sirmondanam anteceſſerunt, nec in notis quidpiam reperitur, quod aduerſari Chronologiæ videatur. Denique in toto Priuilegio, cuius mentionem Pippinus quoque Rex infrà faciet, nullus occurrit nævus, qui ſuppoſititium ideóque reiiciendum ſuadeat.

[a] D. 5. Iun.

XVII. In literis Bonifacij, præter articulos tres, de quibus proximè diſſeruimus, nihil omnino legitur. At in pyctacio ſeu pitacio vel pittacio, id eſt, in indiculo membranaceo ſeu chartaceo continebantur alia non pauca. Zacharias enim ſuam reſponſionem ſic perſequitur. *Prædictus tuus gerulus Lul, cum ceteris ſuis concomitibus, quæ iniuncta fuerunt à tua ſancta Fraternitate, tam in verbo, quàm in ſcripto, omnia liquidiùs ſuggerentes innotuerunt, de quibus tam in verbo quàm in ſcripto reſponſum dantes tuæ remiſimus Fraternitati.* De ſingulis illius indiculi capitibus hic agendum.

XVIII. De cibis, *In primis*, ait Zacharias, *de volatilibus, id eſt, graculis, & corniculis, atque ciconiis, quæ omnino cauenda ſunt ab eſu Chriſtianorum; etiam & fibri, atque lepores, & equi ſiluatici multò ampliùs euitandi. Attamen, ſanctiſſime frater, de omnibus Scripturis ſacris benè compertus es.* Sic legunt Antonius de Aquino, Binius, Sirmondus. Addit propoſitionem è Serarius in editione cùm Othloni tum epiſtolarum Bonifacianarum, ſic. *De omnibus è Scripturis ſacris benè compertus es.* Surius hoc loco ſtylum Zachariæ ſic mutauit. *De his igitur omnibus, ſanctiſſime Frater, ex ſacra Scriptura ſatis inſtrui poteris.* Surium deſcripſit Baronius hac tamen differentiâ, quòd Bonifacium non *ex Sacra Scriptura*, ſed *ex hac ſcriptura*, id eſt, ex literis Zachariæ, quas examinamus, ſatis inſtrui poſſe dixerit. Hi poſtremi duo Scriptores magis à ceteris diſcrepant, cùm nullam fibrorum ac leporum mentionem faciunt. *In primis*, inquiunt, *de volatilibus, id eſt, graculis, & corniculis, atque ciconiis, quæ omnino cauenda ſunt ab eſu Chriſtianorum; equi etiam ſyluatici* (Baronio *ſylueſtri*) *multò ampliùs vitandi.*

XIX. In textu præcitato, *compertus es*, idem ſonat ac *comperiſti*. Id liquet ex epiſtola nonageſima-quarta, in cuius initio *comperti ſumus* idem eſt ac *comperimus*, textus enim talis eſt. *In colloquio nuper venerandæ fraternitatis tuæ comperti ſumus, quia conſilium proximi noſtri cuiuſdam, minùs cautè, ſeculi impedimento poſtpoſito, viam religionis ingredi cupientis, prudentia veſtra præuenire vtiliore conſulto voluiſſet.* Hac obſeruatione præmiſſâ, Serarius [b] Apoſtolicas Zachariæ literas ſic exponit. *Noſti è Scriptura, Iudæis fuiſſe hæc prohibita, Chriſtianis libera. Fac quod bonum, & hoc tempore, & illo tuo loco videbitur expedire. Putarem ab his alioquin abſtinendum, ſed non impero.* Gregorius Tertius Germanicas gentes ab eſu caballorum cùm agreſtium tum domeſticorum reuocare iam ſtatuerat, vt dictum Tomo ſuperiore [c].

[b] In not. ad ep. 142.

[c] Ad an. 732. n. 8.

XX. De igne Paschali, Secundò, Zacharias inquiſitus de igne Paſchali ſic ſcribit. *De igne autem Paſchali quod inquiſiſti, à ſanctis priſcis Patribus, ex quo per Dei & Domini*

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

noſtri Ieſu Chriſti gratiam, & pretioſa ſanguine eius, Eccleſia dedicata eſt, quintâ feriâ Paſcha, dum ſacrum Chriſma conſecratur, tres lampades magna capacitatis, ex diuerſis candelis Eccleſia oleo collecto, in ſecretiori Eccleſia loco ad figuram interioris tabernaculi inſiſtente, indeficienter cum multa diligentia ardebunt, itaut oleum ipſum ſufficere poſſit vſque ad tertium diem. De quibus candelis Sabbato Sancto pro ſacri fontis Baptiſmate ſumptus ignis per Sacerdotem renouabitur. De cryſtallis autem, vt aſſeruiſti, nullam habemus traditionem.

XXI. Ex aſſertione Bonifacij, videtur ea quibuſdam opinio fuiſſe, vt ignis Paſchalis eliceretur è cryſtallis, ſiue è ſpeculis, quæ Solares radios excipiunt, & ſcintillas ac flammas accendunt. At ea de re *nullam*, inquit Zacharias, *habemus traditionem*, quæ optima plurimis in rebus magiſtra.

XXII. Tertiò, quærit Bonifacius, quid faciendum ſit cùm de hominibus tum de equis, qui regio morbo vexantur.

XXIII. DE HOMINIBVS ET EQVIS REGIO MORBO VEXATIS.

Ad hanc interrogationem Papa ſic reſpondet. *De his, qui regio morbo vexantur, inquiſiſti, ſiue homines, ſiue equi ſint, quid faciendum ſit de illis. Si homines ex natiuitate, aut ex genere, huius morbi ſunt, hi extra ciuitatem commanere debebunt, ad eleemoſynam verò accipiendam à populo non deuitari. Si autem contigerit magnum vel paruum non natiuitate, ſed ſuperueniente agritudine vexari, non eſt proiiciendus, ſed ſi poſſibile eſt, curandus. Attamen in Eccleſia, dum ad communionem venerit, poſt omnium impletionem erit ingreſſurus ad participandum munus. Equi vero, qui præfato morbo fuerint inquinati, ſi curari non valuerint, in puteis & foueis proiiciendi ſunt, ne eiuſdem morbi contagione cæteri coinquinentur.* Rectè notat Serarius rudem, & medicinæ prudentiæque politicæ tunc indigam fuiſſe Germaniam, è qua iſtiuſmodi quæſtiones ad Pontificem referre oportuerit.

XXIV. DE ANIMALIBVS LACERATIS A FVRENTIBVS LVPIS ET CANIBVS.

Quartò, Zacharias de animalibus, quæ à rabidis lupis & canibus lacerata ſunt, ita reſcribit. *De animalibus autem, qua à furentibus, id eſt, rabidis lupis & canibus fuerint lacerata, oportet ea à ceteris ſeparari, ne per furentes & mordentes cetera coinquinentur. Quòd ſi pauca ſunt, vt ſuprà diximus, in foueas proiicienda ſunt.*

XXV. DE ABLVTIONE PEDVM.

Quintò, Zacharias interrogatus, vtrùm Sanctimoniales fœminæ, quemadmodum viri, ſibi pedes inuicem abluere debeant, ita reſpondet. *Et hoc inquiſiuit fraternitas tua, ſi liceat Sanctimonialibus fœminis, quemadmodum viris, ſibi inuicem pedes abluere, tam in Cœna Domini, quámque in aliis diebus. Hoc Dominicum præceptum eſt, quod qui per fidem impleuerit, habebit ex eo laudem. Etenim viri & mulieres vnum Dominum habemus, qui in cælis eſt.*

XXVI. DE PRAVO QVODAM RITV.

Sextò, Zacharias prauum quemdam Gallorum ritum damnat, nec quis ille fuerit, diſtinctè prodit. *Pro benedictionibus*, inquit, *quas faciunt Galli, vt noſti, frater, multis vitiis variantur. Nam non ex Apoſtolica traditione hoc faciunt, ſed per vanam gloriam hoc operantur, ſibi ipſis damnationem adhibentes, dum ſcriptum eſt. Si quis ex vobis euangelizauerit præter id quod euangelizatum eſt, anathema ſit. Regulam Catholica traditionis ſuſcepiſti, frater amantiſſime. Sic omnibus prædica, omnéſque doce, ſicut à ſancta Romana, cui Deo auctore deſeruimus, accepiſti Eccleſia.*

XXVII. Septimò, quærit Bonifacius, vtrùm Sacerdos ante annum ætatis triceſimum ordinari legitimè poſſit.

XXVIII. DE ÆTATE QVA SACERDOS ORDINARI DEBET.

Ad hanc quæſtionem ſic reſpondet Zacharias. *Inquiſiſti etiam & hoc, ſi ante triceſimum annum liceat Sacerdotem ordinari. Bonum & congruum eſt, chariſſime Frater, ſi fieri & inueniri poteſt, vt prouecta ætatis & boni teſtimony viri, iuxta ſacrorum Canonum inſtituta, ordinentur Sacerdotes. Si autem minimè reperiuntur, & neceſſitas expoſcit, à viginti-quinque annis & ſuprà Leuita & Sacerdotes ordinentur, quemadmodum in lege Domini continetur.*

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

Octauò, Zacharias Bonifacium hortatur, vt Epiſcopos, qui nocent Eccleſiis Dei, redarguere non deſinat. *De Milone*, inquit, *& ſimilibus eiuſmodi, qui Eccleſiis Dei plurimùm nocent, vt à tali opere nefario recedant, iuxta Apoſtoli vocem, opportunè importunè prædica. Si acquieuerint admonitionibus tuis, ſaluabunt animas ſuas. Sin verò, ipſi peribunt obuoluti in peccatis ſuis, tu autem, qui rectè prædicas, non perdes mercedem tuam.* Milo, qui Metropolitanas Eccleſias vtriuſque Belgicæ, Treuirenſem videlicet ac Remenſem, peſſumdedit, ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum tertium ſuperſtes vixit. Interim Abel Archiepiſcopus, quem Remis expulerat, in Monaſterio Laubacenſi feliciter ad Deum hoc circiter anno migrauit Nonis Auguſti, quo die colitur in faſtis Belgicis[a]. XXIX.

DE MILONE ARCHIEP.

[a] Molanus, Miræus.

Nonò, Zacharias de eſu lardi ſic reſcribit. *Et hoc inquiſiſti, poſt quantùm temporis debet lardum comedi. Nobis à Patribus conſtitutum pro hoc non eſt. Tibi autem petenti conſilium præbemus, quòd non oporteat illud mandi, priuſquàm fumo ſiccetur, aut igne coquatur. Si verò libet vt incoctum manducetur, poſt Paſchalem feſtiuitatem erit manducandum.* XXX.

DE ESV LARDI.

Quidam conceſſum à Papa putant lardi cocti eſum in Quadrageſima, quia ſubdit incoctum comedi poſſe poſt Paſchalem feſtiuitatem. Argumenta, quibus illam opinionem confirmare conantur, in ſuis ad hanc epiſtolam notis profert, egregièque diluit Serarius; deinde, quo ſe tueri poſſint, nihil in epiſtola Zachariæ legi, nihilque ex ea erui probat euidenter, interrogationis enim Bonifacianæ Pontificiæque reſponſionis hic eſt cardo. A Germanis, apud quos Bonifacius verſatur, lardum comedi ſolet & crudum & recens. Id ſemibarbarum & inſalubre videtur. Porcinæ ſiquidem ſuccidiæ, totaque ſuilla caro, præſertim recentior, humoris ac ſucci nimij plenior eſt, lepræque fœcundior. Eam ob cauſam Bonifacius eſum lardi incocti ac recentis interdicit. Hinc oritur dubitatio, quanto videlicet tempore poſt mactatum ſuem ſit expectandum, vt crudo illius lardo veſci liceat. Reſpondet autem Pontifex nihil ea de materia conſtitutum à Patribus, ideóque nullum à ſe præceptum ſed conſilium tantummodo dari, nempe vt lardum non comedatur, priuſquàm fumo affluentiores eius humores exſiccati fuerint, aut certè igni & coctione, ſi quis illud recens comedere adhuc velit; Paſchale verò tempus expectet, quiſquis incoctum omnino vult adhuc manducare, nec à priſtina feritate crudioréque conſuetudine penitus deduci poteſt. Cùm enim hyeme vel adultâ, Nouembri ac Decembri potiſſimùm, mactari ſoleant porci, quatuor minimùm aut quinque menſes, iique ferè frigidi, quibus & ignis & fumi plùs in ædibus, dantur exſiccando exſugendóque lardo, itaut poſt tantùm temporis iam ferè ſemicoctum aut penè coctum videri poſſit. *Hæc hoc loco*, inquit Serarius, *Pontificis Zachariæ ſententia eſt, cui etiam adhuc Thuringi, Weſtphali, Heſſi, & alÿ, qui crudo etiamnum lardo libenter veſcuntur, morem gerunt. Nam hybernas illas ſuccidias ante Paſcha, &, vt alicubi loquuntur, ante primos cuculi cantus, non attingunt.* XXXI.

Decimò, Zacharias aduersùs Epiſcopum iam condemnatum, qui pugnator & fornicator exiſtit, atque res Eccleſiæ poſt degradationem ſibi vendicare nititur, ita ſtatuit. *Epiſcopus autem condemnatus, de quo inquiſiſti, qui pugnator & fornicator exiſtit, atque res Eccleſiæ poſt degradationem ſibi vendicare nititur, hic omnino ac deteſtabiliter reſpuendus eſt. Quæ enim portio fideli cum infideli? aut quæ communio Chriſti ad Belial? Hunc & Sanctorum Patrum traditiones, & ſanctorum Canonum inſtituta condemnauerunt.* XXXII.

DE GERVILIONE EP. CONDEMNATO.

Epiſcopus, de quo Zacharias loquitur, non alius videtur à Geruilione Epiſcopo quondam Moguntino, qui, licèt depoſitioni ſuæ iudicióque Epiſcoporum conſenſerit, res tamen Eccleſiæ Moguntinæ vel earum partem ſibi per aliquot annos vendicare conatus ſit, donec in ſe reuerſus eidem Eccleſiæ pecunias ſuas & mancipia reliquit. Sic enim de illo ſcribit Sera- XXXIII.

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

rius [a] ex Codice manuſcripto. *Quicquid in pecuniis & mancipiis poſſedit, Eccleſiæ reliquit. Aliam enim hæreditatem in his regionibus non habuit, ait abbreuiator Willibaldi. Accepit autem in beneficium pro ſuſtentatione ſua Spanſhem, & Eccleſiam, quæ Caput montis dicitur, vbi XXV annis honeſtè vixit, hoſpitalitatem maximè exercens. Moguntiam verò ad aliquem conuentum vel Synodum, nunquam denuò eſt ingreſſus, aliquando tamen in Cœna Domini lotionem pedum, humilitatis gratiâ, in Eccleſiis exercuit, tandémque bono fine quieuit*, vt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-quintum dicemus, exiſtimamus enim eum pœnitentiæ ſedulò vacaſſe, poſtquàm Romani Pontificis reſponſum innotuit.

[a] Lib. 2. rer. Mogunt. c. 10.

XXXIV. DE PRESBYTERIS ET DIACONIS ORDINATIS EXTRA LEGITIMA TEMPORA.

Vndecimò, Zacharias de Preſbyterorum & Diaconorum ordinatione non legitimis temporibus & diebus facta ſic reſcribit. *De ordinatione Presbyterorum & Diaconorum, qui, cogente neceſſitate, & paupertate rogantium, non legitimis temporibus & diebus ad te peruenerunt, ſi aliquam haberes ex hoc offenſionem, inſinuaſti. Dicimus autem tibi, frater. Benè noſti, quòd ſacri Canones docent aptis temporibus Sacerdotes ordinandos. Attamen in eo, quod à te propter zelum fidei actum eſt, à Domino Deo noſtro indulgentiam poſtulamus.* Initium huius Capituli paulò aliter apud Sirmondum ſic effertur. *De ordinatione Presbyterorum & Diaconorum, cogente neceſſitate & paupertate rogantium non legitimis temporibus & diebus à te promoueri, te offenſionem incurriſſe inſinuaſti.* Aliâ occaſione de legitimis Ordinationum temporibus ac diebus copiosè diſſeruimus Tomo ſuperiore, quem, ſi lubet, ad annum Chriſti ſeptingenteſimum viceſimum-tertium [b] conſule.

[b] Nu. 26. 31. 32.

XXXV. DE CENSV ECCLESIARVM.

Duodecimò, Zacharias interrogatus de cenſu Eccleſiarum, ſiue de pecunia Eccleſiaſtica ſub precario cenſu in ſubſidium exercitûs iuxta Decretum Synodi Liptinenſis [c] præſtanda, ſic reſpondet. *De cenſu Eccleſiarum, id eſt, ſolidum de caſata ſuſcipe, & nullam habeas haſitationem, dum ex eo poteris eleemoſynam tribuere, ac in Chriſti pauperes partiri, & opus perficere ſanctarum Eccleſiarum iuxta Canonum inſtituta.* Lege quæ ſuperiùs ad Synodum Liptinenſem & ad alias cùm Bonifacij tum Zachariæ epiſtolas ea de re iam dicta [d] ſunt.

[c] Can. 3.

[d] An. 744. n. 3. & 745. nu. 30. 71. & 746 n. 28.

XXXVI. DE PRESBYTERIS QVI PROMOTI SVNT EX LAICIS, ET CRIMINALES CELARVNT CAVSAS, QVIBVS ERANT OBVOLVTI.

Decimo-tertiò, Zacharias Preſbyteros, qui de laicis promoti ſunt, & criminales cauſas, quibus erant obuoluti, celarunt, manifeſtatâ poſtmodum iniquâ eorum actione, priuandos habitu Sacerdotali pœnitentiæque ſubmittendos ita declarat. *Si quos Presbyteros, qui de laicis promoti fuerunt, & antè criminalibus cauſis obuoluti, celantes peccatum ſuum ordinati ſunt, poſtmodum verò manifeſtata eſt eorum iniqua actio, hos à Sacerdotali habitu priuatos pœnitentiæ ſubmitte. Non enim odit Deus peccantem & confitentem, ſed peccantem & negantem.*

XXXVII. DE FVGA PERSECVTIONIS PAGANORVM.

Decimo-quartò, Zacharias interrogatus, vtrùm perſecutionem paganorum fugere liceat, an non, ita reſpondet. *Flagitaſti à nobis, ſi liceat perſecutionem paganorum fugere, an non? Et pro hoc ſalutare conſilium damus, Frater. Si fieri poteſt, & locum inueneris, inſta ad prædicandum illis, ſi autem ſupportare non valueris eorum perſecutionem, habes præceptum Dominicum, vt in aliam ingrediaris ciuitatem.*

XXXVIII. DE EPISCOPO EXCOMMVNICATO.

Decimo-quintò, Zacharias de Epiſcopo excommunicato & Apoſtolicam auctoritatem negligente ſic reſcribit. *Inquiſiſti, quid faciendum* * *de excommunicato Epiſcopo & Apoſtolicam auctoritatem negligente. Hic deteſtabilis eſt coram Deo & hominibus, cuius condemnationi incondemnatus non communicabit. Ipſi enim condemnabuntur in die iræ & reuelationis Domini & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, dum ſederit ad iudicandum genus humanum, ſicut ſcriptum eſt.* [*Superbis ego reſiſtam, dicit Dominus.*]

* Sirmond. *ſtendum.*

XXXIX. DE SCLAVIS IDOLOLATRIS.

Decimo-ſextò, Zacharias de Sclauis idololatris, qui terram Chriſtianorum, id eſt, Francorum ditiones regioni Sclauorum conterminas inhabitant, cenſum accipiendum ſic declarat. *De Sclauis Chriſtianorum terram inhabitantibus,*

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

inhabitantibus, ſi oporteat cenſum accipere, interrogaſti, Froter. Hoc quidem conſilio non indiget, dum rei cauſa eſt manifeſta. Si enim ſine tributo ſederint, ipſam quandoque propriam ſibi vendicabunt terram; ſi verò tributum dederint, norunt dominatorem ipſam habere terram.

XL. De Crucibus faciendis in celebratione Sacri Canonis.

Denique Zacharias de Crucibus in ſacri Canonis celebratione faciendis ita reſcribit. *Flagitaſti à nobis, ſanctiſſime Froter, in ſacri Canonis celebratione * quot in locis Cruces fieri debeant, tuæ vt ſignificemus Sanctitati. Votis autem tuis clementer inclinati, in rotulo dato Lul Religioſo Presbytero, per loca ſigna ſancta Crucis quanta fieri debeant; infiximus.*

* Sur. & Scrat. prædicatione.

XLI.

Sequitur epilogus literarum cum ſubſcriptione, ſic. *His autem ita ſe habentibus, Domini deprecamur clementiam, licèt peccatores, vt ſuo te muniat & confortet auxilio, nóſque annuat proſperitatis tuæ ſemper læta ſuſcipere nuntio. Deus te incolumem cuſtodiat, Reuerentiſſime * frater. Data pridie Nonas Nouemb. imperante Domino Piiſſimo Auguſto Conſtantino, à Deo coronato, Magno Imperatore, anno* XXXII. *Imperij * eius anno vndecimo, Indictione quintâ.* Omnes hi Characteres annum à Chtiſto nato ſeptingenteſimum quinquageſimum-ptimum deſignant.

* Scrat. Reuerendiſſime.
* Sirmond. P. C.

XLII. Carolomannus Pippini filius naſcitur. Lantfridus Alamannus obit.

Eodem anno in Annalibus Petauianis mors Lantfridi & ortus Caroſomanni ſic perſtringuuntur. DCCLI. *Lantfridus mortuus fuit, & fuit natus Korolomannus Rex.* De ortu Carolomanni, qui poſt Pippinum patrem in Francia cum Carolo fratre regnauit, plura non leguntur in antiquis Annalibus. De Lantfridi morte conſentit Annaliſta Nazarianus. Fuit Lantfridus vir inter Alamannos ſeu Sueuos nobiliſſimus, reíque militaris peritiſſimus, de quo non ſemel locuti ſumus ad annos Chriſti ſeptingenteſimum vndequadrageſimum [a] & ſeptingenteſimum vndequinquageſimum [b].

[a] Num. 8
[b] Nu. 52. 54.

XLIII. Epitaphia.

Intra quadriennij ſpatium, quod à Caroli Natiuitate ad Carolomanni fratris ortum effluxit, natæ Pippino duæ filiæ, Rothais & Adheleis, quæ vitam in tenera clauſerunt ætate, ſepultæque ſunt *apud vrbem Metenſem in beati Arnulfi Oratorio, pro eo quòd à beato Arnulfo originem ducerent.* Vtriuſque epitaphium iuſſu Caroli Magni compoſuit, ac libro de Metenſibus Epiſcopis inſeruit Paulus Diaconus.

XLIV. Rothaidis.

Epitaphium Rothaidis tale eſt.

Hic ego quæ iaceo Rotaith nomine dicor,
Qua genus excelſo nimiùm de germine duco.
Nam mihi germanus, gentes qui ſubdidit armis
Auſonias, fretus Karolus virtute Tonantis.
Pipinus pater eſt Carolo de Principe cretus,
Agarenum magnâ ſtrauit qui cæde Tyrannum.
Pipinus proauus, quo non audacior vllus.
Aſt abauus Anſchiſe potens, qui ducit ab illo
Troiano Anſchiſa longo pòſt tempore nomen.
Hunc genuit Pater iſte ſacer Præſúlque beatus
Arnulphus, miris geſtis qui fulget vbique,
Hic me ſpe cuius freti poſuere parentes.

XLV. Et Adheleidis.

Sequitur epitaphium Adheleidis.

Perpetualis amor capienda & cauſa ſalutis
Pectore quem vigili huc properare facit.
Noſſe cupis, cur buſta ſacer numeroſa retentet
Hic locus, aſtrigeri quà patet aula poli?
Iſte ſacer Domini qui pòſt ſeruauit ouile,
Legitimi fuerat germinis antè pater.
Cuius poſteritas atauo confiſa Patrono,
Hoc cupit in ſancto ponere membra loco.
Pipini hic proles Adheleid pia virgo quieſcit,
Quam ſimul & reliquas ſancte tuere Pater.

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

XLVI. ADALBERTVS ET OTGARIVS BOIOARII ROMAM PROFICISCVNTVR.

Hiſce poſtremis Zachariæ Papæ temporibus, Adalbertus & Otgarius fratres, illuſtri genere in Boioaria nati qui *Warugew & Tegernſee*, ditiones inter Iſaram & Oenum fluuios Alpibus ſubditas obtinebant, Romam profecti ſunt, & à Summo Pontifice corpus beati Quirini Martyris impetrarunt, illúdque poſteà collocarunt in Monaſterio, quod in hæreditate ſua conſtruxerunt Pippino iam Rege. Lege [a] apud Hundium & Gewoldum varia Romanorum Pontificum, Imperatorum ac Cæſarum Diplomata, quæ mentionem illius rei faciunt. Quirinalia, ſeu librum carminum Geſta Sancti Quirini complectentem, & anno Chriſti circiter milleſimo centeſimo ſexageſimo à Metello prædicti Monaſterij Monacho compoſitum publicauit Henricus Caniſius in Appendice ad Tomum primum Antiquæ Lectionis. Alia Sancti Quirini Acta, vt à Cœnobitis eiuſdem loci tranſmiſſa ſunt, edidit Godefridus Henſchenius [b] duobus libris, quorum vnus res geſtas Sancti Quirini & Tranſlationem corporis, alter eiuſdem Martyris Miracula comprehendit. Illorum Actorum, quæ recentiores Monachi compilarunt, Chronulogici Characteres iuxta veterum monumentorum calculos hic ſunt examinandi.

[a] Tom. 3. Metrop. Saliſb. in Mon. Tegernſ.
[b] D. 25. Mart.

XLVII. • Tres duntaxat occurrunt, qui pertineant ad noſtros Annales. Primus hic eſt. *Temporibus Zachariæ Summi Pontificis, anno Domini ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſexto, fuere in partibus Noricorum, duo*, &c Alter annum notat, quo Reliquiæ Sancti Quirini Martyris in Boioaria ſusceptæ ſunt. *Nouus incola*, id eſt, beatus Quirinus, *in Saluatoris ſacello, anno à Chriſto nato ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo collocatur, tamdiu ibi requieturus, donec digna digniſſimo fabricetur aula Imperatori.* Tertius eaſdem Reliquias è ſacello Saluatoris in Eccleſiam Monaſterij recens erecti tranſlatas aſſerit *à reparata ſalute anno Domini ſeptingenteſimo quinquageſimo-quarto.*

XLVIII. Non inficiamur Zachariam Summum extitiſſe Pontificem anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſexto, eóque anno floruiſſe duos in Boioaria fratres, Adalbertum & Otgarium, qui Romam pòſt profecti corpus Sancti Quirini Martyris ab eodem Pontifice impetrarint. At quæ cùm itineris in Italiam ſuſcipiendi, tum Monaſterij in Boioaria conſtruendi cauſæ ſubiiciuntur, eæ nobis commentitiæ videntur. Aiunt Actorum concinnatores Otgario ſiue Ockario filium fuiſſe, qui, cùm coætaneum ſibi filium Regis Pippini ludo Schachorum ſæpiùs ſuperaret, exortâ ſub ipſo luſu rixâ, trocho à Pippini filio per tempora traiectus occubuit; addúntque poſt filij amiſſionem Otgarium de condendo Monaſterio cum Adalberto fratre deliberaſſe; conſultóque ſuper ea re Bonifacio Moguntiacenſi Archiepiſcopo, commendatitiiſque ab eo literis acceptis, Romam priùs profectos eſſe. Contentionem inter Pippini & Otgarij filios ortam non omiſit Metellus. Eam in Ilmenſibus etiam membranis & in Andreæ Ratiſponenſis Hiſtoria contineri tradit Raderus, obſeruátque in aliis Chartis, Pippini Regis filium ab Otgarij ſiue Ottacari filio cæſum dici, ſuſpicatur tamen puram putam eſſe fabulam, nec aliam ædificati Monaſterij cauſam præter ipſam fratrum pietatem agnoſcit. In eam imus opinionem; anno enim Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſexto, nec filius, nec Regius titulus erat Pippino.

XLIX. Sequitur in iiſdem Actis alia narratio, quæ potiorem fidem mereri non videtur Adalbertus & Otgarius Zachariam adeunt, cùm vexatur *à Longobardis*, copiis Romanorum ſtatim præficiuntur, & *inſtructâ belli acie prædones in maritimis locis diuiſa ſpolia nauibus impoſituros* incredibili profligant felicitate, *nullo ſanguine ſuorum* victores effecti, *nemine deſiderato aut lethaliter læſo. Redeuntibus Papa cum omni Clero, ſolenni proceſſione obuium ſe effundit, exoptatum felicémque ſucceſſum officiosè gratulatur, deductíſque ad ſepulchrum Sanctorum Apoſtolorum, præ gaudio ſolutus in lacrymas, primùm quidem Deo, tum his debitas agit gratias, oblatâ liberâ optione eligendi & re-*

tinendi quacumque inter ſpolia placuiſſent. Verùm iſti poſthabitis omnibus eadueis, petiere corpus S. Quirini. Precibus multiplicatis Summus Pontifex ſuccubuit, hac tamen lege, vt, dilatione temporis interpoſitâ, per nuntium occultè Reliquias beati Martyris repoſcerent, *ad cauendam ſeditionem inter ciues facilè ſubſecuturam cognitâ donatione. Interim illi tanto emerita ſtrenuitatis pietatíſque ſtipendio promiſſo læti in patriam rediere. Mox Vthonem ex ſorore filium, virum Clericatûs dignitate inſignem, pro afferendo ſanctiſſimo pignore cum decenti comitatu Romam deſtinarunt.* AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

L. Ab anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſexto, quo prælaudati fratres de condendo Monaſterio conſilium iniiſſe perhibentur, ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſecundum, quo Zacharias Papa mortuus eſt, & Pippinus apud Francos regnare cœpit, Romam à Longobardis vexatam non accepimus. Toto illo tempore, ſemel duntaxat Zachariæ nonnihil moleſtiæ Rachis Longobardorum Rex intulit. Anaſtaſius [a] rem ita deſcribit. *Rachis Longobardorum Rex ad capiendam ciuitatem Peruſinam, ſicut cetera Pentapoleos oppida, vehementi profectus eſt cum indignatione, quam & circumdans fortiter expugnabat. Hoc audiens Sanctiſſimus Papa continuò ſpe diuinâ fretus, aſſumptis aliquantis ex ſuo Clero Optimatibus, quantocyùs ad eandem peruenit ciuitatem, impenſíſque eidem Regi plurimis muneribus, atque oppidò eum deprecans, opitulante Domino, ab obſidione ipſius ciuitatis eum amouit. Cui & ſalutifera prædicans, Deo auctore, animum eius ad ſpiritale ſtudium inclinauit. Poſt aliquantos enim dies idem Rachis Rex relinquens Regiam dignitatem, deuotè cum vxore & filia* * *ad beati Petri Principis Apoſtolorum coniunxit limina, acceptáque à præfato Sanctiſſimo Papa oratione, Clericúſque effectus Monachico indutus eſt habitu cum vxore & filia.** Leuis hæc diſcordia, quæ Zachariam inter & Rachiſum Longobardorum Regem interceſſit, ſtatímque ſopita eſt, ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum à Baronio refertur. Quocumque autem anno contigerit, longè aliter deſcribitur, quàm quod in Sancti Quirini Translatione bellum enarratur. Inter fabulas igitur repone, quæ de fugatis ab Adalberto & Otgario Longobardis circumferuntur. Ambo fratres ſolâ pietate permoti Romam profecti ſunt exeunte hoc anno, nullum cum Longobardis aliiſue hoſtibus prælium conſeruerunt, corpus Sancti Quirini Martyris impetrarunt à Zacharia, ſecúmque detulerunt in Boioariam, vt anno proximo fuſiùs exponemus.

[a] In Zachar. PP.

* filiis.

* filiis.

LI. CATALOGVS BITVRICENSIVM EPISC. EXAMINATVR. Tomo ſuperiore ad annum Chriſti ſexcenteſimum nonageſimum-ſeptimum [b], quo Bituricenſis Metropolitanus Agoſenus ſiue Adolenus, *poſtquàm Præſulem nulla ex parte non egregium egiſſet annis quatuordecim, vitâ deceſſit,* Indicem Bituricenſium Antiſtitum à Sulpirio Pio ad Agoſeni vſque obitum ex Patriarchio Bituricenſi texuimus. Agoſenum in eodem Patriarchio proximè ſequuntur Rochus & Siginus, quorum priori anni quadraginta, poſteriori viginti-quatuor in Epiſcopatu tribuuntur. Eâ computatione Rochus obit anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-ſeptimo, Siginus anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-primo. Id autem antiquis monumentis repugnat. In geſtis enim Pippini Regis, quæ iuſſu Nibelungi Comitis exarata ſunt, anno eiuſdem Pippini Regis decimo, ſiue anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-primo, Bertellannus Bituricenſem Pontificatum gerit. Rurſus hîc duplex oritur difficultas ſuper Bertellanno; non enim alius videtur à Berlano ſeu Berlanno, cuius Epiſcopatum Auctor prædicti Patriarchij ſeriùs differt, & annis duodecim, partim ſub Carolo Magno, partim ſub Ludouico Pio, circumſcribit; nec idem Bertellannus ſeu Berlannus, ſi poſt Siginum anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-primo ſedere incipit, annum attingere poteſt in Epiſcopatu duodecimum, anno enim Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-nono Bituricenſis Metropolitanus Herminardus Concilio Romano interfuit, íſque Herminardus diſtingui

[b] Num. 52.

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

non debet ab Ermenario, quem prænominatus Auctor Berlanno ſeu Bertellanno proximè ſubrogat.

LII. Duplex igitur illius operis inſtituenda per octauum ſeculum correctio. Primò, Bituricenſes Epiſcopi ſic enumerari ſolent, Rochus, Siginus, Landrarius, Deodatus, Segolenus, Dauid, Berlannus, Ermenarius. Sic autem recenſendi, Rochus, Siginus, Berlannus, Landrarius, Ermenarius, &c. Secundò, vt Epiſcoporum ſucceſſio, ſic & annorum partitio corrigenda, anni enim quadraginta Rocho, quatuor ac viginti Sigino, duodecim Berlanno ſeruari non poſſunt, quia Pontificatum renuerunt, Berlannus anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-primo, Ermenarius anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-nono. Nihil autem ad illam emendationem opportunius occurrit, quàm ſi vel Rocho, vel Sigino demantur anni decem, Siginíque Præſulatus vltra hunc annum, à Chriſto nato ſeptingenteſimum quinquageſimum-primum, haud protogetur. Subſequentium enim Pontificum anni rectè ſic diſtribuentur. Bertellannus ſeu Berlannus annis ſedebit duodecim, ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-tertium, eáque Chronologia conueniet cum Geſtis Pippini Regis, in quibus Bertellannus anno eiuſdem Pippini Regis decimo, ſiue anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-primo, Bituricenſis Epiſcopus aſſeritur. Bertellanno ſuccedet Landrarius, vitámque quarto pòſt anno claudet, id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-ſeptimo. Tum ſuſcipiet Epiſcopatum Herminardus ſiue Ermenarius, qui Concilium Romanum cum aliis Præſulibus anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-nono celebrabit.

SIGINVS OBIT.

SVCCEDIT BERTELLANNVS.

LIII. His circiter temporibus, cùm regimen Fontanellenſis Monaſterij penes Auſtrulphum Abbatem erat, Reliquiæ Sancti Georgij Martyris in Franciam inſigni miraculo delatæ ſunt. Qua de re Chronographus [a] Fontanellenſis in Geſtis eiuſdem Auſtrulphi ſic ſcribit. *Sub huius tempore, vt videri poteſt, magnum miraculum conditor mundi Omnipotens Deus ac pretioſum theſaurum populis illis in pago Corionallenſi reſidentibus oſtendere dignatus eſt. Nam Comitatum eiuſdem pagi tenente Richwino Comite, vas quoddam ad inſtar parui farium in medio maris iuxta locum, qui vocatur Portus Bally, ſuper aquam ferri viſum eſt, ſicque paulatim appropinquando in ipſo emporio conſtitit. Quod cernentes Vicani, more vulgi, mirari cœperunt, quidnam hoc fore vellet. Deinde ad Comitem accedunt, rem nouam pandunt, ſicque vnà cum Comite Religioſos quoſque viros ac Sacerdotij dignitate fulgentes, ad hoc inauditum ſpectaculum inuitant. Qui propiùs accedentes cum grandi pauore, fide tamen maiori inſpiciunt in latere eiuſdem turricula oſtiolum cerâ firmatum. Quod reſeratum introſpicientes repererunt Codicem pulcherrimum, quatuor Euangelia continentem, Romanâ literâ optimè ſcriptum, membranis mundiſſimis honeſtâque formâ confectum. Iuxta quem inueniunt & capſam, quam aperientes, repererunt partem ex pretioſiſſima maxilla B. Georgij Martyris, cum aliis plurimis pignoribus diuerſorum Sanctorum, inſuper & ſalutiferi ligni Crucis Dominicæ, quod in eadem capſa literis ſigillatim declaratum erat. Deinde indicto ieiunio quid agendum ſit deliberant. Expleto nanque ipſo ieiunio plauſtrum præparant, cui prædictum farum imponerent, vt, quò Domini decreuiſſet voluntas, perferretur. Duabus quoque vaccis eidem plauſtro applicitis, ſummi arbitri præſtolabantur nutum. Nec mora: eadem vaccæ, concito gradu, cum ipſo plauſtro, populis expectantibus atque proſequentibus, ſine ductore, ac vllius bubulci adminiſtratione, ad eum locum, qui vſque nunc Brucius vocatur, peruenerunt. Erat autem poſſeſſio cuiuſdam illuſtris viri. Ibi nanque, vt Eccleſia conſtrueretur in honore B. Georgij Martyris, omnibus placuit. Comes tamen prædictus primus in hoc negotio erat, qui vnà cum populis ſibi ſubditis condidit in eodem loco Baſilicam in honore B. Georgij Martyris, duæque aliæ Eccleſiæ, id eſt, vna in honore beatiſſimæ matris ac perpetuæ Virginis Mariæ, altera in Sanctæ Crucis eſt fabricata honore, vbi diuinâ præſ-*

[a] Cap. 13.

RELIQVIÆ S. GEORGII M. IN FRANCIAM DEFERVNTVR.

tante clementiâ, obtentu Sanctorum, quorum pignora ſacratiſſima cum particula AN CH.
pretioſi capitis S. Georgij Martyris Chriſti ſeruantur, tanta ſiunt vſque ad præ-
ſens miracula, vt niſi à fidelibus, qui nouerunt Dominum plurimas in Sanctis 751.
ſuis operari virtutes, fidem excedant. Eſt autem idem vicus in ardui montis CHILDE-
planitie ſitus, cui ab Auſtrali plaga fluuius adiacet, qui vocatur Vndua, diſ- RICI III.
tans ab eo loco plùs minùs millia duo. Turricula autem illius formam, in qua R. 8.
eadem Reliquiæ condita erant, quia vidi, etiam deſcripſi. Eſt autem forma quadrata, ex quatuor videlicet angulis ab imo aſſurgens, & ita opus omne paulatim minuendo in latitudine, in ſummo anguſtum redditur, vt pyramidem in altitudine reddat, vniúſque mali parui concluſione ſolidetur. Habet quoque in medio ſui ſolariolum, in quo Codex ille Euangelicus cum capſa illa ſeruabatur, cui deſuper aptum eſt laquear. Eminet in altitudine pedum circiter octo, in latitudine plùs minúſque trium.

Inquirit idem Auctor, vnde illæ Reliquiæ in prædictum pagum delatæ ſint. Obſeruat in Geſtis Zachariæ Papæ, cui ſynchronus extitit Auſtrulphus Abbas, hæc haberi. *Huius temporibus magnum theſaurum Dominus Deus noſter in hac Romana vrbe per eundem almificum Pontificem propalare dignatus eſt. In venerabili itaque Patriarchio ſacratiſſimum B. Georgij Martyris iſdem Sanctiſſimus Papa reconditum in capſa reperit caput. In qua & petacium pariter inuenit literis exaratum Græcis, ipſum eſſe ſignificantibus. Qui Sanctiſſimus Papa omnino ſatisfactus, illicò aggregato huius Romanæ vrbis populo, cum Hymnis & Canticis ſpiritualibus in venerabili Diaconia eius nomine ſita in hac Romana ciuitate, regione ſecunda ad Velum aureum, illuc deduci fecit. Vbi immenſa miracula & beneficia Omnipotens Deus ad laudem nominis ſui per eundem Sacratiſſimum Martyrem operari dignatur.* Inde arbitratur *aliquos venerabiles viros aut de Britannia, id eſt, gente Anglorum, qui maximè familiares Apoſtolicæ Sedi ſemper exiſtunt, vel de quacunque prouincia, ad quam intrandam mare tranſeundum eſt, tunc temporis in Romana affuiſſe vrbe, præfatáſque Reliquias ab ipſo Pontifice acceptas, dum domum redire vellent, in mari correptos naufragio, aut qualicunque diſcrimine, ſícque ipſa pignora amiſiſſe nutúque Dei in ipſum territorium aduecta fore.* Deinde, quomodo prædicta Sancti Georgij Baſilica Cœnobio Fontanellenſi contradita ſit, ſic exponit. *Conſequenti quoque tempore, quidam paterfamilias, nomine Bernehardus, quia poſſeſſio eius erat, in qua ipſa Baſilica prædicti Martyris ſita videtur, huic Cœnobio eam contradidit, ſícque in ditionem huius loci peruenit.* Poſtremò, narrationi ſuæ maximam ſic auctoritatem conciliat. *Hæc de aduectione Reliquiarum B. Georgij Martyris, prout auditu didici, vel in ſcriptis eiuſdem Pontificis inueni, aut etiam ipſe vidi, quia tempora conuenientia inueni, memoriæ mandare curaui. Nam eodem quo aduecta ſunt tempore, & Zacharias Apoſtolicus, & Pipinus Princeps, & Richwinus Comes extiterat, ideo nulla de hoc eſt dubitatio. Nam & Codicem illum Euangelicum, vt Scriptura eiuſdem inſinuat, in Romulea vrbe ſcriptum conſtat.* LIV.

Wigbertus Friteſlarienſis Abbas, quem Bonifacius Moguntiacenſis Ar- LV.
chiepiſcopus, vt ante biennium diximus, ad Ortdorffienſe Monaſterium WIGBERTVS
migrare monitu paterno compulerat, Friteſlariam his circiter diebus re- ABBAS
diit, cùm Bonifacius Archiepiſcopatum Moguntiacenſem nondum dimi- FRITSSLA-
ſiſſet. Ea de re Lupus Seruatus in ipſius Wigberti vita ſic ſcribit. *Non* RIAM RE-
fruſtrà illic, nempe apud Ortdorffium, *tritis aliquot annis, cùm præter id,* DIT.
quod ſenio grauabatur, ancipiti morbo ſubinde laboraret, nihil citra Sancti Bonifacij gerere volens auctoritatem, enixiſſimis ab eo precibus, intimâ tamen humilitate conditis, obtinuit, vt ad prius reuertens Cœnobium, id eſt, ad Friteſlarienſe, *in eo, quod ſupereſſet vitæ, iam quaſi feriatus exigeret. Vbi gratulantium receptus frequentiâ, veluti repueraſcens, atque iuueneſcens, rudimenta denuò ſanctitatis, & arctiſſimi certamina propoſiti diligenter aggreſſus, non emeritam ætatem, non tot ſuperatos labores metiri conſenſit; verùm*

AN. CH. *oblitus præteritorum, ſecundùm Apoſtolum, gaudiis intendit æternæ beatitudinis, quorum adipiſcendæ dignitati nihil par in hac vita valet expendi.*

751. CHILDERICI III. R. 8.

LVI. BURCHARDUS ABDICATO WIRCEBURGENSI EPISCOPATU.

Burchardus hoc anno Wirceburgenſem Epiſcopatum abdicauit. Illud negotium Egilwardus, quoniam à recta Chronologia procul aberrat, næuis haud paucis aſperſit, narrationem ſuam ſic exorſus. *Tandem cum ſenioribus atque magnatibus Eccleſiæ ſuæ iniit conſilium, quatenus per ſe, dum adhuc viueret, ſi fieri poſſet, ſucceſſorem ſibi prouideret. Conſilio & conſultu illorum, miſit quendam Lintfridum Comitem ad Imperatorem Carolum, rurſúmque alios de Clero ſuo ad Lullum Metropolitanum, tam verbis quàm literis id agentes, quo Megingaudus per omnia vir laudabilis, ægrotanti iamiámque deficienti Præſuli Burchardo, in Cathedra Wirceburgenſi ſubrogaretur, ne fortè decedente Paſtore nouellus Christi grex ex improuiſo rugientis leonis incurſione acriùs diſturbaretur.* Hic Auctor [a], quia Burchardum ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum nonageſimum-primum vixiſſe credit, ait miſſum Lintfridum Comitem *ad Imperatorem Carolum*, miſſos quoque Clericos *ad Lullum Metropolitanum*, id eſt, ad Carolum cognomento pòſt Magnum Francorum tum Regem, poſteáque Romanorum Imperatorem, & ad Lullum Moguntiacenſem Archiepiſcopum ſucceſſorem Sancti Bonifacij. Sed Megingaudus ſeu Mehingodus à Sancto Bonifacio Lulli deceſſore Epiſcopus eſt ordinatus. Id docet Wandelbertus Diaconus, vbi tres Epiſcopos, Moguntiacenſem, Spirenſem, & Wirceburgenſem, qui, iubente Carolo Magno tum Rege, Tranſlationi Sancti Goaris interfuerunt, recenſet in libro de Miraculis eiuſdem Sancti Goaris, eóſque Epiſcopos à Sancto Bonifacio Martyre ordinatos ſic affirmat. *Miſſi ſunt ab Excellentiſſimo Principe Carolo Lullus, Moguntiæ Archiepiſcopus, vir Anglorum gente, moribus & vitâ laudabilis, Baſilius Nemeti, quæ ciuitas nunc Spira vocatur, & Mehingodus vrbis, quæ trans Rhenum ſita, ſermone barbaro Wirziburg appellatur, Epiſcopi; qui omnes à beato Boniſacio Pontifice & Martyre fuerant ordinati.* Clarebat Wandelbertus nono ſeculo, longéque præſtantioris eſt auctoritatis, quàm Egilwardus, qui multò ſeriùs vitam Sancti Burchardi conſcripſit. Præterea Marianus Scotus libro tertio Chronicorum [b] author eſt Burchardum ſediſſe *annis nouem*, & Ioannes Trithemius, apud quem encomium Sancti Burchardi bis in Vitis Illuſtribus Ordinis Benedictini, ſemel libro tertio, capite centeſimo octogeſimo-ſexto, rurſum libro quarto, capite centeſimo octogeſimo-ſexto reperies, vtrobique eiuſdem Burchardi Pontificatum ſpatio nouem annorum circumſcribit. Primò, ſic *Burckardus Epiſcopus Herbipolenſis ex Monacho, natione Anglicus, vir Sanctus & Deo dilectus, qui multis fertur claruiſſe Miraculis. Sedit in Pontificatu Wirtzburgenſi annis nouem, à Sancto Bonifacio Moguntino Archiepiſcopo ordinatus. Claruit anno Domini ſeptingenteſimo 50.* Deinde ſic, *Burckardus Monachus cuiuſdam Cœnobij in Anglia, ſocius & comes peregrinationis Sancti Bonifacij Martyris, & ab eo Herbipolenſis Epiſcopus conſecratus, ſedit annos nouem.* Sedit igitur ab anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo, quo conſecratus eſt Epiſcopus à Bonifacio Archiepiſcopo tum regionario, ad hunc annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-primum, quo Pontificatum abdicauit, eodem Bonifacio Archiepiſcopo tum Moguntiacenſi, Pippino tum Maiore-domûs, ac Childerico tum Rege, nec vt ſibi Megingaudus *in Cathedra Wirceburgenſi* ſubrogaretur, Comitem *ad Imperatorem Carolum*, aut Clericos *ad Lullum Metropolitanum* direxit. Quapropter in textu vitæ ſuprà recitato, Imperatoris Caroli loco Childericum Regem reſtitue, deletóque Lullo Metropolitano Bonifacium Metropolitanum repone.

[a] Ap. Sur. d. 14. Octobr.

[b] Ad an. 750.

LVII. Quid autem Lintfridus Comes aliíque Legati confecerint, idem Auctor, in quem inquirimus, ita ſubiungit. *Legatione peractâ, Miſſi redeunt, vtriſque conſenſum referentes tam Regum & Principum, quàm Archiepiſcopi cæterorúmque Epiſcoporum.* At Legati conſenſum non *Regum & Principum*, ſed

AN. CH. 751 CHILDERICI III. R. 8.

Regis, nempe Childerici, *& Principum* ſiue Optimatum retulerunt. Textum igitur ita corrige. *Miſſi redeunt, vtrique conſenſum referentes tam Regis & Principum, quàm Archiepiſcopi ceterorúmque Epiſcoporum. In quorum præſentia, conuocato ad vrbem Wirteburg vniuerſo Clero & populo, beatus Burchardus* prolixam orationem habuit cui ſuperſedemus, *& in fletum cunctis prorumpentibus, ipſe collachrymans, tandem virum per omnia probabilem Megingaudum produxit in medium, ſuóque, totius etiam Cleri circumſtantis teſtimonio, comprobauit eum Epiſcopatu digniſſimum (aderant Legati ſupradicti cum literis Regis & Principum, necnon & Moguntini Metropolitani ....., confirmantes in omnibus electionem Megingaudi) atque ſub teſtificatione Chriſti & Eccleſiæ rectè commendauit, chartáſque Regalium traditionum ſiue Priuilegiorum Sedis Apoſtolicæ, cum cuncta Epiſcopij rerum inueſtitura coram omnibus ipſi præſentauit, ſicque illum Eccleſiaſtico more cum maxima deuotione, necnon vniuerſi, qui conuenerant, Cleri populíque fauore, venerabiliter inthronizauit.* Quod in illo textu legitur nomen Lulli ſuppreſſimus, quia Lulli loco ſcribendus eſt Bonifacius, ipſius Lulli deceſſor. Obſerua prætereà de Legatis aſſeri, quòd adfuerunt inthronizationi Megingaudi *cum literis Regis*, inde enim patet mendoſum eſſe ſuperiorem textum, in quo conſenſum non Regis ſed *Regum* dicuntur retuliſſe.

SVESTITVTOQVE MEGINGAVDO EPISCOPO,

LVIII. SECEDIT IN CASTELLVM HOHENBVRG.

Abdicato Epiſcopatu, Burchardus in Caſtellum ſeceſſit, cui nomen Hohenburgum. *Poſt hac*, inquit Auctor vitæ, *aſſumptis ſex tantùm, ex omni multitudine diſcipulorum ſuorum, Monachis, nauim conſcendit, Codices etiam, quos vel ipſe conſcripſerat, vel vndecunque conquiſierat, ſecum deportari fecit, atque inde per decurſum fluminis ad Caſtellum, quod Hohenburg dicitur, nauigio proficiſcitur, ibique, quandiu ſuperuixit, in contemplatione diuina, vigiliis ſcilicet, ieiuniis & orationibus inſiſtens, vnà cum prædictis fratribus continuè morabatur.*

LIX.

Vitæ Sancti Burchardi, quæ duos in libros diſtinguitur, tertius ab eodem Egilwardo ſubiectus inuenitur de eiuſdem Sancti Burchardi Tranſlatione & Monaſterio Sancti Andreæ. In illo libro quindecim Epiſcopi Wirziburgenſes hoc ordine recenſentur, Burchardus, Megingaudus, Bernwelphus, Luitrigus, Egilwardus, Wolfgerus, Humbertus, Gotebaldus, Arno, Rudolphus, Diedo, Burchardus Secundus, Boppo, Boppo Secundus, & Hugo ipſius Tranſlationis author Benedicto tum Papâ. Megingaudi Pontificatus ſpatio quidem annorum quindecim circumſcribitur, at eius initium non repetitur ab anno, quo Burchardus Epiſcopale munus dimiſit, ſed à tempore, quo deceſſit idem Burchardus. Textus talis eſt. *Poſt beati Burchardi deceſſum, Megingaudus, vir per omnia laudabilis, Epiſcopatum Wirceburgenſem Catholicis & Orthodoxis ſemper intendens inſtitutis, rexit quindecim annis.* Burchardi mortem in annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quartum, & ſpontaneam Megingaudi abdicationem in annum pòſt decimum-quintum ſiue in annum Chriſti ſeptingenteſimum vndeſeptuageſimum reiiciemus. Ad iſtam computationem annos ſucceſſorum, vt ab eodem Auctore ſubiiciuntur, rectè accommodabis, ne quid tamen veteribus Hiſtoriarum monumentis aduerſari videatur, Humbertum, quem ille Wolfgero poſtponit, Wolfgero præponendum monemus.

CHRONOLOGIA CONFIRMATVR.

LX.

Poſt ſucceſſorem beati Burchardi Megingaudum, Bernwelphus Cathedram *Wirceburgenſem tenuit annos ſeptem.* Obiit igitur anno Chriſti ſeptingenteſimo ſeptuageſimo-ſexto. Bruſchius mortuum ait *29. Septembris.*

LXI.

Luitrigus Cathedram Wirceburgenſem tenuit *annis tribus, menſibus quinque.* Obiit igitur anno Chriſti ſeptingenteſimo octogeſimo. Bruſchius mortuum ait *viceſimâ-ſeptimâ February.*

LXII.

Egilwardus Cathedram Wirceburgenſem tenuit *annis ſex, menſe vno, diebus viginti-tribus.* Obiit igitur anno Chriſti ſeptingenteſimo octoge-

AN. CH. ſimo-ſexto. Apud Bruſchium *huic mortali vita valedicit 24 Aprilis.*

751. *Humbertus* Cathedram Wirceburgenſem tenuit *annis decem, menſibus*
CHILDE- *tribus, diebus octo.* Obiit igitur anno Chriſti ſeptingenteſimo nonageſimo-
RICI III. ſeptimo. Bruſchius mortuum ait *menſe Martio.*
R. 8.

LXIII. *Wolfgerus* Cathedram Wirceburgenſem tenuit *annis viginti-duobus, menſibus ſex.* Exceſſit igitur è viuis anno Chriſti octingenteſimo vndeuiceſimo. In libro ſecundo Traditionum Fuldenſium extat inter hunc Epiſcopum & Ratgarium Abbatem Fuldenſem de quibuſdam controuerſiis concordia facta anno ſecundo Ludouici Pij Imperatoris. Hæc nos ratio mouit, vt Humbertum eidem Wolfgero præponeremus. Apud Bruſchium Wulfgerus obiiſſe dicitur *quartâ Nouembrium.*

LXIV.

LXV. *Gotebaldus, Abbas Inferioris Altachij* Cathedram Wirceburgenſem tenuit *annis vndecim.* Obiit igitur anno Chriſti octingenteſimo triceſimo. Bruſchius mortuum ait *in Vigilia Sancti Mathai.*

LXVI. *Arno* Cathedram Wirceburgenſem tenuit *annis triginta-ſex, menſibus ſex, diebus duodecim.* Apud Bruſchium moritur *decimâ-tertiâ Iulij.* Factus eſt igitur Epiſcopus ineunte anno Chriſti octingenteſimo triceſimo-primo, vitámque clauſit anno Chriſti octingenteſimo ſexageſimo-ſeptimo.

LXVII. *Rudolphus* Cathedram Wirceburgenſem tenuit *annis decem & ſeptem, diebus tribus.* Mortuus eſt igitur anno Chriſti octingenteſimo octogeſimo-quarto. Apud Bruſchium obiiſſe dicitur *tertiâ Auguſti.*

LXVIII. *Diedo vel Thiedo* Cathedram Wirceburgenſem tenuit *annis viginti-quatuor, menſibus duobus, diebus quatuordecim.* Obiit igitur anno Chriſti nongenteſimo octauo. Apud Bruſchium moritur 15 *Nouembrium.*

LXIX. *Burchardus*, huius nominis Secundus, Cathedram Wirceburgenſem tenuit *annis nouem, menſibus tribus, diebus viginti-quatuor,* id eſt, ad annum vſque Chriſti nongenteſimum decimum-octauum. *Deceſſit ex hac mortali vita in die Annunciationis Mariæ.* Ita ſcribit Bruſchius.

LXX. *Poppo* Cathedram Wirceburgenſem tenuit *annis viginti, menſibus decem, diebus quatuordecim*, id eſt, ad annum vſque Chriſti nongenteſimum vndequadrageſimum, apud Bruſchium enim ex hoc ſeculo decedit *15 Februarij.*

LXXI. *Poppo alius* Cathedram Wirceburgenſem tenuit *annis viginti-tribus, menſibus quatuor, diebus viginti & vno*, id eſt, ad annum vſque Chriſti nongenteſimum ſexageſimum-ſecundum, apud Bruſchium enim obiit *24 Iulij.*

LXXII. *Hugo* Cathedram Wirceburgenſem tenuit *annis ſex, menſibus ſeptem, diebus viginti & vno.* Apud Bruſchium mortuus dicitur *vigeſima-nonâ Auguſti.* Factus eſt igitur Epiſcopus ineunte anno Chriſti nongenteſimo ſexageſimo-tertio, obiítque anno Chriſti nongenteſimo vndeſeptuageſimo. Hic Sancti Burchardi corpus in Monaſterium Sancti Andreæ tranſtulit, & vt obſeruat Auctor, quem examinamus, Summus Sedis Apoſtolicæ Pontifex, qui tunc temporis erat, *Benedictus vocabatur.* Fuit hic Benedictus Quintus, quem Bruſchius Sextum in Hugonis elogio perperam ſic vocat. *Impetrauit à Pontifice Maximo Benedicto Sexto, vt S. Burcardus, primus Herbipolenſis Eccleſiæ Antiſtes, de tumulo ſubleuatus canonizaretur, & Diuorum numero inſcriberetur.* Porrò Benedictus Quintus Papa Pontificatum anno Chriſti nongenteſimo ſexageſimo-quarto ſuſcepit, annóque proximo deceſſit in exilio, itaut Hugo Wirceburgenſem Epiſcopatum toto Benedicti Quinti Pontificatu tenuerit. Benedictus autem Sextus die viceſimâ Decembris, anno Chriſti nongenteſimo ſeptuageſimo-ſecundo ſedere cœpit, Hugone Epiſcopo Wirceburgenſi ante triennium iam mortuo.

LXXIII. Ex hac Epiſcoporum enumeratione, qui Diœceſim Wirceburgenſem ad Tranſlationem vſque Sancti Burchardi, ſiue ad Pontificatum vſque Benedicti

nedicti Quinti Papæ gubernarunt, apertè conſtat Auctorem illum, qui vitam Sancti Burchardi duos in libros diſtinxit, adiecítque tertium de illius Tranſlatione, non diſſentire à noſtra Chronologia libro tertio, vbi Wirceburgenſes recenſet Epiſcopos à Sancto Burchardo ad Hugonem vſque, qui corpus Sancti Burchardi ſedente tum Romæ Benedicto Quinto Papâ tranſtulit. Ab obitu enim Sancti Burchardi ad mortem vſque Hugonis, annos numerat quindecim ſupra ducentos, quos ab anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-quarto ad annum Chriſti nongenteſimum vndeſeptuageſimum ſiue ad annum quartum Ioannis Papæ Decimi-Tertij, qui Benedicto Quinto proximè ſucceſſit, computandos aſſerimus. Longè autem poſt Benedicti Quinti, vel etiam Sexti, necnon & Septimi Pontificatum Hugo Wirceburgenſes Infulas adipiſcitur in eorum opinione, qui Sanctum Burchardum anno Chriſti ſeptingenteſimo nonageſimo-primo ſublatum ex hac vita contendunt, iuxta prædictum enim Auctorem ab obitu Sancti Burchardi ad Epiſcopatum vſque Hugonis colliguntur anni nouem ſupra ducentos, & ſecundùm illam computationem Hugo ad Epiſcopatum anno Chriſti milleſimo promouetur, vitámque claudit quarto Kalendas Septembris anno Chriſti ſexto ſupra milleſimum, id eſt, in Cathedra Wirceburgenſi ſedere incipit Silueſtro Secundo tunc Papâ, moritúrque ſub eiuſdem Silueſtri proximo ſucceſſore Ioanne dicto Decimo-Septimo, nec vllus per illud tempus occurrit Romanus Pontifex, qui Benedictus vocitetur. Quapropter in duobus libris, qui vitam Sancti Burchardi complectuntur, contra mentem Auctoris à Neoterico quopiam temerè poſitos exiſtimamus Characteres Chronologicos, qui petuntur ab Incarnatione Dominica, nec benè cum libro tertio conueniunt.

LXXIV. Epiſcopatum igitur Wirceburgenſem adminiſtrauit Megingaudus annis duodeuiginti. Tres tranſegit Burchardo cum ſex Monachis apud Hohenburgum commorante, reliquos eodem Burchardo ex hac vita iam ſublato. Intra ſpatium illud annorum octodecim, quod ab anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-primo ad annum Chriſti ſeptingenteſimum vndeſeptuageſimum effluxit, comprehenduntur res omnes, quæ de Megingaudo Epiſcopo commemorantur.

LXXV. Apud Wandelbertum Megingaudus ordinatur Epiſcopus à Bonifacio Archiepiſcopo Moguntiacenſi, deinde cum Lullo eiuſdem Bonifacij ſucceſſore Tranſlationi Sancti Goaris intereſt regnante tum Carolo. Hæc Chronologiæ nullatenus repugnant. Bonifacius enim anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-primo Moguntinus erat Archiepiſcopus, & anno Chriſti ſeptingenteſimo duodeſeptuageſimo regnare cœpit Carolus Lullo tum Metropolitâ Moguntiacenſi. Megingaudus Epiſcopus, vt in vita Sancti Wunibaldi legitur [a], ab eodem Wunibaldo Hildenheimenſi Abbate iam ægro propinquóque morti viſitatur. Nec id aduerſatur Chronologiæ, quia beatus Wunibaldus anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-primo in cælum migrauit. Ad noſtros quoque calculos hæc duo de Megingaudo Epiſcopo, rectè reducuntur, nempe quòd Sanctum Burchardum anno Chriſti ſeptingenteſimo-quinquageſimo-quarto ſepelierit, & Attiniacenſi Placito ſubſcripſerit anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-quinto. Denique poſt annos ab obitu Sancti Burchardi quindecim, vt teſtatur is, qui vitam eiuſdem Sancti Burchardi conſcripſit, ſuperſunt in viuis Lullus Archiepiſcopus Moguntiacenſis & Willibaldus Eiſtetenſis Epiſcopus, cùm Megingaudus Epiſcopatum abdicat. Annus autem poſt Sancti Burchardi mortem decimus-quintus cum anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-nono coincidit, eóque anno, vt patebit infrà, ſuis præſunt Eccleſiis Lullus & Willibaldus, ille Moguntiacenſi, hic Eiſtetenſi. Geſta illa Megingaudi Wirceburgenſis Epiſcopi, quæ breuiter ad auctoritatem noſtræ Chronologiæ ſtabiliendam hic attigimus, ſingulatim ſuis locis fuſiùs exponemus.

[a] Ap. Caniſ. Tom. 4. ant. Lect.

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

LXXVI. PRÆCEPTA MEROVEADARVM RR

Inter Hiſtorica monumenta, quæ ſecundo Tomo Seculi tertij Benedictini nuperrimè ſubiecta ſunt, occurrunt decem Præcepta Regia, quinque Clodouei Tertij, vnum Childeberti Tertij, quatuor Chilperici Tertij. De ſingulis, licèt procul à ſuis locis, agendum nobis hîc videtur, quia pertinent ad ſtirpem Merouingicam, cuius Regalis ſplendor anno proximo deficiet.

LXXVII CLODOVEI III.

Primum Clodouei Tertij Præceptum eſt *de Hildulſo villa & Baccito in Bacino ſuperiore;* profertur ex autographo Dionyſiano; hoc habet initium; *Chlodonius Rex Francorum vir inluſter. Cùm in noſtri vel Procerum noſtrorum præſentiam*, &c. Sequitur breue duntaxat fragmentum quia cetera legi non potuerunt. Subſcriptio verò talis eſt. *Datum quod fecit menſis Auguſtus dies duodecim, anno primo Regni noſtri.*

LXXVIII.

Alterum eiuſdem Clodouei Præceptum, quod eſt *de Nocido ſuper fluuium Iſcra in pago Camiliacenſi*, ex autographo quoque Dionyſiano profertur in hunc modum. *Chlodonius Rex Francorum vir inluſter. Cùm nos* [1] *in Dei Nomine Luſarca* * *in Palatio noſtro vnà cum Apoſtolicis viris in Chriſto Patribus* [2] *noſtris, Sigofrido, Conſtantino, Gribone, & Vrſiniano, Epiſcopis; necnon & inluſtribus viris, Raguoaldo, Nordeberctho, Ermenfrido, Optimatibus* [3]*; Madelulfo, Turnoaldo, Grafionibus* [4]*; necnon & Benedicto & Chardoino, Seniſcalcis; ſeu Marſone Comite Palatij noſtro, ad vniuerſorum cauſas audiendum, vel recto iudicio terminandum, reſideremus, ibique veniens venerabilis vir Chaino Abba de Baſilica peculiaris Patroni Domni Dionyſij, vbi ipſe precioſus in corpore* [5] *requieſcit, aduerſus inluſtris Deo ſacrata Angantruda filia Brito .... Ingoberctho quondam, ſuggerebat dum diceret, eò quòd villa nuncupante Nocito, ſita in pago Camiliacenſe, cum omni merito, vel adiacentias ſuas ad ſe pertinentes vel aſpicientes, quicquid ipſe Ingobercthus vel memorata Angantrudis tam de alote parentum, quòm de comparato, vel de quolibet adtracto ibidem tenuerint vel poſſederint* [6]*, per ſuum ſtrumentum ipſius Abbatis integritatem firmaſſet. Vnde & ipſum* [7] *ſtrumentum, ſeu & precarium, per quod ipſa Angantrudis pertinentium ipſius Abbatis hoc poſſidebat* [8]*, in præſentem oſtendit* [9] *relegendas. Eas relictas, ſed dum memorata Angantrudis ad præſens aderat, interrogato fuit, ſi* [10] *ipſa villa Nocito memorato Chaini* [11] *Abbati vel ad partes Baſilicæ ſui Sancti Dionyſij firmaſſet, aut .... adeſſe volebat* [12]*. Sed ipſa Angantrudis in præſentia fuit profeſſa, quòd memoratam villam Nocito vnà cum omni* [13] *merito, vel odiacentias ſuas ad ſe aſpicientes* [14] *vel pertinentes* [15]*, quantumcumque ipſa vel ingalis* [16] *ſuus Ingobercthus de quolibet adtracto ibidem tenuerint vel poſſederint* [17]*, memorato Chainoni Abbati vel Baſilicæ ſui Sancti Dionyſij per ipſum* [18] *ſtrumentum firmaſſet, & ipſum* [19] *ſtrumentum vel precarium ob hoc fieri rogaſſet* [20]*, & auctir contra quemlibet exinde aderat, & inanteà adeſſe diſponebat. Proinde nos* [21] *taliter vnà cum noſtris Proceribus* [22] *conſtitit* [23] *decreuiſſe, vt dum inluſtris vir Marſo Comes* [24] *Palatij noſtri teſtimoniauit* [25]*, quòd hac cauſa taliter acta fuiſſet, dinoſcitur* [26]*, iubemus* [27] *vt memoratus Chaino Abba vel pars Baſilicæ ſui Sancti Dionyſij ipſa villa Nocito vna cum omni* [28] *merito vel integritate ſuo, inſpecta ipſa ſtrumenta, ſicut per ipſas declaratur, abſque repetitione memorata Angantrude vel ſuis hæredibus* [29] *omni* [30] *tempore habeant euindicatum* [31]*, &, ſi* [32] *ipſi Chainoni Abbati vel ſucceſſoribus ſuis in auctiriliorum exinde contra quemlibet ſtudeant* [33] *defenſare. Datum ſub die Kalendas Nouembris, anno ſecundo Regni noſtri, Luſarcâ in Dei Nomine feliciter* E quatuor Epiſcopis, quorum nomina in hac charta ſcribuntur, duo priores noti ſunt, Sigofridus Pariſienſis Epiſcopus, cuius mentionem ad annum Chriſti ſexcenteſimum nonageſimum fecimus, & Conſtantinus Bellouacenſis Epiſcopus, qui Theodorico Tertio, Clodoueo Tertio, & Childeberto Tertio, Regibus floruit. Gribonis autem & Vrſiniani Sedes ignorantur. Quod attinet ad Chainonem, hunc Abbatem Monaſterij San-Dionyſiani ſub Theodorico Tertio eiúſque filio Clodoueo Tertio collocauimus.

1 nus
* Luſarche
2 Patribus
3 Optimates;
4 Grauionebus;
5 corpore
6 poſſiderint.
7 ipſo
8 poſſedebat.
9 oſtendedit relegendas.
10 ſe
11 Chainone
12 volebat.
13 omne
14 aſpicientis
15 pertinentes.
16 iugalis
17 poſſiderunt.
18 ipſo
19 ipſo
20 rogaſſit.
21 nus
22 Procerebus
23 conſtitet
24 Comis
25 teſtimoniauit.
26 denuſcitur.
27 iobemus
28 omne
29 heredebus
30 omne tempore
31 euindegatum.
32 ſe opſius Chainone
33 ſtudiant

AN. CH. 751.
CHILDERICI III. R. 8.
LXXIX.

Tertium Clodouei Regis Præceptum ex autographo quoque profertur, & litem Chainonis Abbatis San-Dionyſiani contra Ermenoaldum Abbatem ſic repræſentat. *Chlodouius Rex Francorum vir inluſter. Venientes Agentes Baſilica Domni Dionyſij, vbi ipſe precioſus Domnus in corpore [1] requieſcit, & venerabilis vir Chaino Abba praeſſe videtur, Nouiento in Palatio noſtro, ſuggeſſerunt eo quòd itémque venerabilis vir Ermenoaldus [2] Abba ante hos annos waddio pro oleo [3] mille quingentas libras & vino bono modiis centum [4] Anſeberctho Epiſcopo ipſe [5] Chaino Abba ei commendaſſet [6], & taliter ipſe [7] Ermenoaldus ſpondidiſſet [8], vt hoc ei daret, adimplere [9] deberet, & hoc minimè [10] feciſſet. Vnde & ante dies per eorum notitias pariter ante Domnum [11] Ingofridum Pontificem Placita inter ſe habuerunt, vt Madio menſe [12] pariter anno præterito & ipſe [13] Ermenoaldus Abba pauderis * hominis [14] ſuam anno quarto [15] ante ipſum [16] Pontificem, aut hoc coniurare deberet [17], quòd ipſo waddio eodem anno memorato Chainoni [18] Abbati numquam adhramiſſet [19], nec hoc ei dare & adimplere ſpondidiſſet [20]; quod ſi [21] minimè fecerit, argento libras decem ab [22] ipſo die dare deberet [23], poſteà iſti [24] Kalendas Maias iam præteritas ante nos [25] deberent coniungere, &, inſpectas eorum notitias, torum in terra de hac cauſa deberent [26] deducere rationes. Vnde & per ipſas eorum notitias parlculas taliter inter ſe Placitum habuerunt initum. Sed venientes ad eorum Placitum ipſi Agentes iam dicto Abbati Nouiento in ipſo Palatio noſtro, per triduum [27], per plures dies, vt lex habuit, Placitum ſuum [28] cuſtodiſſent, & ipſi [29] Ermenoaldo Abbati abiectiſſent vel ſolſatiſſent [30], ipſe [31] nec veniſſet ad Placitum, nec Miſſum [32] in vitem [33] ſuam direxiſſet, nec vlla [34] ſunnia nuntiaſſet. . . . . . . Froinde nos [35] taliter vnà cum noſtris Proceribus [36] conſtitit decreuiſſe, vt ſe videntur per eorum notitias particulas [37] taliter inter ſe pro hac cauſa Placitum habuerunt initum, & inluſtris vir Warno Comes [38] Palatij noſtri teſtimoniauit [39], quòd memorati Agentes [40] iam dicto Chainoni Abbati Placitum eorum legibus [41] cuſtodierunt, & ſuper . . . . . . Ermenoaldus Abba Placitum ſuum cuſtodire neglexit [42], iubemus [43], vt quicquid lex loci veſtri de tali [44] cauſa edocet [45], memoratus Ermenoaldus Abba partibus ipſius agentibus ad partes ipſius Chainonis [46] Abbatis vel Baſilica ſui Domni Dionyſij omnimodis [47] vobis diſtringentibus [48] componere & facere non recuſet. Chlodouius. Datum quòd fecit menſis Madius dies quinque, anno ſecundo Regni noſtri, Nouiento in Dei Nomine fideliter.* In hac Chatra duo nominantur Epiſcopi, Anſeberethus ſiue Anſbertus Metropolitanus Rotomagenſis, & Ingofridus ſiue vt ſuſpicamur Sigofridus Pariſienſis Epiſcopus; item Abbates duo, Chaino videlicet & Ermenoaldus; Abbas erat San-Dionyſianus in Epiſcopatu Pariſienſi Chaino; Monaſterium Ermenoaldi non exprimitur, ſitum videtur in Diœceſi Rotomagenſi, quia mentio fit Anſberti Metropolitæ Rotomagenſis, & ambæ Diœceſes Rotomagenſis ac Pariſina conterminæ ſunt. In eadem Charta quædam occurrunt voces ac loquendi formulæ, quarum interpretatio non eſt cuique peruia. In vulgato textu legitur *adchramiſſit*, cuius loco repoſuimus *adhramiſſet*. *Adrhamire* autem, ſiue, vt Pithœus legit, *adhramire*, eſt *de ſacramento fidem facere*, ſeu *promittere ſe certâ die & certo loco iuraturum.* Et inferiùs vulgaris Chartæ textus ſic habet. *Sed venientes ad eorum placitum ipſi Agentes iam dicto Abbati, Nouiento in ipſo Palatio noſtro, per triduos, per plures dies, vt lex habuit, Placitum . . . . . . cuſtudiſſent, & ipſo Ermenoaldo Abbati abiectiſſent vel ſoſadiſſent, ipſi nec veniſſit ad Placitum, nec Miſſo in vice ſua derixiſſet, nec nulla ſonia nunciaſſit . . . . . . Proinde, &c.* At à nobis ita reſtitutus eſt. *Sed venientes ad eorum Placitum ipſi Agentes iam dicto Abbati, Nouiento in ipſo Palatio noſtro, per triduum, per plures dies, vt lex habuit, Placitum ſuum cuſtodiſſent, & ipſi Ermenoaldo Abbati abiectiſſent vel ſolſatiſſent, ipſe nec veniſſet ad Placitum, nec Miſſum in vicem ſuam direxiſſet, nec vlla ſunnia nuntiaſſet. Proinde, &c.* Huic emendationi locum dedit *iudicium*

1 corpore
2 Ermenoaldo Abbati ante hus annus
3 olio milli
4 cento
5 ipſi
6 commendaſſit.
7 ipſi
8 ſpondediſſet.
9 adimplire
10 menimè
11 Domno Ingofrido Ponteſeci
12 menſo
13 ipſi
* locus mutilus
14 homenus
15 quarta
16 ante ipſo Ponteſici,
17 debires.
18 Chainone
19 adchramiſſit.
20 ſpondediſſit;
21 ſe menimè
22 ad
23 deberet.
24 iſta
25 ante nus debirent
26 debirent deducera rationis.
27 triduos,
28 Placitum . . . . . . cuſtudiſſent.
29 ipſa
30 ſoſadiſſent.
31 ipſi nec veniſſit.
32 Miſſo
33 in vice ſua derixiſſet.
34 nulla ſonia nunciaſſit
35 nus
36 Proceribus conſtetit
37 particolas
38 Comu
39 teſtemoniauit.
40 Agentis
41 legebus
42 neeglixit.
43 iubemus.
44 tala
45 edocit.
46 Chainone
47 omnemodis
48 diſtringentibus componire & facere non recuſit.

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

euidentale ſiue charta iectiua, cuius formula talis eſt apud Marculfum [a]. *Veniens ille in noſtram [1] vel Procerum noſtrorum præſentiam [2], ſuggeſſit quòd homo nomine ille pagenſis veſter, cum in villa, nullâ manente causâ, adſalliſſet, & eum grauiter linoraſſet, vel ranba [3] ſua*, id eſt, veſtimenta ſua, *in ſalidos tantos eidem abſtuliſſet [4], & ob hoc vobis per noſtram ordinationem tales datos habuiſſet fideiuſſores, vt Kal. illis ex hoc in noſtram [5] præſentiam debuiſſent adſtare cauſantes. Ad quod [6] Placitum veniens memoratus ille, ibi in Palatio noſtro, cùm per triduum, ſeu ampliùs, vt lex habuit [7], Placitum ſuum cuſtodiſſet, & memoratum ill. [8] abiectiſſet vel ſolſatiſſet, ipſum [9] nec veniſſe ad Placitum, nec vlla ſunnia nuntiaſſe adfirmat. Proinde nos taliter vnà cum noſtris Proceribus conſtitit decreuiſſe, vt ſi euidenter memoratus ille pro hac cauſa tales vobis datos habuit fideiuſſores, & Placitum ſuum minimè cuſtodiuit, dum & inluſtris vir ill. Comes Palaty noſtri teſtimoniauit, quòd antedictus ille Placitum ſuum legibus cuſtodiuit, & eum abiectiuit [10] vel ſolſatiuit, & ipſe ille Placitum ſuum [11] cuſtodire neglexit, iubemus vt quicquid lex loci veſtri de tali cauſa edocet, vobis diſtringentibus antedictus ille partibus illius componere & ſatisfacere non recuſet.* Iudicium *euinditale* ſiue *euidentale* dicitur iudicium declaratorium, quo Rex notum & euidens facit quendam in Palatio die dictâ iudicio ſtetiſſe, aduerſarium verò vadimonium deſeruiſſe. Ideóque Comiti mandat, vt contra abſentem, qui per triduum expectatus non venit, ſententiam proferat ſecundùm conſuetudinem loci, eundémque ad parendum compellat. *Abiectire* igitur idem eſt ac *aduerſarium deficientem in lite deprehendere*, & *ſolſatire* idem eſt ac *aduerſarium ad occaſum Solis expectare*, reum enim actor ad occaſum vſque Solis expectare tenebatur. His adde notitiam *de iectiuis ſeu iactiuis* ex vetere formula [b] incerti Auctoris Marculfo ſubiecti. *Notitia qualiter & quibus præſentibus, veniens homo aliquis, nomine ille, in pago illo, in loco qui dicitur ille, in mallo publico, ante virum illum Comitem, vel reliquos quamplurimos bonos homines qui ſubterfirmauerunt, repetebat ei, dum diceret eò quòd hominem aliquem nomine illum, ante ipſum Comitem adrhamitum habuiſſet; ad Placitum venit, ipſe ille Placitum ſuum cuſtodiebat, & nec ipſe ille ad id Placitum venit, nec Miſſum in vicem ſuam direxit, qui vllam ſoniam nuntiaret, & Placitum ſuum neglexit, & iactiuus inde remanſit, his præſentibus.* Porrò *ſonia*, ſeu *ſonium*, vel *ſunnium*, excuſatio eſt eius, qui grauiſſimâ neceſſitate impe-
LXXX. ditus, ſiſtere ſe in Curia non valet die conſtitutâ. Nec omittendum hîc videtur in Regio Diplomate, de quo nunc agimus, notitias litigantium Abbatum *pariculas* memorari, quas vulgatus textus *paricolas* appellat, Marculfus [c] verò *pariclas* dicit. Chartæ autem *paricula* ſeu *paricla* ſunt eæ, quæ fiunt in omnibus pariles, atque inde nomen illis inditum.

Quartum Clodouei Regis Præceptum, quod eſt de Monaſterij San-Dionyſiani immunitate à teloneis & aliis vectigalibus, ex autographo quoque ſic profertur. *Chlodoueus Rex Francorum, vir inluſter. Dum ante hos [1] annos proauus noſter Dagoberthus quondam Rex ſolidos [2] centum exemptos de Maſſilia ciuitate [3], ſicut ad cellarium [4] fiſci potuerant eſſe exactati, Abbati [5] Ilega peculiaris Patroni noſtri Domni Dionyſij, vbi ipſe precioſus in corpore [6] requieſcit, & venerabilis vir Chaino Abba praeſſe videtur, per ſuam [7] Præceptionem conceſſiſſet, & parens noſter*, ſeu propatruus, *Sigeberthus, ſeu & auunculi [8] noſtri*, vel potiùs patrui noſtri, *Chlotharius & Childericus, etiam & genitor [9] noſter Theudericus quondam [10] Reges, per eorum Præceptiones [11] hac ibidem denuò conceſſerunt vel confirmauerunt; & taliter in ipſas Præceptiones [12] videtur haberi [13] inſertum, vt tam in ipſa Maſſilia, quàm per reliqua loca in Regna noſtra, vbicumque teloneus [14] portaticus, pontaticus, rotaticus [15], vel reliqua [16] redhibitiones, à Iudicibus [17] publicis exigebantur, de carradeci * qui hoc inferre videntur, ad Miſſos [18] ipſius Baſilica nullatenus requireretur, nec exigeretur [19] niſi hoc in omnibus annis ſingulis [20] haberent con-*

a Bignon. l. 2. form. 37. Lindenbrog. form. 158
1 Bignon. *noſtri*
2 Bignon. *præſentia*.
3 Bignon. *ranpa*
4 Bignon. *tuliſſet*.
5 Bignon. *in noſtri præſentia*
6 Bignon *à quo Placito*
7 Lindenbrog. *habet*.
8 *& memoratus ille abiectus ſit, vel ſolſatus ſit*.
9 Bignon. *ipſe nec veniſſet ad Placitum, nec nulla ſunnia nuntiaſſet. adfirmat*
10 Bignon. *adiectiuit*
11 Bignon. deeſt *ſuum*
b Form. 22.
c Lib. 2. form. 18.
1 *ante hos annos*
2 *ſolidus cento exemtis*
3 *ciuitate*.
4 *cellario*
5 *Abbas Ilega*
6 *corpore*
7 *per ſua Præceptione*
8 *habunculi*
9 *genetur*
10 *condam*
11 *Præceptionis*
12 *Præceptione*
13 *habere*
14 *tellonem*
15 *rotatecus*.
16 *reliquas reddebutionis*.
17 *iudicebus publecis*
* Vox corrupta.
18 *ad Miſſus ipſius Baſilecè*
19 *exegiretur*.
20 *ſingolis*

ceſſum. Ideóque præſentì ordinatione [21] *vobis omnino iubemus* [22] *atque ſuper omnia demandamus, vt quomodò Miſſi ipſius Baſilica* [23] *Domni Dionyſij vel memoratè Chainonis* [24] *Abbatis ad vos venerint, ipſos* [25] *ſolidos centum exempeos ſecundùm conſuetudinem in cellario abſque vlla mora vel dilatione, iuxta quod ordo* [26] *cadaboli fuerit, omnimodis* [27] *daretur, adimplera* [28] *faciatis, & de ipſa carradeci qui hoc inferre videntur, nec in ipſa Maſſilia, nec per reliqua loca in Regna, Deo propitio, noſtra, nullo teloneo* [29] *, nec portatico, nec pontatico, nec rotatico, nec nullas redhibitiones* [30]*, nec vos, nec iuniores* [31] *veſtri; nec quiſlibet de partibus noſtris requirere* [32] *nec exactare penitus* [33] *non præſumatis. Vèdete* [34] *vt aliud ob hoc non faciatis, ſi* [35] *gratiâ noſtrâ optatis habere* [36] *propitia. Datum quod fecit menſis Iunius dies quinque, anno ſecundo Regni noſtri, Noniento feliciter.* Ex hac Charta liquet ſub Dagoberto Magno San-Dionyſianis Abbatibus annumerandum Ilegam, cuius nomen in omnibus Catalogis hactenus deſideratur. Huic locus proximè tribuendus poſt Dodonem, quem anno decimo-quarto Dagoberti Regis, id eſt, anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-quinto ſuperſtitem in viuis oſtendimus. Vixit Dagobertus ad annum vſque Chriſti ſexcenteſimum duodequadrageſimum. Poſtremis igitur eius temporibus adminiſtrationem Monaſterij San-Dionyſiani geſſit Ilega, cui, regnante iam Clodoueo Secundo, ſucceſſit Chunaldus.

21 ordinatione
22 iubemus
23 Baſilice
24 memorato Chaenone Abbate
25 ipſus ſoledus cento exemtus
26 ordo
27 omnemodis
28 adimplere
29 telloneo,
30 reddebutiones.
31 iunioris
32 requerire
33 penetus
34 Videte
35 ſe
36 habere

LXXXI.

Poſtremum Clodouei Regis Præceptum tale eſt: *Chlodouius Rex Francorum, vir inluſter. Cùm in Dei Nomine Valencianis in Palatio noſtro vnà cum Apoſtolicis viris in Chriſto Patribus noſtris Anſoaldo, Godino, Anſeberctho, Protadio, Sauarico, Wulfecramno, Chodnino, Turnoaldo, Conſtantino, Abbone, Sterano, Gribone, Epiſcopis; ſan & inluſtribus viris, Godino, Nordeberctho, Sarroardo, Ragnoaldo, Gunduino, Blidegario, Magnecario, Waldramno, Ermentario, Chaguerico, Buccelino, Sigoleno, Optimatibus* [1]*; Angliberctho, Ogmireċtberio, Chillona, Adreberctho, Adalrico, Giſlemaro, Ionatan, Modeghiſelo, Comitibus* [2]*; Chrodmundo, Godino, Sigofrido, Ghiboino, Ermenteo, Madlulfo, Arigio, Auriano, Graſionibus; Raganfredo, Morilione, Ermenrico, Leudoberctho, Domeſticis; Wulfolaico, Aiglo, Chrodeberctho, Waldramno, Referendariis; Chugoberctho, Landrico Seniſcalcis; necnon & inluſtri viro Andramno Comite Palatij noſtro, vel reliquis quampluriмis noſtris fidelibus* [3] *ad vniverſorum cauſas audiendas vel recta iudicia terminanda reſideremus* [4]*, ibique veniens venerabilis vir Chrotcharius Diaconus in cauſa Ingramni* [5] *Ouranoli filij Chaldedramni quondam, ordinante* [6] *inluſtri viro Nordeberctho, qui cauſas ipſius Ouranoli* [7] *per noſtrum verbum & Præceptum videtur habere reparatas, aduersùs hominem nomine Amalbertum* [8] *repetebat, dum diceret eò quòd locello nuncupante Baldane curte ſuper fluuium Marſo, qui fuit ipſius Chaldedramni* [9] *genitori prædicto Ingramno, malo ordine poſt ſe retinneris* [10]*. Vnde & per noſtras Diuales* [11] *Præceptiones plures Placitum & res pro hac cauſa haberent initas, etiam & ad præſens ad dies quinque ante iſtas Idus Martias per alias noſtras Diuales* [12] *Præceptiones memoratus Chrotcharius apud ipſum* [13] *Amalbertum de hac cauſa Placitum habuit initum. Sed veniens ab* [14] *eo Placito prædictus Chrotcharius Valencianis in ipſo Palatio noſtro, & dum Placitum ipſius in legibus* [15] *cuſtodiebat, vel ipſi Amalberctho ſubſadibat, ſic veniens ex parte filius ipſius Amalberctbi* [16]*, nomine Amalricus* [17]*, ſub ſadina ſua contradixiſſet* [18]*, & dum exinde in noſtri vel ſuprà ſcriptorum* [19] *virorum præſentia in rationes* [20] *adſtabat, interrogatum fuit ipſius Amalrici* [21]*, dum ipſe* [22] *genitor ſuus per noſtras Regales* [23] *Præceptiones Placitum apud ipſum* [24] *Chrotcharium habebas initum, quo ordine ac cauſâ introire volebat* [25]*. Sed ipſe* [26] *Amalricus nullatenus videre potuit tradi rationem, quòd in hac cauſa ſtructor* [27] *aduenіſſet, niſi inuentum fuit, quòd contra rationis ordinem ipſa ſub ſadina contradixiſſet* [28]*, vel in hac cauſa introiſſes* [29]*, ſicut fuit iudicatum, vt in exfaido & fredo ſolidos quindenos pro hac cauſa fidem facere*

1 Optematis;
2 Comitebus;
3 fedelebus
4 reſederemus,
5 Ingramno Ouranolo filio Chaldedramno
6 ordenante
7 Ouranolo per noſtro verbo & Peacepto videtur abere
8 Amalbertus repetibat,
9 Chaldedramno
10 retenuerit,
11 Diuales Praeceptiones, pluris
12 Diuales Praeceptiones
13 apud ipſa Amalberto
14 ad
15 in ligebus cuſtodibat
16 Amalbertho.
17 Amalrico
18 contradixiſſit.
19 ſcriptis viris
20 rationis
21 Amalrico.
22 ipſi genitur ſuos
23 per noſtra Regalis Praeceptiones
24 apud ipſo Chrotchario
25 volibat.
26 ipſi
27 ſtructur
28 contradixiſſit.
29 introiſſit,

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

deberet [30], *quod ita & in præſenti perſiſtere auſus eſt feciſſet; poſteà* [31] *memoratus Chrotcharius per triduum aut etiam ampliùs, Placitum ſuum, vt lex habuit, cuſtodiſſet* [32], *& ipſi* [33] *Amalbercthо abiectiſſet* [34] *vel ſubſadiſſet, ipſe* [35] *Amalbercthus nec veniſſet* [36] *ad Placitum, nec ipſum, vnde botonem* [37] *ſuum,* id eſt, limitem ſuum, *inluſtri viro Ermetario quondam per ipſas Præceptiones* [38] *habuit achramitum* ſeu promiſſum, *nullatenus præſentaſſet* [39], *nec vlla* [40] *ſunnia nunciaſſe adfirmat. Proinde nos taliter vnà cum noſtris Proceribus conſtitit* [41] *decreuiſſe, vt dum ſuprà ſcripti viri renunciauerunt, etiam & prædictus vir Adramnus ſuum præbuit teſtimonium, quòd hac* [42] *cauſa taliter acta vel indicata ſeu definita fuiſſet* [43], *dinoſcitur* [44], *iubemus* [45] *vt antedictus Amalbercthus ipſo locello Baddane curte, quicquid ibidem ipſe* [46] *Chaldedramnus viſus fuit tenuiſſe vel moriens dereliquiſſe, cum omni integritate ſua, vel adiacentiis* [47], *ſicut ab ipſo Chaldedramno fuit poſſeſſum cum legis* [48] *beneficio, memoratus* [49] *Chrotcharius ad partes ſupraſcripti Ingramni* [50] *omnimodis reddere* [51] *& ſatisfacere non recuſet* [52]; *ita vt præſentaliter ipſo locello prædictus Chrotcharius ad partes ipſius Ingramni* [53] *omni* [54] *tempore habuit euindicatum* [55] *atque elidiatum* [56], *& quicquid de fructu* [57] *aut pecunia vel reliqua re* [58], *quod dici aut nominari* [59] *poteſt de ipſo locello, ipſe* [60] *Amalbertus .... exinde abſtraxit vel minuauit, vel quod Chaldedramnus moriens dereliquit, hoc cum legis* [61] *beneficio ſimiliter reddere ſtudeat. Et ſi ſit inter ipſos* [62] *ex hac re in poſtmodo ſubita cauſatio, ex ipſis* [63] *ſolidis decem, quod antedictus Amalricus ad partes ipſius Chrotchary* [64] *fidem fecit, hoc ei omnimodis componere* [65] *& ſatisfacere non recuſet* [66]. *Letaldus annuit. Datum pridie Nonas Martias, anno* [67] *ſecundo Regni noſtri Valencianis in Dei Nomine feliciter.*

Huius Diplomatis initio multi nominantur Epiſcopi, Anſoaldus Pictauienſis, Godinus Sueſſionenſis, Anſbertus Auguſtodunenſis, Turnoaldus Pariſienſis, Conſtantinus Bellouacenſis, aliique, quorum Sedes facilè deprehendi non poſſunt. Huius quoque Præceptionis illuſtrationi non parum conducunt notæ, quas tertio eiuſdem Clodouei Regis Præcepto ſubiecimus. Illas conſule, paucas hîc addemus. Clodoueus Præceptiones ſuas non tantùm Regales ſed etiam *Diuales* appellat Imperatorum more. In hac quinta Clodouei charta *ſubſadire* idem eſt ac in tertia *ſolſatire*, corruptè *ſoſadire*, id eſt, ad occaſum vſque Solis expectare, ipſique expectationi nomen *ſadina* tribuitur, ſic elucidantur tres hæ phraſes, *ipſi Amalbercthо ſubſadibat, ſub ſadina ſua contradixiſſet, ipſi Amalbercthо abiectiſſet vel ſubſadiſſet.* Vulgatum hunc textum, *prædictus Crotcharius ad partes ipſius Ingramno omne tempore habuit euendecatum atque elidictum*, ſic reſtituimus, *prædictus Chrotcharius ad partes ipſius Ingramni omni tempore habuit euindicatum atque elidiatum.* Hanc emendationem nobis ſuppeditarunt apud Lindenbrogium formulæ ſolennes, centeſima ſexageſima-ſeptima & centeſima ſeptuageſima. Prior judicium euindicationis de colono ſic claudit, *colonitium habeat euindicatum vel elidiatum, & ſit in poſtmodum inter eos ex hac re ſublata cauſatio.* Poſterior notitiam de terra euindicata ſic abſoluit, *ipſam terram ipſe Abb. habeat euindicatam atque elidiatam, & ſit in poſtmodum ex hac re omníque tempore ſublata cauſatio.* Apud Bignonium notitia de terra euindicata ſeptimam veterem formulam incerti Auctoris conſtituit, ibíque textus proximè citatus ſic exhibetur, *ipſam terram ipſe Abbas habeat euindicatam, atque elidiata ſit poſtmodum ex hac re omníque tempore ſubita cauſatio.* Quem locum Bignonius corruptum cenſet, atque ita reſtituendum credit, *ipſam terram ipſe Abbas habeat euindicatam atque elitigatam, ne ſit poſtmodum ex hac re omníque tempore ſubita cauſatio*, & *elitigatum* exponit quod extra litem & controuerſiam poſitum eſt. Is autem procul dubio verbi ſenſus, ſiue *elidiatum* ſerues, vt Codices manuſcripti variæque ſuadent editiones, ſiue *elitigatum* in opinione Bignonij reponas. In chartæ ſubſcriptione, ſublatis iſtis vocibus *annum tertio*, has ſcripſimus *anno ſecundo*,

30 deberit.
31 poſteà.
32 cuſtodiſſit,
33 ipſo
34 abiectiſſit vel ſubſadiſſit.
35 ipſi
36 veniſſit
37 botone ſuo.
38 Præceptionis
39 præſentaſſit.
40 nulla ſannia
41 conſtetit
42 ac
43 fuiſſit.
44 denuſcitur.
45 iubimus
46 ipſi
47 aeceientiis.
48 legis beneficium.
49 memorato Chrotcharto
50 Ingramno
51 reddere
52 recuſit.
53 Ingramno
54 omne
55 euendecatum
56 elidictum.
57 de fructo
58 rem.
59 nomenare
60 ipſi
61 cum legis beneficium ſemiliter reddere ſtudeat.
62 ipſis
63 ipſos ſolidos
64 Chrotcharto
65 componere
66 recuſit.
67 annum tertio

quia Clodouei Tertij Principatum biennio circumſcripſimus. Non diffite- AN. CH.
mur tamen antiquos inueniri Scriptores, qui Clodoueum annis quatuor 751.
regnaſſe contendant.

Clodoueo Tertio ſucceſſit frater Childebertus, cuius Præceptum *de Monaſterio Lemanſo in gratiam Cœnobij S. Germani* prope Pariſios, ex autographo Pariſienſi ſic publicatum eſt. *Childebertus Rex Francorum, vir inluſter. Cùm nos in Dei Nomine Carraciaco villâ, Grimoaldo Maiore*[1] *Domus noſtræ, vnà cum noſtris fidelibus*[2] *reſideremus, ibíque veniens venerabilis*[3] *vir Thedelmarus Abba aduersùs Miſſum*[4] *Adalgudæ Deo ſacratæ, nomine Aigatheum, ſuggerebat dum diceret, eò quòd Monaſteriolo in loco Stampinſe nuncupante Lemanſo, vnà cum adiacentiis ſuis in quibuſcumque pagis atque territoriis*[5]*, villabus, domibus*[6]*, ædificiis, accolabus, mancipiis, libertis, campis, vineis*[7]*, ſiluis, pratis, paſcuis, aquis, aquarúmue decurſibus*[8]*, farinariis, gregibus*[9] *cum paſtoribus, præſidiis, mobilibus*[10] *& immobilibus .... quæſita ad integrum quicquid poſſeſſio Gammone quondam & coniuge*[11] *ſuâ memoratâ Adalgude fuerit, per eorum ſtrumenta ad Monaſterium*[12] *Sancti Vincentij vel Domni Germani, vbi ipſe*[13] *precioſus Domnus in corpore quieſcit, quod*[14] *eſt ſub oppidum Pariſius ciuitate conſtructum*[15]*, vbi Thedelmarus Abba præeſſe videtur, condonauerant, & ipſa ſtrumenta in præſenti oſtendit ad relegenda, relecta ipſa ſtrumenta, ſollicitum fuit ipſe .... à nobis vel à Proceribus*[16] *noſtris interrogaſſe, ſi*[17] *aliquid contra ipſa ſtrumenta dicere aut opponere*[18] *debebat, in præſenti dicere deberet. Sed*[19] *ipſe taliter adſeruit, quòd ipſa*[20] *Donationes, quas*[21] *venerabilis vir Thedelmarus Abba proferebat, veraces*[22] *aderant, & eas recognouit, & nihil contra hoc dicere nec proponere volebat. Qui & ipſe*[23] *Aigatheus in præſenti .... pro ſe, qui niſi pro ipſa Adalgude ſe .... ipſum Monaſteriolum*[24] *Lemauſum vnà cum adiacentiis*[25] *vel adpendiciis ſuis ſuperiùs intentatum dixit eſſe .... Proinde nos taliter vnà cum noſtris Proceribus*[26] *conſtitit decreuiſſe, vt dum inluſter vir Aghiſtemarus .... teſtimoniauit, ita inter ipſos*[27] *fuit iudicatum; vt dum contra ipſa ſtrumenta nihil habebat quod diceret*[28]*, nec quod opponeret*[29]*, per ſuam*[30] *feſtucam ſe exinde in præſenti dixit eſſe, iubemus vt ipſum*[31] *Monaſteriolum ſuperiùs nominatum*[32] *Lemauſum cum omni integritate ſua ad ſe pertinente*[33] *vel aſpiciente, quod*[34] *iam dictus Gommo quondam vel coniux*[35] *ſua Adalgudis per eorum ſtrumenta ad ipſum*[36] *Monaſterium Sancti Vincentij vel Domni Germani condonarunt, vel quicquid ipſe*[37] *Gammo moriens dereliquit, abſque redhibitione*[38] *iam dicta Adalgudis*[39] *aut hæredes ipſius omni tempore ad partem ipſius Monaſterij*[40] *Sancti Vincentij vel Domni Germani aut Rectores*[41] *ſuas, habeant euindicatum*[42] *atque adiudicatum*[43]*, nec ſit inter ipſos*[44] *ex hac re in poſtmodo ſubita cauſatio. Childebertus. Datum quod fecit menſis Februarius*[45] *dies, anno* VII. *Regni noſtri, Carraciaco feliciter.* In hac Charta illud præſertim occurrit obſeruandum, quòd olim ſacramenta per feſtucam ſeu fiſtucam confirmabantur, vnde in Charta ſacramentali ſiue in ſecunda vetere formula incerti Auctoris, id legitur, *tale ſacramentum per ſuam fiſtucam viſus fuit adrhamire.* Quod attinet ad Abbatem Thedelmarum, hic Gaudremaro ſeu Gundremaro in munus Abbatiale ſucceſſit eo tempore, quo Drogo Pippini Herſtallij filius obiit, id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo octauo, ſi fides eſt Aimoiniani Continuatoris [a] Interpolatori, quem Tomo ſuperiore [b] ſecuti ſumus, ad id coacti, quia tunc aliò duce deſtituebamur. At ex prædicta Charta liquet & Interpolatorem erraſſe, & Thedelmarum Abbatem iam extitiſſe per menſem Februarium anno ſeptimo Childeberti Tertij Regis, id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo primo. Lucas Dacherius & Ioannes Mabillonus, inſpecto *Cœnobij* Pratenſis Tabulario, Tranſlationi Sancti Germani Pariſienſis Epiſcopi præfixerunt [c] Indicem Abbatum, qui prædictum Monaſterium à temporibus Theodorici Tertij Regis ad Principatum vſque Ludouici Pij gubernarunt. Inde Catalogum

LXXXII. CHILDEBERTI III.

1 *Maiorem Domus noſtri.*
2 *fedelebus reſiderimus.*
3 *venerabelis*
4 *aduerſus Miſſo Adalgude Deo ſacrata, nomine Aigatheo.*
5 *terreturiis.*
6 *domebus.*
7 *vinits.*
8 *decurſebus.*
9 *greges cum paſtorebus.*
10 *mobilebus & immobilebus*
11 *coniuge*
12 *ad Monaſthyrio*
13 *ipſi*
14 *qua*
15 *conſtructus.*
16 *Procerebus*
17 *ſe*
18 *obponere*
19 *ſet ipſi*
20 *ipſas donationes.*
21 *quem venerabelis*
22 *veracis*
23 *ipſi*
24 *ipſi Monaſthyriolo Lemauſo*
25 *adiacentias*
26 *Procerebus conſtetet*
27 *ipſis*
28 *dicere.*
29 *obpoueret.*
30 *per ſua feſtuca*
31 *ipſo Monaſthyriolo*
32 *nomenato Lemauſo*
33 *pertenente*
34 *quem.*
35 *coniox.*
36 *ad ipſo Monaſthyrio*
37 *ipſi*
38 *redebitione*
39 *Adalgude*
40 *Monaſthyrij*
41 *Rectoris*
42 *euindecaſum*
43 *aindicatum.*
44 *ipſis*
45 *Febroarius*

a Lib. 4. c. 48.
b Ad an. 708. n. 54.
c Tom. 2. Sec. Benedict. a. 754.

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

Abbatum accipe ceteris accuratiorem. Sigo ſeu Sigofridus Abbas factus eſt ſuperſtite Clodoueo Secundo Rege. Sigoni ſucceſſit Childerannus, tum Hunfridus, deinde Autharius, cuius nomen exprimitur in literis, quibus Theodoricus Rex confirmat Donationem *Eccleſiæ Sanctæ Crucis & Sancti Vincentij* factam à Galterio eiúſque coniuge Goda de rebus ſuis in pago Biturìcenſi ſitis. Autharium excepit Waldromerus ſeu Gundremarus, aut Gaudremarus, vel Wandremarus. Hic commutationem fecit cum Adalrico de quibuſdam rebus *in villa Mauriliaco* ſitis *anno tertio Regni Domini Childeberti Regis*, id eſt, anno Chriſti ſexcenteſimo nonageſimo-ſeptimo. Poſt Waldromerum regimen Monaſterij ſuſcepit Thedelmarus, qui florebat anno ſeptimo Childeberti Tertij Regis, ſiue anno Chriſti ſeptingenteſimo primo, vt obſeruatum ſuprà. Thedelmaro ſubrogatus eſt Babo, cui Chulberta literas *anno v Chilperici Regis*, id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo, inſcripſit, quibus teſtabatur ſe *per venditionis titulum* * *Monaſterio Sanctæ Crucis & Domni Germani ceſſiſſe res ſuas in villa Bodaſio & in villa Mancla*, eáſque *tempore famis* precario recepiſſe. Baboni ſucceſſor datus eſt Lanfredus, quem anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-quarto Abbatem fuiſſe docet Sancti Germani Pariſienſis quondam Epiſcopi Tranſlatio, viceſimo pòſt anno reuoluto, ſiue anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-quarto, facta. Hoc de Abbate mentionem ad annos Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum nonum & ſeptingenteſimum quadrageſimum-ſecundum iam fecimus, faciemúſque non ſemel ſub Pippino Rege necnon etiam ſub Carolo Magno.

LXXXIII. CHILPERICI III.

E quatuor Chilperici Tertij Regis Diplomatibus, primum immunitates Monaſterio San-Dionyſiano conceſſas ſic confirmat. *Chilpericus Rex Francorum vir inluſter. Oportet Clementiæ Principali inter ceteras petitiones, illud quod pro ſalute adſcribitur* [1], *& pro Diuini* [2] *nominis .... poſtulatur* [3], *placabilem* [4] *auditum ſuſcipere, & procul dubio ad effectum perducere, quatenus de talibus rebus præſentis ſeculi æterna conquirantur iuxta præceptum Domini dicentis* [*facite vobis amicos de mammona iniquitatis.*] *Ergo de mammona iniquitatis* [5] *iuxta ipſius dictum nos oportet mercari* [6] *æterna cæleſtia, vt dum Sacerdotum congrua impertimus beneficia, retributorem* [7] *Dominum ex hoc habere mereamur* [8] *in æterna tabernacula. Igitur venerabilis* [9] *vir Chillardus Abba de Baſilica* [10] *peculiaris Patroni* [11] *noſtri Domni Dionyſij Martyris* [12], *vbi ipſe precioſus Domnus in corpore requieſcit, Clementiæ Regni noſtri ſupplicauit, vt iuxta quod ab anteceſſoribus* [13] *Regibus parentibus* [14] *noſtris à longo tempore omnis emunitas de villa præfata Sancti Baſilicæ* [15] *fuit conceſſa, vnde & ipſas Præceptiones* [16] *ſe præ manibus habere* [17] *adfirmat, & hoc vſque nunc inuiolabiliter adſerit eſſe conſeruatum. Vnde petit, vt hoc per noſtram auctoritatem denuò* [18] *pro rei firmitate* [19] *circa ipſum ſanctum* [20] *locum, vel homines, qui ſe cum ſubſtantia eorum ad ipſam* [21] *Baſilicam tradunt vel condonant, iuxta quod anteriores parentes* [22] *noſtri, vel præcelſus auunculus* [23] *noſter Theodericus, ſeu & conſobrini noſtri, Chlodouius, Childeberthus, & Dagobertus, quondam Reges* [24] *per eorum auctoritates* [25] *ad ipſam* [26] *Baſilicam hoc præſtiterunt vel confirmauerunt, hoc iteratis circa ipſum* [27] *Abbatem concedere* [28] *& confirmare deberemus. Ideò cognoſcat Magnitudo* [29] *ſeu Vtilitas veſtra, quod nos pro reuerentia ipſius ſancti* [30] *loci, vel pro quiete* [31] *ibidem Deo famulantium* [32], *promptiſſima* [33] *voluntate denuò conceſſiſſe, & in omnibus* [34] *confirmaſſe veſtra cognoſcat Solertia. Quapropter per hoc* [35] *Præceptum, quod ſpecialiùs decernimus* [36], *& in perpetuo volumus* [37] *eſſe manſurum, iubemus* [38] *vt neque vos, neque iuniores ſeu ſucceſſores veſtri, nec quiſlibet de iudiciaria poteſtate accinctus in curtes* [39] *præfatæ ſanctæ Baſilicæ Domni Dionyſij, vbi & vbi, in quoſcumque* [40] *pagos, in Regna Deo propicio noſtra, quod à die præſente pars ipſius Monaſtery* [41] *poſſidere vel dominari videtur, vel quod à Deum timentibus* [42] *hominibus per legitima* [43] *inſtrumenta ibidem fuit conceſſum, aut inanteà* [44] *fuerit aditum* [45] *atque delegatum, nec ad*

cauſas

* titulum.
1 adſcribetur.
2 Diuine
3 poſtuletur.
4 plagabile
5 iniquetatis
6 mercare
7 retributorem Domino
8 mereamur
9 venerabelis
10 Baſelica
11 Patronis
12 Marthyris.
13 anteceſſorebus
14 parentebus
15 Baſelica
16 Præceptionis
17 habire
18 dinuo
19 firmetatis
20 circa ipſo ſancto luco vel hominis.
21 ad ipſa Baſilica
22 parentes
23 auunculus
24 Regis
25 auctoretates
26 ad ipſa Baſelica
27 ipſo
28 concedere
29 Magnetudo
30 ſancto loco,
31 quietem
32 famolanciū.
33 promtiſſimá
34 in omnebus confermaſſe
35 hunc
36 decernemus,
37 volemus
38 iobimmus.
39 in curtis præfata ſancta Baſelica
40 quoſcumque pagus.
41 Monaſterio poſſedere vel dominare vedetur.
42 à Deo timentebus hominebus
43 per legitema inſtromenta
44 inantà
45 aditum

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

cauſas audiendum, nec ad fideiuſſiones tollendum, nec ad freda exigendum, nec ad manſiones [46] faciendum, nec paratas nec vllas redhibitiones [47] requirendum ingredire nec exigere quoque tempore penitus non præſumatis, niſi quicquid fiſcus noſter potuerit ſperare [48]: omnia & ex omnibus pro mercedis [49] noſtra compendio cum omnibus fredis ad integrum ſibimet conceſſis, vt dictum eſt, inſpectas ipſas Præceptiones [50] anteriorum Regum, parentum quondam noſtrorum, vel iuxta quod præſens noſtra continere videtur auctoritas [51], quicquid ipſe ſanctus locus à die præſente, vt diximus, habere [52] videtur, quàm quod in poſtmodum à Deum timentibus [53] hominibus vel à nobis fuerit aditum [54] vel conlatum, ſeu quicumque iuſtè & rationabiliter cum omni [55] ſubſtantia ad ipſum Monaſterium [56] ſe tradiderit, & res ſuas per legitima [57] inſtrumenta ibidem delegaueris vel firmauerit, ſub integra emunitate à die præſente valeat reſidere [58] quietus atque [59] ſecurus, & , vt dictum eſt, quicquid exinde forſiſan fiſcus noſter ſperare potuerat, in luminaribus [60] vel ſtipendiis, ſeu & in alimoniis [61] pauperum ipſius Monaſterij [62] perenniter pro noſtris oraculis [63] ad integrum in omnia & ex omnibus ſit conceſſum atque [64] indultum, vt eis meliùs delectet [65] pro ſtabilitate [66] Regni noſtri, vel pro quiete [67] quibuſlibet chartis leodis noſtris Domini miſericordiam [68] adtentiùs deprecari [69]. Et vt hac auctoritas noſtris & futuris temporibus [70] circa ipſum [71] ſanctum locum perenniter firma & inuiolata permaneat, vel per tempora inlæſa cuſtodiatur atque [72] conſeruetur, & ab omnibus Iudicibus [73] meliùs credatur, manûs noſtræ [74] ſubſcriptionibus ſubtus eam decreuimus [75] roborare. Chilpericus Rex. Datum ſub die pridie Kalendas Martias, anno primo Regni noſtri, in Dei Nomine, Compendio feliciter. ° Annus primus Chilperici Tertij Regis, per menſem Februarium quo ſuperior Charta data eſt, itémque per menſem Martium quo tres ſubſequentes conſignantur, illigatur anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo-ſexto, vt ad illum annum obſeruauimus. Tunc Monaſterio San-Dionyſiano præerat Chillardus ſeu Chillerdus Abbas, qui ſub eiuſdem anni finem è vita migrauit. De agnatione, quæ inter Chilpericum eiúſque anteceſſores, Theodoricum, Clodoueum, Childebertum & Dagobertum interceſſit, commodiùs agemus ad poſtremam eiuſdem Chilperici Chartam, in qua plures Francorum Reges nominantur.

46 manſionis
47 redebutiones
48 eſperare
49 pro mercedis noſtre compendium cum omnis fredus
50 Præceptionis
51 auctoretas.
52 habire
53 à Deo timentebus hominebus
54 adetum
55 omne
56 ad ipſo Monaſterio ſe tradedret.
57 per legidema inſtromenta
58 reſedire
59 adque
60 luminaribus vel eſtipendiis.
61 elemoniis.
62 Monaſtirio
63 oracolis
64 adque
65 delectet
66 eſtabiletate
67 pro quietem
68 miſericordia
69 deprecare
70 temporebus
71 circa ipſo ſancto loco
72 adque
73 Iudeces
74 manus noſtre ſubſcriptionebus
75 decreuemus

Alterum Diploma Chilperici Regis eſt de Monaſterij San-Dionyſiani immunitate à teloneis & aliis vectigalibus, iiſdémque planè verbis concipitur, quibus quartum Clodouei Tertij Præceptum ſuprà deſcriptum, ſi nomina excipias Abbatum, & nonnulla quæ priuatim ad deſignandum genus illorum Regum pertinent. Vterque Dagobertum proauum ſuum ſic agnoſcit. LXXXIV. *Ante hos annos proauus noſter Dagoberchthus*, &c. Ambo rectè ſic loquuntur, vtpote fratres patrueles, Clodoueus Tertius filius Theodorici Tertij, Chilpericus Tertius filius Childerici Secundi, vterque nepos Clodouei Secundi, pronepos Dagoberti Primi. Clodoueus Tertius in ſua Charta Chainonem Abbatem laudat, Chillardum Chilpericus Tertius in ſuo Diplomate. Clodoueus Tertius Theodoricum Tertium genitorem ſuum Chlotharium Tertium & Childericum Secundum auunculos ſeu patruos, Sigebertum parentem ſeu propatruum ſic appellat. *Parens noſter Sigeberchthus, ſeu & auunculi [1] noſtri Cholthariuſ & Childericus, etiam & genitor [2] noſter Theudericus.* Chilpericus Tertius Childericum Secundum genitorem ſuum, Clotarium Tertium & Theodoricum Tertium auunculos ſeu patruos ſic dicit. *Domnus vel genitor [3] noſter Childericus, etiam & abuncoli noſtri Chlodocharius & Thodoricus.* En illuſtre monumentum, quo Chilpericus Tertius, Childerici Secundi filius, probatur. Chartæ Chilperici Tertij ſubiicitur hæc ſubſcriptio. *Datum quod fecit menſis Martius dies quinque, anno primo Regni noſtri, Compendio, in Dei Nomine.*

1 habuncoli
2 genetur
3 genetur

Tertium Diploma Chilperici Regis eſt de quadam portionis medietate LXXXV.
in ſuperiore Baciuo, quam Martinus, Monaſterij San-Dionyſiani Præpo-

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

ſitus, Chroddario illius loci Monacho ab Eodone Edronis filio venditam aiebat, ipſiúſque venditionis chartam oſtendebat telegendam, econtrà Friulfus Edronis gener illam medietatem repetebat. Hic lite cecidit, cauſâ ſuperior euaſit Martinus. Regij Diplomatis ſubſcriptio talis eſt. *Datum quod fecit menſis Martius dies ſeptem, anno primo Regni noſtri, Compendio, in Dei Nomine.*

LXXXVI. Quartum Diploma Chilperici Regis, ipſummet Chilpericum Tertium, Childerici Secundi filium, Clodouei Secundi nepotem, Dagoberti Primi pronepotem oſtendit. In Exegeſi de Genealogia Regum Dagobertinorum à Godefrido Henſchenio ex parte publicatum eſt, alterâ nempe mutilatum parte, quæ nihil ad probandum Chilperici Regis genus facere videbatur, vt Tomo ſuperiore [a] ad annum, quo datum eſt, iam notauimus. Illud integrum accipe, conférque cum fragmentis ad latus adiectis ex editione Henſcheniana.

[a] Ad an. 716. nu. 2. 3.

PRÆCEPTVM Chilperici Regis.

LXXXVII. *CHILPERICVS Rex Francorum inluſter. Sò [1] rata parentum naſtrorum conſeruamus, Regiam [2] conſuetudinem exercemus, & noſtra in poſtmodum ſtabilia [3] eſſe confidimus; præcipuè petitionibus [4] Sacerdotum, quod pro eorum confirmandis [5] beneſciis pertinet, libenter obaudimus, vel effectui in Dei nomine mancipamus, hoc nobis ad mercedis noſtra [6] augmentum pertinere [7] confidimus. Ideóque venerabilis [8] vir Chillardus Abba de Baſilica peculiaris Patroni [9] noſtri Domni Dionyſij, vbi ipſe precioſus Domnus in corpore [10] requieſcit, Clementiæ Regni noſtri ſuggeſſit eò quòd bonæ memoriæ proauus noſter Dagoberchthus quondam Rex, per ſuam [11] auctoritatem manu ſuâ roboratam, vaccas centum ſoldares, quod in inferenda de pago Cinomanneco in fiſci ditionibus [12] ſperabatur, ad ipſam Sanctam [13] Baſilicam annis ſingulis conceſſiſſet [14]. Vnde & iuſſionem ipſius Principis, ſeu & confirmationes [15] ab auo noſtro Chlodoueo, & bonæ memoria genitore noſtro Childerico, vel auunculo [16] noſtro Theoderico, ſeu & conſobrinis [17] noſtris, Chlodonio, Childeberchtho & Dagoberchtho, quondam Regibus [18] eorum manibus [19] roboratas ſe ex hoc præ manibus [20] habere adfirmat, & ſicut ipſe beneficius ad ipſam [21] Baſilicam ab ipſis Principibus fuit conceſſus vel indultus, annis ſingulis [22] à iudiciaria poteſtate loci illius reddere [23] vel adimplere com-*

1 ſe rata
2 Regiâ conſuetudine
3 eſtabelis
4 petitionebus
5 confirmanda beneficia pertenis,
6 noſtri
7 pertenere confidemus.
8 venerabelis
9 de Baſelica peculiaris Patrones
10 corpure requiſcit,
11 per ſuâ auctoritate manu ſua roborata, cartas cento ſoldaris,
12 ditionebus
13 ad ipſa ſancta Baſelica
14 conceſſiſſit,
15 ſeu & confirmationis auo noſtro
16 auunculo
17 conſobrinus noſtrus,
18 Regebus,
19 manebus
20 manebus
21 ad ipſa Baſilica
22 ſingolis
23 reddere vel adimplere

FRAGMENTA edita ab Henſchenio.

CHILPERICVS Rex Francorum, vir illuſter. Sò facta parentum noſtrorum conſeruamus, Regiam conſuetudinem exercemus .....

Ideóque venerabilis vir Chillerdus, Abbas de Baſilica peculiaris Patroni noſtri Domni Dionyſij Martyris ....

eò quòd bonæ memoriæ proauus noſter Dagobertus quondam Rex per ſuâ auctoritate manu ſuâ roboratâ, vaccas cento Solduris ..... quod in inferenda de pago Cinomaneco in fiſci ditionibus ponebatur, ad ipſam Sanctam Baſilicam annis ſingulis conceſſiſſet. Vnde & ceſſionis ipſius, & confirmationis literas ab *auo noſtro Chlodoueo, & bonæ memoria genitore noſtro Childerico, vel auunculo noſtro Theodorico, ſed & conſobrinis noſtris, Chlodoueo, Childeberto, & Dagoberto, quondam Regibus, eorum manibus roboratas, ſicut præ manibus habere confirmat .....*

AN. CH. 751.
CHILDERICI III. R. 8.

memoratur. Sed pro firmitatis ſtudio [24] petiis Celſitudini noſtræ [25], vt hoc circa ipſum [26] Abbatem vel memoratam Sanctam Baſilicam noſtram hoc pleniùs deberet [27] Rex perpetualiter confirmare, ipſius petitionem pro reuerentia ipſius ſancti [28] loci gratante [29] animo ...... vel in omnibus confirmaſſe veſtra comperiat Magnitudo. Præcipientes enim jubemus [30], vt ſi conſtat antedictus Princeps Dagoberethus quondam Rex ipſas vaccas centum [31] inferendales de ſuprascripto pago Cinomanneco, quod annis ſingulis [32] in fiſci ditionibus ſperabatur, per ſuam [33] auctoritatem ad ipſam Baſilicam conceſſit, & hoc à iudicaria poteſtate annis ſingulis [34] conſeruare vel adimplere [35] videntur, ità & deinçeps inſpectas ipſas auctoritates vel confirmationes prædictorum [36] Principum. per noſtrum Præceptum pleniùs [37] in Dei Nomine confirmatum circa ipſum [38] ſanctum locum perenniter in omnibus [39] videtur eſſe conſeruatum atque [40] indultum & ibidem noſtris & futuris Deo auxiliante temporibus [41] proficiat in augmentis, itaut eis meliùs delectet [42] pro ſtabilitate Regni noſtri ad ipſum [43] ſanctum locum Domini miſericordiam attentiùs deprecari. Et vt hæc auctoritas firmior habeatur [44]; & per tempora conſeruetur, manûs noſtræ [45] ſubſcriptionibus ſubter eam decreuimus roborare. Chilpericus Rex. Datum quod fecit menſis Martius dies ſexdecim, anno primo Regni noſtri, Compendio, in Dei Nomine.

vt hac auctoritas firmior habeatur, & per tempora conſeruetur, manûs noſtra ſubſcriptionibus ſubter eam decreuimus roborare. Chilpericus Rex. Datum quod fecit Min Sey Martio, die x. anno primo Regni noſtri, Compendio, in Dei Nomine.

[24] eſtudium
[25] noſtri.
[26] circa ipſo Abbati vel memorata ſancta Baſileca noſtra
[27] deberetur Rex eas perpetualiter
[28] ſancta loca
[29] gradante
[30] iobemmus,
[31] vaccas cento inferendabus
[32] ſingolis
[33] per ſua auctoritate ad ipſa Baſoleca
[34] ſingolis
[35] adimplere vedentur.
[36] prædictis Principebus
[37] plenius
[38] circa ipſo ſancto loco
[39] omnebus
[40] adque
[41] temporebus
[42] delectis pro eſtabelitate
[43] ad ipſo ſancto loco Domini miſericordia adtentius deprecare.
[44] habiatur.
[45] manûs noſtri ſubſcriptionebus

De vaccis inferendalibus actum alibi. Videtur autem operæ prætium hic exhibere Tabulam Genealogicam, in qua genus exponatur Clodouei Tertij & Chilperici Tertij Regum, vt in eorum Chartis exprimitur. LXXXVIII.

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

DAGOBERTVS I.

Hunc Clodoueus III. & Chilpericus III. *proauum* ſuum vocant.

- SIGIBERTVS III. Hunc Clodoueus III. *parentem* ſuum vocat, *propatruum* interpretare.
  - DAGOBERTVS II.
- CLODOVEVS II. Hunc Chilpericus III. *auum* ſuum vocat.
  - CLOTARIVS III. Hunc Clodoueus III. *auunculum* ſuum vocat, *patruum* interpretare.
  - CHILDERICVS II. Hunc Chilpericus III. *genitorem* ſuum vocat; Clodoueus III. *auunculum* ſuum dicit, *patruum* interpretare.
    - CHILPERICVS III.
  - THEODORICVS III. Hunc Clodoueus III. *genitorem* ſuum vocat; Chilpericus III. *auunculum* ſuum dicit, *patruum* interpretare.
    - CLODOVEVS III. Hunc Chilpericus III. *conſobrinum* ſuum vocat, *patruelem* interpretare.
    - CHILDEBERTVS III. Hunc Chilpericus III. *conſobrinum* ſuum vocat, *patruelem* interpretare.
      - DAGOBERTVS III. Hunc Chilpericus III. *conſobrinum* ſuum vocat, *patruelis filiũ* interpretare.

LXXXIX. PRIVILEGIVM SENONENSE. Ex Hiſtoricis monumentis, quæ Tomo ſecundo Seculi Tertij Benedictini ſubiecta ſunt, vnum nobis examinandum ſupereſt Emmonis Metropolitæ Senonenſis pro Sancti Petri Viui Monaſterio Priuilegium. Illo de Priuilegio in prædicti Cœnobij Chronico ſic diſſerit Clarius ſub Emmone Senonum Archiepiſcopo. *Hic*, nempe Emmo, *Priuilegium libertatis, vnà cum Comprouincialibus Epiſcopis, Monachis Sancti Petri ſynodaliter fecit temporibus Clotharij Regis, & Baltechildis matris eius. In quo Conuentu fuerunt Antiſtites glorioſi, Sanctus Audoenus Archiepiſcopus Rothomagenſis, & S. Faro Epiſcopus Meldenſis, Sanctúſque Eligius Nouiomenſis Epiſcopus, & S. Amandus*

AN. CH. 751.

CHILDERICI III. R. 8.

Tregetenſium Epiſcopus cum aliis triginta Epiſcopis: Florebat tempore illo in eodem Cænobio vir venerabilis Aigilenus Abbas in ſancta religione feruens, & Cænobium illud ſingulare in his regionibus erat ſanctitate & religione. Petrus *Delalande* in Supplemento Conciliorum antiquorum Galliæ, Synodum Senonenſem, de qua Clarius, illigauit anno Chriſti ſexcenteſimo ſexageſimo-ſecundo, Clotarij Tertij Regis anno ſecundo, Chronologiam ſecutus Iacobi Sirmondi proauunculi ſui, quæ næuo non caret, vt Tomis ſuperioribus probatum. In poſtrema Conciliorum editione, quam Philippus Labbeus & Gabriel Coſſartius publicarunt, Tomo ſexto Senonenſe Concilium ante annum Chriſti ſexcenteſimum ſeptuageſimum collocatur, & in appendice eiuſdem Tomi ſeriùs reiicitur in annum Chriſti ſexcenteſimum ſeptuageſimum-ſecundum. Nos Clotarij Tertij Regis annum ſecundum cum anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-ſeptimo comparauimus, & ad illum annum egimus de Synodo Senonenſi, queſtique ſumus quòd Priuilegium, pro Monaſterio Sancti Petri datum, in tenebris adhuc deliteſceret, & Clarius ex Epiſcopis quatuor ac triginta, quos ſcripſerat teſtes adfuiſſe, quatuor tantùm nominaſſet. Poſt diuturnam expectationem nuper ex eiuſdem Cœnobij membranis prodiit tandem Priuilegium anno tertio Clotarij Tertij Regis datum, & ſubſcriptionibus Epiſcoporum ſex ac viginti munitum, de cuius auctoritate priuſquàm diſputemus, illud Corbeienſi, de quo nos Tomo tertio [a], quamſimillimum obſerua, factâ vtriuſque collatione.

[a] Ad an 662. nn. 10. & ſeqq.

XC.

PRIVILEGIVM MONASTERIO CORBEIENSI A BERTEFRIDO AMBIANENSI EPISCOPO CONCESSVM, A IACOBO SIRMONDO SOCIETATIS IESV PRESBYTERO EX CODICE VIRDVNENSI PVBLICATVM [b].

DOMINIS *ſanctis & ſummi culminis apice Pontificalis Cathedra ſpeculâ præſidentibus in Chriſto fratribus, Ninoni, Geneſio, Ethoaldo, Emmoni, Audoni, Audomaro, Audoino, Audeberto, Burgundofaroni, item Audeberto, Drauſcioni, Berthefridus munere ſuperni largitoris Ambianenſis Eccleſiæ Epiſcopus. Licèt nos antiqua regulæ conſtituta ſalubri obſeruatione cuſtodire conueniat, tamen vtili prouiſione tractantes conſtituimus, vt quod ſacris deliberationibus non derogat, intrepidâ obſeruatione conſeruetur. Et quia glorioſiſſimus Domnus Chlotharius Rex, necnon & præcelſa Domna Balthildis Regina, diuino inluminati auxilio, Monaſterium ſuo opere, Chriſto Præſule, in loco nuncupante Corbeia conſtruxerunt, religioſam petitionem noſtris auribus pa-*

PRIVILEGIVM MONASTERIO S. PETRI AB EMMONE SENONENSI METROPOL. CONCESSVM, A DACHERIO & MABILLONO MONACHIS BENEDICTINIS EX MEMBRANIS EIVSD. COENOBII PVBLICATVM [c].

DOMINIS *ſanctis & ſummi culminis apicem Pontificatûs Cathedræ ſpeculâ præſidentibus in Chriſto fratribus Senonica ciuitatis comprouincialibus, Chrodoberto, Farone, Bertoaldo, Audoeno, Gauzberto, Eligio, Emmo peccator ſupplex veſter in Domino præſumit mittere ſalutem.*

Licèt nos antiqua regulæ conſtituta ſalubre obſeruatione cuſtodire conueniat, tamen vtile prouiſione tractantes id conſtituemus, vt quod ſacris deliberationibus nonderogat, intrepida obſeruatione ſeruetur. Et quia vir venerabilis Aghilenus Abba vna cum fratribus ſecum conſiſtentibus de Monaſterio Sancti Petri & Pauli, quem Domna Theodechildis Regina quondam ſuo opere conſtruxit, vel ipſa ibidem ſuum videtur habere ſepulchrum, ſub opidum Senonis ciuitate, religionis ſuggeſtionis poſtulatio

CONFERTVR CVM CORBEIENSI.

[b] Tom. 1. Conc. Gall.

[c] Sec. 3. Benedict. tom. 2. pag. 613.

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

teſecerunt, quæ viſcerali pietatis affectu ita cor intrinſecus molliuit, vt petita non concedere, aut certè libentiſſimè non impleſſe, noſter animus irreligioſum fore putaret. Sancto igitur amore ſuccenſi noſtræ vilitatis extremitatem petierunt, vt & nos & veſtra fraternitas conſentientes, pro reuerentia ſanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum, & ſancti Stephani protomartyris, qui ob glorioſum ac triumphale votum pro amore Chriſti coronam Martyrij conſequuti ſunt, ad prædictum Monaſterium in eorum honore conſtructum, priuilegium concedere deberemus: licèt ſancta Carthaginenſis Synodus à bonæ memoria Bonifacio, eiúſque coepiſcopis facta, vel ipſius ſacerdotis epiſtola ad Liberium porrecta, non prohibeant Monachos ſub priuilegio proprio reſidere; vel ſancti Auguſtini præclari doctoris libri de gradibus Eccleſiaſticis doceant Monachos ſub quiete regulariter viuentes, abſque inquietudine clericorum vel Epiſcoporum reſidere. Quod nos conſiderantes, dum & canonica inſtitutio de hac re nos non præiudicat, vel ſupradictus domnus, & prædicta domna, dum ſe patrocinio tam & in præſenti vita, quàm & in futurum, præfatorum Sanctorum pleniſſimâ deuotione tradiderunt, vt eis vbique apud clementiſſimum & omnipotentem Dominum eorum interceſſio præbere dignetur adminiculum, vel pro reuerentia tantorum Martyrum, ſeu prout Monachi ibidem degentes ſub regula ſanctorum patrum quieti conuerſari poſſint: hoc priuilegium plenâ voluntate, vnà cum conſenſu fratrum meorum, conceſſiſſe vel indulſiſſe viſus ſum: per quod decerno, atque ob teſtificationem diuini nominis interdico, vt nec ego, nec vllus Epiſcoporum ſucceſſorum meorum hoc inrumpere præſumat Nec nos hoc propriæ deliberationis inſtituto poſteritas æſtimet decreuiſſe, cùm etiam antiquiora, vel in nouo tempore Monaſteria propria priuilegia ſint conſecuta. Nam & Agaunenſium, quod velut iſtud regio eſt munere ditatum, & Lirinenſium, vel Baſilica domni Marcelli, immóque & Monaſterium Luxonienſe, hoc videntur habere conceſſum: & ita à ſuccedentibus cuſtoditur, vt quic-

noſtrarum quippe aurium intimo penetranis, quæ in viſcerale pietatis affectu ita cor intrinſecus ſua petitionem molliuit, vt petita non concedere, aut certè libentiſſimè non implere, noſtræ duntanat animæ inreligioſo fore putarent. Sancto igitur deſiderio ſuccenſis ſub Regula beati Benedicti & modo Luxonienſis Monaſterij deuotâ mente & integrâ deuotione deliberant conſiſtere; noſtræ velocitatis extremitate ſupplica deprecationis petitionem popoſcerent, vbi nos fratribúſque noſtris Senonica Eccleſia nobis ſub die congregatio libentiſſimo impertiret. Licèt ſancta Carthaginenſis ſynodalis domni Auguſtini epiſtola iubeat Abbates Monachóſque earum libertatis priuilegium; vt nec vllo poteſtatis vinculo ab Epiſcopis detinere, ſed locis quibus ſe propriæ Monachi deliberationis inſtitutionis:

cùm etiam ſub huius Regulæ diſciplina ſanctorum Agaunenſium locum, immóque Monaſteria Lirinenſis, Luxonienſis, vel Baſilica domni Marcelli, de inhabitatoribus libertatem, quam à quibuſque ibidem derelictum eatenus fuiſſe ſancitum, & nunc à ſuccedentibus cuſtoditur, conſpiratione conſenſu antedicti viri poſtulationem ſancta re-

*quid ibidem offertur, ipſi Abbates vel Monachi ibidem deſeruientes, abſque contrarietate vel repetitione Epiſcoporum liberè cum Dei adiutorio hoc poſſideant. Ergo omnes vnius conſpiratione conſenſus antedictis principibus poſtulatione ſociô libentiſſimè annuentes, ſic decreuimus, vt quæcumque prædicto Monaſterio vel Monachis regio munere, ſeu à quibuſlibet Chriſtianis, in agris, mancipiis, vineis, ſiluis, auro, argento, vel veſtibus, vel quibuſlibet ſpeciebus conlota, out deinceps conferenda ſunt, vitæ noſtræ temporibus, ſeu ſucceſſorum noſtrorum, nec ego, nec vllus ſibi Pontifex, out aliquis ex ordine clericorum Ambianenſi Eccleſia, ſuis vſibus vſurpare, aut minorare, aut ad ciuitatem aliquas ſpecies deferre præſumat: ſed ſub omni libertate vel emunitote ſæpedictum Monaſterium vel Monachi ibidem conſiſtentes poſſideont. Altario ad ſæpedictum Monaſterium vel tabula ſi defuerint, Epiſcopus Ambianenſis Eccleſia in Dei nomine benedicat, & chriſma ſanctum conficiat ſine pretio, & annis ſingulis pro reuerentia Sanctorum ſine vllo præmio muneris causâ concedat. Et quod ad ipſum Monaſterium in Dei nomine fuerit oblatum, vel à quocumque Deo inſpirante tranſmiſſum, nihil ſibi exinde Pontifex, aut eius Archiadiaconus, aut quiſlibet ordinator Eccleſia audeat vindicare: nec ad præfatum monoſterium accedere, nec in agris ipſius conuiuia ego, vel Pontifices ſucceſſores noſtri, vel Archidiaconus, aut quiſlibet ordinator Eccleſiæ Ambionenſis præparare præſumat, niſi ab Abbote ſæpedicti monaſterij ſpontaneô voluntate fuerit rogatus. Et cùm Abbas fuerit de ſæculo iſto euocatus, quem unonimiter congregatio ipſius monaſterij ex ſemetipſis bonum & dignum elegerint, datâ auctoritote à præfato Principe, vel eius ſucceſſoribus, à nobis vel ſucceſſoribus noſtris, abſque vllo commodo ſecundùm ſanctos canones ordinetur. Similiter & reliquos gradus clericorum minores ac maiores, quos Abbas iam dicti monoſterij elegerit, ſine intra aut extra monaſterium, ſine aliqua præmij acceptione, iuxta quod lectio * docet, conſtituimus conſecrare.*

ligionis ſublibentiſſimè annuentis ita ab omnibus, vt quo prædicto Baſilica vel Monachos in ipſo Monaſterio ſub euangelica libertote religionem viuentibus ab ipſo viro vel regio munere ſeu à quibuſlibet Chriſtianis in agris, mancipiis, miniſterio, ſacris voluminibus, vel quibuſcumque ſpeciebus, qui od ornatum diuinæ cultum pertinere noſcuntur, aut cæteris rebus conlata vel deinceps conlatura ſunt, præſentis vitæ noſtræ temporis ſeu ſucceſſorum noſtrorum nullus ſibi exinde aliquid Clericorum aut Pontificum, vel regalis ſublimitas, ſuis vſibus vſurpare aut minorare præſumat.

Altare verò tantùm in ipſo Monaſterio, & tabulo benedicetur ſi defuerit, Epiſcopus Senonicæ in Dei nomine benedicat cum ſancta chriſmo annis ſingulis, pro reuerentio Sanctorum ſine præmium muneris causâ concedat.

Et quod in altario fuerit in Dei nomine oblatum, vel ad ipſum Monaſterium od quemcumque Deo inſpirante tranſmiſſum, nihil ſibi exinde Pontifex audeat vindicare.

*Et cùm Abba ille fuerit de hoc ſæculo euocatus, quem vnanimiter omnis congregotio illa Monachorum ex ſemetipſis optima Regula * compertum eligerent, à nobis vel ſucceſſoribus noſtris abſque vllo commodo ſecundùm ſanctos canones ordinetur, & reliquos gradus Clericorum ſine aliqua exceptione, iuxta quod electio docet, conſtituemus conſecrare.*

* optima Regula comparatum elegerint.

* electio.

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

Neque vllâ aliâ poteſtate in ipſo monaſterio vtatur, vt diximus, neque in monaſterio ſeu in rebus aut ornamentis ipſius, neque in perſonis; dum tanti glorioſiſſimi Principis petitio interceſſit, vel quia ipſi monaſterium ipſum conſtru-
* nec xerunt, & ditauerunt, vel pro reuerentia ſanctorum Apoſtolorum & Mar-
* Parochiis tyrum, ſeu pro eo, vt quieti ſub regula ſancta ipſi monachi viuere debeant ad ipſum monaſterium deſeruientes. Nec Epiſcopus, nec Archidiaconus,
* finium aut qualibet alia perſona, ordinator Eccleſiæ Ambianenſis, quodcumque de eodem monaſterio, ſicùt de reliquis parochiis, vſurpare, aut commutare, aut aliquas res auferre, vel ſpecies, quæ ad ipſum monaſterium ſunt conlatæ, deferre ad ciuitatem audeat; vt de perfecta quiete valeant ipſi Monachi, qui ad præfatum monaſterium deſeruiunt, duce Domino per tempora exultare, & ſicut antedicta monaſteria ſub libertate viuant, vt pro ſtatu Eccleſiæ, & ſalute regum, vel ſtabilitate regni, & tranquillitate patriæ valeant plenius pium Dominum exorare. Et ſi
* tepidi aliquis de ipſis monachis contumax fuerit, ab Abbate prædicti monaſterij ſecundùm canonicam inſtitutionem
* ipſa emendetur. Vt hoc priuilegium ſub ea, vt diximus, libertate quâ antedicta
* integritas monaſteria & monachi viuunt, debeat in perpetuum permanere firmiſſimum,
* priuilegio vt iam dicti monachi ſæpedicto monaſ-
* Monachi terio deſeruientes noſtris & futuris temporibus ſub libertate conſiſtant;
* dele & quia nihil de canonica auctoritate con-
* conuellitur uellitur, quicquid domeſticis fidei pro
* dele à tranquillieate pacis, vel pro reuerentia
* ob tranquillitatem pacis tribuitur ſanctorum tribuitur. Illud etiam addi placuit, vt ipſi monachi ſub regula ſancti Benedicti, vel ſancti Columbani conuerſari & viuere debeant. Quòd ſi aliquis calliditate aut cupiditate præuentus Epiſcopus, ea quæ ſunt ſuperiùs comprehenſa temerario ſpiritu violare præſumpſerit, tribus annis pœnitentiam diſtrictiſſimè agat, à commu-
* perpetim. nione fratrum ſequeſtratus; & nihilominus hoc priuilegium Chriſto protegente, qui & adiuuet illud conſeruantes, & diſſipet illud deſtruere cupientes, perpetim maneat incorruptum. Quam definitionem conſtitutionis noſ-

*Nullam aliam in Monaſterio poteſtatem, neque in rebus, neque, vt diximus, in perſonis, quamdiu ſub ſancta Regula ipſa Abba vel ipſi Monachi ſeu ſucceſſores eorum vixerint, ſupradictus Epiſcopus, Archidiaconus, aut qualibet perſona alia habere præſumat. At * quodcumque de eodem Monaſterio, ſicut de barrochiis * aut cæteris muneris causâ audeat donare vel auferre. Et niſi rogitus à congregatione ipſa vel Abbate, nulli noſtrorum audeat adire ſecreta aut feminium * ſepta: vt quatenus Monachi ſolitarij nuncupantur, de perfecta quiete valeant Duce Domino per tempora & ſub antedicta Regula viuentes, & ſanctorum Patrum vitam ſectantes, pro ſtatu eccleſiæ & ſalute Regis vel patriæ valeant exorare.*

*Et ſi aliter ipſi Monachi de eorum religione tepide * egerint, ſecundùm Regulam ipſius Domui Benedicti & Sancti Columbani ab eorum Abbate; aut ſi ipſa * neglexerit, ab ipſis Abbatibus qui regulariter viuunt, corrigantur, & ipſa integritate * Deo adiuuante ſeruetur, & ſub eo, vt diximus, priuilegium * eáque libertate, qua antedicta Monaſteria, Monachis *, noſtris, vt dictum eſt, futuríſque temporibus ſubſiſtant. Et * quia nihil de canonica auctoritate conuelletur *, quidquid à * domeſticis fidei tranquillitatem * pacis tribuetur.*

*Quòd ſi quis calliditate aut cupiditate præuentus viſus fuerit ea quæ ſunt ſuperiùs comprehenſa temerario ſpirſetu violare, annum à communione omnium fratrum ſe nouerit alienum, & nihilominùs hoc priuilegium Chriſto protegente perpete * maneat incorruptum.*

Quam etiam conſtitutionis noſtræ defini-

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

tra, vt noſtris & futuris temporibus valitura ſit, manûs noſtræ ſubſcriptionibus roborauimus, & coepiſcopos domnos, & fratres noſtros rogamus, vt ipſum in omnibus confirmare debeant.

Berthefridus peccator Ambianenſium vrbis Epiſcopus hoc priuilegium à me factum relegi, conſenſi & ſubſcripſi.

Geneſius acſi peccator Epiſcopus hoc priuilegium conſenſi.

Chaoaldus Epiſcopus hoc priuilegium conſenſi & ſubſcripſi.

Gautiobertus acſi peccator Epiſcopus hoc priuilegium ſubſcripſi.

Boſo in Dei nomine Epiſcopus hoc priuilegium conſenſi & ſubſcripſi.

Raguobertus acſi indignus Epiſcopus hoc priuilegium conſentiens ſubſcripſi.

Mummolenus acſi peccator Epiſcopus hoc priuilegium conſenſi & ſubſcripſi.

Audobertus acſi peccator Epiſcopus hoc priuilegium conſenſi & ſubſcripſi.

Audoenus Epiſcopus hoc priuilegium conſenſi & ſubſcripſi.

Dado peccator hoc priuilegium conſenſi at ſubſcripſi.

Emmo Epiſcopus ſubſcripſi.

Leodeboldus peccator Epiſcopus hoc priuilegium ſubſcripſi.

Chrodobertus peccator hoc priuilegium ſubſcripſi.

Paternus peccator Egloenſis Eccleſiæ, acſi indignus Epiſcopus hoc priuilegium conſenſi & ſubſcripſi.

Drauſcio acſi peccator hoc priuilegium conſenſi & ſubſcripſi.

Ego Audebertus acſi peccator Epiſcopus hoc priuilegium conſenſi & ſubſcripſi.

finitionem manûs noſtræ ſubſcriptionibus roboratam per fratres & conſeruos noſtros Abbates perpetuis temporibus valituram, vt robuſtior maneat, vobis vel cæteris deſtinauimus inſuper confirmandam ſtipulatione ſubnexa. Actum Mauſolaco curte dominica, anno tertio regni domini noſtri Clotharij Regis.

Emmo Epiſcopus.

Ioannes peccator hoc priuilegium conſenſit.

Vnemundus hoc priuilegium conſenſit.

Eodaldus Epiſcopus hunc priuilegium conſentiens.

Bertaldus peccator hunc priuilegium conſentiens.

Leoboldus Epiſcopus.

Amicharius in Chriſti nomine, acſi peccator Epiſcopus, hunc priuilegium conſenſit.

In Chriſti nomine Gautiobertus Epiſcopus hunc priuilegium conſentiens.

Hughierius peccator hunc priuilegium conſentiens.

Chrodobertus peccator hunc priuilegium conſ.

Burgundofarus in Chriſti nomine, acſi indignus Epiſcopus, hunc priuilegium conſ.

Maurinus peccator hunc priuilegium conſ.

Bertofridus Epiſcopus peccator Ambianis vrbis conſ.

Bicgo peccator Luxogius vrbis Epiſcopus.

In Chriſti nomine Bercarius etſi peccator Epiſcopus.

In Chriſti nomine Conceſſus peccator, Epiſcopus Ebrocini conſ.

Hecherius peccator hunc priuilegium conſ.

In Chriſti nomine Momolenus acſi peccator Epiſcopus hunc priuilegium conſ.

Rigwaldus peccator hunc priuilegium conſ.

In Chriſti nomine Lupus Epiſcopus conſentiens hunc priuilegium conſ.

Gaudemundus peccator hunc priuilegium conſentiens.

AN. CH. 751. CHILDERICI III R. 8.

Deocharius peccator ſeruiens conſentiens.
In Chriſti nomine Gyroindus acſi peccator conſentiens.
In Chriſti nomine Druſio acſi peccator hunc priuilegium conſ.
In Chriſti nomine ego Audebertus acſi indignus Epiſcopus hunc priuilegium conſentiens.
In Chriſti nomine Ragnobertus acſi indignus Epiſcopus conſ.

Factum hoc priuilegium ſub die octauo Idus Septembris, anno VII. regnante Clotario Rege, Captonnaco in palatio publico. Sigo in Dei nomine Diaconus hoc priuilegium ſcripſi & ſubſcripſi.

XCI. VTRVMQVE EXAMINATVR. Ambo Priuilegia, Corbeienſe & Senonenſe, vt edita ſunt, ne apiee quidem murato vel omiſſo deſeripſimus, lieèt in Senonenſi pleræque voees, imò phraſes, ae periodi, quarum ſenſus aur nullus aut obſeurus aut mutilus, emendationem ſæpè poſtularent, & iſta eorrectio facilè ſuppleri poſſet, ex Corbeienſi. Fortè hæc ſtyli diſcrepantia peculiariſque Senonenſis Priuilegij barbaries Lectorem mouebunt, vt vel de vtroque Priuilegio vel de alrerutro ſiniſtrum judieium ferat. Sed eæ nos rariones haud morantor. De Priuilegio Corbeienſi quid ſentiremus, expoſuimus Tomo tertio [a]. Idem planè eenſemus de Senonenſi. Vt enim à Bertefrido Ambianenſi Epiſcopo pro Monaſterio Corbeienſi, ſic & ab Emmone Metropolita Senonenſi pro Cœnobio Sancti Petri Viui Priuilegium emiſſum arbitramur, quod, vt eriam de Corbeienſi diximus, lapſu remporis tale, quale hodie legitur, poſt aliquot interpolariones amputarionéſque abierit, &, vt pleniſſimè corrigarur, paueis emendarionibus indigeat, maximè eùm in eo, vt & in Corbeienſi, præter ius eommune per indulgenriam nihil concedatur, quod Marculfi formulæ ſæpiùs à nobis laudatæ conrrarium exiſtar.

[a] Ad an. 662.

XCII. Aduersùs vulgatum Corbeienſe Priuilegium tria propoſuimus argumenra; vnum eruimus ex inſcriprione Priuilegij, alrerum ex ſubſcriptionibus Epiſcoporum, rertium ex ipſius Monaſterij Regula; plura non proferemus aduerſùs vulgatum Senonenſe Priuilegium.

XCIII. Bertefridus Corbeienſe Priuilegium ſie auſpicatur. *Dominis ſanctis & ſummi culminis apice Pontificalis Cathedra ſpecula præſidentibus in Chriſto fratribus, Niuoni, Geneſio, Ethoaldo, Emmoni, Audoni, Audomaro, Audoino, Audeberto, Burgundofaroni, item Audeberto, Drauſcioni, Berthefridus munere ſuperni largitoris Ambianenſis Eccleſiæ Epiſcopus.* Ex illis tamen vndecim Epiſeopis, quos Berthefridus nominar, ſex duntaxat Priuilegio ſubſcribunr, Geneſius, Emmo, Audoinus ſiue Audoenus, Audebertus ſiue Audobertus, item Audebertus, & Drauſeio; nec vlla Niuonis, Ethoaldi, Audonis, Audomari, & Burgundofaronis ſubſcriprio reperitur. Similiter Emmo Senonenſe Priuilegium ſie orditur. *Dominis ſanctis & ſummi culminis apicem Pontificatus Cathedra ſpecula præſidentibus in Chriſto fratribus Senonicæ ciuitatis comprouincialibus, Chrodoberto, Farone* *, *Bertoaldo, Audoeno, Gauzberto, Eligio, Emmo peccator ſupplex veſter in Domino præſumit mittere ſalutem.* Ex illis tamen ſex Epiſcopis, quos recenſer Emmo, tres tantùm priores, Chrodobertus, Burgundofarus ſeu Faro, & Berraldus ſeu Bertoaldus ſubſeribunt, nequaquam verò tres poſteriores, Audoenus, Gauzbertus, Eligius. Addequòd Emmo Priuilegium *fratribus Senonicæ ciuita-*

* Faroni.

tis comprouincialibus, id eſt, Epiſcopis prouinciæ Senonenſis inſeribit, è qua tum prouincia Chrodobertus Epiſcopus Pariſienſis, Faro Meldenſis Epiſcopus, & Bertoaldus Epiſcopus Trecenſis; at Audoenus Metropolitanus Rotomagenſis, & Eligius Nouiomenſis ac Tornacenſis Epiſcopus ſub Remenſi Metropolita, nec ſatis nota Gauzberti Sedes, de qua fuſiùs infrà diſputabimus. Hæc autem ſimul conciliare quis poſſit? AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

XCIV. Corbeienſi Priuilegio plures ſubſcribunt Epiſcopi, quàm fert inſcriptio, poſt Berthefridum enim ſubſcribunt quindecim, Geneſius, Chaoaldus, Gautiobertus, Boſo, Ragnobertus, Mummolenus, Audobertus, Audoenus, Dado, Emmo, Leodebodus, Chrodobertus, Paternus, Drauſcio; & Audebertus. Par eſt ratio de Priuilegio Senonenſi, cui poſt Emmonem ſubſcribunt Epiſcopi viginti-quinque, Ioannes, Vnemundus, Eodaldus, Bertaldus, Leoboldus, Amicharius, Gautiobertus, Hughierius, Chrodobertus, Burgundofarus, Maurinus, Bertofridus, Biego, Bercarius, Conceſſus, Hecherius, Momolenus, Rigwaldus, Lupus, Gaudemundus, Deocharius, Gyroindus, Druſio, Audebertus & Ragnobertus. Epiſcoporum ſubſcriptiones, quæ Priuilegio Corbeienſi ſubiiciuntur, abradendas exiſtimauimus, & earum loco reponendas diximus ſubſcriptiones Epiſcoporum, quorum nomina initio Priuilegij recenſentur. Haud aliter ſentimus de Priuilegio Senonenſi, cui ſubiectæ ſunt multorum ſubſcriptiones Epiſcoporum, quas Emmo in ſua Charta nuſquam nominauit.

XCV. In Corbeienſi Priuilegio Monachi Corbeienſes ſub Regula Sanctorum Benedicti & Columbani viuere dicuntur. Idem prorſus de Monachis Sancti Petri Viui aſſeritur in Priuilegio Senonenſi. Sed vt è Corbeienſi Priuilegio, ſic & è Senonenſi, nomen Sancti Benedicti delendum arbitramur. De vtroque infrà fuſiùs.

XCVI. Landerico Epiſcopo Pariſienſi, quem ad poſtrema Clodouei Secundi Regis tempora perueniſſe liquet, ſuos formularum libros inſcripſit Marculfus, perpaucis videlicet annis, priuſquàm Priuilegia Senonenſe & Corbeienſe Clotario Tertio, Clodouei Secundi filio, tum regnante concederentur. Quapropter nemo non iudicabit ad Marculfi formulam eadem Priuilegia eſſe reuocanda, nec aliud ipſis Priuilegiorum authoribus Emmoni ac Berthefrido conſilium fuiſſe, quàm vt Priuilegia iuxta conſuetudinem ſuorum temporum à Marculfo nuperrimè deſcriptam emitterent.

XCVII. IVXTA FORMVLAM MARCVLFI. Marculfus formulas ſuas orditur à Priuilegio. Eſt autem Priuilegium formula ſiue inſtrumentum libertatis quam Epiſcopus Monaſterio concedit, & Priuilegium vocatur, quia iure communi Abbates ſubſunt Epiſcopis, vt varia docent Concilia [a] ſub ipſis Francorum Regibus in Galliis habita. Ne verò Priuilegium, quoniam à iure communi recedit, inſtar rei nouæ ſtupendæque habeatur, illud Marculfus quamplurimorum Cænobiorum exemplis tuetur, atque imprimis tria proponit Monaſteria, Lirinenſe, Agaunenſe, & Luxouienſe, quæ regnante Clodouco Secundo florentiſſima fuerunt. *Ab antiquitus*, inquit, *iuxta conſtitutionem Pontificum, per Regalem ſanctionem Monaſteria Sanctorum Lirinenſis, Agaunenſis, Luxouienſis, vel modò innumerabilia per omne Regnum Francorum ſub libertatis Priuilegium videntur conſiſtere.* Berthefridus Marculfi formulam ſequitur, ſuum enim Priuilegium exemplis eorumdem Monaſteriorum ſic confirmat. *Hoc Priuilegium plenâ voluntate, vnà cum conſenſu fratrum meorum conceſſiſſe vel indulſiſſe viſus ſum: per quod decerno, atque ob teſtificationem diuini nominis interdico, vt nec ego, nec vllus Epiſcoporum ſucceſſorum meorum hoc inrumpere præſumat. Nec nos hoc propriæ deliberationis inſtituto poſteritas æſtimet decreuiſſe, cùm etiam antiquiora, vel in nouo tempore Monaſteria propria Priuilegia ſint conſecuta. Nam & Agaunenſium, quod, velut iſtud, Regio eſt munere ditatum, & Lirinenſium, vel Baſilica Domni Marcelli, imméque & Monaſterium Luxouienſe, hoc videntur habere conceſſum.* Nec aliter ſcribit Emmo, cùm

[a] Vide Tom. 5. ad an. 652. n. 58.

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

inter Cœnobia, quæ libertatis Priuilegio gaudent, in ſuo Priuilegio nominat *Sanctorum Agaunenſium locum, immoque Monaſteria Lirinenſis, Luxouienſis*, &c.

XCVIII. In Marculfi formula totum Priuilegium ad ſex capita reducitur, de quibus copioſè diſſeruimus Tomo tertio [a]. Solum Marculfi textum hic repetemus, conferemúſque cum Chartis Emmonis & Berthefridi ſuprà deſcriptis.

[a] Ad an. 652. nu. 44. & ſeqq.

XCIX. Primum Priuilegij caput apud Marculfum in his verbis conſiſtit. *Vt de veſtra Congregatione, qui in veſtro Monaſterio ſancta debeant baiulare officia, quum Abbas cum omni Congregatione popoſcerit, à nobis vel à ſucceſſoribus noſtris ſacros percipiat gradus.* Qua de re ſic Emmo. *Reliquos gradus Clericorum ſine aliqua exceptione, iuxta quod electio docet, conſtituemus* (lege, *conſtituimus*) *conſecrare.* Et Berthefridus. *Similiter & reliquos gradus Clericorum minores ac maiores, quos Abbas iam dicti Monaſtery elegerit, ſiue intra aut extra Monaſterium, ſine aliqua præmy acceptione, iuxta quod lectio* (lege *electio*) *docet, conſtituimus conſecrare.*

C. Secundum caput Priuilegij conceptum eſt in hæc verba. *Nullum pro ipſorum honore præmium percepturus, altare in ipſo Monaſterio prædictus Epiſcopus benedicat, & ſanctum chriſma annis ſingulis, ſi voluerint poſtulare, pro reuerentia loci ſine pretio concedat.* Marculfum ſic exprimit Berthefridus. *Altaria ad ſæpedictum Monaſterium, vel tabulæ ſi defuerint, Epiſcopus Ambianenſis Eccleſiæ in Dei nomine benedicat, & chriſma ſanctum conficiat ſine pretio, & annis ſingulis pro reuerentia Sanctorum ſine vllo præmio muneris causâ concedat.* Vulgatus autem Emmo ſic phraſi barbarâ. *Altare verò tantùm in ipſo Monaſterio, & tabula benedicetur ſi defuerit, Epiſcopus Senonica in Dei nomine benedicat cum ſancta chriſma annis ſingulis, pro reuerentia Sanctorum ſine præmium muneris causâ concedat.*

CI. Tertium Priuilegij caput hoc eſt. *Iuxta diſpenſationem diuinam cùm Abbas de ipſo Monoſterio à Domino migrauerit, quem vnanimiter omnis Congregatio illa Monachorum ex ſemetipſis, optimæ Regulæ comparatum, & vitæ meritis congruentem, ſimiliter ſine præmio memorata vrbis Epiſcopus ipſe promoueat Abbatem.* Marculfo ſic conſentit Emmo. *Et cùm Abba ille fuerit de hoc ſeculo euocatus, quem vnanimiter omnis congregatio illa Monachorum ex ſemetipſis optimæ Regula compertum eligerent* (lege, *optimæ Regulæ comparatum elegerint*) *à nobis vel ſucceſſoribus noſtris abſque vllo commodo ſecundùm ſanctos canones ordinetur.* Et Berthefridus ſic. *Et cùm Abbas fuerit de ſæculo iſto euocatus, quem vnanimiter congregatio ipſius Monaſtery ex ſemetipſis bonum & dignum elegerint, datâ auctoritate à præfato Principe, vel eius ſucceſſoribus, à nobis vel ſucceſſoribus noſtris, abſque vllo commodo ſecundùm ſanctos canones ordinetur.*

CII. Quartum Priuilegij caput in his verbis ponitur. *Nullam penitus aliam poteſtatem in Monaſterio, neque in rebus, neque in ordinandis perſonis, neque in villabus ibidem iam conlatis, aut deinceps Regio munere, aut priuatorum conlaturis, vel in reliqua ſubſtantia Monaſtery, nos ſucceſſoréſque noſtri Epiſcopi aut Archidiaconi, ſeu ceteri ordinatores, aut qualibet alia perſona prædictæ ciuitatis habere non præſumat, aut quodcunque de eodem Monaſterio ſicut de parochiis, aut ceteris Monaſteriis muneris causâ audeat ſperare aut ferre. Nec de hoc, quod à Dominum timentibus hominibus tranſmiſſum, aut in altario offertum fuerit, aut in ſacris voluminibus, vel quibuſcunque ſpeciebus ad ornatum diuini cultûs pertinet, aut præſens conlata, vel deinceps conlata fuerint, auferre præſumat.* Marculfo conſentaneus eſt Berthefridus, ſic. *Ergo omnes vnius conſpiratione conſenſûs, antedictis Principibus poſtulatione ſociâ libentiſſimè annuentes, ſic decreuimus, vt quæcumque prædicto Monaſterio vel Monachis Regio munere, ſeu à quibuſlibet Chriſtianis, in agris, mancipiis, vineis, ſiluis, auro, argento, vel veſtibus, vel quibuſlibet ſpeciebus conlata, aut deinceps conferenda ſunt, vita noſtra temporibus, ſeu ſucceſſorum noſtro-*

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

rum, nec ego, nec vllus ſibi Pontifex aut aliquis ex ordine Clericorum Ambianenſis Eccleſiæ, ſuis vſibus vſurpare, aut minorare, aut ad ciuitatem aliquas ſpecies deferre præſumat: ſed ſub omni libertate vel emunitate ſæpedictum Monaſterium vel Monachi ibidem conſiſtentes poſſideant. Et paulò inferiùs. *Nec Epiſcopus, nec Archidiaconus, aut qualibet alia perſona, ordinator Eccleſiæ Ambianenſis, quodcumque de eodem Monaſterio, ſicut de reliquis parochiis, vſurpare aut commutare, aut aliquas res auferre, vel ſpecies, quæ ad ipſum Monaſterium ſunt conlatæ, deferre ad ciuitatem audeat.* Nec à Marculfo recedit hæc Emmonis vulgati barbaries. *Conſpiratione conſenſu antedicti viri poſtulationem ſanctæ religionis ſublibentiſſimè annuentis ita ab omnibus, vt quæ prædicta Baſilica vel Monachos in ipſo Monaſterio ſub euangelica libertate religionem viuentibus ab ipſo viro vel regio munere ſeu à quibuſlibet Chriſtianis, in agris, mancipiis, miniſterio, ſacris voluminibus, vel quibuſcumque ſpeciebus, qui ad ornatum diuine cultum pertinere noſcuntur, aut cæteris rebus conlata vel deinceps conlatura ſunt, præſentis vitæ noſtra temporis ſeu ſucceſſorum noſtrorum nullus ſibi exinde aliquid Clericorum aut Pontificum, vel regalis ſublimitas, ſuis vſibus vſurpare aut minorare præſumat.* Et infrà. *Nullam aliam in Monaſterio poteſtatem, neque in rebus, neque, vt diximus, in perſonis, quamdiu ſub ſancta Regula ipſe Abba vel ipſi Monachi ſeu ſucceſſores eorum vixerint, ſupradictus Epiſcopus, Archidiaconus, aut qualibet perſona alia habere præſumat. At,* (lege, *nec*) *quodcumque de eodem Monaſterio, ſicut de barrochiis aut cæteris muneris cauſâ audeat donare vel auferre.* Fortè vulgatum hunc Emmonem mutatis aliquot vocabulis non malè ſic reſtitues. *Conſpiratione conſenſûs ab omnibus, antedicti viri poſtulationi libentiſſimè annuentes, vt quæ prædicta Baſilicæ vel Monachis in ipſo Monaſterio ſub euangelica libertate religionis viuentibus, ab ipſo viro, vel regio munere, ſeu à quibuſlibet Chriſtianis, in agris, mancipiis, miniſterio, ſacris voluminibus, vel quibuſcumque ſpeciebus, quæ ad ornatum diuini cultûs pertinere noſcuntur, aut cæteris rebus, conlata vel deinceps conlatura ſunt, præſentis vitæ noſtræ temporibus nullus ſibi exinde aliquid Clericorum aut Pontificum, vel regalis ſublimitas, ſuis vſibus vſurpare aut minorare præſumat.* Et infrà. *Nullam aliam in Monaſterio poteſtatem, neque in rebus, neque, vt diximus, in perſonis, quamdiu ſub ſancta Regula ipſe Abba vel ipſi Monachi ſeu ſucceſſores eorum vixerint, ſupradictus Epiſcopus, Archidiaconus, aut qualibet perſona alia habere præſumat. Nec quodcumque de eodem Monaſterio, ſicut de Parochiis, aut cæteris, muneris cauſâ, audeat donare vel auferre.*

CIII. Quintum Priuilegij caput continetur his verbis. *Niſi rogatus à Congregatione illa, vel Abbate, pro oratione lucranda, nulli noſtrum liceat Monaſterij adire ſecreta, aut finium ingredi ſepta, & ſi ab eis illuc Pontifex poſtulatus pro lucranda oratione vel eorum vtilitate acceſſerit, celebrato ac peracto diuino myſterio, ſimplici ac ſobriâ benedictione perceptâ, abſque vllo requiſitu, domo ſtudeat habere regreſſum, vt quatenus Monachi, qui ſolitarij nuncupantur, de perfecta quiete valeant duce Domino per tempora exultare, & ſub ſancta Regula viuentes, & beatorum Patrum vitam ſectantes, pro ſtatu Eccleſiæ, & ſalute Regis, vel patriæ, valeant pleniùs Dominum exorare.* Adſtipulatur Emmo, ſic. *Et niſi rogitus * à congregatione ipſa vel Abbate, nulli noſtrorum audeat * adire ſecreta aut feminium * ſepta: vt quatenus Monachi ſolitarij nuncupantur, de perfecta quiete valeant duce Domino per tempora & ſub antedicta Regula viuentes, & ſanctorum Patrum vitam ſectantes, pro ſtatu eccleſiæ * & ſalute Regis vel patriæ valeant exorare.* De quiete Monachorum ita quoque Betthefridus. *Vt de perfecta quiete valeant ipſi Monachi, qui ad præfatum monaſterium deſeruiunt, duce Domino per tempora exultare, & ſicut antedicta Monaſteria ſub libertate viuant, vt pro ſtatu Eccleſiæ, & ſalute Regum, vel ſtabilitate regni, & tranquillitate patriæ valeant pleniùs Dominum exorare.*

* rogatus
* liceat
* finium
* eccleſia

AN. CH. 751 CHILDERICI III. R. 8.

CIV.

Sextum Priuilegij caput cum interminatione contra violatores proximè ſubiecta ſic habetur. *Si aliquid ipſi Monachi, de eorum religione tepidi, aut ſecus egerint, ſecundùm eorum Regulam ab eorum Abbate, ſi præualet, corrigantur. Sin autem, Pontifex de ipſa ciuitate coercere debet, quia nihil de canonica auctoritate conuellitur, quicquid domeſticis fidei pro quietis tranquillitate tribuitur. Si quis autem ex nobis, quod Deus auertat, calliditate commotus, aut cupiditate præuentus, ea, quæ ſunt ſuperiùs comprehenſa, temerario ſpiritu violare præſumpſerit*, &c. Hunc Marculfi textum ſic in ſuo Priuilegio repræſentat B.rthefridus. *Si aliquis de ipſis Monachis contumax fuerit, ab Abbate prædicti monaſterij ſecundùm canonicam inſtitutionem emendetur. Vt hoc priuilegium ſub ea, vt diximus, libertate, quâ antedicta monaſteria & monachi viuunt, debeat in perpetuum permanere firmiſſimum, vt iam dicti monachi ſæpedicto monaſterio deſeruientes noſtris & futuris temporibus ſub libertate conſiſtant; quia nihil de canonica auctoritate conuellitur, quicquid domeſticis fidei pro tranquillitate pacis, vel pro reuerentia ſanctorum tribuitur. Illud etiam addi placuit, vt ipſi monachi ſub regula ſancti Benedicti vel ſancti Columbani conuerſari & viuere debeant. Quòd ſi aliquis calliditate aut cupiditate præuentus Epiſcopus, ea quæ ſunt ſuperiùs comprehenſa temerario ſpiritu violare præſumpſerit*, &c. At hæc periodus, *illud etiam addi placuit, vt ipſi Monachi ſub regula ſancti Benedicti vel ſancti Columbani conuerſari & viuere debeant*, ſeriùs à quopiam inſerta eſt, poſtquàm Regulæ Sancti Benedicti & Sancti Columbani ſimul coaluerunt. Eâ enim ſublatâ periodo, cetera melius inter ſe cohærent, & propiùs ad Marculfi formulam ſic accedunt. *Nihil de canonica auctoritate conuellitur, quicquid domeſticis fidei pro tranquillitate pacis, vel pro reuerentia ſanctorum tribuitur. Quòd ſi aliquis calliditate aut cupiditate præuentus Epiſcopus, ea qua ſunt ſuperiùs comprehenſa, temerario ſpiritu violare præſumpſerit*, &c. Vulgatus autem Emmo ſic habet. *Si aliter ipſi Monachi de eorum religione tepidè egerint, ſecundùm Regulam ipſius Domni Benedicti & Sancti Columbani ab eorum Abbate, aut ſi ipſa neglexeris, ab ipſis Abbatibus qui regulariter viuunt, corrigantur, & ipſa integritate Deo adiuuante ſeruetur, & ſub eo, vt diximus, priuilegium eáque libertate qua antedicta Monaſteria Monachis, noſtris, vt dictum eſt, futuríſque temporibus ſubſiſtant. Et quia nihil de canonica auctoritate conuelletur, quicquid à domeſticis fidei tranquillitatem pacis tribuetur. Quòd ſi quis calliditate aut cupiditate præuentus viſus fuerit, ea qua ſunt ſuperiùs comprehenſa temerario ſpiritu violare*, &c. Purgarâ verò barbarie ſic eundem vulgatum Emmonem reſtituo. *Si aliter ipſi Monachi de eorum religione tepidi egerint, ſecundùm Regulam ipſius Domni Benedicti & Sancti Columbani ab eorum Abbate, aut ſi ipſe neglexerit, ab ipſis Abbatibus qui regulariter viuunt, corrigantur, & ipſa integritas Deo adiuuante ſeruetur, & ſub eo, vt diximus, priuilegio, eâque libertate quâ antedicta Monaſteria, Monachi noſtris, vt dictum eſt, futuríſque temporibus ſubſiſtant, quia nihil de canonica auctoritate conuellitur, quicquid domeſticis fidei ob tranquillitatem pacis tribuitur. Quòd ſi quis calliditate aut cupiditate præuentus*, &c. Præter barbariem, quâ vulgatus Emmonis textus fœdatur, in eo ſunt duo, quæ nequeunt approbari, quia Marculfo, cuius formulam hactenus ſecutus eſt, & moribus illorum temporum apertiſſimè repugnant. Monachos enim, qui deliquerint, ab Abbate proprio *ſecundùm Regulam ipſius domni Benedicti & ſancti Columbani* corrigendos ait Emmo; deinde Abbati proprio, ſi Monachos corrigere neglexerit, alios ſubſtituit Abbates regulariter viuentes, à quibus iidem Monachi corrigantur. Neutrum autem admitti poteſt, quia per Emmonis ætatem ambæ Regulæ Sancti Benedicti & Sancti Columbani non obſeruabantur in eodem Monaſterio, & ex Marculfi formula Monachos, quos proprius Abbas non correxit, Epiſcopus Diœceſanus coercere debet, idcóque textus Emmonis ſuprà recitatus hoc modo videtur emendandus. *Si aliter ipſi Monachi de eorum reli-*

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

gione tepidi egerint, ab eorum Abbate, aut ſi ipſe neglexerit, à Pontifice ipſius ciuitatis corrigantur, & ipſa integritas, &c. Iure communi inquiſitio in vitam & actus Monachorum pertinet ad Epiſcopum, qui ratione paſtoralis ſui muneris tenetur emendare, quicquid in illis emendandum inuenerit. Et apud Marculfum Epiſcopus per ſuum Priuilegium curam illam ac ſolicitudinem Abbatibus committit, ita tamen vt ſuo iure non cedat abſolutè, nam ſibi reſeruat poteſtatem corrigendi Monachum, quem Abbas corrigere vel nolit vel non poſſit, egregiámque adhibet cautionem ne videatur ſacris Canonibus refragari, *nihil*, inquit, *de Canonica auctoritate conuellitur, quicquid domeſticis fidei pro quietis tranquillitate tribuitur.*

CV.

In eiuſdem Marculfi textu, quo poſtremum Priuilegij caput continetur, id etiam obſeruandum maximè, quòd Monachi, ſi corrigendi ſunt, *ſecundùm eorum Regulam ab eorum Abbate* corrigendi dicuntur. Marculfus enim, cùm Monachos *ſecundùm eorum Regulam* ab Abbate proprio coercendos ait, nec vllam Regulam determinatè nominat, inſinuat illis temporibus à Monachis in Francia non vnam Regulam ſed plures vſu receptas fuiſſe. Nec aliter cenſebit, quiſquis in prioribus Annalium noſtrorum Tomis legerit, quas pro diuerſis Monaſteriis, in quibus cuſtodiebantur, ſingulatim Regulas expoſuimus Sancti Macarij, Sancti Baſilij, Caſſiani, Sancti Cæſarij, Sancti Benedicti, Sancti Aureliani, Sancti Ferreoli, Sancti Columbani, Sancti Donati, &c. Berthefridus vt Sancti Benedicti ſic & Sancti Columbani mentionem ſemel duntaxat facit in periodo, quam & extra locum poſitam & Hiſtoricæ veritati contrariam ex eius Priuilegio abradendam ſenſimus. Priùs enim, cùm de Monaſterij Corbeienſis Regula loquebatur, Monachos ibi *ſub Regula Sanctorum Patrum*, necnon *ſub regula ſancta* quietè conuerſaturos dixit, & per Regulam ſeu Sanctorum Patrum, ſeu Sanctam, non peculiarem videtur intellexiſſe Regulam, ſed ipſum Monaſticæ vitæ genus, quo Monachi à ceteris fidelibus cùm Clericis tum laicis diſtinguuntur. In dubium tamen non vocamus, quin à primo Cœnobij conditu floruerit illic Regula Sancti Columbani, quia Theudofredus, qui primus Abbas Corbeienſis extitit, Luxouio, vbi ſola Sancti Columbani Regula tum ſeruabatur, Corbeiam miſſus eſt à Walberto ſeu Galberto tertio Abbate Luxouienſi, vt illorum temporum Scriptor in vita Sanctæ Bathildis teſtatur his verbis. *Monaſterium, quod vocatur Corbegia, in Ambianenſi parochia ſuo opere conſtruxit, vbi venerabilis vir Domnus Teudofredus, nunc enim Epiſcopus, tunc verò Abbas, magno gregi fratrum præfuit, quem de Luxouio Monaſterio præfata Domna Baltidis à reuerendiſſimo Domno Galberto quondam Abbate expetiuit, & mirabiliter ad ipſum Cænobium fratrum condirexit.* Ergo Berthefridus, ſi ſermonem de peculiari Corbeienſis Monaſterij Regula fecit in ſuo Priuilegio, Monachos illius loci non Regulæ Sanctorum Benedicti & Columbani vt interpolator adiecit, ſed ſoli Regulæ Sancti Columbani addictos aſſeruit. In Emmonis Priuilegio, Regulæ Sanctorum Benedicti & Columbani ſimul iunctæ bis nominantur. Primò ſic. *Sancto igitur deſiderio ſuccenſis ſub Regula beati Benedicti & modo Luſouienſis Monaſterij deuotâ mente & integrâ deuotione deliberant conſiſtere, noſtræ velocitatis extremitate ſupplicæ deprecationis petitionem popoſcerent, vbi nos Fratribúſque noſtris Sononicæ Eccleſiæ nobis ſub die congregatio libentiſſimo impertiret.* Deinde ſic. *Si aliter ipſi Monachi de eorum religione tepidè egerint, ſecundùm Regulam ipſius domni Benedicti & ſancti Columbani ab eorum Abbate, aut ſi ipſa neglexerit, ab ipſis Abbatibus, qui regulariter viuunt, corrigantur.* Horum textuum poſteriorem iam examinauimus refutauimúſque; priori verò, cuius ſtylus valdè barbarus ac deprauatus, reſpondet ille ex Priuilegio Corbeienſi. *Sancto igitur amore ſuccenſi noſtræ vilitatis extremitatem petierunt, vt & nos & veſtra fraternitas conſentientes, pro reuerentia Sanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum, & Sancti Stephani protomarty-*

AN CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

ris, qui ob glorioſum ac triumphale votum pro amore Chriſti coronam Martyrÿ conſequuti ſunt, ad prædictum Monaſterium in eorum honore conſtructum, Priuilegium concedere deberemus. Vnde textum Emmonis optimè ſic reſtituas. *Sancta igitur amore ſuccenſi noſtræ vilitatis extremitatem ſupplici deprecationis petitione popoſcerunt, vt & nos & fratres noſtri Senonicæ Eccleſiæ conſentientes, pro reuerentia Sanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum, ad prædictum Monaſterium in eorum honore conſtructum, Priuilegium libentiſſimè impertiremus.* Sancti Petri Monaſterium, cui Priuilegium conceſſit Emmo, priùs à Theodechilde Clodouei Magni nepte conditum eſt, quàm Sanctus Columbanus in Franciam veniret. Ab initio igitur non Regulam Sancti Columbani, ſed eâ coluit antiquiorem. Illius loci Abbatem, qui Priuilegium poſtulabat, Aghilenum nominauit Emmo. Vetuſtior Aghileno ſiue Agileno fuit Amalbertus Abbas, de quo Sammarthani ſcribunt in auctiore Gallia Chriſtiana [a], quòd *ſecundùm Regulam Luxonienſis Monaſterÿ regularem diſciplinam induxit.* Id autem non *circiter an. 507*, vt iidem Auctores volunt, ſed ſeptimo geſtum eſt ſeculo, cùm Euſtaſius Abbas aut eius ſucceſſor Walbertus Luxouienſe Monaſterium iam adminiſtrabat. Illis temporibus erant in maxima per vniuerſam Galliam exiſtimatione Monachi Luxouienſes, quoſdam ex hoc Aſceterio Senonas ab Amalberto vocatos eſſe nil vetat. Nulla tum Regula præter Sancti Columbani Regulam in Monaſterio Luxouienſi ſeruabatur, nondum enim ambas Regulas Sancti Benedicti & Sancti Columbani ſimul in iiſdem Cœnobiis cuſtodiri mos erat. Quapropter vbi Regularem diſciplinam Amalbertus Abbas in Cœnobium Senonenſe, *ſecundùm Regulam Luxonienſis Monaſterÿ* indnxiſſe dicitur, illam Luxouienſis Monaſterij Regulam, Regulam interpretare Sancti Columbani, & huius obſeruationis habitâ ratione, ſi Emmonem de peculiari Senonenſis Monaſterij Regula locutum in ſuo Priuilegio contendis, illius textum proximè examinatum ſic repone. *Sancto igitur deſiderio ſuccenſi, modo Luxonienſis Monaſtery deuotâ mente & integrâ deuotione deliberant conſiſtere, noſtræ vilitatis extremitatem ſupplici deprecationis petitione popoſcerunt, vt*, &c.

[a] Tom. 4.

CVI. A nobis multùm diſſident hodierni Scriptores Ordinis Benedictini, volunt enim Regulas Sancti Benedicti & Sancti Columbani priùs vnitas ſimul fuiſſe, quàm Emmo Senonenſis Archiepiſcopus & Berthefridus Epiſcopus Ambianenſis Priuilegia ſua concederent. Emmo ſuum pro Monaſterio Senonenſi Priuilegium emiſit *anno tertio Regni Domini Clothary Regis*, id eſt, anno Chriſti ſexcenteſimo duodeſexageſimo. Epocham hanc aliàs anno vno præuertimus [b], excuſatione apud æquum Lectorem ſanè digni, quia Priuilegium illud in lucem nondum prodierat, & Syhodum Senonenſem, in qua publicatum eſt, Petrus *Delalande* anno ſecundo poſt ſuſceptum à Clotario Regnum in Supplementis Conciliorum antiquorum Galliæ conſignarat. Berthefridus ſuum pro Corbeia Priuilegium libertatis emiſit *anno VII. regnante Clotario Rege*, id eſt, anno Chriſti ſexcenteſimo ſexageſimo-ſecundo, vt ad illum annum Tomo tertio diximus. Fixâ vtriuſque Priuilegij epochâ compendioſam noſtri cum Reuerendis admodum Domnis, Luca *d'Achery*, Iohanne *Mabillon*, & Philippo *Baſtide*, è Congregatione Sancti Mauri Monachis Benedictinis diſſidij narrationem nunc accipe.

[b] Tom. 3. ad an. 657. n. 15.

CVII. EXPONITVR CONTROVERSIA DE PROPAGATIONE ORDINIS BENEDICTINI PER GALLIAM.

Anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo vndeſeptuageſimo Lucas Dacherius & Ioannes Mabillonus Seculum ſecundum Benedictinum ſiue Acta Sanctorum Ordinis Benedictini ab anno Chriſti ſexcenteſimo ad annum Chriſti ſeptingenteſimum in lucem ediderunt, & in ipſius operis Præfatione non leuiter queſti ſunt, quòd beatum Columbanum eiúſque diſcipulos non paucos, alióſque Sanctos Ordini Benedictino detraxerimus. Tunc quartus Annalium noſtrorum Tomus ſub prælo vergebat ad finem, captâque occaſione, cùm res anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-quarto

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

to geſtas enarraremus, totam controuerſiam ſummatim ad quatuor hæc capita redegimus; vtrùm Regula Benedictina in Bobienſi Monaſterio ſuſcepta ſit à Sancto Columbano; vtrùm poſt Synodum Matiſconenſem ſtatim in Galliis cum Regula Sancti Columbani coaluerit; vtrùm Cœnobio Fontanellenſi præſcripta ſit à Sancto Wandregiſilo; vtrùm Monaſteriis Gandenſibus & Elnonenſi à Sancto Amando impoſita? De ſingulis egimus, totius tamen litis iudicio penes Lectorem amicum vtrarumque partium relicto. Nullum è noſtro calamo putamus excidiſſe verbum, quod mutuam inter nos aduerſarióſque noſtros charitatem vel tantillùm minuere poſſit. Zelum, quo gloriam ſui Ordinis aut tuentur aut augent, numquam improbauimus. At nec ipſi debent arguere ſtudium, quo ducimur ad inueſtigandam veritatem, quæ certè non tantùm nobis in hac materia, ſed etiam aliis magnæ eruditionis viris extra Franciam degentibus ſub idem tempus affulſit. Anno enim Chriſti milleſimo ſexcenteſimo duodeſeptuageſimo, quo tertium Annalium noſtrorum Tomum, qui Sodalibus Benedictinis tantoperè diſciplicet, in lucem emiſimus, Acta quoque Sanctorum, qui menſe Martio coluntur, publicarunt Godefridus Henſchenius & Daniel Papebrochius Societatis Ieſu Preſbyteri, hique paſſim eandem nobiſcum ſententiam amplexi ſunt, Sanctum Columbanum è Faſtis Benedictinis expunxerunt, Regulam Sancti Columbani diſtinxerunt à Regula S. Benedicti, longóque temporis ſpatio S. Columbani diſcipulos à Monachis Benedictinis ſegregarunt, atque ita non Lutetiæ modò ſed etiam Antuerpiæ res eadem ſcripta eſt, variorum Auctorum diuerſarúmque gentium vno conſenſu. Nupertimè verò, cùm ſopitam omnem contentionem credebamus, prodiit tertium Seculum Benedictinum in duos Tomos diſtinctum, quibus ſupranominati Dacherius & Mabillonus Præfationem in duas quoque partes diuiſam præfixerunt, ac poſtoriori parte in noſtram opinionem noſtrúmque conſilium inuecti ſunt ſtylo, quàm par erat, vt nihil diſſimulemus, acriori. De quatuor prædictis controuerſiæ capitibus denuò non diſputamus. Rationes noſtras eâ quâ potuimus ſynceritate ſimpliciter ac ſine fuco propoſuimus; quid aduerſarij repoſuerint, aduertat Lector amicus vtrarumque partium, factâque collatione decretoriam ſententiam pronuntiet, totius enim litis iudicium penes eum iam reliquimus relinquimúſque. Ne tamen iuſtæ defenſioni noſtræ deeſſe videamur, temperare non poſſumus, quin breuiter hoc loco nonnulla diluamus, quæ de nobis ſcribi numquam debuerunt.

Primò, totam controuerſiam, quam quatuor ad capita redegimus, aiunt aduerſarij breuiùs ad vnum contrahi poſſe, nimirùm vtrùm Regula Sancti Benedicti recepta ſit in Galliis ante Caroli Magni Principatum, addúntque nos hactenus occultis molitos eſſe cuniculis, vt ea Regula in Galliis ante ætatem Caroli Magni recepta non crederetur, etſi verbis tantiſper ab hac ſententia decedere coacti ſimus. *Breuiùs*, inquiunt [a], *ad vnum caput tota* controuerſia *contrahi poterat, nimirum vtrùm Regula S. Benedicti recepta in Gallia ſit ante Caroli Magni Principatum. Id enim occultis cuniculis hactenus molitus eſt Cointius, licèt verbis tantiſper ab hac ſententia decedere coactus ſit.* In ea numquam ſententia fuimus, vt Regulam Benedictinam ante Caroli Magni Principatum in Gallia receptam inficiaremur. Teſtes appellamus, quos ad hanc vſque diem Tomos edidimus, ipſo hoc quinto, quem typis mandamus, ne quidem excepto, ad annos enim octaui ſeculi quadrageſimum-tertium & quadrageſimum-quartum egimus de Synodis Germanica & Liptinenſi, cis Rhenum in Majoratu Carolomanni celebratis, quarum Patres Regulam Benedictinam tanti fecerunt, vt illam Monachis & Monialibus ſuſcipiendam præſcripſerint; Canone Germanico decimo-ſexto, ſic, *vt Monachi & ancillæ Dei Monaſteriales, iuxta Regulam Sancti Benedicti, Cœnobia vel Xenodochia ſua ordinare, gubernare, viuere ſtudeant, & vitam propriam degere ſecundùm prædicti Patris ordinationem* CVIII.

[a] Pag. 16.

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

non negligant; & Liptinenſi primo, ſic: *Abbates verò & Monachi receperunt Regulam Sancti Patris Benedicti ad reſtaurandam normam regularis vitæ.*

CIX. Secundò, noſtram ad aduerſariorum obiecta reſponſionem Tomo ſuperiore [a] ſic clauſimus. *Cùm autem nobis adeò perſuaſum ſit, in Monaſteriis, quæ S. Columbani diſciplinis addicta erant, Regulam S. Benedicti ſeptimo ſeculo non ſuſceptam fuiſſe, varia Diplomata, quibus Auctores Benedictini ſuam quoque tueri conantur opinionem, cenſemus interpolata. Non aliter locuti ſumus, cùm de illis agendum nobis fuit, indubitanter enim abraſimus nomen S. Benedicti, quotieſcumque illud cum nomine S. Columbani coniunctum reperimus, vbi quæſtio vertebatur de Regula, cui ſubiiciebatur Monaſterium à Sancto Columbano vel ab eius diſcipulis aut eorum ſucceſſoribus inſtitutum.* Illo loco aiunt [b] à nobis ita ſcriptum. *Audacter erado nomen Benedicti.* Duabus de rebus hîc iuſtè querimur, quòd vocem *indubitanter*, quâ vſi ſumus, in *audacter* mutauerint, ſcripſerintque nudè prolatum à nobis *nomen Benedicti*, ſuppreſſo Sanctitatis Titulo, quem appoſuimus. Ex hac reticentia non dubitamus, quin Lectoribus inſinuare voluerint nos minùs honorificè, quàm decebat, de Sancto Benedicto locutos eſſe, ſed eorum, qui nuſtros vel nouerint mores, vel Annales legerint, nemini quid ſimile perſuadebunt. Quo conſilio non *indubitanter* vt noſter habet textus, ſed *audacter* à nobis ſcriptum dixerint, ipſi ſatis declarant, vbi ſic ludunt in verbo, *non audacia*, inquiunt, *ſententiis addit pondus, ſed potiùs detrahit.* Ab hac autem contra nos abſtinere debent argumentatione, cùm nihil *audacter*, nihil *per audaciam* egerimus. Ideóque Lectores haud immeritò rogandi nobis hîc videntur, vt ſuper textibus, quos noſtris ex Annalibus aduerſarij citauerint, iudicium priùs non ferant, quàm noſtra conſuluerint contulerintque ſcripta.

[a] Ad an. 734. n. 107.

[b] Pag. 24.

CX. Tertiò, Dacherius & Mabillonus circa finem ſuæ Præfationis ita de nobis loquuntur. *Hactenus virum, & Inſtituti ſocietate, & priuatâ neceſſitudine nobis amicum, æquis animis ſuſtinuimus multa contra nos, tametſi leuibus omnino argumentis, molientem. Hactenus vt de eius æquitate ac moderatione rectè ſentiremus, animis noſtris imperauimus. Si verò vlteriùs pergit nobis obiicere ſpecioſas, vt ſolet, argutias, vereor ne noſtris perſuadeatur tandem, id non tam inquirendæ veritatis, quàm inſectandi Monaſtici Ordinis, ſtudio ſuſceptum fuiſſe.* Vtrùm *lenibus omnino argumentis* ſententiam noſtram firmauerimus, vtrùm *ſpecioſas* obiecerimus *argutias*, eruditus iudicabit Lector. Quod ad minas attinet, quæ nobis intentantur, eas certè ſpernimus. Veritatem inueſtigamus, Ordinem Monaſticum non inſectamur. Secus de nobis ſentiant Aſcetæ Benedictini, ſi velint, haud curamus. Vir æquus vitam Monaſticam nos inſectatos nuſquam ex eo concludet, quòd duos Monachorum Ordines, vnum à Sancto Benedicto conditum, alterum à Sancto Columbano fundatum, diſtinximus, negauimúſque Sanctum Columbanum eiúſque diſcipulos ante octauum ſeculum Regulæ Benedictinæ addictos fuiſſe.

CXI. PHILIPPI BASTIDI DISSERTATIO CONFUTATUR.

Aduerſùs prædictam Præfationem id reſponſi ſufficiat. Ad calcem tertij Seculi Benedictini adiecta eſt *de antiqua Ordinis Sancti Benedicti intra Gallias propagatione diſſertatio* benè longa, & in capita ſexdecim diſtributa, *auctore Domno Philippo Baſtide*, quem Dacherius & Mabillonus *partim eâdem, partim aliâ* quàm ipſi *viâ*, conatibus noſtris aiunt occurriſſe. Fugiebat oculos noſtros hæc lucubratio, quia lectâ Præfatione, de quâ ſuprà, lectionem operis in duos Tomos diſtributi non à poſterioris fine ſed ab initio prioris; vt fieri ſolet, aggreſſi eramus. At monuit nos amicus ſe nonnullóſque alios à Sodalibus Benedictinis inſtantiſſimè rogatos, vt Diſſertationem hanc, quamuis in operis calce poſitam, primo loco legerent. Relictis omnibus ad iſtam lectionem ſtatim nos accinximus, ſubſequentéſque parauimus reſponſiones, breui ſtylo, à conuitiis contumeliíſque longiſſimè remoto, præclarum enim nobis hîc videtur non tantùm de rebus,

quæ venerunt in controuerſiam, ſed etiam de modeſtia cum aduerſario contendere, imò magnam nos landem aſſecutos arbitrabimur, ſi nos causâ quis inferiores, ſcriptione modeſtiores pronuntiauerit. AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

Auctor in Diſſertationis Præfatione, poſtquàm nobis obiecit, quòd *ipſius Ordinis* Benedictini *primordia tenebris obuoluenda ſuſcepiſſe* videamur, hæc proximè ſubiungit. *Sæpiùs in prioribus tomis claros & illuſtres viros nullâ plerumque ratione nulloque quæſito colore ex albo Benedictinorum eraſerat; vtque error in principio creſcit in millia, quicquid diuerſis in locis ſcripſerat in Ordinem, totum ferè in hunc quartum Annalium tomum conie cit, & in nouos denuò delapſus errores, errata priora nouis falſiſque opinionibus cumulauit.* Tomo quarto, cùm Præfationi ſecundo Seculo Benedictino præfixæ reſponderemus, multa, quæ ſuperioribus Tomis ſparſeramus, in vnum locum congerere coacti ſumus. Verùm autem claros & illuſtres viros *nullâ plerumque ratione nulloque quæſito colore* ex albo Benedictinorum eraſerimus, & verùm *in nouos denuò* delapſi *errores, errata priora nouis falſiſque opinionibus* cumulauerimus, iudicabit Lector. CXII.

Errores omnes, in quos Auctor Diſſertationis lapſos nos exiſtimat, ad duo potiſſimùm capita reducit. Vnum in eo collocat, quòd obitum Sancti Mauri reiecimus in annum Chriſti ſexcenteſimum quartum, ſcripſimúſque nullam eo in viuis ſuperſtite coloniam Monachorum è Monaſterio Glannafolienſi eductam fuiſſe. Alterum in eo conſtituit, quòd in Galliis ad octauum vſque ſeculum varia Monachorum Inſtituta floruiſſe diximus. CXIII.

De Sancto Mauro nihil aſſeruimus, quod Hiſtoricæ veritati repugnet. Eius mortem in annum Chriſti ſexcenteſimum quartum diſtulimus, Auctores allegauimus, quibus hæc opinio noſtra nititur, peculiares quoque rationes attulimus, quæ maioris apud Aſcetas Benedictinos auctoritatis eſſe debent, quàm vita Sancti Mauri ab Odone interpolata. Si pertinaciter ſtabunt à ſcriptis Odonis, variis ſe difficultatibus extricare vix poterunt, Sanctum enim Benedictum, cuius obitum anno Chriſti quingenteſimo quadrageſimo-tertio in Præfatione primi ſeculi Benedictini conſignarunt, quâ fronte dicent ex hac vita ſublatum duodecimo Kalendas Aprilis in vigilia Paſchæ ſeu Sabbato Sancto, cùm ab anno Chriſti quingenteſimo nono ad annum Chriſti ſexcenteſimum tertium, Paſcha vndecimo Kalendas Aprilis haud celebratum ſit? Deinde ſeruatâ Odonis interpolatione, quâ duntaxat nixi Sanctum Maurum affirmarunt in cælum anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-tertio migraſſe, quibus artibus excuſabunt altum ſilentium Gregorij Turonenſis, qui vixit ad annum vſque Chriſti quingenteſimum nonageſimum-quintum, nec vllam beati Mauri vel in Hiſtoria Eccleſiaſtica Francorum vel in aliis operibus ſuis mentionem fecit? Conſilium noſtrum, quod & probis Auctoribus fultum & Ordini Benedictino non parum vtile videbatur, ſiniſtrè interpretatus eſt Baſtidus, publicauítque hunc duntaxat nobis in morte Sancti Mauri ſeriùs annotanda ſcopum fuiſſe, vt Ordinem Benedictinum tardiùs propagatum demonſtraremus. Verùm autem, ante obitum beati Mauri, hæc Ordinis propagatio fieri cœperit, commodiùs inquiremus ad caput Diſſertationis decimum-quartum, quo plura Diſſertator illa de re ſcripſit. CXIV.

De variis Monachorum Inſtitutis, quæ noſtrâ ſententiâ in Galliis ante octauum ſeculum floruerunt, déque Sanctis, qui Regulas illas à Benedictina diuerſas ſecuti ſunt, hoc loco nihil repetemus. Queremur tantùm ab aduerſario ſcriptum, quòd, ſi nobis creditur, *nouo miraculo S. Benedictus, qui, ſecundùm communem & incorruptum Eccleſiæ Romanæ ſenſum, Monachorum diſciplinam in Occidente penè collapſum reſtituit ac mirificè propagauit, vix intra ducentos ferè annos à promulgata Regula, in vtraque Germania, Galliis omnibus, Anglia, Scotia, Hibernia, vnum aut alterum Cœnobium per ſuos diſcipulos ædificauerit, & in nullo collapſam Monachorum diſciplinam reſ-* CXV.

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

tituerit, remiſſumque ab eodem Auctore *Lectorum iudicio*, *vtrùm errauerint Summi Pontifices*, aut ipſimet *falſa pro veris* obtruſerimus. Sancti Columbani Inſtitutum ab Inſtituto Sancti Benedicti, vtrumque diſtinximus ab aliis, quæ viguerunt etiam in Galliis ante octauum ſeculum, ſed illâ diſtinctione rem non eò redegimus, vt aut *nouo* nos *miraculo* conſpicuos, aut *Summos erraſſe Pontifices*, aut à nobis *falſa pro veris* obtruſa quis neceſſariò credat. In Martyrologio Romano, quod *Gregory XIII. P. M. iuſſu editum & Vrbani VIII. auctoritate recognitum* eſt, Sanctus Benedictus duodecimo Kalendas Aprilis ita commendatur. *In monte Caſſino natalis S. Benedicti Abbatis, qui monachorum diſciplinam in Occidente penè collapſam reſtituit, ac mirificè propagauit: cuius vitam virtutibus & miraculis glorioſam beatus Gregorius Papa conſcripſit.* In antiquioribus Martyrologiis pauciora de Sancto Benedicto leguntur. Apud genuinum Bedam, XII *Kal.* nempe Aprilis, *S. Benedicti Abbatis.* Apud Vandalbertum,

Tum duodena fide Benedicti & nomine fulget
Cœnobiale decus, duce quo lætatur in orbe.

Apud Adonem, XII *Kalendas Aprilis*, *apud Caſſinum caſtrum, natale S. Benedicti Abbatis, cuius vitam virtutibus & miraculis glorioſam, in Dialogorum libris beatus Papa ſcribit Gregorius.* Et apud Vſuardum, *duodecimo Calendas Aprilis, apud caſtrum Caſſinum, natalis Sancti Benedicti Abbatis, huius vitam virtutibus & miraculis glorioſam beatus Papa ſcribit Gregorius.* Poſteriore ſeculo, cùm Sancti Benedicti Natalis in Martyrologio Romano conſignabatur, additum non immeritò, quòd *Monachorum diſciplinam in Occidente penè collapſam reſtituit ac mirificè propagauit*, nec Gregorius Decimus Tertius eiúſque ſucceſſores errarunt, quòd Sanctum Benedictum tam præclato paſſi ſunt encomio decorari. Laus adeò inſignis Sancto Benedicto rectè debebatur, qui multa Monaſteria conſtruxit in Italia, diſcipulos in Gallias & in Siciliam direxit ſcriptâ priùs Regulâ, quam temporis lapſu Cœnobia totius penè Occidentis amplexa ſunt. *Vera* tamen *pro falſis* non obtruſimus, vbi, præter Sancti Benedicti Regulam, alias ad octauum vſque ſeculum in Gallia diximus obſeruatas. In aduerſarium potiùs cadit huius reatûs ſuſpicio, qui certè nobis *falſa pro veris* obtruſit, vbi fidenter aſſeruit, quòd, ſi nobis creditur, *S. Benedictus vix intra ducentos ferè annos à promulgata Regula in vtraque Germania, Galliis omnibus, Anglia, Scotia, Hibernia, vnum aut alterum Cœnobium per ſuos diſcipulos ædificauerit, & in nullo collapſam Monachorum diſciplinam reſtituerit.* Superioribus enim Tomis aliter de rebus Gallicis & Ordine Benedictino ſcripſimus. Reſtat & in præcitato textu difficultas ſuper *vtraque Germania & Galliis omnibus*, quid enim Baſtidus per vtramque Germaniam intelligat, & quomodo vtramque Germaniam à Galliis omnibus diſtinguat, haud benè capimus. Nam ſi Germaniam vnam ab altera per Rhenum diſiungit, ciſrhenanam Germaniam in Gallia ſitam fateatur neceſſe eſt, nec aliter opinabitur de vtraque Germania, ſi per vtramque Germaniam duas deſignat prouincias Germanicas, quarum olim Metropoles Moguntia & Colonia cis Rhenum in Gallia poſitæ. Deinde Galliarum omnium nomine comprehenditur, quicquid Oceanum & mare mediterraneum, Alpes & Pyrenen, Rhenum ac Varum fluuios interiacet. At Septimania, quæ pars nobilis eſt Galliæ Narbonenſis, obeunte Theodorico Quarto Rege, cuius morte quartum Annalium noſtrorum Tomum clauſimus, ſub iugo Saracenorum gemebat, in Francorum poteſtatem primùm ventura regnante Pippino. Quapropter ſi iocos & ludibria, quibus indecenter atque immeritò laceſſiti ſumus, in ipſum aduerſarium retorquere vellemus, propalaremus *nouo* illum *miraculo* præſciuiſſe, quid ſcripturi ſimus de Monaſteriis Septimaniæ, poſtquàm ad Pippini Regnum peruenerimus. Verùm abſit, vt in re ſeria iocis delectemur.

In eadem Diſſertationis Præfatione Baſtidns nobis obiicit, quòd vt opi- AN. CH.
niones noſtras *nullo negotio* defendamus, *omnia Diplomata aliáque ſcriptu-*
rarum Inſtrumenta interpolata cenſemus *aut falſa*, *& varios Auctores*, *vt* 751.
nobis *lubet*, corrigimus & emendamus, *alios perperam aut ex opinione à* CHILDE-
cultoribus S. Benedicti iam recepta ſcripſiſſe, *alios Chartas in quas inciderunt* RICI III.
malè interpretatos eſſe, *alios tandem membranas nullius fidei publicaſſe* dici- R. 8.
mus, additque id à nobis fieri *facili procul dubio ratiocinandi genere*, *quo* CXVI.
etiam doctis æquantur indocti vel præferuntur, *cùm ad eradendum multò ſint*
procliuiores, *quis enim doctorum ſententias non faciliùs expungat quàm con-*
futet? Quotieſcunque Scripturam aliquam ſeu ſuppoſititiam reiecimns,
ſeu deprauatam aut interpolatam purganimus mendis, ſeu malè intel-
lectam aliter interpretati ſumus, cauſam, quâ coacti ſumus id præſtare,
ſemper expoſuimus, de rationis æquitate iudicabit Lector, nec in du-
binm vocamus, quin viros doctos ab indoctis eâ potiſſimum diſcernat ob-
ſeruatione, quòd indocti quaſlibet Chartas & quoſlibet Auctores nullo
producunt delectu, docti verò commentitias Chartas à veris, interpola-
tas à genuinis, Auctores ſimiliter probæ notæ diſtingnunt à ceteris.

Fatetur Diſſertator in fine Præfationis ſcire ſe, quòd *nullo ſpeciali in* CXVII.
Ordinem Benedictinum *odio* ea ſcripſerimus, quæ *improbanda* ſuſcepit *&*
impugnanda, ſed addit à nobis id factum *ex aliqua quorumdam præconcepta*
opinione, *qui ſuperiorum temporum Monachos inſtitutis*, *viuendi modo*, *Re-*
gulâ, *à recentioribus ſeiungere vellent*, *qua de re nihil ampliùs* ſe dicturum
ait, ne *nimiùm dicat*. Ea de re quid *ampliùs aut nimiùm* dicat, ſi velit,
perinde nobis eſt. Nullo in Monaſticum Ordinem, ſeu Benedictinus, ſeu
quiuis alius ſit, abripimur odio, veritatem quâ poſſumus accuratione
quærimns, *ex* aliorum *præconcepta* contra Monaſticum Inſtitutum *opinione*
nihil omnino publicamus. Quatuor priores Annalium noſtrorum Tomos
anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-ſeptimo clauſimus, in illis anti-
quas examinauimus Regulas cum pleriſque moribus ritibúſque variis,
quibus hodiernos conſtat eſſe multùm diſſimiles. At veterum Monacho-
rum geſta narrauimus, de recentioribus, ne perturbaretur ordo temporum,
nihil prorſus locuti, ſuis verò locis, ſi Deus vitam conceſſerit, eâdem
æquitate ac ſynceritate locuturi.

Præfationem, cui reſponſum à nobis hactenus, ſequuntur ipſius Diſſer- CXVIII.
tationis capita ſexdecim. Primum ſic inſcribitur. *Sub Ludouico Pio Impe-*
ratore omnes Gallici Imperij Monachi Benedictina Regula ſeruanda propoſitum
renouant. Secundum ſic. *Sub Carolo Magno Regulam Sancti Benedicti com-*
muni vſu receptam in Gallia, *Concilia per id tempus habita demonſtrant*.. Ter-
tium ſic. *Sub Pippino*, *& ab anno ſeptingenteſimo*, malè in vulgatis exem-
platibus ſexcenteſimo, *ad Pipini ætatem*, *S. Benedicti leges longè latéque pro-*
mulgatas ex variis Conciliis ſanctóque Bonifacio oſtenditur. De Ludouici Pij,
Caroli Magni & Pippini Principatu diſſeremus infrà, rerum per illa tem-
pora geſtarum idoneam narrationem propriis inibimus locis, examinabi-
múſque Baſtidi Scripta, quæcumque ad Annalium noſtrorum materiam
ab ineunte Pippini Regno ad obitum vſque Ludouici Pij, ſiue ab anno
Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo ſecundo ad annum vſque Chriſti
octingenteſimnm quadrageſimum pertinere videbuntur. Reſtat igitur vt è
tribus prædictis capitibus hîc tantùm expendamus, quid aduerſarius ab
anno Chriſti ſeptingenteſimo ad Regnum vſque Pippini pro ſua opinione
firmanda ſcripſerit. Nec malè intercapedinem illam duas in partes diui-
demus, quarum prior annos triginta-ſeptem, de quibus actum Tomo ſu-
periore, poſterior, quæ Tomum hunce quintum ſub prælo adhuc poſitum
aperuit, annos quindecim complectetur.

Philippus Baſtidus ab anno Chriſti ſeptingenteſimo ad Theodorici Quar- CXIX.
ti Regis obitum, quo quartum Annalium Tomum terminauimus, nul-

lam, quâ ſe tueatur, auctoritatem profert; ſed ab eiuſdem Theodorici morte ad Regnum Pippini; tres allegat Synodos, Sueſſionenſem, Germanicam, & Liptinenſem, cum Bonifacij literis ad Zachariam Papam. Canones, quos citat, integros quoque deſcripſimus; Germanicum decimum-ſextum ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-tertium numero quinquageſimo-ſexto; primum Liptinenſem ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-quartum numero ſecundo; & Sueſſionenſem tertium ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-quintum numero vndetriceſimo. Quin & ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-tertium numero quinquageſimo-ſexto, poſtquàm Synodi Germanicæ Canonem de Regula Sancti Benedicti recitauimus, hæc maioris elucidationis ergò proximè ſubiecimus, quæ noſtram ſynceritatem abundè probant, vbi de Regulæ Benedictinæ propagatione ſermonem inimus. *In prouinciis, per quas Bonifacius Metropoliticum munus exercuit, pleraque iam Monaſteria Regulam Benedictinam obſeruabant, eandem verò longè plura ſuſceperunt poſt hanc Synodum*, nempe Germanicam, *quam Liptinenſis anno proximo*, id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quarto, *confirmauit*. Ad annum tamen Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-quintum numero vndetriceſimo, cùm partem tertij Canonis Sueſſionenſis exhibuimus, quid ibi per *Regulam ſanctam* intelligendum ſit expoſuimus interpretatione, licèt Sodalibus Benedictinis non placeat, haud temnendâ. Lege etiam Tomo ſuperiore ad annum Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum-quartum [a], quæ dicta ſunt aduerſùs obiectionem, quam Dacherius & Mabillonus ex Ordine Romano propoſuerant, repetitque denuò Baſtidus. Quod attinet ad literas, quas Bonifacius Zachariæ Papæ de primordiis Monaſterij Fuldenſis ſcripſit, eas hoc ipſo anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-primo [b] cum reſponſionibus Apoſtolicis iam recitauimus, nec inficiati ſumus à primo iſtius Cœnobij conditu obſeruatam illic Regulam Sancti Benedicti, quam Synodus Germanica & Liptinenſis annis Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-tertio & ſeptingenteſimo quadrageſimo-quarto ſummoperè commendarant. Eandem Sancti Benedicti Regulam ſeptimo quoque ſeculo iam commendarat Synodus Auguſtodunenſis ſub Epiſcopo Leodegario, nec illud Tomo tertio diſſimulauimus ad annum Chriſti ſexcenteſimum ſexageſimum-tertium. Quamuis autem in hac Synodo magnificentiùs de Regula Benedictina quàm de ceteris habitus ſit ſermo, Canones tamen de rebus monaſticis non ex ea ſola conditi ſunt, ſed etiam ex Agaunenſi, necnon ex aliis, Sanctorum videlicet, Cæſarij, Ferreoli, & Columbani, quarum, vt & Benedictinæ textus cum Canonibus Auguſtodunenſibus contulimus. Illis Canonibus præfigitur hic Titulus, *Canones Auguſtodunenſes S. Leodegarij Epiſcopi.* Fuiſſe autem illos Canones à Sancto Leodegario dictatos patet ex duobus huius Collectionis Indicibus, quorum meminit Petrus *Delalande* in Supplementis Conciliorum Gallicanorum. Prior continet Capitula Canonum Græcorum & Latinorum, in cuius fine ſunt hæc verba. *Can. Auguſtodunenſium Sancti Leodegarij Epiſcopi.* Poſterior autem Index ſic habet. *Epiſcopi, qui hos Canones dictauerunt*, quorum nomina deſiderantur. Et ad calcem huius legitur. *Conſenſio & Confirmatio Domini Leodegarij Epiſcopi Auguſtodunenſis.* Sirmondus, in notis ad Synodum Auguſtodunenſem, obſeruat in multis Codicibus, qui elenchos exhibent Epiſcoporum, quot numero in ſingulis Synodis fuerint, & Canones ediderint, hæc poſtremo loco reperiri. *Conſenſus Domnè Leodegarij Epiſcopi Auguſtodunenſis. Ego Leodegarius, acſi peccator Epiſcopus, cum conſenſu fratrum meorum polliciti ſumus, & perpetualiter placuit obſeruandum.* Hac de ſubſcriptione poſteà ſic ſcribit. *Quæ ſubſcriptio videri poteſt ad Concilium hoc noſtrum pertinere.* Quamuis autem ex Sirmondi ſententia hæc ſubſcriptio videri tantùm poſſit ad Auguſtodunenſe Concilium pertinere, Baſtidus eam

[a] Nu. 51. 52.

[b] Nu. 6. & ſeqq.

AN. CH. 751.

CHILDERICI III. R. 8.

abſolutè dicit ad illud pertinere Concilium, fratres interpretatur Epiſcopos, & cùm ex conſenſu fratrum in eadem ſubſcriptione commemorato, tum ex Epiſcopis, qui Canones in poſteriore Collectionis Indice dictaſſe perhibentur, Regulam Sancti Benedicti non ſolùm ab Epiſcopo Leodegario in Auguſtodunenſi Diœceſi, ſed etiam ab aliis Burgundicarum ciuitatum Epiſcopis in ceteris Burgundiæ Diœceſibus, imò in omnibus Diœceſibus Gallicanis ab Epiſcopis Galliarum receptam affirmat. Aduerſùs hanc argumentationem multa proferri poſſunt. Nihil nos adigit, vt prædictam ſubſcriptionem ad Auguſtodunenſem Synodum pertinere cenſeamus. At eſto. Illa ſubſcriptio ſpectet ad Synodum Auguſtodunenſem, in illa ſubſcriptione non Epiſcopi ſed Preſbyteri & Diaconi, *fratrum* nomine ſunt intelligendi. Preſbyteros ac Diaconos in Charta Priuilegij pro Monaſterio Sancti Vincentij, quam Robertus *Quatremaires* aliique Benedictini tanto ſtudio propugnatunt, fratres ſuos ſic appellat Germanus Pariſienſis Epiſcopus, *vt hac chartula firmiorem poſſit adipiſci plenitudinem, comprouincialium Dominorum Epiſcoporum, & fratrum meorum Presbyterorum ſeu Diaconorum conſcriptionibus ipſam volui corroborare.* Fruſtráque ex poſteriore Collectionis Indice nobis à Baſtido hæc obiiciuntur verba iam recitata, *Epiſcopi, qui hos Canones dictauerunt*, ad Concilium enim Auguſtodunenſe nullomodo pertinent, quoniam ad calcem poſterioris eiuſdem Indicis hæc leguntur, *Conſenſio & Confirmatio Domini Leodegary Epiſcopi Auguſtidunenſis.* At illud quoque concedamus. Eſto. Auguſtodunenſi Concilio alij præter Leodegarium ſubſcripſerint Epiſcopi, an continuò totius Burgundiæ, imò totius Galliæ Epiſcopi huic Synodo cenſendi ſunt interfuiſſe? Certè Leodegarius Auguſtodunenſis Epiſcopus alios Epiſcopos ad celebrandam Synodum ſiue inuitauit ſiue non inuitauit, vtilitati tantùm ſuæ Diœceſeos conſuluit, nec ex ſola Sancti Benedicti Regula, licèt illam ceteris anteponeret, Auguſtodunenſes de rebus monaſticis Canones contexuit, vt ex variarum Regularum collatione probauimus Tomo tertio, quem conſule [a].

[a] Ad an. 663. nn. 9. & ſeqq.

CXX.

Quarto Diſſertationis capiti præfigitur hic Titulus. *Iam inde ab anno ſexcenteſimo viceſimo-quinto ad annum ſeptingenteſimum quamplurima Cœnobia ſub Regula SS. Benedicti & Columbani militaſſe docent acta S. Salaberga aliáque monumenta.* Per alia illa monumenta, de quibus ſermonem poſtmodum facit, intelligit aduerſarius Regulam, quam Moniales in Monaſteriis Iuſſano & Camelarienſi profitebantur, item Regulam quam in Cœnobio Altiuillarenſi cuſtodiebant Monachi, necnon Audoeni textum in vita Sancti Eligij. Tomo ſuperiore [b] Acta ſancta Salabergæ explicuimus. In Monaſteriis Iuſſano & Camelarienſi probauimus obſeruatam à Monialibus Regulam, quam Sanctus Donatus Veſontionenſis Metropolitanus ex tribus Regulis, Sancti Cæſarij, Sancti Benedicti, & Sancti Columbani concinnauit. Lege illius Regulæ Prologum, in eo Sanctus Donatus de Regulis Sanctorum, Cæſarij, Benedicti & Columbani ſic loquitur, vt palàm oſtendat tres eſſe valdè diuerſas, vnam Sancti Cæſarij, alteram Sancti Benedicti, tertiam Sancti Columbani, è quibus quartam ſe concinnaturum ſpondet, & hæc eius nomine celebris apud poſteros fuit atque etiamnum Regula Sancti Donati nuncupatur. Egimus hac de Regula Tomo ſecundo ad annum Chriſti ſexcenteſimum viceſimum-quintum, ſingulos examinauimus articulos, quinam ex Sancto Cæſario, quinam ex Sancto Benedicto, quinam ex Sancto Columbano deſcripti ſint, accuratè perpendimus. Iudicet iam æquus lector, vtrùm rectè inferat Baſtidus Regulam Sancti Benedicti, Regulam Sancti Cæſarij, Regulam Sancti Columbani, in Monaſteriis Iuſſano & Camelarienſi, *vno eodémque tempore viguiſſe*, idque à nobis in Francorum Annalibus ſcriptum eſſe. Tres illas Regulas in vno Cœnobio ſimul receptas fuiſſe numquam diximus, at quar-

[b] Ad an. 734. nn. 99. & ſeqq.

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

tam admiſimus è tribus illis concinnatam à Sancto Donato cuius nomen retinuit, eâque de cauſa Moniales cùm Iuſſanas tum Camelarlenſes nec Ordini Sancti Benedicti, nec Ordini Sancti Cæſarij, nec Ordini Sancti Columbani, ſed Ordini Sancti Donati, cuius Regulam profitebantur, iure cenſuimus accenſendas. In Actis Sancti Præjecti Aruernenſis Epiſcopi Geneſius Comes Aruernenſis puellare Monaſterium Camelariæ conſtruit *ex Regula duntaxat virorum Sanctorum, id eſt, S. Benedicti, & S. Cæſarij, atque Columbani*, ipſique Benedictini Dacherius & Mabillonus illam Regulam, Regulam Sancti Donati non obſcurè interpretantur [a]. *Quo loco*, inquiunt, *ipſiſſimam S. Donati Epiſcopi lucubrationem ſeu compilationem intelligendam eſſe veriſimile eſt.* De Altiuillarenſi Monaſterio agemus in reſponſione ad quintum Diſſertationis caput, quod de Cœnobiis Solemniacenſi & Altiuillarenſi totum erit. Audoeni textus, quo Diſſertator vtitur, in vita Sancti Eligij talis eſt. *Ipſe quoque properabat ad Cænobia, maximéque Luſſedium, quod erat eo tempore cunctis eminentius atque diſtrictius, neque enim tam crebra erant adhuc in Galliis Monaſteria, & ſicubi eſſent, non ſub regulari quidem diſciplina, ſed erant prorſus in malitia fermenti veteris ſecularia: præter Luſſedium ergo, quod ſolum, vt dictum eſt, diſtrictionem Regulæ ſolerter tenebat, Solemniacenſe Monaſterium in partibus Occiduis huius Religionis extitit caput, ex quo demum multi ſumpſerunt & initium & exemplum, adeò vt nunc quoque propitiâ diuinitate innumera per omnem Franciam & Galliam habeantur, ſub regulari diſciplina, alma vtriuſque ſexûs Cænobia.* Quia Sanctus Audoenus in hoc textu Regulam Monaſterij Luſſedienſis ſeu Luxouienſis haud nominat, Baſtidus illud Sancti Audoeni de Sancti Columbani Regulæ in Cœnobio Luxouienſi recepta ſilentium cum Ionæ ſilentio de Sancti Benedicti Regula in Bobienſi Monaſterio comparandum ſuſcipit. At plurimùm ineſt diſcriminis. De Luxouienſis Monaſterij Regula ſilentium eſt apud Sanctum Audoenum, cui liberum fuit, ſi vellet, illius Auctorem nominare vel reticere. De Bobienſis autem Cœnobij Regula ſilentium non eſt apud Ionam, qui Regulam Sancti Columbani tunc ibi florentem ſæpè commendat, nec vllam Regulæ Benedictinæ mentionem facit, quia præter Sancti Columbani Regulam apud Bobium nulla tum viget.

[a] In Præfat. ſec. 2. Benedict.

CXXI. Quinto Diſſertationis capiti præfigitur hic Titulus. *Cænobia Solemniacenſe & Altiuillarenſe SS. Benedicti & Columbani legibus paruiſſe.* Lege quæ ſcripta ſunt cùm de Solemniacenſi Monaſterio ad annum Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum-quartum [b] Tomo ſuperiore, tum de Altiuillarenſi ad annum Chriſti ſexcenteſimum ſexageſimum-ſecundum [c] Tomo tertio. Nihil enim nobis ab aduerſario de duobus illis Monaſteriis obiicitur, quod prædictis locis abundè non diluerimus. Tolerare verò non poſſumus apoſtrophen, quâ nos eodem capite cum ludibrio contumeliâque ſic alloquitur. *Itáne, venerende Pater, ſunt imminuenda diplomata, quia tibi perſuaſum eſt aliter ſcribenda fuiſſe? itáne interpolata dicenda ſunt, quia tuis perſuaſionibus contraria? itáne tandem tam leui coniecturâ tot Sancti de albo Benedictino auferendi, variique auctores & Monachi erroris & falſitatis arguendi, quaſi per Galliam, Germaniam & Italiam eâdem mente eodémque crimine chartas omnes, quæ de Monaſteriis agunt S. Columbani, interpolatione adulterauerint? Sed vide, ne gladio, quo aliorum nomina cupis expungere, iugulum præbeas, tuóque, vt aiunt, gladio te conficias. Quid enim reſponſi daturus es, ſi quis eadem acta & Monaſteriorum fundationes, quarum adhibes auctoritatem, vt nouus extremorum Merouingicæ familiæ Regum encomiaſtes appareas, à te aut abraſas magna ex parte, aut ſaltem interpolatas ſuſpicetur aut fingat? Cùm enim Benedicti nomen ex actis pluribus ſuſtuleris, quòd id tuo propoſito opinionique ſtabiliendæ plurimùm conduceret, quis non facilè credat id te tantò magis licenter liberéque facturum, quantò maioris momenti tua tibi videtur opinio de his Regibus, quibus laudandis totus addictus es? Vt vt ſit, hoc certiſſimum credo fu-*

[b] Num. 39.
[c] Nu. 7. 8.

do futurum, te tibi tuis abraſionibus fidem & Annalibus auctoritatem derogaſſe, Benedicti verò ne nomen quidem læſiſſe, quod punctionibus à te inflictis firmius hærebit impoſterum. Auctoritatibus ac rationibus certandum, non amplificationibus aut inuectiuis. Sancti Benedicti nomen nec læſimus nec pupugimus, imò nec lædere nec pungere ſtatuimus vnquam. Sancti Columbani nomen è Faſtis Benedictinis eradimus, hac in cauſa nihil agimus quod alij non præſtiterint. Duplicem diſtinguimus Ordinem, vnum Sancti Benedicti, alterum Sancti Columbani, neutri detrahimus, neutri fauemus; ſuos vtrique Monachos attribuimus. Quid æquius? An hæc nobis *fidem* & Annalibus noſtris *auctoritatem* derogant? Pleroſque Sanctos, qui Martyrologio Benedictino inſcripti ſunt, ex albo Benedictinæ familiæ iam ſuſtulerunt Monachi Benedictini Lucas Dacherius & Ioannes Mabillonus. Id apertiſſimè liquet ex primo Seculo Benedictino, quod in lucem ediderunt, paulò antequàm tertius Annalium noſtrorum Tomus prodiret. Indicem enim Sanctorum in illo Seculo prætermiſſorum hac muniunt Præfatione. *Quorumdam Sanctorum Acta Monachorum, qui in Kalendario Benedictino reponi ſolent, conſultò in hoc primo ſæculo prætermiſſa ſunt, quòd Monachi non fuerint, aut certè Ordinis noſtri ſuppoſititij.* Et in Indice Sanctorum iſtius Seculi Benedictini per Aſteriſcum *germanos S. Benedicti Alumnos* deſignant. In hoc autem Indice, præter Benedictum Ordinis Inſtitutorem, Sanctos numerant nonaginta-nouem, per Aſteriſcum verò denotant ſeptem duntaxat ac viginti, quorum Geſta maioribus edunt literis, aliorum vitis minori charactere publicatis, aut etiam magna ex parte reiectis in Appendicem, quæ complectitur *Acta Sanctorum Subditiciorum, qui paulò ante S. Benedictum deceſſerunt.* Inter illos etiam viginti-ſeptem, quos *germanos S. Benedicti Alumnos* autumant, non pauci reperiuntur, quos olim addictos Ordini Benedictino neutiquam credimus. Nec grandioris nos criminis reos arbitramur, quòd eâdem ſynceritate Sanctum Columbanum eiúſque germanos Alumnos ex Seculis Benedictinis ſecundo & tertio delendos affirmemus. Vt autem ab ea nos ſententia reuocet, ſtudioſè monet Baſtidus verendum nobis eſſe, ne quis ad eleuandam Chartarum auctoritatem, quâ fulti poſtremos Merouingicæ familiæ Reges nouo conatu magnoperè laudamus, eas ſimiliter à nobis interpolatas aut ſuſpicetur aut fingat, eâque arte deſtruat omnia, quæ tanto ſtudio ad prædictorum Regum commendationem hactenus inauditam vndequaque conquiſiuimus. At nihil hac in cauſa timendum nobis videtur, quia huiuſcemodi fraudem Lector Annalium noſtrorum facilè deteget damnabítque. Sed non poſſumus hoc loco non mirari Baſtidum, quòd Reges Merouingicæ ſtirpis à calumnia vindicauimus, per ludibrium bis ita nos ſugillantem. *Adhibes*, inquit, *auctoritatem, vt nouus extremorum Merouingicæ familiæ Regum encomiaſtes appareas.* Et paulò pòſt. *Quis non facilè credat id te tantò magis licenter liberéque facturum, quantò maioris momenti tua tibi videtur opinio de his Regibus, quibus laudandis totus addictus es?* Cuias ſit Philippus Baſtidus, ignoramus, quia patriæ ſuæ nomen reticuit. Valdè dubitamus hunc eſſe Francum, quis enim in Francia natus atque enutritus Merouneadas Reges, quibus ignauia, ſocordia, dementia, formáque penè belluina, per calumniam attribuebantur, gloriæ ſuæ reſtitutos ægro ferat animo, irrideátque Scriptorem in hac materia non infeliciter verſatum? Si Francus eſt, eò magis culpandus, Meroueadarum enim Regum contemptorem, oſorem Francicæ laudis, amatorémque fabularum ſe prodit. Domeſticus Auctor ſit aut exterus, noſtrâ nihil intereſt. Monachum Benedictinum è Congregatione Sancti Mauri ſe profitetur. Fieríne poteſt, vt Aſceta Benedictinus nobis hodie ſuccenſeat, quòd Meroueadas Reges erga Monaſticum Ordinem olim munificentiſſimos laudauerimus? An hoc illius eſt animi grati monumentum?

AN. CH. 751.
CHILDERICI III R. 8.

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8. Legat epiſtolam ad LUDOVICUM XIV. Francorum Navarræque Regem Chriſtianiſſimum, quam Tomo quarto noſtrorum Annalium præpoſuimus. Ex eius lectione diſcet Meroueadas, quibus maleuoli vel ignari Scriptores plurimùm detraxerunt, authores fuiſſe nobiliſſimarum erga varias Eccleſias Donationum, quibus hodiéque Monachi Benedictini potiuntur, diſcet & inſignes haſce Donationes vt diuerſis temporibus ſic & diuerſis è locis emiſſas eſſe. Atque inde obſeruabit eoſdem Reges nec otioſos apud Mathaceas per totos annos quieuiſſe, nec ad eas rerum anguſtias fuiſſe redactos, vt nihil proprij præter vnam eandémque perparui reditûs Villam poſſiderent. Audimus eruditos viros ire iam in noſtram ſententiam de Meroueadis Regibus, ſperamus alios quoque ituros in noſtram ſententiam de Sancto Columbano, deque eius Regula & Alumnis.

CXXII. Sexto Diſſertationis capiti præfigitur hic Titulus. *Iiſdem Inſtitutis*, nempe Sanctorum Benedicti & Columbani, *addictum Monaſterium Corbeienſe.* Obiectioni, quæ petitur è Priuilegio Corbeienſi, iam reſpondimus cùm ad annum Chriſti ſexcenteſimum ſexageſimum-ſecundum, tum ad hunc ipſum annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-primum. Plura non adderemus hoc loco, niſi Baſtidus cum magna pompa iactantiâque victoriam ex eo caneret, quòd ad annum Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum-quartum, cùm aduerſùs Dacherium & Mabillonum diſputabamus, nullam Synodi Pariſienſis anno Chriſti octingenteſimo quadrageſimo-ſexto celebratæ mentionem fecimus. Monachi Corbeienſes, cùm Abbatis eligendi iura multis in locis non ſeruari cernerent, ne ſimilia paterentur, electionem Abbatis ſuarúmque rerum liberam ſibi diſpoſitionem per Regales literas confirmari poſtularunt, nec eas arbitrati ſufficere, nutu Caroli Regis, eadem quoque ſibi petierunt Epiſcoporum auctoritate conſeruari. Lubenter annuerunt Epiſcopi Pariſiis tum congregati ſynodaliter, & inter alia, quæ pro commendatione Corbeienſis Monaſterij commemorarunt, hæc imprimis protulerunt. *Ipſe locus venerabilis, Balthilde Reginâ à Clothario filio ſuo impetrante, à ſanctis viris fundatus eſt, & ſacra Religionis normam, quam primo tempore ſuſcepit, inuiolatam deinceps retinuit; in tantùm vt eos, qui ſe fundauerant, non modò aquauerit Religione, ſed etiam penè ſuperauerit.* Ex hoc autem textu ſic ratiocinatur Baſtidus. *Regula, quam ſeruabant Monachi Corbeienſes anno ſalutis octingenteſimo quadrageſimo-ſexta, eadem erat, qua initio fundati Monaſterij ipſis fuerat impoſita, ex Patribus Concily, ſecundùm quos ſacra Religionis normam quam primo tempore ſuſcepit, inuiolatam deinceps retinuit: atqui Corbeienſes Monachi Regulam Benedictinam ſeruabant anno octingenteſimo quadrageſimo-ſexto, vt ex eodem Concilio patet. Ergo ex Patribus Concily Pariſienſis anno octingenteſimo quadrageſimo-ſexto celebrati Corbeienſes Monachi ab initio fundati ipſorum Monaſtery Benedictinam Regulam ſeruauere.* At Patres Concilij per *ſacra Religionis normam*, non peculiarem quandam, ſeu Sancti Benedicti, ſeu Sancti Columbani Regulam, ſed generaliter Monaſticam vitam intelligunt, proximâ enim lineâ idem Religionis vocabulum vſurpant pro Monachiſmo, cùm Corbeienſe Monaſterium ideò laudant, quòd *eos qui ſe fundauerant, non modò aquauerit Religione, ſed etiam penè ſuperauerit.* Monachis igitur Corbeienſibus Priuilegium à Patribus Concilij Pariſienſis confirmatur, quoniam à primo Monaſterij conditu ad Synodum vſque Pariſienſem floruit ibi Monaſticus Ordo nuſquam interruptus, eáque felicitas paucis admodum Cœnobiis obtigit, nam pleraque vel æquata ſunt ſolo, vel defeceruunt à priſtino feruore, vel à Monachis aut ad Canonicos aut ad Moniales tranſierunt.

CXXIII. Septimo Diſſertationis capiti præfigitur hic Titulus. *Regulam S. Benedicti ob ſui præſtantiam Regula Sancta nomine cenſeri.* Huius capitis plo-

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

tæque probationes, quia ſeptimo ſeculo recentiores, extra cancellos ſunt noſtræ diſputationis. Et quamuis Regula Benedictina ob ſui præſtantiam Regulæ Sanctæ nomine cenſeatur, non inde ſequitur in quibuſlibet Auctoribus ac quibuſlibet Chartis nomine Sanctæ Regulæ ſolam Benedictinam deſignari, cùm quæuis Regula, vt Sancta eſt, ſic & Sancta vocitari poſſit. Certè in ipſo Pauli Diaconi [a] textu, quem Baſtidus allegat de Petronace Monaſterij Caſinenſis reparatore, per Sanctam Regulam non ſpecialiter intelligitur Benedictina, ſed genericè Monaſtica, quoniam Inſtitutio ſeu Regula Sancti Benedicti proximè ſic ſubiicitur. *Monachorum nobilium & mediocrium ad ſe concurrentium Pater effectus, ſub Sancta Regulæ iugo & Beati Benedicti Inſtitutione reparatis habitaculis viuere cœpit.*

[a] Hiſt. Longob. l. 6. c. 40. nouæ edit.

CXXIV. Octauo Diſſertationis capiti præfigitur hic Titulus. *Eandem*, nempe Benedictinam, *crebrò antiquitus Sanctorum Patrum Regulam vocatam eſſe.* Huius quoque capitis multæ probationes ſeptimo ſeculo recentiores ſunt, nec ad noſtram diſputationem pertinent. De cetero lege ad annum Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum-quartum [b], quæ de Norma ſeu Regula Sanctorum Patrum ſcripta ſunt occaſione Monaſterij Fontanellenſis, cui Sanctus Wandregiſilus Normam Sanctorum Patrum ſeruandam præſcripſit.

[b] Nu. 49. & ſeqq.

CXXV. Nono Diſſertationis capiti præfigitur hic Titulus. *S. Euſtaſium prima Luxouienſis Monaſterij Inſtituta numquam immutaſſe, ſed à conuerſionis initio ad mortem vſque ſub SS. Benedicti & Columbani Regula militaſſe.* Hoc penè totum caput editum eſt contra Dacherium & Mabillonum Monachos Benedictinos, ex quorum ſententia [c] *Monaſticum B. Columbani genus à Benedictino diuerſum ac ſeparatum principio fuit,* & *reuerſus è Concilio Matiſconenſi Euſtaſius* Luxouienſis Abbas, *vt ſcandalum de Tonſura inuſitata aliiſque moribus ab Eccleſia Romana alienis excuteret, S. Benedicti Regulam cum Columbani Inſtitutis coniunxit.* Amplas igitur, vt decet, gratias hîc agimus Baſtido, quòd noſtram lubenter, contra Sodales ſuos amplexus ſit ſententiam, intrepidéque pronuntiarit *nullam mutandæ Regulæ neceſſitatem Euſtaſio impoſitam fuiſſe*, quia de Tonſura nullum creatum in Synodo Matiſconenſi ſcandalum. Ampliores ei gratias adhuc ageremus, ſi cum ſuis Sodalibus *Monaſticum B. Columbani genus à Benedictino diuerſum ac ſeparatum principio fuiſſe* concederet. Fatemur *S. Euſtaſium prima Luxouienſis Monaſterij Inſtituta numquam immutaſſe, ſed à conuerſionis initio ad mortem vſque militaſſe* ſub eadem Regula, id eſt, ſub Regula Sancti Columbani, quam Baſtidus *SS. Benedicti & Columbani* Regulam interpretatur. Iſtius interpretationis hanc rationem affert, quòd *regimen à Columbano commiſſum Euſtaſio & ab eo dimiſſum viuentibus, nullo modo diuerſum eſſe potuit ab eo, quod S. Eligius ſuo Teſtamento in Solemniacenſe Monaſterium induxit, quódque cætera Monaſteria Walberti tempore condita recepere.* Sed è Luxouienſi Cœnobio in Solemniacenſe ſola introducta eſt Sancti Columbani Regula. Teſtis Ionas in vita ipſiuſmet Euſtaſij, vbi de primo Solemniacenſis Monaſterij conditu ſic ſcribit. *Quammulti iam in amore Columbani & eius Regulæ Monaſteria conſtruunt, plebes adunant, gregem Chriſti congregant. Inter quos inluſter tunc vir Elegius, qui modò Virimandiæ Eccleſiæ Pontifex praeſt, iuxta Lemouicenſem vrbem Monaſterium nobile, Solemniacum nomine, conſtruxit ſupra fluuium Vicennam.* Nec aliter ſentiendum de ceteris Monachorum coloniis, quas ex eodem Luxouienſi Cœnobio ſub illud tempus eductas antiqua produnt monumenta. Diſſertationis igitur, cui reſpondemus, capiti nono Titulum, expuncto Sancti Benedicti nomine, ſic emendatum reſtituo, *S. Euſtaſium prima Luxouienſis Monaſterij Inſtituta numquam immutaſſe, ſed à conuerſionis initio ad mortem vſque ſub S. Columbani Regula militaſſe.*

[c] In Præf. ſec. 2. Bened.

CXXVI. Decimo Diſſertationis capiti præfigitur hic Titulus. *Monaſteria à S. Columbano, & ab eius diſcipulis ante annum ſexcenteſimum vigeſimum-quintum*

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

exadiſicata, à ſuo ipſorum exordio Benedictina Regulæ addicta. Baſtidus in exemplum duo duntaxat adducit Cœnobia, Beſuenſe & Iuſſanum; quo iure, iudicet Lector. Chronographus Beſuenſis, vbi ſermonem de conſtructione Monaſterij Beſuenſis inſtituit, locum primò deſcribit, deinde hæc ſubiungit de Monachis ibi conſtitentis. *Talem locum Amalgarius Dux Deo & Sanctis eius Apoſtolis Petro & Paulo dignum duxit offerre, & ſub manu filij ſui Waldaleni Monachos, qui ibi Deo & Sanctis eius deſeruirent, ſub Regula beati Columbani ſtuduit aggregare.* Lege ad annum Chriſti ſexcenteſimum ſexageſimum-tertium [a], quæ illo de Monaſterio à nobis Tomo tertio ſcripta ſunt. Lege & ſuprà quæ de Iuſſano Cœnobio dicta ſunt ad caput quartum Diſſertationis, & Tomo ſecundo ad annum Chriſti ſexcenteſimum viceſimum-quintum [b]. Ionas in vita Sancti Columbani de tribus Cœnobiis, à Donato Epiſcopo Veſontionenſi, à Rameleno fratre, & eorum matre Flauia conditis, ita loquitur. *Donatus in amore beati Columbani, ex ipſius Regula Monaſterium virorum conſtruxit, quod Palatium nuncupant, ob veterum munimenta murorum. Ramelenus nomine & ſapientiâ pollens poſt obitum patris in eius honorem eſt ſuffectus, quamuis ſeculari habitu, tamen in creatoris amore vigil. Nam & ipſe in amore beati viri, in ſaltu Iurenſi, ſuper Noniſonam fluuiolum, Monaſterium ex eius Regula conſtruxit, in quo Siagrium Abbatem præfecit. Flauia poſt mariti obitum, Monaſterium puellarum conſtruxit in vrbe Veſontionis, & omni munimine roborans, multarum puellarum concionem adunauit.* Hoc puellare Monaſterium nomen obtinet à Beata Maria, & appellari quoque ſolet Iuſſanum Monaſterium. Donatus poſt aliquot annos ab illius loci Monialibus rogatus, *exploratâ S. Cæſarij Arelatenſis Epiſcopi Regulâ, quæ ſpecialiùs Chriſti virginibus dedicata eſt, vnà cum beatiſſimorum Benedicti quoque & Columbani Abbatum* Regulis, è tribus hiſce Regulis quartam pro Monialibus ſuprà nominatis concinnauit, quia *Regulæ prædictorum Patrum*, Benedicti videlicet & Columbani, Monialibus *minimè conuenirent, cùm eaſdem viris potiùs & nequaquam fœminis edidiſſent, & licèt Sanctus Cæſarius propriè Chriſti virginibus Regulam dedicaſſet*, Iuſſanis *tamen* Monialibus, vt ipſæ querebantur, *ob immutationem loci in nonnullis conditionibus minimè conueniret.* His autem attentè perlectis, vir æquus Monachos Beſuenſes à primo Monaſterij conditu ſub Regula Sancti Columbani, Iuſſanas verò Moniales ſub Regula primùm Sancti Cæſarij, deinde ſub Regula Sancti Donati vixiſſe pronuntiabit.

[a] Num. 1.

[b] Nu. 65. & ſeqq.

CXXVII. Vndecimo Diſſertationis capiti præfigitur hic Titulus. *De triplici Regulæ conſideratione eiúſque vocabuli ſignificatione ex S. Benedicti Regula deſumpta.* In hoc capite Baſtidus ex Sancto Benedicto triplicem ait diſtinguendam eſſe Regulam, *quarum prima à Doctorum Eccleſiaſticorum ſcriptis aut Sanctorum exemplis non diſtinguitur, ſed ex ipſis componitur & conſtat.* Altera *ſumitur pro vera viuendi norma viris ſeu virginibus impoſita, ad cuius præſcriptum vitam dirigant, & ad quam ſeruandam emiſſo voto ſe ſacramento aſtringant & obligent.* Tertia *ex conſtitutionibus conſtat, inſtitutis, declarationibus & huiuſcemodi cæteris obſeruationibus, quibus elucidatur & determinatur principalis Regula, aut certè nihil continet aliud, quàm ſpecialem cuiuſlibet Monaſterij obſeruantiam aut conſuetudinem, quæ à Regula principali, aut eius auctore non præſcribitur, ſed ab vniuſcuiuſque Monaſterij Abbate ſeu Decanis ſtatuitur atque ſancitur.* Hæc diſtinctio ad noſtram diſputationem nullo modo pertinet, ſed ex ea Baſtidus viam ſibi ſternit ad duodecimum Diſſertatibnis caput, cui Titulum hunc præfigit. *Sancti Columbani Regula Benedictinæ ſupplementum.*

CXXVIII. Duodecimum hoc Diſſertationis caput longâ non eget reſponſione. Tomo Annalium primo [c] Regulam Sancti Benedicti, Tomo ſecundo [d] Regulam Sancti Columbani deſcripſimus. Vtramque ſi ſimul conferas, vnam diſtingues ab altera. Suam Sanctus Columbanus hauſit ex Benchorenſi diſ-

[c] Ad an. 544. nu. 3 & ſeqq.

[d] Ad an. 690. nu. 38 & ſeqq.

ciplina, nec alium ab eo, quem ipſemet in Benchorenſi Monaſterio perſoluerat, curſum Pſalmorum ad horas nocturnas ac diurnas inſtituit longè diuerſum à Benedictino. Lucas Dacherius & Ioannes Mabillonus in Præfatione ſecundi Seculi Benedictini Regulam Sancti Columbani à Regula Sancti Benedicti ſic diſtinguunt. *Columbanus (vt quidem mihi videtur) diuerſum à Benedictino viuendi genus in Galliam inuexiſſe non immeritò dici poteſt. Primò enim ex Hibernia ſeu ex Bancorenſi Monaſterio venit in Galliam, antequàm Regula S. Benedicti in Britanniam Inſulam, adeóque in Hiberniam penetrauiſſet. Deinde in Gallia conſtitutus Monachis Regulam peculiarem ſcripſit, quam in Codice Regularum vnà tum ipſius Pœnitentiali legere licet. In ea nullum ferè veſtigium Benedictinæ Regulæ apparet. Prætereà Ionas in Actis Columbani eiúſque diſcipulorum ſæpè S. Columbani, nuſquam S. Benedicti Regulam memorat. Equidem aliquot in locis Regulam Sanctam laudat, quo nomine Concilia S. Benedicti Regulam commendare ſolent. At Ionas Columbani Regulam, quam ipſe profeſſus erat, deſignaſſe videtur. Ad hæc Columbanus & Monachi ab eo inſtituti Stottorum habitum, tonſuram, alióſque ritus præferebant, vti ex Concilio Matiſconenſi Agreſtij causâ coacto apparet. Denique in eo Concilio conqueſtus eſt Agreſtius, teſte Ionâ in vita S. Euſtaſij, quòd Columbani diſcipuli à ceterorum more deſciſcerent. His argumentis adductus inclinat animus, vt Monaſticum B. Columbani genus à Benedicto diuerſum ac ſeparatum principio fuiſſe concedam.* Ergo Regula, quam Sanctus Columbanus diſcipulis ſuis præſcripſit, olim à Benedictina diſtinguebatur, nec illa tunc habebatur Regulæ Benedictinæ ſupplementum. Supereſt igitur tantùm quæſtio de tempore, quo ſimul ambæ Regulæ coaluerunt. Baſtidus egregiè ſe munitum putat quatuor auctoritatibus, Emmonis Archiepiſcopi Senonenſis in Priuilegio pro Monaſterio Senonenſi, Drauſcionis Epiſcopi Sueſſionenſis in Priuilegio pro Monialibus Sueſſionenſibus, Bladegeſili Archidiaconi Pariſienſis in Charta de fundatione Monaſterij Foſſatenſis, & Sancti Eligij in Charta pro Cœnobio Solemniacenſi. Sed ex hiſce quatuor inſtrumentis, in quibus nomen Sancti Benedicti cum nomine Sancti Columbani coniunctum reperitur, Sancti Benedicti nomen abradendum non ſemel probauimus. Chartas ſuas emiſerunt, Sanctus Eligius anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-primo, regnante tum Dagoberto Magno; Pariſienſis Archidiaconus anno Chriſti ſexcenteſimo duodequadrageſimo, regnante tum Clodoueo Secundo; Senonenſis Archiepiſcopus anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-octauo, regnante tum Clotario Tertio; Sueſſionenſis Epiſcopus anno Chriſti ſexcenteſimo ſexageſimo-ſecundo, regnante tum eodem Clotario Tertio. Certè illis temporibus Monachi Luxouienſes ac Bobienſes aliíque non pauci *ſub norma Sancti Columbani* degebant, & in Francia quatuor Regulæ Monachorum præ ceteris vigebant adeò inter ſe diſtinctæ, vt vna in vno Monaſterio, alia in alio cuſtodiretur, nec duæ ſimul in eodem Cœnobio ſeruarentur. Hæc conſtant ex vita Sancti Philiberti, quem Sancto Agilo in adminiſtrationem Monaſterij Reſbacenſis anno Chriſti ſexcenteſimo ſexageſimo ſucceſſiſſe diximus. Auctor enim iſtius vitæ, ſeu vixit ſub Coſchino poſt Aicadrum Sancti Philiberti proximum ſucceſſorem Abbate Gemmeticenſi, vt Ioannes Mabillonus [a] in obſeruationibus præuiis vitæ Sancti Philiberti putat, ſeu floruit ſub altero Coſchino Gemmeticenſi Abbate Ludouici Pij Auguſti ſynchrono, vt cum Petro Franciſco Chiffletio [b] exiſtimamus, de Sancto Philiberto déque Monaſteriis Franciæ ſic ſcribit. *Quia Sancti viri ſemper perfectiora ſectantur, cœpit Sacerdos Domini Philibertus Sanctorum Cœnobia circuire, vt aliquid emolumenti ex ſuſceptione ſanctitatis valeret accipere. Luſtrans Luxonium & Bobium, vel reliqua Cœnobia ſub norma Sancti Columbani degentia, atque omnia Monaſteria, quæ intra ſuum gremium Francia & Italia ac tota concludit Burgundia, aſtutâ intentione prouidens, vt prudentiſſima apis, quidquid me-*

[a] Secul. 2 Benedict. ad an. circ. 684.

[b] In probat. Hiſt. Trenorcienſis.

lioribus florere vidit ſtudiis, hoc ſuis traxit exemplis. Baſilij Sancti Chariſmata, Macarij Regulam, Benedicti Decreta, Columbani Inſtituta, ſanctiſſimâ lectione frequentabat aſſiduè, ſicque enixius virtute aromatum ſequacibus ſanctum monſtrabat exemplum.

AN. CH. 751 CHILDERICI III. R. 8.

CXXIX. Decimo-tertio Diſſertationis capiti præfigitur hic Titulus. *Satisfit duabus aduerſariorum obiectionibus.* Illarum obiectionum prima, quam Baſtidus ita proponit, *quæritur primò cur & quomodo Columbani ſtatuta Regula nomen induerint*, ad noſtram diſputationem nullo modo pertinet, quia Sanctus Columbanus Regulæ Sancti Benedicti non peculiaria quædam, vt Benedictini volunt, adiecit ſtatuta, ſed Regulam à Benedictina planè diuerſam condidit. Alteram obiectionem ſic proponit Diſſertator. *Opponunt ſecundò aduerſarij, S. Columbanum in Galliam veniſſe, antequàm Benedictinæ leges Hybernis Monachis eſſent impoſita, & conſequenter inferunt eundem Sanctum Benedictina Regula non fuiſſe deditum, priuſquàm Gallias adiret. Neque conſtare dicunt, an Sancti Benedicti inſtituta poſteà receperit, cùm nouam ipſe condiderit Regulam.* Poſterioris huius obiectionis duplex eſt membrum. De primo conuenimus, negamus enim *Sanctum Columbanum Benedictina Regula fuiſſe deditum, priuſquàm Gallias adiret.* In altero non parum diſſentimus, non enim dicimus *non conſtare, an Sancti Benedicti inſtituta poſteà receperit*, ſed indubitanter aſſerimus conſtare, quòd Sancti Benedicti
[a] Num. 14. inſtituta poſteà non receperit. Si Sodalibus Benedictinis in Præfatione [a] ſecundi Seculi Benedictini fides eſt, *Columbanus quidem in Italiam profectus, S. Benedicti famâ permotus, eius Regulam, vt ſe moribus Romanis accommodaret, in ſuo ipſius Bobienſi Monaſterio admiſiſſe dici haud temerè poteſt.* At Ionas, qui factus eſt Bobienſis Monachus Attalâ iam Abbate, eamque ob cauſam in peruetuſta Sancti Walerici vita non diſcipulus Sancti Columbani, ſed *eruditus diſcipulus diſcipulorum eius* dicitur, non Sancti Benedicti, ſed Sancti Columbani Regulam profeſſus eſt, vt ipſimet Auctores Benedictini in eadem Præfatione confitentur. Lege quæ Tomo ſuperiore
[b] No. 33. 34. dicta ſunt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum-quartum [b]. De Sancto Attala, qui Sancto Columbano ſucceſſit in regimen Monaſterij Bobienſis, & de Regulis Sancti Benedicti & Sancti Columbani, quæ di-
[c] D. 10. Mart. uerſiſſimæ fuerunt, in Commentatio eiuſdem Sancti Attalæ [c] vitæ præuio ſic ſcribit Godefridus Henſchenius. *Attala ſecundùm Regulam & inſtitutionem S. Columbani vixit & rexit Monaſterium Bobienſe, quod & poſteri diu obſeruarunt. Extat Codex Regularum ſub Ludouico Pio Imperatore collectus à S. Benedicto Anianenſi Abbate, in tres partes à Luca Holſtenio digeſtus, ac typis Romanis anno* MDCLXI *editus: in cuius parte ſecunda ſunt Regulæ S. Benedicti Abbatis Caſinenſis & S. Columbani Abbatis, & aliæ plures: quas ſi quis conſiderarit, reperiet Inſtitutum S. Columbani à Regula Benedictina ita differre, atque hoc tempore inter ſe differunt Conſtitutiones Ordinum Mendicantium.*

CXXX. Decimo-quarto Diſſertationis capiti præfigitur hic Titulus. *S. Benedicti legibus à S. Mauro, aliiſque promulgatis, pleraque alia Galliæ Monaſteria auſcultaſſe, antequàm Columbanus Anagratenſem eremum incoleret.* Toto hoc capite decimo-quarto, omnium longiſſimo, Baſtidus ne vnum quidem Galliarum Monaſterium nominat, quod Sancti Benedicti legibus à Sancto Mauro aliiſque promulgatis auſcultarit, antequàm Sanctus Columbanus Anagratenſem eremum incoleret. In nos acriùs inuehitur ſuo more, quòd per illa tempora Sanctos Iunianum & Leobardum ex albo Benedictinorum eraſerimus. De Sancto Iuniano egimus Tomo primo ad annum Chriſti
[d] Num. 11. quingenteſimum vndeſexageſimum [d], de Sancto Leobardo ad annum
[e] Num. 41. Chriſti quingenteſimum octogeſimum-ſextum [e] Tomo ſecundo. Lectoris eſt rationes noſtras examinare, ſimúlque cum reſponſis aduerſarij priùs conferre, quàm iudicium ferat. Nos quoque ſugillat Baſtidus, quòd Tomo

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

ſecundo ad annum Chriſti ſexenteſimum ſexageſimum-quintum [a] ſcripſerimus poſſe meritò dubitari, vtrùm Sancti Benedicti Regula fuerit ea, *quam priorum Patrum decretis inſtitutam* beatus Martinus, Abbas pòſt Vertanenſis, *à tranſalpinis regionibus* aſportaſſe fertur. Hac etiam de lite iudiciom penes æquum Lectorem eſto. Longè recentiores extiterunt Sanctus Wandelinus Tabuleienſis Abbas & Sanctus Rodingus Abbas Bellilocenſis, &c, quia ſeptimo ſeculo floruerunt, in hoc decimo-quarto Diſſertationis capite ne nominari quidem debuerunt, èos tamen amplificandæ contentionis ergò Baſtidus à nobis Ordini Benedictino detractos queſtus eſt. Actum de Sancto Wandelino Tomo ſecundo ad annum Chriſti ſexcenteſimum triceſimum-primum [b], de Sancto Rodingo Tomis tertio & quarto, ſed vt de Monaſtica vita, quam profeſſus eſt, rectè iodices, ea potiſſimùm conſule, quæ Tomo tertio notata ſunt ad annos Chriſti ſexcenteſimum quadrageſimum-ſecundum [c] & ſexcenteſimum ſexageſimum-quintum [d].

[a] Num. 13.
[b] Num. 13.
[c] Num. 65.
[d] Num. 93.

CXXXI. Decimo-quinto Diſſertationis capiti præfigitur hic Titulus. *S. Benedicti Regula Gallis Monachis nota, antequàm S. Maurus ad eos accederet.* Eodem quo Sanctus Benedictus obiit anno, Sanctus Maurus in Galliam venit. Quapropter ante huius aduentum Regulam Sancti Benedicti notam non Monachis modò ſed etiam Epiſcopis Galliarum fatemur. Illúdque vel ex eo patet, quòd Sanctus Benedictus tum Caſinenſis Abbas acceptâ Cenomannenſis Epiſcopi Legatione prædictum Maurum eum aliis è ſuis diſcipulis in Galliam direxit. At in quopiam Galliarum Monaſterio ſuſceptam priùs Sancti Benedicti Regulam nec ſcimus, nec aduerſarius probat.

CXXXII. Decimo-ſexto ſiue vltimo Diſſertationis capiti præfigitur hic Titulus. *Nullum Monachorum Ordinem à Benedictino diuerſum ad Ludouici Py tempora in Galliis viguiſſe, generali concluſione probatur.* Ad fulciendam hanc concluſionem Baſtidus duplex affert argumentom; *quorum vnum*, inquit, *à proprio Monachorum ingenio, ſpecialíque eorum propenſione ad retinendam ſeruandámque eandem Regulam, quam profeſſi fuere, deſumitur; ſecundùm verò ab Auctorum ſilentio, qui eadem Monaſteria ab anno quingenteſimo quadrageſimo-quinto ædificata; ab vna ſpeciali Regula ad Benedictinam transîſſe numquam ſcripſere, nullibíque meminere.* Non inficiamur Monachos *ad retinendam ſeruandámque eandem Regulam, quam profeſſi fuere*, valdè propenſos fuiſſe. Quapropter, teſte Henſchenio in Commentario vitæ Sancti Benedicti [e] præuio, *frequentiores adhibendæ fuerunt inculcationum machinæ, vt propria & hactenus in Monaſteriis obſeruata Regula tolleretur, atque alia à Sancto Benedicto ſcripta aſſumeretur.* Anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-tertio habita in Carolomanni Maioratu Synodus Germanica, cuius Canone decimo-ſexto ſtatuitur, *vt Monachi & ancillæ Dei Monaſteriales iuxta Regulam Sancti Benedicti Cœnobia vel Xenodochia ſua ordinare, gubernare, & viuere ſtudeant, & vitam propriam degere ſecundùm prædicti Patris ordinationem non negligant.* Anno proximo in eodem Carolomanni Maioratu celebrata Synodus Liptinenſis, in qua commoni conſenſu Canones Synodi Germanicæ recepti ſunt & approbati, atque imprimis *Abbates & Monachi* Canone primo *receperunt Regulam Sancti Patris Benedicti ad reſtaurandam normam regularis vitæ.* Priùs igitur, quàm Concilia Germanicum & Liptinenſe congregarentur, erant Abbates ac Monachi, qui propriam retinebant ſeruabántque Regulam, quam profeſſi fuerant à Benedictina diſtinctam, prædictatúmque Synodorum Patres accipi debent pro grauiſſimis Auctoribus, qui pleraque Monaſteria, reiectis, quas anteà profitebantur, Regulis, ad Benedictinam acceſſiſſe teſtantur. Suo quoque tempore, cùm ſeries rerum à nobis id poſtulabit, ex aliis Scriptoribus oſtendemus *vniformem* tandem *traditum cunctis Monaſteriis, tam viris quàm ſanctimoniali-*

[e] D. 21. Mart.

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

bus fœminis, viuendi ſecundùm Regulam Sancti Benedicti incommutabilem morem, nihil enim per anteceſſum hîc dictum volumus. Interim conſideret Baſtidus, quàm intempeſtiuè victorem ſe præcinat hoſte ne quidem viſo. Tomorum, quos hactenus edidimus, quartum ſeu poſtremum anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-ſeptimo clauſimus. Agere nobis non licuit de Synodis Germanica & Liptinenſi, quæ ſeriùs habitæ ſunt, multò minùs de vniformi incommutabili viuendi ſecundùm Regulam Benedictinam more, qui nono ſeculo cunctis per Galliam Monaſteriis tam virorum quàm fœminarum traditus eſt. Hoc ipſo quinto Annalium Tomo ſermonem de Conciliis Germanico & Liptinenſi iam fecimus, ſequentique Tomo, ſi Deus vitam conceſſerit, de rebus nono ſeculo geſtis diſſeremus. *Specialiùs*, inquit Baſtidus, *Annaliſtæ opinionem impugnabo, quâ Pachomij, Baſilij, Columbaniſque Regulas in pluribus Galliarum Monaſteriis vſu fuiſſe receptas, eóſque tres Monachorum Ordines à Benedictino diſtinctos & ſeparatos conſtituiſſe, ſibi probaſſe videtur.* Et inferiùs, quia in præcedentibus Annalium noſtrorum Tomis, nullum legit verbum, quo Monaſteria Galliarum, *abiectis Sanctorum Patrum, Baſilij, Pachomij, & Columbani Regulis*, ad Benedictinum Ordinem probemus confugiſſe, mentem ſuam ſic explicat. *Dicendum fidenter exiſtimo nullam iſtorum Patrum Regulam à Benedicti Regula ſeiunctam in Gallicanis Monaſteriis vſu communi receptam fuiſſe. Quapropter non quærant à nobis, quo tempore S. Columbani Monachi à Benedictinis diuerſi, aut S. Baſilij, aut aliorum Patrum diſcipuli Benedictina inſtituta fuerint amplexi; vltrò enim fatemur nullum deſignari poſſe, ex eóque coniicimus nullos in Galliis fuiſſe Sanctorum, Baſilij, Pachomij, aut Columbani, Ordines.* Ab illo Scriptore varia non quæremus tempora, quibus Monaſteria Galliarum, abiectis, quas anteà ſequebantur, Regulis, Benedictinam amplexa ſunt. Hac de mutatione fruſtrà interrogaremus hominem, qui *vltrò* fatetur *nullum* tempus *deſignari poſſe*, quo facta ſit. At, vt ſperamus, ab ea recedet opinione, poſtquàm hunc Annalium noſtrorum Tomum ac proximum, eâdem, quâ ſuperiores, attentione peruoluerit. Non capimus, cur Macarij loco Pachomium ſæpè nobis obtrudat, de Pachomij Regula locuti non ſumus. Regulam verò Sancti Macarij cum Regula Sancti Benedicti deſcripſimus Tomo primo, vt & Regulam Sancti Columbani Tomo ſecundo, & Regulam Sancti Baſilij Tomo tertio; id eſt, ad annum Chriſti quadringenteſimum nonageſimum-ſextum [a], cùm ageremus de Monaſterio Reomaenſi, cui beatus Ioannes Abbas Macarianam Regulam impoſuit; ad annum Chriſti quingenteſimum quadrageſimum-quartum [b], cùm ſermo nobis eſſet de Monaſterio Glannafolienſi, cui Sanctus Maurus Regulam Benedictinam præſcripſit; ad annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum [c], cùm verba faceremus de Monaſterio Luxouienſi, quod ab ipſomet Sancto Columbano conditum eſt; & ad annum Chriſti ſexcenteſimum quinquageſimum-primum [d], cùm Cellam memoraremus in loco, cui nomen Vrſidungus, erectam à beato Giſleno Sancti Baſilij diſciplinis addicto. Quatuor haſce Regulas Sanctorum, Macarij, Baſilij, Benedicti & Columbani, præ ceteris in Gallia ſeptimo ſeculo florentiſſimas fuiſſe docet Coſchinus, vbi Sanctum Philibertum adminiſtrationem Monaſterij Reſbacenſis anno Chriſti ſexcenteſimo ſexageſimo iam adeptum ſic commendat. *Baſilij Sancti Chariſmata, Macarij Regulam, Benedicti Decreta, Columbani Inſtituta, Sanctiſſimâ lectione frequentabat aſſiduè.* Sancto Philiberto antiquior extitit Sanctus Deſiderius; qui Cadurcenſem Epiſcopatum eodem ſeptimo ſeculo gubernauit, ab anno videlicet Chriſti ſexcenteſimo vndetriceſimo ad annum Chriſti ſexcenteſimum vndequinquageſimum. In huius vita Regulæ Sancti Benedicti & Sancti Columbani reliquis ſic anteponuntur. *Nullus quidem eo tempore in vrbe Cadurca propoſitum Monachi, neque habitum Religionis, aut Regulæ Cœnobialis iter intrauerat. Secreta*

[a] Nn. 114. & ſeqq.
[b] Nn. 3. & ſeqq.
[c] Nn. 35. & ſeqq.
[d] Nn. 7. & ſeqq.

Columbani

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

Columbani procul aberant, Inſtituta Benedicti longiùs diſtabant. Nec aliò abit Coſchinus in vita Sancti Philiberti iam citata, de Monaſteriis, quæ Regulam Sancti Columbani tum ſequebantur, magnificentiſſimè ſic loquitur. *Quia ſancti viri ſemper perfectiora ſectantur, cœpit Sacerdos Domini* Philibertus *Sanctorum Cœnobia circuire, vt aliquid emolumenti ex ſuſceptione ſanctitatis valeret accipere. Luſtrans Luxouium, & Bobium, vel * reliqua Cœnobia ſub norma Sancti Columbani degentia, atque omnia Monaſteria, quæ intra ſuum gremium Francia & Italia ac tota concludit Burgundia, aſtutâ intentione prouidens, vt prudentiſſima apis, quidquid melioribus florere vidit ſtudiis, hoc ſuis traxit exemplis.* Hunc textum ſuperiore Tomo [a] iam allegauimus, nec adhuc quis è Scriptoribus Benedictinis reſponſum fecit. Vt Sancti Columbani Regulam poſt annum Chriſti ſexcenteſimum ſexageſimum, quo Sanctus Philibertus adminiſtrationem Reſbacenſis Monaſterij ſuſcepit, in Cœnobiis, Luxouienſi, Bobienſi, multiſque aliis, obſeruatam probes, nihil magis appoſitè poteſt excogitari. Sed præter Sancti Columbani Regulam, treſque de quibus ſuprà, complures in Gallia per illud tempus viguiſſe certum eſt, ſeu Monaſteria Sancto Benedicto vetuſtiora fuerint, ſeu recentiora. Cœnobia numeroſóſque Monachorum cœtus in Gallia priùs fuiſſe, quàm Sanctus Benedictus Regulam conderet, docent ea, quæ Tomo primo de Pictauio, de Turonis, de Lerino, de Reomao, aliiſque ſcripſimus locis, vbi ab antiquiſſimis temporibus inſtituti Monachi. Deinde eâdem quâ Sanctus Benedictus ætate, vel paulò pòſt in Gallia floruerunt multi nouarum Regularum conditores. Sanctus Cæſarius Arelatenſis Eccleſiæ Metropolitanus Epiſcopus, cui Sanctus Benedictus menſes dumtaxat aliquot ſuperuixit, duas edidit Regulas, vnam pro viris, alteram pro Monialibus. Idem præſtitit Sanctus Aurelianus Arelatenſis quoque Metropolitanus, cuius obitus in annum Chriſti quingenteſimum quinquageſimum incidit. Sanctus Ferreolus Epiſcopus, qui Diœceſim Vcecienſem ab anno Chriſti quingenteſimo quinquageſimo-tertio ad annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-primum gubernauit, Regulam Monachorum ſcripſit. Sanctus Donatus Veſontionenſis Epiſcopus Metropolitanus, qui ſedebat anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-quinto, & in cælum anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-ſecundo migrauit, Regulam Monialium condidit. Illis de Regulis actum Tomis Annalium primo [b] & ſecundo [c]. Quis ſibi nullam prorſus è tot Regulis in Gallia Seculis ſexto & ſeptimo receptam perſuadeat? Æqui Lectoris iudicium pro noſtra procul dubio ſententia ſtabit, Annalibus noſtris ſuam confirmabit auctoritatem, nóſque non *antiquorum Ordinum Conditorem nouum*, vt Baſtidus [d] per ludibrium vocauit, ſed Defenſorem & Encomiaſten pronuntiabit.

* vel. id eſt, &

[a] Ad an. 734. n. 42.

[b] Ad ann. 536. 548. 558.

[c] Ad an. 625.

[d] Cap. 7.

CXXXIII. SVBSCRIPTIONES PRIVILEGIORVM SENONENSIS, ET CORBEIENSIS, EXAMINANTVR.

Præfationi, quam Lucas Dacherius & Ioannes Mabillonus poſteriori Tomo tertij Seculi Benedictini præfixerunt, & Diſſertationi, quam Philippus Baſtidus ad calcem eiuſdem Tomi ſubiecit, huc vſque reſpondimus, occaſione Priuilegiorum Senonenſis & Corbeienſis, quæ ſimul contulimus, reſtat vt vtriuſque ſubſcriptiones paulò accuratiùs hìc examinemus.

CXXXIV. *Emmo Epiſcopus*, vt Priuilegio Senonenſi, quod anno tertio Clotarij Regis, id eſt, anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-octauo datum eſt, ſic & Corbeienſi ſubſcripſit anno pòſt quarto, id eſt, anno Clotarij Regis ſeptimo, Chriſti ſexcenteſimo ſexageſimo-ſecundo, nec hic Emmo diuerſus eſt ab Emmone Metropolita Senonenſi, qui vitam ad annum vſque Chriſti ſexcenteſimum vndeſeptuageſimum produxit.

CXXXV. *Ioannes peccator* Priuilegio Senonenſi ſubſcripſit. Hic erat Arelatenſis Metropolitanus, de quo conſule Tomum tertium.

CXXXVI. *Vnemundus* Priuilegio Senonenſi ſubſcripſit. Hunc Mabillonus eundem cum Annemundo Metropolita Lugdunenſi conſtituit. Id à vero non videtur alienum. Annemundi proximus ſucceſſor Geneſius Priuilegio Corbeien-

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

ſi ſubſcripſit. De tempore, quo peremptus eſt Annemundus, diſputant Neoterici. Trucidatum anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-quarto, cùm Clodoueus Secundus regnabat, aliàs credidimus. At cum ſeriùs interfectum, poſt annum videlicet Chriſti ſexcenteſimum quinquageſimum-octauum, cùm Clotarius Tertius Regno potiebatur, oſtendit præcitata Senonenſis Priuilegij ſubſcriptio. Caue tamen ne Baldechildem Reginam necis illatæ ream arbitreris.

CXXXVII. *Eodaldus Epiſcopus* Priuilegio Senonenſi, Corbeienſi *Chaoaldus Epiſcopus* ſubſcripſit. Chaoaldus Eoaldi loco vitio Librarij ſcriptus videtur. Erat autem Metropolitanus Viennenſis Eoaldus, ſiue Ethoaldus, aut Edoaldus, vel Eualdus, aut Edoldus. Ab anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo-quarto, quo Landalenus Viennenſis Pontifex Cabilonenſe Concilium ſuâ ſubſcriptione communiuit, ad annum Chriſti ſexcenteſimum quinquageſimum-octauum, quo Senonenſe Priuilegium emiſſum eſt, in Antiſtitum Viennenſium Catalogo certa non reperitur epocha. Landaleno ſucceſſit in Præſulatum Bobolinus, tum Georgius, huic Eodaldus, qui Priuilegio Senonenſi ſubſcripſit anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-octauo.

CXXXVIII. *Bertaldus peccator* Priuilegio Senonenſi ſubſcripſit. Hic Bertaldus ſeu Bertoaldus Trecenſis Epiſcopus fuit, ſucceſſerat Sancto Leuconio ſeu Leoconio, cuius deceſſor Lupus Cabilonenſe Concilium cum aliis Epiſcopis anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo-quarto celebrarat.

CXXXIX. *Leoboldus Epiſcopus* Priuilegio Senonenſi, Corbeienſi *Leodeboldus peccator Epiſcopus* ſubſcripſit. Hunc Leoboldum, quem eundem cum Leodeboldo putamus, Eccleſiæ Lingonenſis Epiſcopum ſtatuit Mabillonus. Ab anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo-quarto, quo Bertoaldus Lingonenſis Epiſcopus Cabilonenſi Concilio ſubſcripſit, ad annum Chriſti ſexcenteſimum octogeſimum-ſextum, quo Ioannes Papa Quintus obiit Eronotum Epiſcopo Lingonenſi, certa non occurrit in Lingonenſium Antiſtitum Catalogis epocha. Bertoaldi ſucceſſores hoc ordine proximè recenſentur, Wlfrannus, Godinus, Adoinus ſiue Adonius, Garobaldus ſiue Gairbaldus ſeu Gaatbaldus, Eronus. Ex opinione Mabilloni, qui Leoboldum Lingonenſem Epiſcopum pro lubitu finxiſſe non videtur, eidem Leoboldo poſt Wlfrannum in Antiſtitum Lingonenſium nomenclatura locum tribuendum cenſemus, quamuis aliter Tomo tertio ſcripſerimus, & Leodeboldum ſeu Leoboldum ſuſpicati ſimus eundem eſſe cum Launobodo Lexouienſi Epiſcopo, qui Cabilonenſe Concilium anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo-quarto ſuâ ſubſcriptione roborauit.

CXL. Diœceſim igitur Lexouienſem anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo-quarto Launobodus adminiſtrabat Epiſcopus. Huic ſubrogandus videtur Biego, qui decimo-quarto pòſt anno Priuilegio Senonenſi ſic ſubſcripſit, *Biego peccator Luxogius urbis Epiſcopus*: tum Fulcrannus, de quo locuti ſumus ad annum Chriſti ſexcenteſimum octogeſimum-octauum.

CXLI. *Amicharius in Chriſti nomine acſi peccator Epiſcopus* Priuilegio Senonenſi ſubſcripſit. Is fuit Amicharius ſiue Amicalarius vel Amlacarius aut Anicalarius ſiue Amilcarius Sagienſis Epiſcopus, qui Cabilonenſi Concilio præſens interfuerat, vt Tomo tertio ad annum Chriſti ſexcenteſimum quadrageſimum-quartum [a] obſeruauimus.

[a] Num. 30.

CXLII. *In Chriſti nomine Gautiobertus Epiſcopus* Priuilegio Senonenſi, Corbeienſi *Gautiobertus acſi peccator Epiſcopus* ſubſcripſit. Mabillonus hunc Gautiobertum Carnotenſem Epiſcopum ſtatuit, innuitque eundem eſſe cum Gauzberto, cuius meminit Emmo Senonenſis Archiepiſcopus initio ſui Priuilegij. Metropolitano Senonenſi ſuberat Epiſcopus Carnotenſis, eratque, vt Emmo loquitur, vnus è *Senonica ciuitatis comprouincialibus*. Vtrùm Gautiobertus idem ſit cum prædicto Gauzberto, non liquet. Inter Epiſcopos illorum temporum nullus inuenitur Gautiobertus, idem

forte eſt ac Gobertus Andegauenſis Epiſcopus, qui Godebertus à Widone Attaldo in Indice Epiſcoporum Andegauenſium, promiſcuè Gobertus & Godebertus à Roberto in Gallia Chriſtiana nuncupatur, & in Andegauenſi Cathedra poſt Magnobodum anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-quarto mortuum ſedit. Quod attinet ad Gauzbertum, cuius mentio fit initio Priuilegij Senonenſis, hunc Epiſcopis Carnotenſibus accenſendum remur. Epiſcoporum Carnotenſium Indices, qui valdè confuſi ſunt, non ſemel examinauimus, infráque examinabimus adhuc accuratiùs, quia Gauzbertum exiſtimamus Epiſcopum fuiſſe, cùm Senonenſe Priuilegium emiſit Emmo. AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

Hughierius peccator Priuilegio Senonenſi ſubſcripſit. Hunc Hughierium Mabillonus Epiſcopum Conſtantienſem fuiſſe ſuſpicatur, ſed in Catalogis Epiſcoporum Conſtantienſium, quod ad hoc nomen accedat, nullum occurrit. CXLIII.

Chrodobertus peccator Priuilegiis Senonenſi Corbeienſique ſubſcripſit, nec alius haberi debet à Chrodoberto Pariſienſi Epiſcopo, cuius deceſſor Importunus Landerico ſucceſſerat ad annum Chriſti ſexcenteſimum quinquageſimum-quartum adhuc ſuperſtiti. CXLIV.

Burgundofarus in Chriſti nomine acſi indignus Epiſcopus Priuilegio Senonenſi ſubſcripſit. Hic fuit celeberrimus Faro Meldenſis Epiſcopus, initio Priuilegij nominatus, de quo multa Tomis ſecundo & tertio. CXLV.

Maurinus peccator Priuilegio Senonenſi ſubſcripſit. Maurinus hic Epiſcopatum Bellouacenſem geſſit, ſubſcriptionique, de qua nunc agimus, diu ſuperſtes haud vixit. Succeſſit enim in Epiſcopatum Himbertus, tum Clemens regnante Clotario Tertio. CXLVI.

Bertofridus Epiſcopus peccator Ambianis vrbis Priuilegio Senonenſi, Corbeienſi *Berthefridus peccator Ambianenſium vrbis Epiſcopus* ſubſcripſit. Hic Ambianenſis Epiſcopus anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo-quarto Cabilonenſe Concilium cum aliis Præſulibus celebrauit, & in viuis adhuc ſuperſtes erat anno Chriſti ſexcenteſimo duodeſeptuageſimo. CXLVII.

In Chriſti nomine Bercarius etſi peccator Epiſcopus Priuilegio Senonenſi ſubſcripſit. Hic Mabillono Cenomanenſis eſt Epiſcopus. Idem igitur cum Berario, qui Cenomanenſem Epiſcopatum ab anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-quinto ad annum Chriſti ſexcenteſimum octogeſimum-primum gubernauit. CXLVIII.

In Chriſti nomine Conceſſus peccator Epiſcopus Ebrocini Priuilegio Senonenſi ſubſcripſit. Mancus eſt hoc loco Catalogus Ebroicenſium Antiſtitum, Æterno Ebroicenſi Epiſcopo, cuius obitum anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-tertio conſignauimus, ſubrogandus Conceſſus, huic poſt annum Chriſti ſexcenteſimum duodeſexageſimum Aquilinus, deinde poſt annum Chriſti ſeptingenteſimum Deſiderius, qui Leufredum Abbatem ſub initium ſui Pontificatûs vexauit. CXLIX.

Hecherius peccator Priuilegio Senonenſi ſubſcripſit. Hunc Mabillonus Epiſcopum Niuernenſem vocat. At Hecherius in Catalogo Niuernenſium Epiſcoporum non inuenitur, occurrit quidem Iterius, ſed ſeriùs, de hoc enim ſic Chenutius. *S. Iterius anno 691. Sedebat Pontificatûs S. Sergij Papæ & regni Theodorici I.* (nobis III) *Franciæ Regis tempore.* Sedes igitur Hecherij nos latet. CL.

In Chriſti nomine Momolenus acſi peccator Priuilegio Senonenſi, Corbeienſi *Mummolenus acſi peccator Epiſcopus* ſubſcripſit. Momolenus ſeu Mummolenus aut Mummolinus factus eſt Epiſcopus Nouiomenſis ac Tornacenſis anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-nono, vitámque clauſit anno Chriſti ſexcenteſimo octogeſimo-quinto. Inde oritur quæſtio, cur Priuilegio Senonenſi dicatur ſubſcripſiſſe, cùm Eligius eius deceſſor initio Priuilegij nominatus inueniatur, eóque ſederit tempore quo datum Priuilegium, CLI.

AN. CH. 751. CHILOERICI III. R. 8.

imò annum integrum ſuperuixerit. Philippus Baſtidus capite ſexto ſuæ contra nos Diſſertationis *certiſſimum* ait ſibi videri, *non omnes qui ſubſcripti reperiuntur diuerſis in Chartis, ſimul eodémque tempore ſua nomina dediſſe.* Fraudis ſuſpicione non caret hoc ſubterfugium, vt patet ex pluribus Chartis, de quibus diſputatum ſuis locis.

CLII. *Rigwaldus peccator* Priuilegio Senonenſi ſubſcripſit. Mabillonus ait *incertum eſſe cuius Sedis Epiſcopi fuerint Rigwaldus & Gaudemundus; niſi Gaudemundus idem ſit qui Gaudo Aurelianenſis & Rigwoldus idem qui Reginaldus Siluanectenſis.* At Autbertus ſiue Audobertus, de quo infrà, Diœceſim Siluanectenſem tunc regebat, Reginaldus verò longè ſeriùs adminiſtrauit regnante Carolo Magno. Sedes igitur Rigwaldi neſcitur. Agemus infrà de Gaudemundo.

CLIII. *In Chriſti nomine Lupus Epiſcopus* Priuilegio Senonenſi ſubſcripſit. Lupus factus eſt Epiſcopus Cabilonenſis anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-ſecundo, ſeditque annos circiter ſexdecim.

CLIV. *Gaudemundus peccator* Priuilegio Senonenſi ſubſcripſit. Mabillonus, vt in Rigwaldo notauimus ſuprà, ſcribit incertum eſſe cuius ſedis Epiſcopus fuerit Gaudemundua, niſi ſit idem qui Gaudo Aurelianenſis. At multò ſeriùs ſedit Gaudo, & illis temporibus, quibus emiſſa ſunt ambo Priuilegia Senonenſe & Corbeienſe, Diœceſim Aurelianenſem regebat Audo, qui Cabilonenſe Concilium ſuâ ſubſcriptione communiuit anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo-quarto, atque initio Corbeienſis Priuilegij nominatus eſt ab Epiſcopo Berthefrido. Sed quid affinitatis Audoni cum Gaudemundo? Vt igitur Rigwaldi de quo ſuprà, ſic & Gaudemundi Sedes ignoratur.

CLV. *Deocharius peccator* Priuilegio Senonenſi ſubſcripſit. Is fuit Antipolitanus Epiſcopus, & anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo-quarto interfuit Concilio Cabilonenſi

CLVI. *In Chriſti nomine Gyroindus acſi peccator* Priuilegio Senonenſi ſubſcripſit. Hunc Mabillonus Aruernenſem Epiſcopum dicit. At illâ ætate nullus ex Aruernenſibus Epiſcopis nomen Gyroindi gerit.

CLVII. *In Chriſti nomine Druſio acſi peccator* Priuilegio Senonenſi, Corbeienſi *Drauſcio acſi peccator* ſubſcripſit. Druſio ſeu Drauſcio vel Drauſcius Epiſcopatum Sueſſionenſem anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-quarto ſuſcepit, viuebátque adhuc anno Chriſti ſexcenteſimo duodeſeptuageſimo.

CLVIII. *In Chriſti nomine Audebertus acſi indignus Epiſcopus* Priuilegio Senonenſi, Corbeienſi *Audobertus acſi peccator Epiſcopus* & *Audebertus acſi peccator Epiſcopus* ſubſcripſerunt. Cùm Priuilegia, de quibus loquimur, emiſſa ſunt, duo florebant Autberti ſiue Audeberti vel Audoberti, vnus Siluanectenſis, alter Atrebarenſis & Cameracenſis Epiſcopus, ille ab anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo quarto ad annum Chriſti ſexcenteſimum nonageſimum-quintum, hic ab anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-tertio ad annum Chriſti ſexcenteſimum duodeſeptuageſimum ſedit.

CLIX. *In Chriſti nomine Ragnobertus acſi indignus Epiſcopus* Priuilegio Senonenſi, Corbeienſi *Ragnobertus acſi indignus Epiſcopus* ſubſcripſit. Hic Baiocenſis erat Epiſcopus, & Remenſi Concilio ante annos tres ac triginta præſens interfuerat.

CLX. Huc vſque de Epiſcopis, qui Priuilegio Senonenſi ſubſcripſerunt. Horum plerique Corbeienſi quoque Priuilegio ſubſcripſerunt poſt quadriennium, itaut ex ſubſcriptionibus, quæ Corbeienſi Priuilegio ſubiiciuntur, quatuor tantùm ſuperſint hic examinandæ.

CLXI. *Boſo in Dei nomine Epiſcopus* Priuilegio Corbeienſi ſubſcripſit. Hic Gratianopolitanus erat Epiſcopus.

CLXII. *Audoenus Epiſcopus* Priuilegio Corbeienſi ſubſcripſit. Hic ab anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo ad annum Chriſti ſexcenteſimum octogeſimum-tertium Eccleſiæ Rotomagenſi Metropolitanæ præfuit.

Dado peccator Priuilegio Corbeienſi ſubſcripſit. Audoenus, de quo ſuprà, AN. CH.
nuncupatur etiam Dado, ſed in Corbeienſi Priuilegio vitiosè videtur ex- 751.
cuſus Dado, reſtituendúſque Dido Pictauienſis Epiſcopus, qui redierat in CHILDE-
gratiam cum Regia familia, vt ad annos Chriſti ſexcenteſimum quinqua- RICI III.
geſimum-quartum & ſexcenteſimum quinquageſimum-ſeptimum obſerua- R. 8.
uimus.

Paternus peccator Egloenſis Eccleſiæ acſi indignus Epiſcopus Priuilegio Cor- CLXIII.
beienſi ſubſcripſit. Egloenſis Eccleſiæ nulla fit mentio. Fortè Paternus leui CLXIV.
mutatione factâ non Egloenſis ſed Eloſenſis ſiue Eluſenſis Eccleſiæ dicen-
dus eſt Epiſcopus, nec Indices Eluſenſium Metropolitarum refragabontur,
Senocus enim, de quo ſermonem ad annum Chriſti ſexcenteſimum viceſi-
mum-ſextum ex Fredegario fecimus, in Eluſenſium Epiſcoporum Catalo-
gis hactenus editis poſtremum locum occupat, nomináque ſucceſſorum ad
euerſionem vſque Eluſæ deſiderantur.

In prædictiorum Priuilegiorum ſubſcriptionibus accuratiùs examinandis CLXV.
operæpretium duximus immorari, quoniam ex iis quidam Epiſcopo- EPISCOPO-
rum Indices aut emendandi ſunt aut augendi. Præ cæteris valdè pertur- RVM CAR-
batus eſt Epiſcoporum Carnotenſium Catalogus. Lege quæ Tomo tertio NOTENSIVM
dicta ſunt ad annum Chriſti ſexcenteſimum quinquageſimum-tertium, ACCVRATA
quo Malardus obiit. Eò vſque Chronologia noſtra rectè proceſſit. Quid CHRONO-
de Malardi ſucceſſoribus ſentiamus, hîc accipe, quicquid è calamo ſecus LOGIA.
excidit, expuncto.

Apud Democharem Malardo ſuccedit Gaubertus, apud Robertum & CLXVI.
Sammarthanos Gauſbertus, tum Godebertus *fortè idem cum ſuperiore*, vt
Robertus obſeruat. Vnum è duobus conflandum exiſtimamus Gauſber-
tum ſeu Gauzbertum initio Priuilegij Senonenſis nominatum, qui teſti-
bus Demochare, Rolliardo, Chenutio & Seuertio, decem duntaxat an-
nos ſederit, & iuxta noſtram computationem ex hac vita migrarit anno
Chriſti ſexcenteſimo ſexageſimo tertio.

Poſt Gauſbertum ſeu Gauzbertum ſedit Lancegiſilus. In hanc ſenten- CLXVII.
tiam imus, quia Lancegiſilus Pontificatum annis vndecim geſſit, floruít-
que regnante Clotario Tertio, cuius obitus in annum Chriſti ſexcenteſi-
mum vndeſeptuageſimum incidit. De numero annorum, quibus Epiſco-
patum Lancegiſilus tenuit, conueniunt Demochares, Rolliardus, Chenu-
tius, & in Eccleſia Sancti Carauni prope Carnotum vetus legitur inſcri-
ptio, quæ Baſilicam illam à Clotario Francorum Rege dotatam teſtatur,
Lancegiſili Epiſcopi nomine, vt Rolliardus [a] obſeruat, ad latus adiecto. Hic [a] Cap. 13.
Auctor, quia Lancegiſilum anno Chriſti quingenteſimo duodenonageſimo
ſediſſe putat, prælaudatam inſcriptionem interpretatur de Clotario Secun-
do, qui Regnum ſuſcepit anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quarto,
vitámque anno Chriſti ſexcenteſimo duodetriceſimo cum morte commu-
tauit. At Lancegiſilum ſeriùs ad Epiſcopalem dignitatem promotum docet
ſeries cùm Epiſcoporum qui Diœceſim Carnotenſem adminiſtrarunt, tum
Abbatum qui Monaſterio Sancti Carauni iuxta muros Carnotenſes præ-
fuerunt. Anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-tertio, cùm Synodus
Pariſienſis habebatur, de Promoto facto Epiſcopo Dunenſi queſtus eſt Pa-
pulus Carnotenſis Epiſcopus, qui Concilium ſecundum Mariſconenſe
cum aliis Præſulibus anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quinto cele-
brauit, vitámque clauſit anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-quarto,
nam Betharij, qui proximè in Epiſcopatum ſucceſſit, annus ſextus cum
anno Chriſti ſexcenteſimo comparatur, vt ex eiuſdem Betharij vita &
Chronico Fredegarij ſimul collatis probauimus. Hic Betharius, cùm re-
gimen Eccleſiæ Carnotenſis penes Papulum Antiſtitem erat, id eſt, poſt
annum Chriſti quingenteſimum ſeptuageſimum-ſeptimum, *puer* in Fran-
ciam ex Italia venit, obiítque *longo iam æuo fatigatus*, vt Auctor vitæ lo-

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

quitur. Vnde concluſimus vixiſſe illum penè vſque ad annum Chriſti [illegible]
centeſimum viceſimum-quintum, ſiue vſque ad celebrationem Co[illegible]
Remenſis, cui ſucceſſor Berthegiſilus teſte Flodoardo [a] præſens inter[illegible]
Tertio poſt Synodum Remenſem anno migrauit è vita Rex Clotarius [illegible]
ius nominis Secundus. Ei ſuperſtes vixit Berthegiſilus Carnotenſis E[illegible]
pus, cuius ſucceſſor Malardus Concilio Cabilonenſi ſub Clodoueo S[illegible]
[a] Lib. 2. c. 5. do Rege ſubſcripſit. Ergo Pontificatus Lancegiſili cum Principatu C[illegible]
rij Secundi non coincidit. Idem colligimus ex Abbatum Indice, qui [illegible]
[a] S. Cheron. naſterium Sancti Carauni gubernarunt. Beatus * Caraunus Sancto [illegible]
nyſio primo Pariſiorum Epiſcopo coætaneus vixit, Martyrium in Dio[illegible]
Carnotena ſubiit Galliâ ſub ethnicis Romanorum Imperatoribus gem[illegible]
ſepultúſque fuit à ſociis prope ciuitatis Carnotenæ ſuburbia, vbi M[illegible]
terium illius nomine conſpicuum hodie cernitur. Abbates antiquiſſim[illegible]
[b] Tom. 4 Gall. Chriſt. cenſentur [b] Aper & Dionyſius, quorum hic Præfecturam anno Ch[illegible]
ſexcenteſimo duodeſeptuageſimo ſuſcepit, itaut Aper Abbatis officio fun[illegible]
tus videatur regnante Clotario Tertio, qui Clodoueo patri ſucceſſit an[illegible]
Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-quinto, deſiitque viuere anno Chri[illegible]
ſexcenteſimo ſexageſimo-nono. Ergo locus ille tunc primùm Monaſte[illegible]
ſiue Abbate ac Congregatione Canonicorum inſignitus fuit, cùm Clo[illegible]
rius Tertius Eccleſiam ſuper Sancti Carauni tumulum priùs erectam a[illegible]
plificauit dotauitque. Id autem Clotarius præſtitit Lancegiſilo Pontific[illegible]
tum gerente, vt patet ex inſcriptione ſuprà laudata, quæ in eadem B[illegible]
lica legitur ad parietem Chori. Rolliardus de primo illius [illegible]
ditu ſcribit nonnulla, quæ non videntur inter ſe ſatis conſ[illegible]
gnâ prorſus interpretatione conſolidentur. Capite decimo [illegible]
Carnotenſium Epiſcoporum edit, Papulum commendat, qui [illegible]
rauni corpus è terra primus eleuarit; collocaritque in Eccleſia à ſe con-
ſtructa, quam hodie Abbatiam Sancti Carauni vocant. Deinde capite
decimo-tertio, vbi agit de Abbatibus illius loci, Serannum, ciuem Car-
notenſem, eiuſdem Eccleſiæ, quæ poſteà plurimùm aucta eſt, primum
conditorem agnoſcit. Hæc autem ſic conciliamus. In eo loco, vbi Sanc-
tus Caraunus ſepultus quieſcebat, Papulus Carnotenſis Epiſcopus Eccle-
ſiam erexit, Seranno ciue Carnotenſi prædiuite expenſas agente. Clota-
rius Tertius, Rex Francorum, cuius vt & Bathildis matris Regiâ muni-
ficentiâ multæ conſtructæ ſunt auctæque reditibus Eccleſiæ, ſpatioſiorem
reddidit copioſiſque dotauit prouentibus eandem Baſilicam, vt deinceps
illic Abbas cum Canonicorum cœtu Deo famularetur. Eodem tempore
primus Abbas inſtitutus eſt Aper, ſuperſtite in viuis Lancegiſilo, qui ex-
tinctus eſt anno Chriſti ſexcenteſimo ſeptuageſimo-quarto, cùm ſediſſet
ſexennium regnante Clotario Tertio, quadriennium regnante Childerico
Secundo, annúmque vnum regnante Theodorico Tertio.

CLXVIII. A Lancegiſili morte ad Synodum vſque Rotomagenſem, cui Airardus
Carnotenſis Epiſcopus anno Chriſti ſexcenteſimo duodenonageſimo præ-
ſens interfuit, quatuordecim effluxerunt anni. Illâ temporis intercapedi-
[c] Democh. Rolliard. Chenut. Seuert. ne penè integrâ ſedit Mainulfus, vndecim [c] enim annis Epiſcopatum geſ-
ſit. In Catalogo Democharis, quem Rolliardus & Chenutius ſecuti ſunt,
Sancto Caletrico, quem anno Chriſti circiter quingenteſimo ſexageſimo-
ſeptimo mortuum aſſeruimus, proximè ſuccedunt hi ſexdecim Pontifices,
Magobertus, Sigoaldus, Mainulfus, Theobaldus, Lancegiſilus, Malardus,
Gaubertus, Godebertus, Deodatus, Dronius, Pronius, Papulus, S. Betharius,
Berthegrannus, Haynius, Haygrandus aliàs *Airardus*, qui Concilio Roto-
magenſi ſubſcripſit. Papuli, Betharij, Gauberti ſeu Gauzberti, quem
eundem eſſe cum Godeberto diximus, & Lancegiſili iam meminimus.
Ceteri ſuperſunt à nobis hactenus intacti, *Magobertus, Sigoaldus, Mainul-*
fus, Theobaldus, Deodatus, Dronius, Pronius, Bethegrannus, Haynius, Hay-

grandus ſiue Airardus. E Nomenclatoribus, qui Carnotenſium Epiſcoporum Catalogum texuerunt, nemo Sigoaldum proximum Magoberti ſucceſſorem non agnoſcit. Ea res nos præcipuè mouet, vt Lancegiſilo ſubrogemus Mainulfum, qui Pontificatum ad annum vſque Chriſti ſexcenteſimum octogeſimum-quintum tenuerit.

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8. GLXIX.

Ab anno Chriſti ſexcenteſimo octogeſimo-quinto, quo promotus eſt ad Epiſcopatum Airardus, rectè deinceps in Annalibus noſtris procedit Epiſcoporum Carnotenſium Chronologia, modò decennium, quod ab anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-primo ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-primum Gauzberto ſeu Gauberto ſiue Gaudeberto tribuimus, aſſignes Theobaldo, quem Airardi deceſſorem aliàs dicebamus, cùm noſtras in manus nondum veniſſent Senonenſis Priuilegij inſcriptiones, quæ prædictum Gauzbertum loco mouendum & Malardo proximè ſubrogandum nos docuerunt.

AN. CH. 752. CHILDERICI III. R. 9. PIPPINI R. 1.

ANNVS

CHRISTI 752.

CHILDERICI III. R. 9.

PIPPINI R. 1.

I. ANNO Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo Regnum Francorum à Childerico Rege ad Pippinum Maiorem domûs tranſlatum eſt. *Hoc tranſlationis opus*, inquit Spondanus in notis Baroniano compendio inſertis [a], *operoſiſſimum ipſum, non leuem pleriſque ac præcipuè noſtratibus occaſionem intulit de eo etiamcum indignatione diſſerendi.* Quis hoc loco calamum temperare poſſit? Clodouei Magni ſoboles exauctoratur, Regium ſolium occupat Maior domûs, ineunte adoleſcentiâ Rex in Monaſterium retruditur, Franci perduellionis rei fiunt vt apud eos hactenus inauditæ ſic & numquam audiendæ. Non poſſumus ad recordationem tanti flagitij non obſtupeſcere. Regis duodeuiceſimum circiter ætatis annum agentis luctuoſam ſortem deflemus, indignationem tamen omnem conuertimus in Pippinum, qui totius mali fuit architectus, & in Francos, qui fidem Childerico Regi datam fefellerunt. Multùm enim diſſentimus à Neotericis, qui Romanum Pontificem mutationis adeò deteſtandæ præcipuum vel ſuaſorem vel auctorem hodie conſtituunt, fabellâ, quæ poſt Pippini mortem excogitata eſt, & æquitati ac ſanctitati Zachariæ Papæ plurimùm aduerſatur, abſque examine per manus à multis retrò ſeculis acceptâ.

[a] Ad an. 751. n. 1.

II. PIPPINVS REX ELEVATVR.

Super anno, quo Pippinus Rex appellatus eſt, tres opiniones in antiquis Ducheſnianæ Collectionis Annalibus inueniuntur. Prima eſt Annaliſtæ Loiſeliani ſeu vulgaris, & aſſeclarum, qui Pippinum anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſigmo Regem conſtitutum volunt. Altera eſt Annaliſtæ Nazariani & Chronographi San-Dionyſiani, qui Pippini Regis eleuationem anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-primo conſignant. Tertia eſt Annaliſtarum Petauiani & Pithœani ſeu Fuldenſis, qui negotium illud in hunc annum à Chriſto nato ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſecundum reiiciunt. Quartam ſuperaddit Eginhardus in vita Caroli Magni, non enim Zachariæ Papæ ſed *Stephani Romani Pontificis* meminit, & Pippinum, cuius obitus in menſem Septembrem anni poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimi duodeſeptuageſimi incidit, *per annos* XV duntaxat completos Regno potitum aſſeuerat, ab anno videlicet Chriſti

AN. CH. 752. CHILDERICI III R. 9. PIPPINI R. 1.

ſeptingenteſimo quinquageſimo-tertio. Ceteris repudiatis ampleƈtimur [illegible] tiam, quam variis exemplis, vt occaſiones ſe dabunt, ex diuerſis Ta[illegible] riis infrà confirmabimus. Lege quæ ſub initium huius Tomi diƈta [illegible] ad illos articulos Chronici Remenſis. *Theodericus regnauit annos* [illegible] *Annos* VII *interim alius Rex non regnauit. Hildericus Rex regnauit* IX. Nihil ampliùs ad noſtræ Chronologiæ confirmationem deſide[illegible] Rei geſtionem nunc aggrediamur.

III. In Annalibus Nazarianis ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quin[illegible] geſimum-primum hæc de Pippino & Zacharia leguntur. DCCLI. [illegible] *nus Rex eleuatus eſt. Zacharias Papa defunƈtus.* Vtrumque autem rei [illegible] dum eſt in annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſecun[illegible] Agemus infrà de morte Zachariæ. Annum, quo Pippinus Rex faƈtu[illegible] benè aſſequitur Annaliſta Petauianus, ipſámque ciuitatem, vbi res [illegible] eſt, Sueſſionem ſic notat. DCCLII. *Domnus Pipinus eleuatus eſt ad* [illegible] *in Sueſſionis ciuitate.* Tanto de negotio plura vix addenda credimus, [illegible] cetera quæ colliguntur ex aliis Auƈtoribus, aut dubia ſunt aut fabul[illegible] Sueſſio, Regalis quondam ciuitas, quam varij Reges Sede Regiâ nobil[illegible] runt, habendo Conuentui viſa eſt ob ſitum percommoda, pertinebat[illegible] ad Neuſtraſiam, nec ab Auſtraſia procul aberat, in vtriuſque penè [illegible] finio poſita. Pippinus ibi Rex eleuatus eſt, id eſt, clypeo impoſitus, [illegible] Francorum morem, cuius egregiam mentionem Gregorius Turonenſis [illegible] Hiſtoria Eccleſiaſtica [a] facit. Sigiberti enim Regis, qui Coloniæ re[illegible] uerat, eiúſque filij Chloderici morte enarratâ, quomodo Colonienſes [illegible] doueo Magno ſe dediderint, proximè ſic ſubiungit. *Plaud[illegible] quàm vocibus eum*, nempe Clodoueum, *clypeo eueƈtum ſup[illegible] ſtituunt.* Quapropter Annaliſtæ Loiſelianus & Tilianus, [illegible] gis electionem duobus annis anteuertant, hæc de illo re[illegible] ſelianus. *Pipinus ſecundùm morem Francorum electus eſt ad* [illegible] *natus à Francis in Regno ſuo, in Sueſſionis ciuitate.* Et Tilianus [illegible] *ſecundùm morem Francorum electus ad Regem, & eleuatus à Francis in Regno* [illegible] *Sueſſionis ciuitate.*

[a] Lib. 2. c. 40.

IV. Loiſelianus ætatem ſuam ad annum Chriſti octingenteſimum ſeptimum [illegible] ſic prodit. *Stella Mercurij* XVI *Kal. Aprilis viſa eſt in Sole quaſi parua ma-cula nigra. Tamen paululùm ſuperiùs medio centro eiuſdem ſideris, quæ à no-bis* VIII *dies conſpicitur, ſed quando primùm intrauit, vel exiuit, nubibus impedientibus minimè adnotare potuimus.* Tilianus ipſiſſima verba tranſcri-pſit ad annum Chriſti octingenteſimum octauum, ſic. *Stella Mercurij* XVI *Kal. Aprilis viſa eſt in Sole quaſi parua macula nigra. Tamen paulò ſuperiùs medio centro eiuſdem ſideris, quæ à nobis octo dies conſpiciebatur. Sed quando pri-mùm intrauit, vel exiit, nubibus impedientibus minimè adnotare potuimus.* Vter alteri præſtet auctoritate, nunc inquirendum. Tilianus initium ſu-mit ab anno Chriſti ſeptingenteſimo octauo, deſinitque in anno quoque octauo ſupra octingenteſimum. Loiſelianus orditur ab anno Chriſti ſeptin-genteſimo quadrageſimo-primo, finémque habet in anno Chriſti octingen-teſimo decimo-tertio. Tilianus aliorum init epitomen, Petauiani videlicet ab anno Chriſti ſeptingenteſimo octauo ad annum Chriſti ſeptingenteſi-mum quadrageſimum-primum, & Loiſeliani ab anno Chriſti ſeptingente-ſimo quadrageſimo-primo ad annum Chriſti octingenteſimum octauum, at-que etiam vtriuſque verbis vtitur ſæpiſſimè. Quapropter eius ætas colligi nequit ex præcitato textu, qui totus ex Loiſeliano deſumptus eſt. Anna-liſtam plebeium ſeu Loiſelianum anno Chriſti octingenteſimo ſeptimo vi-xiſſe, & lucubrationem ſuam ad annum vſque Chriſti octingenteſimum decimum-tertium perduxiſſe ſuadet Regino, qui ſe illo opere vſum ſic fatetur ad annum Chriſti octingenteſimum decimum-quartum. *Hæc quæ ſuprà expreſſa ſunt, in quodam libello reperi, plebeio & ruſticano ſermone com-poſita.*

AN. CH. 752. CHILDERICI III. R. 9. PIPPINI R. 1.

poſita; quæ ex parte ad Latinam regulam correxi, quædam etiam addidi, quæ ex narratione ſeniorum audiui. Cetera, quæ ſequuntur, mea paruitatis ſtudio deſcripta ſunt, prout in Chronicorum libris adnotata inueni, aut ex relatione patrum auditu percipere potui. Hic Reginonis textus ad opus reſpicit, quod anno Chriſti octingenteſimo decimo-tertio clauditur, nec aliud extat præter Annales Codicis Loiſeliani. Certè quas Annaliſta Loiſelianus ad annum Chriſti octingenteſimum ſeptimum eclypſes Solis ac Lunæ retulit, ad eundem quoque retulit annum Regino, reiecit autem in ſequentem Annaliſta Tilianus, eóque diſſidio procul ab illa ſe remotum ætate ſatis oſtendit. Errores quoſdam Chronologicos ab Annaliſta Loiſeliano ad Tilianum tranſiiſſe non inficiamur. Apud Annaliſtam Loiſelianum anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo Pippinus eleuatur in Regem, anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-quarto Bonifacius in Friſia Martyrio coronatur. Eoſdem calculos cùm in Pippini Regis eleuatione, tum in Martyrio Bonifacij ſequitur Annaliſta Tilianus. Chronologiâ tamen ad rectos numeros redactâ, nec Pippinus ante annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſecundum regnare cœpit, nec Bonifacius Martyrium ante annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quintum conſummauit. At in Annaliſta Tiliano ſpeciales quoque ſunt næui, quorum expers eſt Loiſelianus. Præcipuus ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum-quintum occurrit. Illo enim anno apud Annaliſtam Tilianum conſignatur Papiæ deditio, quæ anno ſuperiore contigerat. Abhinc hic Annaliſta vno anno à Loiſeliano ad finem vſque operis ſui, per annos videlicet quatuor & triginta, perpetuò diſcrepat. Illo de diſſidio fuſiùs agemus ſuo loco. Hîc tantùm obſerua Carolum apud eundem Annaliſtam anno Chriſti octingenteſimo ſecundo Imperatorem coronari. DCCCII. *Ipſâ die ſacratiſſimi Natalis Domini, cùm Rex ad Miſſam ante Confeſſionem Beati Petri Apoſtoli ab oratione ſurgeret, Leo Papa coronam capiti eius impoſuit, & à cuncto Romanorum populo adclamatum eſt. Karolo Auguſto, à Deo coronato, Magno & Pacifico Imperatori Romanorum, vita & victoria.* Alio non opus eſt argumento, vt Annaliſtam Tilianum ætate Caroli vixiſſe inficieris. Secus autem ſentire debes de Loiſeliano, qui ſuam ætatem ad annum Chriſti octingenteſimum ſeptimum manifeſtauit textu iam citato, nec ille textus apud Annaliſtam Tilianum ad annum Chriſti octingenteſimum octauum vim eandem habere poteſt, quia genuinus eſt Annaliſtæ Loiſeliani fœtus, Tiliani nequaquam. Annaliſtæ igitur Tiliano longè præſtat auctoritate Loiſelianus.

V. Porrò Loiſelianus hic Annaliſta duas fabulas primus excogitauit tranſmiſitque poſteris; vnam de Legatione Romam miſſâ reſponſóque Romani Pontificis priùs accepto, quàm Childericus è Regno deiiceretur; alteram de vnctione Pippini Regis per Bonifacium Archiepiſcopum Moguntiacenſem factâ. Priorem ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-nonum ſic retulit. *Burgardus Wirzeburgenſis Epiſcopus & Folradus Capellanus miſſi fuerunt ad Zachariam Papam, interrogando de Regibus in Francia, qui illis temporibus non habentes Regalem poteſtatem, ſi benè fuiſſet, an non. Et Zacharias Papa mandauit Pipino, vt melius eſſet illum Regem vocari, qui poteſtatem haberet, quàm illum, qui ſine Regali poteſtate manebat, vt non conturbaretur ordo. Per auctoritatem ergo Apoſtolicam iuſſit Pipinum Regem fieri.* Poſteriorem ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum, ſic. *Pipinus ſecundùm morem Francorum electus eſt ad Regem, & vnctus per manus ſanctæ memoriæ Bonefacij Archiepiſcopi, & eleuatus à Francis in Regno ſuo, in Sueſſionis ciuitate.* Vtramque refellemus, ſed, ordine inuerſo, incipiemus à poſteriore.

VI. In textu proximè citato, hæ voces; *& vnctus per manus ſanctæ memoriæ Bonefacij Archiepiſcopi*, videntur inſititiæ, illis enim ſublatis textus optimè

AN. CH. 752. CHILDERICI III. R. 9. PIPPINI R. 1.

ſic ſubſiſtit. *Pipinus ſecundùm morem Francorum electus eſt ad Regem,* ... *natus à Francis in Regno ſuo, in Sueſſionis ciuitate.* Miſſo tamen hoc ... mento, vitam Sancti Bonifacij conſulamus, cuius Auctor Willibaldus ... interpres Othlonus. Sanctus Willibaldus, primus Eyſtadienſis Epiſcopus ... Sancti Bonifacij diſcipulus, & in Dominicæ vineæ cultura ſocius atque ... iutor, cuius obitus in annum Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum octauum incidit, Annaliſtæ Loiſeliano, vt antiquitate, ſic auctoritate ... præſtat. Vbi autem de Regno Francorum ad Pippinum tranſlato loqu... ipſum Pippinum ait ſubleuatum eſſe in Regem, nec vllum de Bonifacio verbum habet. *Cùm Pipinus,* inquit, *etiam aliquantulum ſedatâ popu... perturbatione in Regem ſubleuatus eſſet.* Quem locum Othlonus ita re... *Contigit, vt cùm Pippinus ſe Deo, qui deponit potentes de ſede, & exalt... miles, ſubmittere iugiter ſtuderet, Regalis potentia excellentiâ eniteret* * ... nemo facilè credet Pippini vnctionem in Regem rem adeò leuem ... libaldo & Othlono viſam eſſe, vt illam in vita Sancti Bonifacij du... rint omittendam, ſi per manus eiuſdem Sancti Bonifacij peracta eſt ... poſteriori quoque Appendice ad Francorum Hiſtoriam iuſſu Childebra... conſcriptam, nullâ Sancti Bonifacij mentione factâ, Pippinus, electione totius Franciæ, Rex conſtituitur. Denique, qui Pippinum per Sancti Bonifacij manus vnctum in Regem volunt, id auctoritate Apoſtolicâ ſec... dùm Romani Pontificis ſanctionem factum affirmant. Id autem à v... alieniſſimum atque in Sedem Apoſtolicam valdè iniurioſum infrà dem... trabimus.

An vnctus a Bonifacio Archiep. Moguntino?

* *obiuimus.*

VII. Quæres à quo Pippinus ſit vnctus Antiſtite, ſi non à Bonifacio ... Bonifacij loco ſit reponendus. Huic autem quæſtioni locum ... nec Willibaldus Sancti Bonifacij diſcipulus Othlonúſque ... baldi, nec antiquiſſimi Annaliſtæ, Nazarianus & Petauianus ... citauimus, Pippinum, cùm in Francorum Conuentu Rex ... latus eſt, vnctum memorant. Pippinus clypeo impoſitus ... quos ſup... ſecundùm morem Francorum eleuatus eſt in Regem, fauſta ... primùm appel... Epiſcopis, Proceribus, militibus, ac plebe. Cæremoniam ... eſt, eóque ... gotio ne poſtules. ... precantibus ... aliam in illo...

VIII. Apud Annaliſtam Tilianum ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum hæc leguntur. DCCXLIX. *Zacharias Papa per Folradum ... mandauit, vt Pippinus ad Regem leuaretur.* Antiquior auctiórque Loiſelianus. Hunc ſuprà deſcripſimus. Deſcripſit & Annaliſta Bertinianus ne ... apice quidem mutato, item paulò aliter alij non pauci. Laureshamenſis ſic. DCCXLIX. *Burchardus Wirtzíburgenſis Epiſcopus & Folradus Presbyter Capellanus miſſi ſunt Romam ad Zachariam Papam, vt conſulerent Pontificem de cauſa Regum qui ab illo tempore fuerunt in Francia, qui nomen tantùm Regis, ſed nullam poteſtatem Regiam habuerunt. Per quos prædictus Pontifex mandauit, meliùs eſſe illum Regem, apud quem ſumma poteſtatis conſiſteret. Datâque auctoritate ſuâ iuſſit Pipinum Regem conſtitui.* Laureshamenſem Annaliſtam ipſiſſimis penè verbis deſcripſit Continuator Aimoini, poſteriorem periodum Egilwardus in vita Sancti Burchardi. Eginhardus ſuam de Caroli Magni vita lucubrationem ab ipſa Regni tranſlatione ad Pippinum eiuſdem Caroli patrem ſic exorſus eſt. *Gens Merovingorum, de qua Franci Reges ſibi creare ſoliti erant, vſque in Childericum Regem, qui iuſſu Stephani Romani Pontificis depoſitus ac detonſus, atque in Monaſterium truſus eſt, duraſſe putatur: quæ licet in illo finita poſſit videri, tamen iamdudum nullius vigoris erat, nec quicquam in ſe clarum, præter inane Regis vocabulum, præferebat. Nam & opes & potentia Regni penes Palatij Præfectos, qui Maiores-domûs dicebantur, & ad quos ſumma Imperij pertinebat, tenebantur, neque Regi aliud relinquebatur, quàm vt Regio tantùm nomine contentus, crine profuſo, barbâ ſubmiſſâ ſolio reſideret, ac ſpeciem dominantis effingeret: Legatos vnde-*

An ex conſultu PP?

[a] Lib. 4. c. 61.

AN CH. 752. CHILDERICI III. R. 9. PIPPINI R. 1.

eoque venientes audiret, eiſque abeuntibus reſponſa, quae erat edoctus, vel etiam iuſſus, ex ſua velut poteſtate redderet, cùm praeter inutile Regis nomen, & precarium vitae ſtipendium, quod ei Praefectus Aulae, prout videbatur, exhibebat, nihil aliud proprij poſſideret, quàm vnam perparui reditûs villam, in qua domum, ex qua famulos ſibi neceſſaria miniſtrantes, atque obſequium exhibentes, pauca numeroſitatis, habebat. Quocunque eundum erat, carpento ibat, quod bubus iunctis, & bubulco, ruſtico more, agente trahebatur. Sic ad Palatium, ſic ad publicum populi ſui Conuentum, qui annuatim ob Regni vtilitatem celebrabatur, ire, ſic domum redire ſolebat. At Regni adminiſtrationem, & omnia quae vel domi vel foris agenda ac diſponenda erant, Praefectus Aulae procurabat. Quo officio tum, cùm Childericus deponebatur, Pippinus pater Karoli Regis, iam velut haereditario iure, fungebatur. Nam pater eius Karolus, qui tyrannos per totam Franciam dominatum ſibi vindicantes oppreſſit, & Sarracenos Galliam occupare tentantes, duobus magnis praeliis; vno in Aquitania apud Pictauiensem ciuitatem, altero iuxta Narbonam apud Byrram fluuium ita deuicit, vt in Hiſpaniam eos redire compelleret, eundem magiſtratum à patre Pippino ſibi dimiſſum egregiè adminiſtrauit. Qui honor non aliis à populo dari conſueuerat, quàm his, qui & claritate generis & opum amplitudine ceteris eminebant. Hunc cùm Pippinus pater Karoli Regis ab auo & patre ſibi & fratri Karlomanno relictum, ſummâ cum eo concordiâ diuiſum, aliquot annis velut ſub Rege memorato tenuiſſet, frater eius Karlomannus, incertum quibus de cauſis, tamen videtur quòd amore conuerſationis contemplatiuae ſuccenſus, operosâ temporalis Regni adminiſtratione relictâ, Romam ſe in otium contulit, &c. Pippinus autem per auctoritatem Romani Pontificis ex Praefecto Palatij Rex conſtitutus. Quae de Regum Merouingorum inertia, déque poteſtate Maioris-domûs excogitauit primus ac fabuloſè ſcripſit Eginhardus, vitae Sancti Burchardi inſeruit Egilwardus [a], in epitomen verò redegit Auctor Annalium Fuldenſium, additâ haec ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-primum clauſulâ. *Orat ergo* Pippinus *ſibi decerni, quis eorum iuſtè * Rex debeat dici & eſſe, is qui ſecurus domi ſedeat, an ille qui curam totius Regni, & omnium negotiorum moleſtias ſufferat *.* Et ad annum proximum mandato Zachariae ſic ſubiecto. DCCLII. *Zacharias Papa, ex auctoritate Sancti Petri Apoſtoli, mandat populo Francorum, vt Pipinus, qui poteſtate Regiâ vtebatur, nominis quoque dignitate frueretur.* Annaliſtam Fuldenſem tranſcripſit Matianus Scotus [b]. Regino locum ex Annalibus Loiſelianis ſuprà deſcriptum ſic edidit phraſi paulò elegantiore. *Anno Dominicae Incarnationis* DCCXLIX *Burchardus Wirtzburgenſis Eccleſiae Epiſcopus & Floradus Capellanus miſſi ſunt Romam ad Zachariam Papam, vt interrogarent de Regibus in Francia, qui illis temporibus non habentes Regiam poteſtatem, Reges tamen vocabantur, ſi benè eſſent Reges. Et praefatus Papa mandanit Pipino melius ſibi videri, illum Regem vocari, qui poteſtatem haberet; quàm illum, qui ſine Regali poteſtate manebat. Et ne perturbaretur Chriſtianitatis ordo, per auctoritatem Apoſtolicam iuſſit Pipinum Regem creari, & ſanctae vnctionis oleo inungi.* Ea de re ſic Ado. *Miſit Pippinus Vigardum Wisburgenſem Epiſcopum & Fulradum Capellanum ſuum ad Zachariam tunc temporis Pontificem Romanum, vt interrogarent eum, ſi ita manere deberent Reges Francorum, cùm penè nullius poteſtatis eſſent, iam ſolo Regio nomine contenti. Quibus Zacharias Pontifex reſponſum dedit, Regem potiùs illum debere vocari, qui Rempublicam regeret. Reuerſis Legatis, abiectóque Childerico, qui tunc Regium nomen habebat, Franci per conſultum Legatorum & Zachariae Pontificis electum Pippinum Regem ſibi conſtituunt.* Breuiſſimè Annaliſta Metenſis. *Anno Dominicae Incarnationis* DCCL, *ex conſulto beati Zachariae Papae vrbis Romae, Pippinus Princeps à Bunifacio Archiepiſcopo vnctus Rex Francorum conſtituitur.*

Plures in eandem materiam non congerimus Auctores, quia recentiores ſuam ex praenominatis auctoritatem [illegible]munt, & à nobis, vbi res poſtu- IX.

[a] Ap. Sur. d. 14. Oct.

* Marian. Scot. Rex iuſtè dici debeat.

* Marian. Scot. perferat.

[b] Ad an. 75[illegible].

licribus florere vidit ſtudiis, hoc ſuis traxit exemplio. Baſilij Sancti Chari[illegible]
AN. CH. *ta, Macarij Regulam, Benedicti Decreta, Columbani Instituta, ſanctiſſimi*[illegible]
751 *tione frequentabat aſſiduè, ſicque omnibus virtute aromatum ſequacibus ſan*[illegible]
CHILDERICI III. *monſtrabat exemplum.*

R. 8.

CXXIX. Decimo-tertio Diſſertationis capiti præfigitur hic Titulus. *Satisſi*[illegible] *bus aduerſariorum obiectionibus.* Illarum obiectionum prima, quam B[illegible]dus ita proponit, *quæritur primò cur & quomodo Columbani ſtatuta Re*[illegible] *nomen induerint*, ad noſtram diſputationem nullo modo pertinet, [illegible] Sanctus Columbanus Regulæ Sancti Benedicti non peculiaria quædam Benedictini volunt, adiecit ſtatuta, ſed Regulam à Benedictina planè [illegible]uerſam condidit. Alteram obiectionem ſic proponit Diſſertator. *Oppo*[illegible] *ſecundò aduerſarij, S. Columbanum in Galliam veniſſe, antequàm Benedi*[illegible] *leges Hybernis Monachis eſſent impoſita, & conſequenter inferunt eundem S*[illegible] *tum Benedictinæ Regulæ non fuiſſe deditum, priuſquàm Gallias adiret. Ne*[illegible] *conſtare dicunt, an Sancti Benedicti inſtituta poſteà receperit, cùm nouam ip*[illegible] *condiderit Regulam.* Poſterioris huius obiectionis duplex eſt membrum. De primo conuenimus, negamus enim *Sanctum Columbanum Benedi*[illegible] *Regulæ fuiſſe deditum, priuſquàm Gallias adiret.* In altero non parum diſſ[illegible]timus, non enim dicimus *non conſtare, an Sancti Benedicti inſtituta poſteà receperit*, ſed indubitanter aſſerimus conſtare, quòd Sancti Benedicti

a Num. 14. inſtituta poſteà non receperit. Si Sodalibus Benedictinis in *Præfatione* ſecundi Seculi Benedictini fides eſt, *Columbanus quidem in Italiam profectus S. Benedicti famâ permotus, eius Regulam, vt ſe moribus Romanis* [illegible] *daret, in ſua ipſius Bobienſi Monaſterio admiſiſſe dici haud temerè* [illegible] nas, qui factus eſt Bobienſis Monachus Attalâ iam Abbat[illegible] cauſam in peruetuſta Sancti Walerici vita non diſcipulus Sa[illegible]ni, ſed *eruditus diſcipulus diſcipulorum eius* dicitur, non Sa[illegible] ſed Sancti Columbani Regulam profeſſus eſt, vt ipſim[illegible] [illegible] Benedictini in eadem Præfatione confitentur. Lege quæ [illegible] Tomo [illegible] Auctores Be-

b Num. 33. 14. dicta ſunt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum [illegible] quartum [b]. De Sancto Attala, qui Sancto Columbano ſucceſſit in regimen Monaſterii Bobienſis, & de Regulis Sancti Benedicti & Sancti Columbani, quæ di-

c D. 10. Mart. uerſiſſimæ fuerunt, in Commentario eiuſdem Sancti Attalæ [c] vitæ præ[illegible]uio ſic ſcribit Godefridus Henſchenius. *Attala ſecundùm Regulam & inſtitutionem S. Columbani vixit & rexit Monaſterium Bobienſe: quod & poſteri diu obſeruarunt. Extat Codex Regularum ſub Ludouico Pio Imperatore collectus à S. Benedicto Anianenſi Abbate, in tres partes à Luca Holſtenio digeſtus, ac typis Romanis anno* MDCLXI *editus: in cuius parte ſecunda ſunt Regulæ S. Benedicti Abbatis Caſinenſis & S. Columbani Abbatis, & aliæ plures: quas ſi quis conſiderarit, reperiet Inſtitutum S. Columbani à Regula Benedictina ita differre, atque hoc tempore inter ſe differunt Conſtitutiones Ordinum Mendicantium.*

CXXX. Decimo-quarto Diſſertationis capiti præfigitur hic Titulus. *S. Benedicti legibus à S. Mauro, aliiſque promulgatis, pleraque alia Galliæ Monaſteria auſcultaſſe, antequàm Columbanus Anagratenſem eremum incoleret.* Toto hoc capite decimo-quarto, omnium longiſſimo, Baſtidus ne vnum quidem Galliarum Monaſterium nominat, quod Sancti Benedicti legibus à Sancto Mauro aliiſque promulgatis auſcultarit, antequàm Sanctus Columbanus Anagratenſem eremum incoleret. In nos acriùs inuehitur ſuo more, quòd per illa tempora Sanctos Iunianum & Leobardum ex albo Benedictinorum eraſerimus. De Sancto Iuniano egimus Tomo primo ad annum Chriſti

d Num. 12. quingenteſimum vndeſexageſimum [d], de Sancto Leobardo ad annum

e Num. 42. Chriſti quingenteſimum octogeſimum-ſextum [e] Tomo ſecundo. Lectoris eſt rationes noſtras examinare, ſimúlque cum reſponſu aduerſarij priùs conferre, quàm iudicium ferat. Nos quoque ſugillat Baſtidus, quòd Tomo

ſecundo ad annum Chriſti ſexenteſimum ſexageſimum-quintum [a] ſcripſerimus poſſe meritò dubitari, vtrùm Sancti Benedicti Regula fuerit ea, *quam priorum Patrum decretis inſtitutam* beatus Martinus, Abbas pòſt Vertanenſis, *à tranſalpinis regionibus* aſportaſſe fertur. Hac etiam de lite iudicium penes æquum Lectorem eſto. Longè recentiores extiterunt Sanctus Wandelinus Tabuleienſis Abbas & Sanctus Rodingus Abbas Bellilocenſis, &, quia ſeptimo ſeculo floruerunt, in hoc decimo-quarto Diſſertationis capite nominari quidem debuerunt, eos tamen amplificandæ contentionis ergò Baſtidus à nobis Ordini Benedictino detractos queſtus eſt. Actum de Sancto Wandelino Tomo ſecundo ad annum Chriſti ſexcenteſimum triceſimum-primum [b], de Sancto Rodingo Tomis tertio & quarto, ſed vt de Monaſtica vita, quam profeſſus eſt, rectè iudices, ea potiſſimùm conſule, quæ Tomo tertio notata ſunt ad annos Chriſti ſexcenteſimum quadrageſimum-ſecundum [c] & ſexcenteſimum ſexageſimum-quintum [d]. | AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

[a] Num. 13.
[b] Num. 13.
[c] Num. 65.
[d] Num. 9[illegible].

Decimo-quinto Diſſertationis capiti præfigitur hic Titulus. *S. Benedicti Regula Gallis Monachis nota, antequàm S. Maurus ad eos accederet.* Eodem quo Sanctus Benedictus obiit anno, Sanctus Maurus in Galliam venit. Quapropter ante huius aduentum Regulam Sancti Benedicti notam non Monachis modò ſed etiam Epiſcopis Galliarum fatemur. Illúdque vel ex eo patet, quòd Sanctus Benedictus tum Caſinenſis Abbas acceptâ Cenomannenſis Epiſcopi Legatione prædictum Maurum cum aliis è ſuis diſcipulis in Galliam direxit. At in quopiam Galliarum Monaſterio ſuſceptam priùs Sancti Benedicti Regulam nec ſcimus, nec aduerſarius probat. CXXXI.

Decimo-ſexto ſiue vltimo Diſſertationis capiti præfigitur hic Titulus. CXXXII. *Nullum Monachorum Ordinem à Benedictino diuerſum ad Ludouici Pij tempora in Galliis viguiſſe, generali concluſione probatur.* Ad fulciendam hanc concluſionem Baſtidus duplex affert argumentum; *quorum vnum*, inquit, *à proprio Monachorum ingenio, ſpecialíque eorum propenſione ad retinendam ſeruandámque eandem Regulam, quam profeſſi fuere, deſumitur; ſecundùm verò ab Auctorum ſilentio, qui eadem Monaſteria ab anno quingenteſimo quadrageſimo-quinto ædificata, ab vna ſpeciali Regula ad Benedictinam tranſiiſſe numquam ſcripſere, nullibíque meminere.* Non inficiamur Monachos *ad retinendam ſeruandámque eandem Regulam, quam profeſſi fuere*, valdè propenſos fuiſſe. Quapropter, teſte Henſchenio in Commentario vitæ Sancti Benedicti [e] præuio, *frequentiores adhibendæ fuerunt inculcationum machinæ, vt propria & hactenus in Monaſteriis obſeruata Regula tolleretur, atque alia à Sancto Benedicto ſcripta aſſumeretur.* Anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-tertio habita in Carolomanni Maioratu Synodus Germanica, cuius Canone decimo-ſexto ſtatuitur, *vt Monachi & ancillæ Dei Monaſteriales iuxta Regulam Sancti Benedicti Cœnobia vel Xenodochia ſua ordinare, gubernare, & viuere ſtudeant, & vitam propriam degere ſecundùm prædicti Patris ordinationem non negligant.* Anno proximo in eodem Carolomanni Maioratu celebrata Synodus Liptinenſis, in qua communi conſenſu Canones Synodi Germanicæ recepti ſunt & approbati, atque imprimis *Abbates & Monachi* Canone primo *receperunt Regulam ſancti Patris Benedicti ad reſtaurandam normam regularis vitæ.* Priùs igitur, quàm Concilia Germanicum & Liptinenſe congregarentur, erant Abbates ac Monachi, qui propriam retinebant ſeruabántque Regulam, quam profeſſi fuerant à Benedictina diſtinctam, prædictarúmque Synodorum Patres accipi debent pro grauiſſimis Auctoribus, qui pleraque Monaſteria, reiectis, quas anteà profitebantur, Regulis, ad Benedictinam acceſſiſſe teſtantur. Suo quoque tempore, cùm ſeries rerum à nobis id poſtulabit, ex aliis Scriptoribus oſtendemus vniformem tandem *traditum cunctis Monaſteriis, tam viris quàm ſanctimoniali-*

[e] D. 21. Mart.

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

bus feminis, viuendi ſecundùm Regulam Sancti Benedicti incommutab[illegible]
morem, nihil enim per anteceſſum hîc dictum volumus. Interim con[illegible]
ret Baſtidus, quàm intempeſtiuè victorem ſe prædicat hoſte ne qu[illegible]
viſo. Tomorum, quos hactenus edidimus, quartum ſeu poſtremum
Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-ſeptimo clauſimus. Agere nobis [illegible]
cuit de Synodis Germanica & Liptinenſi, quæ ſeriùs habitæ ſunt, [illegible]
minùs de vniformi incommutabili viuendi ſecundùm Regulam Bene[illegible]
nam more, qui nono ſeculo cunctis per Galliam Monaſteriis tam viro[illegible]
quàm fœminarum traditus eſt. Hoc ipſo quinto Annalium Tomo ſer[illegible]
nem de Conciliis Germanico & Liptinenſi iam fecimus, ſequent[illegible]
Tomo, ſi Deus vitam conceſſerit, de rebus nono ſeculo geſtis diſſeren[illegible]
Specialiùs, inquit Baſtidus, *Annaliſtæ opinionem impugnabo, quâ Pacho*[illegible]
Baſilij, Columbanique Regulas in pluribus Galliarum Monaſteriis vſu fuiſſ[illegible]
ceptas, eóſque tres Monachorum Ordines à Benedictino diſtinctos & ſepa[illegible]
conſtituiſſe, ſibi probaſſe videtur. Et inferiùs, quia in præcedentibus Ann[illegible]
lium noſtrorum Tomis, nullum legit verbum, quo Monaſteria Galliaru[illegible]
abiectis Sanctorum Patrum, Baſilij, Pachomij, & Columbani Regulis, ad [illegible]
nedictinum Ordinem probemus confugiſſe, mentem ſuam ſic explic[illegible]
Dicendum fidenter exiſtimo nullum iſtorum Patrum Regulam à Benedicti Reg[illegible]
ſeiunctam in Gallicanis Monaſteriis vſu communi receptam fuiſſe. Quapropt[illegible]
non quærant à nobis, quo tempore S. Columbani Monachi à Benedictina [illegible]
uerſi, aut S. Baſilij, aut aliorum Patrum diſcipuli Benedictina inſtituta [illegible]
rint amplexi; vltrò enim fatemur nullum deſignari poſſe, ex eo [illegible]
nullos in Galliis fuiſſe Sanctorum, Baſilij, Pachomij, aut Colum[illegible]
Ab illo Scriptore varia non quæremus tempora, quibus [illegible]
liarum, abiectis, quas anteà ſequebantur, Regulis, Bened[illegible]
xa ſunt. Hac de mutatione fruſtrà interrogaremus homi[illegible]
fatetur *nullum tempus deſignari poſſe*, quo facta ſit. At, [illegible]
ea recedet opinione, poſtquàm hunc Annalium noſtror[illegible] ſperamus, ab
proximum, eâdem, quâ ſuperiores, attentione peruoluerit. [illegible] Tomum
cur Macarij loco Pachomium ſæpè nobis obtrudat, de Pac[illegible] Non capimus.
locuti non ſumus. Regulam verò Sancti Macarij cum Reg[illegible]homij Regu[illegible]
nedicti deſcripſimus Tomo primo, vt & Regulam Sancti [illegible]la Sancti Be-
mo ſecundo, & Regulam Sancti Baſilij Tomo tertio; id eſt, Columbani To-
Chriſti quadringenteſimum nonageſimum-ſextum [a], cùm [illegible], ad annum
Monaſterio Reomaenſi, cui beatus Ioannes Abbas Macariana[illegible] ageremus de
impoſuit; ad annum Chriſti quingenteſimum quadrageſimum-quartum [b], [illegible] Regulam
cùm ſermo nobis eſſet de Monaſterio Glannafolienſi, cui [illegible] Sanctus Maurus
Regulam Benedictinam præſcripſit; ad annum Chriſti quingenteſimum
nonageſimum [c], cùm verba faceremus de Monaſterio Luxouienſi, quod ab
ipſomet Sancto Columbano conditum eſt; & ad annum Chriſti ſexcente-
ſimum quinquageſimum-primum [d], cùm Cellam memoraremus in loco, cui
nomen Vrſidungus, erectam à beato Giſleno Sancti Baſilij diſciplinis ad-
dicto. Quatuor haſce Regulas Sanctorum, Macarij, Baſilij, Benedicti &
Columbani, præ ceteris in Gallia ſeptimo ſeculo florentiſſimas fuiſſe do-
cet Coſchinus, vbi Sanctum Philibertum adminiſtrationem Monaſterij
Reſbacenſis anno Chriſti ſexcenteſimo ſexageſimo iam adeptum ſic com-
mendat. *Baſilij Sancti Chariſmata, Macarij Regulam, Benedicti Decreta,*
Columbani Inſtituta, Sanctiſſimâ lectione frequentabat aſſiduè. Sancto Phili-
berto antiquior extitit Sanctus Deſiderius; qui Cadurcenſem Epiſcopatum
eodem ſeptimo ſeculo gubernauit, ab anno videlicet Chriſti ſexcenteſimo
vndetriceſimo ad annum Chriſti ſexcenteſimum vndequinquageſimum. In
huius vita Regulæ Sancti Benedicti & Sancti Columbani reliquis ſic an-
teponuntur. *Nullus quidem eo tempore in vrbe Cadurca propoſitum Monachi,*
neque habitum Religionis, aut Regula Cœnobialis iter intrauerat; Secreta

Columbani

[a] Nu. 114. & ſeqq.
[b] Nu. 3. & ſeqq.
[c] Nu. 35. & ſeqq.
[d] Nu. 7. & ſeqq.

Columbani procul aberant, Inſtituta Benedicti longiùs diſtabant. Nec aliò abit Coſclhinus in vita Sancti Philiberti iam citata, de Monaſteriis, quæ Regulam Sancti Columbani tum ſequebantur, magnificentiſſimè ſic loquitur. *Quia ſancti viri ſemper perfectiora ſectantur, cœpit Sacerdos Domini* Philibertus *ſanctorum Cœnobia circuire, vt aliquid emolumenti ex ſuſceptione ſanctitatis valeret accipere. Luſtrans Luxouium, & Bobium, vel * reliqua Cœnobia ſub norma Sancti Columbani degentia, atque omnia Monaſteria, quæ intra ſuum gremium Francia & Italia ac tota concludit Burgundia, aſtutâ intentione prouidens, vt prudentiſſima apis, quidquid melioribus florere vidit ſtudiis, hoc ſuis traxit exemplis.* Hunc textum ſuperiore Tomo [a] iam allegauimus, nec adhuc quis è Scriptoribus Benedictinis reſponſum fecit. Vt Sancti Columbani Regulam poſt annum Christi ſexcenteſimum ſexageſimum, quo Sanctus Philibertus adminiſtrationem Reſbacenſis Monaſterij ſuſcepit, in Cœnobiis, Luxouienſi, Bobienſi, multiſque aliis, obſeruatam probes, nihil magis appoſitè poteſt excogitari. Sed præter Sancti Columbani Regulam, tréſque de quibus ſuprà, complures in Gallia per illud tempus viguiſſe certum eſt, ſeu Monaſteria Sancto Benedicto vetuſtiora fuerint, ſeu recentiora. Cœnobia numeroſóſque Monachorum cœtus in Gallia priùs fuiſſe, quàm Sanctus Benedictus Regulam conderet, docent ea, quæ Tomo primo de Pictauio, de Turonis, de Lerino, de Reomao, aliíſque ſcripſimus locis, vbi ab antiquiſſimis temporibus inſtituti Monachi. Deinde eâdem quâ Sanctus Benedictus ætate, vel paulò pòſt in Gallia floruerunt multi nouarum Regularum conditores. Sanctus Cæſarius Arelatenſis Eccleſiæ Metropolitanus Epiſcopus, cui Sanctus Benedictus menſes duntaxat aliquot ſuperuixit, duas edidit Regulas, vnam pro viris, alteram pro Monialibus. Idem præſtitit Sanctus Aurelianus Arelatenſis quoque Metropolitanus, cuius obitus in annum Chriſti quingenteſimum quinquageſimum incidit. Sanctus Ferreolus Epiſcopus, qui Diœceſim Vcecienſem ab anno Chriſti quingenteſimo quinquageſimo-tertio ad annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-primum gubernauit, Regulam Monachorum ſcripſit. Sanctus Donatus Veſontionenſis Epiſcopus Metropolitanus, qui ſedebat anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-quinto, & in cælum anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-ſecundo migrauit, Regulam Monialium condidit. Illis de Regulis actum Tomis Annalium primo [b] & ſecundo [c]. Quis ſibi nullam prorſus è tot Regulis in Gallia Seculis ſexto & ſeptimo receptam perſuadeat? Æqui Lectoris iudicium pro noſtra procul dubio ſententia ſtabit, Annalibus noſtris ſuam confirmabit auctoritatem, nóſque non *antiquorum Ordinum Conditorem nouum*, vt Baſtidus [d] per ludibrium vocauit, ſed Defenſorem & Encomiaſten pronuntiabit.

AN. CH. 751.
CHILDERICI III. R. 8.

* vel. id eſt, &

[a] Ad an. 734. n. 42.

[b] Ad ann. 530. 545. 558.

[c] Ad an. 625.

[d] Cap. 7.

Præfationi, quam Lucas Dacherius & Ioannes Mabillonus poſteriori Tomo tertij Seculi Benedictini præfixerunt, & Diſſertationi, quam Philippus Baſtidus ad calcem eiuſdem Tomi ſubiecit, huc vſque reſpondimus, occaſione Priuilegiorum Senonenſis & Corbeienſis, quæ ſimul contulimus, reſtat vt vtriuſque ſubſcriptiones paulò accuratiùs hic examinemus. CXXXIII. SVBSCRIPTIONES PRIVILEGIORVM SENONENSIS, ET CORBEIENSIS, EXAMINANTVR.

Emmo Epiſcopus, vt Priuilegio Senonenſi, quod anno tertio Clotarij Regis, id eſt, anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-octauo datum eſt, ſic & Corbeienſi ſubſcripſit anno pòſt quarto, id eſt, anno Clotarij Regis ſeptimo, Chriſti ſexcenteſimo ſexageſimo-ſecundo, nec hic Emmo diuerſus eſt ab Emmone Metropolita Senonenſi, qui vitam ad annum vſque Chriſti ſexcenteſimum vndeſeptuageſimum produxit. CXXXIV.

Ioannes peccator Priuilegio Senonenſi ſubſcripſit. Hic erat Arelatenſis Metropolitanus, de quo conſule Tomum tertium. CXXXV.

Vnemundus Priuilegio Senonenſi ſubſcripſit. Hunc Mabillonus eundem cum Annemundo Metropolita Lugdunenſi conſtituit. Id à vero non videtur alienum. Annemundi proximus ſucceſſor Geneſius Priuilegio Corbeien- CXXXVI.

Tomus V.

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8.

ſi ſubſcripſit. De tempôre, quo peremptus eſt Annemundus, diſpu[illegible] Neoterici. Trucidatum anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-qu[illegible] cùm Clodoueus Secundus regnabat, aliàs credidimus. At cum ſeru[illegible] terfectum, poſt annum videlicet Chriſti ſexcenteſimum quinquageſim[illegible] octauum, cùm Clotarius Tertius Regno potiebatur, oſtendit præcitata [illegible] nonenſis Priuilegij ſubſcriptio. Caue tamen ne Baldechildem Regi[illegible] necis illatæ ream arbitreris.

CXXXVII. *Eodaldus Epiſcopus* Priuilegio Senonenſi, Corbeienſi *Chaoaldus Epiſ[illegible]* ſubſcripſit. Chaoaldus Eoaldi loco vitio Librarij ſcriptus videtur. Era[illegible] tem Metropolitanus Viennenſis Eoaldus, ſiue Ethoaldus, aut Edoal[illegible] vel Eualdus, aut Edoldus. Ab anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſ[illegible] quarto, quo Landalenus Viennenſis Pontifex Cabilonenſe Concilium [illegible] ſubſcriptione communiuit, ad annum Chriſti ſexcenteſimum quinqu[illegible] ſimum-octauum, quo Senonenſe Priuilegium emiſſum eſt, in Antiſti[illegible] Viennenſium Catalogo certa non reperitur epocha. Landaleno ſucceſ[illegible] in Præſulatum Bobolinus, tum Georgius, huic Eodaldus, qui Priuile[illegible] Senonenſi ſubſcripſit anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-octauo.

CXXXVIII. *Bertaldus peccator* Priuilegio Senonenſi ſubſcripſit. Hic Bertaldus ſeu B[illegible] tpaldus Trecenſis Epiſcopus fuit, ſucceſſerat Sancto Leuconio ſeu Leo[illegible] nio, cuius deceſſor Lupus Cabilonenſe Concilium cum aliis Epiſcopis a[illegible] no Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo-quarto celebrarat.

CXXXIX. *Leoboldus Epiſcopus* Priuilegio Senonenſi, Corbeienſi *Leodeboldus pecc[illegible]* *Epiſcopus* ſubſcripſit. Hunc Leoboldum, quem eundem [illegible] boldo putamus, Eccleſiæ Lingonenſis Epiſcopum ſtatui[illegible] Ab anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo-quarto, quo [illegible] gonenſis Epiſcopus Cabilonenſi Concilio ſubſcripſit, ad [illegible] ſexcenteſimum octogeſimum-ſextum, quo Ioannes Papa [illegible] Eronotum Epiſcopo Lingonenſi, certa non occurrit in Lingonenſium An[illegible] tiſtitum Catalogis epocha. Bertoaldi ſucceſſores hoc ordine [illegible] ſentur, Wlfrannus, Godinus, Adoinus ſiue Adonius, Garibaldus ſiue Gairbaldus ſeu Gaarbaldus, Eronus. Ex opinione Mabilloni, qui Leo[illegible] boldum Lingonenſem Epiſcopum pro lubitu finxiſſe non videtur, eidem Leoboldo poſt Wlfrannum in Antiſtitum Lingonenſium nomenclatura lo[illegible] cum tribuendum cenſemus, quamuis aliter Tomo tertio ſcripſerimus, & Leodeboldum ſeu Leoboldum ſuſpicati ſimus eundem eſſe cum Launobo[illegible] do Lexouienſi Epiſcopo, qui Cabilonenſe Concilium anno Chriſti ſexcen-teſimo quadrageſimo-quarto ſuâ ſubſcriptione roborauit.

CXL. Diœceſim igitur Lexouienſem anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo-quarto Launobodus adminiſtrabat Epiſcopus. Huic ſubrogandus videtur Biego, qui decimo-quarto pòſt anno Priuilegio Senonenſi ſic ſubſcripſit, *Biego peccator Luxogius vrbis Epiſcopus*; tum Fulcrannus, de quo locuti ſumus ad annum Chriſti ſexcenteſimum octogeſimum-octauum.

CXLI. *Amicharius in Chriſti nomine acſi peccator Epiſcopus* Priuilegio Senonenſi ſubſcripſit. Is fuit Amicharius ſiue Amicalarius vel Amlacarius aut Anicalarius ſiue Amilcarius Sagienſis Epiſcopus, qui Cabilonenſi Concilio præſens interfuerat, vt Tomo tertio ad annum Chriſti ſexcenteſimum quadrageſimum-quartum [a] obſeruauimus.

[a] Num. 30.

CXLII. *In Chriſti nomine Gautiobertus Epiſcopus* Priuilegio Senonenſi, Corbeienſi *Gautiobertus acſi peccator Epiſcopus* ſubſcripſit. Mabillonus hunc Gautiobertum Carnotenſem Epiſcopum ſtatuit*, innuítque eundem eſſe cum Gauzberto, cuius meminit Emmo Senonenſis Archiepiſcopus initio ſui Priuilegij. Metropolitano Senonenſi ſuberat Epiſcopus Carnotenſis, eratque, vt Emmo loquitur, vnus è *Senonicæ ciuitatis comprouincialibus*. Vtrùm Gautiobertus idem ſit cum prædicto Gauzberto, non liquet. Inter Epiſcopos illorum temporum nullus inuenitur Gautiobertus, idem

forte eſt ac Gobertus Andegauenſis Epiſcopus, qui Godebertus à Widone AN. CH.
Artaldo in Indice Epiſcoporum Andegauenſium, promiſcuè Gobertus & 751.
Godebertus à Roberto in Gallia Chriſtiana nuncupatur, & in Andega- CHILDE-
uenſi Cathedra poſt Magnobodum anno Chriſti ſexcenteſimo quinquage- RICI III.
ſimo-quarto mortuum ſedit. Quod attinet ad Gauzbertum, cuius mentio R. 8.
fit initio Priuilegij Senonenſis, hunc Epiſcopis Carnotenſibus accenſendum
temur. Epiſcoporum Carnotenſium Indices, qui valdè confuſi ſunt, non
ſemel examinauimus, infráque examinabimus adhuc accuratiùs, quia
Gauzbertum, exiſtimamus Epiſcopum fuiſſe, cùm Senonenſe Priuilegium
emiſit Emmo.

Hughierius peccator Priuilegio Senonenſi ſubſcripſit. Hunc Hughie- CXLIII.
rium Mabillonius Epiſcopum Conſtantienſem fuiſſe ſuſpicatur, ſed in
Catalogis Epiſcoporum Conſtantienſium, quod ad hoc nomen accedat,
nullum occurrit.

Chrodobertus peccator Priuilegiis Senonenſi Corbeienſique ſubſcripſit, nec CXLIV.
alius haberi debet à Chrodoberto Pariſienſi Epiſcopo, cuius deceſſor Im-
portunus Landerico ſucceſſerat ad annum Chriſti ſexcenteſimum quinqua-
geſimum-quartum adhuc ſuperſtiti.

Burgundofarus in Chriſti nomine acſi indignus Epiſcopus Priuilegio Seno- CXLV.
nenſi ſubſcripſit. Hic fuit celeberrimus Faro Meldenſis Epiſcopus, initio
Priuilegij nominatus, de quo multa Tomis ſecundo & tertio.

Maurinus peccator Priuilegio Senonenſi ſubſcripſit. Maurinus hic Epiſco- CXLVI.
patum Bellouacenſem geſſit, ſubſcriptioníque, de qua nunc agimus, diu
ſuperſtes haud vixit. Succeſſit enim in Epiſcopatum Himbertus, tum
Clemens regnante Clotario Tertio.

Bertofridus Epiſcopus peccator Ambianis vrbis Priuilegio Senonenſi, Cor-
beienſi *Berthefridus peccator Ambianenſium vrbis Epiſcopus* ſubſcripſit. Hic CXLVII.
Ambianenſis Epiſcopus anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo-quarto
Cabilonenſe Concilium cum aliis Præſulibus celebrauit, & in viuis ad-
huc ſuperſtes erat anno Chriſti ſexcenteſimo duodeſeptuageſimo.

In Chriſti nomine Bercarius etſi peccator Epiſcopus Priuilegio Senonenſi
ſubſcripſit. Hic Mabillono Cenomanenſis eſt Epiſcopus. Idem igitur CXLVIII.
cum Berario, qui Cenomanenſem Epiſcopatum ab anno Chriſti ſexcente-
ſimo quinquageſimo-quinto ad annum Chriſti ſexcenteſimum octogeſimum-
primum gubernauit.

In Chriſti nomine Concessus peccator Epiſcopus Ebrocini Priuilegio Seno-
nenſi ſubſcripſit. Mancus eſt hoc loco Catalogus Ebroicenſium Antiſti- CXLIX.
tum, Æterno Ebroicenſi Epiſcopo, cuius obitum anno Chriſti ſexcenteſimo
quinquageſimo-tertio conſignauimus, ſubrogandus Conceſſus, huic poſt
annum Chriſti ſexcenteſimum duodeſexageſimum Aquilinus, deinde poſt
annum Chriſti ſeptingenteſimum Deſiderius, qui Leufredum Abbatem
ſub initium ſui Pontificatûs vexauit.

Hecherius peccator Priuilegio Senonenſi ſubſcripſit. Hunc Mabillonus CL.
Epiſcopum Niuernenſem vocat. At Hecherius in Catalogo Niuernenſium
Epiſcoporum non inuenitur, occurrit quidem Iterius, ſed ſeriùs, de hoc
enim ſic Chenutius. *S. Iterius anno 691. Sedebat Pontificatûs S. Sergij
Papæ & regni Theodorici I.* (nobis III) *Franciæ Regis tempore.* Sedes
igitur Hecherij nos latet.

In Chriſti nomine Momolenus acſi peccator Priuilegio Senonenſi, Cor-
beienſi *Mummolenus acſi peccator Epiſcopus* ſubſcripſit. Momolenus ſeu Mum- CLI.
molenus aut Mummolinus factus eſt Epiſcopus Nouiomenſis ac Tornacen-
ſis anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-nono, vitámque clauſit anno
Chriſti ſexcenteſimo octogeſimo-quinto. Inde oritur quæſtio, cur Priuile-
gio Senonenſi dicatur ſubſcripſiſſe, cùm Eligius eius deceſſor initio Priui-
legij nominatus inueniatur, eóque ſederit tempore quo datum Priuilegium,

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8. imò annum integrum ſuperuixerit. Philippus Baſtidus capite ſexto [illegible] contra nos Diſſertationis *certiſſimum* ait ſibi videri, *non omnes qui ſub*[illegible] *pti reperiuntur diuerſis in Chartis, ſimul eodémque tempore ſua nomina de*[illegible] Fraudis ſuſpicione non caret hoc ſubterfugium, vt patet ex pluribus [illegible] tis, de quibus diſputatum ſuis locis.

CLII. *Rigwaldus peccator* Priuilegio Senonenſi ſubſcripſit. Mabillonus ait *incer*[illegible] *eſſe cuius Sedis Epiſcopi fuerint Rigwaldus & Gaudemundus; niſi Gaudemu*[illegible] *idem ſit qui Gaudo Aurelianenſis & Rigwaldus idem qui Reginaldus Siluanecte*[illegible] At Autbertus ſiue Audobertus, de quo infrà, Diœceſim Siluanecten[illegible] tunc regebat, Reginaldus verò longè ſeriùs adminiſtrauit regnante Ca[illegible] Magno. Sedes igitur Rigwaldi neſcitur. Agemus infrà de Gaudemun[illegible]

CLIII. *In Chriſti nomine Lupus Epiſcopus* Priuilegio Senonenſi ſubſcripſit. [illegible] pus factus eſt Epiſcopus Cabilonenſis anno Chriſti ſexcenteſimo quin[illegible] geſimo-ſecundo, ſeditque annos circiter ſexdecim.

CLIV. *Gaudemundus peccator* Priuilegio Senonenſi ſubſcripſit. Mabillonus, [illegible] in Rigwaldo notauimus ſuprà, ſcribit incertum eſſe cuius ſedis Epiſcop[illegible] fuerit Gaudemundus, niſi ſit idem qui Gaudo Aurelianenſis. At multò [illegible] riùs ſedit Gaudo, & illis temporibus, quibus emiſſa ſunt ambo Priuile[illegible] Senonenſe & Corbeienſe, Diœceſim Aurelianenſem regebat Audo, q[illegible] Cabilonenſe Concilium ſuâ ſubſcriptione communiuit anno Chriſti ſexce[illegible] teſimo quadrageſimo-quarto, atque initio Corbeienſis Priuilegij nomina[illegible] eſt ab Epiſcopo Berthefrido. Sed quid affinitatis Audoni cum Gaudem[illegible] do? Vt igitur Rigwaldi de quo ſuprà, ſic & Gaudemundi [illegible] ratur.

CLV. *Deocharius peccator* Priuilegio Senonenſi ſubſcripſit. Is [illegible] nus Epiſcopus, & anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo [illegible] quarto inter[illegible] fuit Concilio Cabilonenſi

CLVI. *In Chriſti nomine Gyroindus acſi peccator* Priuilegio Senonenſi ſubſcripſit. Hunc Mabillonus Aruernenſem Epiſcopum dicit. At illâ [illegible] ætate nullus et Aruernenſibus Epiſcopis nomen Gyroindi gerit.

CLVII. *In Chriſti nomine Druſio acſi peccator* Priuilegio Senonenſi, Corbeienſi *Drauſcio acſi peccator* ſubſcripſit. Druſio ſeu Drauſcio vel Drauſcius Epi[illegible] ſcopatum Sueſſionenſem anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-quarto ſuſcepit, viuebátque adhuc anno Chriſti ſexcenteſimo duodeſeptuageſimo.

CLVIII. *In Chriſti nomine Audebertus acſi indignus Epiſcopus* Priuilegio Senonenſi, Corbeienſi *Audobertus acſi peccator Epiſcopus* & *Audebertus acſi peccator Epiſcopus* ſubſcripſerunt. Cùm Priuilegia, de quibus loquimur, emiſſa ſunt, duo florebant Autberti ſiue Audeberti vel Audoberti, vnus Siluanectenſis, alter Atrebatenſis & Cameracenſis Epiſcopus, ille ab anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo quarto ad annum Chriſti ſexcenteſimum nonageſimum-quintum, hic ab anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-tertio ad annum Chriſti ſexcenteſimum duodeſeptuageſimum ſedit.

CLIX. *In Chriſti nomine Ragnobertus acſi indignus Epiſcopus* Priuilegio Senonenſi, Corbeienſi *Ragnobertus acſi indignus Epiſcopus* ſubſcripſit. Hic Baiocenſis erat Epiſcopus, & Remenſi Concilio ante annos tres ac triginta præſens interfuerat.

CLX. Huc vſque de Epiſcopis, qui Priuilegio Senonenſi ſubſcripſerunt. Horum plerique Corbeienſi quoque Priuilegio ſubſcripſerunt poſt quadriennium, itaut ex ſubſcriptionibus, quæ Corbeienſi Priuilegio ſubiiciuntur, quatuor tantùm ſuperſint hic examinandæ.

CLXI. *Boſo in Dei nomine Epiſcopus* Priuilegio Corbeienſi ſubſcripſit. Hic Gratianopolitanus erat Epiſcopus.

CLXII. *Audoenus Epiſcopus* Priuilegio Corbeienſi ſubſcripſit. Hic ab anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo ad annum Chriſti ſexcenteſimum octogeſimum-tertium Eccleſiæ Rotomagenſi Metropolitanæ præfuit.

Dado peccator Priuilegio Corbeienſi ſubſcripſit. Audoenus, de quo ſuprà, AN. CH.
nuncupatur etiam Dado, ſed in Corbeienſi Priuilegio vitioſè videtur ex- 751.
cuſus Dado, reſtituendúſque Dido Pictauienſis Epiſcopus, qui redierat in CHILDERICI III.
gratiam cum Regia familia, vt ad annos Chriſti ſexcenteſimum quinqua- R. 8.
geſimum-quartum & ſexcenteſimum quinquageſimum-ſeptimum obſerua-
uimus. CLXIII.

Paternus peccator Egloenſis Eccleſia acſi indignus Epiſcopus Priuilegio Cor- CLXIV.
beienſi ſubſcripſit. Egloenſis Eccleſiæ nulla fit mentio. Fortè Paternus leui
mutatione facta non Egloenſis ſed Eloſenſis ſiue Eluſenſis Eccleſiæ dicen-
dus eſt Epiſcopus, nec Indices Eluſenſium Metropolitarum refragabuntur,
Senocus enim, de quo ſermonem ad annum Chriſti ſexcenteſimum viceſi-
mum-ſextum ex Fredegario fecimus, in Eluſenſium Epiſcoporum Catalo-
gis hactenus editis poſtremum locum occupat, nominàque ſucceſſorum ad
euerſionem vſque Eluſæ deſiderantur.

In prædictiorum Priuilegiorum ſubſcriptionibus accuratiùs examinandis CLXV.
operæpretium duximus immorari, quoniam ex iis quidam Epiſcopo- EPISCOPORVM CAR-
rum Indices aut emendandi ſunt aut augendi. Præ cæteris valdè pertur- NOTENSIVM
batus eſt Epiſcoporum Carnotenſium Catalogus. Lege quæ Tomo tertio ACCVRATA
dicta ſunt ad annum Chriſti ſexcenteſimum quinquageſimum-tertium, CHRONO-
quo Malardus obiit. Eò vſque Chronologia noſtra rectè proceſſit. Quid LOGIA.
de Malardi ſucceſſoribus ſentiamus, hîc accipe, quicquid è calamo ſecus
excidit, expuncto.

Apud Democharem Malardo ſuccedit Gaubertus, apud Robertum & CLXVI.
Sammarthanos Gauſbertus, tum Godebertus *fortè idem cum ſuperiore*, vt
Robertus obſeruat. Vnum è duobus conflandum exiſtimamus Gauſber-
tum ſeu Gauzbertum initio Priuilegij Senonenſis nominatum, qui teſti-
bus Democharе, Rolliardo, Chenutio & Seuertio, decem duntaxat an-
nos ſederit, & iuxta noſtram computationem ex hac vita migrarit anno
Chriſti ſexcenteſimo ſexageſimo tertio.

Poſt Gauſbertum ſeu Gauzbertum ſedit Lancegiſilus. In hanc ſenten- CLXVII.
riam imus, quia Lancegiſilus Pontificatum annis vndecim geſſit, floruít-
que regnante Clotario Tertio, cuius obitus in annum Chriſti ſexcenteſi-
mum vndeſeptuageſimum incidit. De numero annorum, quibus Epiſco-
patum Lancegiſilus tenuit, conueniunt Demochares, Rolliardus, Chenu-
tius, & in Eccleſia Sancti Carauni prope Carnotum vetus legitur inſcri-
ptio, quæ Baſilicam illam à Clotario Francorum Rege dotatam teſtatur,
Lancegiſili Epiſcopi nomine, vt Rolliardus [a] obſeruat, ad latus adiecto. Hic [a] Cap. 13.
Auctor, quia Lancegiſilum anno Chriſti quingenteſimo duodenonageſimo
ſediſſe putat, prælaudatam inſcriptionem interpretatur de Clotario Secun-
do, qui Regnum ſuſcepit anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quarto,
vitámque anno Chriſti ſexcenteſimo duodetriceſimo cum morte commu-
tauit. At Lancegiſilum ſeriùs ad Epiſcopalem dignitatem promotum docet
ſeries cùm Epiſcoporum qui Dioeceſim Carnotenſem adminiſtrarunt, tum
Abbatum qui Monaſterio Sancti Carauni iuxta muros Carnotenſes præ-
fuerunt. Anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-tertio, cùm Synodus
Pariſienſis habebatur, de Promoto facto Epiſcopo Dunenſi queſtus eſt Pa-
pulus Carnotenſis Epiſcopus, qui Concilium ſecundum Matiſconenſe
cum aliis Præſulibus anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quinto cele-
brauit, vitámque clauſit anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-quarto,
nam Betharij, qui proximè in Epiſcopatum ſucceſſit, annus ſextus cum
anno Chriſti ſexcenteſimo comparatur, vt ex eiuſdem Betharij vita &
Chronico Fredegarij ſimul collatis probauimus. Hic Betharius, cùm re-
gimen Eccleſiæ Carnotenſis penes Papulum Antiſtitem erat, id eſt, poſt
annum Chriſti quingenteſimum ſeptuageſimum-ſeptimum, *puer* in Fran-
ciam ex Italia venit, obiítque *longo iam ſeneo fatigatus*, vt Auctor vitæ lo-

AN. CH. quitur. Vnde concluſimus vixiſſe illum penè vſque ad annum Chriſti [illegible]
centeſimum viceſimum-quintum, ſiue vſque ad celebrationem Co[illegible]
751. Remenſis, cui ſucceſſor Berthegiſilus teſte Flodoardo [a] præſens inte[illegible]
CHILDERICI III. Tertio poſt Synodum Remenſem anno migrauit è vita Rex Clotar[illegible]
ius nominis Secundus. Ei ſuperſtes vixit Berthegiſilus Carnotenſis Ep[illegible]
R. 8. pus, cuius ſucceſſor Malardus Concilio Cabilonenſi ſub Clodoueo Se[illegible]
[a] Lib. 2. c. 5. do Rege ſubſcripſit. Ergo Pontificatus Lancegiſili cum Principatu C[illegible]
rij Secundi non coincidit. Idem colligimus ex Abbatum Indice, qui [illegible]
[a] S. Cheron. naſterium Sancti Carauni gubernarunt. Beatus * Caraunus Sancto [illegible]
nyſio primo Pariſiorum Epiſcopo coætaneus vixit, Martyrium in Dio[illegible]
Carnotena ſubiit Galliâ ſub ethnicis Romanorum Imperatoribus geme[illegible]
ſepultúſque fuit à ſociis prope ciuitatis Carnotenæ ſuburbia, vbi Mo[illegible]
terium illius nomine conſpicuum hodie cernitur. Abbates antiquiſſimi [illegible]
[b] Tom. 4. Gall. Chriſt. cenſentur [b] Aper & Dionyſius, quorum hic Præfecturam anno Ch[illegible]
ſexcenteſimo duodeſeptuageſimo ſuſcepit, itaut Aper Abbatis officio fun[illegible]
tus videatur regnante Clotario Tertio, qui Clodoueo patri ſucceſſit an[illegible]
Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-quinto, deſiitque viuere anno Chri[illegible]
ſexcenteſimo ſexageſimo-nono. Ergo locus ille tunc primùm Monaſte[illegible]
ſiue Abbate ac Congregatione Canonicorum inſignitus fuit, cùm Clo[illegible]
rius Tertius Eccleſiam ſuper Sancti Carauni tumulum priùs erectam am[illegible]
plificauit dotauítque. Id autem Clotarius præſtitit Lancegiſilo Pontific[illegible]
tum gerente, vt patet ex inſcriptione ſuprà laudata, quæ in eadem B[illegible]
lica legitur ad parietem Chori. Rolliardus de primo illius Eccleſiæ [illegible]
ditu ſcribit nonnulla, quæ non videntur inter ſe ſatis conſt[illegible]
gnâ prorſus interpretatione conſolidentur. Capite decimo, [illegible]
Carnotenſium Epiſcoporum edit, Papulum commendat, qui [illegible]
rauni corpus è terra primus eleuarit; collocaritque in Eccleſia à ſe con-
ſtructa, quam hodie Abbatiam Sancti Carauni vocant. Deinde capite
decimo-tertio, vbi agit de Abbatibus illius loci, Serannum, ciuem Car-
notenſem, eiuſdem Eccleſiæ, quæ poſteà plurimùm aucta eſt, primum
conditorem agnoſcit. Hæc autem ſic conciliamus. In eo loco, vbi San-
ctus Caraunus ſepultus quieſcebat, Papulus Carnotenſis Epiſcopus Eccle-
ſiam erexit, Seranno ciue Carnotenſi prædiuite expenſas agente. Clota-
rius Tertius, Rex Francorum, cuius vt & Bathildis matris Regiâ muni-
ficentiâ multæ conſtructæ ſunt auctæque reditibus Eccleſiæ, ſpatioſiorem
reddidit copioſiſque dotauit prouentibus eandem Baſilicam, vt deinceps
illic Abbas cum Canonicorum cœtu Deo famularetur. Eodem tempore
primus Abbas inſtitutus eſt Aper, ſuperſtite in viuis Lancegiſilo, qui ex-
tinctus eſt anno Chriſti ſexcenteſimo ſeptuageſimo-quarto, cùm ſediſſet
ſexennium regnante Clotario Tertio, quadriennium regnante Childerico
Secundo, annúmque vnum regnante Theodorico Tertio.

CLXVIII. A Lancegiſili morte ad Synodum vſque Rotomagenſem, cui Airardus
Carnotenſis Epiſcopus anno Chriſti ſexcenteſimo duodenonageſimo præ-
ſens interfuit, quatuordecim effluxerunt anni. Illâ temporis intercapedi-
[c] Democh. Rolliard. Chenut. Seuert. ne penè integrâ ſedit Mainulfus, vndecim [c] enim annis Epiſcopatum geſ-
ſit. In Catalogo Democharis, quem Rolliardus & Chenutius ſecuti ſunt,
Sancto Caletrico, quem anno Chriſti circiter quingenteſimo ſexageſimo-
ſeptimo mortuum aſſeruimus, proximè ſuccedunt hi ſexdecim Pontifices,
Magobertus, Sigoaldus, Mainulfus, Theobaldus, Lancegiſilus, Malardus,
Gaubertus, Godebertus, Deodatus, Dronius, Pronius, Papulus, S. Betharius,
Berthegrannus, Haynius, Haygrandus aliis *Airardus*, qui Concilio Roto-
magenſi ſubſcripſit. Papuli, Betharij, Gauberti ſeu Gauzberti, quem
eundem eſſe cum Godeberto diximus, & Lancegiſili iam meminimus.
Ceteri ſuperſunt à nobis hactenus intacti, *Magabertus, Sigoaldus, Mainul-*
fus, Theobaldus, Deodatus, Dronius, Pronius, Bethegrannus, Haynius, Hay-

AN. CH. 751. CHILDERICI III. R. 8. GLXIX.

grandus ſiue *Airardus*. E Nomenclatoribus, qui Carnotenſium Epiſcoporum Catalogum texuerunt, nemo Sigoaldum proximum Magoberti ſucceſſorem non agnoſcit. Ea res nos præcipuè mouet, vt Lancegiſilo ſubrogemus Mainulfum, qui Pontificatum ad annum vſque Chriſti ſexcenteſimum octogeſimum-quintum tenuerit.

Ab anno Chriſti ſexcenteſimo octogeſimo-quinto, quo promotus eſt ad Epiſcopatum Airardus, rectè deinceps in Annalibus noſtris procedit Epiſcoporum Carnotenſium Chronologia, modò decennium, quod ab anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-primo ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-primum Gauzberto ſeu Gauberto ſiue Gaudeberto tribuimus, aſſignes Theobaldo, quem Airardi deceſſorem aliàs dicebamus, cùm noſtras in manus nondum veniſſent Senonenſis Priuilegij inſcriptiones, quæ prædictum Gauzbertum loco mouendum & Malardo proximè ſubrogandum nos docuerunt.

AN. CH. 752. CHILDERICI III. R. 9. PIPPINI R. 1.

ANNVS

CHRISTI 752.

CHILDERICI III. R. 9.

PIPPINI R. 1.

I. ANNO Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo Regnum Francorum à Childerico Rege ad Pippinum Maiorem domûs tranſlatum eſt. *Hoc tranſlationis opus*, inquit Spondanus in notis Baroniano compendio inſertis [a], *operoſiſſimum ipſum, non leuem pleriſque ac præcipuè noſtratibus occaſionem intulit de eo etiamcum indignatione diſſerendi*. Quis hoc loco calamum temperare poſſit? Clodouei Magni ſoboles exauctoratur, Regium ſolium occupat Maior domûs, ineunte adoleſcentiâ Rex in Monaſterium retruditur, Franci perduellionis rei fiunt vt apud eos hactenus inauditæ ſic & numquam audiendæ. Non poſſumus ad recordationem tanti flagitij non obſtupeſcere. Regis duodeuiceſimum circiter ætatis annum agentis luctuoſam ſortem deflemus, indignationem tamen omnem conuertimus in Pippinum, qui totius mali fuit architectus, & in Francos, qui fidem Childerico Regi datam fefellerunt. Multùm enim diſſentimus à Neotericis, qui Romanum Pontificem mutationis adeò deteſtandæ præcipuum vel ſuaſorem vel auctorem hodie conſtituunt, fabellâ, quæ poſt Pippini mortem excogitata eſt, & æquitati ac ſanctitati Zachariæ Papæ plurimùm aduerſatur, abſque examine per manus à multis retrò ſeculis acceptâ.

[a] Ad an. 752. n. 1.

II. PIPPINVS REX ELEVATVR. Super anno, quo Pippinus Rex appellatus eſt, tres opiniones in antiquis Ducheſnianæ Collectionis Annalibus inueniuntur. Prima eſt Annaliſtæ Loiſeliani ſeu vulgaris, & aſſeclarum, qui Pippinum anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo Regem conſtitutum volunt. Altera eſt Annaliſtæ Nazariani & Chronographi San-Dionyſiani, qui Pippini Regis eleuationem anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-primo conſignant. Tertia eſt Annaliſtarum Petauiani & Pithœani ſeu Fuldenſis, qui negotium illud in hunc annum à Chriſto nato ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſecundum reiiciunt. Quartam ſuperaddit Eginhardus in vita Caroli Magni; non enim Zachariæ Papæ ſed *Stephani Romani Pontificis* meminit, & Pippinum, cuius obitus in menſem Septembrem anni poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimi duodeſeptuageſimi incidit, *per annos* XV duntaxat completos Regno potitum aſſeuerat, ab anno videlicet Chriſti

AN. CH. 752. CHILDERICI III R. 9. PEPPINI R. 1.

ſeptingenteſimo quinquageſimo-tertio. Ceteris repudiatis amplectimur [illegible] tiam, quam variis exemplis, vt occaſiones ſe dabunt, ex diuerſis Ta[illegible] tils infrà confirmabimus. Lege quæ ſub initium huius Tomi dicta [illegible] ad illos articulos Chronici Remenſis. *Theodericus regnauit annos* [illegible] *Annos VII interim alius Rex non regnauit. Hildericus Rex regnauit* IX. Nihil ampliùs ad noſtræ Chronologiæ confirmationem deside[illegible] Rei geſtionem nunc aggrediamur.

III. In Annalibus Nazarianis ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quin[illegible] geſimum-primum hæc de Pippino & Zacharia leguntur. DCCLI. [illegible] *nus Rex eleuatus eſt. Zacharias Papa defunctus.* Vtrumque autem rei [illegible] dum eſt in annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſecun[illegible] Agemus infrà de morte Zachariæ. Annum, quo Pippinus Rex factu[illegible] benè aſſequitur Annaliſta Petauianus, ipſamque ciuitatem, vbi res [illegible] eſt, Sueſſionem ſic notat. DCCLII. *Domnus Pipinus eleuatus eſt ad Re*[illegible] *in Sueſſionis ciuitate.* Tanto de negotio plura vix addenda credimus, q[illegible] cetera quæ colliguntur ex aliis Auctoribus, aut dubia ſunt aut fabul[illegible] Sueſſio, Regalis quondam ciuitas, quam varij Reges Sede Regiâ nobil[illegible] runt, habendo Conuentui viſa eſt ob ſitum percommoda, pertinebat [illegible] ad Neuſtraſiam, nec ab Auſtraſia procul aberat, in vtriuſque pene [illegible] finio poſita. Pippinus ibi Rex eleuatus eſt, id eſt, clypeo impoſitus, iu[illegible] Francorum morem, cuius egregiam mentionem Gregorius Turonenſis [illegible] Hiſtoria Eccleſiaſtica [a] facit. Sigiberti enim Regis, qui Coloniæ re[illegible] uerat, ciúſque filij Chloderici morte enarratâ, quomodo Colonienſes [illegible] doueo Magno ſe dediderint, proximè ſic ſubiungit. *Plaud*[illegible] *quàm vocibus eum*, nempe Clodoueum, *clypeo euectum ſupe*[illegible] *ſtituunt.* Quapropter Annaliſtæ Loiſelianus & Tilianus, [illegible] gis electionem duobus annis anteuertant, hæc de illo re[illegible] ſcribunt. Lo[illegible] ſelianus. *Pipinus ſecundùm morem Francorum electus eſt ad Regem, & ele*[illegible] *uatus à Francis in Regno ſuo, in Sueſſionis ciuitate.* Et Tilianus. *Pippinus ſecundùm morem Francorum electus ad Regem, & eleuatus à Francis in Regno, Sueſſionis ciuitate.*

[a] Lib. 2. c. 40.

IV. Loiſelianus ætatem ſuam ad annum Chriſti octingenteſimum ſeptimum [illegible] ſic prodit. *Stella Mercurij XVI Kal. Aprilis viſa eſt in Sole quaſi parua ma*[illegible] *cula nigra. Tamen paululùm ſuperiùs medio centro eiuſdem ſideris, quæ à no*[illegible] *bis VIII dies conſpicitur, ſed quando primùm intrauit, vel exiuit, nubibus impedientibus minimè adnotare potuimus.* Tilianus ipſiſſima verba tranſcri[illegible] pſit ad annum Chriſti octingenteſimum octauum, ſic. *Stella Mercurij XVI Kal. Aprilis viſa eſt in Sole quaſi parua macula nigra. Tamen paulò ſuperiùs medio centro eiuſdem ſideris, quæ à nobis octo dies conſpicitur. Sed quando primùm intrauit, vel exiit, nubibus impedientibus minimè adnotare potuimus.* Vter alteri præſtet auctoritate, nunc inquirendum. Tilianus initium ſu[illegible] mit ab anno Chriſti ſeptingenteſimo octauo, definitque in anno quoque octauo ſupra octingenteſimum. Loiſelianus orditur ab anno Chriſti ſeptin[illegible] genteſimo quadrageſimo-primo, finémque habet in anno Chriſti octingen[illegible] teſimo decimo-tertio. Tilianus aliorum init epitomen, Petauiani videlicet ab anno Chriſti ſeptingenteſimo octauo ad annum Chriſti ſeptingenteſi[illegible] mum quadrageſimum-primum, & Loiſeliani ab anno Chriſti ſeptingente[illegible] ſimo quadrageſimo-primo ad annum Chriſti octingenteſimum octauum, at[illegible] que etiam vtriuſque verbis vtitur ſæpiſſimè. Quapropter eius ætas colligi nequit ex præcitato textu, qui totus ex Loiſeliano deſumptus eſt. Anna[illegible] liſtam plebeium ſeu Loiſelianum anno Chriſti octingenteſimo ſeptimo vi[illegible] xiſſe, & lucubrationem ſuam ad annum vſque Chriſti octingenteſimum decimum-tertium perduxiſſe ſuadet Regino, qui ſe illo opere vſum fie[illegible] fatetur ad annum Chriſti octingenteſimum decimum-quartum. *Hæc quæ ſuprà expreſſa ſunt, in quodam libello reperi, plebeio & ruſticano ſermone compoſita.*

AN. CH. 752. CHILDERICI III. R. 9. PIPPINI R. 1.

poſita; quæ ex parte ad Latinam regulam correxi, quædam etiam addidi, quæ ex narratione ſeniorum audiui. Cetera, quæ ſequuntur, mea paruitatis ſtudio deſcripta ſunt, prout in Chronicorum libris adnotata inueni, aut ex relatione patrum audire percipere potui. Hic Reginonis textus ad opus reſpicit, quod anno Chriſti octingenteſimo decimo-tertio clauditur, nec aliud extat præter Annales Codicis Loiſeliani. Certè quas Annaliſta Loiſelianus ad annum Chriſti octingenteſimum ſeptimum eclypſes Solis ac Lunæ retulit, ad eundem quoque retulit annum Regino, reiecit autem in ſequentem Annaliſta Tilianus, eóque diſſidio procul ab illa ſe remotum ætate ſatis oſtendit. Errores quoſdam Chronologicos ab Annaliſta Loiſeliano ad Tilianum tranſiiſſe non inficiamur. Apud Annaliſtam Loiſelianum anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo Pippinus eleuatur in Regem, anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-quarto Bonifacius in Friſia Martyrio coronatur. Eoſdem calculos cùm in Pippini Regis eleuatione, tum in Martyrio Bonifacij ſequitur Annaliſta Tilianus. Chronologiâ tamen ad rectos numeros redactâ, nec Pippinus ante annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſecundum regnare cœpit, nec Bonifacius Martyrium ante annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quintum conſummauit. At in Annaliſta Tiliano ſpeciales quoque ſunt næui, quorum expers eſt Loiſelianus. Præcipuus ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum-quintum occurrit. Illo enim anno apud Annaliſtam Tilianum conſignatur Papiæ deditio, quæ anno ſuperiore contigerat. Abhinc hic Annaliſta vno anno à Loiſeliano ad finem vſque operis ſui, per annos videlicet quatuor & triginta, perpetuò diſcrepat. Illo de diſſidio fuſiùs agemus ſuo loco. Hic tantùm obſerua Carolum apud eundem Annaliſtam anno Chriſti octingenteſimo ſecundo Imperatorem coronari. DCCCII. *Ipſâ die ſacratiſſimi Natalis Domini, cùm Rex ad Miſſam ante Confeſſionem Beati Petri Apoſtoli ab oratione ſurgeret, Leo Papa coronam capiti eius impoſuit, & à cuncto Romanorum populo adclamatum eſt. Karolo Auguſto, à Deo coronato, Magno & Pacifico Imperatori Romanorum, vita & victoria.* Alio non opus eſt argumento, vt Annaliſtam Tilianum ætate Caroli vixiſſe inficieris. Secus autem ſentire debes de Loiſeliano, qui ſuam ætatem ad annum Chriſti octingenteſimum ſeptimum manifeſtauit textu iam citato, nec ille textus apud Annaliſtam Tilianum ad annum Chriſti octingenteſimum octauum vim eandem habere poteſt, quia genuinus eſt Annaliſtæ Loiſeliani fœtus, Tiliani nequaquam. Annaliſtæ igitur Tiliano longè præſtat auctoritate Loiſelianus.

Porrò Loiſelianus hic Annaliſta duas fabulas primus excogitauit tranſmiſitque poſteris; vnam de Legatione Romam miſſâ reſponſóque Romani Pontificis priùs accepto, quàm Childericus è Regno deiiceretur; alteram de vnctione Pippini Regis per Bonifacium Archiepiſcopum Moguntiacenſem factâ. Priorem ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-nonum ſic retulit. *Burgardus Wirzeburgenſis Epiſcopus & Folradus Capellanus miſſi fuerunt ad Zachariam Papam, interrogando de Regibus in Francia, qui illis temporibus non habentes Regalem poteſtatem, ſi benè fuiſſet, an non. Et Zacharias Papa mandauit Pipino, vt melius eſſet illum Regem vocari, qui poteſtatem haberet, quàm illum, qui ſine Regali poteſtate manebat, vt non conturbaretur ordo. Per auctoritatem ergo Apoſtolicam iuſſit Pipinum Regem fieri.* Poſteriorem ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum, ſic. *Pipinus ſecundùm morem Francorum electus eſt ad Regem, & vnctus per manus ſanctæ memoriæ Boneſacij Archiepiſcopi, & eleuatus à Francis in Regno ſuo, in Sueſſionis ciuitate.* Vtramque refellemus, ſed, ordine inuerſo, incipiemus à poſteriore. V.

In textu proximè citato, hæ voces, *& vnctus per manus ſanctæ memoriæ Boneſacij Archiepiſcopi*, videntur inſititiæ, illis enim ſublatis textus optimè VI.

AN. CH. 752. CHILDERICI III. R. 9. PIPPINI R. 1.

ſic ſubſiſtit. *Pipinus ſecundùm morem Francorum electus eſt ad Regem, & ele-*
uatus à Francis in Regno ſuo, in Sueſſionis ciuitate. Miſſo tamen hoc argu-
mento, vitam Sancti Bonifacij conſulamus, cuius Auctor Willibaldus,
interpres Othlonus. Sanctus Willibaldus, primus Eyſtadienſis Epiſcopus,
Sancti Bonifacij diſcipulus, & in Dominicæ vineæ cultura ſocius atque ad-
iutor, cuius obitus in annum Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum-
octauum incidit, Annaliſtæ Loiſeliano, vt antiquitate, ſic auctoritate,
præſtat. Vbi autem de Regno Francorum ad Pippinum tranſlato loquitur,
ipſum Pippinum ait ſubleuatum eſſe in Regem, nec vllum de Bonifacio
verbum habet. *Cùm Pipinus*, inquit, *etiam aliquantulum ſedatâ populorum*
perturbatione in Regem ſubleuatus eſſet. Quem locum Othlonus ita reddit.
Contigit, vt cùm Pippinus *ſe Deo, qui deponit potentes de ſede, & exaltat hu-*
miles, ſubmittere iugiter ſtuderet, Regalis potentia excellentiâ eniteret *. At
nemo facilè credet Pippini vnctionem in Regem tem adeò leuem Wil-
libaldo & Othlono viſam eſſe, vt illam in vita Sancti Bonifacij duxe-
rint omittendam, ſi per manus eiuſdem Sancti Bonifacij peracta eſt. In
poſteriori quoque Appendice ad Francorum Hiſtoriam iuſſu Childebrandi
conſcriptam, nullâ Sancti Bonifacij mentione factâ, Pippinus, electione
totius Franciæ, Rex conſtituitur. Denique, qui Pippinum per Sancti Bo-
nifacij manus vnctum in Regem volunt, id auctoritate Apoſtolicâ ſecun-
dùm Romani Pontificis ſanctionem factum affirmant. Id autem à vero
alieniſſimum atque in Sedem Apoſtolicam valdè iniurioſum infrà demonſ-
trabimus.

AN VNCTVS A BONIFACIO ARCHIEP. MOGVNTINO?

* *obniteret.*

VII. Quæres à quo Pippinus ſit vnctus Antiſtite, ſi non à Bonifacio; quiſue
Bonifacij loco ſit reponendus. Huic autem quæſtioni locum negamus, quia
nec Willibaldus Sancti Bonifacij diſcipulus Othlonúſque interpres Willi-
baldi, nec antiquiſſimi Annaliſtæ, Nazarianus & Petauianus, quos ſuprà
citauimus, Pippinum, cùm in Francorum Conuentu Rex primùm appel-
latus eſt, vnctum memorant. Pippinus clypeo impoſitus eſt, eóque titu
ſecundùm morem Francorum eleuatus eſt in Regem, fauſta precantibus
Epiſcopis, Proceribus, militibus, ac plebe. Cæremoniam aliam in illo ne-
gotio ne poſtules.

AN EX CONSVLTV PP?

VIII. Apud Annaliſtam Tilianum ad annum Chriſti ſeptingenteſimum vnde-
quinquageſimum hæc leguntur. DCCXLIX. *Zacharias Papa per Fulradum*
mandauit, vt Pippinus ad Regem leuaretur. Antiquior auctiórque Loiſelia-
nus. Hunc ſuprà deſcripſimus. Deſcripſit & Annaliſta Bertinianus ne
apice quidem mutato, item paulò aliter alij non pauci. Laureshamenſis
ſic. DCCXLIX. *Burchardus Wirtziburgenſis Epiſcopus & Folradus Presbyter*
Capellanus miſſi ſunt Romam ad Zachariam Papam, vt conſulerent Pontificem
de cauſa Regum qui ab illo tempore fuerunt in Francia, qui nomen tantùm Re-
gis, ſed nullam poteſtatem Regiam habuerunt. Per quos prædictus Pontifex
mandauit, melius eſſe illum Regem, apud quem ſumma poteſtatis conſiſteret.
Datâque auctoritate ſuâ iuſſit Pipinum Regem conſtitui. Laureshamenſem
Annaliſtam ipſiſſimis penè verbis deſcripſit Continuator [a] Aimoini, poſte-
riorem periodum Egilwardus in vita Sancti Burchardi. Eginhardus ſuam
de Caroli Magni vita lucubrationem ab ipſa Regni tranſlatione ad Pip-
pinum eiuſdem Caroli patrem ſic exorſus eſt. *Gens Merovingorum, de*
qua Franci Reges ſibi creare ſoliti erant, vſque in Childericum Regem, qui iuſſu
Stephani Romani Pontificis depoſitus ac detonſus, atque in Monaſterium tranſitus
eſt, duraſſe putatur: quæ licet in illo finita poſſit videri, tamen iamdudum nul-
lius vigoris erat, nec quicquam in ſe clarum, præter inane Regis vocabulum
præferebat. Nam & opes & potentia Regni penes Palatij Præfectos, qui Maiores-
domûs dicebantur, & ad quos ſumma Imperij pertinebat, tenebantur, neque Re-
gi aliud relinquebatur, quàm vt Regio tantùm nomine contentus, crine profuſo,
barbâ ſubmiſſâ ſolio reſideret, ac ſpeciem dominantis effingeret; Legatos vnde-

[a] Lib. 4. c. 61.

AN CH. 752. CHILDERICI III. R. 9. PIPPINI R. 1.

cunque venientes audiret, eiſque abeuntibus reſponſa, quæ erat edoctus, vel etiam iuſſus, ex ſua velut poteſtate redderet, cùm præter inutile Regis nomen, & precarium vitæ ſtipendium, quod ei Præfectus Aulæ, prout videbatur, exhibebat, nihil aliud proprij poſſideret, quàm vnam perparui reditûs villam, in qua domum, ex qua famulos ſibi neceſſaria miniſtrantes, atque obſequium exhibentes, paucæ numeroſitatis, habebat. Quocunque eundum erat, carpento ibat, quod bubus iunctis, & bubulco, ruſtico more, agente trahebatur. Sic ad Palatium, ſic ad publicum populi ſui Conuentum, qui annuatim ob Regni vtilitatem celebrabatur, ire, ſic domum redire ſolebat. At Regni adminiſtrationem, & omnia quæ vel domi vel foris agenda ac diſponenda erant, Præfectus Aulæ procurabat. Quo officio tum, cùm Childericus deponebatur, Pippinus pater Karoli Regis, iam velut hæreditario iure, fungebatur. Nam pater eius Karolus, qui tyrannos per totam Franciam dominatum ſibi vindicantes oppreſſit, & Sarracenos Galliam occupare tentantes, duobus magnis prælijs, vno in Aquitania apud Pictauium ciuitatem, altero iuxta Narbonam apud Byrram fluuium ita deuicit, vt in Hiſpaniam eos redire compelleret, eundem magiſtratum à patre Pippino ſibi dimiſſum egregiè adminiſtrauit. Qui honor non alijs à populo dari conſueuerat, quàm his, qui & claritate generis & opum amplitudine ceteris eminebant. Hunc cùm Pippinus pater Karoli Regis ab auo & patre ſibi & fratri Karlomanno relictum, ſummâ cum eo concordiâ diuiſum, aliquot annis velut ſub Rege memorato tenuiſſet, frater eius Karlomannus, incertum quibus de cauſis, tamen videtur quòd amore conuerſationis contemplatiuæ ſuccenſus, operoſâ temporalis Regni adminiſtratione relictâ, Romam ſe in otium contulit, &c. Pippinus autem per auctoritatem Romani Pontificis ex Præfecto Palatij Rex conſtitutus eſt. Quæ de Regum Merouingorum inertia, déque poteſtate Maioris-domus excogitauit primus ac fabuloſè ſcripſit Eginhardus, vitæ Sancti Burchardi inſeruit Egilwardus [a], in epitomen verò redegit Auctor Annalium Fuldenſium, additâ hac ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-primum clauſulâ. Orat ergo Pippinus ſibi decerni, quis eorum iuſtè [*] Rex debeat dici & eſſe, is qui ſecurus domi ſedeat, an ille qui curam totius Regni, & omnium negotiorum moleſtias ſufferat [*]. Et ad annum proximum mandato Zachariæ ſic ſubiecto. DCCLII. Zacharias Papa, ex auctoritate Sancti Petri Apoſtoli, mandat populo Francorum, vt Pipinus, qui poteſtate Regiâ vtebatur, nominis quoque dignitate frueretur. Annaliſtam Fuldenſem tranſcripſit Marianus Scotus [b]. Regino locum ex Annalibus Loiſelianis ſuprà deſcriptum ſic edidit phraſi paulò elegantiore. *Anno Dominicæ Incarnationis DCCXLIX Burchardus Wirtzburgenſis Eccleſiæ Epiſcopus & Floradus Capellanus miſſi ſunt Romam ad Zachariam Papam, vt interrogarent de Regibus in Francia, qui illis temporibus non habentes Regiam poteſtatem, Reges tamen vocabantur, ſi benè eſſent Reges. Et præfatus Papa mandauit Pipino melius ſibi videri, illum Regem vocari, qui poteſtatem haberet, quàm illum, qui ſine Regali poteſtate manebat. Et ne perturbaretur Chriſtianitatis ordo, per auctoritatem Apoſtolicam iuſſit Pipinum Regem creari, & ſanctæ vnctionis oleo inungi.* Ea de re ſic Ado. *Miſit Pippinus Vtgardum Wisburgenſem Epiſcopum & Fulradum Capellanum ſuum ad Zachariam tunc temporis Pontificem Romanum, vt interrogarent eum, ſi ita manere deberent Reges Francorum, tùm penè nullius poteſtatis eſſent, iam ſolo Regio nomine contenti. Quibus Zacharias Pontifex reſponſum dedit, Regem potiùs illum debere vocari, qui Rempublicam regeret. Reuerſis Legatis, abiectóque Childerico, qui tunc Regium nomen habebat, Franci per conſilium Legatorum & Zachariæ Pontificis electum Pippinum Regem ſibi conſtituunt.* Breuiſſimè Annaliſta Metenſis. *Anno Dominicæ Incarnationis DCCL. ex conſulto beati Zachariæ Papæ vrbis Romæ, Pippinus Princeps à Bonifacio Archiepiſcopo vnctus Rex Francorum conſtituitur.*

IX. Plures in eandem materiam non congerimus Auctores; quia recentiores ſuam ex prænominatis auctoritatem ſumunt, & à nobis, vbi res poſtu-

[a] Ap. Sur. d. 14. Oct.

[*] Marian. Scot. Rex iuſtè dici debeat.

[*] Marian. Scot. perferat.

[b] Ad an. 750.

AN. CH. 752. CHILDERICI III. R. 9. PIPPINI R. 1.

labit, infrà citabuntur. Miramur à Cæſare Baronio, qui Regni tranſlationem auctoritate Apoſtolicâ factam contendit, ſolos Annales Pithœanos, id eſt, Fuldenſes, allegari, qui deſinunt in anno Chriſti octingenteſimo octogeſimo-tertio, & quæ tanto de negotio cùm ab Eginhardo in vita Caroli Magni, tum ad annos Chriſti ſeptingenteſimum vndequinquageſimum & ſeptingenteſimum quinquageſimum ab Annaliſta Laureshamenſi ſcripta ſunt, ad annos proximè ſequentes in epitomen ita redigunt. DCCLI. *Pipinus miſſâ Romam Legatione Zachariam Papam interrogat de Regibus Francorum ex antiqua Merouingorum ſtirpe deſcendentium, qui Reges quidem dicebantur, ſed poteſtas Regni tota apud Maiorem-domûs habebatur, excepto quòd Carta & Priuilegia Regis nomine ſcribebantur, & in Martis campum, qui Rex dicebatur, plauſtro, bobus trahentibus, vectus, atque in loco eminenti ſedens, ſemel in anno à populis viſus, publica dona ſollenniter ſibi oblata accipiebat, ſtante coràm Maiore-domûs, & quæ deinceps eo anno agenda eſſent, populis adnuntiante; ſicque Rege domum redeunte, cetera Regni negotia Maior-domûs adminiſtrabat. Orat ergo ſibi decerni, quis eorum iuſtè Rex debeat dici & eſſe, is qui ſecurus domi ſedeat, an ille qui curam totius Regni, & omnium negotiorum moleſtias ſufferat.* DCCLII. *Zacharias Papa, ex auctoritate Sancti Petri Apoſtoli, mandat populo Francorum, vt Pipinus, qui poteſtate Regiâ vtebatur, nominis quoque dignitate frueretur. Ita Hyldricus Rex, qui vltimus Merouingorum Francis imperauit, depoſitus & in Monaſterium miſſus eſt. Pipinus verò in ciuitate Sueſſionum à Sancto Bonifacio Archiepiſcopo in Regem vnctus, Regni honore ſublimatus eſt.* Eginhardi textum è vita Caroli Magni deſcripſimus ſuprà, textum Annaliſtæ Laureshamenſis accipe. DCCXLIX. *Burchardus Wirtzeburgenſis Epiſcopus & Folradus Presbyter Capellanus miſſi ſunt Romam ad Zachariam Papam, vt conſulerent Pontificem de cauſa Regum, qui illo tempore fuerunt in Francia, qui nomen tantum Regis, ſed nullam poteſtatem Regiam habuerunt. Per quos prædictus Pontifex mandauit meliùs eſſe illum Regem, apud quem ſumma poteſtatis conſiſteret, datáque auctoritate ſuâ iuſſit Pipinum Regem conſtitui.* DCCL. *Hoc anno ſecundùm Romani Pontificis ſanctionem Pipinus Rex Francorum appellatus eſt, & ad huius dignitatem honoris vnctus ſacrâ vnctione manu ſanctæ memoriæ Bonifacij Archiepiſcopi & Martyris, & more Francorum eleuatus in ſolium Regni in ciuitate Sueſſiona. Hildericus verò, qui falsò Regis nomine fungebatur, tonſo capite in Monaſterium miſſus eſt.* Quicquid igitur auctoritatis habet Annaliſta Fuldenſis, id mutuatur ex Eginhardo & ex Annaliſta Laureshamenſi, quos infrà examinabimus.

X. Robertus Bellarminus in eadem opinione cum Baronio verſatur, ſed vt eam validiùs confirmet, magnam Auctorum turbam libro ſecundo [a] de Romano Pontifice ſic producit. *Refert Eginhardus in vita Caroli Magni, Cedrenus in vita Leonis Iſauri, Paulus Diaconus lib. 6. c. 5. de Geſtis Longobardorum, Blondus lib. 10. decadis primæ, Rhegino lib. 2. Chronicorum, Marianus Scotus lib. 3. Chronologiæ, Otho Friſingenſis lib. 5. Hiſtoriarum, Ado Viennenſis in Chronico ætate ſextâ, Abbas Vrſpergenſis in Chronico, Sigebertus item in Chronico, & Paulus Æmilius lib. 1. & 2. de Geſtis Francorum, paulò ante Pipini tempora ita Reges Francorum degeneraſſe à ſuis Maioribus, vt omni prorſus Regni curâ tranſlatâ in Magiſtros Equitum, ſeu Præfectos Aulæ, tantùm ſemel in anno Kalendis May ſe populo oſtentarent; toto verò reliquo tempore deliciis & voluptati operam darent, & propterea omnium Procerum conſenſu à Pontifice Maximo poſtulatum, vt eis permitteret Regium titulum in eos transferre, qui verè ac reipſa Reges erant, & Regnū iam dudum feliciter adminiſtrauerant.* Libro quoque quinto [b] pleroſque prænominatorum Auctorum denuò laudat. Et in Tractatu [c] de poteſtate Papæ aduersùs Gulielmum Barclaium duodecim Auctores citat; Annales videlicet Francorum vetuſtiſſimos; Eginhartum in vita Caroli Magni; Aimoi-

[a] Cap. 17.
[b] Cap. 8.
[c] Cap. 42.

AN. CH. 752. CHILDERICI III. R. 9. PIPPINI R. 1.

num ſiue, vt iam monuimus, Aimoini Continuatorem; Rheginonem; Lambertum Schaphnaburgenſem; Sigebertum; Hermannum Contractum; Marianum Scotum; Abbatem Vrſpergenſem; Othonem Friſingenſem; Albertum Krantzium; & Paulum Æmilium. Porrò quos Annales Francorum vetuſtiſſimos appellat, & è quibus hunc de Zacharia Papa textum allegat, *datâ auctoritate ſuâ iuſſit Pipinum Regem conſtitui*, non alij ſunt à Laureshamenſibus, in quibus ad annum Chriſti ſeptingenteſimum vndequinquageſimum legitur idem textus à nobis iam recitatus [a]. Ergo Bellarminus Eginhardi teſtimonio, quod examini mox ſubiiciemus, nihil validius aut antiquius profert.

[a] Hoc an. n. 9.

XI. Ab opinione Baronij & Bellarmini non recedit Nicolaus Serarius libro tertio [b] rerum Moguntiacarum, & in aſſertionis ſuæ confirmationem haud pauciores quàm Bellarminus Auctores, etſi non eoſdem adhibet duodenarioque numero delectatus; quin & duodecim etiam teſtium enumerationem orditur à vita Caroli Magni per Eginhartum ſcripta; tum ſubiicit Annales Francorum, nempe Pithœanos ſeu Fuldenſes; deinde Paulum Diaconum; Egilwaldum; Marianum Scotum; Reginonem; Sigebertum; Lambertum, Othonem Friſingenſem; Adonem; Aimoinum, ſiue Aimoini Continuatorem; & Adelmum, cuius nomine prodierunt aliàs Annales quos Laureshamenſes appellamus. Atque inde conſtat vt à Bellarmino ſic & à Serario neminem allegari, cuius auctoritas Eginhardo præponderet.

[b] Notat. 41. in vit. S. Bonifac.

XII. Præcipuus igitur labor nobis incumbit, vt Eginhardum refellamus, eo enim refutato corruunt omnia, quæ à Baronio, à Bellarmino, à Serario, & ab aliis eiuſdem opinionis fautoribus proferuntur. Hunc eſſe totius rei cardinem iam nouit Serarius Notatione quadrageſimâ-primâ in vitam Sancti Bonifacij, ideóque non tantùm de Eginhardo magnificè locutus eſt, ſed etiam vehementer in eos excanduit, qui tanti nominis Auctorem auſi ſunt *falſitatis* inſimulare. Quicquid autem à Serario ſcribatur, Eginhardus plurimis in locis eſt corrigendus. Falsò ſcribit Franciam inter Carolum & Carolomannum Reges eodem prorſus diuiſam modo, quo quondam inter Carolomannum & Pippinum Maiores-domus, vtriuſque enim partitionis haud iidem fuerunt fines eædémue prouinciæ. Perperam quoque, cùm vxores Caroli recenſet, à filia Deſiderij Regis Longobardorum orditur, omittitque illam, quam Carolus anteà duxerat, cùm ſuperſtes in viuis eſſet Pippinus pater, vt ex Stephani Quarti Papæ literis conſtat. Falsò etiam ſcribit de initiis bellorum Saxonici & Italici ſeu Longobardici, in eius enim aſſertione Saxonicum biennio ante Italicum ſumpſit exordium, Carolus verò ſecundùm vetuſtiſſimos Annaliſtas primâ vice in Saxoniam anno Chriſti ſeptingenteſimo ſeptuageſimo-ſecundo, in Italiam anno Chriſti ſeptingenteſimo ſeptuageſimo-tertio profectus eſt. Alia occurrent exempla, nec pauca, quibus Eginhardum falſitatis plerumque reum oſtendemus; illis hoc loco ſuperſedendum putamus, ne bis eadem repetere cogamur. Noſtrâ ætate præter Caroli Magni vitam Eginhardo attributi ſunt Annales ab anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-primo ad annum Chriſti octingenteſimum vndetriceſimum, quorum Auctorem propter opinionum diſcrepantiam ab Eginhardo longè diuerſum ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum-quartum probabimus. His aduerſùs Eginhardum præmiſſis, fabulæ, cuius primarius eſt artifex, refutationem iam aggrediamur.

XIII. Multa Tomo ſuperiore dicta ſunt, quæ plurimùm ad refellendum Eginhardum conducunt. Dagoberti Magni filios, Sigibertum Tertium & Clodoueum Secundum; nepotes, Dagobertum Secundum, Clotarium Tertium, Childericum Secundum, Theodoricum Tertium; pronepotes, Chilpericum Tertium, Clodoueum Tertium, Childebertum Tertium, Clota-

AN. CH. 752 CHILDERICI III. R. 9. PIPPINI R. 1.

tium Quartum; abnepotem Dagobertum Tertium, atnepotem Theodoricum Quartum, cuius obitu Tomus ille clauditur, ab inertia, ſocordia & amentia vindicauimus. Singulorum Regum ætatem Regnumque ſuis temporibus certiſſimè circumſcripſimus, ne pueris adoleſcentibuſque promiſſa tribuatur barba, néue vitio atque ignauiæ infantia, pueritia breuiſſimuſque Principatus vertantur. Authores eos oſtendimus ampliſſimarum Donationum, quæ Regiam verè munificentiam in diſiunctiſſimis regionibus pro variis Eccleſiis ac Cœnobiis oſtentant, & à precario vitæ ſtipendio perparuóque vnius Villæ reditu longiſſimè differunt. Regalium Chartarum ſubſcriptiones attentiſſimè legimus, de locis vbi datæ ſunt inquiſiuimus ſtudioſiſſimè, ne quis deinceps Reges Francorum per totos annos apud Villam Mamaccas otio deſidiâque torpuiſſe ſuſpicetur. Hæc, ſi benè perpendantur, ſatis ſupérque ſunt, vt Eginhardo fides abrogetur.

XIV. Non aliter ſentire iam viſi ſunt Ioannes Bollandus & Godefridus Henſchenius in Commentario [a] vitæ Sancti Eucherij præuio. Hunc enim, qui totus apud Eginhardum ipſiſſimis verbis legitur, textum de Franciæ ſtatu tranſcripſerunt ex Adreualdo [b]. *Quocumque eundum ei*, nempe Regi, *erat, carpento ibat, quod bubus iunctis, & bubulco, ruſtico more, agente, trahebatur. Sic ad Palatium, ſic ad publicum populi ſui Conuentum, qui annuatim ob Regni vtilitatem celebrabatur, ire, ſic domum redire ſolebat.* Deinde alium ex eodem Adreualdo [c] textum de Carolomanni receſſu ad Monaſticam vitam ſic protulerunt. *Hortante beato Eucherio Aurelianorum Epiſcopo, qui à patre illius nullâ exiſtente culpa offensâ, pulſus Sede propriâ, atque in Hasbaniam apud Sanctum Trudonem in exilium relegatus fuerat: necnon Sancto Bonifacio Friſionum Epiſcopo, qui ambo patris eius apud inferos damnationem, etiam corporeis ipſi oſtendere viſibus, operoſam temporalis Regni dignitatem toto contemnens mentis adniſu, habitúque permutato, Tonſura Eccleſiaſtica gratiam à beato Zacharia Papa Romano percipere meruit.* Tum hoc iudicium de vtroque Adreualdi textu breuiſſimè tulerunt. *Hæc Adreualdus, de quo non ineptè indicabit, qui eiuſdem farinæ figmentum cenſuerit, & carpentum Regum, & Caroli Martelli damnationem.*

[a] D. 20. Febr.
[b] De Mirac. S. Benedicti, l. 1. c. 12.
[c] Lib. 1. c. 14.

XV. Eginhardus in vita Caroli Magni, nihil de eius natiuitate, nihil de infantia, nihil de pueritia ſcripſit, quia, cùm manum calamo admouit, nemo tunc in viuis ſupererat, qui notitiam illorum temporum haberet. *De cuius*, inquit, *natiuitate, atque infantia, vel etiam pueritia, quia neque ſcriptis vmquam aliquid declaratum eſt, nec quiſquam modò ſupereſſe inuenitur, qui horum ſe dicat habere notitiam, ſcribere ineptum iudicans, ad actus & mores, ceteráſque vitæ illius partes explicandas ac demonſtrandas, omiſſis incognitis, tranſire diſpoſui.* An rerum, quæ longè ante natiuitatem Caroli geſtæ ſunt, expoſitionem, maiori cum fiducia debuerit aggredi, fidémque potiorem hac in parte mereatur, iudicet Lector.

XVI. Prætereà Eginhardus in eadem Caroli Magni vita, Childericum Regem, quem alij vel ex conſultu vel ex decreto Zachariæ Papæ depoſitum volunt, *iuſſu Stephani Romani Pontificis* exauctoratum affirmat. Porrò Stephanus ante menſem Aprilem huius anni, poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimi quinquageſimi-ſecundi, non ſedit, & priuſquàm eius aſſumptio in Pontificem Sueſſione reſciretur, Pippinus hoc eodem anno Rex factus videtur in Francorum Conuentu, Kalendis Martij quot annis celebrari ſolito. Vt autem Eginhardi mentem benè quis aſſequatur, neceſſe eſt vt cum priore textu, qui Childericum, *iuſſu Stephani Romani Pontificis* depoſitum teſtatur, alterum coniungat, qui paulò pòſt ſequitur, & Pippinum, *cùm per annos* XV. *aut eo ampliùs ſolus imperaret Francis*, mortuum tradit. Vtrumque ob oculos ponimus. Childericus *iuſſu Stephani Romani Pontificis depoſitus ac detonſus, atque in Monaſterium truſus eſt. Pippinus autem per auctoritatem Romani Pontificis ex Præfecto Palatij Rex conſtitutus, cùm per*

annos XV, *aut eo ampliùs ſolus imperaret Francis, apud Pariſios morbo aquæ intercutis diem obiit.* At Pippinus menſe Septembri diſceſſit è viuis, anno Chriſti ſeptingenteſimo duodeſeptuageſimo. Ea de re conueniunt vetuſti quique Scriptores. In vita igitur Caroli Magni, Eginhardus Childericum iuſſu Stephani Papæ depoſitum eo contendit anno, quo Stephanus ipſe venit in Franciam, auxilium aduerſùs Longobardos poſtulaturus, id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-tertio. Sed Childericus vno anno citiùs eſt è ſolio deiectus, vt oſtendimus ſuprà, nec deſunt Auctores magno numero, qui eiuſdem Regis exauctorationem vel anno vno vel duobus annis anteuerterant. Hinc liquet nullam Eginhardo fidem adhibendam in vita Caroli Magni, ſeu Childericum Regem *iuſſu Stephani Romani Pontificis* depoſitum, ſeu Pippinum *per auctoritatem Romani Pontificis* ex Præfecto Palatij Regem conſtitutum ſcribit.

AN. CH. 752. CHILDERICI III. R. 9. PIPPINI R. 1.

Annaliſta Fuldenſis, quo ſolo Baronius vtitur, Eginhardi textum ſuprà deſcriptum atque reprobatum in epitomen ſic redegit, vt nonnihil tamen ab eo diſcrepare voluerit. Regem enim, quem Eginhardus *quocumque eundum erat, carpento vehi ſolitum, quod bubus iunctis, & bubulco, ruſtico more, agente, trahebatur,* Annaliſta Fuldenſis *ſemel in anno à populis viſum* ſic aſſerit. *In Martis campum, qui Rex dicebatur, plauſtro, bobus trahentibus, vectus, atque in loco eminenti ſedens, ſemel in anno à populis viſus, publica dona ſolemniter ſibi oblata accipiebat, ſtante coràm Maiore-domus, & quæ deinceps eo anno agenda eſſent populis adnuntiante. Sicque Rege domum redeunte, cetera Regni negotia Maior-domus adminiſtrabat.* Diem, quo Rex à populis videbatur, Annaliſta Metenſis notat Kalendas Martij; locum, in quo per reliquum deinceps annum Rex deliteſcebat, vocat *Mamaccas* villam, de qua nihil proditur. Neoterici, pro Kalendis Martij, Kalendas Maij repoſuerunt inſigni prorſus errore, quem infrà refellemus. Interim Annaliſtam Fuldenſem ſeu Pithœanum redargue, quòd eo tantùm conſilio ab Eginhardo recedit, vt augeat calumniam, & Regem Francorum *ſemel* quot annis in publicum prodire fingat. XVII.

Annaliſta, quem Baronius produxit, & Eginhardo, quem idem Annaliſta veluti ducem ſecutus eſt, ita refutatis, aggrediamur ceteros Auctores, quos Bellarminus locis ſuprà citatis allegauit. Hi ſunt numero quatuordecim, Cedrenus, Paulus Diaconus, Blondus, Rhegino, Marianus Scotus, Otho Friſingenſis, Ado Viennenſis, Abbas Vſpergenſis, Sigebertus, Paulus Æmilius, Aimoinus, Lambertus Schafnaburgenſis, Hermannus Contractus, & Albertus Krantzius. XVIII.

Cedrenus, qui ſeculo vndecimo floruiſſe creditur, ad annum ſeptimum Leonis Iſauri ſic ſcribit. Ἰστέον δὲ, ὅτι ἔθος ἦν τοῖς ῥηγὶ Φραγγίας κατὰ γένος ἄρχειν, καὶ μηδὲν πράττειν ἢ διοικεῖν πλὴν τοῦ ἀλόγως ἐσθίειν καὶ πίνειν. Κατὰ δὲ τὴν Μαΐου μηνὸς προκαθέζεσθαι ἐπὶ παντὸς τοῦ ἔθνους, καὶ προσκυνεῖν αὐτοὺς, καὶ ἀντιπροσκυνεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν, δωροφορεῖσθαί τε κατὰ συνήθειαν καὶ ἀντιδιδόναι αὐτοῖς. ἔχειν δὲ παρ' ἑαυτῷ ἡγούμενον αὐτὸν καὶ τοῦ ἔθνους, ὃς διοικεῖ πάντα τὰ πράγματα. ἐλέγοντο δὲ οἱ ἐκ τοῦ γένους ἐκείνου κατάγόμενοι κριστάται, ὃ ἑρμηνεύεται τριχορράχαι. εἶχον γὰρ κατὰ τῆς ῥάχεως αὐτῶν τρίχας ἐκφυομένας, ὡς χοῖροι. *Memoria proditum eſt Regem Franciæ, conſuetudine ſic obtinente, Regnum per ſtirpem à Maioribus ſuis ad ſe delatum gerere, nulli alij negocio intentum quàm brutæ voracitati atque poculis. Eundem Maio menſe in conſpectu totius gentis præſidere, gentémque adorare, & viciſſim ab ea adorari, atque vltrò citróque dari dona; Præfectum demùm ſiue Aulæ Regis verùm eius gentis omnium curam gerere. Qui ea ſtirpe prognati erant, Criſtati dicebantur, quod Græcè dicitur Trichorachati, quia inſtar porcorum ex ſpina dorſi enaſcentes pilos haberent.* Ineptiſſimam XIX.

AN. CH. 752. CHILDERICI III. R. 9. PIPPINI R. 1.

hanc de ſetoſo tergo fabulam quis non reiiciat, authorémque ludibrio ac deſpectui non habeat? Cedreni textum, ne riſum moueret, deſcribere noluit Bellarminus; locum, vbi legeretur, ſatis duxit ſic indicaſſe, *Cedrenus in vita Leonis Iſauri.* Apud Theophanem Cedreno longè vetuſtiorem eadem fabula iiſdem penè verbis ad octauum annum Leonis Iſauri ſic legitur. Ἔθος γὰρ ἦν αὐτοῖς τὸν κύριον αὐτῶν, ἤτοι τὸν ῥῆγα, κατὰ γένος ἄρχειν, καὶ μηδὲν πράττειν ἢ διοικεῖν, πλὴν ἀλόγως ἐσθίειν καὶ πίνειν, οἴκοι τε διατρίβειν, καὶ κατὰ Μάιον μῆνα πρώτῃ τοῦ μηνὸς προκαθέζεσθαι ἐπὶ παντὸς τοῦ ἔθνους, καὶ προσκυνεῖν αὐτούς, καὶ προσκυνεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν, καὶ δωροφορεῖσθαι τὰ κατὰ συνήθειαν, καὶ ἀντιδιδόναι αὐτοῖς. καὶ οὕτως ἕως τοῦ ἄλλου Μαΐου καθ' ἑαυτὸν διάγειν. ἔχειν δὲ τὸν λεγόμενον Πραιπόσιτον γνώμῃ ἑαυτοῦ καὶ τοῦ ἔθνους διοικοῦντα τὰ πράγματα πάντα. ἐλέγοντο δὲ ἐκ τοῦ γένους ἐκείνου λεγόμενοι Κριστᾶται, ὃ ἑρμηνεύεται Τριχοραχᾶται. τρίχας γὰρ εἶχον κατὰ τῆς ῥάχεως ἐκφυομένας, ὡς χοῖροι. *Ea conſuetudo apud eos,* id eſt, apud Francos, *obtinebat, vt eorum dominus, Rex videlicet, hereditatis iure Principatum aſſequeretur, nec quid ageret, aut moliretur, quàm præter modum & decus, cibo potuque indulgeret, & domi clauſus moraretur: die autem primâ menſis Maij ad totius gentis proſpectum ſederet in throno, & ſalutationes ab ipſis acciperet viciſſim & redderet, & pro vſitato more munera conferret, & alia in vicem oblata referret: quibus demum peractis vſque ad inſequentem Maium domi incluſus ſe continebat. Præfatum verò Maiorem-domus habet Rex, qui arbitratu ſuo & totius gentis cuncta adminiſtret. Qui à autem eâ ſtirpe oriebantur, Criſtati, quos Trichorachatas Græci vertunt, audiebant, quòd pili ex dorſi medio velut porco ipſis enaſcerentur.* Cedrenus nullam de Regni tranſlatione mentionem facit, facit autem Theophanes, rerum enim, quas octauo Leonis anno geſtas credit, enarrationem ſic orditur. Τὰ περὶ τοῦ μακαρίου Στεφάνου Πάπα Ῥώμης· ὅπως τε ἔφυγεν εἰς Φραγγίαν, καὶ ἐφεξῆς λέξων ἔρχομαι. Οὗτος ὁ ἀοίδιμος Στέφανος πολλὰ κακὰ ὑπέστη ὑπὸ τοῦ Ἀσταλφοῦ τοῦ ῥηγὸς τῶν Λογγιβάρδων. προσέφυγε δὲ τοῖς Φράγγοις ἐπὶ Πιπίνου Πραιποσίτου, καὶ Ἐξάρχου τῶν ὅλων πραγμάτων, καὶ τοῦ τῶν Φράγγων ἔθνους. *Beati Stephani Papæ Romani res geſtas, vt nimirum in Francorum ditionem profugerit, & ad eos peruenerit, ſeque nti narratione exequar. Venerabilis iſte Stephanus cùm multa mala ab Aſtalpho Longobardorum Rege pertuliſſet, apud Francos profugit ad Pipinum Maioremdomûs & Exarchum omnium rerum totiúſque Francorum gentis.* Deinde fabulam de Regum inertia & ſetoſo eorum dorſo ſuprà recitatam deſcribit. Ἔθος γὰρ ἦν, &c. Tum hæc proximè de Pippini laudibus Regiâque inauguratione ſubiungit. Ὁ μὲν οὖν Στέφανος τῇ ὠμότητι τοῦ Ἀσταλφοῦ βιασθεὶς καὶ ἀβουλίᾳ, ἅμα δὲ καὶ ἐπιτραπεὶς παρ' αὐτοῦ ἀπελθεῖν εἰς Φραγγίαν, καὶ ποιῆσαι ὃ ἐὰν δύναται. ἐλθὼν δὲ χειροτονεῖ τὸν Πιπῖνον ἄνδρα τὸ τηνικαῦτα λίαν εὐδοκιμον, προϊστάμενον ἄνω καὶ τῶν πραγμάτων ἀπὸ τοῦ ῥηγός, καὶ προσπολεμήσαντα τοὺς περαιωθέντας Ἄραβας ἀπὸ τῆς Ἀφρικῆς ἐπὶ τὴν Σπανίαν ποτὲ δὲ κρατήσαντας ἕως τοῦ νῦν τῆς αὐτῆς Σπανίας, δοκιμάσαντας δὲ καὶ κατὰ τῶν Φράγγων παρατάξασθαι, οἷς ἀντιταξάμενος σὺν τῷ πλήθει ὁ αὐτὸς Πιπῖνος, κτείνει μὲν καὶ τὸν αὐτὸν Ἔξαρχον τοῦ ἔθνους Ἀβδεραχμάν, συναναιρεῖ δὲ καὶ πλῆθος οὐκ ἀριθμητον παρὰ τὸν Ἠείδανον, καὶ θαυμάζεται καὶ φιλεῖται παρὰ τοῦ ἔθνους, οὐ μόνον διὰ τοῦτο, ἀλλὰ δι' ἄλλα προτερήματα, καὶ προηγεῖται τοῦ ἔθνους πρῶτος, οὐ κατὰ γένος, λύσαντος αὐτὸν τῆς ἐπιορκίας τῆς πρὸς τὸν ῥῆγα τοῦ αὐτοῦ Στεφάνου

AN. CH. 752. CHILDERICI III. R. 9. PIPPINI R. 1.

[illegible] ου, καὶ [illegible] τὰ αὐτῷ ῥῆμα, καὶ ὁ [illegible]
[illegible] καὶ [illegible]. Stephanus itaque conſilÿ apud ſe
inops & Aſtalphi crudelitate coactus, permiſſum etiam tendendi in Franciam
quod concederetur agendi, ab eo obtinuit. In Franciam adueniens, Pipinum virum
ſui ſeculo celeberrimum, ac rebus adminiſtrandis ab ipſo Rege præfectum, Regem
inaugurauit. Hic Arabes ex Africa in Hiſpaniam transfretatos, ac ipſius Hiſpaniæ
ad hunc vſque diem dominatum aſſequutos, ac bellum quaque Francis inferre decer-
nentes paulò antè debellauerat. Inſtructâ namque aduersùs eos acie, ipſum gentis
[illegible] Principem Abderachman interficit Pipinus, & vnà ſimul exercitus non facilè
numerandi copias ingentes internecione delet ad Rhodanum: ex quo admiratio
totiúſque gentis affectus in eum conuertuntur: ac non eius ſolùm rei geſtæ gra-
tiâ, ſed ob alias inſuper, quibus præſtabat, dotes, primus extitit, qui Regio
non oriundus ſanguine imperium in gentem illam obtinuit: cùm interim ipſe
Stephanus eum à periurio in Regem admiſſo abſoluiſſet, Regémque ipſum Pipini
deceſſorem, detonſis eius capillis, in Monaſterium omni honore & quiete cumu-
latum relegaſſet. Rectè Franciſcus Combefis in poſterioribus ad illum tex-
tum notis obſeruat hæc de Stephano Papa imperitè huic aſſuta loco eſſe,
& ad annum ſecundum Conſtantini Imperatoris ab Anaſtaſio repræſen-
tari, lapſúmque memoriâ Fabrotum, cùm in notis ad Anaſtaſÿ Hiſtoriam
ea, quæ de Pippino apud eumdem Anaſtaſium ad annum Conſtantini ſe-
cundum leguntur, apud Cedrenum extare dixit, apud Theophanem ne-
quaquam. Pippinus, vt ex textibus ſuprà recitatis liquet, à Cedreno ne
quidem nominatur, nominatur autem ſæpiùs plurimúmque commenda-
tur à Theophane, cuius narrationem non ad annum Leonis octauum vbi
habetur, ſed ad annum ſecundum Conſtantini Latinè ſic reddidit Anaſ-
taſius. Stephanum Papa Romanum multa mala ab Aſtulpho Rege Longobardo-
rum perpeſſus, ad Francos confugit ſub Pipino, qui Maior-domûs erat, &
Primas in omnium diſpoſitione rerum Francorum gentis, quibus videlicet olim
moris erat Dominum, id eſt, Regem ſuum, ſecundùm genus principari, & nil
agere, vel diſponere, quàm irrationabiliter edere, & bibere, domíque morari,
& Kalendis Maÿ præſidere coram tota gente, & ſalutare illos, & ſalutari ab
illis, & obſequia ſolita impenſa percipere, & illis dona rependere, & ſic ſecum
vſque ad alterum Maium habitare. Habere autem Maiorem-domûs conſilio ſuo
& gentis omnia ordinantem negotia. Dicebantur enim ex genere illo deſcenden-
tes Criſtata *, quod interpretatur Tricorachati, pilos enim habebant natos in
ſpina, veluti porci. Prædictus itaque Papa Stephanus vi preſſus, & crudelitate
Aſtulphi coactus, ſimul etiam ab ipſo adhortatus ire in Franciam & facere quod-
cumque poſſet, veniens Pipinum prouehit virum in omnibus probatiſſimum,
qui præerat tunc quoque rebus poſt Regem, & debellauerat Arabes, qui ab Afri-
ca in Hiſpaniam transmeauerant, quique tenuerunt vſque nunc eandem Hiſpa-
niam, & probauerant præliari nihilominùs contra Francos. Quibus econtrà
idem Pipinus cum multitudine reſiſtens, occidit quendam etiam Principem eo-
rum. Abderachman enim filius Mahubi Principatum huius tenebat gentis. In-
terfecit autem ſimul & multitudinem haud facilè numerabilem iuxta Rhoda-
num * fluuium, & admirationi habetur, & amatur à gente, non ſolùm propter
hoc, ſed & propter alia præcipua geſta, & præficitur genti non ignobiliter pri-
mus, ſoluente ſcilicet eum à periurio, in Regem commiſſo, eodem Stephano, qui
& attondit deceſſorem eius Regem, & in Monaſterio cum honore & requie cir-
cumſcripſit. Obiit Leo Iſauricus decimo-quarto Kalendas Iulias, anno Chriſti
ſeptingenteſimo quadrageſimo-primo, Indictione nonâ. Id fusè probatum
ſuo loco. Poſt patrem ſolus imperauit Constantinus, cuius annus in Im-
perio ſecundus cum anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-tertio
comparatur. Stephanus autem eodem prorſus anno, quo Pippinus regnare
cœpit, Pontificatum iniit, id eſt hoc anno, poſt Chriſtum natum ſeptin-
genteſimo quinquageſimo-ſecundo, nec ante annum ſequentem, qui ſe-

* Chriſtata.

* Rhodanum.

AN. CH, 752. CHILDERICI III. R. 9. PIPPINI R. 1.

cundus Pippini Regis numeratur, in Franciam venit. Illud igitur iter nec
anno Leonis octauo, vt Theophanes ſcribit, nec anno Conſtantini ſecun-
do, vt Anaſtaſius affirmat, ſed anno Conſtantini duodecimo confecit,
Childerico iam exauctorato, & Pippino iam Rege. Præterea Theopha-
nes & Anaſtaſius Carolum Maiorem-domûs, qui Saracenos ſæpè profligauit,
confundunt cum Pippino eius filio, qui priuſquam Rex fieret, nullum
cum Saracenis ſiue Arabibus bellum geſſit. Deinde iidem Chronographi,
necnon Eginhardus, & quicumque Regni tranſlationem à Stephano Ter-
tio factam volunt, non fauent Bellarmino, qui Zachariam iſtius mutatio-
nis authorem fuiſſe contendit, ſedit enim poſt Zachariam Stephanus Se-
cundus, tum Stephanus Tertius. Hæc aduersùs Theophanem & Anaſta-
ſium, à quibus Cedrenus ſuas de Francorum Regibus fabulas mutuatus
eſt, præualida ſunt argumenta, quibus & illud poſtremum addemus, quo
Cedrenus quoque confodiatur. Vt apud Theophanem κατὰ Μάϊον μῆνα
ἀρχῇ τοῦ μηνός, apud Anaſtaſium *Kalendis May*, ſic apud Cedrenum
κατὰ τὸν Μάϊον μῆνα, Conuentus Francorum celebratur. Id autem Hiſ-
toriis illorum temporum palàm repugnat. Agebatur huiuſcemodi Con-
uentus Kalendis Martij, nec aliam ob cauſam campus Martis appellatus
eſt, ſeriùs verò ſub Pippino Rege cœptus eſt haberi Kalendis Maij, mu-
tatóque nomine dictus eſt *Mai campus* ſiue *Campomadius* vel *Campomaius*.
In Annalibus Petauianis ad annum Christi ſeptingenteſimum quinquage-
ſimum-quintum, quo Pippinus quartum Regni ſui annum inchoauit, hæc
leguntur. DCCLV. *Venit Thaſilo ad Martis campo, & mutauerunt Martis*
campum in menſe Maio. Hanc mutationem ſub Pippino Rege factam te-
ſtatur etiam vetus Auctor, qui vitam eiuſdem Regis in literas iuſſu Nibe-
lungi Comitis retulit. *Rex*, inquit, *commoto omni exercitu Francorum, vel*
plurium nationum, quæ in Regno ſuo commorabantur, vſque ad Aurelianis ve-
niens ibi placitum ſuum Campo Madio, quod ipſe primus pro Campo Martio, pro
vtilitate Francorum inſtituit, tenens, multis muneribus à Francis & Proceribus
ſuis ditatus eſt. In Annalibus Metenſibus extant duo textus locupletiſſimi,
quibus probare eſt Conuentus Francorum agi ſolitos olim Kalendis Mar-
tiis. Alter legitur ad annum Chriſti ſexcenteſimum nonageſimum-ſecun-
dum de Pippino Herſtallio, qui *ſingulis annis in Kalendis Martij generale cum*
omnibus Francis ſecundùm priſcorum conſuetudinem Concilium agebat. Alter
legitur ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quartum de
Pippino Rege, qui *placitum habuit ſecundùm conſuetudinem Kalend. Mart.*
Brennaco villà publicà. Mutatione verò factâ frequenter occurrit *Cam-*
pus Madius in prælaudata Pippini Regis vita, & *Mai Campus* in An-
nalibus Nazarianis, vt patebit infrà. Perperam igitur Theophanes, Anaſ-
taſius & Cedrenus, quos Francorum Reges per calumniam ignauos ac
ſocordes fingunt, eos Kalendis Maiis ad publicum proceſſiſſe Conuen-
tum affirmant, & Bellarminus duplici dignus eſt vituperio, quod Ce-
dreni teſtimonio propter ineptiſſimas fabulas, quibus ſcatet, contem-
nendo ſit vſus; & Francorum Reges, *ante Pipini tempora, tantùm ſemel*
in anno, Kalendis May, à populis in generali gentis Conuentu viſos exiſti-
mauit.

XX. Paulus Diaconus, qui poſt extinctum Longobardorum Regnum in ami-
citia Caroli Magni fuit, in teſtem à Bellarmino ſic producitur. *Paulus*
Diaconus lib. 6. c. 5. de Geſtis Longobardorum. Initium iſtius capitis tale eſt.
Hoc tempore apud Gallias Francorum Regibus à ſolita fortitudine & ſcientia
degenerantibus, y, qui Maiores-domûs Regalis eſſe videbantur, adminiſtrare
Regis potentiam, & quicquid Regibus agere mos eſt, cæperunt. Quippe cùm
cœlitus eſſet diſpoſitum ad horum progeniem Francorum transferri Regnum.
Fuitque eo tempore Maior-domûs in Regio Palatio. Arnulfus, qui poſtmodum
claruit vir Deo amabilis & miræ ſanctitatis. Hunc Auctorem, quòd inter

Maiores domûs Regiæ locum Arnulfo tribuerit, à nobis Tomo ſecundo a iam damnatum nota, deinde obſerua in præcitato textu nihil cauſæ Bellarmini fauere, cùm nullum ibi de Romano Pontifice verbum fiat, & contra mentem eiuſdem Bellarmini, qui Francorum Reges à ſuis Maioribus paullò ante Pipini tempora degeneraſſe ſcribit, hoc vitium Regibus Francorum multò citiùs inuratur, priuſquàm Arnulfus ordinetur Metenſis Epiſcopus, id eſt, ante annum Chriſti ſexcenteſimum vndecimum, cùm Auſtraſia Theodoberto Secundo, Burgundia Theodorico Secundo, Neuſtraſia Clotario Secundo paret.

a Ad an. 667. n. 1.

XXI.

Blondus lib. 10. decadis primæ. Illo de Scriptore plura non habet Bellarminus. Sic autem ibi Blondus. *Longum eſſet & noſtræ intentioni contrarium ea referre ſingula, quæ Pipinus in Germanos, Aquitanos, Burgundos, Alemanoſque geſſit; quibus in regionibus, cùm gentis Francorum & eius Childerici nomine omnia gerebantur gloriâ ampliore, nihil maiori habuit impedimento, quam quòd Regem prope amentem variis furentem ineptiis tolerare cogebatur. Inuenio apud Alcuinum, Paulúmque, & pleroſque alios, qui Francorum geſta ſcripſere, Proceres populóſque eius gentis Pipini virtutem, & contrà Childerici Regis amentiam, debitis penſantes meritis, Zachariam Pont. Rom. conſuluiſſe, [illegible] Regem vltrà tolerandum, an Pipinum meritò fraudandum Regiâ dignitate cenſeret. Cúmque reſpondiſſet Pont. eum, qui Regia meliùs obire munera noſſet, habendum Regem, Francos publico totius gentis conſilio Pipinum declaraſſe Regem, Childerico in Clericum tonſurato.* Blondus à Pippini Regis ætate procul abfuit, vixit enim ſeculo decimo-quinto, quapropter vt auctoritatem ſibi conciliaret, ad Auctores longè vetuſtiores appellauit, ſeque Alcuini & Pauli teſtimoniis innixum dixit, neutrius tamen textu, vel loco, vbi legi poſſit, indicato. Si quid apud Alcuinum de Childerici Regis exauctoratione reperitur, id nos fugit. Si Blondus, vbi Paulo fretum ſe iactat, alludit ad caput quintum libri ſexti de Geſtis Longobardorum iuxta veterem editionem, ſiue ad caput decimum-ſextum eiuſdem libri, iuxta nouam editionem, huic obiectioni iam fecimus ſatis, deſcripto ſuprà examinatóque Pauli textu, qui nullum de Romano Pontifice verbum habet. Si verò, quod multò probabilius eſt, alludit Blondus ad librum vigeſimum-ſecundum Hiſtoriarum, quæ Pauli Diaconi velut Auctoris ſui nomen præfixum gerunt, reſpondemus illud opus non vnius Pauli ſed plurium Scriptorum fœtum cenſeri, textúmque, quo Blondus tueri ſe conatur, ex Anaſtaſij Hiſtoria Eccleſiaſtica deſcriptum eſſe. Anaſtaſium iam deſcripſimus a, fictitium Paulum, vt verumque ſimul conferas, nunc accipe. *Stephanus Papa Romanus multa mala ab Aſtulpho Longobardorum Rege perpeſſus ad Francos confugit, ſub Pipino, qui Maior-domûs erat, & primus*[1] *in omnium diſpoſitione rerum gentis Francorum, quibus videlicet olim moris erat Dominum*[2], *id eſt, Regem ſecundùm genus principari, & nil agere vel diſponere, quàm irrationabiliter edere ac bibere, domíque morari; Kal. Maij præſidere coram tota gente, & ſalutare illos, & ſalutari ab illis, & obſequia ſolita impenſa percipere, & illis dona impendere, & ſic ſecum vſque ad alium Maium habitare; habere autem Maiorem-domûs conſilio ſuo & gentis omnia ordinantem negotia. Dicebantur ſanè*[3] *ex genere illo deſcendere Criſtati*[4], *quod interpretatur Tricorachati, pilos enim habebant in ſpina, veluti porci. Prædictum autem*[5] *Papa Stephanus vi preſſus & crudelitate coactus Aſtulphi, ſimul etiam cohortatus*[6] *eſt ab eodem ire in Franciam, & facere quæcumque*[7] *poſſet. Qui*[8] *veniens Pipinum prouehit in*[9] *Regem virum*[10] *probatiſſimum, qui tunc quoque præerat rebus poſt Regem, & debellauerat Arabes, qui ab Africa in Hiſpaniam tranſmeauerant, quique tenent*[11] *vſque nunc eandem Hiſpaniam, & properauerant præliari nihilominùs contra Francos. Quibus econtrà idem Pipinus cum multitudine reſiſtens occidit quidem*[12] *Principem eorum Habdiracimem*[13], *filium Mahuiæ*[14]: *interfecit autem ſimul cum eo multitudinem haud facilè numerabilem.*

a Hoc an. n. 19.
1 primo
2 Dominum.
3 ſanè
4 Criſtata.
5 itaque
6 ab ipſo adhortatus
7 quodcumque
8 deeſt qui
9 deeſt in Regem.
10 virum in omnibus
11 tenuerunt
12 quemdam
13 Abderachman.
14 Mahuhæ.

AN. CH. *iuxta fluuium Rhodanum, & admirationi habetur, & amatur à gente non ſo-*
752. *lùm propter hoc, ſed & propter alia præcipua geſta, & præficitur genti non igno-*
CHILDERICI III. *biliter primus, ſoluente ſcilicet eum à periurio in Regem commiſſo eodem Ste-*
R. 9. *phano, qui & totondit ¹¹ deceſſorem eius Regem, & in Monaſterio cum honore*
PIPPINI *& requie circumſcripſit.* Variæ lectiones, quas ad marginem notauimus,
R. 1. Auctoris ſenſum non mutant. Superuacaneum igitur ducimus hîc aduer-
¹¹ attondit ſùs Pſeudo-Paulum repetere, quæ priùs aduersùs Anaſtaſium protulimus [a]
[a] Hoc an. n. 19 argumenta. Sufficiat id vnum hoc loco rurſum obſeruaſſe, quod Anaſta-
ſius & Pſeudo-Paulus, apud quos nomen Stephani Romani Pontificis oc-
currit, haud fauent Blondo & Bellarmino, qui de Zacharia loquuntur,
hic enim in Pontificatu Stephanum anteceſſit.

XXII. Ex Rheginonis Chronico Bellarminus hunc de Zacharia Papa textum citat. *Per auctoritatem Apoſtolicam iuſſit Pipinum Regem creari, & ſanctæ vnctionis oleo inungi.* Hæc & alia multa, quæ ſuperiùs à nobis tranſcripta ſunt & refutata, literis ad annum Chriſti ſeptingenteſimum vndequinquageſimum commendauit Rhegino, qui ſeculo decimo ſuum Chronicon abſoluit.

XXIII. Ex Mariani Scoti Chronico Bellarminus hæc allegat. *Zacharias Papa ex auctoritate S. Petri Apoſtoli mandat populo Francorum, vt Pipinus, qui poteſtate Regiâ vtebatur, etiam nominis dignitate frueretur. Ita Childericus Rex, qui vltimus Merouingorum Francis imperabat, depoſitus & in Monaſterium*
[b] Hoc an. n. 8. *miſſus eſt.* Annaliſtam Pithœanum ſeu Fuldenſem, vt obſeruatum [b] ſuprà,
tranſcripſit Marianus Scotus; deſcripſit & Baronius, cùm ad annum Chriſti
ſeptingenteſimum quinquageſimum-primum, tum ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſecundum. Porrò quæ ad illos annos in
[c] Hoc an. n. 9. Annalibus Fuldenſibus leguntur, ea ſuperiùs à nobis iam recitata [c] ſunt,
& à Mariano Scoto ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum referuntur, paucarum vocum, quæ ſenſu non differunt, vt ex collatione patebit, tranſpoſitione vel mutatione vix factâ. *750. Pipinus, miſſâ Romam legatione, Zachariam Papam interrogat de Regibus Francorum ex antiqua Merouingorum ſtirpe deſcendentium, qui Reges quidem dicebantur, ſed poteſtas Regni tota apud Maiorem-domûs habebatur, excepto quòd Chartæ & Priuilegia Regis nomine ſcribebantur, & ad Martis campum, qui Rex dicebatur,*
* plauſtro, bobus *plauſtrum * bubus trahentibus vectus, atque in loco eminenti ſedens, ſemel in*
* accipiebat, *anno à populis viſus, publica dona ſolenniter ſibi oblata ſuſcipiebat *, ſtante coràm Maiore-domûs, & quæ deinceps eo anno agenda eſſent, populis adnunciante. Sicque Rege domum redeunte, cetera Regni negotia Maior-domûs adminiſ-*
* iuſtè Rex debeat dici *trabat. Orat ergo ſibi decerni, quis eorum Rex * iuſtè dici debeat & eſſe, is qui ſecurus domi ſedeat, an ille qui curam totius Regni, & omnium negotiorum mo-*
* ſufferat. *leſtias perferat *. Tunc * Zacharias Papa ex auctoritate Sancti Petri mandat*
* deeſt tunc
* nominis quoque *populo Francorum, vt Pipinus, qui poteſtate Regiâ vtebatur, etiam * nominis*
* Hyldricus *dignitate frueretur. Ita Hildericus * Rex, qui vltimus Merouingorum Francis*
* imperauit, *imperabat *, depoſitus & in Monaſterium miſſus eſt. Pipinus verò in ciuitate Sueſſionum à Sancto Bonifacio Archiepiſcopo in Regem vnctus, Regni honore ſublimatus eſt.* Vixit Marianus vndecimo ſeculo, nec aliâ quàm Annaliſta Fuldenſis eget refutatione.

XXIV. Otto Friſingenſis, qui ſeculo duodecimo floruit, à Bellarmino contra Barclaium ſic allegatur. *Auctoritate Zacharia Papa Pipinus ad Regnum eligitur.* Hic Auctor, libro quinto ſui Chronici, multa, quæ vetuſtiores Scriptores iam publicarant, aduersùs Regum Francorum dignitatem & excellentiam ſic repetiit, vt & ab Hiſtorica veritate plurimùm diſcrepet, & ab opinione Bellarmini non parum diſſideat. Capite decimo-tertio ſic habet. *Pipinus filius Angiſi, Maior-domûs effectus Regnum Francorum adminiſtrauit, cuius anni in Catalogo Regum deinceps annotantur. Reges enim exhinc omnibus Regni negotiis & honore nudati, ſolo nomine regnabant, Ma-*

tores verò domûs curam regni habebant. Et capite decimo-quinto. *Anno ab Incarnatione Domini* DCCXIII, *Philippicus remotis à Catalogo Regum Leontio Tyberio, qui viuente Iuſtiniano Regnum inuaſerant,* LXIII *ab Augusto regnauit, in Francia ſolo nomine regnante Dagoberto Iuniore, Pipino verò Maiore-domûs omnem Regni honorem habente.* Imò Philippicus, vt Tomo ſuperiore probauimus [a], anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo-tertio deſiit imperare. Philippico ſucceſſit Artemius, qui mutato nomine dictus eſt Anaſtaſius, & Imperium per annos duos & aliquot menſes, à die videlicet Pentecoſtes, ſiue à ſeptimo Idus Iunias anni poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimi decimi-tertij, ad Autumnum vſque anni poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimi decimi-quinti tenuit. *Huius diebus,* inquit Otto capite decimo-ſexto, *Dagobertus moritur Rex Francorum: Pipino quoque Maiore-domûs mortuo, Carolus filius eius Regnum Francorum per* XXVII *annos, Regibus adhuc, ſed ſine honore ac vtilitate manentibus, adminiſtrauit.* Dagobertum Regem Francorum & Pipinum Maiorem-domûs temporibus Anaſtaſij Auguſti mortuos haud inficiamur, ſed Pippino Dagobertum ſuperſtitem fuiſſe conſtat. Obiit Pipinus anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo-quarto, menſe Decembri. Poſt Pippini mortem Dagobertus bellum aduersùs Theudoaldum eius nepotem ſtatim ſuſcepit fortitérque geſſit, ſed menſe circiter Auguſto, cùm Friſios ad ſuas partes icto fœdere pertraxiſſet, totámque Pippini domum in ordinem iamiam redacturus videretur, in medio victoriarum curſu natus annos circiter viginti morbo conſumptus interiit anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo-quinto. Regem adeò ſtrenuum in ipſáque adhuc adoleſcentiâ poſitum temerè calumniatur Otto; nec æquiori iudicio Anteceſſores eiuſdem Dagoberti, quotquot poſt annum Chriſti ſexcenteſimum octogeſimum-ſeptimum regnarunt, nomine tenus Reges exhibet. A tam ſiniſtra de Francorum Regibus opinione longiſſimè recedit ipſe nec Bellarminus, eos enim ait à ſuis Maioribus *paulò ante Pipini tempora* degeneraſſe. Nihil quoque conducit hæc Ottonis obſeruatio, quòd Pippini Herſtallij, poſtquàm Maior-domûs effectus eſt, *anni in Catalogo Regum deinceps annotantur.* Quot enim annos in Maioratu Pippinus Herſtallius eiuſque filius Carolus tranſegerint, è veteribus Auctoribus perpauci ſcriptis tradiderunt, nec vllus nomina vel geſta Regum prætermiſit. Reperiuntur autem pleríque, qui nullâ Maiorum-domûs mentione factâ, quot annos ſinguli Reges regnarint, diſtinctè notant. In Collectione Ducheſniana complures occurrunt, è quibus ad noſtrum inſtitutum nemo magis appoſitè, quàm Auctor breuis Chronici à nobis initio huius Tomi citatus, ſeptem enim poſtremos Merouingicæ ſtirpis Reges enumerat, annóſque obſeruat quibus ſinguli Regnum tenuerunt, Maiores verò domûs, qui per illa tempora tantoperè ab Ottone laudantur, ne quidem nominat. Præterea, quod maximè perpendendum videtur, publicis inſtrumentis, quorum exempla variis locis protulimus, anni Regum apponuntur, Maiorum-domûs nequaquam. Otto, poſtquàm aduersùs Anteceſſores Childerici, multa, de quibus ſuprà, perperam narrauit, eius exauctorationem, capitibus viceſimo-primo, viceſimo-ſecundo, & viceſimo-tertio ſic deſcribit. *Anno ab Incarnatione Domini* DCCLI, *cùm (vt ſæpè iam dixi) Regibus Francorum ſolo nomine regnantibus, Majores-domûs omnem Regni curam adminiſtrarent, Pipinus, qui hanc dignitatem per ſucceſſionem acceperat, Burchardum Herbipolenſem Epiſcopum, & Folradum Capellanum ſuum ad Zachariam ſciſcitandi gratiâ miſit. Pontifex ergo melius eſſe, vt ille, qui curam omnium haberet, Rex diceretur, quàm qui ſolùm nomen Regis gereret, remandauit. Eo tempore Hildericus ex antiquorum Francorum Regum, qui à Meroneo, Clodij filio, Merouingi dicebantur, ſanguine deſcenderat, inane (vt ſuprà dixi) Regum nomen tenebat. Igitur anno ab Incarnatione Domini* DCCLII, *remiſſis à Roma nunciis, auctoritate Zacharia Papæ, Pipinus à beato Bonifacio*

AN. CH. 752.
CHILDERICI III. R. 9.
PIPPINI R. 1.

[a] An. 713. nu. 51. & ſeqq. an. 716. n. 19.

AN. CH. 752. CHILDERICI III. R. 9. PIPPINI R. 1.

Maguntino Archiepiſcopo, aliiſque Regni Principibus in Sueſſiona ciuitate ad Regnum eligitur. Anno ſequenti Zachariâ defuncto, Stephanus Papa ſucceſſit. Is, cum multa ab Aiſtulfo Longobardorum Rege pateretur, Pipino ab expeditione Saxonum reuertenti, vbi & nuncium de fratris ſui morte Gryphonis habuit, in villa, qua Cariſius dicitur, occurrit, cùmque, vt ſanctæ Eccleſiæ ſuæ Romanæ ſuccurreret, rogauit. Anno ab Incarnatione Domini DCCLIIII. *Pipinus à Stephano Papa primò à fidelitatis ſacramento, quod Hilderico promiſerat, cum aliis Regni Francorum Primoribus abſoluitur, ac detonſo Hilderico & in Monaſterium detruſo, poſtmodum in Regem vngitur.* De anno, quo Zacharias obiit, cum Ottone non conuenimus. Ea de re, vt & de Stephani aduentu in Franciam agemus ſuis locis. Hîc tantùm attende Ottonem valdè torqueri, cùm Auctores aduertit duas in opiniones diſtrahi, quoniam alij Pippinum auctoritate Zachariæ, alij iuſſu Stephani Regem ſeriùs factum volunt; vt enim vtroſque ſimul concilieт neutróſque damnet, ait Pippinum anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo Sueſſione Regem electum, Childericum autem elapſo pòſt biennio detonſum fuiſſe: ſed hæc apertiſſimè pugnant aduersùs præcitatos Auctores, qui, licèt inter ſe de tempore non parum diſſideant, eodem tamen anno, quo Pippinus Rex eſſe cœpit, Childericum exauctoratum & detruſum in Monaſterium vnanimi conſenſu ſcribunt.

XXV. *Ado Viennenſis in Chronico, ætate ſextâ.* De Adone ſic Bellarminus. Porrò ipſum Adonis textum ſuprà deſcriptum [a] habes, nec hîc repetendum ducimus, quia nihil omnino complectitur, quod in Annalibus Laureshamenſibus aliiſque iam allegatis non occurrat. Florebat Ado anno Chriſti octingenteſimo ſeptuageſimo.

[a] Hoc an. n. 8.

XXVI. Abbas Vrſpergenſis à Bellarmino contra Barclaium ſic allegatur. *Anno 750 Pipinus per auctoritatem Zachariæ Papæ, more Francorum electus ad Regnum, per manus S. Bonifacij eleuatus eſt in Regni ſolium, &c. Stephanus Papa Pipinum ſacrâ vnctione in Regiæ dignitatis honore confirmauit.* Obiit hic Auctor anno Chriſti milleſimo ducenteſimo quadrageſimo, ſuúmque Chronicon ex variis diuerſarum ætatum ac gentium Chronologis inſtar centonis conſarcinatum ad annum vſque Chriſti milleſimum ducenteſimum vndetriceſimum perduxit. Rei, de qua nunc agimus, narrationem partim ex Eginhardo & Annaliſta Laureshamenſi, partim ex Theophane & Anaſtaſio deſumpſit. Eginhardum, Annaliſtam Laureshamenſem, Theophanem, & Anaſtaſium ſuprà deſcripſimus, Abbatem Vrſpergenſem hîc damus. *Anno Domini* DCCLI. *Sanctus Burchardus & Folradus Archicapellanus, quem quidam Abbatem, quidam Presbyterum ſcribunt, ad Zachariam Romanum Pontificem miſſi ſunt, vt conſulerent eum, ſub Regibus, qui tempore illo fuerunt in Francia, nomen tantùm Regis, ſed nullam poteſtatem Regiam habentes. Solebant enim Franci ex antiqua Regum ſtirpe Reges habere, qui à Meroneo, Clodij ſecundi Regis filio, Meroningi dicebantur, quorum genealogia vſque ad Hildericum tunc temporis Regem permanebat, in quo etiam deficiebat. Sed licèt in illo finita poſſet videri, iamdudum tamen nullius vigoris erant, nec quicquam clarum in ſe præter inane Regis vocabulum præferebant. Nam & opes & potentia Regni penes Palatij Præfectos, qui Maiores-domûs dicebantur, & ad quos ſumma Imperij pertinebat, tenebantur, nec aliud quicquam Regi permittebatur, quàm vt Regio tantùm nomine contentus, crine profuſo, barbâ ſummiſſâ, ſolio reſideret, ac ſpeciem dominandi effingeret, Legatos vndecúnque venientes audiret, eiſque abeuntibus reſponſa, quæ doctus erat aut iuſſus, ex ſua velut poteſtate redderet, cùm præter inutile Regis nomen, & precarium vitæ ſtipendium, quod ei Præfectus Aulæ, prout videbatur, exhibebat, nihil aliud poſſideret, quàm vnam & eam perparui reditûs villam, in qua domum & ex qua famulos neceſſariò ſibi miniſtrantes, atque obſequium exhibentes, pauca numeroſitatis, haberet. Quacunque eundum erat, carpento ibat;*

AN. CH. 752. CHILDERICI III. R. 9. PIPPINI R. 1.

quod [illegible]ctis bubus, & bubulco, more ruſtico, agente trahebatur. Sic ad Palatium, [illegible] ſic ad publicum Conuentum, qui Kalendis Maij ob regni vtilitatem annuatim [illegible] celebrabatur, ire ſolebat, & coram tota gente præſidens, omnéſque ſalutan[illegible]s & ab eis ſalutatus, debitíſque obſequiis honoratus, ſic domum redibat, ſicq[illegible]ue ſecum vſque ad altum Maium domi reſidebat. At regni adminiſtrationem, & [illegible]omnia, quæ vel domi vel foris agenda erant ac diſponenda, Præfectus Aulæ pro[illegible]curabat. Quo officio tunc cùm prædicti Legati Romam mittebantur, Pipinus Caroli filius, itemque Caroli Magni pater, iam velut hæreditario iure fungebatur. Zacharias verò Papa ſuper huiuſmodi negotio conſultus remandauit [illegible]elius eſſe illum vocari Regem, apud quem ſumma poteſtas conſiſteret, dataque authoritate ſuâ Pipinum Regem conſtitui iuſſit. Anno Domini DCCLII, Pipinus per authoritatem Zachariæ Papæ, more Francorum electus ad Regnum, per manus Sancti Bonifacij Archiepiſcopi Moguntiacenſis eleuatus eſt in Regni ſolium in Sueſſionum ciuitate, &c. Anno Dominicæ Incarnationis DCCLIV, Stephanus Papa apud Pariſium aliquandiu infirmatus, rurſumque per Sanctum Dionyſium conualeſcens, poſtquam à Rege Pipino pro ſanctæ Romanæ Eccleſiæ defenſione firmitatem accepit, ipſum ſacrâ vnctione in Regiæ dignitatis honore confirmauit, & cum eo duos filios eius, Carolum & Carlomannum, cum matre eorum Bertrada, conſecrauit; Francorúmque Proceres vnà cum populo benedictione Apoſtolicâ ſanctificans, authoritate beati Petri Apoſtoli obligauit, & proteſtatus eſt eos, vt numquam ipſi, vel quiſque ex eorum progenie per ſuccedentium curricula temporum progeniti, de alia ſtirpe Regem ſibi præponerent, niſi ex eorum propagine, quos diuina prouidentia [illegible] nunc in defenſionem Eccleſiæ eſt dignata ſublimare. Sic ergo Pipinus ex Præfecto Palatij authoritate Apoſtolicâ ſublimatus & vnctus in Sedem Regni poſtea [illegible] regnauit annis quindecim; abſolutus per eundem Papam Stephanum à iuramento, quod Regi Hilderico cum cæteris Primoribus fecerat. Hildericum verò, qui falſo Regis nomine fungebatur, tonſo capite in Monaſterium miſſum eſt. Hæc deſcripſiſſe, refutaſſe eſt, præſertim ſi memineris eorum, quæ iam aduersùs Eginhardum, Theophanem & Anaſtaſium dicta ſunt [a]. Vnum tamen hic occurrit haud omittendum. Bellarminus ea quæ de Pippini Regia electione ab Abbate Vrſpergenſi ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſecundum ſcripta ſunt, ex eodem Vrſpergenſi ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum retulit non aliam, vt opinamur, ob cauſam, quàm quòd annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum legerit in Auctoribus ſuprà recitatis longéque vetuſtioribus Abbate Vrſpergenſi, quibus Sigebertum, de quo proximè ſermo fiet, liceat etiam annectere.

a [illegible]

XXVII. Sigeberti Chronicon à Bellarmino contra Barclaium ſic adducitur. *Anno 750. Pippinus Princeps auctoritate Apoſtolicâ & Francorum electione à S. Bonifacio in Regem conſecratur.* Et, *anno 752 iterum inungitur in Regem à Stephano Papa.* Vixit Sigebertus ad annum vſque Chriſti milleſimum centeſimum decimum-tertium. De Childerico & Pippino ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum ita ſcripſit. *Hildericus Rex Francorum in Monachum tonſuratur, Pippinus verò Princeps auctoritate Apoſtolicâ & Francorum electione à Sancto Bonifacio Moguntiæ Archiepiſcopo in Regem vngitur & conſecratur, & regnat annis 18.* Iterum de Pippino ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum ſecundum ſic. *Pippinus à Stephano Papa cum filiis ſuis Carlomanno & Carolo in Regem vngitur, & per eos generatio eorum in hæreditatem Regalis ſucceſſionis in perpetuum benedicitur, & omni alienigena ab eius [illegible]aſſione Apoſtolico anathemate interdicitur.* In vulgatis exemplaribus ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum poſt iſta verba, *& regnat annis 18*, hæc adduntur, *poſt annos circiter octoginta-octo, poſtquam Maiores-domûs cœperunt principari ſuper Reges Francorum.* Quæ ſi vera ſunt, Reges Francorum à Maioribus ſuis ab anno

AN. CH. 752. CHILDERICI III. R. 9. PIPPINI R. 1.

Chriſti ſexcenteſimo ſexageſimo-ſecundo degenerarunt. In ea quidem
opinione ſic idem Sigebertus ad illum annum verſatur. *662. Clodoueus*
Rex Francorum obiit, & Lotharius filius eius ſuccedit, & quatuor annis regnat.
Huius Maior-domûs poſt Erchanoaldum fuit Ebroinus. Abhinc Francorum Re-
gibus à ſolita fortitudine & ſcientia degenerantibus, Regni potentia diſponeba-
tur per Maiores-domûs Regibus ſolo nomine regnantibus, quibus moris erat
principari quidem ſecundùm genus, & nil agere vel diſponere, quàm irratio-
nabiliter edere, & bibere, domíque morari, & Kalendis May præſidere coram
tota gente, & ſalutare, & ſalutari, obſequia & dona accipere & rependere, &
ſic ſecum vſque ad alium Maium permanere. Sigebertus Clodoueum Secun-
dum, cuius obitum anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-quinto con-
ſignauimus, anno Chriſti ſexcenteſimo ſexageſimo-ſecundo mortuum aſ-
ſeruit, Clotariíque Tertij regnum, quod annorum quatuordecim fuiſſe pro-
bauimus, quadriennio circumſcripſit. In eodem Auctore ſunt & alia non
a Ad an. 665. n. 49. pauca, quæ contra Chronologiam peccant, vt oſtenſum Tomo ſuperiore [a].
Si benè ſupputauimus, annus Chriſti ſexcenteſimus ſexageſimus-ſecun-
dus cum anno ſeptimo Clotarij Tertij regnantis in Neuſtraſia & Burgun-
dia, & cum anno tertio Childerici Secundi regnantis in Auſtraſia coinci-
dit. Quæ de fabuloſa Regum inertia leguntur ad illum annum apud Sigi-
b Hoc an. n. 19. bertum, tranſcripta ſunt ex Anaſtaſio, de quo ſuprà [b]. Benè quidem apud
eundem Sigebertum, quæ de Childerici Regis exauctoratione déque Pip-
pini Regis electione ſcribuntur, ſub eodem collocantur anno, ſed malè
ſub anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo, nam biennio ſeriùs con-
tigerunt. Conſentanea verò leguntur in Annalibus Laureshamenſibus ad
annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum & in Annalibus Fu[l]-
denſibus ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſecundum.
c Hoc an. n. 9. Vtroſque ſuprà deſcripſimus [c]. Cetera, quæ Sigebertus ad annum Chriſti
ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſecundum de Stephano Papa Pippin[o]-
que Rege narrauit, examinabimus ſuo loco.

XXVIII. Paulus Æmilius à Bellarmino contra Barclaium ſic profertur. *Zacharias*
Francos ſacramento Regi Childerico dicto ſoluit, hique Conuentu habito Regem
Pipinum ſalutauerunt. Deinde eius teſtimonium paulò pòſt ab eodem Bel-
larmino ſic commendatur. *Poſtremus*, id eſt, Æmilius, *ſcribit non auſos*
Francos Pipinum Regem ſalutare, niſi priùs ſacramento per Pontificem ſolue-
rentur, quo Regi Childerico tenebantur. Paulus Æmilius Veronenſis Hiſto-
riam Francorum regnante Franciſco Primo conſcripſit eleganti ſanè ſtylo
ſed, ob delectum Auctorum quos ſequeretur minùs accuratum, fabulas
aliquando complexus eſt exornauítque. Librum ſecundum exorſus eſt
bellis, quæ Franci contra Saracenos geſſerunt Carolo tum Maiore-domû
ſed nec ſingula benè diſtinxit, nec Eudoni Aquitaniæ Duci æquum
præbuit; tum putidiſſimum de Caroli damnatione commentum ſubie[c]
deinde prolixam de Childerici Regis exauctoratione déque Pippini R[egis]
electione narrationem ſic contexuit. *Pipinus opes, gloriam, triumphos*
mo voluebat, eíque decoris quærendi ſancta obtigit materia. Saraceni
acceptas vlturi, in Franciam tertiùm redibant. Pium bellum etiam piè
pit. Obſecrationibus habitis, copiíſque contractis egregio apparatu in ho[ſtem]
contendit, non temerè communem ſalutem fortunæ prælij commiſſurus. Hoſ[tium]
audaciam excurſionémque coercens, eos ad inopiam redegit. Tandem ſum[movit]
trans Pyrenæos ſaltus. Adeóque formidabile impiis eſſe cœpit Pipini nom[en]
vt deinceps inter ſe Galliámque Pyrenæum limitem ſtatuerent ſanctum, q[uem]
tranſgredi nefas ducerent. Gratiæ igitur Superis demiſſiſſimè conſtantiſſim[è]
acta. Templa, quæ prioribus bellis Saraceni euerterant, nec reſtituenda Ma[r]-
lus curauerat, reſtituta. Sanctis viris honores habiti. Iam Pipinus etiam S[anc]-
tis Sanctus videri. Ipſe primùm pietate ſuâ gaudere, hominúmque de ſe
tium defenſâ pietate non refugiendum fructum cum iucunditate ferre. Dei

vt animi mortalium proni in ſpem maximarum rerum ſunt, Regium nomen non diſſimulanter affectare. Childericus enim Rex, mente ſtupens, vitâ ignauus eius cupiditati videbatur, ac Regio nomine indignum, ſibique dehoneſtamentum. Verum ea res Pippinum deterrebat, quòd Regium nomen, in quocumque ac qualicumque foret, ſanctum auguſtúmque ſemper fuerat. Quemnam tanta ceruicis tamque ſublimè vertice inueniri poſſe, qui de Regno transferendo à Magni Clodonei ſtirpe, verba facere audeat? Nimirum hanc tantam támque noui exempli rem alibi tentandam eſſe, quàm in Francia, quæ ſacramento Regi dicto deuincta religione teneretur. Vbi autem meliùs, quam in vrbe Roma, tunc vigentis ſanctitatiſque ſeminario, rationem virtutis haberi poſſe? quam vnam vmbræ Regis imaginarióque ſceptro ac ſtupido Childerico ſtatuebat opponendam, & beneficia patris erga Pontificem Romanum Sedémque Petri a Longobardorum Rege ſocio amicóque defenſam, non parum ponderis habitura confidebat. Simul ſua quoque recentia in Chriſtianum nomen merita, ut Magiſterium Equitum, quod Regium faſtigium exceſſiſſe videri poterat: hæc omnia motura. Ergo Burchardum Viſiburgenſium Epiſcopum ad Zachariam Pontificem Maximum, Oratorem miſit, vt Franci ſoluerentur iuriſiurandi religione, quâ ſe Childerico deuinxerant. Is Romam profectus, ac ad Pontificem Maximum admiſſus, poteſtate dicendi factâ, ita locutus eſt. Antequàm Burchardi orationem ex Æmilio deſcribamus, nota multa perperam ab illo Scriptore præmiſſa, quæ falſitatis arguuntur. Pippinus, quandiu Maioratu, ſiue, vt Æmilius vocat, Equitum Magiſterio potitus eſt, nullo contra Saracenos bello ſe implicuit, eóſque nec expulit è Septimania, nec vltra Pyrenæos ſaltus in Hiſpaniam ſummouit. Æmilius hoc loco deceptus videtur à Theophane, qui, vt dictum ſuprà [a], triumphos, quos Carolus Pippini pater de Saracenis egit, eidem Pippino malè tribuit. Deinde non capimus, quomodo Pippinus Sanctis Sanctus videri cœperit, ſi Regium nomen non diſſimulanter affectabat. Præterea quæ de ſocordia & inertia Childerici Regis tunc adoleſcentuli circumferuntur, vana cenſemus ac futilia. Nec aliter ſentimus de laude, quâ prædictus Carolus afficitur ab Æmilio, quòd Eccleſiam Romanam à Longobardorum Rege defenderit, Carolum enim Romano Pontifici contra Luithprandum auxilio fuiſſe non reperimus. Lege quæ dicta ſunt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimumprimum, quo Legationes Gregorij Tertij Papæ & Caroli Maioris-domûs vltrò citróque directæ. Næuis autem, quibus Æmilius initium ſuæ narrationis decurpauit, palàm oſtenſis, orationem ſubiicimus, quam à Burchardo Vuiburgenſium Epiſcopo ac Pippini Oratore coram Zacharia Papa Romæ ſic habitam ſcribit. *Nuper in rebus gerendis, beatiſſime Pater, à Deo Optimo Maximo Francis precabatur, vt quod bellum piè ſanctéque tum Saracenis ſuſcipiebat, id feliciter ſibi Religionique Chriſtianæ eueniret. Nunc verò poſt victoriam cœleſti beneficio partam, & Templa reſtituta, optat, vt quantùm fieri maximè poteſt, grata Superis ſempiternùm ſit, ac tam præterito iuuet meminiſſe, quam ventura formidare non liceat. Hæc autem Franciæ & bello ſeruato, & pace in priſtinam amplitudinem reuocata lætitia, non magis inter Francos diuiniſque addictos, quam tecum, qui ſummi Sacerdotij iure ac ſanctitate quamproximè ad Superos accedis, communis eſt. Nulla enim Orbis terrarum pia regio eſt, cuius Pater Sanctiſſimus non ſis, cuiúſque magnitudo ac felicitas tua charior ſuâ eſſe non debeat, & pericula huius ſacroſanctæ Sedis ſolicitudinem non iniiciant. Saraceni ſemel, iterum, tertiùm Pyrenæos montes tranſgreſſi, in Galliam eo conſilio deſcenderunt, quo Conſtantinopolim incredibili multitudine diuturniſſimè obſederant, vt diuerſis regionibus, illinc nouæ Romæ, hinc Franciæ excidium molientes, huius vera germanaque ac veteris Romæ, ac quaſſata iam Italiæ fundamenta conuellerent. Quare cùm nulli Regno Chriſtiano non hoſtes ſint, & magnitudine, ac terrarum tractu, imperiiſque ac opibus, & animorum conſenſu [illegible]ò plùs poſſint, cùm omnibus, tum tibi,*

[a] Hoc an. n. 19.

AN. CH. 752.
CHILDERICI III. R. 9.
PIPPINI R. 1.

quem in hac arce ac præſidio, tanquam in terrorum ſpecula, Deus collocauit, die noctúque proſpiciendum, ne in tanta piorum imbecillitate, ac terrarum angustiis, vllus locus neglectus incuſtoditúſue, quas illi nobis reliquas fecere, aut dolo ſerpere, aut ignauiâ noſtrâ aditum ſibi muniſſe, quò aut vi irrumpere, aut in latus noſtrum velut telum ſemper intenta pernicies ac peſtis terrarum. Si paulùm titubauerimus, offenderimúſue, non intenire queat illa inſomnis, & in latus noſtrum velut telum ſemper intenta pernicies ac peſtis terrarum. Si paulùm titubauerimus ruinâ obruemur. Et niſi Carolus tione periclitabimur, ſed (quod omen abſit) ruinâ obruemur. Et niſi Carolus Martellus Pipini pater rem Francicam geſſiſſet, eo ipſo tempore, quo illud à Saracenis diluuium terras obibat, nullum tam atrox exemplum vllo bello vlla vrbs perpeſſa fuit, quàm miſera Chriſtiani nominis reliquiæ ceruicibus ſuis pertuliſſent. De Pipino, quia præſentem eum noſtro intuetur ætas, nihil dicam præter hoſtium de eo iudicium. Quamdiu Martellus Imperator vixit, nullus ſanguis effuſus, nulli cadauerum tumuli deterrere Saracenos potuere, quin minùs vnum ſemper belli fortunam tentarent, cruorémque ſuum cruore noſtrorum vlciſcerentur, Pipinus incruento milite Chriſtiano bellum finiuit, quod ſummum Ducem Martellum omni vitâ in armis tenuerat. Sed & bella renaſci poſſunt, & Pyrenæus ſaltus factus eſt nimis peruius, ac velut iugo ſubſederint, nullum impiis iter æquius, nulla via magis trita, cuique maior virtus & clarior Imperator ubiici debeat. Regem Childericum, quando præter preces nobis nihil reliquum eſt, vtinam aut Caroli Pipiniſque virtus adæquaret, aut abſque terrorum damno, ſilentio præterire poſſem. Sed abs te peto, beatiſſime Pater, vti me de Theodoricis Childericiſque neceſſariò dicentem ſic audias, vt ſcias Francos extrema mala ſuo nomine pati ſemper maluiſſe, quàm in ſpem Regni natis ſceptra non demandare, patientiámque, ne quid grauius dicam, ſuam ab omnibus accuſari, quàm à quoquam fidem requiri. Cæterùm iam non noſtram, ſed Religionis vicem deflemus. Horret animus, cùm præterita mala diſcriminaque memoriâ repeto, quæ vel ingenio, vel quia ita viſum eſt, fortunâ parum fœlices Theodorici Childericique intulere, ſine ſpe fortitudinis pietatiſque Maiorum ſaltem adumbrandæ; adeò proximos quoſque parentes malunt imitari, quàm veterum illum ſummum ac remotum locum poſſint vel conatu aſſequi, vel animo cogitare, intuerique. Magno cum dolore hæc, Pontifex, ac inuitus loquor, & iam futuro magis vereor, quàm præterita tuliſſe Francos queror. Hoſtes Religionis omnes Orientis regiones tenent; Africam totam occuparunt; Boſphorum vtrumque propè ponte iunxerunt; Hiſpanias tenent; Pyrenæum ſaltum, velut domûs ſuæ fores, vbi viſum eſt, perfringunt, perrumpúntque; in Franciam iam expoſitam illis patentémque manus iniiciunt. Si in ſolio ſegnities & inertia ſedeat, vt dici veriſſimè ſolet, etiam Leones Rege Ceruo vincemur. Continebûntne deinceps Alpium niues Saracenos, quos nullum mare arcuit, nulla iuga ſubmouere, nulli cadaueribus ſtrati campi excluſere? Et ſic de Saracenis loquor tanquam non inuenti ſint in hac ipſa Italia, qui Romam Religionis arcem inter ſederint. Quæ omnia ſi te ad lachrymas (video enim oculos tuos beatiſſ Pater) impellunt, ſuſcipe, oro, pietatis cauſam, ſuſcipe iuriſiurandi dei, quæ ad cognitionem ſacroſanctæ poteſtatis pertinent, diſceptationem. verba Childerici iurarunt Franci. Si forti, ſi experienti, quique im obſiſtere, pios regere didicerit, iurarunt, pareant; eius ductu auſpicio Religionem ferro tueantur. Sin eo duce neque conſeri pugna, neque omitti impios dulcedine Franciæ ſemel illectos poteſt, tutum eſt Francos illo iuriſ randi vinculo ſoluere, teſtaríque, nullâ eos, quin Orbis terrarum ſaluti ſit, conceptione verborum teneri. Et vt eò redeat oratio mea, vnde initi fecit, gratias Superis agimus, tibi magis gratulamur, quàm gratulari a nobis poſtulemus, quod res Francica, & antè Martelli ductu ſeruata, & n Pipini pietate in priſtinam dignitatem ſit reſtituta: in futurum Deum Optim Maximum oramus, vt hoc gaudium publicè potiùs, quàm priuatim perpetu ſit, & ſempiternum, & quantùm humano conſilio prouideri poteſt, tuarum partium, cui non tanta diuinitus data poteſtas eſſet, niſi incidere poſſent, q

AN. CH. 752. CHILDERICI III. R. 9. PIPPINI R. 1.

lia [illegible]ent tempora, cùm uti eà neceſſe foret: tuum eſt, inquam, impiorum fu-rorẽ [illegible] obiicere, quod maximè formident, & res Chriſtiana firmiſſimum ſibi præ-ſidi[illegible]m ſit experta. Nos, ſi te nulla alia de cauſa adiuiſſemus, niſi ut & nos col[illegible]achrymaremus, & tu nos miſerarere, ſatis tamen iuſta veniendi cauſa fe[illegible]ret, ut in fletu & orbitate ſolatium Pontificis, & humani generis paren-[illegible]s, haberemus. Sin opem ferre, & in medium conſulere potes: nimirum ſi [illegible]egligis communem gentium ſalutem, quoniam cùm ſeruare poſſis, non ſeruas, [illegible] occidiſti. Quod verbum quamuis graue dictu ſit, tamen quia dolor ac neceſſi-[illegible] ſemel expreſſit, iterum, quod veniâ dignum ſit tuâ, occidiſti. Tu tamen etiam atque etiam, Beatiſſime Pater, cùm te non minus Francia ſublevanda, quàm toti terrarum Orbi, cuius in tantis anguſtiis quota ſit illa pars noſti, ad-iuuando, [illegible] Pontificem Omnipotens dederit: ſic apud animum tuum conſtitue, te [illegible]edicto, ſoluendiſque iuriſiurandi religione Francis, plùs apud mortales immortaléſque gloria inuenturum, quàm inter mortales ex impietate victa Martell[illegible] reportauit. Illa enim Martelli victoria aliud bellum peperit, ſua pru-dentia [illegible] etiam futura bella deleuerit. Huius orationis author non eſt Burchardus, ſed Æmilius, qui Carolum cognomine longè poſt ipſius Caroli ætatem ei tribui cœptum Martellum dicit, vimque totius orationis, quam à Burchardo Romæ habitam ait, è duabus potiſſimùm fabulis haurit, quarum altera ſpectat ad Saracenos, ad Francorum Reges altera. Pippino nondum Rege, Saracenos ter tantùm in Franciam irrupiſſe putat, ſemel iterúmque cùm Carolus Maioratum gereret, tertiò cùm Maioratus penes Pippinum eſſet, exiſtimátque Pippinum Carolo patri rerum præclarè geſtarum laude meritò præferendum, quia Carolus primâ vice Saracenos ita vicit, vt eos tamen non potuerit deterrere, quò minùs fortunam belli denuò tentarent, Pippinus autem eoſdem hoſtes, ne vagarentur excurrerént-que, coercitos, atque ad inopiam redactos, ſine prælio, ſine cruore trans Pyrenæum montem ſummouit, Franciâ in priſtinam amplitudinem reuocatâ. Sed hæc alieniſſima ſunt à vero. Saraceni Franciam ſæpiùs adorti ſunt. Primò, Toloſam obſederunt anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-primo, repulſique ſunt ab Eudone Aquitaniæ Duce, cùm Theodoricus Quartus annum ætatis ſuæ ſeptimum, Regni primum agebat, Carolo tum Maiore-domûs. Secundò, in Aquitaniam per Epiſcopatus Cadurcenſem & Petragoricenſem effuſi ſunt anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo-quinto, ruſuſque ab eodem Eudone Aquitaniæ Præfecto profligati ſunt, Carolo tumultibus Boioariæ procul occupato. Tertiò, Arelatum obſederunt anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-primo, commiſſóque prælio Francos, qui ciuitatem obſidione ſe liberaturos ſperauerant, in fugam verterunt, Carolo & Eudone in Aquitania interim digladiantibus, vrbe tamen haud potiti ſunt. Quartò, bifariam diuiſi penetrarunt in Franciam anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-ſecundo, alij nemine reſiſtente Senonas vſque, alij vſque Pictauium debellato priùs ad Dorodoniæ * ripam Eudone: illi prope Senonas victi ſunt ab Ebbone Metropolita Senonenſi, hi prope Pictauium à Carolo & Eudone ſimul iunctis; vtrique autem in Septimaniam redire coacti, ſubſequente poſtmodum illos Carolo, hos Eudone. Quintò, proditione Mauronti Ducis, Auenionem anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-ſexto inuaſerunt in ſpem multò maiorem erecti, cùm propter Mauronti defectionem tum propter motus in Aquitania rurſum à Carolo concitatos aduersùs filios Eudonis anno ſuperiore mortui; ſed comperto, quòd Aquitaniæ pax eſſet reſtituta, Maurontiúſque palàm deficere nondum auderet, ſibi timere cœperunt, nec immeritò, pulſi ſunt enim Auenione, deletíque anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-ſeptimo prope Narbonem à Carolo, qui totam procul dubio Septimaniam redegiſſet in poteſtatem Francorum, niſi de Theodorico Rege vel morti proximo vel mortuo nuncium accepiſſet. Quinque hæ Saracenorum irruptio-

* *la Dordogne.*

AN. CH. 752 CHILDERICI III. R. 9. PIPPINI R. 1.

nes Tomo ſuperiore ſuis locis deſcriptæ ſunt. Sexrò, perfidiâ Mauronti, Burgundionibus ac Prouincialibus præfecti, per vniuerſum fermè Galliarum tractum, qui Rhodanum, Alpes & mare mediterraneum interiacet, effuſi ſunr anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-nono, fugatique à Carolo, cui fuit auxilio Luithprandus Rex Longobardorum. Abhinc Saraceni quieuerunt, nec vllam deinceps in vicinas Francorum ditiones impreſſionem vel è Septimania vel ex Hiſpania fecerunt, quamdiu Carolus eiúſque filij Carolomannus & Pippinus Maioratum geſſerunt. Reus igitur quadruplicis erroris eſt Æmilius, vbi Burchardum de Saracenis coram Papa loquentem introducit. Nullum enim Pippino, priuſquàm Rex fieret, bellum cum Saracenis fuit, vnde ſequitur Pippinum Maiorem-domûs aduersùs eos, cùm in Franciam tertiò irruperunt, haud progreſſum, cóſque ab eodem Maiore-domûs vltra Pyrenæos montes in Hiſpaniam haud repulſos eſſe, imò nihil eis ab ipſo Maiore-domûs ablatum, quod Franciam vel ſpatioſiorem reddere vel in priſtinam amplitudinem reuocare poſſet. Præterea, licèt ſubactam à Pippino Maiore-domûs Septimaniam, Saracenóſque trans Pyrenæum ſaltum ſummotos concederemus, duo ſuperesſent adhuc apud Æmilium næui, quia ſi quâ Saraceni Francos irruptione laceſſiuerunt, cùm Pippinus Regiæ domûs Maior eſſet, ea dici non poteſt tertia, ſex enim Carolo tum Maiore-domûs præceſſerunt; nec idem Pippinus, ſi, priuſquàm Rex conſtitueretur, Saracenos expulit è Septimania, cenſendus eſt Franciam *in priſtinam amplitudinem* tunc reuocaſſe, pars enim illa Galliarum, cui nomen inditum Septimaniæ, tranſiit à Romanis ad Wiſigothos, à Wiſigothis ad Saracenos, nouiſſimè à Saracenis ad Francos Pippino iam Rege, ideóque illa de regione, præter excurſiones in eam diuerſis temporibus à Francis factas, nihil à nobis hactenus dictum. Quod attinet ad alterum orationis ſuprà recitatæ caput, quod inertiam ſocordiámque Regibus Francorum affingit, Æmilius, quotquot è ſtirpe Merouei poſt Clotarium Tertium regnarunt, ignauis Regibus annumerat, *quo*, inquit [a], *defuncto*, nempe Clotario Tertio, *& Regum gloria intermortua eſt*, in prædicta tamen oratione de Theodoricis tantùm Childericiſque ſic apud Papam queritur. *Abs te peto, beatiſſime Pater, vti me de Theodoricis Childericiſque neceſſariò dicentem ſic audias, vt ſcias Francos extrema mala ſuo nomine pati ſemper maluiſſe, quàm in ſpem Regni natis ſceptra non demandare.* Et paulò pòſt. *Horret animus, cùm præterita mala diſcriminaque memoriâ repeto, quæ vel ingenio, vel, quia ita ſuperis viſum eſt, fortunâ parum fœlices Theodorici Childericique intulere, ſine ſpe fortitudinis pietatiſque Maiorum ſaltem adumbranda; adeò proximos quoſque parentes malunt imitari, quàm veterum illum ſummum ac remotum locum poſſint vel conatu aſſequi, vel animo cogitare intuerique.* Poſt Clotarium Tertium, præter Clodoueum Tertium, Childebertum Tertium, Dagobertos Secundum & Tertium, Chilpericum Tertium, & Clotarium Quartum, in Francia regnarunt è ſtirpe Merouingica duo Theodorici Tertius & Quartus, totidémque Childerici Secundus & Tertius. Quæri poteſt, vtrùm Æmilius ambos Theodoricos ambóſque Childericos, an vnum dunraxat Theodoricum vnúmque Childericum inſectetur. Poſterior opinio magis placet. Æmilius ſynecdochicè locutus videtur, cùm de ſolis Theodorico Quarto & Childerico Tertio conqueri vellet. Vt ita ſentiamus, non leuiter ſuadet, cùm Theodoricos Childericóſque, quos *vel ingenio vel fortunâ parum fœlices* dicit, à Maioribus, qui fortitudine pietatéque præcelluerunt, inſinuat ætate plurimùm diſtare *ſine ſpe fortitudinis pietatiſque Maiorum ſaltem adumbrandæ, adeò proximos quoſque parentes malunt imitari, quàm veterum illum ſummum ac remotum locum poſſint vel conatu aſſequi, vel animo cogitare intuerique.* Reges, qui poſt Clotarium Tertium Regno potiti ſunt ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum-ſeptimum,

[a] Lib. 1. in Clotar. III.

AN. CH. 752. CHILDERICI III. R. 9. PIPPINI R. 1.

quo Theodericus Quartus interiit, à calumnia Tomo ſuperiore vindicaui-mus. In illorum numero fuerunt Childericus Secundus, Theodoricus Tertius & Theodoricus Quartus, de quibus vt & de ceteris nihil hic repetemus. Supereſt Childericus Tertius. Hic in tenerrima erat ætate, cùm patrem Theodoricum Quartum tres ac viginti duntaxat annos natum amiſit anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-ſeptimo, detruſuſque fuit in Monaſterium anno poſt decimo-quinto, rebus arduis ſuſcipiendis ac gerendis adhuc impar; nec aliis opus eſt argumentis, vt ab eo calumniam omnem remoueas. Oratione Burchardi ſic examinatâ & exploſâ, inſpiciamus, quo tandem modo narrationem ſuam Æmilius claudat. *Oratione, inquit, Epiſcopi, id eſt, Burchardi, motus Zacharias, initio minimè audebat tam magni momenti cogitationem ſuſcipere. Deinde cum Francos Exoceres mirâ conſenſione animorum Pipino adeſſe cuperéque, compertum exploratumque habuiſſet, vnúmque Childericum Regem reliquum eſſe Magni Clodouei ſobolem; ſine liberis, ſine ingenio, cuíque ingenuo dolori omiſſum Regnum ipſi futurum non eſſet, nec vſquam eſſe, qui eius vicem quererentur, Francos ſacramento Regi Childerico dicto ſoluit. Hique Conuentu habito Pipinum Regem ſalutauere. In decimum tamen ob initio Magiſterio Equitum annum tanta molis res protracta eſt, nec vllus alius motus exortus eſt, quales cum terrore ac formidine magnorum Imperiorum mutatio afferre ſolet. Tanta opes Pipini, tanta Childerici contemptio.* Quis tot inanium rationum abſurdam conglobationem ferat? Exauctorandus dicitur Childericus, quia ſola ſupereſt ſoboles Clodouei Magni; quia ſine liberis eſt; quia caret ingenio; quia nullum ex amiſſo Regno dolorem capiet; quia deſunt agnati, qui vicem eius & calamitatem querantur. Imò, quia ſolus eſt è ſtirpe Clodouei Magni ſuperſtes, apud Francos & apud Romanum Pontificem in maxima debet eſſe veneratione; vix ingreſſus eſt adoleſcentiam; vxorem nondum duxit, è futuro coniugio ſperandi filij nepotéſque, qui Regno poſt eum potiantur; non caret ingenio, ſed vſu, quia iunior; nec quia inexercitus, ideo hebes ac ſocors habendus. Peccat etiam Æmilius contra Chronologiam, vbi rem, de qua nunc agimus, in annum decimum ab initio Pippini Maioratu protractam ſcribit, protracta eſt enim in annum eiuſdem Maioratûs vndecimum, ſiue in annum vndecimum poſt Caroli mortem, de qua cum eodem Æmilio ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-primum conuenimus.

Auctores omnes, quos Bellarminus in libris ſecundo & quarto de Romano Pontifice produxit, hactenus examinauimus; ò duodecim verò, quos in Tractatu de poteſtate Papæ aduersùs Barclaium citauit, ſuperſunt quatuor, Aimoinus, Lambertus Schafnaburgenſis, Hermannus Contractus, & Albertus Krantzius. XXIX.

Aimoinus à Bellarmino contra Barclaium ſic allegatur. *Pontifex datâ auctoritate ſuâ iuſſit Pippinum Regem inſtitui.* Hæc non ab Aimoino ſed ab eius Continuatore ſcripta ſunt libro quarto, capite ſexageſimo-primo. Deſumpta ſunt autem ex Annalibus Laureshamenſibus iam tranſcriptis [a]. Textum Continuatoris Aimoiniani hic damus, adiectis in margine paucis vocabulis, in quibus ab eo differt Annaliſta Laureshamenſis. *Richardus* [1] *Wirzburgenſis Epiſcopus, & Folradus* [2] *Capellanus, miſſi ſunt Romam ad Zachariam Papam, vt conſulerent Pontificem de cauſa Regum, qui in* [3] *illo tempore fuerunt in Francia, qui nomen tantùm Regis, ſed nullam poteſtatem Regiam habebant* [4]*. Per quos prædictus Pontifex mandauit melius* [5] *eſſe illum vocari Regem, apud quem ſumma poteſtas conſiſteret, datâque auctoritate ſuâ iuſſit Pippinum Regem inſtitui* [6]*. Hoc* [7] *anno ſecundùm Romani Pontificis ſanctionem Pipinus Rex Francorum appellatus eſt, & ad huius dignitatem honoris vnctus ſacrâ vnctione manu ſanctæ memoriæ Bonifacij Archiepiſcopi & Martyris, & more Francorum eleuatus in ſolium Regni in* [8] *ciuitate Sueſſiona. Hildericus* XXX.

[a] Hoc an. n. 9.
[1] Burchardus Vuertziburgenſis
[2] Folradus Presbyter Capellanus.
[3] deeſt in
[4] habuerunt.
[5] melius eſſe illum Regem
[6] conſtitui
[7] DCCL. hoc anno.
[8] Sueſſionis ciuitate.

AN. CH. *verò, qui falsò Regis nomine fungebatur, tonſo capite in Monaſterium miſ-*
ſus eſt.
752. Lambertus Schafnaburgenſis à Bellarmino contra Barclaium ſic quoque
CHILDE- citatur. *Pipinus decreto Zachariæ Papæ per vnctionem Sancti Bonifacij Rex*
RICI III. *appellatus eſt.* Hæc leguntur apud Lambertum ad annum Chriſti ſeptin-
R. 9. genteſimum quinquageſimum, ſuntque inſtar epitomes eorum, quæ ad eun-
PIPPINI dem annum in Annalibus Laureshamenſibus iam deſcriptis ſic habentur.
R. 1. DCCL. *hoc anno ſecundùm Romani Pontificis*, nempe Zachariæ, *ſanctionem*
XXXI. *Pipinus Rex Francorum appellatus eſt, & ad huius dignitatem honoris vnctus ſacrâ vnctione manu ſanctæ memoriæ Bonifacij Archiepiſcopi & Martyris.* Vixit autem Lambertus vndecimo ſeculo, ſuúmque Chronicon ab Orbe condito ad annum Chriſti milleſimum ſeptuageſimum-ſeptimum perduxit.

XXXII. Hermannus Contractus, quem eodem vndecimo ſeculo floruiſſe conſtat, à Bellarmino contra Barclaium ſic allegatur. *Anno 752 Pipinus auctoritate Stephani Papæ detonſo ac depoſito Rege Childerico Rex Francorum factus eſt.* Hæc deſcripta ſunt ex Hermanno genuino ſeu Piſtoriano, qui ſic habet ad illum annum. *Pipinus I. auctoritate Stephani Papæ, depoſito ac detonſo Hilderico, Rex Francorum factus regnauit annis 15.* Hermannus autem iſta tranſcripſit è vita Caroli Magni per Eginhardum conſcripta, cuius initio dicitur, quòd Childericus Rex *iuſſu Stephani Romani Pontificis depoſitus ac detonſus, atque in Monaſterium truſus eſt.* Et paulò pòſt aſſeritur, quòd *Pipinus per auctoritatem Romani Pontificis*, id eſt, eiuſdem Stephani, *ex Præfecto Palatij Rex conſtitutus, cùm per annos XV aut eo ampliùs ſolus imperaret Francis, apud Pariſios morbo aquæ intercutis diem obiit.* Porrò locum
[a] Hoc an. n. 16. hunc Eginhardi ſuprà refutauimus [a].

XXXIII. Denique Albertus Krantzius à Bellarmino contra Barclaium ſic producitur. *Meritò ſummus Pontifex & Gallorum Rex mutuis ſe attollunt fauoribus, quando ab initio hæc Sedes domui Caroli hoc præſtitit, vt Regiam haberet dignitatem.* Scripſit iſta Krantzius ſeculo decimo-ſexto, in ſua Metropoli, libro primo, capite decimo-quarto, ſecutus opinionem Eginhardi aliorúmque complurium, quos ſuprà recenſuimus, redarguimúſque, quòd Francorum Regnum iuſſu ſeu decreto vel auctoritate Romani Pontificis tranſlatum à Childerico ad Pipinum exiſtimarint.

XXXIV. Ex Auctoribus, quorum textus à Serario deſcripti ſunt, vnus duntaxat Egilwardus hîc eſt examinandus, de ceteris enim, quoniam à Bellarmino allegati ſunt, actum eſt ſuprà. Egilwardus autem ſic habet in vita Sancti
[b] Ap. Sur. d. 24. Octobr. Buchardi [b]. *Solebant Franci ex antiqua Regum ſtirpe Reges habere, qui è Meroueo, Clodij ſecundi Regis eorum filio, Merouingi dicebantur, quorum genealogia vſque ad Childericum tunc temporis Regem permanebat, in quo etiam deficiebat. Sed licèt in illo finita poſſet videri, iamdudum tamen nullius vigoris erat, nec quicquam clarum in ſe, præter inane Regis vocabulum, præferebat. Nam & opes & potentia Regni penes Palatij Præfectos, qui Maiores-domûs dicebantur, & ad quos ſumma Imperij pertinebat, tenebantur, nec aliud quicquam permittebatur Regi, quàm vti Regio tantùm nomine contentus, crine profuſo, barbâ ſubmiſſâ, in ſolio reſideret, ac ſpeciem dominantis effingeret, Legatos vndecunque venientes audiret, eíſque abeuntibus reſponſa, quæ doctus erat aut iuſſus, ex ſua velut poteſtate redderet, cùm præter inutile Regis nomen & precarium vitæ ſtipendium, quod ei Præfectus Aulæ, prout videbatur, exhibebat, nihil aliud poſſideret, quàm vnam & eam perparui redditûs villam, in qua domum, & ex qua familiam, neceſſaria ſibi miniſtrantes, atque obſequium exhibentes, paucæ numeroſitatis, haberet. Quocunque eundum erat, carpento ibat, quod iunctis bubus, & bubulco, more ruſtico, agente trahebatur. Sic ad Palatium, ſic ad publicum Conuentum, qui Calendis Maij ob Regni vtilitatem annuatim celebrabatur, ire ſolebat, & coram tota gente præſidens, omnéſque ſalutans, & ab eis ſalutatus, debitíſque obſequiis honoratus, ſic domum redibat,*

AN. CH. 752. CHILDERICI III. R. 9. PIPPINI R. 1.

ſicque ſecum vſque ad alium Maium domi reſidebat, ac Regni adminiſtrationem, & omnia quæ vel domi, vel foris agenda erant ac diſponenda, Præfectus Aulæ procurabat. Quo officio tunc, cùm prædicti Legati, Burchardus & Folradus, ad Zachariam Romanum Pontificem *mittebantur, Pipinus Caroli filius, id eſt, Caroli Magni pater, iam velut hereditario iure fungebatur. Zacharias Papa ſuper huiuſmodi negocio conſultus, remandauit per Burchardum Pontificem & Folradum Abbatem, melius eſſe vocari illum Regem, apud quem ſumma poteſtatis conſiſteret. Datâque authoritate ſuâ Pipinum Regem conſtitui iuſſit. Quâ Legatione peractâ, Pipinus per authoritatem Apoſtolicam, quâ tam probabiles viri in audientia Primotum ſcriptis ac dictis deferebant, more Francorum electus ad Regnum, per manus Sancti Bonifacij Archiepiſcopi Moguntiacenſis eleuatus eſt in Regni ſolium in Sueſſionum ciuitate. Qui poſt per Stephanum Papam vnctus in Regem & confirmatus, atque à iuramento, quod Childerico Regi cum ceteris Primatibus fecerat, abſolutus, poſteà regnauit annis quindecim. Childericus verò, qui falſo Regis nomine fungebatur, tonſo capite in Monaſterium truſus eſt.* Huius narrationis maxima pars paucis vocibus mutatis eodémque ſenſu ſeruato legitur apud Eginhardum in vita Caroli Magni, ipſiſſimis verò verbis ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimumprimum apud Abbatem Vrſpergenſem iam tranſcriptum [a] occurrit ad illum vſque locum, *Pipinum Regem conſtitui iuſſit.* Quæ verò ſequuntur apud Egilwardum, iiſdem penè verbis ab Abbate Vrſpergenſi referuntur. Partim quidem ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſecundum, ſic. *Anno domini* DCCLII, *Pipinus per authoritatem Zachariæ Papæ, more Francorum electus ad Regnum, per manus Sancti Bonifacij Archiepiſcopi Moguntiacenſis eleuatus eſt in Regni ſolium in Sueſſionum ciuitate.* Partim ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quartum, ſic. *Pipinus ex Præfecto Palatij authoritate Apoſtolicâ ſublimatus & vnctus in Sedem Regni poſteà regnauit annis quindecim, abſolutus per eundem Papam Stephanum à iuramento, quod Regi Childerico cum ceteris Primoribus fecerat. Hildericus verò, qui falſo Regis nomine fungebatur, tonſo capite in Monaſterium miſſus eſt.* Ad confutationem igitur Egilwardi lege quæ ſuperiùs allata ſunt aduerſùs Abbatem Vrſpergenſem.

[a] Hoc an. n. 26.

XXXV. E præmiſſo tot Auctorum, qui celebrioris notæ ſunt, examine colligimus ea, quæ de Francorum Regno per auctoritatem Romani Pontificis ad Pippinum tranſlato circumferuntur, è duobus hauſta Scriptoribus ætate Caroli Magni ac Ludouici Pij conſpicuis, Annaliſtâ Loiſeliano & Eginhardo. Sed cùm illi duo Scriptores inter ſe non conueniant, inde ortæ opiniones duæ, quarum vna prædicto Annaliſtâ, Eginhardo altera oritur, imò & è duabus conflatâ tertia, quæ partim eodem Annaliſtâ, partim Eginhardo ſe tuetur. Si fides eſt Annaliſtæ, *Zacharias Papa per auctoritatem Apoſtolicam iuſſit Pippinum Regem fieri.* Apud Eginhardum in vita Caroli Magni, Childericus aſſeritur *iuſſu Stephani Romani Pontificis*, id eſt, Stephani Tertij *depoſitus ac detonſus, atque in Monaſterium truſus: Pippinus autem per auctoritatem Romani Pontificis ex Præfecto Palatij Rex conſtitutus* dicitur, & cùm *per annos* XV *aut eo ampliùs* regnaſſet, *apud Pariſius morbo aquæ intercutis* diem obit. Inde duplex oboritur opinio. Alij decreto Zachariæ, alij decreto Stephani, exauctoratum Childericum, Pippinum Regem factum volunt. Pro Zachariæ decreto ſtant Annales Loiſeliani, Fuldenſes, Bertiniani, & Metenſes, necnon Ado, Regino, Marianus Scotus, Lambertus Schafnaburgenſis, Sigebertus, Continuator Aimoini, Blondus, & Paulus Æmilius. Pro Stephani decreto ſtant, Theophanes, Anaſtaſius, Hiſtoriæ Romanæ Continuator ſub nomine Pauli Diaconi, & Hermannus Contractus. E duabus illis opinionibus tertiam eruunt, Otto Friſingenſis, Abbas Vrſpergenſis, & Egilwardus in vita Sancti Burchardi, Pippinum enim auctoritate Zachariæ Regem factum conſentiunt, Chil-

AN. CH. 752. CHILDERICI III. R. 9. PIPPINI R. 1.

dericum autem iuſſu Stephani detonſum & Monaſterio incluſum affirmant. Explodenda procul dubio poſtrema hæc opinio. In eodem enim Francorum Conuentu depoſitus eſt Childericus, eiúſque loco ſubrogatus eſt Pippinus, nec aliter vetuſtiſſimi ſenſerunt Auctores, ſine auctoritate Zachariæ, ſiue auctoritate Stephani vtrumque confectum exiſtimarunt. Tria igitur, quæ ſpectant ad Chronologiam, neceſſariò ſunt hic ſtabilienda, nempe quando Pippinus exauctorato Childerico regnare cœperit, quando Zacharias ex hac ſublatus ſit vita, quando Stephanus in Franciam venerit.

XXXVI. Pippinus hoc anno, poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo, Regnum iniit. Id probatum ſuprà. Regni tranſlationem in generali Francorum Conuentu publicè factam non eſt cur inficiari quis poſſit. Celebratus autem ille Conuentus Kalendis Martiis, vt iſtorum temporum mos ferebat; à pleriſque, quos antiquis teſtimoniis refutauimus, in Kalendas Maij perperam reiicitur.

XXXVII. Hoc eodem anno, quo Pippinus ex Palatij Præfecto Rex conſtitutus eſt, eodémque menſe Martio, quo Conuentus habitus vt tanta mutatio fieret, ad Deum migrauit Zacharias Papa. Pontificatum enim ſuſcepit ineunte menſe Decembri, anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-primo, tenuítque *annos decem, menſes tres, dies 14,* & *ſepultus eſt ad B. Petrum Apoſtolum Idibus Martij, Indict. 5.* quæ per menſem Martium cum anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo componitur; *ceſſauit Epiſcopatus eius dies 12.* Hæc Anaſtaſius de Zacharia, cuius nomen in Tabulis Eccleſiaſticis, Idibus Martij, celebratur.

XXXVIII. Idem Auctor de proximis Zachariæ ſucceſſoribus Stephanis Secundo & Tertio ſic ſcribit. *Defuncto beatæ memoriæ Domno Zacharià Papâ, Stephanum quendam Presbyterum ad ordinem Pontificatûs cunctus populus ſibi elegit, & intra Lateranenſe Patriarchium miſit, vbi biduo manens, tertio die, poſtquàm à ſuo ſurgeret ſomno, & ſedens familiares cauſas ſuas diſponeret, ſubitò dum ſederet alienatus obmutuit, & ſequenti die defunctus eſt. Poſt hæc verò cunctus Dei populus congregatus eſt intra venerabilem Baſilicam Sanctæ Dei Genitricis ad Præſepe. Vbi & omnes miſericordiam Domini Dei noſtri petentes, & ipſius Dominæ noſtræ ſanctæ ſempérque Virginis Dei Genitricis Mariæ, bono animo & conſonâ voce prædictum beatiſſimum virum* Stephanum *ſibi eligunt Pontificem. Quem omnes ſincerâ mente cum laudis præconiis in Baſilicam Saluatoris, quæ appellatur Conſtantiniana, deportauerunt, & exinde intus venerunt, & in Patriarchium iuxta morem intromiſerunt.* Hic Stephanus, licèt eius deceſſor ob breuiſſimum quatridui Pontificatum à multis Auctoribus prætermittatur, meritò Tertius eſt dicendus. Sedere cœpit hoc eodem anno, menſe Martio exeunte, miſſis ad Aiſtulphum Longobardorum Regem nunciis *tertio Apoſtolatûs ordinationis ſuæ menſe*, id eſt, menſe Iunio, pacem cum illo *in quadraginta annorum ſpatia* pepigit, quam *iſdem proteruus Rex poſt penè quatuor menſes*, id eſt, menſe Octobri, *in periurij incidens reatum diſrupit.* Nulli pòſt emolumento ceſſerunt variæ Legationes ad eundem Regem cùm à Stephano Româ, tum à Conſtantino Auguſto Conſtantinopoli directæ. Tandem Pontifex *diuinâ gratiâ inſpirante clàm per quendam peregrinum ſuas miſit litteras Pipino Regi Francorum, nimio dolore conſcriptas. Adhuc etiam non ceſſauit dirigens, vt ſuos Romam ipſe Francorum Rex mitteret Miſſos, per quos eum ad ſe accerſiri faceret.* Id lubentiſſimè Pippinus adimpleuit. Egreſſus eſt igitur Româ Stephanus *decimo-quarto die menſis Octobris, Indictione ſeptimâ*, id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-tertio, cuius Kalendæ Septembres Indictionem ſeptimam aperuerant. Papiam venit, ab Aiſtulpho nihil ſeu muneribus ſeu precibus impetrauit. *Quintâ-decimâ die, menſe Nouemb. prædictæ ſeptimæ Indictionis à ciuitate Papia mouens ſuum in Franciam profectus eſt*

iter,

AN. CH. 752.

CHILDERICI III. R. 9.

PIPPINI R. 1.

iter, & cum nimia celeritate, Deo prænio, ad Francorum peruenit clauſas. Quas ingreſſus cum his, qui cum eo erant, confeſtim laudes Omnipotenti Deo reddidit. Hæc Anaſtaſius.

XXXIX. Porrò, cùm tres illæ res valdè diuerſæ, Pippini Regis electio, mors Zachariæ Papæ, Stephani Tertij promotio ad Pontificatum, hoc anno contigerint, eodem menſe Martio, Stephanúſque proximo anno exeunte cum Oratoribus Pippini, qui per ſeſquiannum & eo ampliùs iam regnauerat, in Franciam peruenerit, certè eidem Stephano Papæ nihil commercij fuit cum Pippino Maiore-domûs, corrigendíque ſunt Eginhardus & eius aſſeclæ, qui Pippinum ex Palatij Præfecto Regem iuſſu Stephani Romani Pontificis factum affirmant.

XL. Inter eos autem, qui Regiam dignitatem auctoritate Zachariæ Papæ Pippino collatam aſſerunt, nonnulli nobiſcum de anno conueniunt, quo Pippinus Rex eſſe cœpit. Alij Chronologiam vno anno vel biennio anteuertunt. Legationem, per quam Romanum Pontificem ſuper Francorum Regno conſultum aut interrogatum volunt, omnes ferè referunt anno ante Pippini Regis electionem proximo. Si fides eſt Annaliſtæ Loiſeliano, qui fuit in manibus Reginonis, atque ab Annaliſta Bertiniano tranſcriptus eſt, Zacharias anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-nono Legationem excepit è Francia, poſteróque anno per auctoritatem Apoſtolicam Pippinus abdicato Maioris-domûs titulo Regium aſſumpſit. Similiter Auctor Annalium Fuldenſium, Otto Friſingenſis & Abbas Vrſpergenſis, Legatos anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-primo Romam ad Zachariam è Francia directos aiunt, addúntque Pippinum auctoritate Apoſtolicâ Regem anno ſequenti conſtitutum fuiſſe. Marianus Scotus anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo Legationem ad Romanum Pontificem miſſam & Pippinum Sueſſione Regem eleuatum contendit. Vni eidémque anno hæ duæ res adſcribi non poſſunt. Kalendæ Martij, quia indictæ Conuentui Sueſſione habendo, in quo Pippinus Rex acclamatus eſt, Legatos anno ſuperiore Romam profectos oſtendunt. Quoniam autem hic Conuentus anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo celebratus eſt, ſi Legatio ad Romanum Pontificem præceſſit, illa nec anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-nono nec anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo, ſed anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-primo conſignanda, quo Burchardus Epiſcopus, quem vnum è Legatis Romam miſſis fingunt, Epiſcopatum Wirceburgenſem abdicauit.

XLI. Vt Paulus Æmilius in Geſtis [a] Francorum, orationem fabulis & anachroniſmis aſperſam pro lubitu compoſuit, eámque aſſeruit à Burchardo Wirtzburgenſi Epiſcopo coram Zacharia Papa Romæ recitatam fuiſſe, ſic & in Annalibus [b] Boiorum Ioannes Auentinus fictitium hoc eiuſdem Zachariæ reſponſum excogitauit. *In diuinarum literarum ſacra Hiſtoria populum à Rege ignauo & ſocorde, luxuriaque, ſpreto prudentium conſilio, intento, indulgente ſummâ ac æternâ illa Maieſtate, defeciſſe, virúmque prudentem à ſuo corpore Regem creaſſe inuenio. Regnum omne poteſtáſque Dei Optimi Maximi eſt, Principes miniſtri duntaxat Regnorum ſunt. Duces populo ideo deliguntur, vt ſupremi Imperatoris in omnibus ſectentur voluntatem, non pro libidine ſua agant. Is demum verus Rex, qui populum ſibi à Deo creditum iuxta diuinæ legis præcepta placitáque moderatur, quò ſimul fœlices conſiant, & vitam adipiſcantur beatam. Princeps populo, cuius beneficio poſſidet, obnoxius eſt. Quæcunque enim habet, potentiam, gloriam, diuitias, honorem, dignitatem, a populo accipit; plebi accepta referat neceſſe eſt. Regem plebes conſtituit, eundem & deſtituere poteſt. Proinde fas eſt, & licet ipſis Francis Germaniſque, repudiata degenere monſtro, eligere eum, quâ belli, domi, ſapientiâ coniuges, liberos, parentes, omnium denique vitam & fortunas tutari & defendere queat &*

[a] Lib. 2.

[b] Lib. 5.

AN. CH. 752 Childerici III. R. 9. Pippini R. 1.

valeat. Idem Auctor commentitio huic reſponſo mentionem ſuppoſititiarum literarum, quarum tenore Zacharias, quid ipſe Legatis reſponderit, Bonifacio Moguntiacenſi Archiepiſcopo ſignificaſſe, eique partes ſuas in eo negotio commiſiſſe fingitur, ita ſubiecit. *Hac vbi Zacharias dixit, Dino Bonifacio literis aperit, eidem partes ſuas in hac re committit.* Vt illis literis auctoritas magis conciliaretur, ſubſcriptionem adiecit Chronologicis munitam Characteribus, quos etiam cum anno Chriſti comparauit. *Huius*, inquit, *epiſtolæ finis. Data pridie Nonas Nouembris, imperante Domino Piiſſimo Auguſto Conſtantino Imperatore, Imperij eius ann.* XXXIII. *Indictione quintâ. Fuit is annus Chriſti* DCCLII. Denique de Legatorum reditu, déque rebus, quæ poſteà ſubſecutæ ſunt, narrationem haud veriorem ſic contexuit. *Legati deinde in Germaniam reuertuntur, Moguntiaci, vbi Proceres Francorum & Germaniæ frequentes conuenerant, literas reddunt, ſententiam Pontificis Maximi patefaciunt. Indicitur igitur Concilium Sueſſonum, Veſſonum Ptolemæus nominat. Vrbs eſt Belgicæ ſecundæ in confinio Germaniæ & Galliarum. Ibi Hylderico Regium nomen communi omnium ſuffragio abrogatur; Pipinus Rex ſalutatur. Quem deductum in Templum Diuus Bonifacius Pontifex Moguntinus ritu ſolenni & more Chriſtiano inungit. Quamobrem Moguntinus Archimyſtes tenet hactenus primas deligendi Imperatoris Germani, quem Regem Romanum vocant. Hyldericus captus, tonſus in Monachorum ordinem capite diminuto redigitur.*

XLII. Habes nnnc fabulam numeris omnibus abſolutam. Annaliſta Loiſelianus ſuprà [a] deſcriptus, Legationis, de qna nunc inquirimus, ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-nonum primus meminit. Alij alia commenti ſunt, orationem ad Zachariam Papam à Burchardo habitam Romæ, reſponſum Legatis à Romano Pontifice factum, literas ab eodem Zacharia ſcriptas Bonifacio, Conuentum Moguntiaci celebratum, Romani Pontificis epiſtolam Bonifacio tunc redditam, patefactam quoque ſententiam Zachariæ, Pippinum à Bonifacio Regem inunctum auctoritate prædictarum literarum, in illius rei memoriam Bonifacio ſucceſſoribúſque Moguntinis Archiepiſcopis collatum inſigne Priuilegium. Vt creduli faciliùs decipiantur, adunata tot commentorum congeries, ſed eò plures inde naſcuntur diſcrepantiæ, quæ fabulam deſtruunt.

[a] Hoc an. n. 5.

XLIII. Chronologiam Annaliſtæ Loiſeliani iam refutauimus. Eius textum, cui præfiguntur anni Incarnationis Dominicæ ſeptingenteſimus quadrageſimus-nonus & ſeptingenteſimus quinquageſimus, reiecimus in annos Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-primum & ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſecundum, quia Pippinus non anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo, ſed biennio pòſt regnare cœpit, & ſi quæ Romam pro Regni tranſlatione Legatio directa eſt, illam anno ante Pippini Regis electionem proximo ſiue anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-primo connotandam diximus. Nec hoc argumentum, quod ex annorum computatione ſumitur, parum conducit, vt inficiemur miſſam ad Zachariam Legationem, cuius prima mentio apud prædictum Annaliſtam occurrit. Æmilius in oratione, quam à Burchardo altero Legatorum habitam ait, ab Hiſtorica veritate multùm aberrat. Reſponſum, quod Auentinus à Papa datum ſcribit, in Regiam dignitatem contumelioſum eſt, & à Zachariæ prudentia valdè alienum. Huius Pontificis literas, quarum ſubſcriptio profertur, nemo vidit, etſi Zachariæ ad Bonifacium extent epiſtolæ non paucæ, nec deſint anno datæ poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimo quinquageſimo-primo, ſiue anno ante Pippini Regis electionem proximo. Ipſa ſubſcriptio, prout excuſa eſt, vitio non caret. Epiſtola dicitur *data pridie Nonas Nouembris, imperante Domino Piiſſimo Auguſto Conſtantino Imperatore, Imperij eius ann.* XXXIII. *Indictione quintâ.* Sed indictio quinta per menſem Nouembrem nec cum anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquage-

AN. CH. 752. CHILDERICI III. R. 9. PIPPINI R. 1.

ſimo-ſecundo vt Auentinus exiſtimanit, nec cum anno Conſtantini Auguſti triceſimo-tertio componitur. Leone Iſauro in viuis ſuperſtite, Conſtantinus eius filius in Imperatorem ipſo die Paſchæ coronatus eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo. Ergo idem Conſtantinus anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-primo, cuius Kalendæ Septembres Indictionem quintam aperuerunt, per menſem Nouembrem annum Imperij ſui triceſimum-ſecundum adhuc numerabat. Ad illum annum deſcripſimus Priuilegium, quod Zacharias Papa Monaſterio Fuldenſi conceſſit, necnon epiſtolam, quam idem Zacharias Bonifacio per Lullum Preſbyterum direxit. Vtraque ſcriptio data eſt illo anno, pridie Nonas Nouembris, Indictione quintâ tum currente. Priuilegium in editionibus, Suriana, Baronianâ Caniſiana, & Serariana, ſic. *Pridie Non. Nouemb imperante Domino Auguſto Conſtantino, anno* XXXII. *Imperij eius, Indictione quintâ.* Epiſtola in editionibus, Suriana & Baroniana, ſic. *Pridie Nonas Nouemb. imperante Domino Auguſto Conſtantino, Imperij eius anno* XXXII. *Indict.* V. Et iſt editionibus Biniana, Caniſiana & Serariana, ſic. *Pridie Nonas Nouemb. imperante Domino Piiſſimo Auguſto Conſtantino, à Deo coronato, Magno Imp. anno trigeſimo-ſecundo, Imperij eius anno vndecimo, Indictione quintâ.* Necnon in Sirmondana, ſic. II. *Nonas Nouembris, imperante Domino Piiſſimo Auguſto Conſtantino, à Deo coronato, Magno Imperatore, anno* XXXII. *P. C. eius anno* XI. *Indictione* V. Ex illis ſubſcriptionibus colligere eſt Ioannem Auentinum [a] & Martinum Cruſium [b], qui literas ad Bonifacium pro transferendo ad Pippinum Regno ſcriptas à Zacharia *pridie Nonas Nouembris, Indictione quintâ* contendunt, annum Conſtantini Auguſti triceſimum-tertium loco triceſimi-ſecundi perperam adieciſſe, ſubſcriptionémque, quam deſcripſerunt, non aliam eſſe ab ea, quam literis à nobis anno priori [c] recitatis ſubiectam repererunt. Literas ipſas, quas in articulos viginti diſtinximus, tranſcribere non auſi ſunt, quia Romanus Pontifex eas non per Burchardum Epiſcopum ſed per Lullum Preſbyterum ad Bonifacium tranſmiſit, & in iis nullum de Childerico, de Pippino, de Regni tranſlatione verbum fecit. Inde præualidum ad noſtræ ſententiæ confirmationem eruitur argumentum. Zacharias pridie Nonas Nouembris, anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-primo literas benè longas Bonifacio mittit, mittit & Priuilegium pro Monaſterio Fuldenſi, variis de rebus ſermonem habet, de Burchardi Legatione déque Regni tranſlatione nullomodo loquitur. Aſſertioni noſtræ tantum ſilentium fauere quis neget? Nihil quoque de Conuentu Moguntiacenſi legitur. Pippinus in Regem à Bonifacio non fuit vnctus. Sueſſio non eſt in confinio Germaniæ & Galliarum. Id Moguntiæ conuenit, quæ Rheno Gallias à Germania diſterminanti adiacet. Apud Marianum Scotum [d], *ob id*, quòd Bonifacius Pippinum in Regem vnxit; *poſt Papam ſecundus habetur Moguntinus Archiepiſcopus*: & apud Auentinum [e], *Moguntinus Archimyſtes tenet hactenus primas deligendi Imperatoris Germani, quem Regem Romanum vocant.* Vtrumque ridiculum. Vbi Moguntiacenſis Archiepiſcopus poſt Romanum Pontificem ſecundus habitus? Quid affinitatis eſt electioni Pippini Regis cum electione Regis Romanorum? Reges Romanorum ſeriùs eligi cœperunt; ſeriùs etiam inſtitutum Collegium Electorale, in quo Moguntiacenſis Archiepiſcopus primum locum tenet.

[a] Lib. 3.
[b] Part. 2, l. 11 c. 6.
[c] Ad an. 751. nu. 5. & ſeqq.
[d] Ad an. 750.
[e] Lib. 3.

XLIV.

Aduerſùs Annaliſtam Loiſelianum bis per occaſionem iam decertauimus. Priore argumento damnauimus illius Auctoris Chronologiam, & Legationem, quam primus memorauit atque ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-nonum retulit, oſtendimus à multis in annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-primum meliùs reiici, nec alio anno fuiſſe ſuſceptam, quia Pippinus non anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo vt ille ſibi perſuaſit, ſed anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquage-

AN. CH. 752. CHILDERICI III. R. 9. PIPPINI R. 1.

ſimo-ſecundo Rex eſſe cœpit. Poſteriore argumento, quod ex Zachariæ Papæ ſilentio deſumpſimus, Legationem, de qua quæſtio eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-primo ſuſceptam negauimus, concluſimuſque nunquam ſuſceptam fuiſſe, quia illo anno, quo ſuſcipi neceſſariò debuit, haud ſuſcepta. Prævalidæ ſunt hæ duæ rationes. Pleraſque nihilominùs, nec minoris auctoritatis addemus.

XLV. Annaliſta Loiſelianus, Legatos ad Zachariam miſſos affirmauit, vt interrogarent *de Regibus in Francia, qui illis temporibus non habentes Regalem poteſtatem, ſi benè fuiſſet, an non.*

XLVI. Ad illam interrogationem, prout iacet, Zacharias nihil omnino reſpondere debuit, niſi quòd *non benè fuiſſet*, quoniam æquitati repugnabat penes eos, qui Reges eſſent, Regalem non eſſe poteſtatem. *Mandauit* autem *Pipino*, ſi fides eſt eidem Annaliſtæ, *vt melius eſſet illum Regem vocari qui poteſtatem haberet, quàm illum qui ſine Regali poteſtate manebat, vt non conturbaretur ordo. Per auctoritatem ergo Apoſtolicam iuſſit Pipinum Regem fieri.* Sed hæc eum interrogatione non conueniunt, ordóque conturbatur, quia Regnum ab vna ſtirpe, quæ legitimo hæreditarióque iure à multis retrò ſeculis regnat, transfertur in aliam, cui nullum ius in illud competit.

XLVII. Annaliſtam Loiſeliannum Laureshamenſis aliter reddidit ſpecie politioris Latinitatis, & Legatos Romam ad Zachariam miſſos dixit, *vt conſulerent Pontificem de cauſa Regum, qui illo tempore fuerunt in Francia, qui nomen tantum Regis, ſed nullam poteſtatem Regiam habuerunt.* Eo modo conſultus Zacharias ſtare debuit à partibus Regiæ ſtirpis, eóſque damnare, qui contra ius fáſque Regiam ſibi poteſtatem arrogabant. *Mandauit* autem, ſi credimus Annaliſtæ Laureshamenſi, *meliùs eſſe illum Regem, apud quem ſumma poteſtatis conſiſteret, datâque auctoritate ſuâ iuſſit Pipinum Regem conſtitui.*

XLVIII. Eundem Annaliſtam Regino quoque ſuis in Chronicis expoliuit, & Legatos Romam ad Zachariam directos aſſeruit, *vt interrogarent de Regibus in Francia, qui illis temporibus non habentes Regiam poteſtatem, Reges tamen vocabantur, ſi benè eſſent Reges.* Zacharias ſic interrogatus reſpondere debuit eos, qui Reges vocabantur, *benè eſſe Reges*, id eſt, in Regio ſolio legitimè ſedere, quia ſtirpis erant Regiæ, licèt alij ſuis abuſi Magiſtratibus adminiſtrationem Regni ſeu Regiam poteſtatem vſurpaſſent. *Mandauit* autem *Pipino*, ſi Regino vera ſcripſit, *melius ſibi videri, illum Regem vocari qui poteſtatem haberet, quàm illum qui ſine Regali poteſtate manebat. Et ne perturbaretur Chriſtianitatis ordo, per auctoritatem Apoſtolicam iuſſit Pipinum Regem creari, & ſancta vnctionis oleo inungi.* Sed Chriſtianitatis ordo vix vllâ re magis perturbandus videtur, quàm ſi Francorum Regnum, cui nullum toto Orbe Chriſtiano æquiparatur, ablatum ſoboli Clodouei Magni, cuius poſteri de Religione tot ſeculis optimè meriti ſunt, in priuatam familiam, Regij ſanguinis Regiorúmque titulorum expertem, transferatur.

XLIX. Ex illa diſcrepantia, quæ cùm apud Annaliſtam Loiſelianum tum apud eius explanatores, tam in interrogatione, quàm in reſponſione reperitur, argumentum non leue capies, vt fabulis accenſeas, quæcumque de prædicta Legatione circumferuntur.

L. In eam quoque ſententiam ibis lubentiùs, ſi memineris neminem, è Childerici Maioribus, ignauiæ ſocordiæque inſimulandum eſſe. Diſſimulari non poteſt hoc loco, præcitatos Auctores, vbi Reges in Francia Regiam poteſtatem non habere dixerunt, eo conſilio ſic locutos eſſe, vt illos exhiberent ignauos, ac ſocordes, indignóſque, qui ſederent in ſolio Regéſque vocarentur. Hæc miſſæ Romam Legationis cauſa prætexitur. Fabulæ, quæ ſcenicos & vmbratiles Francorum Reges fingit, author Eginhardus in vita Caroli Magni. Textum, quo commentum texuit, non ſemel recitauimus refutauimúſque. Tomo ſuperiore ſingulos Reges ad Theodoricum vſque Quartum vindicauimus à calumnia. Childericum quoque

Tertium, cuius res præſertim agitur, habitâ ætatis ratione vindicauimus ſuprà. Deſuit igitur cauſa, propter quam Legatio Romam miſſa dicitur. Ergo Legationem miſſam iure inficiaberis.

In ſtabilienda Francorum Regum Chronologia ſæpè immorati ſumus, nonnunquam diutiùs quàm æquum erat quorumdam iudicio. Rei momentum, quo grauius vix excogitari poteſt, id viſum poſtulare. Bellarminus & Serarius ea de Chronologia non fuerunt ſolliciti. Baronius Sigeberti calculos in multis ſecutus eſt. Obitum Clodouei Magni cum Sigeberto LI. collocauit anno Chriſti quingenteſimo decimo-quarto. Clotarij Primi mortem, quam Sigebertus anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-quarto conſignauit, reiecit in annum Chriſti quingenteſimum ſexageſimum-quintum. Rediit in gratiam cum Sigeberto ad annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-ſeptimum, quo Chilpericum è vita ſublatum dixit. Ad annum quoque Chriſti ſexcenteſimum triceſimum-primum, quo Clotarium Secundum obiiſſe ſcripſit, aſſenſus eſt Sigeberto. Dagoberti Magni, qui poſt Clotarium patrem regnauit, annum octauum, quo Fredegarius [a] Sigibertum Dagoberti filium in lucem editum ſcripſit, cum anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-nono comparauit, illóque anno Sigibertum natum aſſeruit. Eo nixus calculo, Clodouei, qui filius Dagoberti natu minor extitit, ortum, de quo nihil in literas retulit, ad annum Chriſti ſexcenteſimum quadrageſimum-tertium commemorare debuit, quia in vulgatis Fredegarij [b] exemplaribus anno duodecimo Dagoberti Regis annotatur. Annus, quo Clodoueus Dagoberti Magni filius vſuram lucis accepit, valdè eſt obſeruandus, quoniam Childericus Tertius eiuſdem Clodouei Secundi fuit atnepos; nam Clodoueus Secundus Theodoricum Tertium, filium natu minimum; Theodoricus Tertius alterum filium Childebertum Tertium; Childebertus Tertius Dagobertum Tertium; Dagobertus Tertius Theodoricum Quartum; Theodoricus Quartus Childericum Tertium filium reliquit. In opinione Baroniana, Clodoueus Secundus anno Chriſti ſexcenteſimo ſexageſimo-quarto vitam claudit; anno Chriſti ſexcenteſimo duodenonageſimo moritur Theodoricus Tertius; Childebertus Tertius obit anno Chriſti ſeptingenteſimo nono; Dagobertus Tertius [c] anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo-quinto deſinit viuere. Numerantur igitur ab ortu Clodouei Secundi ad Dagoberti Tertij mortem anni duo duntaxat & ſeptuaginta. Singulorum annos iam diſtingue, ſi potes; nam iuxta illam computationem vix oſtendes Dagobertum Tertium, Theodorici Quarti patrem, ad ætatem gignendæ proli maturam perueniſſe.

Chronologia longè aliter inſtituenda. Vitam finierunt, Clodoueus Magnus anno Chriſti quingenteſimo vndecimo, Clotarius Primus anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-primo, Chilpericus anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quarto, Clotarius Secundus anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-octauo. A patre Clotario Dagobertus Magnus anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-ſecundo Rex Auſtriæ conſtitutus eſt. Anno eiuſdem Dagoberti decimo-tertio, vt apud Fredegarium [d] reponi debet, id eſt, anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-quarto natus eſt Clodoueus Secundus. Ab huius igitur Clodouei ſecundi natiuitate ad Dagoberti Tertij mortem anni vnus & octoginta numerandi. Viuere deſierunt, Clodoueus Secundus anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-quinto, Theodoricus Tertius anno Chriſti ſexcenteſimo nonageſimo-ſecundo, Childebertus Tertius anno Chriſti ſeptingenteſimo vndecimo, Dagobertus Tertius anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo-quinto. Vixit Clodoueus Secundus annos vnum & viginti, tres reliquit filios. Theodoricus natu minimus fratri Childerico, cuius mors in Autumnum anni poſt Chriſtum natum ſexcenteſimi ſeptuageſimi-tertij incidit, in regnum ſucceſſit vxore nondum ductâ. Childebertus igitur Tertius, qui ſecundus Theodorici filius fuit, vitámque clauſit ineunte anno Chriſti ſeptingenteſimo vndecimo, vixit annos præterpropter LII.

[a] Cap. 19.

[b] Cap. 76.

[c] Baron. Tom 8. ad an. 714. n. 7.

[d] Cap. 76.

AN. CH. 752. CHILDERICI III. R. 9. PIPPINI R. 1.

triginta-quinque. Dagobertus Tertius poſt patrem Childebertum regnauit annos duntaxat quatuor, obiit enim anno Chriſti ſeptingenteſimo decimoquinto; vixit annos circiter viginti, quantùm ex Childeberti patris ætate licet colligere; filium reliquit nomine Theodoricum, de quo Baronius hæc duo tantùm ſcribit, quòd patrem habuit Dagobertum, quódque anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo in Regni Sede conſtitutus eſt.

LIII. Habes ſuprà paucis explicatum, quod inter nos ac Baronium intercedit diſſidium in aſſignandis annis cùm Clodouei Magni, tum ſubſequentium Regum, ad eius vſque abnepotem Dagobertum, cognomento quoque Magnum, Clodouei Secundi patrem. Quæ verò diſcrepantia ſequitur ab ortu Clodouei Secundi ad obitum vſque Dagoberti Tertij, cuius filius Theodoricus Quartus abnepos Clodouei Secundi iuxtà Baronij calculos vix haberi poteſt, ob oculos in proxima exhibetur Tabula, quam attentè perlegiſſe non pigebit.

LIV.

AN. Chr.	CHRONOLOGIA Baroniana,	Noſtra.	
	DAGOBERTI R.	DAGOBERTI R.	
633	2	12. Dagobertus filium Sigibertum, tres duntaxat annos natum, Regem Auſtraliæ conſtituit [a].	1.
634	3	13 Naſcitur Clodoueus II. Dagoberti R. alter filius [b].	2
635	4	14	3
636	5	15	4
637	6	16	5
638	7	Dagobertus obit menſe Ianuario, anno Regni decimo-ſexto exeunte. Soccedit Clodoueus filius [c].	6 / 1
639	8 Sigibertus, Dagoberti R. filius, naſcitur anno Dagoberti R. octauo [d].	7	2
640	9	8	3
641	10	9	4
642	11	10	5
643	12 Sigeberti Chronico quod Baronius ſequitur, & vulgato Fredegario [e], ſimul collatis, Clodoueus, Dagoberti R. alter filius, naſcitur hoc anno, Dagoberti R. duodecimo.	11	6

[a] Fredeg. emend. c. 75.

[b] Fredeg. emend. c. 76.

[c] Fredeg. c. 79. Geſt. Dagob. c. 43.

[d] Fredeg. c. 59.

[e] Cap. 76.

AN. CH. 752. CHILDERICI III. R. 9. PIPPINI R. I.

CHRONOLOGIA

AN. Chr.	Baroniana,		Noſtra.	
644	13		12	7
645	14		13	8
646	15		14	9
647	16 Obit Dagobertus menſe Ianuario, anno Regni 16. Succedunt filij, Sigibertus in Auſtraſiam, Clodoueus in Neuſtraſiam. 1	1	15	10
648	2	2	16	11
649	3	3	17	12
650	4	4	18	13
651	5	5	19 Ante hunc annum natus non videtur Clotarius III. patre Clodoueo II. R. tunc annos nato tantùm 17.	14
652	6	6	20 Ante hunc annum natus non videtur Childericus II. patre Clodoueo II. R. tunc annos nato tantùm 18.	15
653	7	7	21 Ante hunc annum natus non videtur Theodoricus III. patre Clodoueo II. R. tunc annos nato tantùm 19.	16
654	8	8	17 Sigibertus R. Auſtraſiæ obit, natus annos 24. Regnat Pſeudo-Childebertus, eóque exauctorato Clodoueus II. Sigiberti frater, Monarchiam Francorum obtinet [a].	1
655	9	9	18 Clodoueus II. obit. Succedit Clotarius III. filius [b].	2
656	10	10	1	
657	11 Obit Sigibertus anno Regni Auſtraſiani vndecimo, ætatis decimo-octauo; an Dagoberti Secundi aliorúmque liberorum pater? Succedit Clodoueus frater R. Neuſtraſiæ, ſicque Francorum Monarcha.	11	2	

[a] Tom. 5. an. 654. nu. 5. 6.

[b] Vit. S. Bathildis.

AN. CH. 752. Childerici III. R. 9. Pippini R. 1.

AN. Chr.	CHRONOLOGIA Baroniana,	CHRONOLOGIA Noſtra.
658	12 Clodoueus Childericum filium ſecundo loco natum Regem Auſtraſiæ conſtituit. At Childericus tunc natus nondum videtur, patre Clodoueo annos tantùm nato 15. 1	3
659	13 2	4
660	14 3 Ante hunc annnum natus non videtur Clotarius, patre Clodoueo R. tunc annos nato tantùm 17.	5 Childericus II. frater Clotarij III. fit Rex Auſtraſiæ [a]. 1
661	15 4 Ante hunc annum natus non videtur Childericus, patre Clodoueo R. tunc annos nato tantùm 18.	6 2
662	16 5 Ante hunc annum natus non videtur Theodoricus, patre Clodoueo R. tunc annos nato tantùm 19.	7 3
663	17 6	8 4
664	18 7 Clodoueus, vbi regnauit ann. 18. obit natus ann. 21. Succedit Clotarius filiorum natu maximus.	9 5
665	8 1	10 6
666	9 2	11 7
667	10 3	12 8
668	11 4 Clotarius R. obit, poſtquàm regnauit ann. 4. Iuxta illam Chronologiam viuit annos ad ſummum 8. Id autem ſi verum eſt, quâ fronte pater cuiuſdam Pſeudo-Clodouei dici vel fingi poteſt? Succedit Childericus frater, Rex Auſtraſiæ, Monarchiámque Francorum obtinet, expulſo Theodorico fratre.	13 9
669	12 1	14 10 Clotarius III. obit [b]. Childericus frater Monarchiam Francorum obtinet, expulſo Theodorico.
670	13 2	11 1

a Vit. S. Bathildis.

b Vit. S. Vrandregiſili.

671

CHRONOLOGIA

AN. Chr.	Baroniana,		Noſtra.	
671	14 Childericus triennio tantùm Clotario fratri ſuperſtes obit. Succedit Theodoricus frater. Iuxta illam Chronologiam Childericus vixit annos ad ſummum decem. Id autem alieniſſimum à vero, quia pater fuit Chilperici III.	3 / 1	12	2
672	2		13	3
673	3		14 Childericus II obit [a]. Theodoricus frater & Dagobertus Sigiberti quondam Regis filius ſuccedunt, hic in Auſtraſiam multorum liberorum iam pater, ille in Neuſtraſiam vxore nondum ductâ.	4
674	4		1	1
675	5		2	2
676	6		3 Hoc anno naſci potuit Childebertus, alter filius Theodorici III R.	3
677	7		4	4
678	8		5	5
679	9		6	6
680	10 Ante hunc annum natus non videtur Childebertus Theodorici R. ſecundus filius, patre tunc annos nato tantùm 18.		7 Dagobertus II Rex Auſtraſiæ, Baronio incognitus obit. Theodoricus III Monarchiam Francorum obtinet [b].	7
681	11		8	1
682	12		9	2
683	13		10	3
684	14		11	4
685	15		12	5
686	16		13	6
687	17		14	7

[a] Vit. S. Leodegar.

[b] Varij Auctores ſimul collati Tom. 5. a. 680. n. 2.

AN. CH.
752.
CHILDERICI III.
R. 9.
PIPPINI
R. 1.

[a] Geſt. RR. Franc. c. 49. Erchanbert.

[b] Geſt. RR. Franc. c. 49. Erchanbert.

AN. Chr.	CHRONOLOGIA Baroniana,	Noſtra.	
688	18 Theodoricus, poſtquàm in opinione Baronij regnauit annos 18 [a] incompletos, non autem annos 19 vt ille ſcribit, obit natus ad ſummum annos 26. Succedit Clodoueus III, filius natu maximus	15	8
689	1	16	9
690	2	17	10
691	3	18	11
692	4 Clodoueus III obit, poſtquàm regnauit ann. 4. Succedit Childebertus frater.	19 Theodoricus III obit anno Regni in Neuſtria decimo-nono [a], in vniuerſa Francia duodecimo. Succedit filius Clodoueus III.	12
693	1	1	
694	2	2 Clodoueus III obit [b]. Succedit Childebertus III. frater.	
695	3	1	
696	4	2	
697	5	3	
698	6	4	
699	7	5	
700	8	6	
701	9	7	
702	10	8	
703	11	9	
704	12	10	
705	13	11	
706	14	12	
707	15	13	
708	16	14	

AN. CH. 752. CHILDERICI III. R. 9. PIPPINI R. 1.

AN. Chr.	CHRONOLOGIA Baroniana,	Noſtra.
709	17. Childebertus, poſtquam annos 17 regnauit, vixitque ad ſummum annos 29, obit relicto filio Dagoberto, duodecimum ætatis annum ad ſummum agente.	15
710	1	16
711	2	17 Childebertus III obit [a] annos natus præterpropter 35. Succedit Dagobertus III filius.
712	3	1
713	4	2
714	5	3
715	6 Dagobertus obit anno ætatis ad ſummum 18, Regni autem ſexto inchoato, idque contra ſententiam veterum Auctorum, qui dicunt illum regnaſſe annos 4, & obuſſe in quinto. Relinquit in cunis Theodoricum filium.	4 Dagobertus III obit [b], annos natus circiter 20. Relinquit filium nomine Theodoricum, patrem futurum Childerici III.

[a] Geſt. R R. Franc. c. 50. Erchanbert. Annal. Nazar. Petauian.

[b] Annal. Nazar. Petauian. Fuld.

Ex præcedente Tabula obſerua maximè neceſſarium eſſe, vt qui variarum gentium Hiſtorias ſimul colligunt, ij Regum Genealogias accuratè contexant, réſque ſingulas, quas opere ſuo commemorandas ſuſcipiunt, oſtendant rectâ Chronologiâ niti. Apud Baronium in rebus Francicis ab anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo-nono ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum decimum-quintum occurrunt ſtupendi prorſus errores. Baronius Sigibertum Dagoberti filium anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimonono natum ſcribit, quia cum illo anno componit annum Dagoberti Regis octauum, quo Fredegarius [a] eundem Sigibertum in lucem editum teſtatur. Idem Fredegarius [b], vt in manibus Baronij fuit, Clodoueum alterum Dagoberti filium anno Dagoberti Regis duodecimo, id eſt, ex Baroniana ſupputatione, anno Chriſti ſexcenteſimo quadrageſimo-tertio natum affirmat. Poſitis hiſce Baroniani computi fundamentis, iudicem te multis in cauſis appellamus, quæ cùm ad prædictos Sigibertum & Clodoueum, tum ad eorum filios ſpectant. Exiſtimáſne anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-ſeptimo, ætatis ſuæ decimo-octauo mortuum eſſe Sigibertum, qui multos liberos ſuſcepit, imprimis Dagobertum, quem reliquit aliquot iam annorum puerum, Auſtraſiæ Regem poſt Childerici Secundi mortem futurum? Putáſne anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-octauo Childericum Clodouei Secundi Regis filium ſecundo loco natum, ab eodem Clodoueo patre, tunc annorum quindecim adoleſcente, Regem Auſtraſiæ conſtitutum? Censéſne Clotarium Clodouei Secundi filium, qui cuiuſdam Pſeudo-Clodouei pater à multis habitus eſt, obiiſſe LV.

[a] Cap. 59.

[b] Cap. 76.

AN. CH. 752. CHILDERICI III. R. 9. PIPPINI R. 1.

anno Chriſti ſexcenteſimo ſexageſimo-octauo, quem ætatis ſuæ viceſimum-quintum numeraſſet Clodoueus eius pater, ſi ſuperſtes in viuis adhuc fuiſſet? Arbitrariſne Childericum, alterum Clodouei Secundi filium, ſuſcepto Chilperico filio vxoréque rurſum grauidâ interiiſſe anno Chriſti ſexcenteſimo ſeptuageſimo primo, quem Clodoueus eius pater, ſi tum vixiſſet, octauum duntaxat ætatis ſuæ ſupra viceſimum dixiſſet? Prætereà in Chronologia Baronij, Regum ſubſequentium ætas valdè premitur. Vt enim Dagobertum, qui pronepos Clodouei Secundi fuit, & anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo-quinto vitam clauſit, Theodorici, qui poſt aliquot annos regnauit, patrem probet extitiſſe, neceſſe eſt tres filiós Clodoueo Secundo decimum-nonum ætatis annum adhuc agenti; duos Theodorico illorum minimo, annum duntaxat ætatis ſuæ decimum-octauum ingreſſo; horum minori Childeberto ſeptemdecim annorum adoleſcenti filium Dagobertum; huic Dagoberto vitam anno pòſt decimo-octauo finienti Theodoricum fuiſſe ſcribat.

LVI. De poſteriore hoc Theodorico bis tantùm loquitur; ſemel Tomo octauo, vbi illum Dagoberti filium agnoſcit; iterum Tomo nono, vbi illum in Regia Sede collocatum ait. Tomo octauo [a] per occaſionem tantùm de Theodorico ſermonem facit, cùm Childeberto Clodouei Tertij fratri ac ſucceſſori tribuit annos Regni ſeptemdecim ex auctoris opinione, cui præ ceteris inhærendum putat, quòd res ſui temporis ſcripſiſſe noſcatur. *Etenim*, inquit, *vbi agit de Theodorico filio Dagoberti in Regem aſſumpto, ita de ipſo ait; qui nunc anno ſexto in Regno ſubſiſtit.* Tomo nono ad annum Chriſti ſeptingenteſimum viceſimum [b] hæc habet. *Raginfrido Maiore Principe Chilperici Regis hoc anno defuncto, Carolus Theodoricum in Regni Sede conſtituit, mortuo iam anno ſuperiore Lothario Rege, cuius ipſius Carolus Maior-domûs erat.* In margine citat *Chron. Franc. ex Biblioth. Pithæi*, id eſt, Annales Pithœanos ſeu Fuldenſes, quos præcipuè ſequitur. At loco Raginfridi, qui longè ſeriùs poſt annum Chriſti ſeptingenteſimum viceſimum obiit, reſtituendus eſt ex iiſdem Annalibus Rex Chilpericus, cui mortuo ſucceſſit in Regnum Theodoricus. Textus Annalium talis eſt. DCCXIX. *Rex Lotharius*, ſeu Clotarius Quartus, quem Carolus in Auſtraſia Regem contra Hilpricum ſeu Chilpericum Tertium per rebellionem conſtituerat, *mortuus eſt.* DCCXX. *mortuo Hilprico, Carlus Teotricum in Sede Regni conſtituit.* In fine Tomi octaui, Baronius ad annum Chriſti ſeptingenteſimum decimum-quartum [c], poſtquàm Pippini Herſtallij mortem narrauit, Regem quoque, qui tunc Regno potiebatur, ſic commemorat. *Regnabat hoc tempore in Galliis Dagobertus Secundus, qui ſequenti anno, vbi tenuiſſet Regnum annos quinque, moritur.* Dagobertum, quem illius nominis Tertium appellare debet, Secundum dicit, quia Dagobertum Sigiberti quondam Regis filium in Auſtraſia regnaſſe penitus ignorat. Eodem loco, Chilpericum, qui prædicto Dagoberto ſucceſſit, illius quoque nominis Secundum vocat, quia Chilpericum omiſit, Chariberti Secundi filium, cuius mentionem ad annum Chriſti ſexcenteſimum triceſimum fecimus [d]. Dagoberti Regis obitum in annum Chriſti ſeptingenteſimum decimum-quintum reiicit, ne diſſentiat ab Annalibus Pithœanis ſeu Fuldenſibus, in quibus obſeruauit hæc legi. *Anno* DCCXV, *Dagobertus Rex mortuus eſt.* Eo calculo neceſſe eſt vt Dagoberti Principatum ad annum vſque ſextum proroget, quia Childebertum eius patrem anno Chriſti ſeptingenteſimo nono defunctum aſſeruit. Super anno, quo Dagobertus interiit, quæſtionem non mouemus, quia in Annalibus Nazarianis & Petauianis, anno Chriſti ſeptingenteſimo vndecimo mors Childeberti Regis, anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo-quinto mors Dagoberti Regis conſignantur, & *Dagobertus*, vt Auctor [e] breuiſſimi Chronici in Pippino deſinentis teſtatur, *regnauit annos* ſ v, *obiit in* v, menſe circiter Auguſto. Chilperi-

[a] Ad an. 691. n. 53.

[b] Num. 2.

[c] Num. 7.

[d] Num. 4.

[e] Tom. 1. Collect. Hiſt. Franc.

AN. CH. 752. CHILDERICI III. R. 9. PIPPINI R. 1.

cus eius ſucceſſor *regnauit annis v. & dimidio* [a]. Eius mortem in annum Chriſti ſeptingenteſimum viceſimum-primum ideircò diſtulimus. Theodoricus autem, ſiue anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo vt Baronius arbitratur, ſiue anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo-primo vt exiſtimamus, poſt Chilpericum Rex eſſe cœpit, puerulus tunc erat, in cunis enim patrem amiſit. Natus videtur anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo-quarto. Quot annos aut vixerit, aut regnarit, apud Baronium non reperies. Obiit anno Chriſti ſeptingententeſimo triceſimo-ſeptimo, Regni decimo-ſeptimo inchoato; id eſt, anno poſt Dagoberti patris mortem viceſimo-ſecundo. Vixit igitur annos tres ac viginti. Vtrùm prolem ſuſceperit nécne, ſilet Baronius. Filium reliquit nomine Childericum, cuius ætas ac genus ab eodem quidem Baronio minimè produntur, ſed aliunde innoteſcunt. Hic enim Childericus, qui Merouꝛadarum Regum poſtremus fuit, patrem habuit Theodoricum, auum Dagobertum, & ex aui patriſque ætate colligitur eum, cùm pueritiam ageret, in Regem acclamatum fuiſſe, exauctoratúmque, cùm per ætatem gerendis Regni negotiis impar adhuc eſſet. Iuxta noſtram computationem anno circiter ætatis ſuæ decimo-octauo deponitur. Si Theodorici filius creditur, vt antiquiſſimi Scriptores ſuadent, Baronium refragantem non habemus. Obſeruandum quoque maximè, quòd in Legationem inquirimus, quæ depoſitionem vno anno anteceſſit, nec exauctorationis annus ab omnibus idem ſtatuitur. Vt cum Annaliſta Pithœano ſeu Fuldenſi, quem Baronius allegat probátque, Childericum anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo depoſitum aſſeramus, multæ res impellunt. At pleriqne ſecus ſentiunt. Annaliſta Loiſelianus, qui Legationis mentionem primus fecit, & ceteros in errorem adduxit, ipſam Regis exauctorationem biennio præuertit, & Legationem ad Romanum Pontificem anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-nono miſſam affirmat. In hac opinione, quam præcipuè impugnamus, quia fons eſt & origo totius controuerſiæ, Childericus anno circiter ætatis ſuæ decimo-quinto, cùm Francorum Regnum altâ pace potitur, per Legatos apud Papam accuſatur ignauiæ & ſocordiæ, damnatúrque. Quis inſpectâ, quam Childericus gerit, ætate, talem Legationem taléque iudicium inter fabulas & commenta non reponat?

[a] Geſt. R R. Franc. c. 53.

Accedit ratio decretoria. In vita Zachariæ Papæ, quam, Anaſtaſius proſaico ſtylo, metrico Flodoardus [b], ſatis prolixè conſcripſerunt, variíſque notis Auctores Benedictini nuper illuſtrarunt Tomo primo tertij Seculi Benedictini, nullum de prædicta Legatione déque Childerici Regis exauctoratione verbum occurrit. E tanto ſilentio in re tam grauis momenti quis non concludat figmentum eſſe, quod eo de negotio recentiores in literas retulerunt, adhibitóque magno ſtudio Martyrologiis inſerere conati ſunt? Poſt beati Zachariæ mortem ſua condiderunt Martyrologia, Wandalbertus, Ado & Vſuardus. Eius mentionem haud fecerunt Wandalbertus & Vſuardus, fecit Ado ad Idus Martij ſic. *Romæ, Zachariæ Pontificis, qui Romæ ſedit annos* x. Ad illum diem, quo beatus Zacharias in Martyrologio quoque Romano colitur, Henſchenius obſeruat inueniri varios Vſuardi Codices in eiuſdem Sancti Zachariæ laudem diuerſis auctos additamentis, è quibus illud in Codicibus Vltraiecti, Leidæ, & Hagenoæ legitur. *Hic etiam per Beatum Bonifacium Epiſcopum Moguntinum, Pippinum patrem Caroli Magni in ciuitate Sueſſionenſi in ſolium Regni ſublimauit.* LVII.

[b] Tom. 2. Sec. 3. Benedict.

Si cetera deeſſent argumenta, ſufficeret quod ex cauſæ ſtatu & ex æquitate Zachariæ petitur. Legati Romam è Francia mittuntur; apud Romanum Pontificem queruntur de Childerico; ſocordem illum, ignauum, otioſum, ſine Regia poteſtate repræſentant; indignum aiunt, qui ſedeat in ſolio; familiam addunt in Francia vigere, Magiſtratu paulò in- LVIII.

AN. CH. ſtra Regiam dignitatem à multis annis egregiè geſto, variiſque victoriis ad-
752. uerſùs hoſtes quoſcumque feliciter reportatis inclytam; tum demùm inter-
CHILDERICI III. rogant, vter potiùs Rex haberi debet, illéne qui ſine Regali poteſtate ma-
R. 9. net, an is qui Regalem habet poteſtatem? Cauſâ ſic expoſitâ, Zacharias,
PIPPINI ne conturbetur ordo, illum qui Regiâ poteſtate caret, exauctorandum,
R. 1. eum verò, qui Regiam poteſtatem habet, in Regni Sede collocandum pronuntiat, & per auctoritatem Apoſtolicam Childericum deponi, Pippinum Regem fieri iubet. At vt commentitia ſunt, quæ Childerico feruntur à Legatis obiecta, ſic & ſuppoſititium eſt iudicium, quod à Zacharia Papa in cauſa Childerici latum perhibetur, & ab eiuſdem Pontificis pietate iuſtitiâque plurimùm diſſidet. In opinione Annaliſtæ Loiſeliani, qui Legationis ad Zachariam miſſæ primus meminit, eámque anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-nono conſignauit, Childericus, eùm accuſatur, adoleſcentulus eſt annorum circiter quindecim. Minorennis hæc ætas, quæ gerendis Regni negotiis non ſufficit, meritò vetat, ne ſocordem, illum, aut ignauum, vel indignum ſolio dicas, quia non per ſe, ſed per alios, maximè per Maiorem-domûs, videtur regnare. Florent hodie multa Regna multique Principatus, in quibus cùm Reges tum Principes liberam dominandi poteſtatem ante annum ætatis ſuæ decimum-octauum completum non ſuſcipiunt. Si vitium, quod Childerico tribuitur, altiùs repetis, & Legatos, de quibus Annaliſta loquitur, ais non tantùm de Childerico queſtos eſſe, ſed etiam de illius Anteceſſoribus, *interrogando* in plurali numero *de Regibus in Francia*, qui illis temporibus Regalem poteſtatem non habebant, reſpondemus noſtrâ iam ætate nòn defuiſſe, qui Dagoberti Magni ſucceſſores ad illius vſque pronepotem Dagobertum Iuniorem ab ignauia calumniâque vindicarent, itaut de tribus tantùm poſtremis Merouæadis Regibus, id eſt, de Chilperico Tertio, de Theodorico Quarto, déque eius filio Childerico Tertio controuerſia ſuperſit. Lege Alexandrum Wilthemium in notis ad Acta Sancti Dagoberti apud Sathanacum culti. Regibus ignauis, vt Tomo ſuperiore probauimus [a], plures
adcenſere noluit Eginhardus in vita Caroli Magni. Veterem Annaliſtam, quem proximè citauimus, aliter ſenſiſſe non arbitramur. E tribus illis Regibus, qui primo loco prodit Chilpericus, is inertiæ ſuſpicionem procul à ſe remouet. Intra quinquennium enim, quo Principatum gerit, bellum ter redintegrat, bis aperto campo cum hoſte confligit, ſociale fœdus init cum Friſiis & Saxonibus, diuerſas adit Neuſtriæ ciuitates, è Neuſtria proficiſcitur in Auſtriam & in Aquitaniam vt res poſtulant, vtitur aduersâ fortunâ, infelix ideò habendus, iners nequaquam. Succedit Theodoricus nondum ſeptennis. Hic apud Mamaceas haud deliteſcit; iter in varias Regni prouincias ſuſcipit; odium aduerſùs Carolum Maiorem-domûs, qui potiorem ſibi, quàm par eſt, auctoritatem arrogauit, prudenter diſſimulat; obit annos tres duntaxat ac viginti natus, Carolo tum ſuperſtite; ne cenſeatur ignauus, eius ætas ſtatuſque Regni prohibent. Conſule quæ ſub finem Tomi ſuperioris obſeruata ſunt. At eſto, Theodoricus, qui tres tantùm ac viginti vixit annos, iners iudicetur, an ideò filius eius Childericus anno ætatis ſuæ decimo-quinto ex auito Regno deiiciendus? Hîc prudentiam, æquitatem, Sanctitatem Zachariæ Papæ appellamus. Audiuntur Legati à Pippino miſſi; Childericus accuſatur, inertiæ inſimulatur adoleſcens annorum quindecim, damnatur abſens, inauditus, imò inſcius accuſationis contra ſe prolatæ, culpæque ſibi obiectæ per ætatulam expers; Regnum transfertur ad Pippinum, cuius pater auúſque rei perduellonis non ſemel habiti. Vbi prudentia Iudicis, vbi æquitas, vbi Sanctitas?

[a] Ad an. 692. n. 7.

LIX. Nullâ igitur Legatione Romam præmiſſâ, nullâque reſponſione Romani Pontificis acceptâ, Regnum Childerico ereptum eſt. Tantæ mutatio-

AN. CH. 752.

CHILDERICI III R. 9. PIPPINI R. 1.

nis cauſam præter Pippini Maioris-domûs ambitionem ne quæras, quod pater & auus animo meditati creduntur, ipſe re perfecit. Carolomanno fratre Monaſterium ingreſſo, Grippone altero fratre in ordinem redacto, Francis à bello cùm domeſtico tum extero quieſcentibus, Childerico Rege propter ætatem teneriorem nondum marito, reliquâ Clodouei Magni prole penitus extinctâ, tempus exiſtimauit idoneum, quo negotium adeò arduum ſuſciperet. Magiſtratum iure velut hæreditario gerebat à Regia dignitate & auctoritate proximum; in florenti erat ætate, natus annos duntaxat octo & triginta; duos iam filios habebat ex vxore legitima, Carolum & Carolomannum; bella feliciter in Burgundia, in Aquitania, in Boioaria, in Saxonia confecerat. Nihil ſibi præter Regium nomen deeſſe ratus, in generali Francorum Conuentu, Kalendis Martij celebrari ſolito, Sueſſione muneribus & pollicitationibus apud amicos egit, vt ſe virum armis ſtrenuum impensè laudarent, ex [il]luſtria deprimerent Childericum adhuc adoleſcentulum Clodouei ſobolem vltimam, captâque paulatim occaſione ſermones de transferendo Regno ſpargerent. Diutiùs haud cunctandum putauit veritus, ne diſpliceret illa propoſitio, ſi Childericus grandior factus vxorem ſibi ſociaret, filióſque gigneret, quos Franci tanquam legitimos hæredes Clodouei Magni colerent. Res pro voto ceſſit. Francis viſum eſt, opus ſibi Rege bellicoſo reique militaris perito, qui Saracenis & Saxonibus eſſet terrori, domeſticóſque tumultus ſuâ ſedaret auctoritate; neminem Pippino præferendum, qui ſecundus erat à Rege, nobiliſſimáſque victorias diuerſis ex hoſtibus reportarat, animi magnitudine patri auóque ſimillimus; Childericum adoleſcentulum è Regia ſtirpe ſolum ſupereſſe, cuius nec abdicationem dolere, nec hæreditatem iure repetere quis poſſet, bellum, vt in mutationibus Regnorum fieri ſolet, haud pertimeſcendum. Pippinus his artibus è Maiore-domûs Rex eſt conſtitutus, Zachariâ Papâ, qui vitam Idibus eiuſdem menſis Martij clauſit, inſcio: quicquid in contrarium ſcripſerint Annaliſta Loiſelianus aliíque quos nominauimus, necnon Gratianus ſecundâ parte Decreti, causâ decima-quintâ, quæſtione ſextâ, capite tertio, ceteríque omnes quos Ioannes Launoius ſeptimâ epiſtolarum parte, in ſecundis literis ad Michaelem Girardum Vertolienſem Abbatem, & in aliis ad Ludouicum Maræſium Pariſienſem Theologum allegauit.

Ex prædictis liquet, varias à Neotericis quæſtiones ſuper Legatione Romam miſſa; ſupérque Romani Pontificis reſponſione fruſtrà moueri; quâ ratione quibuſue verbis conſultus aut interrogatus Zacharias; reſponſúmne tanquam perſona priuata dederit, an tanquam Papa; quo ſenſu, ſanctio Romani Pontificis, iuſſus, auctoritas Apoſtolica, ſimiléſque voces accipiendæ ſint apud Hiſtoricos, vbi de illa Legatione ſermo habetur; vtrùm exauctoratio Childerici Regis in exemplum adduci poſſit, vt Romano Pontifici ius aſſeratur transferendi Regna; & an Otto Friſingenſis [a] rectè ſcripſerit, quòd *ex hoc Romani Pontifices Regna mutandi auctoritatem trahunt*. Huiuſcemodi quæſtionibus in noſtra ſententia locus non conceditur, quia Legationem in cauſa Childerici Regis ad Romanum Pontificem directam negamus. LX.

[a] Lib. 5. c. 23.

Dices Auctores Annaliſtâ Loiſeliano & Eginhardo vetuſtiores inueniri, qui Pippinum auctoritate Zachariæ Papæ Regem factum vel inſinuant haud obſcurè, vel diſtinctè teſtantur. In his numerabis duos Anonymos; quorum vnus Appendicem Hiſtoriæ iuſſu Childebrandi conſcriptæ ſubiecit; alter libellum edidit, in quo Catalogum Maiorum-domûs texuit. LXI.

Primus illorum Auctorum ſcripſit regnante Pippino, ſi vera ſunt hæc, quæ, teſte Andreâ Ducheſnio [b], *in ſolo Cod. MS. D. Petauij* poſt electionem Pippini reperiuntur. *Vſque nunc inluſter vir Childebrandus Comes auunculus prædicti Regis Pippini, hanc Hiſtoriam vel Geſta Francorum diligentiſſi-* LXII.

[b] Tom. 1. Collect. Hiſt. Franc.

AN. CH. 752. CHILDERICI III. R. 9. PIPPINI R. 1.

mè ſcribi procurauit. Abhinc ab inluſtre viro Nibelungo filio ipſius Childebrandi itémque Comite ſuccedat auctoritas. At huius Auctoris, de cuius ætate non diſputamus, textus eſt interpolatus, vbi de Pippini Regis electione loquitur, ſic enim habet. *Quieuit terra a præliis, annis duobus. Quo tempore, vnà cum conſilio & conſenſu omnium Francorum miſſâ relatione à Sede Apoſtolica auctoritate perceptâ, præcelſus Pippinus electione totius Franciæ in Sedem Regni cum conſecratione Epiſcoporum & ſubiectione Principum, vna cum Regina Bertradane, vt antiquitus ordo depoſcit, ſublimatur in Regno.* Videtur autem ita reſtituendus. *Quieuit terra à præliis, annis duobus. Quo tempore præcelſus Pippinus electione totius Franciæ in Sedem Regni, vnà cum Regina Bertradane, vt antiquitus ordo depoſcit, ſublimatur.* Id eſt; Francia confecto bello Bòioarico, quod anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-nono deſcripſimus, *annis duobus*, ſiue annis Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo & ſeptingenteſimo quinquageſimo-primo, quieuit à præliis, anno verò proximo Pippinus, vnanimi Francorum conſenſu, eleuatus eſt in Regem, clypeóque ſecundùm antiquum morem impoſitus, Bertradâ ſeu Bertradane eius vxore titulo quoque Reginæ inſignitâ. E textu expungimus has voces, *vna cum conſilio & conſenſu omnium Francorum*, quia non differunt à ſequentibus, *electione totius Franciæ.* Expungimus & iſtas, *miſſâ relatione à Sede Apoſtolica auctoritate perceptâ.* Quid enim ſibi vult miſſa relatio à Sede Apoſtolica auctoritate perceptâ, vel miſſâ relatione à Sede Apoſtolica auctoritas accepta? Si relationis loco Legationem ſic reponis, vt exiſtimes Legationem vnà cum conſilio & conſenſu omnium Francorum miſſam ad Romanum Pontificem, & ab Apoſtolica Sede perceptam auctoritatem, vt Pippini Regis electio fieret, memento talem Legationem à nobis exploſam ſuprà, nec vllam illius mentionem apud Anaſtaſium & Flodoardum in vita Zachariæ Papæ fieri. Denique delemus haſce voces, *cum conſecratione Epiſcoporum & ſubiectione Principum.* Nam, licèt Pippinum fateamur eleuatum in Regem, fauſta precantibus Epiſcopis, Proceribúſque ſubiectionem & obedientiam publicè profitentibus, eum tamen à Bonifacio Archiepiſcopo Moguntiacenſi vel ab alio quopiam Antiſtite vnctum ſeu conſecratum negamus, nec arbitramur Magnates ſiue Primates aut Proceres Regni per nomen *Principum* ab illo Scriptore deſignari, quia Principes eos ſolos appellare ſolet, qui Maioratu Regiæ domûs funguntur.

LXIII. Alterius Auctoris, qui Catalogum Maiorum-domûs edidit, ætas ignoratur. De Pippino ſic ſcribit. *Pippinus Dux Legatos ad Zachariam Papam dirigit, interrogans eum, ſi ita manere deberent Reges Francorum, cùm penè nullius eſſent poteſtatis, ſolo Regio nomine contenti. Quibus Legatis Romanus Pontifex reſpondit illum debere Regem vocari, qui Rempublicam regeret. Detonſo igitur Hildrico, & in Monaſterio detruſo, mox Franci Pippinum ſibi Regem conſtituunt.* Et opus ſuum vnctione Pippini per Stephanum Papam factâ ſic claudit. *Zachariâ Pontifice defuncto, Stephanus ſuccedit, qui in Franciam ad Pippinum, vrgente neceſſitate, venit, eúmque ac duos filios eius Karolum & Karlomannum pariter ſua benedictionis oleo perunxit.* At hæc poſtrema verba non indicant ætatem Auctoris, quem vndecimo ſeculo ſcripſiſſe iam ſuſpicatus eſt Bollandus [a]. Ab Adone multa videtur hoc loco mutuatus. Citiùs ſcripſerit, quàm fert opinio Bollandi, vel etiam citiùs quàm Ado, per nos licet, modò Annaliſtâ Loiſeliano & Eginhardo recentior habeatur. Certè non vixit regnante Pippino, de illo enim non loquitur vt de Rege tum ſuperſtite. *Carolus*, inquit, *genuit Pippinum, poſteà Regem effectum.* Si ſcripſiſſet Rege Pippino, id notaſſet procul dubio, cùm de Pippino ageret, vt fecit is, qui Chronicon à primo Francorum ortu breuiter vſque ad Ludouici Pij filios digeſſit [b], híſque verbis terminauit, quæ produnt eius ætatem annúmque quo ſuam lucubrationem edidit. *Cui*, nempe Ludouico Pio, *defuncto tres filij eius, Hlotarius, Hludowicus, & Carolus*,

[a] In Commemor. prænio vitæ S. Eucherij d. 20. Febr.

[b] Tom. 1. Coll. Hiſt. Franc.

rolus, diuiſo Regno ſucceſſerunt, qui nunc, per Indictionem tertiam, quæ cum anno Chriſti octingenteſimo quinquageſimo-quinto coincidit, *ſextumdecimum annum in Regno agere videntur.* AN. CH. 752.

Ioannes Launoius tertium addit Anonymum, quem duobus prænominatis antiquiorem arbitratur, primóque loco teſtem in ſecundis literis ad Michaelem Girardum Abbatem Vertolienſem ſic profert. *Pipinus miſſis Romam Legatis Zachariam Papam de Regno Francorum & ignauis eius Regibus conſuluit. Cuius auctoritate, & non multò pòſt, iuſſu Stephani Pontificis Romani, Hilderico, qui tunc temporis regimen Francorum tenebat, depoſito, atque in Monaſterium detruſò, Pipinus Maior-domûs Rex Francorum electus, & Sueſſionis à Bonifacio Moguntinenſi Archiepiſcopo vnctus eſt anno Domini* DCCLII. CHILDERICI III. R. 9. PIPPINI R. 1. LXIV.

LXV. De Scriptoris ætate ſic cenſet, quia exiſtimat illius lucubrationem à Dagoberto Primo ad Pippinum Regem terminari. *Incertus*, inquit, *Auctor in opere Hiſtorico, quod à Dagoberto I. vſque ad Pipinum Regem ſcripſit.* At opus illud non in Pippino Rege, ſed in electione Rudolfi Regis Romanorum deſinit, vt ex editione Vrſtitiana patet. Illius quidem operis fragmentum Andreas Ducheſnius Tomo primo [a] ſuæ Collectionis, qui totus de Meroueadis Regibus erat, à Dagoberto Primo ad Pippinum vſque Regem deſcripſit, ſed in titulo, quem huiuſcemodi fragmento præfixit, opus ipſum multò prolixius eſſe ſic oſtendit. *Fragmentum Hiſtoricum Auctoris incerti; à Dagoberto I. vſque ad Pipinum Regem, ex alio prolixiore fragmento, quod Alberti Argentinenſis Chronico præfixum eſt in editione Chriſtophori* * *Vrſtitij.* Chronicon autem Alberti Argentinenſis ab electione Rudolfi Cæſaris ad annum vſque Chriſti milleſimum treceenteſimum decimum-quartum perducitur. Ceterùm Auctor fragmenti, cuius partem hîc examinamus, longè poſt Pippini Regis mortem ſcripſit in eorum opinione, qui Annaliſtam Loiſeliannum & Eginhardum ſimul conciliare volunt, idque ſe putant aſſecutos eſſe, dummodo Pippinum & iuxta Annales Loiſelianos auctoritate Zachariæ Romani Pontificis & iuxta Eginhardum iuſſu Stephani Papæ Regem factum affirmarint. Accedit aliud adhuc argumentum ex Caroli Magni vita per Eginhardum ſcripta, cuius initium Auctor fragmenti paucis mutatis textui, de quo nunc inquirimus, proximè ſic ſubiecit. *Gens namque Merouingorum, de qua Franci Reges creare ſibi ſoliti erant, vſque ad hæc tempora durauit, quæ licet in Hilderico finita poſſet videri, tamen iamdudum nullius vigoris erat,* &c. Plura non deſcribemus hoc loco, pudet enim Eginhardi commentum de Regum Francorum inertia, quod à multis Auctoribus aut tranſcriptum aut in epitomen redactum legitur, toties commemorare. Textum Eginhardi, qui ſæpè cuſus eſt, & incerti Auctoris fragmentum, quod ab Vrſtitio & Ducheſnio publicatum eſt, conſule, ſimúlque confer.

[a] Pag. 781.

* Chriſtiani

LXVI. Neoterici luxuriam ignauiæ coniunxerunt, & Childericum à Zacharia finxerunt eò præſertim depoſitum quòd diſſolutus eſſet cum mulieribus & effœminatus. *Romanus Pontifex Zacharias*, inquit Gratianus loco iam notato [b], *Regem Francorum* Childericum *non tam pro ſuis iniquitatibus, quàm pro eo, quòd tantæ poteſtati erat inutilis, à Regno depoſuit.* Ad quem textum gloſſa ſic habet. *Non intelligas, inutilis, id eſt, inſufficiens, tunc enim debuiſſet dari coadiutor, vt 7. q. 1. quamuis, & c. petiſti. Sed diſſolutus erat cum mulieribus & effœminatus.* Nobis plurimùm fauet hæc interpretatio. Anno enim Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-nono, quo Legationem ad Romanum Pontificem miſſam inſinuat qui ceteros Auctores in errorem traxit Annaliſta Loiſelianus, apud Papam de Childerici Regis iniquitatibus & luxuria conqueri non potuerunt Franci, quia tunc annos ad ſummum natus erat quindecim.

[b] Hoc an. n. 59.

AN. CH. 752. CHILDERICI III. R. 9. PIPPINI R. 1.

LXVII. CHILDERICVS EXAVCTORATVR.

Eodem tempore, quo Pippinus Rex eſſe cœpit, Childericus truſus eſt in Monaſterium, de cuius nomine ſitúque non omnes conueniunt. Varias opiniones ſic affert Velſerus [a]. *Childericum, ſiue in Medardi Monaſterium Sueſſionum vrbe compactum, ſiue Emmerani Reginoburgi, ſiue Nouientum in Triboccis, ſiue Germani aut Dionyſij ad Pariſiorum Luteciam, variè proditum. Vxorem fœminarum Cœnobio ad Cochelum Boica lacum concluſam. Ego in tanto diſſenſu, nihil meâ fide affirmatum volo.* Rectè abſtinet à ferendo iudicio; Childericus enim nullum ex illis Cœnobiis ingreſſus eſt, niſi fortè per aliquot dies in Sueſſionenſi Monaſterio Sancti Medardi ſub cuſtodia detentus fuit, priuſquam ad Sitiuenſe ſeu Bertinianum transferretur. In Annalibus Loiſelianis, quibus conſentanei ſunt plerique, dicitur *tonſoratus & in Monaſterium miſſus* ſuppreſſo Cœnobij nomine, quod in Eginhardo [b] Codicis Paderbonenſis, in Annalibus Bertinianis [c], & in Chronico Iperij manuſcripto, *Sithiu* nuncupatur. Sitiuenſi Monaſterio tunc præerat Nantharius, de quo ſic idem Iperius. *Franci Regem Hildericum attonſum in Monachum in illud Monaſterium S. Bertini in Sithiu detruſerunt; Quem Abbas noſter Nantharius in Monachum ſuſcepit, &, vt melius potuit, eius curam egit.* Quæ de Monaſteriis Sancti Hemerani & Cochelſeæ dubia & incerta notauit Velſerus, vt & recentiores Brunnerus [d] atque Adlzreitterus [e], ea priùs Auentinus tanquam veriſſima ſic publicarat. *Hyldericus captus, tonſus in Monachorum ordinem, capite diminuto redigitur. Itidem & Giſala Regina. Ambo traditi Vtiloni & Theſſalono filio Vtilonis, Regulis Boiorum; ipſi eos in Boiariam deduxerunt. Hyldericus in Monaſterium Diui Hemerani Reginoburgij (caput eſt Boiorum) includitur. Giſala Regina Cochiliam in contubernium ſacratarum fœminarum, in ſuperiore Boiaria, ſub radicibus Alpium, ad eiuſdem cognominis lacum, relegatur. Vbi & vitâ defunctam, atque humatam eſſe, & famâ & literis proditur. Etenim id cœnobium ab Vgris exuſtum eſt.* At Vtilo Boioariæ Dux obiit anno Christi ſeptingenteſimo quadrageſimo-octauo, vt ſuô loco probatum, & Childericus Regnum amiſit cælebs tum adoleſcentulus, vt Hadrianus Valeſius [f] aſſerit, & ex eius ætate, de quâ ſæpè diſputauimus, liquidò conſtat.

NANTHARIVS ABB. SITIVENSIS.

[a] Lib. 5. rer. Boicar.
[b] Ap. Bolland. in not. ad vit. Caroli M. d. 28. Ian.
[c] Ad an. 750.
[d] Lib. 5. n. 11.
[e] Part. 1. l. 7. n. 33.
[f] Lib. 25.

LXVIII. Merouecus, à quo poſteri cognomen ſumpſerunt, anno Chriſti quadringenteſimo quadrageſimo-ſexto regnare cœpit. Ab illo anno ad exauctorationem vſque Childerici numerantur anni ſex & trecenti. Porrò Meroueum alij Francorum Reges anteceſſerunt ex eadem ſtirpe. Plerique Scriptores initium Hiſtoriæ Francicæ petunt à Faramundo Merouei per Clodionem auo, ſed de anno, quo Faramundus Regnum iniit, inter ſe non conueniunt. Rem adeò memorabilem anno Chriſti quadringenteſimo decimo-ſeptimo conſignauimus, & ad opinionis noſtræ confirmationem vſi ſumus Proſpero, Idatio & Marcellino, quorum collatione deprehendimus eodem anno, quo Faramundus à Francis in Regem eleuatus eſt, Zoſimum Papam electum eſſe, ac Solem defeciſſe. Verùm Solis defectionem, quam Idatius decimo-quarto Kalendas Auguſti, feriâ quintâ contigiſſe tradit, alij quidem decimo-quarto Kalendas Auguſti, ſed feriâ ſextâ, id eſt, anno Chriſti quadringenteſimo decimo-octauo factam affirmant. Deinde Labbeus obſeruat in manuſcriptis Proſperi Codicibus, quos conſuluit, poſt illam Solis defectionem, mentionem fieri Faramundi Regis, atque inde concludit Faramundum haud extitiſſe Regem ante annum Chriſti quadringenteſimum decimum-nonum, aut etiam ante quadringenteſimum viceſimum, vt communis fert Neotericorum opinio, quam ipſe quoque ſequitur nullâ probatione allatâ. Sed cùm fateatur inueniri quoque Codices Proſperi manuſcriptos, in quibus, vt & in editione Scaligeriana, Faramundus Rex ante Solis defectionem memoratur, quicquid ſit de Solis defectione, nihil vetat, quominùs vt Zoſimi Romani Pontificis electionem, ſic & Faramundi Regis eleuationem adſcribamus anno quinti ſeculi de-

cimo-ſeptimo, licèt minùs ſit rotundus quàm viceſimus. Nobis in eadem opinione, Labbeo teſte, iam præiuerunt, Henſchenius, Vendelinus & Chiffletius, quibus addere potuit & Bucherium in Anacephalæoſi Belgio Romano ſubiecta, vbi prædictos Vendelinum & Chiffletium allegat. Ab illo anno ad exauctorationem vſque Childerici Regis effluxerunt anni quinque & triginta ſupra trecentos. Denique ſi Regiæ ſtirpis originem altiùs repetis à Priamo, qui Francis imperabat anno Chriſti trecenteſimo octogeſimo-ſecundo, & per Marchomirem auus Faramundi fuit, à Priami Regno ad abdicationem vſque Childerici colliguntur anni trecenti ſeptuaginta; nempe centum & quatuordecim ſub Ethnicis Regibus, ducenti quinquaginta-ſex ſub Chriſtianis.

AN CH. 752. CHILDERICI III. R. 9. PIPPINI R. 1.

Antequàm Pippini Regis poſterorúmque Geſta perſcrutemur, non erit extra rem hîc accuratam Merоueadarum Regum Genealogiam à Priamo ad Childericum Tertium ob oculos ponere. LXI[illegible]

GENEALOGIA LXX.

REGVM FRANCORVM
A PRIAMO
AD CHILDERICVM III.
SIVE
AB ANNO CHRISTI 382
AD ANNVM 752.

I.	II.	III.	IV.	V.
PRIAMVS R. Francorum a. 382.	MARCHOMIRES R. Francorum a. 389.	FARAMVNDVS R. Francorum regnare cœpit a. 417. obiit a. 426.	CLODIO poſt patrem regnauit a. 426. obiit a. 446.	MEROVEVS patri ſucceſſit an. 446. obiit a. 456.

A

AN. CH.
752.
Childerici III.
R. 9.
Pippini
R. 1.

VI.	VII.	VIII.	IX.
		Theodoricus R. a. 511. obiit a. 534.	Theodobertus R. a. 534. obiit aº. 548. B
		Clodomeres R. a. 511. vitam clauſit à. 524.	Theodobaldus I. R. a. 524. deſiit viuere a. 526. Guntharius R. a. 524. deſiit viuere a. 526. Clodoaldus R. a. 524. Regnum amiſit a. 526.
A Childericus Regnum ſuſcepit a. 456. obiit a. 481.	Clodoveus Regnum iniit a. 481. factus eſt Chriſtianus an. 496. obiit a. 511. vixit annos 45. reliquit quatuor filios, qui paternam hæreditatem in quatuor partes diuiſerunt.	Childebertus R. a. 511. obiit a. 558.	
		Clotarius R. a. 511. Totius Franciæ Monarchiam obtinuit a. 558. obiit a. 561.	Charibertus R. a. 561. obiit a. 567. Guntchramnus R. a. 561. obiit a. 593. Chilpericus R. a. 561. C obiit a. 584. Sigibertus R. a. 561. obiit a. D 575.

	X.	XI.	XII.	XIII.	AN CH.	
B	THEODOBALDVS II. R. a. 548. obiit a. 555.		SIGIBERTVS III. R. Auſtraſiæ à patre conſtitutus eſt a. 633. obiit a. 654.	DAGOBERTVS II. in Hiberniam ablegatus eſt a. 654. Regnum Auſtraſiæ recuperauit a. 673. obiit a. 680.	752. CHILDERICI III. R. 9. PEPPINI R. 1.	
		DAGOBERTVS R. Auſtraſiæ a. 622. Monarchiam Francorum obtinuit a. 628. partem Aquitaniæ Chariberto fratri dedit a. 629. iterum Monarcha factus eſt a. 630. Sigibertum filium Regem Auſtraſiæ præfecit a. 633. obiit a. 638.		CLOTARIVS III. Monarcha a. 655. Childerico fratri ceſſit Auſtraſiam a. 660. obiit a. 669. CHILDERICVS II. R. Auſtraſiæ a. 660. Monarchiam Francorum expulſo Theodorico fratre obtinuit a. 669. obiit a. 673.		E
C	CLOTARIVS II. R. a. 584. totius Franciæ Monarchiam obtinuit a. 613. Dagobertum filium Regem Auſtraſiæ præfecit a. 622. obiit a. 628.		CLODOVEVS II. natus eſt a. 634. regnare cœpit a. 638. Monarchiam Francorum obtinuit a. 654. obiit a. 655. vixit annos 21.	THEODORICVS III. regnare cœpit vxore nondum ductâ a. 673. extincto Dagoberto II. Monarchiam Francorum obtinuit a. 680. obiit a. 692.		F
		CHARIBERTVS II. regnare cœpit in parte Aquitaniæ a. 629. obiit a. 630.	CHILPERICVS II. regnauit poſt patrem in parte Aquitaniæ a. 630. obiit eodem anno.			
D	CHILDEBERTVS II. poſt patrem Rex Auſtraſiæ a. 575. Guntchramno patruo ſucceſſit in Regnum Burgundiæ a. 593. obiit a. 596.	THEODOBERTVS II. R. Auſtraſiæ a. 596. obiit a. 612. THEODORICVS II. R. Burgundiæ a. 596. Theodoberto fratri ſucceſſit in Auſtraſiam a. 612. obiit a. 613.	SIGIBERTVS II. filius Theodorici II. natu maximus, R. Auſtraſiæ & Burgundiæ a. 613. extinctus eſt eodem anno.			

AN. CH.	XIV.	XV.	XVI.	XVII.
752. CHILDERICI III. R. 9. PIPPINI R. 1.				
E	CHILPERICVS III. poſt Dagobertum III. patruelis ſui Childeberti Tertij filium regnare cœpit a. 715. obiit a. 721.			
F	CLODOVEVS III. Monarcha a. 692. obiit a. 694.			
	CHILDEBERTVS III. Clodoueo fratri ſucceſſit a. 694. obiit a. 711. natus annos prætetpropter 35.	DAGOBERTVS III. poſt patrem regnare cœpit a. 711. obiit a. 715. natus annos circiter 20.	THEODORICVS IV. poſt Chilpericum III. aui ſui Childeberti Tertij patruelem regnare cœpit a. 721. obiit a. 737. vixit annos 23.	CHILDERICVS III. anno poſt Theodorici patris mortem ſeptimo jam inchoato regnare cœpit a. 743. exauctoratus eſt currente anno Regni 9. Chriſti 752. cælebs tum adoleſcentulus natus annos circiter 18.
	CLOTARIVS IV. in Auſtraſia contra Chilpericum III. patruelem regnare cœpit .a. 718. obiit a. 719.			

AN. CH. 752. PIPPINI R. 1.

Actutis de Pippino eiúſque poſteris, qui Monarchiam Francorum tenuerunt, operæpretium nobis videtur imprimis illius genus paucis retexere, deinde indicare, quonam in ſtatu per vniuerſam Franciam, cùm regnare cœpit, Eccleſiarum adminiſtratio verſabatur.

LXXI. LXXII. PIPPINI GENVS.

Pippino pater fuit Carolus, qui poſteà cognomento Martellus, auus Pippinus Herſtallius, proauus Anſigiſilus, abauus Sanctus Arnulphus, qui, priuſquàm Metenſis Epiſcopus fieret, filios ex legitimo matrimonio ſuſcepit. Plerique, propter illuſtre Sancti Arnulphi nomen, genus Pippini non altiùs repetunt. Vt aliter faciamus, ſuadet cùm Sancti Arnulphi, tum Pippini Regis decus. Beatus Arnulphus filius fuit Sancti Arnoaldi, nepos Anſberti. Multi quoque, cùm Pippini genus explicant, initium ab Anſberto ducunt. Anſbertus, vt in manuſcripta Sancti Ferreoli Vcecienſis Epiſcopi vita legitur, *ex magno Senatorum genere* proſapiam nobilitatis deducebat. Adhuc inſigniori decoratur elogio in manuſcripto Codice, qui ſic à Duboncheto citatur ex Metenſi Bibliotheca Sancti Vincentij. *Anſbertus etſi nomine carebat Regio, id enim ſolum nomen Regium Romani ſubiugantes ſibi orbem vendicabant, non minori tamen præfulgebat dignitate. Erat enim vir ſpectandæ nobilitatis, multis præpollens opibus.* Anſbertus patrem habuit Tonantium Ferreolum; auum æquè dictum Tonantium Ferreolum, Auiti Imperatoris generum, qui Præfectus Prætorio Galliarum eo fuit tempore, quo Rex Attila cum Hunnis in Galliam irrupit; proauum Ferreolum, qui fuit etiam Præfectus Prætorio Galliarum ſub Honorio Auguſto, ætate Faramundi Regis, generéque floruit adeò conſpicuus, vt triumphalibus adoreis, quas eius familia meruerat, ſtylum ſuum defatigari poſſe teſtaretur olim Sidonius Apollinaris [a].

[a] Lib. 7, ep. 12.

LXXIII. FRANCIÆ METROPOLES XVII.

Francia, cùm Pippinus Regnum ſuſcepit, ampliſſimas octo regiones, Auſtraſiam, Neuſtraſiam, Burgundiam, Aquitaniam, Prouinciam, Sueuiam, Boioariam & Turingiam complectebatur. In illo vaſtiſſimo Regno ſeptemdecim erant Metropoles, Laureacenſis ſeu Patauienſis, Moguntina, Treuirenſis, Remenſis, Lugdunenſis, Rotomagenſis, Turonenſis, Senonenſis, Biſuntina, Bituricenſis, Burdigalenſis, Elуſana, Viennenſis, Arelatenſis, Aquenſis, Ebredunenſis & Darantaſienſis. Pauca de ſingularum ſtatu ſubiicimus.

LXXIV. PATAVIENSIS.

Boioaria, ex diuiſione per Bonifacium Archiepiſcopum Regionarium ante annos tredecim facta, quatuor in Diœceſes diſtinguebatur, in Laureacenſem ſeu Patauienſem, Saliſburgenſem, Friſingenſem, & Reginoburgenſem. Laureacenſis ſeu Patauienſis Metropolitanâ dignitate præfulgebat, huic tres aliæ ſuberant.

LXXV.

Metropolitanam Boioariæ dignitatem & Diœceſes Laureacenſem ac Patauienſem à multis annis vnitas tunc obtinebat Sidonius, cuius mentionem ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-quintum [b] iam fecimus. Ioannes Eccleſiæ præerat Saliſburgenſi, Erimbertus Friſingenſi, Garibaldus Reginoburgenſi.

[b] Num. 109.

LXXVI.

In Metropolitana Boioariæ Diœceſi, ſeu Laureacenſem, ſeu Patauienſem voces, tria tum Monaſteria florebant ab Odilone Boioariæ Duce nuper erecta; duo virorum, Altaichium inferius & Auſtrauia; tertium puellarum Nidroburgium. Altaichio inferiori præerat Eberſwindus illius loci primus Abbas. Deſiderantur Abbates Auſtrauiæ, quia vaſtatum eſt hoc Monaſterium ab Hungaris; vt enim Saraceni primùm, deinde Normanni Cœnobiis Gallicanis, ita Boioaricis aliiſque tranſrhenanis Hungari maximas clades intulerunt. Deſiderantur etiam Abbatiſſarum nomina, quæ Nidroburgium rexerunt, quandiu Patauia, vbi ſitum illud Monaſterium, ſub poteſtate Francorum fuit.

LXXVII.

In Diœceſi Saliſburgienſi quatuor erant inſignia Monaſteria; Cœnobium Sancti Petri, Mons Nonnarum, Weltenburgum & Manſea. In Monaſte-

AN. CH. 752. PIPPINI R. I.

rio Sancti Petri Sedes erat Epiſcopalis; Clericis præerat Epiſcopus, Abbas Monachis, mancus hoc loco Catalogus Abbatum. Mancus & Catalogus Abbatiſſarum, quæ Montem Nonnarum ad muros Saliſburgienſes gubernarunt, ab obitu enim Sanctæ Erendrudis, quam Sanctus Rupertus exeunte ſexto ſeculo primam illic Abbatiſſam præfecit, *nil certi conſtat vſque ad tempora S. Henrici Imp. qui Monaſterium bellis intermedio tempore ac incendiis penitus deſolatum reſtaurauit*, vt Chriſtophorus Gewoldus in ſuis ad Hundium additionibus teſtatur. Weltenburgi Abbas erat Adalwartus; Manſeæ Opportunus.

LXXVIII. In Diœceſi Friſingenſi nouem ſtabant Cœnobia recens erecta; vnum ab Altone; octo ab illuſtribus Comitibus ac fratribus, Landfrido, Waldramo & Elilando. Supererat in viuis Alto Cœnobij *Alten-Munſter* à ſe conditi primus Abbas. Octo alia hæc erant Monaſteria; Cochelſea, Pollingum, Staffelſea, Sandauium, Bura, Schlechdorfum, Siuerſtatum, & quod inter Amperam & Lycum fluuios ſitum Weſſobrunnæ poſteà nomen accepit. Tria priora puellarum erant ſub Gelouinda prima illorum locorum Abbatiſſa. Quinque poſteriora virorum erant, horum pleraque non alios Abbates præter ipſos conditores agnoſcebant.

LXXIX. In Diœceſi Reginoburgienſi tria conſpiciebantur Monaſteria. Antiquiſſimum erat Sancti Emmerammi, cuius tertius tunc Abbas Alaboldus. Alia duo, Papho-Monaſterium & Altaichium ſuperius, ab Odilone Boioariæ Duce nuper condita fuerant. Erneſtus Altaichij ſuperioris Abbas ſub Pippino Rege floruit. De Papho-Monaſterienſibus Abbatibus nihil comperimus.

LXXX. MOGVNTINA. Metropolis Moguntina, cuius Archiepiſcopus erat Bonifacius, tredecim Epiſcopatus ſibi ſubiectos habebat; tres in Germania prima, Vormacienſem, Spirenſem & Straſburgenſem; totidem in Germania ſecunda, Colonienſem, Leodienſem & Vltraiectinum; totidem quoque in Sueuia ſiue Alamannia, cuius pars etiam Rhætia, Conſtantienſem videlicet, Auguſtanum, & Curienſem; duos in Francia Orientali, Wirceburgenſem & Eyſtettenſem; in Haſſia Birburgenſem; Erphesfurdienſem in Thuringia. Vormacienſem Eccleſiam adminiſtrabat Wernharius Epiſcopus, Baſilius Spirenſem, Straſburgenſem Heddus, Hildegarius Colonienſem, Leodienſem Fulcarius, Dadanus Vltraiectinam, Conſtantienſem Sidonius, Marcomannus Auguſtanam, Wirceburgenſem Megingaudus, Willibaldus Eyſtettenſem, Witta Birburgenſem, Erphesfordienſem Adelarius, Baldebertus Curienſem.

LXXXI. In Diœceſi Moguntina tria tantùm erant Monaſteria, Sancti Diſibodi, Sanctæ Mariæ, & Biſchoffsheimium; primum erat virorum, alia duo puellarum. Biſchoffsheimio præerat Lioba illius loci prima tunc Abbatiſſa. Monaſterium Diſibodianum poſt Sancti Diſibodi mortem ſuos habuit Abbates, quorum nomina perierunt, traditum poſteà Clericis, reſtauratum autem ac redditum Monachis à Ruthardo Archiepiſcopo, cùm hæc regio parere Francis à longo tempore iam deſiiſſet. De Monaſterio Sanctæ Mariæ nihil legimus præter eius fundationem, de qua dictum Tomo ſuperiore [a].

LXXXII. Plura quoque non occurrunt de Cœnobio Vormacienſi, quod, vt Tomo primo [b] notauimus, apud Vormaciam Crotoldus illius ciuitatis Epiſcopus inchoauit.

[a] Ad an. 712. n. 1.

[b] Ad an. 503. n. 3.

LXXXIII. In Diœceſi Nemetenſi ſeu Spirenſi tria Monaſteria condidit Dagobertus Primus, Weiſſenburgenſe, Clingenſe, & Sancti Germani prope Spiram. Weiſſenburgenſis Abbas erat Charialdus, cùm Pippinus in Regem eleuatus eſt. Aliorum Monaſteriorum Abbates hodie deſiderantur.

LXXXIV. In Diœceſi Argentoratenſi ſeu Straſburgenſi, hæc erant Monaſteria Pippino Regnum ineunte; Nouientum ſiue Ebersheimium vel Apri-Monaſterium, Fulradouilare, Gengenbachum, Haſelacum, duplex Hohenburgum

burgum ſuperios & inferius, Leberacum, Neouilla ſeu Nouauillaria, Palma, Schuttera, Schwarzachium, Suraburgum, Cella Leobardina hodie Mauri-Monaſterium, Cella Monachorum hodie Ettenheimium, Monaſterium Sancti Michaelis, Monaſterium Sancti Stephani, Monaſterium Regiopontanum. Pleraque condita ſunt à Regibus Francorum, alia vel ab Epiſcopis, vel à Ducibus & Optimatibus Alſatiæ; Haſelacum, Regius-Pons & Suraburgum à Dagoberto Secondo Rege, erga Schutteram quoque magnifico; Cella Monachorum à Viegerno Epiſcopo Argentoratenſi; Neouilla à Sigibaldo Metenſi Epiſcopo; Ebersheimium & ſuperius Hohenburgum ab Athico Alſatiæ ſeù Sueuiæ Alſaticæ Duce; Monaſteria Sancti Michaelis & Sancti Stephani ab Adalberto Duce ſuperioris Athici filio; inferius Hohenburgum ab Odilia eiuſdem Ducis Athici filia, & Adalberti ſorore; Schwarzachium & Gengenbachom à Ruthardo viro illuſtri; Cella Leobardina à Leobardo, coius nomen accepit. Ex illis Cœnobiis puellaria quatuor, vtrumque Hohenburgum, Palma, & Monaſteriom Sancti Strephaoi; cetera virorum erant Sed plerique cùm Abbatum tum Abbatiſſarum Catalogi vel perierunt, vel ad illud tempus manci reperiuntur. Supererant in viuis Heddo Straſburgenſis Epiſcopus & Pytmiuius Epiſcopus ſine Sede, Augienſes olim Abbates, Monachorum Patres egregij, qui, licèt peculiarium locorum Abbates oon eſſent, Monaſticæ diſciplinæ ſtudio per Straſburgenſem Diœceſim promouendo plurimùm inuigilabant. Vtrumque Hohenburgum, ſuperius & inferius, regebat Odilia illorum Cœnobiorum prima tunc Abbatiſſa. Ebetsheimium admiuiſtrabat Columbus Abbas. Cœnobio Sancti Michaelis præerat Abbas Tubanus. Erectum hoc Cœnobium anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo-primo, quo Theodoricus Quartus regnare cœpit. Iudocus Coccius [a] citat Diploma datum *menſe Iunij, anno ſecundo Theoderici Regis*, cùm *ſacroſancto Monaſterio, quod eſt conſtructum in Inſula Hohenaugienſi in honore beati Archangeli Michaelis, Benedictus præeſſe videtur Abbas*. Citat & aliud, in quo Benedictus Abbas, ſeu grauis annis, ſeu quapiam aliâ motus causâ, Tubanum eligit *ad onus Abbatis*, eique *locum & ipſam Congregationem ac ſanctam Regulam* commendat. Ait quoque viſum à ſe Codicem membtaneum à Leone Hohenauienſi Cœnobita non indiligenter vndecimo ſeculo conſcriptum, in quo Donationes cùm ab Adalberto fundatore tum ab aliis prædicto Monaſterio factæ ſeriatim per annos omnes à Theodorico Quarto ad Carolum vſque Magnum digeſtæ continentur, atque antiquiſſimi quatuor illius loci Archimandritæ hoc enumerantur ordine, Benedictus, Tubanus, Thomas, & Stephanus. Inde autem colligimus ſecuudum inter Abbates locom Tubano ſeu Tumbano tribuendum eſſe, cui, regnante iam Pippino, ſucceſſerit Thomas, deinde Stephanus ſub Carolo Magno. Leberaco & Fulradouilari Monaſteriis à ſe conditis præerat Fulradus Abbas, cùm Pippinus in Regem eleuatus eſt. Gabriel Bucelinus, iu altera parte Monaſteriologiæ Imperij Germanici, de Columbo Ebersheimij ſeu Nouienti vel Apri-Monaſterij Abbate ſic loquitur. *Columbus Abbas Apri-Monaſterij tertius vixit vſque ad tempora Pipini Regis*. Columbo duos anteponit Abbates Adeodatum ſeu Deodatum Niuernenſem olim Epiſcopum, poſteà Vallis Galilææ Abbatem, & Eberhardum ſiue Ethardum Sanctæ Ottiliæ dilectum atque à Theodorico Rege in literis commendatum, quem ſuperſtitem *ad annum vſque Chriſti 678.* dicit. At Adeodatus ſeu Deodatus priùs obiit, quàm Ebersheimienſe Monaſterium conſtrueretur, & ſecundus Abbas Ebersheimienſis, qui Sanctæ Ottiliæ ſiue Odiliæ dilectus prædicatur, longè vltrà annum Chriſti ſexcenteſimum ſeptuageſimum-octauum vixit, in literis enim commendatus haud fuit à Theodorico Tertio Rege, qui vitam finiuit anno Chriſti ſexcenteſimo nonageſimo-ſecundo, ſed ab eius pronepote Theodorico Quarto, qui Rex eſſe cœpit ineunte anno

[a] Not. ad cap. 14.

AN. CH. 752. Pippini R. 1. Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo-primo. Monaſterium Ebersheimienſe, cuius dedicationem Bucelinus loco proximè citato malè conſignat *anno ſalutis 604, 13 Cal. Iulij*, fundatum eſt *ſub A. C. 685*, vt idem Bucelinus parte ſecundâ Germaniæ Sacræ rectè ſcribit. Abbatis primi nomen ignoramus, ignoramus & nomen ſecundi, qui procul dubio ſub Theodorico Quarto floruit, nactúſque eſt ſucceſſorem, nomine Columbum, cuius obitus in tempora Pippini Regis incidere potuit.

LXXXV. In Diœceſi Colonienſi tria duntaxat à nobis celebrata ſunt Monaſteria, duo virorum, tertium puellarum; illorum Malmundarium & Werda, harum Capitolium ſeu Monaſterium beatæ Mariæ Virginis in Capitolio Agrippinenſi. Vt Abbatum Werdenſium ſic & Abbatiſſarum Capitolinarum nomenclatura deſideratur. Agilulphus autem Abbas erat Malmundarienſis anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo. Ægidius Gelenius, libro tertio [a] de Coloniæ Agrippinenſis magnitudine, ſcribit Abbates etiam ac Monachos fuiſſe Coloniæ ante Pippini Regis ætatem in hodierna Eccleſia Collegiata Sancti Gereonis & in Eccleſiis Abbatialibus Sancti Pantaleonis & Sancti Martini, ſed nullum nominat Abbatem præter vnum Maurinum, de quo tamen nihil conſtanter aſſerit, dubius enim ſic loquitur ſyntagmate duodecimo [b]. *Carolus Stengelius in Monaſteriologia ſua (quâ authoritate neſcio) aſſerit an. Chriſti 670. in atrio huius Eccleſiæ*, nempe Sancti Pantaleonis, *paſſum B. Maurinum Abbatem, huius an Eccleſiæ S. Gereonis in dubio relinquo.*

[a] Syntagm. 1. 12. 13.

[b] §. 1.

LXXXVI. In Diœceſi Traiectenſi ſeu Leodienſi duodecim Monaſteria laudauimus, è quibus erant quinque puellaria; Andana, Belyſia, Eyka, Niuella, Orpium; cetera virorum, Alna, Andainum, Caſæcongudunum, Foſſæ, Malonia, Sarchinium, Stabuletum. Aliorum Monaſteriorum, quorum nonnulla ſolo æquata ſunt, omiſſis cùm Abbatibus tum Abbatiſſis, Bartholomæus Fiſenus in Floribus Eccleſiæ Leodienſis, ſatis imperfectè ſolos Abbates Alnenſes, Andainenſes, Malonienſes, Sarchinienſes & Stabulenſes cum Niuellenſibus Abbatiſſis recenſet. Non diffitetur Alnam ſeptimo ſeculo à Sancto Landelino conditam fuiſſe, ſed Indicem Abbatum auſpicatur à Francone Sancti Bernardi diſcipulo, qui Canonicis Regularibus coloniam Monachorum è Clara Valle adductam ſubrogauit. Non inficiatur Andainum extructum fuiſſe à Sancto Beregiſo, qui primus Abbas illius loci fuit, ſuperſtéſque vixit poſt annum Chriſti ſeptingenteſimum viceſimum-quintum, ſed obſeruat ſubſequentium Abbatum ad Ludouici vſque Pij tempora nullam omnino memoriam ſupereſſe. Non negat Maloniam ædificatam à Sancto Bertuino, qui Pippino Herſtallio percharus fuit, ſed huius Monaſterij præfecturam penes Præpoſitos primùm & Decanos, tum Priores, fuiſſe ſcribit, donec Abbates ineunte ſeculo decimo-tertio creari cœpti. Mancum & imperfectum teſtatur Abbatiſſarum Niuellenſium Catalogum, in quo poſt Agnetem, quæ Monaſterij adminiſtrationem anno Chriſti ſexcenteſimo ſexageſimo-ſexto ſuſcepit, nominatur ſexto loco Giſela Zuentiboldi Regis neptis, itaut certò deprehendi non poſſit Abbatiſſa, quæ Monaſterium Niuellenſe gubernabat Pippino Regnum ineunte. Reſtat igitur, vt cum eodem Fiſeno pronuntiemus Abbates tunc extitiſſe, Sarchinij Reytraimum, Agilulphum Stabuleti, quibus addas Reinilam Abbatiſſam Eykenſem, de quâ locuti ſumus ante triennium [c].

[c] Ad an. 749. n. 1.

LXXXVII. In Diœceſi Vindoniſſenſi ſeu Conſtantienſi commemorauimus duplicem Augiam cum Monaſterio Sancti Galli. Sidonius, de quo ſermo recurret, Epiſcopus erat Conſtantiæ necnon Abbas Augiæ diuitis, cùm Pippinus Regnum adeptus eſt. Nihil ad illud tempus aut deinceps occurrit de altera Augia, cui Sanctus Gallus Habetillam primam olim Abbatiſſam præfecit, vt obſeruatum Tomo ſecundo [d]. Cellam ſeu Monaſterium Sancti

[d] Ad an. 628. n. 8.

Galli teparabat ab aliquot annis Othmarus Abbas, vt docet Walafridus in eius vita; cuius initium hic deſcribemus. *Othmarus genere Alemannorum oriundus, in ætate puerili à fratre ſuo Rhatiam Curienſem perductus eſt, & in ſeruitio Victoris earundem partium Comitis multo tempore conſtitutus, & literarum ſcientiâ ſublimatus, virtutum ſectator, morumque laudabilium poſſeſſor; Sacerdotij gradum conſcendit, & à ſupradicto Comite benignè retentus, cuidam tituto Sancti Florini Confeſſoris prælatus eſt. Cùmque morum eius probitas & ſanctæ vitæ munditia longè latéque plurimorum aures dulci rumore reſpergeret, Waldramnus quidam, qui ſibi vaſtitatem eremi, in qua Sanctus Gallus Cellam conſtruxerat, veluti à parentibus hæreditario iure ad ſe tranſmiſſam vendicauit, eundem Othmarum à Victore ſupradicto ad præficiendum eidem Cellulæ impetrauit. Et voti compos effectus Cellulam cum omnibus, quæ ad eam pertinebant, illi ſolemniter commendauit: Atque vt ſui meliùs deſiderij conualeſceret vtilitas, ad Pipinum Regem profectus, eundem Abbatem ipſi præſentauit, & locum, cui pridem eum præfecerat, proprietatis iure Principi contradidit, omni inſtantiâ depoſcens, vt Regiâ authoritate ex integro Othmarus Abba eidem præficeretur loco: Cuius petitioni iam dictus Princeps aſſenſum præbens, locum ſibi traditum viro venerabili commendauit, & regularem inibi vitam inſtituere iuſſit.* Hic textus ſuper Othmaro locum tribus præſtat quæſtionibus, quæ ſpectant ad tempora valdè diſtincta, quando venit in Eremum, quando Cellam beati Galli reparandam ſuſcepit, quando Regi Pippino præſentatus eſt à Waldramno. Pagum adiit Durgaugenſem anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo, vt Hepidannus aliique recentiores innuunt. At Cellæ San-Gallenſi quamuis in Durgaugia ſitæ præfectus eſt multò ſeriùs, nec Abbatis titulum à ſuo in illum pagum aduentu ad obitum vſque geſſit. Apud Goldaſtum, Tomis ſecundo ac tertio rerum Alamannicarum, complures inueniuntur Chartæ Donationum, quæ Cellæ ſeu Monaſterio beati Galli priùs factæ ſunt, quàm Pippinus ad Regiam dignitatem promoueretur. Aliæ datæ ſunt Theodorico Quarto Rege, aliæ Carolomanno tum Maiore-domûs, aut Childerico iam Rege. Nulla nomen Othmari repræſentat ante Maioratum Carolomanni. Lautpertus Landoaldi & Beatæ filius Eccleſiam Sancti Gallonis ſeu Galli vel Galluni multis bonis locupletauit. Inſtrumenti [a], quo Donatio continetur, hoc eſt initium. *Sacroſancta Eccleſia Sancti Gallonis Confeſſoris, & aliorum plurimorum Martyrum & Confeſſorum, quæ eſt conſtructa in ſitu Durgauenſi, in pago Arbonenſis Caſtri, vbi nunc præeſt Autmarus Abbas, qui ſecundùm Religionem Deo ſeruire videtur, & ſub norma regulari confirmari* *. *Ego itaque in Dei nomine Lautpertus filius Landoaldi quondam & Beata coniugalis ipſius*, &c. Idem Lautpertus infrà ſic loquitur. *Omnia & ex integro in donationem Eccleſiæ Sancti Galli vel Automaro Abbati trado atque transfundo*, &c. Denique Charta dicitur *data ſub* IIII *Id. Septemb. anno* III *Carolomanni Maioredomûs, ſub Chancharone Comite*, id eſt, quarto Idus Septembris, anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-tertio, Carolomannus enim annos ſui Maioratûs haud numerabat ab Idibus Octobris, quibus Carolus pater obiit, ſed citiùs à die quo Maiordomûs ab eodem Carolo patre dictus eſt vnà cum fratre Pippino, vt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-primum notauimus. Ceterùm quarto Idus Septembris, anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-tertio, Childericus nondum ſedebat in ſolio Regio, nam ſi Regno tunc potitus eſſet, prædictæ Chartæ nomen illius appoſitum legeretur, vt apertè liquet ex Chartarum Centuria [b] certos in Titulos à Goldaſto digeſta, quarum quadrageſima-prima *facta eſt* XVII *Kal. Febr. ſub Regno domni noſtri Elperici Regis*; duodeſexageſima *anno* III *regnante Hilirlhho Rege*, & quadrageſima *data* VII *Idus Sept. anno* X *rigni domni noſtri Hdirici Riis.* In eadem Centuria ſimiliter Charta triceſima-ſexta nomen Theodorici Quarti Regis ſic exhibet;

[a] Ap. Goldaſt. Tom. 3. rer. Alamann.

* confirmati.

[b] Tom. 2. rer. Alamann.

AN. CH. 752. PIPPINI R. 1.

notaui quod feci in menſe Iunio, v Id. Iulias in anno XV. *regnante Domno noſtro Teoderico Rege ſupra Carulum Maiorem Domûs.* Fortè ſcrupulum mouebit Charta quadrageſima; quæ reperitur data ſeptimo Idus Septembris anno Childerici Regis decimo, id eſt, iuxta noſtram computationem ſeptimo Idus Septembris, anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-tertio, Pippini Regis anno ſecundo tum currente. Childericus ad Conuentum vſque Sueſſionenſem, in quo Pippinus à Francis in Regem eleuatus eſt, nouem duntaxat annos eóſque incompletos regnauit. Acta Sueſſione geſtæ cunctis haud ſtatim placuerunt, Pippinus, vt ex Chronico Beſuenſi conſtat, aduerſarios expertus eſt in Burgundia, quidni & in Alamannia quæ remotior? Certè inter Chartas Sangallenſes, quæ plurimæ ſunt apud Goldaſtum, nulla deprehenditur primo vel ſecundo Pippini Regis anno data, datæ verò deprehenduntur [a] annis eiuſdem Pippini Regis proximè ſequentibus tertio & quarto, quibuſcum anni comparantur poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimus quinquageſimus-quartus & ſeptingenteſimus quinquageſimus-quintus, nec Othmarus Abbas ante annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quartum Pippino Regi præſentatus à Waldramno videtur.

[a] Tom. 3. rer. Alamann.

LXXXVIII. In Diœceſi Auguſtana, duo commemorata ſunt Monaſteria, Fauces, & Campidona. Faucenſis Abbas erat Bertholdus, cuius mentionem anno priori iam fecimus. De Campidonenſi Monaſterio poſt annum Chriſti ſexcenteſimum ſexageſimum-primum nihil legimus, donec inſtauratum eſt, vt infrà ſuo loco dicemus.

LXXXIX. In Diœceſi Wirceburgenſi præter duo Monaſteria puellaria, Kitzingum & Ochnofurtum, quorum primæ ſupererant adhuc Abbatiſſæ, illic Hadeloga, hîc Tecla, florebat Cœnobium virorum ſub nuncupatione Sancti Andreæ nuper erectum à Burchardo primo Epiſcopo Wirceburgenſi, qui Monachos etiam in primaria ſeu Cathedrali Baſilica, ſiue in Monaſterio Sancti Kiliani conſtituerat.

XC. In Diœceſi Eyſtettenſi, Wunibaldus Willibaldi Eyſtettenſis Epiſcopi frater apud Heidenheimium *, quà versùs Mœnum & Franconiam Eyſtadio itur, Monaſterium medias inter ſyluas eodem ædificauit anno, quo Pippinus in Regem eleuatus eſt. De huius origine Monaſterij quid in ipſius Sancti Wunibaldi vita [b] legatur, paucis accipe. Wunibaldus, vt ſuo loco diximus, ante aliquot annos Moguntiam ad Bonifacium Archiepiſcopum ſe contulerat, *de vrbe Mogontia promptus ac paratus proficiſci cœpit, & ideo potiſſimùm, quia vini vbertas illic fieri ſolet, timebat, ne ſecundùm Scripturam, vini opulentia Monachicalem vitæ frangeret diſciplinam. Inde perrexit, & venit ad Monaſterium, quod dicitur Eichſtat, ad fratrem ſuum Epiſcopum Willibaldum. Et illi inter ſe diſputantes, vt ſolertis voluntatis arbitrio effectum perficere atque implere potuiſſent. Tunc illi ſtrenuè pergentes venerunt ad illum locum, qui vocatur Heidenheim, atque illicò requirentes locum aptum illic repererunt, quem Dominus prædeſtinauit ſancto ſuo Confeſſori Wunebaldo. Statim tunc egregius ille almi Dei agonithetus cum conſultu atque conſilio Epiſcopi emebat agrum illum, qui nominatur Heidenheim, in propriam poſſeſſionem ſibi, & aliam partem poſteà regionis alij homines dabant illi in redemptionem animæ ſuæ. Eccleſiam fabricauit, Monaſterium conſtruxit,* &c. *Ille vir venerandus Chriſti Confeſſor, antequàm de mundo pergeret, ille ipſe præſciuit & prædixit iunioribus, & quomodò illum Sacerdotali indumento deberent veſtire, omnia prædixit. Et ſic requieſcebat vnâ Hebdomadâ ante Natalem Domini, & tunc fuit Sabbatum poſt Veſperam,* XIV. *Kal. Ian. & tunc erat ille* LX *annorum ætate, & fuit Abbas ferè decem annos.* Ex hoc autem poſteriore textu liquet Wunibaldum obiiſſe anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-primo, qui præditus fuit literâ Dominicali D. Porrò, ſi vitam clauſit XVI *Kal. Ian. & fuit Abbas ferè decem annos*, dubio procul anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo, quo Pippinus Regnum

* Haidenhaim.

[b] Ap. Caniſ. Tom. 4. ant. lect.

iniit, Abbas eſſe cœpit. Minùs igitur appoſitè Ioannes Bollandus [a] *anno* DCCL. & Gabriel Bucelinus [b] *ſub A.C. 750* hoc Monaſterium conditum tradunt. De annorum numero, quos Wunibaldus vixit alibi diſputabimus [c].

XCI. In Diœceſi Erphesfordienſi duo iam erant Monaſteria, Ordorffenſe & Fuldenſe; tertiùmque tunc erigebatur Hersfeldenſe. Ceterùm tria illa Monaſteria Diœceſi Erphesfordienſi ſunt attribuenda, quia extincto pòſt Epiſcopatu Erphesfordienſi ad Metropolitanam Diœceſim Moguntinam pertinere cœperunt. De Ordorffo nihil hîc annotandum habemus. Sturmium Fuldæ primum Abbatem non ſemel laudauimus laudabimúſque, diutiùs enim Præfecturam geſſit.

XCII. In Diœceſi Birburgenſi duo erant Monaſteria, Friteſlarienſe & Amanaburgenſe; primum regebat Wigbertus Abbas; alterius Abbates ignorantur; vtrumque attributum Diœceſi Moguntinæ, poſtquàm extinctus eſt Epiſcopatus Birburgenſis.

XCIII. In Diœceſi Curienſi tria florebant Monaſteria, Sancti Lucij, Fabarium, & Diſertina. Fabarienſis Abbas erat Lupicinus, Vrſicinus Diſertinenſis. Abbates verò Sancti Lucij per illa tempora deſiderantur.

XCIV. TREVIRENSES. Metropolis Treuirenſis, cuius Archiepiſcopus Milo, tres ſibi ſubiectos habebat Epiſcopatus in Belgica prima, Tullenſem, Metenſem, & Virodunenſem. Tullenſis Epiſcopus erat Iacob Dodonis ſucceſſor, in vulgatis Catalogis poſt Garibaldum malè reiectus. Metenſis Epiſcopus erat Chrodegangus. Virodunenſis autem Eccleſia laborabat interpontificio.

XCV. In Diœceſi Treuirenſi nouem florebant Monaſteria, Sanctæ Mariæ ad Martyres, Sancti Mathiæ, Sancti Martini, Sancti Maximini, Mediolacus, Epternacum, Theologium, Horreum, Palatiolum. Puellarum erant Horreum & Palatiolum, cetera virorum. Epternaci Abbas erat Aldebertus ſiue Albertus, Theologij Frodonius, Horrei Abbatiſſa Baſiliſſa. Maximinianus Abbas erat Weomadus, qui promotus eſt ad Archiepiſcopatum Treuirenſem anno ſequenti. Mediolacenſium Abbatum, qui vixerunt ante finem noni ſeculi, perierunt nomina. Abbatiſſarum, quæ poſt Adelam, Dagoberti Secundi Regis filiam, Palatiolum rexerunt, interiit quoque memoria. Diruta ſunt à Normannis Monaſteria, beatæ Mariæ ad Martyres, Sancti Martini & Sancti Mathiæ, itaut ex Abbatibus, qui tribus hiſce Monaſteriis ante Normannorum aduentum præfuerunt, nullus hodie memoretur præter Iſingerum, qui Martinianum Cœnobium primus gubernauit. De Alberto Abbate Epternacenſi [d], deque Baſiliſſa Horreenſi Abbatiſſa [e] iam locuti ſumus. Frodonium Abbatem Theologienſem deprehendimus ex Abbatum Theologienſium Catalogis à Bruſchio & Bucelino publicatis. Apud Bucelinum enim in Monaſteriologia [f] Imperij Germanici, poſt Armonſum, qui Virodunenſis Epiſcopus anno Chriſti ſexcenteſimo vndenonageſimo factus eſt, Abbates hi recenſentur, Leo, Chieſmerius, Crandergus, quibus Frodonium ab eodem Bucelino prætermiſſum proximè ſubrogat Bruſchius in Chronologia Monaſteriorum Germaniæ.

XCVI. In Diœceſi Tullenſi ſub Merouæadis Regibus floruerunt nouem Monaſteria; tria puellarum, Mons videlicet Sanctus, Spinalium, & Bodonis-Monaſterium; cetera virorum, Daraongus, Iuncturæ, Stiuagium, Senonia, Medianum Monaſterium, & Monaſterium Sancti Apri. Daraongi ſeu Cloroangi vel Doroangi, cui tunc Amarinus Abbas præſidebat, mentio fit in ſola Sancti Præiecti vita ſub Childerico Secundo Rege. Raimbertus Abbas Mediano Monaſterio ad tempora vſque Pippini Regis præfuit, vt ex antiquo illius Cœnobij Codice refert Ioannes Ruyrus in Antiquitatibus Voſagenſibus [g]. Tunc Senonienſis Abbas erat Stephanus, vt ex Chronico Senonienſi [h] colligitur. Stiuagij varias viciſſitudines attigimus Tomo tertio [i] quem conſule. Quandiu Merouæadæ regnarunt, cura Mo-

[a] D. 25. Febr. in S. Vvalp.
[b] Part. 2. Germ. Sacr.
[c] Ad an 761.
[d] Ad an. 742. n. 44.
[e] Ad an. 726. n. 37.
[f] Part. 2.
[g] Part. 2. l. 3. c. 26.
[h] Lib. 2. c. 1.
[i] Ad an. 662. n. 3.

AN. CH. 752. PIPPINI R. I. naſterij fuit penes Abbates, quorum memoria penitus interiit. In loco, qui quingentis duntaxat paſſibus inde diſtabat, Ruyrus [a] collocat Monaſterium puellare, cuius rudera etiamnum conſpiciuntur, ſed quibus temporibus ſteterit, haud prodit. De vtroque Montis Sancti Monaſterio ſæpè diſſeruimus, Abbatum Abbatiſſarumque Catalogis ad annum vſque Chriſti ſexcenteſimum octogeſimum perductis; poſt illum autem annum, quinam Monachis Abbates, quænam Monialibus Abbatiſſæ præfuerint, nos latet. Eodem tempore, quo Raimbertus factus eſt Abbas Mediani Monaſterij, Marcinamus electus eſt Abbas Iuncturarum ſeu Vallis Galilææ, ſed vtrùm, æquè ac Raimbertus, Pippino iam regnante vitam clauſerit, Auctores haud adſtruunt. Antiquiſſimum eſt Sancti Apri Monaſterium, cuius mentionem Tumo ſecundo [b] ſub Guntchramno Rege fecimus, Abbates illius loci deſiderantur, vt & Abbatiſſæ cùm Spinalij, tum Bodonis Monaſterij, ſi Tetbergam excipias Monaſterij à Bodone fundati primam Abbatiſſam.

[a] Part. 3. l. 2. c. 12.

[b] Ad an. 584. n. 14.

XCVII. In Diœceſi Metenſi ſtabant octo Monaſteria, Sanctorum Apoſtolorum, Sancti Petri, Sancti Martini, Sancti Symphoriani, Glanderia, Noua-Cella, Hornbachum, & Gorzia. Primum erat Clericorum, ſecundum puellarum, reliqua Monachorum. Pleraque varias vicißitudines, nominumque ac locorum mutationes experta ſunt. In Monaſterio Sanctorum Apoſtolorum, quod hodie nomen Sancti Arnulphi gerit, erant adhuc Clerici, cùm Pippinus Rex eſſe cœpit, ſed quis eorum tunc Abbas eſſet, haud ſcimus, quoniam ex Abbatibus, qui Clericis ibi præfuerunt, duo tantùm hodie noſcuntur, Romulus & Leutbertus, quorum ille ſub Theodorico Tertio, hic ſub Chilperico Tertio floruit, vt ſuis locis obſeruauimus. Abbatiſſarum, quæ Monaſterium Sancti Petri poſt Waldradam primam Abbatiſſam ſub Merouei adis Regibus gubernarunt, interierunt nomina. Monaſterium Sancti Marthi in campis, quod Sigibertus Tertius Rex prope Metas erexerat, tranſlatum fuit ad radices montis Sancti Quintini, deinde ſolo æquatum anno Chriſti milleſimo quingenteſimo quinquageſimo-ſecundo, Catalogus Abbatum in lucem nondum prodiit. De Monaſterio Sancti Symphoriani nihil quoque hìc annotandum habemus, quia deſideratur Catalogus Abbatum, quibus paruit, antequàm à Barbaris euerteretur, illiúſque loci reſtaurationi operam dedit Adalbero Metenſis Epiſcopus, Metis extra Franciæ fines iam poſitis. Nihil etiam legimus de Abbatibus Glanderiæ ſeu Longæ Villæ, vel Monaſterij Martiniani in Glanderiis, quod etiamnum ſubſiſtit. Monaſterium Nouæ-Cellæ, quod initio Hilariacum vocabatur, nomen poſteà ſumpſit Sancti Naboris, vt dicemus infrà; Fridolinum illius loci primum Abbatem laudauimus [c], eius ſucceſſores ad noſtram notitiam non peruenerunt. Hornbachum, Pippino Regnum ineunte, in deliciis erat Pyrminio, qui ſæpiùs à curis & laboribus Apoſtolicis eò ſe recipiebat; *Diſtat*, inquit Bucelinus [d], *à Bipontiano oppido, vno duntaxat milliari, ſuperioris ſeculi mutatione in vſus prophanos conuerſum.* Gorzienſi Monaſterio nuper erecto primus adhuc præerat Abbas Droctegangus.

[c] Ad an. 509. n. 7.

[d] Part. 2. German. Sacr.

XCVIII. In Diœceſi Virodunenſi tria florebant Monaſteria; Sancti Vitoni, Sancti Michaelis, & Bellus-locus. Cœnobium Sancti Vitoni regebat Abbas Madelueus. Abbatum duobus aliis Monaſteriis præpoſitorum Catalogi ſub Pippino Rege manci ſunt.

XCIX. REMENSIS. Metropolis Remenſis vndecim ſibi ſubiectos Epiſcopatus habebat in Belgica ſecunda; Catalaunenſem, Laudunenſem, Sueſſionenſem, Nouiomenſem, Cameracenſem, Tornacenſem, Atrebatenſem, Taruannenſem, Ambianenſem, Bellouacenſem, & Siluanectenſem. Remenſem Cathedram per vim occupabat Milo Archiepiſcopus iam Treuirenſis, de quo ſuprà. Genebaudus Epiſcopus erat Laudunenſis; Nouiomenſis Eliſæus, qui & Tornacenſis; Atrebatenſis Guntfridus, qui & Cameracenſis; Ætherius

Taruannenſis; Raimbertus Ambianenſis; Deodatus Bellouacenſis; Wlfredus Siluanectenſis. De his nulla difficultas. Aliarum Eccleſiarum Catalogi magis examinandi. Anno Chriſti ſexcenteſimo nonageſimo-quarto Catalaunenſis Epiſcopus erat Bertoendus; eius proximi ſucceſſores octauo ſeculo ſederunt, Chamigus, Felix, Bladaldus, Scaricus, Racarius, itaut admodum probabile videatur Bladaldum anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo Epiſcopum fuiſſe. Sueſſionenſem Eccleſiam eodem octauo ſeculo rexerunt Epiſcopi, Macharius, Galconus, Gobaldus qui & Cærobaldus, Hubertus ſeu Gerabertus, &c. Sub huius Huberti Pontificatu, de cuius ſucceſſoribus infrà diſputabimus, eleuatio Pippini Regis non immeritò collocari poteſt. AN. CH. 752. PIPPINI R. I.

C. In Diœceſi Remenſi nouem erant Monaſteria; tria Sancti Petri, vnum Sancti Remigij, vnum quoque Sancti Theodorici, necnon Auennacum, Altum-Villare, Viriziacum, & Mons Falconis; ex illis erant quatuor puellaria, tria videlicet Sancti Petri & Auennacum, cetera virorum. Tria deleta, nempe duo puellaria Sancti Petri cum Monte Falconis, de quibus ſub Pippino Rege nihil occurrit. Hodie ſuperſunt ſex reliqua, ſed nec quos Abbates Abbatiſſáſue tunc habuerint, ex vlla notitia ſciri poteſt. Poſt Sanctum Bercharium, qui primus Alti Villaris Abbas fuit, Abbates ad nonum vſque ſeculum deſiderantur. Theodulphus in Sancti Theoderici Monaſterio munus Abbatiale tertius geſſit, ignorantur ſucceſſores, quia locus à Normannis vaſtatus. In Monaſterio Remigiano, à primo conditu ad Tilpinum vſque Remenſem Archiepiſcopum, qui Monachos Clericis ſubſtituit, duo duntaxat Abbates hodie commendantur, Epiphanius cuius meminimus ex Gregorio Turonenſi, & Gibehardus qui teſte Flodoardo Clericos primus ibi congregauit. Abbatum, qui Viriziaco ſeu Monaſterio Sancti Baſoli poſt Perronem Sancto Niuardo ſynchronum præfuerunt, nomina perierunt ad Benedictum vſque, qui nono ſeculo floruit. Deſunt & Indices Abbatiſſarum, cùm Sancti Petri, tum Auennaci, quæ per illa tempora vixerunt.

CI. In Diœceſi Catalaunenſi vnum erat Deruenſe Monaſterium, cuius Abbates poſt Synaulium, quem anno Chriſti ſexcenteſimo nonageſimo-quarto laudauimus, ad tempora vſque Ludouici Pij hodie neſciuntur.

CII. In Diœceſi Laudunenſi duo erant Monaſteria, Sanctæ Mariæ, & Sancti Vincentij, primum erat puellarum, alterum virorum. Ætate Pippini Regis manci ſunt vtriuſque Catalogi. De Bariſiaco nihil dicimus, quia locus ille à temporibus Sancti Amandi in ius Elnonenſis Monaſterij iam tranſierat.

CIII. In Diœceſi Sueſſionenſi ſex commemorauimus Monaſteria, Cauſiacum, Mornam-Vallem, Orbacum, Rotundas, & duo Sanctæ Mariæ, quorum vnum Sanctæ Mariæ Monaſterium ſimpliciter, alterum Monaſterium Sanctæ Mariæ & Apoſtolorum dicebatur. Duo erant puellaria, Morna-Vallis cuius Abbatiſſas ignoramus, & Monaſterium Sanctæ Mariæ, cuius Abbatiſſa tunc erat Armentrudis. Monaſterium Sanctæ Mariæ & Apoſtolorum, vocatur hodie Monaſterium Sancti Medardi, tnro octauo ſeculo mutilus eſt Abbatum Catalogos. Leudemarus primus Abbas Orbacenſis vixit ſeptimo ſeculo, de ſucceſſoribus nihil comperimus. Cauſiacum & Rotundæ perierunt.

CIV. In Diœceſi Nouiomenſi quatuor commemorauimus Monaſteria, Humolarienſe, Peronenſe, & duo Sancti Quintini, vnum in Monte prope Peronam, alterum apud Auguſtam Viromanduorum. His adde & Brittaniacum ſeu Brittennacum inſigne Monaſterium, de quo plura poſt biennium dicemus. Stephanus enim Papa, cùm apud Cariſiacum anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-quarto moraretur, Brittaniacenſibus Monachis ad varia conſulta, de quibus fuerat interrogatus, vndeuiginti dedit reſponſa, de quibus conſule *Sirmondum* [a], cum notatiuncula, quâ do- [a] Tom. 2. Conc. Gall.

cet ex Hincmaro Monaſterium, *quod Brittennacus dicitur, in parochia Noviomagenſi* ſeu Nouiomenſi ſitum eſſe. Pnellarum fuerunt Humolariæ ad annum vſque Chriſti nongenteſimum duodequinquageſimum, ſed primæ tantùm Abbatiſſæ, quæ ſeptimo ſeculo floruit, viget memoria, ceteris obliuione conſepultis. Seculis octauo & nono mancus eſt Abbatum Sancti Quintini de Monre Catalogus. De Monaſterio Peronenſi, quod à multis ſeculis Abbates & Monachos habere deſiit, nihil annotandnm habemus. Clandius Hemeræus in Auguſta Viromanduotum illuſtrata, San-Quintinienſes Abbates recenſet, Bertrannum ſiue Ebertramnum, cuius mentionem Tomo tertio ſæpè fecimus; Lagbardnm, quem Ebertramni fortè ſucceſſorem non malè collocat ad annum Chriſti ſexcenteſimum octogeſimum, & Hieronymum, quem Abbatem agnoſcit Pippino Rege, ſic tamen, vt priùs regnet Pippinus, quàm Hieronymus Abbas fiat.

CV. In Diœceſi Atrebatenſi ſeptem Monaſteria commemorauimus, Sanctenſe, Baralenſe, Vedaſtinum, Hamaticenſe, Martianenſe, & duo Haſnonienſia. De Barala, quod Monaſterinm virorum fuit, & de Sanctis, quod puellarum fuit Monaſterium, præter vtriuſque fundationem, quam non omiſimus, nihil poſteris traditum. Hamaticum puellare Monaſterium dirutum à Nortmannis, poſteà paucos Canonicos habuit, hodie Prioratus eſt Abbatiæ Marchianenſi annexns; deſiderantur Abbatiſſarum nomina, quæ toto ſeculo octauo ac deinceps ad irruptionem vſque Nortmannorum claruerunt. Ab initio vt apud Haſnonium, ſic & apud Martianas, duplex fuit Monaſterium, vnum virorum, alterum puellarum. At Pippini Regis ætate Marchianis ſeu Martianis ſolæ ſupererant Moniales. Tunc Haſnonienſis Abbas erat Sauericus; Abbatiſſarum verò, quæ vel Haſnonio, vel Martianis præerant, interierunt nomina. Monaſterium autem Sancti Vedaſti regebat Adalricus Abbas.

CVI. In Diœceſi Cameracenſi ſexdecim Monaſteria numerauimns, Altum-Montem, Caſtrilocum, Cellam, Criſpinium, Donum-Petri, Fiſciacum, Hunocurtum, Laubacum, Maricolas, Melbodium, Morſellam, Sonegias, Waſleram, Cœnobium Sanctæ Mariæ, Cœnobium Sancti Ioannis Baptiſtæ, & Cœnobium Sancti Medardi. De Fiſciaco, Waſlera, & Monaſterio Sancti Medardi, præter illorum locorum erectiones, nihil in literas relatum. Puellare Monaſterium Sancti Ioannis Baptiſtæ prope Valentianas dirutum fuit, poſteáque cùm inſtauratum eſſet, ad Canonicos priùs tranſiit, quàm Pippinus Rex fieret. Tunc & Morſella, qnam Friſij combuſſerant, abſque Monialibus erat, ſuúmque ſplendorem ante tempora Caroli Magni non recuperauit. Donnm-Petri * hodie Prioratus eſt Abbatiæ Lætienſis. Franciſcus Vinchantius in Annalibus Hannoniæ [a] Criſpinium, Cellam Sancti Giſleni, Melbodium, Maricolas, Altum-Montem, Laubacum, Condatum vbi puellare Monaſterium Sanctæ Mariæ, Sonegias aliáque loca cùm Hannoniæ tum vicinarum regionum à Nortmannis diruta incenſáque teſtatur, ideóque nemini mirum debet eſſe, ſi neſciamus hodie, quinam, regnante Pippino, Sonegiis, Alto-Monti, Criſpinio, Cellæ Sancti Giſleni, Maricolis Abbates, quænámue Abbatiſſæ Caſtriloco, Melbodio, Hunocurto, & Cœnobio Sanctæ Mariæ apud Condatum præfuerint; ſolúſque innoteſcat Theodulphus Abbas Laubacenſis, qui factus eſt Abbas Pippino nondum Rege, eidémque Regi ſuperſtes vixit.

* *Don-Pierre lez Aueſne.*

[a] Lib. 3. cc. 20. 24.

CVII. In Diœceſi Tornacenſi ſex erant Monaſteria, Quercolodora, Brugæ, Blandinium, Elno, Ganda, Cœnobium Sancti Martini. Quercolodora Monaſterium fuit prope Antuerpiam; illius loci curam geſſit Firminus Abbas, cuius mentionem ad annnm Chriſti ſeptingenteſimum viceſimum-ſextum fecimus; de ſucceſſoribus nihil occurrit. Cùm Pippinus Rex factus eſt, Blandinium carebat Abbare, Gandæ præerat Hildebertus Abbas. Ne verò ſciamus, quinam tunc Abbates fuerint Brugis, Elnone, & apud Sanctum

tum Martinum, vetant clades illis Monaſteriis à Nortmannis pòſt illatæ. Præter hæc Monaſteria, in quibus degebant Monachi, florebat etiam Monaſterium Sanctæ Mariæ in Truncinio * ſuper ripam Leyæ prope Gandauum, ibique non Monachorum cœtus, ſed Clericorum erat in communi viuentium congregatio. Dirutum quoque fuit à Nortmannis hoc Monaſterium; ideóque deſideratur hodie Catalogus Abbatum ſeu Præpoſitorum, qui locum illum ante Nortmannorum irruptionem adminiſtrarunt. Huius Monaſterij primordia ſic attingit Sanderus [a]. *Primam huius loci Eccleſiam, in pago Mempiſco ſuper fluuium Legiam, Deiparæ Virgini ſacram, à S. Baſilo Rege & Martyre conſtructam & dotatam, B. Amandus Traiectenſis Epiſcopus, Gandauenſium Apoſtolus Collegio Canonicorum, ſiue (vt veteres loquebantur) Monaſterio Clericorum in communi viuentium decorauit, circa annum 633. Vbi ædificata eſt Eccleſia, Caſtellum antè fuerat.* De Sancto Amando, cuius obitus in annum Chriſti ſexcenteſimum ſeptuageſimum [illegible] incidit, egimus Tomis ſecundo & tertio. Quonam tempore floruerit Baſinus, haud liquet. *Extitit fundator Eccleſiæ Sanctæ Mariæ in [illegible] & duarum Capellarum Sanctorum Petri & Ioannis. Cùm autem beatus [illegible] Eccleſiam contra gentilium vaſtationem defenderet, grauiter in campo [illegible]weldt vulneratus, Martyr migrauit ad Chriſtum. Cornelius autem [illegible] Epiſcopus Gandauenſis, in literis teſtimonialibus viſitationis, vocat [illegible] Chriſti, miraculis diuerſis clariſſimum. Dicitur tamen alicubi [illegible]m Confeſſoris. Sed hæc duo non pugnant, eò quòd non ſtatim ex [illegible]. Eâ enim ratione & alij, nunc Confeſſores, nunc Martyres [illegible].* Hæc Molanus [b], qui & Truncinium ait ornatum *corporibus [illegible] Gerulphi, Baſini, & filiæ eius Aldegundis.* Coluntur Sanctus Baſinus pridie Idus Iulij, Sancta Aldegundis duodecimo Kalendas Iulij. Vtroque recentior beatus Gerulphus. Hic enim Martyr occubuit, cùm Nouiomenſis ac Tornacenſis Epiſcopus erat Eliſæus, qui Pontificatum iniit regnante Childerico Tertio, vitámque clauſit regnante iam Pippino. Rem, vt geſta eſt, idem Molanus [c] ita deſcribit. *Gerulphus Merendræ in Flandris, claris Chriſtianis parentibus ortus, ab infantia pietatis amantiſſimus fuit. Monaſteria & Deo dicatas Eccleſias religioſè frequentauit; Clericos & Sacerdotes magno ſtudio coluit; & in ſumma hoc maximè illi curæ fuit, vt vitam ſuam quàm optimè ad normam diuinæ legis inſtitueret. Quum verò nondum eſſet Sacramento Confirmationis inſignitus, nec ſe proinde abſolutum & aduerſus omnia æternæ ſalutis impedimenta ſatis ornatum Chriſti militem eſſe piè prudentérque exiſtimaret, viro quodam comitatus, qui ſuſceptoris circa ſe officio fungeretur, ex ſolo natali Gandauum ad Blandinienſe Monaſterium ſe contulit, vt ſacro chriſmate ab Epiſcopo Nouiomagenſi Heliſeo, qui tum eò fortè venerat, liniretur. Cùmque percepto Sacramento, repletus iam pinguedine gratiæ ſpiritalis, domum rediret, haud procul à Monaſterio, quod Truncinium dicitur (ad quod orationis causâ nonnihil deflexerant) à ſuo patrino, qui tantam eius pietatem, incredibili exagitatus inuidiâ, ferre non poterat, repentè confoſſus, ex equo proſternebatur, & pro mortuo ab immani parricida relinquebatur. Accidit autem, vt priuſquàm animam exhalaret, à parentibus, hæc omnia confeſtim à Deo miraculoſè edoctis, diligenter quæſitus ſpirans adhuc inueniretur. Quibus cùm breuiter, à quo tantam accepiſſet iniuriam, expoſuiſſet, ad extremum ab iis petiit, vt ſe in vicino Truncinienſi Cœnobio ſepelirent, & Merendram ſui iuris allodium in altari beatæ Mariæ traderent, & caballum ſuum Clericis ibidem Deo ſeruientibus donarent. Atque ita demum ſalutari viatico Dominici Corporis in tempore munitus, ad cælum migrauit vndecimo Calendas octobris. At pater eius votis ac pietati filij ſui haudquaquam reſpondens, nec prædia illa Eccleſiæ Truncinienſi dedit, quæ Sanctus Gerulphus petierat, nec corpus eius illo in loco, ſed Merendræ in Baſilica Sanctæ Radegundis ſepeliri curauit. Quo in loco multis clarus miraculis manſit ad annum*

* Drongene.

[a] Libr. 3. rer. Gandauenſ. c. 7.

[b] D. 14. Iul. n. 6.

[c] D. 21. Sept.

AN. CH. *vſque nongenteſimum decimum-quintum. Tum enim cæleſti communitione ad Eccleſiam Truncinienſem ſolenni pompâ atque honore tranſlatum eſt.*

752. In Diœceſi Taruannenſi duodecim commemorauimus Monaſteria, Pippini R. 1. Blangiacum, Aleiacum, Broilum, Eekam, Syluiacum, Wileriam, Woromholtum, Cœnobium Sancti Ioannis Baptiſtæ prope Taruannam, Cœnobium in Martinis, Renticenſe Sancti Dionyſij, Vlterenſe Sancti Treuerij, Sitiuenſe Sancti Bertini. Tria ex illis, Wileria ſcilicet, Aleiacum & Blangiacum pro fœminis condita ſunt, pro viris cetera. Nantharius Sitinenſis Abbas Childericum Regno depoſitum ſuſcepit. Aliis Monaſteriis quinam tunc Abbates Abbatiſſæue præeſſent, haud ſcimus, deſunt enim Catalogi, nec illins inopiæ cauſam quæras præter eorumdem Monaſteriorum deſtructionem, cuius authores Nortmanni.

CVIII.

CIX. In Diœceſi Ambianenſi quinque diſtinximus Monaſteria, Centulam, Corbeiam, Cœnobium Sanctæ Mariæ & Sancti Petri, Cœnobium Sancti Walerici, & Cœnobium Sancti Indoci. Superſunt etiamnum quatuor, Centula cui nomen inditum Sancti Richarij, Corbeia, cum Cœnobiis Sancti Walerici & Sancti Iudoci. Cùm Pippinus in Regem eleuatus eſt, Centulenſis Abbas erat Guitmarus, Corbeienſis Grimo. Ceterorum Monaſteriorum Abbates per illud tempus deſiderantur.

CX. In Diœceſi Bellouacenſi quatuor Monaſteria collocauimus; Oratorium quod erat puellarum, tria virorum, Inſulam, Flaniacum, & Cœnobium Sancti Luciani. Stat hodie Monaſterium Sancti Luciani. Stat & Flauiacum, quod Sancti Geremari Monaſterium nuncupari ſolet. Sed Pippino Rege quinam illorum locorum Inſulæque fuerint Abbates, & quænam Oratorij Abbatiſſa, nos latet.

CXI. LVGDVNENSIS. Metropolis Lugdunenſis in prouincia Lugdunenſi prima quatuor Epiſcopatus ſibi ſubiectos habebat, Auguſtodunenſem, Lingonenſem, Cabilonenſem & Matiſconenſem. Lugdunum interpontificio laborabat. Gayronius Epiſcopus erat Auguſtodunenſis, Lingonenſis Chedroaldus, Domnolus Matiſconenſis. Mutilus autem videtur eo tempore Cabilonenſium Epiſcoporum Catalogus.

CXII. In Diœceſi Metropolitana Lugdunenſi ſub Meroueadis Regibus floruerunt nouem Monaſteria; duo puellarum, Balma & Sancti Petri; cetera virorum, Athanacenſe, Barbarenſe, Condateſcenſe, Laueonnenſe, Montis Verduni, Sancti Inſti, & Sancti Nicetij. Condateſcenſis Abbas erat Hippolytus. Aliorum Monaſteriorum Abbates Abbatiſſæque deſiderantur, quia Saraceni capto ante aliquot annos Lugduno totam penè Diœceſim vaſtauerant.

CXIII. In Epiſcopatu Auguſtodunenſi præter Monaſterium Sanctæ Mariæ, cui ſua præerat Abbatiſſa, tria enitebant Monaſteria, Sancti Martini, Sancti Symphoriani & Flauiniacenſe, quibus ſinguli Abbates præpoſiti. Cœnobium Sancti Martini regebat Gauderannus Abbas, Gayronius Flauiniacum cui tunc vnita Monaſteriola Sancti Andochij, Sancti Ferreoli & Sanctæ Reginæ. Nomen Abbatis, qui Monaſterium Sancti Symphoriani gubernandum ſuſceperat, manet incompertum.

CXIV. In Diœceſi Lingonenſi quinque collocauimus Monaſteria, Benignianum, Reomaenſe, Segeſtrenſe, Molomienſe & Beſuenſe. De Molomienſi, præter eius fundationem, quam ad Clodouei Magni tempora retulimus, nihil legitur. Cetera ſtant etiamnum celebria. Syrannus Beſuenſis Abbas vitam ad Regnum vſque Pippini produxit, idque non obſcurè videtur indicare Chronographus Beſuenſis, quatuor enim antiquiſſimis Abbatibus, Waldaleno, Bercango, Ferreolo & Syranno enumeratis, hæc ad illorum commendationem proximè ſubiungit. *Talibus fundatoribus, plantatoribus, rigatoribus, Deo incrementum præbente, in prædicto Cœnobio Monaſtica inſtitutio ſolerter viguit, permanſitque vſque ad tempora Pipini, Magni Caroli*

genitoris. Tunc Monaſterio Reomaenſi præerat Waldo, San-Benigniano Thanoratdus. Segeſtrenſium * autem Abbatum mutilus eſt eo loco Catalogus. AN. CH. 752. PIPPINI R. 1.

* de Seſtre.

In Diœceſi Cabilonenſi laudauimus Monaſterium Gurthonenſe, necnon Cœnobia Sancti Marcelli & Sancti Petri, ſed de illorum locorum Abbatibus circa Pippini Regis ætatem nihil occurrit.

Metropolis Rotomagenſis in prouincia Lugdunenſi ſecunda ſex Epiſcopos ſibi ſubiectos habebat, Abrincenſem, Baiocenſem, Conſtantienſem, Ebroicenſem, Lexouienſem & Sagienſem. Archiepiſcopus Rotomagenſis erat Raginfridus; Epiſcopus Conſtantienſis Leo; Sagienſis Lotharius; aliorum Epiſcoporum mutili ſunt ſub Pippino Rege Catalogi. CXV. CXVI. ROTOMAGENSIS.

In Diœceſi Rotomagenſi decem collocauimus Monaſteria, Fiſcannum, Floriacum, Fontanellam, Gemmeticum, Logenſe, Pauliacum, Pentallium, Villare, Sanctorum Petri & Pauli, & Sancti Sidonij. Fiſcannum, Pauliacus, Villare & Logenſe, Monaſteria Puellarum erant, quibus adde & Cœnobium Sancti Amandi, quod inter antiquiora iſtius regionis à Willelmo Gemmeticenſi [a] ſic collocatur. *Monaſterium verò Sancti Taurini, & Lanfredi, & Villare Monaſterium, & Cœnobium Sancti Amandi intra Rotomagenſem inter antiquiora computanda ſunt. Vnde conſtat illa prius deſtructa & iterum readificata.* Monaſterium Sancti Amandi, vt & alia eiuſdem prouinciæ, dirutum eſt à Normannis, itaut ſub Pippino Rege nec Abbatum nec Abbatiſſarum ſuperſit vlla memoria, ſi Druthegungum excipias Abbatem Gemmeticenſem, & Auſtrulphum Abbatem Fontanellæ, cui vicinum à temporibus Sancti Baini Floriacum. CXVII.

[a] Lib. 7. c. 22.

In Abrincenſi Diœceſi floruit Sciſciacum ſeu Geſſayum, nunc omnino dirutum.

In Epiſcopatu Baiocenſi quinque commemorauimus Monaſteria, Ceriſiacum, Chriſmatum, Liberiacum, Redeueriacum, & Gemellenſe ſeu duos Gemellos, quæ ſolo æquata ſunt à Normannis, inſtauratum poſteà Ceraſium, & Chriſmatum hodie Prioratus eſt Sancti Vigoris. Abbatum autem, qui Pippino Rege floruerunt, penitus excidit omnis memoria. CXVIII. CXIX.

In Diœceſi Conſtantienſi tria ſub Merouæadis Regibus fuerunt Monaſteria, Nantus, Saxiacum, & Cœnobium Sancti Seueri. Deſtructa ſunt à Normannis. Nantus & Saxiacum in rudero adhuc iacent. Reparatum eſt Sancti Seueri Monaſterium. At antiquorum Abbatum, qui Pippino Rege claruerunt, interciderunt nomina. CXX.

In Ebroicenſi Diœceſi præter Crucem Sancti Audoeni Monaſterium virorum, & Varennam Monaſterium puellare, de quibus egimus, erat & Monaſterium Sancti Taurini, cuius mentionem facit Willelmus Gemmeticenſis loco ſuprà citato. Tria illa Monaſteria deſtructa ſunt à Normannis. Reſtauratum poſteà Monaſterium Sancti Taurini. Reſtauratum & Monaſterium Crucis Sancti Audoeni, cuius Abbas erat Agofredus, cùm Pippinus Regiâ dignitate potiri cœpit. CXXI.

In Diœceſi Lexouienſi Vticum inſigne erat Monaſterium, cuius Abbates ſeculis ſeptimo & octauo propter cladem à Normannis pòſt illatam penitus ignorantur. CXXII.

In Diœceſi Sagienſi collocauimus Monaſterium Sancti Cerenici, quod Normanni poſteà diruerunt, vnde fit vt ipſius Sancti Cerenici, qui Cœnobium illud condidit ac primus rexit, ſucceſſores hodie deſiderentur. Collocauimus & in eadem Diœceſi Fontanetum, quod Baiocenſi nunc attribuitur. Euerſum quoque pòſt ab iiſdem Normannis hoc Monaſterium, ſed antiquiſſimorum Abbatum, Euremundi videlicet ac Cedulphi, quorum poſterior ad tempora Pippini Regis peruenire potuit, ad nos vſque ſeruata memoria. Duobus illis Monaſteriis, quæ virorum erant, adde totidem puellaria, Monaſteriolum & Almaniſcas, quorum al- CXXIII.

AN. CH. 752. PIPPINI R. 1.

teri Abbatiſſa præerat Opportuna, alteri Lanthildis eiuſdem Opportunæ amita.

CXXIV. TVRONENSIS. Metropolis Turonenſis in prouincia Lugdunenſi tertia, vndecim Epiſcopatus ſibi ſubiectos habebat, Aletenſem, Andegauenſem, Brioccenſem, Cenomanenſem, Corentinopolitanum, Dolenſem, Leonenſem, Lexobienſem, Namnetenſem, Redonenſem & Venetenſem. Eodem quo Pippinus regnare cœpit anno, Rigambertus Turonenſis Archiepiſcopus obiit, eique ſucceſſit in Archiepiſcopatum Aubertus ſiue Autbertus. Tunc Aletenſem Epiſcoparum adminiſtrabat Reginaldus, Sacrius Andegauenſem, Leonenſem Guyomarkus, Deomarus Namnetenſem, Redonenſem Stephanus, Venetenſem Iuſtokus. Vacabat Epiſcopatus Cenomanenſis. Epiſcoporum, qui per illud tempus in Cathedris, Briocenſi, Corentinopolitana, Dolenſi & Lexobienſi ſederunt, ignorantur nomina, niſi Gouarranum, quem nonnulli Scriptores in Lexobienſi Cathedra per annos ſeptuaginta ſediſſe volunt, annis ſaltem quinquaginta-quinque Pontificem fuiſſe comprobes.

CXXV. In Diœceſi Turonenſi nouem laudauimus Monaſteria; tria Turonenſia, duo virorum, tertium puellarum; Senapariam; Maius Monaſterium; Loccenſe; Cœnobia Sancti Martini, Sancti Venantij, Sancti Iuliani. Pleraque illorum Monaſteriorum, vt & alia eiuſdem prouinciæ non pauca propter Nortmannorum vaſtationem perierunt. Nonnulla Canonicis tradita. Duo duntaxat hodie ſuperſtant, poſt cladem à Nortmannis illatam feliciter inſtaurata, Maius Monaſterium, & Monaſterium Sancti Iuliani. Cùm Pippinus ad Regiam dignitatem euectus eſt, Maiori Monaſterio præerat Hambicus Abbas, Monaſterio Sancti Martini Wicterbus, de quo plura poſt quadriennium. Deſunt hîc aliorum Cœnobiorum monumenta.

CXXVI. In Aletenſi Diœceſi commendauimus Monaſterium Guernienſe, & Monaſterium Sancti Ioannis Baptiſtæ in Gaelo, quod hodie nomen Sancti Meuennij gerit, ſed neutrius Abbates circa ætatem Pippini Regis deprehendimus.

CXXVII. In Andegauenſi Diœceſi ſex commemorauimus Monaſteria, Sancti Ioannis Baptiſtæ, Sancti Albini, Sanctorum Sergij & Bacchi, Glannam, Glannafolium, & aliud quod à ſitu vocauimus Andegauenſe. Hoc de Cœnobio vt & de Monaſterio Sancti Ioannis Baptiſtæ nihil hîc obſeruandum habemus. Alia quatuor etiamnum ſubſiſtunt; Monaſterium Sancti Albini intra muros Andegauenſes, quod Pippini Regis ætate Canonicos adhuc habuit; Monaſterium Sanctorum Sergij & Bacchi prope eoſdem muros; Glannafolium ſeu Monaſterium Sancti Mauri ad Ligerim; Monaſterium Sancti Florentij prope Salmurum, quod eò tranſlatum eſt Glannâ per Nortmannos vaſtatâ. Huic Monaſterio, quantùm ex auctiore Gallia Chriſtiana colligere licet, apud Glannam, regnante Pippino, præerat Albaldus Abbas.

CXXVIII. In Diœceſi Cenomanenſi viginti numerauimus Monaſteria, Sanctæ Mariæ, Sancti Petri Cenomani, item Sancti Petri ad Brigiam, Sancti Germani, Sancti Albini, Sancti Vincentij, Victorij, Sanctæ Scholaſticæ, Caladunum, Buſogilum, Priſcoſiccimum, Aniſolam, Aurionem, Buxidum, Pratum, Culturam Dei, Greſſum, Tillidum, Tuſſiacum, Vandoperam. Nortmannicam rabiem experti quoque Cenomanenſes, vrbe captâ, deſtructiſque Monaſteriis. E viginti Cœnobiis ſuprà recenſitis hodie ſuperſunt tantùm quinque, Aniſola ſeu Monaſterium Sancti Carilephi, Aurio, Cultura Dei, Monaſterium Sancti Vincentij, Pratum quod Puellarum ſemper fuit. Cetera vel omnino perierunt, vel deſierunt in Prioratus aut Parœcias. Tuſſiacum Prioratus eſt, pendétque ab Abbatia Sancti Vincentij. Vandopera ſeu Cella Sancti Leonardi, & Monaſteria Sancti Albini, Sancti Germani, & Sancti Petri ad Brigiam, Parœciæ ſunt. Olim puellaria fue-

runt Monaſteria Sancti Albini, Sanctæ Scholaſticæ, Tuſſiacnm, Pratum
ſeu Monaſterium Cenomanenſe, Caladunum cui Buſogilum & Priſcoſic- AN. CH.
cimum vnita. Quirinns Abbas Tillidenſis ad tempora Pippini Regis per- 752.
uenire potuit. Tunc Aniſolenſis Abbas erat Sigobaldns. Alios illius æta- PIPPINI
tis Abbates Abbatiſſáſque Cenomanenſes ſepeliuit obliuio. R. I.

In Corentinopolitana Diœceſi recenſuimus Monaſteria, Daougalenſe, CXXIX.
Kemperlegienſe, Teuenecenſe, quæ ſubſiſtunt hodie poſt varias reparata
clades, ſed Abbatum Catalogi deſiderantur.

In Diœceſi Dolenſi tria quoque laudauimus Monaſteria, Dolam, Pe- CXXX.
netale, Kerfennteum, ſed hæc poſſunt ad vnum reduci, quia Penetale
ſubiectum fuit Dolæ, Dolâque paulò pòſt Epiſcopatu nobilitatâ Monachi
Kerfennteum. ſunt ablegati, & vt Abbates anteà Dolenſes ſic & deinceps
Kerfeunteumenſes Penetalenſibus Monachis præfuerunt, ſed eorum periit
memoria.

In Diœceſi Leonenſi ſub Meroneadis Regibus fuerunt ſex Monaſteria, CXXXI.
Bathenſe, Gerberenſe, *Landtgoeznon*, Locus Kireci, Monaſterium Sancti
Matthæi finis terræ, & *Loc-Renan-ar-fang* quod puellarum Cœnobium
fuit. Supereſt hodie ſolum Monaſterium Sancti Matthæi, cetera perierunt,
illiſqne de Cœnobiis præter conditores ac primos Abbates, quos ſuis locis
notauimus, nihil memoriæ proditum.

Ætate Pippini Regis in Diœceſi Lexobienſi duo erant Monaſteria, Mo- CXXXII.
goera & Trecora. Neutrius Abbates recitantur, & proximo pòſt ſeculo
cùm Nortmanni Lexobiam diruiſſent, Trecora Monaſterium eſſe deſiit
Epiſcopali Sede illuc tranſlatâ.

Ætate Pippini Regis in Diœceſi Namnetenſi florebant quatuor Monaſ- CXXXIII.
teria; Antrum; Vertannm; & duo Durinenſia, quorum vnum virorum,
alterum puellarum. Quatuor illa Cœnobia ſolo æquarunt Nortmanni.
Antri nullum ſupereſt veſtigium. Durinenſium Monaſteriorum loco Prio-
ratus eſt Sancti Georgij de Monte acuto, qui pendet ab Abbatia Sancti
Iouini de Marnis, vt & hodiernum Vertanum.

In Diœceſi Venetenſi commendauimus tria Monaſteria, Cincillacenſe, CXXXIV.
Ruienſe, & Venetenſe quod Pnellarum fuit in ſuburbio Venetenſi. Ciui-
tatem hanc ceperunt etiam incenderúntque Nortmanni, nec Eccleſiis
Cœnobiiſue pepercerunt. Inſtauratum poſteà fuit Ruienſe, quod etiam-
num ſubſiſtit, & Sancti Gildæ Patroni ſui nomen gerit.

Cùm Pippinus regnare cœpit, in ſuburbio Redonenſi florebat Monaſte- CXXXV.
rium Sancti Melanij, ex illius enim loci Monacho factus Epiſcopus qni
tunc in Redonenſi Cathedra ſedebat Stephanus. Hanc quoque ciuitatem
expugnarunt cremarúntque Nortmanni. Reparatum poſteà Sancti Mela-
nij Monaſterium, quod hodiéque celebre, ſed Abbatum Catalogus deſi-
deratur.

Metropolis Senonenſis in prouincia Lugdunenſi quarta, cuius tunc Ar- CXXXVI.
chiepiſcopus Ardobertut, ſeptem ſibi ſubiectos habebat Epiſcopatus, Car- SENONENSIS.
notenſem, Aurelianenſem, Autiſſiodorenſem, Niuernenſem, Trecenſem,
Meldenſem & Pariſienſem. Carnotenſis Epiſcopus erat Berthegrannus,
Bertinus Aurelianenſis, Autiſſiodorenſis Hainmarus, Ridelenus Niuernen-
ſis, Trecenſis Bobinus, Romanus Meldenſis, Pariſienſis Ragnecaptus.

In Diœceſi Metropolitana Senonenſi, præter Ferrarias quarum tunc CXXXVII.
Abbas Geruaſius, erant alia quinqne Monaſteria, Sancti Petri Vini, item
Sancti Petri Ionnenſis, Sancti Ioannis Euangeliſtæ, Sancti Remigij &
Sanctæ Columbæ. Monaſterium Sancti Ioannis habuit à primo conditu
Moniales, deinde Monachos ad irruptionem vſque Nortmannornm, qui
prædictum Cœnobium euerterunt, at Abbatiſſarum Abbatúmque, qui cla-
dem illam anteceſſerunt, interierunt nomina, nec annotatum habetur tem-
pus, quo Monialibus ſucceſſerunt Monachi. Monaſterio Sancti Remigij

AN. CH. 752. PIPPINI R. I.

Adhebertus Abbas, Viraibodus Cœnobio Sancti Petri Vlui præerat, cùm Pippinus in Regem eleuatus eſt. De Abbatibus Ionnenſibus nihil legimus. Monaſterium Sanctæ Columbæ prope Senonas vetuſtiſſimum cenſetur, fortè tunc Abbas illius loci iam erat Widradus, qui Placito Attiniacenſi ſub eodem Pippino Rege ſubſcripſit.

CXXXVIII. In Diœceſi Carnotenſi quatuor commemorauimus Monaſteria, Sancti Martini in Valle, Sancti Carauni, Sancti Auiti, & Curbionenſe. Cùm Pippinus Regnum adeptus eſt, Monaſterio Sancti Carauni præerat Abbas Dodo. Mancus eſt ad id temporis Index Abbatum Curbionenſium. Deſiderantur etiam qui Monaſteriis Sancti Auiti & Sancti Martini præfuerunt. Monaſterium Sancti Martini poſt varias viciſſitudines hodie Prioratus eſt, & à Maiore Monaſterio dependet. Monaſterium Sancti Auiti, quod olim Monachorum fuit, eſt hodie Monialium. Quatuor hiſce Monaſteriis adde & quintum, Sancti videlicet Petri in Valle, quod dubio procul antiquius eſt Pippino Rege, quamuis à nobis hactenus illaudatum. De illo plura ſub Carolo Magno.

CXXXIX. In Aurelianenſi Diœceſi ſub Merouæadis Regibus floruerunt quinque Monaſteria, Miciacum, Magdunum, Floriacum, Cœnobium Sancti Aniani, & Cœnobium puellare iuxta ciuitatem Aurelianenſem. Diruta ſunt à Nortmannis hæc Monaſteria. Floriacenſis Abbas fuit Medo temporibus
[a] Lib. 4. c. 12. Pippini Regis, vt in Annalibus [a] Aurelianenſis Eccleſiæ ſcribit Carolus Sauſſeyus. Manci ſunt per illa tempora Catalogi Abbatum Miciacenſium & Sancti Aniani. Inter vtrumque autem Monaſterium hæc intercedebat differentia, quòd Abbati ſuberant in Miciacenſi Cœnobio Monachi, Ca-
[b] Lib. 2. c. 2. nonici in Cœnobio Sancti Aniani. Lege Hubertum in Antiquitatibus [b] huius Monaſterij. Magduni Collegium eſt hodie Canonicorum. Monaſterij puellaris ſuprà recenſiti mentionem in ſola Sancti Eucherij vita fieri nouimus.

CXL. In Autiſſiodorenſi Diœceſi ſub Anachario ſiue Aunario Epiſcopo florebant Monaſteria Sancti Petri, Sancti Germani, Sancti Mariani, Sancti Iuliani, Decimiacenſe ad Sanctum Ciricum, Fontanetenſe, Coacenſe ad Sanctos, Saſſiacenſe, Mannacenſe, Monaſterium Wlfini, & Monaſterium *Varrenas* dictum, vt ad annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum-ſe-
[c] Nu. 19. & ſeqq. cundum [c] obſeruauimus. Item puellare Sancti Martini Monaſterium,
cuius mentionem in ſuo Teſtamento [d] fecit Deſiderius Anacharij proximus
[d] Tom. 2. ad an. 625. n. 12. ſucceſſor. His puellare Monaſterium Sancti Euſebij, quod hodie parœcia eſt, adiecit Deſiderij ſucceſſor Palladius, qui Monachis Moniales quoque ſubrogauit in Monaſterio Sancti Iuliani. Vigilius, qui poſt Palladium ſedit, addidit Monaſterium beatæ Virginis in Autiſſiodorenſi ſuburbio. Denique Quintilianus Quintiliani pòſt Autiſſiodorenſis Antiſtitis pater Miterenſe Monaſterium conſtruxit. Hactenus in Epiſcopatu Autiſſiodorenſi plura non commemorauimus Monaſteria, ſi Fontem Rogi ſuperadiicias eo celeberrimum tempore, quo Sanctus Maurus in Franciam ex Italia venit. Multa ex illis euerſa credimus à Saracenis, antequàm Pippinus Rex fieret. Inſtaurata quatuor, quæ ſuperſunt hodie, Sancti Petri, Sancti Germani, Sancti Mariani, Sancti Iuliani.

CXLI. In Diœceſi Meldenſi quatuor recenſuimus Monaſteria; duo virorum, Reſbacum, & Cœnobium Sanctæ Crucis, hodie Sancti Faronis, duo Puellarum, Iotrum, & Faræ-Monaſterium, quod aliis nominibus Brige & Eboriacus appellatur. Monaſterium Sanctæ Crucis adminiſtrabat Ingelmundus Abbas, cùm Pippinus in Regio ſolio collocatus eſt. Quis autem Reſbacenſis Abbas tunc extiterit, quæue Abbatiſſa vel Faræ-Monaſterienſis, vel Iotrenſis, nos latet.

CXLII. In vita Sancti Euſtaſij Luxouienſis Abbatis, vt obſeruatum Tomo ſe-
[e] Ad an. 632. n. 24. cundo [e], mentio fit puellaris Monaſterij prope Niuernenſe oppidum

conditi. Plura nec de illo Cœnobio, nec de quouis alio Niuernenſis AN.CH.
Diœceſeos comperimus.

In Diœceſi Pariſienſi laudauimus octo Monaſteria, Sanctorum Petri & 752.
Pauli, Sancti Laurentij, Sancti Dionyſij, Sancti Martialis, Sancti Germa- PIPPINI
ni, Kalam, Foſſatum, Latiniacum. Pippino Regnum adipiſcente, Singe- R. I.
bertus Abbas erat Sancti Dionyſij, Sancti Germani Lanfredus, Elafredus CXLIII.
Foſſati. Tunc & Aſcelina Kalenſis erat Abbatiſſa. Sed antiqui deſiderantur Abbates, qui cùm Monaſterio Sanctorum Petri & Pauli, tum Cœnobio Latiniacenſi præfuerunt. Deſiderantur & Abbatiſſæ, quæ Monaſterio Sancti Martialis poſt Sanctam Auream præpoſitæ ſunt. Qui Monaſterium Sancti Laurentij poſt Gregorium Turonenſem commemorarit, ex antiquis Auctoribus neminem inuenimus. His octo Monaſteriis nonum adde Argentogelenſe, quod Monachorum tunc erat, & à Cœnobio San-Dionyſiano dependebat.

In Diœceſi Trecenſi ſub Meroueadis Regibus fuerunt nouem Monaſ- CXLIV.
teria, Sanctæ Mariæ, Sancti Lupi, Sancti Quintini, Mentuniacum, Augia, Cella, Inſula, Nigella abſcondita, & Puellare. Pleraque deleta, quia penetrarunt in illam vſque Diœceſim Nortmanni. Monaſterium Sancti Quintini, quod olim puellatum fuit, hodie Prioratus eſt Ordinis Benedictini, & à Cœnobio Moliſmenſi dependet. Similiter Monaſterium Augiæ, quod aliàs celeberrimum fuit, nunc Prioratus eſt Ordinis Benedictini. Prioratus eſt etiam Ordinis Benedictini, & à prædicto Moliſmenſi dependet, quod olim Monaſterium Inſulæ ſuos Abbates habuit. Mentuniacenſis Monaſterij nullum ſupereſt veſtigium. Dirutum quoque funditus Puellare Monaſterium, cuius memoriam vtcumque ſeruat vicus eiuſdem nominis. Quatuor hodie ſubſiſtunt, Monaſterium beatæ Mariæ, Monaſterium Sancti Martini, quod olim Monaſterium erat Sancti Lupi, Cella, & Nigella abſcondita. Mancus eſt circa Pippini Regis ætatem Catalogus Abbatum Cellenſium. Idem dicendum de vetere Monaſterio Sancti Lupi, quod à Nortmannis euerſum eſt, noménque Sancti Martini poſt inſtaurationem accepit. Antiquatum quoque Abbatiſſarum, quæ Monaſterium Sanctæ Mariæ gubernarunt, interierunt nomina. Nigellenſis Abbas Geraus Attiniacenſi Placido ſubſcripſit anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-quinto, regimen Monaſterij fortè ſuſcepit Pippino nondum Rege.

Metropolis Veſontionenſis in Maxima Sequanorum ſiue in prouincia CXLV.
Lugdunenſi quinta, cuius tunc Archiepiſcopus Herueus, tres ſibi ſubiec- VESONTIO-
tos Epiſcopatus habebat, Bellicenſem, Lauſannenſem, & Baſileenſem. NENSIS.
Bellicenſis Epiſcopus erat Agiſlus, qui regnante Pippino vitam clauſit. Walanus primus Epiſcopus Baſileenſis ſub Regibus Childerico Tertio & Pippino floruit, agemus de illius ſucceſſore ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum. Catalogus Epiſcoporum Lauſannenſium poſt medium ſeculum ſeptimum mancus inuenitur.

Metropolitana Diœceſis Veſontionenſis maximam cladem ſub Theodo- CXLVI.
rico Quarto Rege paſſa eſt à Saracenis, qui Luxouium aliáque complura Monaſteria deſtruxerunt. Inſtauratum poſt annos quindecim ſub Childerico Tertio Rege Luxouium, eique datus Abbas Trudoaldus, qui vitam ſub Pippino Rege terminauit. Haud ita feliciter actum cum aliis pleriſque Monaſteriis. Præter Luxouium ſtant quidem hodie Lutra, Balma, & Dornatiacum ſeu Monaſterium beatæ Mariæ de Battanis; ſed ætate Pippini Regis, quis Lutrenſis Abbas, quæ Balmenſis & Dornatiacenſis Abbatiſſæ fuerint, haud ſciri poteſt. Dornatiacenſe Monaſterium, cui nomen Sancti Martini tunc inditum erat, Adalſinda prima illius loci Abbatiſſa Waldaleno fratri ſuo Abbati Beſuenſi tradidit, vt ſibi ſororibúſque liceret apud
Beſuam tranquilliùs degere. Illa de re actum Tomo tertio [a]. Dornatiacum

[a] Ad an. 656. n. 37.

AN. CH. 752. PIPPINI R. 1.

redierunt Moniales, quarum varias migrationes Chiffletius in Hiſtoria [a] Veſontionenſi repræſentat. Intra limites, quibus Diœceſis Veſontionenſis temporibus Pippini Regis circumſcribebatur, alia quoque Cœnobia commemorauimus; Palatium; Monaſteria beatæ Mariæ & Salicis; Monaſteria S. Lautheni; Monaſterium Iurenſe ſiue in ſaltu Iurenſi ſuper Nouiſonam fluuiolum. Sufficiet hîc nomina ſingulorum repetiiſſe, quia de illis id duntaxat annotandum habemus, quòd Ioannes Mabillonus, in notis ad vitam Sancti Columbani [b], ſuſpicatur vocabulum Salicis fortè tribuendum Caſtro Salienſi *, in quo Prioratus eſt Monaſterio Cluniacenſi ſubiectus.

[a] Part. 2. c. 25.
[b] Secul. 2. Bened. ad an. 615. d. 21. Nouembr.
* Salins.

CXLVII. De Nouiaco Monaſterio Diœceſeos Auenticenſis ſeu Lauſannenſis actum Tomis primo & ſecundo. Verùm ſteterit ætate Pippini Regis haud liquet.

CXLVIII. In Diœceſi Baſileenſi, quæ nuper erecta fuerat, nouem florebant Monaſteria, Seckingia, Grandis-Vallis, Werda, Murbachium, Cella S. Sigiſmundi, Monaſteria Sancti Gregorij, Sancti Vrſicini, Sancti Trudperti, & Maſonis. Cœnobium Seckingenſe primò Monachos, deinde Moniales, poſtremò Canonicas habuit, at de illo ſub Pippino Rege nihil peculiare legimus. Deſideratur Catalogus Abbatum Grandiuallenſium, qui non ſoli Monaſterio Grandis-Vallis, ſed aliis quoque duobus præerant, Sancti videlicet Vrſicini, & Werdæ ſeu Sancti Pauli ad Inſulam. Iudocus Coccius [c] ex Codice manuſcripto refert interiiſſe nomina duorum, qui proximè poſt Sanctum Seuerinum, cuius mentionem ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſecundum [d] fecimus, Cellæ Sancti Sigiſmundi præfuerunt. Illorum alter officio fungebatur Abbatis, cùm Pippinus Regnum ſuſcepit. Bucelinus in Monaſteriologia Imperij Germanici, Monaſterium Sancti Gregorij, quod & Gregoriouallenſe nuncupat, conditum ait *ſuperſtite Magno Eccleſiæ Doctore Sancto Gregorio*. Sed vbi Catalogum init Abbatum, à Colduino, qui vitam ſeriùs ſub Childerico Secundo Rege, Dagoberti Magni nepote, duxit, initium petit, inſinuátque pauperculas tantummodo cellulas ibi fuiſſe, donec inſigne Monaſterium extructum à Childerico. Sic enim habet. *Colduinus primus huius loci Abbas, cùm anteà viri Sancti frugaliùs cellulis pauperculis cohabitarent, inſigni extructo per Hildericum Regem, Clodouei filium, nepotem Dagoberti Magni, Cœnobio præficitur, anno ſexcenteſimo ſexageſimo-primo*. Childericus Secundus, Clodouei Secundi filius, Dagoberti Primi nepos, Auſtraſiæ Regnum tenuit ab anno Chriſti ſexcenteſimo ſexageſimo ad annum vſque Chriſti ſexcenteſimum ſeptuageſimum-tertium, illóque regnante Diœceſim Argentoratenſem rexerunt Anſoaldus & Rotharius Epiſcopi. In Abbatum igitur Gregoriouallenſium Catalogo, poſt Valedium Colduini ſucceſſorem, perperam collocantur, prædictus Anſoaldus, Iuſtus & Maximus, qui Cœnobio prudenter adminiſtrato promoti poſteà fuerint ad Epiſcopatum Argentoratenſem. Iuſtus & Maximus, ſeu Iuſtinus & Maximinus, in Argentoratenſi Cathedra priùs ſederunt, quàm illa regio in Francorum poteſtatem deuenit, vt Tomo ſecundo [e] probauimus. Quapropter è ſupradicto Catalogo ſunt expungendi cum Anſoaldo, ſicut & Heddus Epiſcopus etiam Argentoratenſis, quem Abbatem Gregoriouallenſem fuiſſe inficiati quoque ſumus Tomo ſuperiore [f]. Quatuor autem his Argentoratenſibus Epiſcopis ex Abbatum Gregoriouallenſium Nomenclatura ſublatis, quinque hi ſuperſunt Abbates antiquiſſimi, Colduinus, Valedius, Walagio, Wolfchiſus & Adelricus, quorum primus Abbatiali munere ſub Childerico Secundo ab ipſo Monaſterij conditu fungi cœpit, poſtremus ad Regis vſque Pippini tempora peruenit. Illorum Abbatum Chronologiam ſic inſtituendam arbitramur, licèt ſingulis ſuos annos certis partitionibus aſſignare non poſſimus. Murbachium Baldobertus Abbas adminiſtrabat, cùm Pippinus regnare cœpit. Abbatiſſarum, quæ Maſonis Monaſterio præfuerunt, Catalogus noſtras in manus haud venit.

[c] Not. ad cap. 16.
[d] Num. 33.
[e] Ad an. 627. num. 23, 24.
[f] Ad an. 730. num. 9. 10.

Abbatum,

Abbatum qui octauo ſeculo Monaſterium Sancti Teudeperti rexerunt, deſiderantur hodie nomina. AN. CH. 752. PIPPINI R. 1.

CXLIX. BITVRICENSIS.

Metropolis Bituticenſis in Aquitania prima, cuius tunc Archiepiſcopus Bertelannus, octo ſibi ſubiectos Epiſcopatus habebat, Aruernenſem, Rutenenſem, Cadurcenſem, Lemouicenſem, Albigenſem, Gabalitanum, Anicienſem & Toloſanum. Aruernenſis Epiſcopus erat Stephanus, proximus ſucceſſor Daibeni ſeu Dayleni vel Darbeni, cuius meminimus Tomo ſuperiore [a]. Lemouicenſis Epiſcopus erat Ebulus. Ad tempora Pippini Regis peruenire potuerunt, Torpio Anicienſis Epiſcopus, & Ioannes Epiſcopus Albigenſis, Tomo quoque ſuperiore [b] iam laudati. Manci ſunt per illam ætatem aliarum Eccleſiarum Catalogi, nomináque deſiderantur Epiſcoporum, qui Diœceſes, Toloſanam, Caducenſem, Rutenenſem, & Gabalitanam tunc adminiſtrarunt. Partem enim Auſtralem Aquitaniæ primæ ſub Theodorico Quarto Rege vaſtauerant anteà Saraceni, è vicina Septimania effuſi.

[a] Ad an. 732. n. 76.
[b] An. 712. n. 77. & 714. n. 1.

CL. In Diœceſi Bituricenſi ſub Merouеadis Regibus floruerunt viginti-tria Monaſteria; Sancti Auſtregiſili, Sancti Symphoriani, Cellula Sancti Euſitij, Ambiliacum, Gaudiacum, Ixium, Longoretum, Onia, Pontiniacus, Princiacus, Ruiriacus, Maſciacum, Millepecus, Tauriacus, Viuaris, Medium-Monaſterium, Colobcronenſe, Columbarienſe, Nauenſe, Nereenſe, duo Bituricenſia, & Carantonium. Quatuor poſtrema puellarum erant. E tot Monaſteriis quinque tantùm ſuperſunt; Nauenſe, quod eſt hodie Sancti Sulpitij; Longoretum, quod eſt Sancti Sigiranni; Millepecus, Maſciacum, & Carantonium, quod adhuc puellarum eſt. Medium-Monaſterium, Monaſterium Sancti Auſtregiſili, & Monaſterium Bituricenſe, quod à Sancta Bertoara conditum eſt, in Eccleſias Collegiatas tranſierunt, Ambillacum in parœciam. Abbatum autem & Abbatiſſarum, quibus cura prædictorum Monaſteriorum Pippino Rege fuit, interierunt nomina. Ceterùm ex perbreui Chronico, quod Labbeus [c] publicauit, obſerua de Maſciaco quòd eius initium conſignatur anno Chriſti ſeptingenteſimo duodequadrageſimo, ſed aduentus Monachorum in annum Chriſti octingenteſimum decimum-quartum reiicitur.

[c] Tom. 2. Biblioth. pag. 731.

CLI. In Albigenſi Diœceſi ſtabat inſigne Monaſterium, cui nomen Caſtra, Abbas Alfonſus.

CLII. In Anicienſi Diœceſi Monaſterium erat, nomine Calminium, hodie celebre ſub nuncupatione Sancti Theofredi, qui loci illius Abbas fuit, & Martyrium ſubiit anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-ſecundo, cæſus à Saracenis, cùm illac in Septimaniam poſt pugnam Pictauienſem ſe reciperent. At de ſucceſſoribus eiuſdem Theofredi altum apud Auctores ſilentium.

CLIII. In Diœceſi Cadurcenſi quinque laudauimus Monaſteria; Sanctæ Mariæ, Sancti Amantij, Moſſiacum, Calabrum, & Cadurcenſe quod puellarum erat, & à nobis appellatum eſt Cadurcenſe, quia ſitum in pago Cadurcino. Ex illis quinque Monaſteriis ſolum hodie ſupereſt Moſſiacum, quod à Saracenis exciſum iacuit ſub Pippino Rege, reſtauratúmque eſt à Ludouico Pio eiuſdem Pippini nepote. De Figiaco * & Marciliaco *, Cœnobiis ad Sellam * fluuium in eadem Diœceſi Cadurcina conſtructis, nondum locuti ſumus. Horum conditor apud Crucium in Actis Sancti Namphaſij dicitur Pippinus Rex Caroli Magni pater. Labbeus [d] in vita [e] Sancti Deſiderij Cadurcenſis Epiſcopi Cœnobium Marciliacenſe pro Moſſiacenſi legit. Labbeanam editionem Dacherius & Mabillonus in elogio [f] Sancti Namphaſij ſecuti ſunt, & Marciliacenſe Monaſterium vno ſeculo conditum dixerunt ante Regnum Pippini. Monaſteria Figiacenſe & Marciliacenſe Deſiderio Epiſcopo Cadurcenſi recentiora, vetuſtiora Pippino Rege credimus; ea ſtetiſſe ſub Merouеadis Regibus arbitramur; exciſa-

* Figeac.
* Marcillac.
* La Sele.
[d] Tom. 1. Biblioth.
[e] Cap. 13.
[f] Tom. 3. Sec. 3. Benedict.

AN. CH. 752. PIPPINI R. 1.

que ſuſpicamur à Saracenis Theodorico Quarto Francorum tum Rege. Figiacenſis ſeu Fiacenſis Monaſterij primordia valdè obſcura reddit hoc Regij Præcepti fragmentum, quod ab Andrea Ducheſnio primùm in notis ad epiſtolas Petri Venerabilis, deinde à Sammarthanis in auctiore Gallia Chriſtiana publicatum eſt. *Notum eſſe volumus cunctis Chriſtum colentibus, præſentibus ſcilicet & futuris, qualiter in conualle Lunantis* (Mabillono *Iouantis*) *olim à prædeceſſoribus noſtris in pago Caturcino conſtitutum, & ab aquis irruentibus iam penè diſſipatum, nos proximâ ſyluâ in eodem pago, habiliori loco, cui Fiacum nomen impoſuimus, mutantes, Monaſterium vel cetera ædificia à fundamentis ædificauimus, quod præſente Domino Stephano Papâ mirabiliter à Deo conſecratum proſpeximus, vbi Monachorum turmam ſub cultu religionis diuinâ miſerante clementiâ congregauimus, cui, auctore Deo, venerabilem virum Anaſtaſium Abbatem ordinauimus.* Hoc Præceptum non Pippino Caroli Magni patri ſed alteri Pippino eiuſdem Caroli nepoti Aquitaniæ Regi tribuunt Ducheſnius & Sammarthani. Eandem quoque opinionem amplectitur Robertus in Gallia Chriſtiana, cùm de Figiaco ſic loquitur. *Figeacum, vel Figiacum, vel Fiacum O. B. Diœceſis Cadurcenſis, præſente Domino Stephano III. Papâ mirabiliter à Deo conſecratur. Fundatum olim à Pipino Aquitaniæ Rege.* Sed iſta ſimul ſtare non poſſunt, quia Stephani Tertij Pontificatus ab ætate Pippini Regis Aquitaniæ procul remouetur. Ineunte anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-quarto Stephanus Tertius ad Pippinum Francorum Regem confugit, eodémque anno Romam reuerſus eſt pace cum Aiſtulfo Rege Longobardorum factâ, varia quidem Galliarum adiit loca, ſed, vt ad illum annum fuſiùs oſtendemus, in pagum Cadurcenſem, vbi Figiacum, nuſquam profectus eſt. Nulla igitur in exiſtimatione poni debent literæ, quarum fragmentum ſuprà recitatum, & quæſtio, de qua nunc agimus, ſolis dirimi poteſt coniecturis. Diœceſim Cadurcenſem, cùm Theodoricus Quartus in Francia regnabat, vaſtauerunt Saraceni. Marciliacum & Figiacum tunc videntur diruta; regnante Pippino Caroli Magni patre potuerunt vtcumque reparari; de Marciliaco ſermonem faciemus ſub Carolo Magno, de Figiaco ſub Pippino Aquitaniæ Rege præcipuo huius loci reſtauratore. Dacherius [a] & Mabillonus in eadem Diœceſi Cadurcina collocant Conchas *, quas rectiùs in Epiſcopatu Rutenenſi Crucius, Robertus, Sammarthani & Alteſerra conſtituunt. Rutenenſem quoque Diœceſim diripuerunt Saraceni. Conchas Alteſerra prædicat Monaſterium antiquiſſimum in pago Rutenenſi, à Saracenis euerſum, à Pippino reſtitui cœptum, à Carolo & Ludouico perfectum, & Reliquiis ditatum. Præter cladem à Saracenis illatam, fruſtrà cauſam quæras, cur Conchas hactenus ne quidem nominauerimus.

[a] In elog. S. Namphaſ. Tom. 2. Sec. 3. Benedict.
* *Conques.*

CLIV. In Aruernenſi Diœceſi ſub Merouæadis Regibus fuerunt duodecim Monaſteria; Aruernenſe, Cronomenſe, Braggecte, Magnus-locus, Mauziacum, Menatum, Symmione, Volouicus, S. Cyrici, Rubiacenſe, Camelaria, Cantoennum. Tria poſtrema puellarum erant. E tot Monaſteriis hodie ſuperſunt tria, Magnus-locus, Mauziacum, Menatum, quæ credimus à Saracenis exciſa, quia inſtaurata ſunt, Menatum à Ludouico Pio, Mauziacum à Pippino Aquitaniæ Rege.

CLV. In Diœceſi Gabalitana duo commemorauimus Monaſteria; vnum Sancti Priuati quod virorum erat, alterum puellarum quod ab ipſo Diœceſeos nomine Gabalitanum diximus. De vtroque nihil hic habemus obſeruandum.

CLVI. In Diœceſi Lemouicenſi collocanimus octo Monaſteria; Sancti Michaelis, Sancti Auguſtini, Nobiliacum, Athanum, Rauzolium, Solemniacum, Voſium, Waractum. His adde Monaſterium Sancti Saluatoris peranti quum, quod poſterioribus ſeculis nomen Sancti Martialis accepit. Ex illis nouem Monaſteriis, quatuor hodie ſuperſunt, Cœnobium Sancti Au-

AN. CH. 752. PIPPINI R. 1.

guſtini, Solemniacum, Voſium, & Monaſterium Sancti Martialis. Cùm Pippinus regnare cœpit, Abbas Solemniacenſis idem erat qui Lemouicenſis Epiſcopus Ebulus. De Abbatibus aliorum Monaſteriorum non ita liquet.

CLVII. BVRDIGALENSIS. Metropolis Burdigalenſis in Aquitania ſecunda, de cuius Archiepiſcopo ſub Pippino Rege nihil ſcitur, ſibi ſubiectos habebat Epiſcopatus quinque, Aginnenſem, Ecoliſmenſem, Santonenſem, Pictauienſem, & Petrocoricenſem. Illa de prouincia lege, quæ ſcripſimus ad annum Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum-ſecundum, quo maximam cladem à Saracenis perpeſſa eſt. Tunc Ecoliſmenſis Epiſcopus erat Madabertus, Pictauienſis Gaubertus; Madaberto ſucceſſit Guillermus, Gauberto Godo: Guillermus autem & Godo videntur ad Pippini Regis tempora perueniſſe. Manci ſunt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſecundum Indices Epiſcoporum, cùm Aginnenſium, tum Petrogoricenſium, nec probè ſciri poteſt, quis Eccleſiæ Santonenſis Epiſcopus regnante Pippino fuerit, à Leontio enim, qui Concilium Remenſe cum aliis Epiſcopis anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-quinto celebrauit, ad Iſlonem vſque, qui anno Chriſti milleſimo duodecimo florebat, in Catalogis occurrunt decem duntaxat Epiſcopi.

CLVIII. In Metropolitana Diœceſi Burdigalenſi dirutum à Saracenis iacebat Monaſterium Sanctæ Crucis, quod Carolus Magnus poſteà reparauit.

CLIX. In Diœceſi Petrocoricenſi tria laudauimus Monaſteria, Genoliacum, Sedacianum, & Terraſſonenſe, quorum poſtremum hodie ſupereſt, & ad Diœceſim Sarlatenſem auulſam à Petrocoricenſi pertinet. Illorum autem Cœnobiorum nulla extat memoria octauo ſeculo.

CLX. In Diœceſi Pictauienſi ſub Meroueadis Regibus floruerunt nouem Monaſteria; Sancti Michaelis in Eremo, Sancti Hilarij, Sancti Maxentij, Pictauienſe, Enixionenſe, Lucionenſe, Mariacum, Quinciacum, Herus. Ex illis nouem Monaſteriis ſolum Pictauienſe, quod & Cœnobium Sanctæ Crucis ab antiquis Auctoribus appellatum reperitur, à conditu virgines Deo famulantes habuit habetque. Monaſterium Lucionenſe tranſiit in Eccleſiam Epiſcopalem, poſteris enim ſeculis Epiſcopatus Pictauienſis in Pictauienſem, Lucionenſem, & Malleacenſem ſeu Rupellanum diuiſus fuit. Intra veteres Diœceſeos Pictauienſis limites hodie conſpiciuntur Monaſteria, Sanctæ Crucis ſeu Pictauienſe, Sancti Michaelis in Eremo, Sancti Hilarij, Sancti Maxentij, Sancti Iouini de Marnis ſiue Enixionenſe, & Quinciacum. Saraceni Monaſteria Sanctæ Crucis, Sancti Hilarij, aliáque deſtruxerunt, quorum excidium hîc nobiſcum defle, inſtaurationem à poſteris Regibus & Optimatibus expecta.

CLXI. De Ogienſi Monaſterio Diœceſeos quondam Santonenſis in Ogia Inſula, quæ hodie ad Diœceſim Rupellanam pertinet, Tomo ſecundo locuti ſumus ad annum Chriſti ſexcenteſimum nonum [a], nec hîc quidquam addendum habemus. Præter illud Monaſterium ſub Meroueadis Regibus in Diœceſi Santonenſi floruit Saliginenſe, cuius conditor à Gregorio Turonenſi [b] laudatur Sanctus Martinus Abbas, Sancti Martini Turonenſis Epiſcopi quondam diſcipulus. In eo loco, cùm Pippinus regnare cœpit, Monachum agebat Æmilianus, qui poſteà Cœnobium in Diœceſi Burdigalenſi conſtruxit.

CLXII. ELVSANA. Eluſana Metropolis in Aquitania tertia ſeu Nouempopulania decem habebat ſibi ſubiectos Epiſcopatus, Aquenſem, Auſcienſem, Lactoratenſem, Conuenenſem, Conſoranenſem, Benarnenſem, Oloronenſem, Vicoiullenſem, Vaſatenſem, & Bigorritanum. Eodem anno, quo Pippinus regnare cœpit, obiit Tontonius Auſcienſis Epiſcopus, cùm iuxta Chenutium & Robertum annos ſexdecim ſediſſet, ei ſucceſſit in Epiſcopatum Lupus, vt infrà probabimus [c]. Mutili ſunt per illud tempus aliarum Eccleſiarum Ca-

[a] Num. 23.

[b] De Glor. Conf. c. 57.

[c] Ad an. 756. n. 31.

AN. CH. 752. PIPPINI R. I. talogi. Totam enim Nooempopulaniam adeò luctuoſâ clade Saraceni peſſumdederunt, vt præter Auſcienſiom Epiſcoporum nomina, nullum illius prouinciæ monumentum ſuperſit, quo noſtros Annales hic illuſtrare poſſimus.

CLXIII. AQUENSIS. Metropolis Aquenſis in prouincia Narbonenſi ſecunda ſex habebat ſibi ſobiectos Epiſcopatus, Aptenſem, Reienſem, Foroiulienſem, Antipolitanum, Vappineenſem, & Segeſtarieenſem. Hanc quoque prouinciam anno Chriſti ſeptingenteſimo vndequadrageſimo deuaſtarunt Saraceni. Tantæ calamitati acceptum refer, quòd ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſecundum, quo Pippinus Regnum ſuſcepit, manci ſuot Indices Archiepiſcoporum Aquenſium, necnon Epiſcoporum Vappincenſium, Aptenſium, Reienſium, Forolienſium, & Antipolitanorum, itaut de ſola Segeſtaricenſi Sede conſtanter aſſerere poſſimus, quòd Epiſcopum tunc habuerit Bonum, dé quo iam ante biennium locuti ſumus.

CLXIV. In Aquenſi Diœceſi Metropolitana Monaſteriom Sancti Maximini laudauimus ad annum Chriſti quingenteſimum triceſimum-ſextum [a], qoo pars illa Galliarum in Francorum poteſtatem primùm deuenit. Locus ille, quem Monachi Caſſianitæ priùs inhabitabant, à Saracenis dirutus eſt. Lege Honoratum Bouehium in Hiſtoria Prouinciæ [b].

[a] Num. 167.

[b] Lib. 5. ſect. 2. c. 14.

CLXV. In Aotipolitana Diœceſi duo Monaſteria commemorauimus, Arlucum & Lerinum. Arlucom Moniales antè deſeruerunt, quàm illuc aduentarent Saraceni. Lerinum iidem euerterunt Saraceni cæſo Abbate Porcario. Diruerunt & Bodanom in Diœceſi Segeſtaricenſi.

CLXVI. VIENNENSIS. Metropolis Viennenſis in prouincia Viennenſi prima tres habebat Epiſcopatus ſibi ſubiectos, Valentinum, Gratianopolitanum, & Genauenſem. Vacabat Sedes Viennenſis Metropolitana. Vacabat & Sedes Valentina. Gratianopolitanus autem Epiſcopus erat Corbus, Genauenſis Renenbertus. Pontificatum Corbi iam ſubindicauimus [c]. In Genauenſium Epiſcoporum Catalogo poſt Eucherium, quem anno Chriſti ſeptingenteſimo vndequadrageſimo ſediſſe diximos, ſequontur Gubertus, Renenbertus, Lutherius, quorum poſtremus anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-quarto vitam clauſit. Inde colligere eſt Pippinum Regem factum, cùm Renenbertus Epiſcopatum gereret, niſi forte quis prædictorum Antiſtitum ex albo Genauenſium Epiſcoporum ſit expungendus, vt Eccleſiæ Gabalitanæ teſtituatur. Lege quæ de Genauenſibus & Gabalitanis Epiſcopis ad annum Chriſti ſexcenteſimom quadrageſimum-quartum [d] dicta ſunt.

[c] Ad an. 739. n. 25.

[d] Num. 38.

CLXVII. In Metropolitana Diœceſi Viennenſi præter Monaſteria Grinineenſia, quæ varia erant, duo recenſuimus Sancti Andreæ, Superius & Inferius; item Monaſteria Sancti Ioannis Baptiſtæ, Sancti Petri, Sanctorum Geruaſij & Protaſij, Sancti Marcelli, Sancti Vincentij, Sancti Martini, Sancti Nicetij, Sanctæ Columbæ, Sanctæ Blaodinæ, & Limonieom. Quædam ex illis Monaſteriis pro fœminis erant, putà Inferius Monaſterium Sancti Andreæ, Monaſteriom Sanctæ Columbæ, Monaſterium Sanctæ Blandinæ. Saraceni, cùm Viennam expugnare non poſſent, circumiacentem regionem deuaſtarunt, Eccleſias aut ſolo adæquarunt, aut igni combuſſerunt, in cineres redegerunt Monaſteria Grinincenſia, necnon Monaſterium Sancti Petri, & Monaſterium Sancti Geruaſij, nulli denique Cœnobio extra muros vrbis poſito pepercerunt. Lege Nicolaom Choriorum in Hiſtoria Delphinatûs [e]. Ex his patet quis eſſet Monaſteriorum ſtatus io Diœceſi Viennenſi, cùm Pippinos regnare cœpit. Seriùs inſtaurata, quæ ſtant hodie Monaſteria Sancti Petri & Sancti Andreæ.

[e] Lib. 9. ſub fin.

CLXVIII. ARELATENSIS. Metropolis Arelatenſis in prouincia Viennenſi ſecunda decem habebat Epiſcopatus ſibi ſubiectos, Maſſilienſem, Auenionenſem, Arauſicenſem, Vaſienſem, Carpentoractenſem, Cabellicenſem, Tricaſtinenſem, Dienſem, Viuarienſem, & Tolonenſem. Io Arelatenſi Pontificio poſt Georgium, cuius mentionem ad annum Chriſti ſeptingenteſimum vndequadrageſimum

AN. CH. 752. PIPPINI R. 1.

fecimus, Inſulas Arelatenſes gerit Ratbertus, tum Kauiſarius ſeu Kauillanus aut Kauillarius, vterque ſuo tantùm notus nomine; ſedente Kauiſatio Pippinus Rex factus videtur. Videtur & Carpentoractenſis Epiſcopus fuiſſe tunc Hotifredus, cuius iam meminimus ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-ſeptimum. Vacabat Sedes Auenionenſis, vt ante biennium ex Noguiero præmonuimus: Epiſcoporum autem Arauſionenſium, Maſſilienſium, Vaſionenſium, Dienſium, Cauellicenſium, Tricaſtinenſium, ac Tolonenſium manci ſunt per hæc tempora Catalogi. Nec aliter de Viuarienſibus Epiſcopis ſentiendum, licèt enim Columbus [a], poſtquàm locutus eſt de Longino, quem anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo-ſeptimo ſediſſe probauimus, agat proximè de Eribaldo & Areontio, tum de Seuerino, qui Pontificatum anno Chriſti octingenteſimo quarto tenuit, Eribaldus & Areontius Epiſcopi ſunt incertorum temporum, fatetúrque Columbus eos illo loco à ſe tantùm recenſeri, ne Catalogus à Longino ad Seuerinum hiare credatur.

[a] Lib. 2. de Ep. Viuar. nn. 20. & ſeqq.

CLXIX. In Arelatenſi Diœceſi Metropolitana commemorauimus tria Monaſteria, duo virorum, tertium puellarum; Arelatenſe intra muros vrbis à Childeberto Primo Rege conſtructum, Monaſterium Sancti Petri ſeu Montis-Maioris extra eoſdem muros, Monaſterium puellare Sancti Cæſarij quod ab ipſo conditore nomen accepit. Tria illa Monaſteria diruta ſunt à Saracenis, qui Arelatum irrito quidem conatu obſederunt anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-primo, ceperunt autem octauo pòſt anno proditione Mauronti Ducis. Inſtaurata poſt Pippini Regis ætatem, quæ ſubſiſtunt hodie Monaſteria Montis-Maioris & Sancti Cæſarij.

CLXX. Auenionem ter occuparunt Saraceni, nec dubium, quin Cœnobium illic ab Agricolo quondam Epiſcopo erectum deſtruxerint.

CLXXI. In Diœceſi quoque Maſſilienſi quatuor Monaſteria priùs extructa quàm Maſſilia Francis pareret, vnum virorum, tria fœminarum, eadem calamitas excepit. Monaſterio, quod virorum erat, nomen inditum Sancti Victoris; pro fœminis erant, Monaſterium Sancti Saluatoris, Monaſterium Caſſiani & Monaſterium de Yuelino. Lege que de ſingulis dicta ſunt Tomo primo [b]. De Monaſterio Sancti Victoris, quod priſtino pòſt ſplendori reſtitutum eſt, ſermonem ſepè faciemus.

[b] Ad an. 536. n. 45.

CLXXII. EBREDVNENSIS. Metropolis Ebredunenſis in prouincia Alpium Maritimarum, ſibi ſubiectos habebat Epiſcopatus quinque, Vincienſem, Senetenſem, Glannatenſem, Dinienſem & Nicaenſem. Huic etiam prouinciæ Saraceni magnam cladem intulerunt, & vt Ebredunenſium Metropolitarum, ſic & comprouincialium Epiſcoporum Catalogi per illa tempora mutili reperiuntur. Nec hîc quidquam dicendum habemus de Monaſterio Ebredunenſi, cuius mentionem ad annum Chriſti quingenteſimum duodequinquageſimum [c] iniimus.

[c] Num. 96.

CLXXIII. DARANTASIENSIS. Metropolis Darantaſienſis in prouincia Alpium Graiarum & Penninarum, tres habebat ſibi ſubiectos Epiſcopatus, Sedunenſem, Auguſtenſem, & Maurienneſem. Bonimundus ſeu Roſimundus Darantaſienſis Archiepiſcopus, vt Tomo ſuperiore iam obſeruauimus [d], ad tempora Pippini Regis peruenire potuit. Fortè Epiſcopus Auguſtenſis tunc erat Lupus, quem Franciſcus Auguſtinus ab Eccleſia in Hiſtoria Chronologica [e] regionis Pedemontanæ ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quintum commemorat. Manci ſunt autem per eadem tempora Sedunenſium & Mauriennenſium Epiſcoporum Catalogi.

[d] Ad an. 690. n. 42.

[e] Cap. 43.

CLXXIV. In Diœceſi Sedunenſi florebat, quod hodiéque celeberrimum eſt, Agaunenſe Monaſterium. Auraſtus, de quo iam locuti ſumus [f], Abbas illius loci tunc erat, ibíque Monaſticam vitam ducebat Wilicarius Archiepiſcopus anteà Viennenſis, qui munus Abbatiale poſt eundem Auraſtum ſuſcepit Pippino Rege.

[f] Ad an. 740. n. 12.

AN. CH. 752. PIPPINI R. 1. CLXXV. Rebus, quæ ſpectant ad ſtatum Eccleſiaſticum, per vniuerſam Franciam ſic examinatis, operæ-pretium videtur breuem Archiepiſcopatuum, & Epiſcopatuum, necnon Archiepiſcoporum & Epiſcoporum, Tabulam ob oculos exhibere, priuſquàm geſta triumphóſque Pippini Regis contemplemur. Archiepiſcopatus ſunt ſeptemdecim, Epiſcopatus duodecim ſupra centum. Obſeruato prouinciarum Eccleſiaſticarum ſitu initium à Boioaria omnium remotiſſima faciemus.

CLXXVI. Metropolis Boioariæ,

LAVREACVM ſeu PATAVIVM,

cui tres ſubſunt Epiſcopatus.

LAVREACENSIS ſeu PATAVIENSIS Archiepiſcopus Sidonius, Boioariæ Metropolitanus.
SALISBVRGIENSIS Epiſcopus Ioannes.
REGINOBVRGENSIS Epiſcopus Garibaldus.
FRISINGENSIS Epiſcopus Erimbertus.

CLXXVII. Metropolis Germaniarum,

MOGVNTIA,

cui tredecim ſubſunt Epiſcopatus.

MOGVNTIACENSIS Archiepiſcopus Bonifacius, Metropolitanus Germaniarum cis & vltra Rhenum.
VORMACIENSIS Epiſcopus Wernharius.
SPIRENSIS Epiſcopus Dauid.
STRASBVRGENSIS Epiſcopus Heddus.
COLONIENSIS Epiſcopus Hildegarius.
LEODIENSIS Epiſcopus Fulcarius.
VLTRAIECTINVS Epiſcopus Dadanus.
CONSTANTIENSIS Epiſcopus Sidonius.
AVGVSTANVS Epiſcopus Marcomannus.
WIRCEBVRGENSIS Epiſcopus Megengaudus.
EYSTETTENSIS Epiſcopus Willibaldus.
BIRBVRGENSIS Epiſcopus Witta.
ERPHESFORDIENSIS Epiſcopus Adelarius.
CVRIENSIS Epiſcopus Baldebertus.

CLXXVIII. Metropolis Belgicæ primæ,

TREVIRI,

cui tres ſubſunt Epiſcopatus.

TREVIRENSIS Archiepiſcopus Milo, Metropolitanus Belgicæ primæ.
TVLLENSIS Epiſcopus Iacob.
METENSIS Epiſcopus Chrodegangus.
VIRODVNENSIS Eccleſia laborat interpontificio.

CLXXIX. Metropolis Belgicæ ſecundæ,

REMI,

cui ſubſunt vndecim Epiſcopatus.

REMENSIS Archiepiſcopus ac Metropolitanus Belgicæ ſecundæ per vim

Milo, qui Treuirenſis etiam Archiepiſcopus ac Metropolitanus Belgicæ primæ. AN. CH.
SVESSIONENSIS Epiſcopus Hubertus. 752.
AMBIANENSIS Epiſcopus Raimbertus. PIPPINI
CATALAVNENSIS Epiſcopus Bladaldus. R. r.
LAVDVNENSIS Epiſcopus Genebaudus.
NOVIOMENSIS Epiſcopus } Eliſæus
TORNACENSIS Epiſcopus }
CAMERACENSIS Epiſcopus } Guntfridus.
ATREBATENSIS Epiſcopus }
TARVANNENSIS Epiſcopus Ætherius.
BELLOVACENSIS Epiſcopus Deodatus.
SILVANECTENSIS Epiſcopus Wlfridus.

Metropolis Lugdunenſis primæ, CLXXX.

LVGDVNVM,

cui quatuor ſubſunt Epiſcopatus.

LVGDVNENSIS Archiepiſcopalis Eccleſia, Metropolitana prouinciæ Lugdunenſis primæ, laborat interpontificio.
AVGVSTODVNENSIS Epiſcopus Gayronius.
LINGONENSIS Epiſcopus Chedroaldus.
MATISCONENSIS Epiſcopus Domnolus.
CABILONENSIS Epiſcopus *.

Metropolis Lugdunenſis ſecundæ, CLXXXI.

ROTOMAGVS,

cui ſex ſubſunt Epiſcopatus.

ROTOMAGENSIS Archiepiſcopus Reginfridus, Metropolitanus prouinciæ Lugdunenſis ſecundæ.
CONSTANTIENSIS Epiſcopus Leo.
SAGIENSIS Epiſcopus Lotharius.
ABRINCENSIS Epiſcopus *.
BAIOCENSIS Epiſcopus *.
EBROICENSIS Epiſcopus *.
LEXOVIENSIS Epiſcopus *.

Metropolis Lugdunenſis tertiæ, CLXXXII.

TVRONES,

cui ſubſunt vndecim Epiſcopatus.

TVRONENSIS Archiepiſcopus Rigambertus, Metropolitanus prouinciæ Lugdunenſis tertiæ, moritur a. 752. ſuccedit Aubertus ſiue Autbertus.
ALETENSIS Epiſcopus Reginaldus.
ANDEGAVENSIS Epiſcopus Sactius.
LEONENSIS Epiſcopus Guyomarkus.
NAMNETENSIS Epiſcopus Deomarus.
REDONENSIS Epiſcopus Stephanus.
VENETENSIS Epiſcopus Iuſtokus.
CENOMANENSIS Epiſcopatus vacat.

AN. CH. 752. PIPPINI R. 1.

BRIOCENSIS Epiſcopus *.
CORENTINOPOLITANVS Epiſcopus *.
DOLENSIS Epiſcopus *.
LEXOBIENSIS Epiſcopus, fortè Gouarranus adhuc ſuperſtes.

CLXXXIII. Metropolis Lugdunenſis quartæ,

SENONÆ,

cui ſeptem ſubſunt Epiſcopatus.

SENONENSIS Archiepiſcopus Ardobertus, Metropolitanus prouinciæ Lugdunenſis quartæ.
CARNOTENSIS Epiſcopus Berthegrannus.
AVRELIANENSIS Epiſcopus Bertinus.
AVTISSIODORENSIS Epiſcopus Hainmarus.
NIVERNENSIS Epiſcopus Ricelenus.
MELDENSIS Epiſcopus Romanus.
PARISIENSIS Epiſcopus Ragnecaptus.
TRECENSIS Epiſcopus Bobinus.

CLXXXIV. Metropolis Lugdunenſis quintæ,

VESONTIO,

cui tres ſubſunt Epiſcopatus.

VESONTIONENSIS Archiepiſcopus Heruęus, Metropolitanus prouinciæ Lugdunenſis quintæ, ſeu Maximæ Sequanorum.
BELLICENSIS Epiſcopus Agiſlus.
LAVSANNENSIS Epiſcopus *.
BASILEENSIS Epiſcopus Walanus.

CLXXXV. Metropolis Aquitaniæ primæ,

BITVRIGES,

cui ſubſunt Epiſcopatus octo.

BITVRICENSIS Archiepiſcopus Bertellannus, Metropolitanus Aquitaniæ primæ.
ARVERNENSIS Epiſcopus Stephanus.
LEMOVICENSIS Epiſcopus Ebulus.
ANICIENSIS Epiſcopus Torpio.
ALBIGENSIS Epiſcopus Ioannes.
TOLOSANVS Epiſcopus *.
CADVRCENSIS Epiſcopus *.
RVTENENSIS Epiſcopus *.
GABALITANVS Epiſcopus *.

CLXXXVI. Metropolis Aquitaniæ ſecundæ,

BVRDIGALA,

cui quinque ſubſunt Epiſcopatus.

BVRDIGALENSIS Archiepiſcopus, Metropolitanus Aquitaniæ ſecundæ *.
ECOLISMENSIS Epiſcopus Guillermus.

PICTAVIENSIS

PICTAVIENSIS Epiſcopus Godo.
SANTONENSIS Epiſcopus *.
AGINNENSIS Epiſcopus *.
PETROGORICENSIS Epiſcopus *.

Metropolis Aquitaniæ tertiæ, CLXXXVII.

ELVSA,

cui decem ſubſunt Epiſcopatus.

ELVSANVS Archiepiſcopus, Metropolitanus Aquitaniæ tertiæ ſeu Nouempopulaniæ *.
AVSCIENSIS Epiſcopus Tontonius obit a. 752. ſuccedit Lupus.
AQVENSIS Epiſcopus *.
LACTORATENSIS Epiſcopus *.
CONVENENSIS Epiſcopus *.
CONSORANENSIS Epiſcopus *.
BENARNENSIS Epiſcopus *.
OLORONENSIS Epiſcopus *.
VICOIVLIENSIS Epiſcopus *.
VASATENSIS Epiſcopus *.
BIGORRITANVS Epiſcopus *.

Metropolis Narbonenſis ſecundæ, CLXXXVIII.

AQVÆ SEXTIÆ,

cui ſex ſubſunt Epiſcopatus.

AQVENSIS Archiepiſcopus, Metropolitanus prouinciæ Narbonenſis ſecundæ *.
SEGESTARICENSIS Epiſcopus Bonus.
APTENSIS Epiſcopus *.
REIENSIS Epiſcopus *.
FOROIVLIENSIS Epiſcopus *.
ANTIPOLITANVS Epiſcopus *.
VAPPINCENSIS Epiſcopus *.

Metropolis Viennenſis primæ, CLXXXIX.

VIENNA,

cui tres ſubſunt Epiſcopatus.

VIENNENSIS Archiepiſcopalis Eccleſia, Metropolitana prouinciæ Viennenſis primæ, laborat interpontificio.
GRATIANOPOLITANVS Epiſcopus Corbus.
GENAVENSIS Epiſcopus Renenbertus.
VALENTINVS Epiſcopatus vacat.

Metropolis Viennenſis ſecundæ, CXC.

ARELATVM,

cui decem ſubſunt Epiſcopatus.

ARELATENSIS Archiepiſcopus Kauiſarius, Metropolitanus prouinciæ Viennenſis ſecundæ.

AN. CH. 752. PIPPINI R. I.

CARPENTORACTENSIS Epiſcopus Hotifredus.
AVENIONENSIS Epiſcopatus vacat.
ARAVSIONENSIS Epiſcopus *.
VASIONENSIS Epiſcopus *.
DIENSIS Epiſcopus *.
CAVELLICENSIS Epiſcopus *.
TRICASTINENSIS Epiſcopus *.
MASSILIENSIS Epiſcopus *.
TOLONENSIS Epiſcopus *.
VIVARIENSIS Epiſcopus *.

CXCI.

Metropolis Alpium Maritimarum, EBREDVNVM, cui quinque ſubſunt Epiſcopatus.

EBREDVNENSIS Archiepiſcopus, Metropolitanus Alpium Maritimarum *.
VINCIENSIS Epiſcopus *.
SENETENSIS Epiſcopus *.
GLANNATENSIS Epiſcopus *.
DINIENSIS Epiſcopus *.
NICAENSIS Epiſcopus *.

CXCII.

Metropolis Alpium Graiarum & Penninarum, DARANTASIA, cui tres ſubſunt Epiſcopatus.

DARANTASIENSIS Archiepiſcopus Bonimundus ſeu Roſimundus, Metropolitanus Alpium Graiarum & Penninarum.
AVGVSTENSIS Epiſcopus Lupus.
SEDVNENSIS Epiſcopus *.
MAVRIENNENSIS Epiſcopus *.

CXCIII. Plerarumque Sedium Epiſcopos, quia nobis in notitiam non venerunt, aſteriſco notauimus. Obſeruauimus quoque nonnullas Diœceſes Epiſcopis caruiſſe, cùm Pippinus regnare cœpit. Præcipuam vtriuſque mali cauſam in Saracenos refunde, qui varias Galliarum prouincias igni ferróque deuaſtarunt. Illis autem cladibus obliuione iam ſepultis narrationem ad Pippinum Regem iucundiùs feliciúſque lam conuertamus, atque imprimis inquiramus de tempore, quo Regnum tenuit.

CXCIV. *Pippinvs Rex elevatvs menſe Martio,* Pippinus, vt probatum ſuprà, Rex conſtitutus eſt in generali Francorum Conuentu, qui Sueſſione celebrari cœptus eſt Kalendis Martiis, anno Chriſti ſeptingenteſimo quinqnageſimo-ſecundo; vitam clauſit octauo Kalendas Octobris, anno Chriſti ſeptingenteſimo duodeſeptuageſimo, vt ad illum annum oſtenſuri ſumus. Præter minutias igitur menſium ac dierum, de quibus infrà, ſexdecim annos completos regnauit. Nec audiendi ſunt Eginhardus [a] & Aimoini Continuator [b], qui ſolos quindecim numerant. Prior, ſic. *Ex Præfecto Palatij Rex conſtitutus, cùm per annos* XV. *aut eo ampliùs ſolus imperaret, apud Pariſius morbo aqua intercutis diem obiit.* Poſterior, ſic. *Regnauit Pipinus Rex annos* XV. *menſes* IIII. *& dies* XX. *tenuerat verò antè Principatum & Maioratum domûs annis* X *ab obitu patris ſui vſque ad ſuſceptionem Regni.* Tenuit quidem Pippinus Maioratum domûs annis decem completis, ſed addendæ minutiæ cùm menſium tum die-

[a] In vit. Carol. Magn.
[b] Lib. 4. c. 61.

rum, vt Rex anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo poſt 752.
Kalendas Martij conſtituatur. In notis annorum, quibus regnauit, exploſo PIPPINI
numero XV, nemo non reſtituet XVI. Super appendiciis autem menſium ac R. 1.
dierum maior occurrit difficultas; nam ſi Pippinus præter annos comple-
tos regnauit *menſes IIII & dies XX*, Regnum iniit quarto Nonas Maij i ne
verò ſic cenſeamus, Regia prohibent Diplomata. Philippus Labbeus,
vbi Cancellarios recenſet, qui ſub Pippino Rege floruerunt, Chrodingum
primo loco nominat, allegatâ hac Regij Præcepti ſubſcriptione pro Mo-
naſterio Aniſolenſi ſeu Sancti Carilephi, cui Sigobaldus Abbas tunc
præerat. *Signum Pipini Regis Francorum. Chrodingus iuſſus recognouit. Data*
menſe April. die XXV. in anno primo, regnante Pipino Rege. Actum Areſta-
lio Palatio publico. Id eſt, vt interpretamur, anno Chriſti ſeptingenteſimo
quinquageſimo-ſecundo, quo Pippinus regnare cœpit. Ergo Regnum iniit
ante menſem Maium. Hanc opinionem egregiè confirmat aliud eiuſdem
Pippini Regis Præceptum, quod à Wilhelmo Heda in Hiſtoria Vltraiec- *Signum* [a] In Epiſc. 8.
tina [a] publicatum eſt cum hiſce notis cùm temporis tum loci. *Datum*
Pippini Glorioſi Regis Francorum. Widinarus recognoui & ſubſcripſi.
quod fuit menſe Maio, die 23. anno ſecundo Regni ipſius Glorioſi Regis. Actum
Virmeriâ Palatio publico. Pippinus enim, ſi Rex quarto die Maij conſtitu-
tus eſt, verſabatur apud Areſtalium ſiue Herſtallum ad Moſam in Haſbania
die Aprilis viceſimo-quinto, anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-
tertio, durante adhuc anno Regni primo, vt habet Præceptum à Chrodin-
go recognitum. Quis autem ſibi perſuadeat Pippinum eo anno, quo bellum
cum Saxonibus ad Viſurgim geſſit, die viceſimo-quinto Aprilis apud Her-
ſtallum ad Moſam moratum eſſe, deinde die viceſimo-tertio proximi Maij
degiſſe Virmeriæ ſeu Vermeriæ ad Iſaram? An hoc itineris erat Saxoniam
verſùs? Quid, ſi dicamus Pippinum eodem anno, Kalendis Martij, cùm
primum adhuc annum Regni numerabat, apud Vermeriam fuiſſe, idque
ex Regio Diplomate in Antiquitatibus San-Dionyſianis [b] probari? *Datum* [b] Lib. 3. c. 5.
Kalend. Mart. anno primo Regni noſtri, Vermeriâ feliciter. An quiſpiam
Pippinum eodem anno, quo victor ad Wiſurgim vſque proceſſit, Kalen-
dis Martij Vermeriæ, die viceſimo-quinto Aprilis Herſtallij, rurſum die vi-
ceſimo-tertio Maij Vermeriæ verſatum credat? Multò probabilius eſt illum
menſe Martio Regem inſtitutum fuiſſe, peractóque Conuentu Sueſſionenſi
profectum in Haſbaniam, vbi diem viceſimum-quintum Aprilis duxerit,
deinde perrexiſſe in Aquitaniam aduerſùs Waifarium, atque inde in Sep-
timaniam aduerſùs Saracenos, anno verò ſequenti manſiſſe Vermeriæ Ka-
lendis Martij & die viceſimo-tertio Maij, poſteà in Saxoniam cum exerci-
tu contendiſſe. Addequòd veriſimile non videtur Conuentum Sueſſio-
nenſem menſes duos & ampliùs à primo die Martij ad quartum Maij du-
raſſe Pippino Rege nondum facto. Pro certo igitur & indubitato maneat
illum in ſolio Regio collocatum ante menſem Maium, imò longè ante
diem Aprilis viceſimum-quintum, quem Herſtallij ad Moſam in Haſba-
nia tranſegit.

CXCV. Quæ cùm à Willibaldo Epiſcopo tum ab Othlono eius interprete in vita
Sancti Bonifacij de Regno Francorum ad Pippinum tranſlato ſcripta ſunt,
ea non indicant eundem Bonifacium Conuentui interfuiſſe Sueſſionico,
qui Pippino Regium diadema contulit. Pippinum Regem à Bonifacio
vnctum iam negauimus. Eundem Bonifacium Conuentui Sueſſionenſi præ-
ſentem adfuiſſe non minùs rectè inficiaberis. Integræ tanti Præſulis famæ
non benè conſulunt, qui ſecus cenſent. Quem enim eximiæ Sanctitatis
virum omnes prædicant ac colunt, ij participem faciunt periurij, flagitiique,
cuius memoriam ad hodiernum vſque diem probi quique deteſtati ſunt
deteſtantúrque. Pippinus igitur, vt inſcio Zachariâ Romano Pontifice,
ſic & abſente inſcióque Bonifacio Archiepiſcopo Moguntiacenſi Catholicæ

AN. CH. 752. PIPPINI R. 1.

PROFICISCITVR HERSTALLIVM.

& Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ Legato ſeu Miſſo Germanico Rex Francorum conſtitutus eſt in Conuentu Sueſſionenſi, quo dimiſſo mox Herſtallium ad Moſam perrexit. Illuc Bonifacius Moguntiâ profectus eſt, habitóque cum nouo Rege colloquio, ex eius conſilio, quia propter ſenium quo grauabatur, Synodis, quoties opus videbatur, intereſſe non poterat, Eccleſiæ Moguntinæ regimen abdicare ſtatuit. Senem ſe cauſatus eſt, reticuit inflammatum deſiderio Martyrij poſt dimiſſum Epiſcopatum in Friſia ſubeundi. Moguntiam igitur reuerſus Synodum comprouincialium Epiſcoporum congregauit; Lullum Preſbyterum, de quo ſæpè ſermonem fecimus, ordinauit Archiepiſcopum Moguntiacenſem, cúmque Proceribus totius prouinciæ commendauit, ſuſcepto etiam in Thuringiam, quæ remotiſſima erat, itinere. Poſtmodum ſecundo Rheno profectus eſt in Friſiam citeriorem, vt inde faciliùs in vlteriorem penetraret, vbi feroces inter gentes, quæ Chriſtianum nomen oderant, palmam Martyrij citò ſe conſecuturum ſperabat. Vacante autem iiſdem diebus poſt Dadani mortem Epiſcopatu Vltraiectino, curam illius Eccleſiæ ſuſcepit, &, quia grandæuam iam ætatem attigerat, Chorepiſcopum ordinauit Eobanum ſeu Cœbaneum, qui ſenectutem ſubleuaret, & Epiſcopale miniſterium impleret. Hæc ex Willibaldo & Othlouo epiſtoliſque cùm Pippini tum Bonifacij ſimul collatis conſtant.

BONIFACIVS DIMISSO ARCHIEPISCOPATV MOGVNTINO,

CXCVI. *Quòd Sanctus vir* Bonifacius, inquit Willibaldus, *infirmitate corporis prægrauatus, Synodalia Conciliorum conuenticula per omnia adire non poterat, iam conſultu atque conſilio glorioſi Regis* Pippini, *idoneum proponere miniſtrum ſupradicto gregi* Moguntiacenſi *definiuit, & Lullum, ſuum ingenioſæ indolis diſcipulum, ad erudiendam tantæ plebis numeroſitatem conſtituit, & in Epiſcopatus gradum peruexit, atque ordinauit, cúmque hæreditati, quam, in Chriſto, inſtanti acquiſierat labore, implicauit, qui & fidelis in Domino comes peregrinationis eius erat, & teſtis vtrobique paſſionis & conſolationis.* Flagrabat Martyrij deſiderio, proficiſcíque in Friſiam ſummoperè cupiebat, *ſed*, vt Othlonus [a] ait, *priuſquàm tanti diſcriminis iter arriperet, ſciens non conuenire, vt pro alienis ouibus ſaluandis laborans, proprias ſibíque conceſſas oues perire permitteret, Sanctum Lullum, qui fideliſſimus prædicationis & laboris ſui comes extitit, cuiúſque probitatem omni dignitate condignam ſatis agnouit, eum conſenſu venerandi Regis Pipini, necnon Epiſcoporum & Abbatum, atque Canonicorum omniúmque Procerum ad ſuam Diœceſin pertinentium pro ſe Epiſcopum elegit & ordinauit. Nam ab Apoſtolico Præſule iam antè eundem pro ſe ordinandum impetrauit. Quo facto mox illum manu propriâ apprehendens commendauit cunctis Principibus ibidem congregatis, vt ipſi tanquam Patri obedirent, & adiutores ei in omnibus neceſſitatibus exiſterent. Deinde profectus ad eos, qui in Thuringia, & qui circa Rhenum habitabant, eadem faciebat.*

[a] Lib. 2. c. 23.

LVLLVM ORDINAT ARCHIEPISCOPVM.

CXCVII. Metropolitâ Moguntino ſic conſtituto, Bonifacius *paucis diebus tranſactis*, vt iidem Auctores teſtantur, *nanim cum conuiatoribus ad huiuſmodi iter electis aſcendit, & Rheni fluminis alueo peruenit ad Freſiam, olim corpore, non quidem mente omiſſam.* Illum paulò poſt Vltraiectinæ Sedis Epiſcopum inſtitutum, *cùm B. Lullum Moguntiæ Archiepiſcopum iam feciſſet, in ipsâque Friſiâ plura hominum millia Chriſto Domino adiungeret*, affirmat Serarius [b], productis quatuor Auctoribus, Willibaldo, Rixfrido, Ludgero, & Othlono. Sententiam Serarij non improbamus, ſed ſuppoſititias exiſtimamus duas epiſtolas, quæ de Sancti Swiberti canonizatione circumferuntur, adſcribunturque vna Rixfrido, in qua *beatus Bonifacius ſecundus Traiectenſis Archiepiſcopus dicitur*, Ludgero altera quæ *Sanctum Bonifacium Moguntinenſis & Traiectenſis Eccleſiarum Archiepiſcopum* vocat. Aliter autem ſentimus de Willibaldo eiúſque interprete Othlono, plurimùm enim vtriuſque valet auctoritas. Willibaldi textus de Bonifacio talis eſt. *Multa millia ho-*

IT IN FRISIAM.

[b] Notat. 45. in vit. S. Bonifac.

FIT EP. VLTRAIECTINVS,

AN. CH. 752. PIPPINI R. I.

minum, virorum ac mulierum, ſed & paruulorum, cum commilitone ſuo Coepiſcopo Cœbaneo baptizauit, quem ad ſubueniendum ſuæ ſenilis ætatis infirmitati, Freſonibus iniuncto Epiſcopo in vrbe, quæ vocatur Trebit, ſubrogauit. Et Othlonus illo loco Willibaldum ſic reddit. *Tantam gratiam Dominus famulo ſuo contulit, vt poſt paucos dies multa millia virorum ac mulierum cum commilitone ſuo Chorepiſcopo Eoban baptizaret. Hunc namque ad ſubleuandam ſenectutem ſuam, iniuncto ſibi Epiſcopatu in vrbe, quæ dicitur Thret, ſubrogauit.* Eandem ſententiam multò clariùs validiúſque confirmat Rex Pippinus, in eius enim Diplomatibus [a] modò *Apoſtolicus vir & in Chriſto Pater Bonifacius vrbis Traiect. Epiſcopus* dicitur, modò *in Eccleſia Sancti Martini Dominum Bonifacium Archiepiſcopum cuſtodem præſſe* legimus.

[a] Ap. Vuilhelm. Hedam. in Ep. 2. Vltraiect.

CXCVIII.

Epiſcopis igitur Vltraiectinis accenſendus eſt Bonifacius, ſed haud proximè poſt Sanctum Willebrordum, cuius obitus in annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-ſecundum incidit. Intermedius enim quis ſedit, vt Bonifacius hoc literarum [b] ſuarum ad Stephanum Papam fragmento declarat *Willibrod Sedem Epiſcopalem & Eccleſiam in honore Sancti Saluatoris conſtituens in loco & caſtello, quod dicitur Traiectum, & in illa Sede & Eccleſia Sancti Saluatoris, quam conſtruxit, prædicans vſque ad debilem ſenectutem permanſit, & ſibi Coepiſcopum ad miniſterium implendum ſubſtituit, & finitis longæuæ vitæ diebus, in pace migrauit ad Dominum. Princeps autem Francorum Carolomannus commendauit mihi Sedem illam, ad conſtituendum & ordinandum Epiſcopum, quod & feci.* Proximus hic Willebrordi ſucceſſor fuit Dadanus, qui Synodum Germanicam cum aliis Epiſcopis anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-tertio celebrauit. Dadano ſucceſſit Bonifacius, & quia grandæuus tunc erat, Chorepiſcopum Eobanum ſeu Cœbaneum ad ſubleuandam ſenectutem ſuam & implendum Epiſcopale miniſterium ſibi ſubſtituit. Illa autem, poſt Lullonis Archiepiſcopi Mogunciacenſis ordinationem, hoc anno credimus contigiſſe, quoniam Regiorum Diplomatum, quæ nuperrimè citauimus, alterum *datum* reperitur *menſe Maio, die 23. anno ſecundo Regni ipſius glorioſi Regis* Pippini, id eſt, decimo Kalendas Iunias, anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo tertio, quo Regiam Chartam integram deſcribemus.

[b] Ep. 97.

POST OBITVM DADANI EP. SIBIQVE SVBSTITVIT CHOREPISCOPVM EOBANVM.

CXCIX.

Pippinus inſigni præditus erat prudentiâ, quæ poſteà in prouerbium abiit apud populos Alſatiæ. *De Pippino*, inquit Martinus Cruſius [c], *Germanicum eſt in Alſatia prouerbium. Non efficeres hoc, etiamſi Pipini prudentiam haberes.* Eâ vſus eſt ſapientiâ ſub initium Regni, cùm Gripponem fratrem ex Aquitania coegit diſcedere, bellúmque Saracenis Septimaniam adhuc occupantibus intulit. Sciebat in magnorum Imperiorum mutatione ciuiles motus valdè pertimeſcendos; Gripponem non ſemel expertus erat rerum nouarum cupidum, eiúſque fugam in Aquitaniam cauſam interpretabatur proximorum tumultuum; Waifarium Aquitaniæ Ducem, qui Gripponem ſuſceperat, ſibi Regi fidelem atque obedientem fore diffidebat. Eò igitur primam ſuorum conſiliorum aciem flexit. *Pippinus Princeps, ... Rex Francorum conſtituitur. Vnde rumor potentiæ eius & timor virtutis tranſiit in vniuerſas terras. Direxit autem Legatos ſuos ad Waifarium, vt ſibi fratrem ſuum fugientem redderet. Quod ille præuio conſilio facere contempſit.* Illo de negotio plura non habet Annaliſta Metenſis ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum, quo Pippinum Regem conſtitutum putat. Aliunde autem ediſcimus quieuiſſe Waifarium dimiſſo ex Aquitania Grippone, qui poſt varia latibula varióſque gyros anno tandem ſequenti miſerrimè periit, cùm ſuperatis Alpibus in Longobardiam migrare vellet. Conſilium adeò ſalutare Waifarius haud priùs cepit, quàm Pippinum Aquitaniæ cum numeroſo exercitu ſenſit imminere. Ita ratiocinandum ſeries ipſa rerum à Pippino geſtarum docet. Hoc eodem enim anno Narbonem primariam Septimaniæ ciuitatem obſedit, nec opus tam difficile

[c] Part. 1. L. 11. c. 6.

PIPPINVS BELLVM GERIT IN AQVITANIA CONTRA REBELLES.

AN. CH. 752. PIPPINI R. 1.

cenſeri debet aggreſſus, Aquitaniâ nondum pacatâ, & Grippone ex ea prouincia nondum pulſo.

CC. ET IN GOTHIA CONTRA SARACENOS.

Pippinus igitur, cùm obſequentem ſibi Waifarium præter ſpem repetiſſet, conſilium aduersùs Saracenos iniit digniſſimum Rege Francorum, mox enim in Gothiam ſeu Septimaniam profectus eſt cum exercitu, Narbonem oppugnauit, ſed cùm videret ciuitatem illam, quia munitiſſima erat, ad deditionem diuturnâ tantùm obſidione cogi poſſe, receſſit negotio nondum confecto, reliquítque vicinis in ſtationibus copias, quæ ciuium eruptiones ex vrbe quotidianis conflictibus coercerent. Id enarrat Annaliſta Merenſis, bellúmque illud Gothicum, quod hoc anno inchoatum eſt, triennio duraſſe ſic aſſerit. *Anno Dominicæ Incarnationis* DCCLII. *Pippinus Rex exercitum duxit in Gothiam, Narbonámque ciuitatem, in qua adhuc Sarraceni latitabant, obſedit. Temptatis itaque plurimis argumentis, munitiſſimam ciuitatem capere non potuit. Cuſtodiâ tamen ibi derelictâ cottidianis irruptionibus illos ciues afflixit, & per trienninm bellum Narbonam obtinuit.*

CCI. CORPVS S. QVIRINI M. ROMA TRANSFERTVR IN BOIOARIAM.

Eodem menſe Martio, quo Pippinus regnare cœpit, ad Deum feliciter, vt dictum ſuprà, migrauit Zacharias Papa, priùs autem corpus beati Quirini Martyris Adalberto & Otgario Boioariis Optimatibus dederat, quod hi diligenter in Boioariam tranſtulerunt. Inter Iſaram & OEnum Boioariæ fluuios, in faucibus Alpium, lacus eſt Tegernus, à nonnullis Tigurinus, vulgò *Tegernſee* dictus. *Depoſitis ad lacum ſacris exuuiis in diem alteram, ad exornandam feſtiuam pompam pro ſuſceptione tanti hoſpitis, ſub plauſtro fons ſalnberrimis ſcaturire aquis cœpit, qui etiamnum hodie deuotè vtentes diuerſis liberat ægritudinibus. Secundo mane illuceſcente, magnâ populi freqnentiâ cum deuotis ſacræ melodiæ cantibus à Clero populóque obuiam proceditur, piis humeris nouus incola imponitur, & in Saluatoris ſacello, anno à Chriſto nato ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo collocatur, tamdiu ibi requieturus, donec digna digniſſimo fabricetur aula Imperatori.* Talis autem aula intra biennium fabricata eſt, vt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quartum ex iiſdem Actis [a] Sancti Quirini repetemus.

[a] Ap. Henſch. d. 25. Mart.

CCII. Auctores illorum Actorum corpus Sancti Quirini non ab Adalberto & Otgario, ſed ab Vthone eorum nepote ex ſorore tranſlatum in Boioariam contendunt. At vt multa, de quibus anno ſuperiore locuti ſumus, ſic & hoc eget emendatione. Fuit Vtho ſiue Otto vel Audo frater Adalberti & Otgarij, quorum pietatem imitatus Ilmenſe quoque Monaſterium erexit, vt dicemus infrà, ſed Romam non eſt profectus, vt inde Reliquias beati Quirini clàm in patriam deferret.

AN. CH. 753. PIPPINI R. 2.

ANNVS CHRISTI 753.

PIPPINI R. 2.

I. PIPPINVS MVNIFICVS ERGA MON. SAN-DIONYS.

ANNO Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-tertio, Kalendis Martij, Pippinus, cùm primum adhuc annum Regni numerabat, apud Vermeriam Regium emiſit Præceptum pro Monaſterio San-Dionyſiano, cui varia prædia in pago Cenomanenſi & alibi reſtituenda curauit. In Antiquitatibus San-Dionyſianis [b], talis eſt illius Diplomatis ſubſcriptio. *Datum Kalend. Mart. anno primo Regni noſtri, Vermeriâ feliciter.*

[b] Lib. 5. c. 5.

AN. CH. 753

PIPPINI R. 2.

II.

In eodem loco Pippinus adhuc decimo Kalendas Iunij morabatur, è duobus enim Regiis Diplomatibus, quæ Wilhelmus Heda [a] publicauit de rebus ad Eccleſiam Vltraiectinam Sancti Martini pertinentibus, vnum quidem legitur abſque nota cùm loci tum temporis, alterum verò Vermeriæ ſeu Virmeriæ datum inuenitur die viceſimo-tertio Maij, anno ſecundo Pippini Regis, id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-tertio, Pippinus enim Regnum ante menſem Maium anno præcedenti ſuſceperat.

[a] In Hiſt. Vltraiect. Ep. 2.

III. CONCILIVM VIRMERIENSE.

Intra ſpatium illud duorum menſium, quos Pippinus apud Vermeriam tranſegit, celebratum videtur in eo loco Concilium, cuius Canones Regino, Burchardus, Yuo & Gratianus ſæpè ſuis in Collectionibus allegarunt, ſimul autem collectos primus è Codice Metenſi publicauit Iacobus Sirmondus [b]. In pleriſque illorum Canonum, qui de matrimonio ſunt, præuio culparum examine, quas vel maritus vel vxor commiſit, Patres decernunt, verùm vir, ſi coniugi ſuperſit, aliam ducere; ſimiliter verùm vxor, ſi viro ſuperſit, alteri legitimè poſſit nubere. Hanc præmittimus obſeruationem, quia memineris illius neceſſe eſt, vt benè noſcas, quid Synodus aut licitum aut vetitum pronunciet.

[b] Tom. 2. Conc. Gall.

IV. DECRETA.

I Canon eſt de coniugiis in tertio & quarto gradu, commodéque poteſt in tres articulos diuidi, quorum primus eſt de iis, qui coniuncti ſunt in tertio gradu; ſecundus de iis, qui coniuncti ſunt in quarto gradu; tertius de iis, qui coniungi volunt in quarto gradu, nec adhuc ſunt coniuncti. Synodus coniunctos in tertio gradu ſeparat, actâque priùs pœnitentiâ facultatem eis tribuit, aliis ſe coniungendi; coniunctos in quarto gradu non ſeparat, ſed eis pœnitentiam imponit; illis verò, qui coniungi volunt in quarto gradu, talem licentiam nullo modo concedit. *In tertio genu coniuncti ſeparantur, & poſt pœnitentiam actam, ſi ita voluerint, licentiam habent aliis ſe coniungere. In quarta autem coniunctione ſi inuenti fuerint, eos non ſeparamus, ſed pœnitentiam eis indicamus*. Attamen ſi factum non fuerit, nullam facultatem coniungendi in quarta generatione damus.* In hoc Canone *genu* pro gradu propinquitatis ponitur, vt & genuculum in Lege Ripuaria, Titulo quinquageſimo-ſexto de Alodibus. *Si quis abſque liberis defunctus fuerit; ſi pater materque ſuperſtites fuerint, in hæreditatem ſuccedant; ſi pater materque non fuerint, frater & ſoror ſuccedant; ſi autem nec eos habuerit, tunc frater & ſoror matris patriſque ſuccedant; & deinceps vſque ad quintum genuculum, qui proximus fuerit, in hæreditatem ſuccedat.* Et libro ſecundo Legum Longobardicarum, Titulo decimo-quarto de ſucceſſionibus, Rex Rotharis præcipit, vt *omnis parentela vſque in ſeptimum genuculum numeretur.*

* indicimus.

V.

II Canon eſt de eo qui cum vxoris ſuæ filia fornicatus eſt. Synodus ſtatuit vt adulter ab vxore ſeparetur, & ille & filiaſtra nullo vnquam tempore ſimul coniungi vel aliis ſe coniungere poſſint. De vxore verò, quæ non eſt in reatu, decernit aliter, illi enim permittit, vt poſt mariti mortem alij nubat, modò cum eodem marito carnale commercium non habuerit, poſtquàm cognouit eum cum filiaſtra mœchatum eſſe. Canon à Sirmondo ſic editus eſt. *Si aliquis cum filiaſtra ſua manet, nec matrem nec filiam ipſius poteſt habere, nec ille nec illa aliis ſe poterunt coniungere. Attamen vxor eius, ſi ita voluerit, ſi ſe continere non poteſt, ſi poſteaquàm cognouit, quòd cum filia ſua vir eius fuit in adulterio, carnale commercium cum eo non habet, niſi voluntate abſtinet, poteſt alio nubere.* Clariùs à Burchardo [c] ſic. *Si quis cum filiaſtra ſua fornicatus fuerit, nec matrem nec filiam poteſt habere: nec illa nec ille aliis ſe poterunt coniungere vllo vnquam tempore. Attamen vxor eius, ſi ita voluerit, & ſi ſe continere non poteſt, ſi poſteaquàm cognouit, quòd cum filia ſua vir eius fuit in adulterio, carnale commercium cum eo non habuit, ſi vult alij nubere poteſt.*

[c] Lib. 17. c. 10.

AN. CH. 753. PIPPINI R. 2.

VI. III Canon vetat, ne Preſbyter vxorem ducat, & ne relicta Sacerdotis alteri nubat. *Si quis Presbyter vxorem habuerit, ipſam dimittat, & gradum perdat. Si alius eam acceperit, & ipſam à ſe reiiciat; ſi ſe continere non poteſt, aliam accipiat, quia reprehenſibile eſt, vt relictam Sacerdotis alius homo habeat.* Initium huius Canonis in editione Sirmondi ſic legitur. *Si quis Presbyter neptem ſuam vxorem habuerit.* Deleuimus has voces, *neptem ſuam*, quoniam abſunt à Cod. Pal. Var. & meritò, quia Synodus in genere loquitur de quacunque vxore, vt poſtrema editio Pariſienſis docet in margine huius Canonis.

VII. IV Canon eſt de fœminis, quæ ſponte, vel inuitò, vel ſine virorum conſenſu velatæ ſunt. *Vt quolibet modo fæmina velum acceperit, in hoc permaneat, niſi ſe inuitam aut reclamantem velauerit aliquis. Tamen prædicandum eſt, vt cum velo ſuo permaneat, ſi voluerit. Quòd ſi Presbyter eam inuitam reclamantémque velauerit, gradum ſuum pro hac cauſa perdat. Quòd ſi contigerit, vt mulier ſine conuenientia* (vel vt alius Codex habet, *ſine conniuentia*) *viri ſui ſe velare præſumat, in poteſtate viri eius erit, vt in hoc permaneat, aut non.*

VIII. V Canon eſt de eo cui mortem vxor cum aliis machinata eſt. *Si qua mulier mortem viri ſui cum aliis hominibus conſiliauit, & ipſe vir ipſius hominem, ſe defendendo, occiderit, & hoc probare poteſt, ille vir poteſt ipſam vxorem dimittere, &, ſi voluerit, aliam accipiat.* Ita Sirmondus[a]. Sic autem manuſcriptus Codex[b], quem nuper Stephano Baluzio, accuratiſſimis multorum Auctorum editionibus illuſtrationibúſque clariſſimo, noſtróque dudum amico lubentiſſimè commodauimus, vt Reginonis Abbatis Prumienſis de Eccleſiaſticis diſciplinis & Religione Chriſtiana libros duos anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo vndeſexageſimo à Ioachimo Hildebrando Helmæſtadij in lucem iam emiſſos emendaret reſtituerétque. *Si qua mulier mortem viri ſui cum aliis conſiliata eſt, & ipſe vir ipſius hominem, ſe defendendo, occiderit, & hoc probare poteſt, ille vir poteſt, vt nobis videtur, ipſam vxorem dimittere, &, ſi voluerit, aliam accipiat. Ipſa autem inſidiatrix pænitentiæ ſubacta abſque ſpe coniugij maneat.* Et Burchardus[c], qui, prout ab eodem Baluzio diligentiſſimè obſeruatum eſt, ex Collectione Reginonis in ſuam capita circiter ſeptuaginta ſupra ſexcenta tranſtulit. *Si qua mulier mortem viri ſui cum aliis conciliata eſt, & ipſe vir aliquem illorum, ſe defendendo, occiderit, &, ſi hoc probare poteſt ille vir eam ream eſſe conſilij, poteſt, vt nobis videtur, ipſam vxorem dimittere, &, ſi voluerit, aliam vxorem accipere; ipſa autem inſidiatrix pænitentiæ ſubiecta abſque ſpe coniugij maneat.* Huius igitur Canonis is eſt ſenſus. Si qua mulier conſilium cum aliis hominibus iniit, vt marito nex inferretur, & vir eius laceſſitus, cùm ſe defenderet, vnum occidit ex illis à quibus impetebatur, & hoc poteſt probare, non tantùm poteſt ipſam vxorem dimittere, ſed etiam, quamuis homicidium fecerit, aliam, ſi velit, eâ mortuâ, ſibi poteſt vxorem ſociare. Nefaria verò mulier, quæ marito inſidiata eſt, pœnitentiæ ſubiicitur abſque ſpe coniugij, nec, ſi marito ſuperfuerit, alteri poteſt nubere.

[a] Tom. 2. Conc Gall.
[b] Lib. 2. c. 118.
[c] Lib. 6. c. 41.

IX. VI Canon eſt de ingenuo, qui ancillam duxit pro ingenua, & de ingenua, quæ ſeruo nupſit pro ingenuo. *Si quis ingenuus homo ancillam vxorem acceperit pro ingenua, ſi ipſa fæmina poſteà fuerit inſeruita, ſi redimi non poteſt, ſi ita voluerit, liceat ei aliam accipere. Similiter & mulier ingenua ſi ſeruum accipiat pro ingenuo, & poſteà pro qualicumque cauſa inſeruitus fuerit, niſi pro inopia fame cogente ſe vendiderit, & ipſa hoc conſenſerit, & de pretio viri ſui à fame liberata fuerit; ſi voluerit, poteſt eum dimittere, &, ſi ſe continere non poteſt, alium ducere. Similiter & de muliere, ſi ſe vendiderit, & vir eius ita conſenſerit, taliter poteſt ſtare, ſi ſe ſeparauerint. Pænitentia tamen amborum neceſſaria eſt. Nam qui de pretio paris ſui de tali neceſſitate liberatus fuerit, in tali coniugio debent permanere & non ſeparari.* Sic habet editio Sirmondana. Regino[d] verò ſic. *Si quis ingenuus homo ancillam alterius vxorem acceperit*

[d] Lib. 2. c. 119.

ceperit, & æſtimat quòd ingenua ſit, ſi ipſa femina poſteà fuerit inſeruita, ſi à ſeruitute redimere poteſt, faciat; ſi non poteſt, ſi voluerit, aliam accipiat. Similiter & mulier ingenua de ſeruo alterius facere poteſt, ſeu *debet*, vt apud Burchardum [a] & Gratianum [b] legitur. Hi duo Collectores Reginonem tranſcripſerunt cum hac additione, vt ingenuus homo, qui vxorem ancillam alterius accepit, *ſi ancillam eam ſcierat, & collaudanerat, pòſt vt legitimam habeat.* At hæc additiò ex Canone Vermerienſi decimo-tertio videtur ſumpta. *Qui ſcit vxorem ſuam ancillam eſſe, & accepit eam voluntariè, ſemper poſteà permaneat cum ea.* In Canone autem ſexto, de quo nunc agimus, obſeruanda maximè hæc exceptio, quæ ingenuum à ſerua, & ſeruam ab ingenuo ſeparari vetat, ſi *pro inopia, fame cogente*, vir ingenuus ſe vendiderit, & vxor hoc conſenſerit, & de pretio viri ſui à fame liberata fuerit, aut vice verſâ, ſi mulier ingenua ſe vendiderit, & vir hoc conſenſerit, & de pretio vxoris ſuæ à fame liberatus fuerit. Nam ſi de pretio paris ſui de tali neceſſitate vel vir liberatus vel vxor liberata fuerit, *in tali coniugio debent permanere, & non ſeparari.*

AN.CH. 753. PIPPINI R. 2.

[a] Lib. 9. c. 26.
[b] 29. q. 2. c. 4.

X. VII Canon eſt de ſeruo, qui ancillam ſuam concubinam habuerit, & illâ relictâ domini ancillam vult ducere. *Si ſeruus ſuam ancillam concubinam habuerit, ſi ita placet, poteſt illâ dimiſſâ comparem ſuam ancillam domini ſui accipere, ſed melius eſt ſuam ancillam tenere.*

XI. VIII Canon decernit ſeruum à domino libertate donatum, ſi poſtea cum eius ancilla mœchatur, cogi poſſe, vt vxorem illam habeat. *Si quis ſeruus libertate à domino ſuo accepta poſteà cum ancilla eius adulterium,* fornicationem interpretare, *perpetrauerit, ſi dominus eius vult, velit nolit, ipſam ad vxorem habebit. Quòd ſi ipſam dimiſerit, & aliam duxerit, cogatur omnino vt poſteriorem dimittat, & ipſam cum qua priùs adulterium fecit,* ſeu fornicatus eſt, *recipiat, aut illâ viuente nullam aliam habeat.*

XII. IX Canon eſt de muliere, quæ virum ſuum in alio pago ſequi non vult. *Si quis neceſſitate ineuitabili cogente in alium Ducatum ſeu prouinciam fugerit, aut ſeniorem ſuum, cui fidem mentiri non poterat, ſecutus fuerit, & vxor eius, cùm valet, & poteſt, amore parentum, aut rerum ſuarum, eum ſequi noluerit, ipſa omni tempore, quamdiu vir eius, quem ſequuta non fuit, viuit, ſemper innupta permaneat. Nam ille vir eius, qui neceſſitate cogente in alium locum fugit, ſi ſe abſtinere non poteſt, aliam vxorem cum pœnitentia poteſt accipere.* Huius Canonis poſteriori parti, quam Yuo [c] & Gratianus [d] reticuerunt, maximam lucem afferunt Regino [e] & Burchardus [f], ſic enim habent. *Ille verò, qui neceſſitate cogente in alia patria manet, ſi nunquam in ſuam patriam ſe reuerſurum ſperat, ſi ſe continere non poteſt, aliam vxorem accipiat, tamen cum pœnitentia.* Id eſt, vir ille, qui relictâ patriâ in alia prouincia degit, mortuâ vxore poteſt aliam ducere, tamen cum pœnitentia, poſitóque, quòd in patriam ſe nunquam reuerſurum credat, ſéque continere non poſſit. Tres hæ conditiones attendendæ. Primò, quia vir ille ſuo è patria diſceſſu ſéque ſuámque vxorem periculo incontinentiæ atque adulterij obiecit, Synodus, vt huiuſcemodi mali deinceps occaſionem ei reſcindat, ſecundas interdicit nuptias, niſi ſe numquam in patriam rediturum arbitretur, nam ſi ſperaret in patriam aliquando ſe reuerſurum, certè verendum eſſet, ne, cùm rediret, illum vt prima, ſic & ſecunda nollet vxor ſequi. Deinde, Synodus illi viro, in patriam ſe nunquam rediturum etiam ſperanti, ſecundas interdicit nuptias, ſi ſe continere poſſit, eâque conditione oſtendit ſecundas ei nuptias per indulgentiam tantùm permitti. Denique Synodus illi viro, licèt in patriam ſe nunquam rediturum ſperet, ſéque continere non poſſit, pœnitentiam priùs imponit, quàm ſecundas nuptias indulgendo permittat. Atque inde facilè colligitur eò mentem Synodi potiſſimum inclinare, vt tali viro ſecundæ nuptiæ penitus interdicantur.

[c] Part. 8. c. 189.
[d] 14. q. 2. c. 4.
[e] Lib. 2. c. 224.
[f] Lib. 9. c. 14.

X Canon eſt de filio qui cum nouerca mœchatus eſt. *Si filius cum nouerca ſua vxore patris ſui dormierit, nec ille, nec illa poſſunt ad coniugium peruenire. Sed ille vir, ſi vult, poteſt aliam vxorem habere, ſed melius eſt abſtinere.* Hunc Canonem ſic refert Burchardus[a]. XIII. *Si quis cum nouerca ſua dormierit, neuter poſſunt ad coniugium peruenire; ſed vir eius poteſt, ſi vult, aliam accipere, ſi ſe continere non poteſt.* Hac ſanctione Synodus cùm ei, qui cum nouerca mœchatus eſt, tum eidem nouercæ, propter peccatum tam grande nuptias interdicit, at vir mœchæ, quia innocens, eâ mortuâ poteſt aliam ducere, Synodus tamen eum hortatur, vt potius abſtineat.

[a] Lib. 17. c. 11.

XIV. XI Canon à Burchardo[b] cum præcedenti coniungitur, éſtque de eo, qui cum priuigna vel cum vxoris ſorore mœchatur. *Si quis cum filiaſtra ſua dormierit, ſimili ſententiâ ſtare poteſt; & cum ſorore vxoris ſua ſimili modo ſtare poteſt.* Hoc Canone Synodus cùm ei, qui cum priuigna mœchatus eſt, tum eidem priuignæ, ſimiliter cùm ei, qui cum ſorore vxoris ſuæ mœchatus eſt, tum eidem mœchæ, propter peccatum ab vtriſque commiſſum, nuptias interdicit; at & prioris mœchæ mater, & poſterioris ſoror, quia ſunt innocentes, mortuis viris ſuis, poſſunt aliis nubere, mauult tamen Synodus eas in viduitate permanere.

[b] Lib. 17. c. 11.

XV. XII Canon poſteriorem partem ſuperioris repetit, & fuſiùs ac clariùs exponit, quomodò plectendus ſit is, qui cum duabus ſororibus dormierit. *Qui dormierit cum duabus ſororibus, & vna ex illis anteà vxor fuerit, nullam ex illis habeat; nec illa adultera ſoror, nec ille vir qui cum illa adulterauit, alios vnquam accipiant*, ſiue vt habet Gratianus[c], *nec ipſi adulteri vnquam in coniugio copulentur.*

[c] 27. q. 2. c. 30. & 32. q. 7. c. 21.

XVI. XIII Canon eſt de eo qui ancillam volens vxorem duxit. *Qui ſcit vxorem ſuam ancillam eſſe, & accepit eam voluntariè, ſemper poſteà permaneat cum ea.* Lege quæ ſuperius ad Canonem ſextum dicta ſunt.

XVII. XIV Canon vetat Preſbyteros ab Epiſcopis vagis ordinari. *Vt ab Epiſcopis ambulantibus per patrias ordinatio Presbyterorum non fiat: ſi autem boni ſunt illi Presbyteri, iterum conſecrentur.*

XVIII. XV Canon eſt de Preſbytero degradato, qui baptizat in neceſſitate. *Presbyter degradatus, certâ neceſſitate cogente, pro periculo mortis, ſi alius non adeſt, poteſt infirmum baptizare.*

XIX. XVI Canon arma Clericis interdicit. *Vt arma Clerici non portent.*

XX. XVII Canon eſt de muliere, quæ viri impotentiam cauſatur. *Si qua mulier ſe reclamauerit, quòd vir ſuus nunquam cum ea manſiſſet*, ſeu *coiſſet*, vt habet Iuo[d], *exeant inde ad crucem*, Id eſt, ad iudicium, *&, ſi verum fuerit, ſeparentur, & illa faciat quod vult.*

[d] P. 8. c. 179.

XXI. XVIII Canon ſic editus eſt. *Qui cum conſobrina vxoris ſua manet, ſuâ careat, & nullam aliam habeat; illa mulier, quam habuit, faciat quod vult. Hoc Eccleſia non recipit.* Alibi non leges quid ſtatutum cum hac obſeruatione, *hoc Eccleſia non recipit.* Hæ voces, priuſquàm Canoni adiicerentur, in eius margine poſitæ ſunt inſtar notatiunculæ, quoniam Eccleſia non recipit, vt ſi vir cum conſobrina vxoris ſuæ maneat, vxor hæc legitima, ſi velit, alteri nubat, ſuperſtite marito. Sed ſenſus Canonis eſt, vt hæc poſt mariti mortem, ſi velit, alteri copuletur; maritus verò nequaquam, eâ mortuâ. Nec opus prædictâ fuit notatiunculâ, quam dele.

XXII. XIX Canon eſt de ſeruo & ancilla coniugatis ac per venditionem ſeparatis. *Si ſeruus aut ancilla per venditionis cauſam ſeparati fuerint, prædicandi ſunt, vt ſic maneant, ſi eos reiungere non poſſumus.* Optat Synodus vt reiungantur, at ſi reiungi non poſſunt, vult eos ſic manere, neutrique licentiam concedit alias nuptias contrahendi. Vide Collectionem Reginonis[e].

[e] Lib. 2. cc. 122. 123.

XXIII. XX Canon ſtatuit, *vt ille Chartellarius* ſeu Chartularius, id eſt, per epiſtolam ſeu chartam liber factus, *qui cum ancilla manſerit, cùm iam iuxta*

legem libertate a Domino ſuo acceptâ dimiſerit aliam accipiens, poſteriorem dimittat. AN. CH. 753.

XXI Canon decernit, vt *qui uxorem ſuam dimiſerit* (ſeu *permiſerit*, vt Regino [a] & Burchardus [b] habent) *velare, aliam non accipiat.* PIPPINI R. 2. XXIV.

Huc vſque Synodus Vermerienſis. Nunc agendum de duobus Pippini Regis Diplomatibus, quorum alterum Vermeriæ quoque datum reperitur. Sunt autem ambo de rebus ad Eccleſiam Vltraiectinam Sancti Martini pertinentibus, palámque commonſtrant Bonifacium Epiſcopum tunc Vltraiectinum fuiſſe. XXV.

[a] Lib. 2. c. 121.
[b] Lib. 9. c. 46.

Primum ſic habet. *Pippinus Rex Francorum. Notum ſit omnibus Agentibus noſtris, tam præſentibus quàm & futuris, &c. Apoſtolicus vir & in Chriſto Pater Bonifacius vrbis Traiect. Epiſcopus, Clementiæ Regni noſtri ſuggeſſit, eò quòd Anteceſſores noſtri vel parentes Clotharius quondam Rex & Theobertus quondam per eorum authoritates, eorum manu ſubſcriptas, de illis S. Martini, quod ad præſens poſſidebat, vel quod à Deum * timentibus hominibus ibidem in anteâ ...... * integrâ immunitate conceſſiſſent, vt nullus Iudex publicus ad cauſas audiendum, vel freda exigendum, nec manſiones vel paratas faciendum, nec fideiuſſores tollendum, nec homines ipſius Eccleſiæ de qualibet cauſa diſtinguendum, nec vllâ redhibitione requirendum, ingredere non debeant, vnde & ipſas Præceptiones iam dictorum Principum, ſeu & confirmationes illorum Regum vel eorum manibus, antedictus Pontifex Bonifacius nobis oſtendit relegendas, & ipſum circa eandem Eccleſiam S. Martini, ſicut a ſupradictis Principibus fuit indultum, moderno tempore aſſerit eſſe conſeruatum, ſed pro affirmandi ſtudio petiit & hoc denuò circa eandem ſuprà memoratam S. Martini Eccleſiam noſtra deberit authoritas generaliter confirmare. Cuius petitionem pro reuerentia ipſius, vt mereamur ad mercedem ſociari, pleniſſimâ voluntate viſi ſumus præſtitiſſe, vel omnibus confirmare cognoſcite. Præcipientes igitur iubemus, vt, ſicut conſtat ab antedictis Principibus de villis præfata Eccleſia .... integrâ immunitate abſque introitu Iudicum fuit conceſſum, ita & in antea, mediante Domino, inſpecta priorum Principum authoritatis commoda conſeruentur, & neque nos, neque iuniores ſucceſſoréſque noſtri, nec vllus quiſlibet de Iudiciaria poteſtate in villas antedicta Eccleſia, quæ moderno tempore vbicumque in Regno noſtro noſcuntur, vel in anteà à Deum * timentibus hominibus ibidem fuerint collatæ aut collatura, tam de ingenuis quàm de ſeruientibus, vel de qualibet natione hominum, in prædictis Eccleſiæ villis commanentibus, quod legitimè ad ipſum Epiſcopatum vel ipſam Eccleſiam S. Martini legitimo redibit initio, nec ad cauſas audiendum, nec fideiuſſores tollendum, nec manſiones aut paratas faciendum, nec homines ipſius Eccleſia de qualibet cauſa diſtinguendum, nec vllâ redhibitione requirendum, ingredere non præſumatis, ſed ſi quod * beneficium ab iam dictis Principibus ad ſuprà nominatam Eccleſiam fuit indultum, & vſque nunc conſeruatum, ita & deinceps conſeruetur, &c. Vt hæc authoritas tam præſentibus quàm & futuris temporibus, Deo adiutore, poſſit conſtare, ſubter eam manu propriâ decreuimus roborare.* XXVI. PRÆCEPTVM REGIVM PRO ECCLESIA S. MARTINI VLTRAIECT.

* edit. Deo.
* edit. delegebant.
* edit. Deo.
* edit. quid ipſi.

Signum Glorioſi Pippini Regis Francorum. Vineramnus recognoui.

Qui Reges in hoc Diplomate nominantur *Clotharius & Theobertus* ſeu Theodobertus, ambo illorum nominum Secundi fuerunt. In Auſtraſia, vbi Vltraiectum, Theodobertus Secundus priùs regnauit quàm Clotarius Secundus, nam Theodoberto Secundo Auſtraſiæ Regi ſucceſſit anno Chriſti ſexcenteſimo duodecimo frater Theodoricus Secundus Rex Burgundiæ, annóque proximo Clotarius Secundus, qui poſt patrem Chilpericum ab anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quarto in ſola Neuſtraſia regnabat, vniuerſæ Franciæ, id eſt, Auſtraſiæ, Neuſtraſiæ, & Burgundiæ, Monarchiam obtinuit. Aliam cauſam ne quæras, cur Pippinus Clotarium Theodoberto præponit. Clotarius enim priùs regnauit quàm Theodobertus, & in Neuſtraſia Rex eſſe cœpit, cùm penes Childebertum XXVII.

AN. CH. 753. PIPPINI R. 2. XXVIII.

Theodoberti patrem eſſet Auſtraſia, Burgundia verò penes Guntchramnum eiuſdem Theodoberti propatruum.

Pippinus ſupradictos Reges Clotarium & Theodobertum in eodem Diplomate parentes ſuos appellat, idque impropriè, genus enim ſuum ab eis non repetebat; adde quòd iidem Reges erant agnati, Chilpericus enim, qui pater Clotarij fuit, fratrem habuit Sigibertum, qui per Childebertum filium auus extitit Theodoberti. Pippinus igitur Clotarium, qui ante annos centum ac viginti-quinque obierat, & Theodobertum, qui vitam clauſerat ante annos vnum & quadraginta ſupra centum, parentes ſuos eo ſenſu vocauit, quo ſæpè apud mediæ ætatis Auctores, vt exemplis alibi probauimus, aliorum reſpectu poſteri dicuntur, qui recentiori ſeculo vixerunt, licèt vtrique ex eadem ſtirpe non fuerint procreati.

XXIX. VLTRAIECTI VARIÆ VICISSITVDINES.

Ex Pippini Diplòmate liquet Theodobertum Secundum, qui poſt Childebertum patrem ab annò Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-quinto ad annum vſque Chriſti ſexcenteſimum duodecimum in Auſtraſia regnauit, & Clotarium Secundum, qui Regnum eiuſdem Auſtraſiæ ab anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-tertio ad annum Chriſti ſexcenteſimum viceſimum-ſecundum gubernauit, erga Baſilicam apud Wiltaburgum illis temporibus erectam, munificos fuiſſe. Quod vt meliùs intelligas, varias illius loci viciſſitudines mutationéſque nominis obſerua. Dexteram Rheni ripam, cui Wiltaburgum ſiue Vltraicctum adſidet, ſub ſua tenuerunt poteſtate Wilti ſeu Wiltæ, Warni, Franci, Friſones, iterum Franci. Wiltaburgum à Wiltis nomen accepit. Apud Procopium [a], Hermegiſclus Warnorum Rex in oratione ad Primores gentis ſuæ, Warnos à Francis ſolo Rheni alueo ſeparatos eſſe ſic teſtatur. Οὔαρνοι δὲ καὶ Φράγγοι τουτὶ μόνον τοῦ Ῥήνου τὸ ὕδωρ μεταξὺ ἔχουσιν. *Anno* III, inquit Fredegarius [b], *Childeberto in Burgundia regnante*, id eſt, anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-quinto, qui iuxta ſtylum Fredegarianum eſt viceſimus-primus Childeberti Regis in Auſtraſia, tertius in Burgundia, *multa ſigna in cælo oſtenſa ſunt, apparuit ſtella cometes. Eo anno exercitus Childeberti cum Warnis, qui rebellare*, ſeu bellum redintegrare, *conauerunt, fortiter dimicauit, & ita Warni trucidati ac victi ſunt, vt parum ex ipſis remanſiſſet.* Quos verò paucos ex illa clade ſuperſtites euaſiſſe contigit, ij ſe receperunt ad Friſios & ad Saxones. Atque ita Warnorum Regnum ac nomen extincta ſunt. Sedes eorum maxima ex parte occuparunt Friſij, quorum ditio deinceps ad limites vſque Daniæ dilatata eſt. Wiltaburgum autem, de qua nobis hic quæſtio, ceſſit Francis, & anno proximo, qui fuit vltimus Childeberti Regis, ad Theodobertum eiuſdem Childeberti filium cum reliquo Auſtraſiæ Regno tranſiit. Ab illo anno ad annum vſque Chriſti ſexcenteſimum duodecimum regnauit Theodobertus, ſéque munificum primus è Francorum Regibus oſtendit erga Eccleſiam apud Wiltaburgum erectam. Theodobertum Secundum imitatus eſt Clotarius Secundus, cui Wiltaburgum ab anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-tertio ad annum Chriſti ſexcenteſimum viceſimum-ſecundum paruit. Tunc apud Friſios regnabat Ritzerdus, huic primùm lis cum Clotario, deinde ex lite bellum cum Dagoberto Clotarij filio fuit. Wiltaburgum ſolo æquatum à Ritzerdo, reparatum poſtcà præſidióque munitum à Dagoberto, necnon Sacello in honorem Sancti Thomæ conſtructo decoratum, eodem Ritzerdo fruſtrà obnitente. Poſt Ritzerdum Rex Friſiorum fuit Adalgiſus, tum Radbodus Adalgiſi filius. Hic anno Chriſti ſexcenteſimo-octogeſimo, dum Francorum Reges Theodoricus Tertius & Dagobertus Secundus inter ſe digladiabantur, Wiltaburgum ſeu Traiectum collectis repentè copiis occupauit, Francorum præſidium expulit, Sacellum Sancti Thomæ vel ipſe diruit, vel ſuorum furori diripiendum permiſit, iratus potiſſimùm huic loco, quòd inde proxi-

[a] De bell. Goth. l. 4. c. 20.

[b] Cap. 15.

mos ſuorum in Chriſtianos ritus ſollicitari non ignoraret. Anno pòſt nono AN. CH. 753.
prænominatus Theodoricus citeriorem Friſiam, id eſt, Wiltaburgum &
quicquid ois Fleuum erat, apertâ vi ſubegit. Abhinc Wiltaburgum, quod & PIPPINI R. 2.
Latinâ linguâ vulgariùs Traiectum & Vltraiectum ſeu Traiectum inferius
vel Traiectum ad Rhenum ex iuſſu [a] Dagoberti Primi dictum eſt, in [a] Ioann. de Beka in proœmio Chron.
Francorum poteſtate permanſit. Illic collocati Doctores Euangelici, qui
Chriſtum liberè Friſiis, non tantùm citerioribus ſeu Franco-Friſiis, ſed
etiam vlterioribus annunciarent, interpoſitâ lege pacis cum Rege Friſio-
rum initæ. Illic conſtituta quoque Sedes Epiſcopalis, in qua primus ſede-
re cœpit Willebrordus anno Chriſti ſexcenteſimo nonageſimo-ſeptimo, [b] Ep. 97.
regnante tum Childeberto Tertio, Theodorici Tertij filio. In literis [b],
quas Bonifacius tunc Epiſcopus Vltraiectinus Stephano Tertio Papæ ſcri-
pſit, duæ laudantur Eccleſiæ à Willebrordo apud Traiectum erectæ, vna
in honorem Sancti Saluatoris, altera in honorem Sancti Martini. *Willi-
brord*, inquit Bonifacius, *gentem Freſonum maxima ex parte conuertit ad fi-
dem Chriſti, fana & delubra deſtruxit, & Eccleſias conſtruxit, & Sedem Epi-
ſcopalem & Eccleſiam in honore Sancti Saluatoris conſtituens in loco & caſtello
quod dicitur Traiectum, & in illa Sede & Eccleſia Sancti Saluatoris, quam
conſtruxit, prædicans vſque ad debilem ſenectutem permanſit, & ſibi Coepiſco-
pum ad miniſterium implendum ſubſtituit, & finitis longæuæ vitæ diebus in pace
migrauit ad Dominum.* Et paulò pòſt. *Wilibrordus à paganis* ſeu Friſiis *deru-
tam vſque ad ſolum in caſtello Traiecto repperit* Eccleſiolam, *& eam proprio
labore à fundamento conſtruxit, & in honore S. Martini conſecrauit.* In vulga-
tis Actis Sancti Swiberti, Willebrordus *in fundo Baſilicæ Sancti Thomæ
Apoſtoli prope Caſtrum Traiectenſe* conſtruit *Eccleſiam in honorem Sancti Mar-
tini Epiſcopi Turonenſis.* In eodem igitur loco, vbi Sacellum ſeu Baſilica
Sancti Thomæ ſub Dagoberto Primo, ſucceſſoribúſque Sigiberto Tertio,
Clodouco Secundo, Clotario Tertio, Childerico Secundo, & Dagoberto
Secundo ſteterat, extructa eſt Eccleſia Sancti Martini, poſtquàm Theodo-
ricus Tertius, vniuersâ tum Franciâ potitus, citeriorem Friſiam in ſuam
poteſtatem redegit. Apud Traiectum inſignis erat hæc eadem Eccleſia
Sancti Martini, cùm Pippinus Rex Præceptum ſuprà deſcriptum emiſit.
Ignoratur autem nomen, quod olim gerebat ſub Theodoberto Secundo
& Clotario Secundo, priuſquàm Wiltaburgum à Ritzerdo Friſiorum Rege
pagano deſtrueretur. Quapropter Pippinus, vbi prædictos Francorum Re-
ges Theodobertum & Clotarium erga Eccleſiam Sancti Martini munificos
prædicat benignâ eget interpretatione, quia cùm de illa Eccleſia loquitur,
loquitur vt de Eccleſia ſui temporis nomen S. Martini tum gerente, nec
vllam rationem habet antiquiſſimi nominis, quod illa ſub Regibus Theo-
doberto Secundo & Clotario Secundo tulit. Caue quoque ne prædictam
Sancti Martini Eccleſiam à temporibus Sancti Willebrordi Cathedralem pu-
tes, vt in vulgatis Actis Sancti Swiberti ſcriptum habetur. Hoc decus,
vt ex præcitatis Bonifacij literis conſtat, Eccleſiæ Sancti Saluatoris attri-
butum eſt à Sancto Willebrordo, poſtea tranſlatum eſt ad Eccleſiam Sancti
Martini, ſed longè poſt Sancti Bonifacij Martyris ac Pippini Regis ætatem
facta eſt hæc Epiſcopalis Sedis tranſlatio, de qua ſermonem ſuo loco facie-
mus. Wiltaburgum ſeu Traiectum vel Vltraiectum tot viciſſitudinibus XXX.
obnoxium fuit, quas conglobatim ob oculos hic tibi poſuimus, vt ſi quid ALTERVM PRAECEPTVM RE-
fortè ſecus è noſtro calamo ſuperioribus Tomis excidit, id ſcias expun- GIVM PRO
gendum. ECCLESIA S. MARTI-
Alterum Pippini Regis Diploma tale eſt. *Pippinus Rex Francorum, vir* NI VLTRA-
illuſter. Si petitionibus Sacerdotum in omnibus non negamus, Dominum exinde IECT.
*retributorem habere confidimus, ideóque venerabilis Bonifacius Archiepiſcopus
nobis expetiit, vt confirmationem de rebus Eccleſiæ ſuæ Sancti Martini, quæ eſt
extructa in vico, qui dicitur Traiecto, ſuper fluuium Rheni, eò quòd Pippinus*

AN. CH. 753. PIPPINI R. 2.

*donauit S. Martino, ſeu Carolus, vel Carolomannus, reuocare vellemus. Ideóque Pippinus Rex Francorum ad caſam Dei conceſſi *, vel ad illum Epiſcopatum, vt omnem decimam de terris ſeu de mancipiis aut de teloneis vel de negotiis, aut vndecunque à partibus fiſci cenſus ſpectare videbatur, ſicut diximus, omnem decimam partem ad ipſam caſam Dei Sancti Martini, in qua Dominum Bonifacium Archiepiſcopum cuſtodem praeſſe ...... conceſſimus vel confirmamus in luminaribus ſeu in ſtipendium Monachorum vel Canonicorum, qui ibidem gentiles * ad Chriſtianitatem conuertunt, & Domini miſericordiam ipſos, quos habent conuerſos, doceant, iuxta quod alij Chriſtiani eorum Chriſtianitatem conſeruant, & eorum Praceptiones continere videntur, qui Anteceſſores noſtri ſapè dicti Pippinus & Karolus vel Carolomannus ad ipſam caſam Dei per eorum inſtrumenta condonauerunt, iuſtè & rationabiliter nos per noſtram confirmationem & gratanti animo conceſſimus vel confirmauimus, cognoſcite. Et vt hae authoritas confirmationis noſtra firmior habeatur, & per tempora meliùs conſeruetur, manûs noſtra ſignaculis ſubter eam * decreuimus roborare. Signum Pippini Glorioſi Regis Francorum. Widinarus recognoui & ſubſcripſi. Datum quod fuit menſe Maio, die 23. anno ſecundo Regni ipſius Glorioſi Regis. Actum Virmeriâ Palatio publico in Dei nomine feliciter.*

* edit. conceſſit.

* edit. gentibus

* edit. iam.

XXXI. In hoc Diplomate Pippinus Rex varias aui ſui Pippini, patris ſui Caroli, fratris ſui Carolomanni donationes confirmat. Pippinus Herſtallius auus Pippini Regis, cùm Willebrordus Eccleſiam Sancti Martini conſtruxit, Maioratum Auſtraſiæ gerebar. Eumdem Auſtraſiæ Maioratum poſt Pippinum Herſtallium exercuit Carolus eiuſdem Herſtallij filius ac Pippini Regis pater, tum Carolomannus prædicti Caroli filius ac Pippini Regis frater. Singuli ſe mnnificos erga Eccleſiam Sancti Martini præbuerunt. Eò potiſſimùm pietatis adducti videntur, quia in eodem loco ab antiquis temporibus Eccleſia ſteterat, ex quo Warnorum ethnicorum Regnum à Francis deletum. Qui ſecundum hoc Pippini Regis Diploma recognouit Widinarus, is nobis idem videtur cum Vineranno qui primum recognouit.

XXXII. PRÆCEPTVM REGIVM PRO MON. S. DIONYS.

In Antiquitatibus San-Dionyſianis [a] extat aliud Diploma Pippini Regis, anno ſecundo Regni datum, die Iulij decimo-ſexto. *Pippinus Rex Francorum, vir illuſter, omnibus Ducibus, Comitibus, Graffionibus, Domeſticis, Vecariis, Centenariis, vel omnes Agentes tam praſentibus quàm & futuris, ſeu & omnes Miſſus noſtros de Palacio vbique diſcurrentes. Igitur cognuſcat Vtilitas ſeu Magnitudo veſtra, quòd venerabilis vir Foleradus Abba de Baſilica peculiaris Patroni noſtri Sancti Dionyſij, vbi ipſe pretioſus Domnus cum ſociis ſuis corpore requieſcere videtur, vel ipſe Abba eum turma plurima Monachorum in ipſo Cœnobio degere videntur, vel Domino militare noſcuntur, miſſâ petitione nobis ſuggeſſerunt, eò quòd à longo tempore anteriores Reges, Domnus Dagobertus, & Chlodouius, ſeu & poſtea Hildericus, & Theudericus, & Clotarius, quondam Reges, etiam & Hiltbertus, & auunculus naſter Grimoaldus Maiorim-domûs, ipsique quondam omnes telloneos infra pago Pariſiaco de illa feſtiuitate Sancti Dionyſij in id ipſo pago Pariſiaco, de omnes necuciantes tam Saxones quàm Friſiones, vel alias nationes promiſcuas de quaecumque pagos vel prouincias ad feſtiuitate Sancti Dionyſij Martyris tam in ipſo mareado quàm & in ipſa ciuitate Pariſius de ipſa vice, ſeu & per villabus, vel per agros, tam ibidem quàm & alibi ad necuciandum vel necucia plurima exercendum, & vina comparandum in portus & per diuerſa flumina ad ipſa feſtiuitate aduenerint, vt ipſo telloneus in integritate de ipſa vice ad caſa Sancti Dionyſij conceſſiſſent vel confirmaſſent. Vnde & ipſas Praceptiones vel confirmationes anteriorum Regum nobis in praſente obtulerunt relegendas. Relectas & percurſas ipſas Praceptiones, ſeu & confirmationes, vel illo iudicio euindicato Domno Hiltberto Rege & auunculo noſtro Grimoaldo Maiorim-domo, quem Agentes Sancti Dionyſij ſuper illuſtri viro Grimoaldo Maiorim-domo euindicauerant, ipſum nobis obtulerunt ad*

[a] Lib. 3. c. 5.

AN. CH. 753. PIPPINI R. 2.

relegendum. Et poſteà ſuggerebat ipſe Folerodus Abba, vel Monachi Sancti Dionyſij, & hoc dicebant, vt ille telloneus de illo marcado in villabus vel agros eorum totus abſque Iudicis introitum ad caſa Sancti Dionyſij adeſſe debebat. Et hoc dicebant quòd ante hos annos, quando Carlus fuit eiectus per Soanachilde cupiditate & Gairefredo Pariſius Comite inſidiante, per eorum conſenſu ad illos neguciantes vel marcadantes, per deprecationem, vnumquemque hominem ingenuum quatuor dinarius dare feciſſent, & hoc eis malo ordine tulerunt, & poſteà Gairehardus Comis Pariſij, vel Agentes ſui ipſam deprecationem quomodo ibidem inuenerunt per conſuetudinem ad ipſos homines hoc exactabant, & ad vnoquemque homine ingenuo de quacunque natione, qui ad illo marcado adueniebant, dinarius quatuor de eorum capite exactabant, ſi ingenuus eſſet, &, ſi ſeruus erat, tunc coniurare debebat, quòd ſeruus fuiſſet, & ipſi homines, quando ipſo ſacramento iurabant, quinque dinarius pro hoc donabant. Et hoc Agentes S. Dionyſij, vel Foleradus Abba, ſeu ille Monachi dicebant, quòd per talem conſuetudinem ille marcadus fuiſſet eminutus vel abſtractus, & ille neguciantes, vel omnes nationes, qui ad ipſo marcado aduenire ſolebant, pro hac cauſa ipſo marcado deſugiebant, & ille telloneus de ipſo caſa Dei erat minutus vel abſtractus. Et ipſe Gairehardus hoc dicebat, quòd aliâ conſuetudine in ipſo marcado non miſiſſet, niſi qualiter anteà per permiſſionem Soanachilde vel iam dicto Gairefredo miſſa fuiſſet, & ibidem inueniſſet, & aliter exinde agere non volebat, niſi quomodo Domino Rege placebat, vel quomodo à longum tempus tempora Regum ibidem fuit conſuetudo, vel ad ipſa caſa Dei in integritate ipſe telloneus fuit commiſſus, vel confirmatus, & dum hac cauſa ſic acta vel perpetrata inuenimus, per anteriorum Regum tales Præceptiones vel confirmationes, nobis obtulerunt relegenda, vnà cum pluribus noſtris fidelibus, Milone, Hermegando, Hildegario, Chrothardo, Drogone, Bangulfo, Giſlehario, Lenthfredo, Rauhaune, Theuderico, Maganario, Nithado, Wolthario, Wlfario, & Wicberto Comite Palatij noſtri, viſi fuimus iudicaſſe, vel decreuiſſe, ſeu confirmaſſe, & de nouo iterum conceſſiſſe, vt ab hac die nullus ex Iudiciaria poteſtate, nec in ipſo marcado, nec per eorum agros, nec portus, nec de homines eorum, nec ipſum neguciantes, nec de omnes nationes quaſcumque qui ad iam dicto marcado adueniunt, nec per villas eorum, nec de nauigio, nec de portus, nec de carra, nec de ſaumias, nullo telloneo, nec foratico, nec rotatico, nec pontatico, nec portatico, nec ſalutatico, nec ceſpitatico, nec mutatico, nec nulla exactio, nec conſuetudines, nec illos dinarios quatuor, de omnes nationes, qui ibidem ad ipſo mercado adueniunt, quem Soanachildis & Gairefredus, vt ſuprà memorauimus, in conſuetudine miſerant, ad ipſos neguciantes, nec infra ipſo Pariſiaco, nec in ipſa ciuitate de ipſa vice nec alibi qui ad ipſo ſancta feſtiuitate adueniunt, nulla exactio, nec contrarietate, neque vos, neque iuniores veſtri, ſeu ſucceſſores exigere nec exactare non præſumatis, niſi, vt diximus, quicquid exinde fiſcus noſter forſitan ad parte noſtra, ſeu & ad omnes Agentes noſtros potuerat ſperare, omnia ex omnibus ipſe telloneus ad ipſo caſo Dei in integrum ſit conceſſus adque indultus, vel euindicatus, itaut futuris temporibus per noſtro auctoritate vel anteriorum Regum habeant confirmatum vel euindicatum. Quia nos propter Deum & reuerentia præfati Sancti Dionyſij Martyris, ſeu pro animo noſtra remedium, vel ſtabilitate Regni Francorum, & filiis noſtris, vel poſteritate eorum, hoc in luminaribus ad ipſa caſa Sancti Dionyſij vel ad ipſos Monachos, ſeu pauperes & peregrinos, in noſtra eleemoſyna hoc in omnibus conceſſimus, vel confirmauimus, vt eis melius delectet pro ſtabilitate Regni noſtri, vel pro cunctis Leudis noſtris, Domini miſericordia attentiùs deprecare, & vt perennis temporibus ad ipſa caſa Dei proficiat in augmentum. Et vt hac confirmatio noſtra, inſpecto ipſo iudicio Domno Hildeberto Rege vel aliorum Regum ſed & auuncula noſtro Grimoaldo Maiorim-domo, firmior habeatur, & circa ipſo ſancta caſa Dei perenniter conſeruetur, manu noſtrâ ſubter eam decreuimus adſignare, & de anolo noſtro ſubter ſigillare. Signum Domno noſtro Pippino Glorioſiſſimo

AN. CH. 753. PIPPINI R. 2.

Rege. Egnis iuſſus recognouit. Datum quod fecit menſis Iulius die x-ſexto, anno ſecundo Regni noſtri, in Dei nomine feliciter.

XXXIII. EXAMINATVR.

In hoc Diplomate ſex commemorantur Reges, qui variis Præceptionibus ſuam erga Monaſterium San-Dionyſianum munificentiam teſtari dicuntur; Dagobertus Magnus; filius eius Clodoueus Secundus; nepotes, Clotarius Tertius, Childericus Secundus, & Theodoricus Tertius; pronepos Childebertus Tertius. Additur & Grimoaldus Maior-domûs in Neuſtria ſub eodem Childeberto Rege, filius Pippini Herſtallij, frater Caroli Maioris-domûs, *auunculus* ſeu patruus Pippini Regis. Illorum autem Regum & Grimoaldi Maioris-domûs Præceptiones pro nundinis ad Sancti Dionyſij feſtiuitatem frequentati ſolitis confirmat Rex Pippinus. At eorundem Regum vel Grimoaldi Maioris-domûs nullum extat Diploma, quod eiuſmodi nundinarum mentionem faciat, ſi Dagoberti Magni chartam excipias, quam Tomo ſecundo ad annum Chriſti ſexcenteſimum triceſimum [a] examinauimus exploſimúſque, quia reperitur data *ſub die 3. Kal. Auguſti, anno ſecundo Regni Dagoberti, Compendio.* Dagobertus enim anno Regni ſui ſecundo Neuſtriam, vbi Compendium, nondum obtinebat, nec ad annum Regni Neuſtraſiani ſecundum, qui partim anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-nono, partim anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo illigatur, vllum patet ſubterfugium, quoniam Dagoberti Regis anni, quibus eius chartæ conſignantur, neceſſariò non à Clotarij patris obitu ſed ab initio Auſtraſiæ Regno numerari debent, cùm Dagobertus in Neuſtria & in Burgundia decem annos integros haud regnarit, anni verò eiuſdem Dagoberti Regis, decimus, vndecimus, decimus-tertius, decimus-quartus, decimus-quintus & decimus-ſextus, Chartis San-Dionyſianis inſcripti legantur. Sublato igitur fundamento, quo Diploma Pippini Regis præcipuè nititur, ipſam Pippini chartam æquè ſuppoſititiam arbitramur. Hæc aſſertionis noſtræ potentiſſima ratio, nec aliæ deſunt, quæ ſimul iunctæ vim adhuc maiorem habeant. In Pippini Diplomate, *venerabilis vir Foleradus* ſeu *Folradus Abba de Baſilica peculiaris Patroni Sancti Dionyſij* prædicatur. Seriùs autem penes Fulradum ſeu Foleradum vel Folradum cœpit eſſe Præfectura Monaſterij San-Dionyſiani, ſucceſſit enim hic Abbati Conſtamno, qui ſexto Pippini Regis anno ſuperſtes in viuis erat. Deinde prædicti Monaſterij Priuilegium à Soanachilde & Gairefredo, *quando Carlus fuit eiectus*, violatum queritur Pippinus. Quænam autem illa Carli ſeu Caroli eiectio? quando & à quo facta?

[a] Num. 10.

XXXIV. Sunt in eodem Pippini Diplomate voces obſcuræ, quæ videntur interpretationem poſtulare. Sed in eo negotio nolumus hîc immorari, quia frequenter eædem in aliis chartis melioris notæ recurrent. Nec aliam quære rationem, cur ipſius Præceptionis ſtylum valdè barbarum nec emendauerimus, nec in margine notauerimus emendandum.

XXXV. LITERÆ BONIFACII AD STEPHANVM PP.

Hiſce temporibus Bonifacius, cùm ab anno Chriſti ſeptingenteſimo duodeuiceſimo, ſub tribus Romanis Pontificibus, duobus videlicet Gregoriis, Primo & Secundo, ac Zacharia, munus egregij concionatoris ac Doctoris Euangelici ſtrenuè per annos ſex ac triginta, ſiue per annos quatuor ac triginta completos duóſque incompletos obiiſſet, has literas [b] obſequij ſui teſtes Stephano Tertio Papæ direxit. *Domino Excellentiſſimo, & præ ceteris Pontificibus præferendo, & amando, & Apoſtolatûs priuilegio prædito Stephano Papæ, Bonifacius exiguus Epiſcopus, diſcipulus Romanæ Eccleſiæ, optabilem in Chriſto charitatis ſalutem. Sanctitatis veſtræ clementiam intimis ac viſceratis obnixè flagito precibus, vt familiaritatem & vnitatem ſanctæ Sedis Apoſtolicæ ab almitatis clementia impetrare & habere merear, & in diſcipulatu pietatis veſtræ, Sedi Apoſtolicæ ſeruiendo, ſeruus veſter fidelis ac deuotus permanere poſſim, eodem modo, quo antè ſub tribus præceſſoribus veſtris, Apoſtolicæ Sedi ſeruiebam, venerabilis memoriæ duobus Gregoriis & Zacharia, qui me ſemper*

[b] Ep. 91.

hortatione & auctoritate literarum ſuarum muniebant & adiuuabant. Quod & pietatem veſtram agere deprecor, vt præceptum Paternitatis veſtræ eò meliùs perficere & implere poſſim. Nam ſi quid in iſta Legatione Romana, per XXX *& VI annos, vtilitatis Eccleſiæ præfatæ peregi, adhuc implere & augere deſidero. Si autem minùs peritè aut iniuſtè à me factum aliquid vel dictum reperitur, iudicio Romanæ promptâ voluntate & humilitate emendare me velle ſpondeo. Intereà deprecor vt pietas Domini mei non indignetur, quia tam tardè Miſſum meum & literas ad præſentiam veſtram direxi. Sed & hoc idcircà contigit, quia præoccupatus fui in reſtauratione Eccleſiarum, quas pagani incenderunt, qui per titulos & cellas noſtras pluſquàm* XXX *Eccleſias vaſtauerunt & incenderunt. Et hæc fuit occaſio tarditatis literarum & appellationis Paternitatis veſtræ, & non aliqua negligentia incuria.*

AN. CH. 753.

PIPPINI R. 2.

Apud antiquiſſimos rerum Francicarum Scriptores, hic annus tribus maximè rebus inſignis reperitur, bello Saxonico, cæde Gripponis, & aduentu Stephani Papæ in Franciam. Sie enim habet Annaliſta Petauianus. DCCLIII. *Pipinus Rex in Saxonia, & Childegarius Epiſcopus defunctus eſt. Et Papa Stephanus venit ab vrbe Roma in Franciam. Et Grippo occiſus eſt.* Et Tilianus. DCCLIII. *Pippinus Rex in Saxoniam iter fecit, & Hildegarius Epiſcopus occiſus eſt, & tamen Rex victor extitit, & peruenit ad locum, qui dicitur Rimia, & dum reuerſus eſt de ipſo itinere nunciatum eſt ei quòd Griſa, qui de Waſconia fugiuit, germanus eius occiſus fuiſſet. Eodem anno Stephanus Papa venit in Franciam, adiutorium & ſolatium quærendo pro iniuſtitiis S. Petri.* Diſtinctè de ſingulis hîc agendum. XXXVI.

Saxones violatâ fide, quam dudum promiſerant, ſolito more rebellionem concitarunt. Pippinus, quamuis bello Narbonenſi ſeu Saracenico, quod anno ſuperiore ſuſceptum notauimus, finem nondum impoſuiſſet, regionem vaſtauit, multa loca igne combuſſit, victórque proceſſit Rumiam vſque, qui locus Wiſurgi fluuio imminet. Victi Saxones & pœnitentia commoti clementiam Regis ac pacem expetierunt obtinuerúntque iis legibus, vt annis ſingulis equos trecentos Regi darent, & Sacerdotibus, qui Chriſti nomen in Saxonia prædicare vellent, liberum aditum facerent. Inde Rex Bonnam rediit ad Rhenum non leui tactus dolore, quòd Hildegarium Colonienſem Epiſcopum à Saxonibus occiſum amiſiſſet. Bellum illud Saxonicum ſic deſcripſit Anonymus, qui Nibelungi Comitis iuſſu Chronicon Fredegarij continuauit. *Sequenti anno*, id eſt, anno poſt Pippini Regis eleuationem proximo, *iterum Saxones contra eorum fidem, quam præfato Regi*, ſeu Pippino tum Maiori-domûs, *dudum promiſerant, ſolito more iterum rebelles contra ipſum exiſtunt. Vnde & Pipinus Rex irâ commotus, commoto omni exercitu Francorum, iterum Reno transiecto, in Saxoniam cum magno apparatu veniens, ibíque eorum patriam maximè igne cremauit, captiuos tam viros quàm fœminas ſecum duxit. Cùm multam prædam ibi feciſſet, & plurimas Saxones ibidem proſtrauiſſet, conuenientibus iis, Saxones pœnitentia commoti, cum ſolito timore clementiam Regis petunt, vt pacem eis concederet, & ſacramenta atque tributa multò maiora quàm antè promiſerant redderent, & nunquam vltrò iam rebelles exiſterent. Rex Pipinus, Chriſto propitio, cum magno triumpho iterum ad Renum ad caſtrum, cuius nomen eſt Bonna, veniens*, &c. In Annalibus Laureshamenſibus, locus, ad quem Pippinus victor proceſſit, *Rimi* vocatur, & *ſuper fluuium Wiſeram* ſitus dicitur. Conditiones pacis cum Saxonibus initæ ſic exponuntur in Annalibus Metenſibus. *Saxones, dum aliter facere non poſſent, ſacramenta & obſides Pippino Regi dederunt hoc modo, vt quicumque de Sacerdotibus in Saxoniam ire voluiſſet ad prædicandum nomen Domini, & ad baptizandum eos, licentiam habuiſſet. Et polliciti ſunt ſe dare annis ſingulis Regi in cenſu equos trecentos.* Hæ leges, vt fortitudini ſic & pietati tanti Regis optimè conueniunt.

XXXVII. SAXONES OBTENTA REBELLIONIS VENIA TRIBVTVM PIPPINO PROMITTVNT,

CVM LIBERO SACERDOTVM ADITV IN SAXONIAM AD PRÆDICANDVM EVANGELIVM.

AN. CH. 753. PIPPINI R. 2.

XXXVIII. HILDEGARIVS EP. COLONIENSIS OCCIDITVR A SAXONIBVS.

Locus, in quo Childegarius ſiue Hildegarius vel Hildigarius à Saxonibus interemptus eſt, variè ſcribitur, Annaliſtæ Laureshamenſi mons eſt *Viburg*, Reginoni caſtrum *Nigberg*, Annaliſtæ Bertiniano caſtrum *Luberg*, Loiſeliano & Metenſi caſtrum *Viberg*. Super hoc Præſule triplex apud Georgium Fabricium error eſt in Originibus Saxonicis [a], vbi Hildegarium facit Epiſcopum Moguntinum, eúmque cum Geroldo confundit, & anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-primo necatum affirmat. Hildigarius Colonienſis Epiſcopus fuit; Geroldo Epiſcopo Moguntino, cuius mortem anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-tertio conſignauimus, annis decem ſuperſtes vixit; nec ante annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-tertium interiit. Audi Annaliſtam Fuldenſem. DCCLIII. *Pipinus iterum Saxonum perfidiâ prouocatus, regiones eorum deuaſtat. In qua expeditione Hildigarius Colonienſis Archiepiſcopus à Saxonibus interimitur.* Ab Ægidio Gelenio [b] vocatur Hildegarus, Hildigerus, Hildegerus, & Hildebertus, ſed vt Hildegarum ſiue Hildigerum vel Hildegerum eundem cum Childegario ſiue Hildegario vel Hildigario conſtituimus, ita diſtinguimus ab Hildeberto, quem eiuſdem Hildigarij proximum hoc anno ſucceſſorem admittimus. Bruſchius [c] ſolum agnoſcit Hildebertum, quem cæſum ait, *cùm à Pipino Rege Galliæ contra rebelles Saxones mitteretur pro pace facienda*. Sed hoc arbitramur intelligendum de Hildigario ſiue Hildegaro cum hiſce Verſibus apud Gelenium [d].

Non ſolùm Hildegarus laudatus munere vita eſt,
Sed fuſo pariter ſanguine tinxit humum.

[a] Lib. 1. ad an. 752.
[b] Lib. 1. Syntagm. 6. n. 24. l. 3. Syntagm. 3. §. 1. n. 11. l. 4. in Iun
[c] In Annal. Colon. n. 17.
[d] Lib. 1. Syntagm. 6. n. 24.

XXXIX. SEPELITVR COLONIÆ.

Baſilica, in qua Hildigarius Epiſcopus requieſcit, ad aureos Martyres primùm dicta eſt, quia, cùm res Coloniæ integræ manerent, auri fulgore emicabat. Poſteà dicta eſt Baſilica Heleniana ſeu Sanctæ Helenæ; poſtremò Baſilica Sancti Gereonis. *Ante molem Baſilicæ Helenianæ*, inqnit Gelenius [e], *magnificum eſt veſtibulum Canonicorum ſepulturæ deſtinatum, nam quòd Eccleſiæ pauimentum vbique Martyres tegat, aliorum cadàuera in eam non inferuntur. In Septentrionali latere huius veſtibuli habes ſacellum, vbi ſupra Aram S. Helenæ dicatam, parieti plurimæ Reliquiæ inſerta ſunt, & iuxta eandem Aram eſt monumentum Hildeberti vel Hildegari Colonienſis Archiepiſcopi, quod ſic lego.*

Hildebertus, meritis qui fulſit Epiſcopus almis,
Aſſumptus cœlo, hoc iacet in tumulo.

[e] Lib. 3. Syntagm. 2. §. 1. nu. 10. 11.

XL. Hos quoque Verſus de Hildigario ſiue Hildegaro interpretandos ducimus, ipſa enim metri ratio nomen Hildeberti pati non poteſt, & nemo non videt vitioſum eſſe iſtud hemiſtichium, *Hildebertus meritis*, quod ita reſtituas, *Hildegarus meritis*. Gelenius libro quarto ſui operis, vbi de ſacris ac piis Faſtis Agrippinenſibus agit, bis meminit Hildigarij ſiue Hildegeri vel Hildegari. Quarto Kalendas Iulij, ſic. *Apud Baſilicam S. Gereonis, in Sacello S. Helenæ, B. Hildeberti ſiue Hildegeri Archiepiſcopi.* Et ſexto Idus Auguſti, ſic. *In Baſilica S. Gereonis, B. Hildegari Epiſcopi Colonienſis & Martyris.* En duo diſtincti dies, in quibus memoria fit Hildegari ſiue Hildegeri. Iidem dies alibi repetuntur, alter libro primo [f] ſic, *occiſus* VI *Id. Aug. anno 757;* alter libro tertio [g], ſic, *obiit anno Incarn. Domini* DCCLVII. IV *Kal. Iuly*. Ex illa dierum diuerſitate nonnemo Hildegarium ab Hildeberto fortè diſtinguet, exiſtimabitque alterum quarto Kalendas Iulij, alterum ſexto Idus Auguſti commemorari. Licèt hæc interpretatio noſtræ faueat opinioni, ſuadeátque Hildegarium ab Hildeberto diſtinguendum eſſe, fatemur tamen vtroque die prænotato memoriam vnius Hildegarij fieri, qui cæſus ſit prope Wiſurgim quarto Kalendas Iulij, ſepultúſque Coloniæ ſexto Idus Auguſti. Veteres enim Scriptores, Annaliſtæ videlicet, Petauianus, Maſciacenſis, Laureshamenſis, Loiſelianus, Tilianus, Bertinianus, Metenſis, Fuldenſis, itémque Regi-

[f] Syntagm. 6. n. 24.
[g] Syntagm. 2. §. 3. n. 11.

no, de ſolo loquuntur Hildegario, quem à Saxonibus interemptum teſtantur, nullam verò mentionem Hildeberti faciunt, quem Hildegario proximum ſucceſſorem ſufficimus, interfectum autem à Saxonibus inficiamur.

AN. CH. 753. PIPPINI R. 2.

XLI.

Hoc igitur anno, Hildegarius Colonienſis Epiſcopus à Saxonibus peremptus eſt, quarto Kalendas Iulij, in quodam caſtro iuxta Wiſurgim, cùm Legatus à Pippino pro ſancienda pace miſſus eſſet. Sepultus eſt poſteà Coloniæ ſexto Idus Auguſti in Baſilica Sancti Gereonis, ibique, vt ex ſupradictis liquet, in magna eſt apud populum veneratione. Perperam ab Annaliſta Fuldenſi & à Gelenio iam allegatis & à nonnullis aliis Archiepiſcopus appellatur, ſeriùs enim Metropolitana dignitas Eccleſiæ Colonienſi reſtituta eſt

AN ARCHIEPISCOPVS?

XLII. SVCCEDIT HILDEBERTVS.

Hildegario ſucceſſit in Epiſcopatum Colonienſem Hildebertus. Hic, quia Sedem Vltraiectiuam *ad ſe* ſiue ad Diœceſim Colonienſem pertinere contendebat, grauem cum Bonifacio Vltraiectenſi tunc Epiſcopo diſceptationem iniit. Totius litis cauſam Bonifacius in ſuis literis [a] Stephano Papæ ſic aperuit. *Venerando ac diligendo Domino Apoſtolatûs priuilegio prædito Stephano Papæ Bonifacius exiguus Legatus vel Miſſus Germanicus Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ, optabilem in Chriſto charitatis ſalutem. Tempore Sergij Apoſtolicæ Sedis Pontificis, venit ad limina Sanctorum Apoſtolorum Presbyter quidam miræ abſtinentiæ & Sanctitatis, generis Saxonum, nomine Willibrord & alio nomine Clemens vocatus, quem præfatus Papa Epiſcopum ordinauit, & ad prædicandam paganam gentem Freſonum tranſmiſit, in litteribus Oceani occidui. Qui per L annos prædicans, præfatam gentem Freſonum maxima ex parte conuertit ad fidem Chriſti, fana & delubra deſtruxit, & Eccleſias conſtruxit, & Sedem Epiſcopalem & Eccleſiam in honore Sancti Saluatoris conſtituens in loco & Caſtello, quod dicitur Traiectum, & in illa Sede & Eccleſia Sancti Saluatoris, quam conſtruxit, prædicans vſque ad debilem ſenectutem permanſit, & ſibi Coepiſcopum ad miniſterium implendum ſubſtituit, & finitis longæua vita diebus in pace migrauit ad Dominum. Princeps autem Francorum Carolomannus commendauit mihi Sedem illam ad conſtituendum & ordinandum Epiſcopum, quod & feci. Nunc autem Colonienſis Epiſcopus illam Sedem præfati Epiſcopi Clementis à Sergio Papa ordinati ſibi vſurpat, & ad ſe pertinere dicit, propter fundamenta cuiuſdam deſtructæ à paganis Eccleſiolæ, quam Willibrordus dirutam vſque ad ſolum in Caſtello Traiecto reperit, & eam proprio labore à fundamento conſtruxit, & in honore Sancti Martini conſecrauit. Et refert, quia ab antiquo Rege Francorum Dagoberto Caſtellum Traiectum cum deſtructa Eccleſia ad Colonienſem Parochiam donatum in ea conditione fuiſſet, vt Epiſcopus Colonienſis gentem Freſorum ad fidem Chriſti conuerteret, & eorum prædicator eſſet, quod & ipſe non fecit. Non prædicauit, non conuertit Freſeos ad fidem Chriſti, ſed pagana manſit gens Freſorum, vſque quò venerandus Pontifex Romanæ Sedis Sergius ſupradictum ſeruum Dei Willibrordum Epiſcopum ad prædicandum ſupradictæ genti tranſmiſit, qui illam gentem, vt præfatus ſum, ad fidem Chriſti conuertit. Et modò vult Colonienſis Epiſcopus Sedem ſupradicti Willibrordi prædicatoris ſibi contrahere, vt non ſit Epiſcopalis Sedes ſubiecta Romano Pontifici, prædicans gentem Freſorum. Cui reſpondebam, vt credidi, quòd maius & potius fieri debeat præceptum Apoſtolicæ Sedis, & ordinatio Sergij Papæ, & Legatio venerandi prædicatoris Willibrordi, vt & fiat Sedes Epiſcopalis ſubiecta Romano Pontifici, prædicans gentem Freſorum, quia magna pars illorum adhuc pagana eſt, quàm deſtructæ Eccleſiolæ fundamenta diruta, & à paganis conculcata, & per negligentiam Epiſcoporum derelicta. Sed ipſe non conſentit. Sed modò Paternitatis veſtræ iudicio mihi intimare dignemini, & ſi hoc iuſtum ſit reſponſum, & vobis placeat, quod illi Colonienſi Epiſcopo reddidi, veſtrâ auctoritate roborare, vt præceptum Sergij Papæ, & Sedes illa ſtabilis permaneat. Sic enim poteſtis nos, ſi vobis placet, adiuuare, ſi de ſcrinio Eccleſiæ*

[a] Ep. 97.

LIS INTER EVM ET BONIFACIVM PRO ECCLESIA VLTRAIECTINA

AN. CH. 753. PIPPINI R. 2.

veſtræ exemplare iubetis, & mihi tranſmittere quidquid præfato Epiſcopo Willibrordo ordinato Sanctus Sergius præciperet & conſcriberet, vt ex auctoritate Sanctitatis veſtræ contradicentes conuincere & ſuperare valeam. Si autem aliter iuſtius Sanctitati veſtræ videatur, conſilium Paternitatis veſtræ mihi inſinuare dignemini, vt ſequar.

XLIII. Hæ literæ multa, quæ ſuperiùs de Traiecto ad Rhenum diximus [a], apertiſſimè confirmant. Scriptæ ſunt itineris à Papa in Franciam ſuſcepti nuncio ad Bonifacium nondum delato. Regnante in Auſtraſia Dagoberto Primo, Colonienſem Eccleſiam ſucceſſiuè duo rexerunt Epiſcopi, Remedius & Cunibertus; neuter Friſios erudiuit. Cuniberto ſucceſſerunt Bocaldus, Stephanus, Aldewinus; in eodem negotio par horum incuria. Superſtite Aldewino Willebrordus in Friſiam venit anno Chriſti ſexcenteſimo nonageſimo, Romæ à Sergio Papa ordinatus eſt Archiepiſcopus Friſonum anno Chriſti ſexcenteſimo nonageſimo-ſexto, Sedem Pontificalem apud Traiectum inferius anno ſequenti fixit, vitámque ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-ſecundum prorogauit. Ei ſubrogatus eſt in adminiſtrationem Vltraiectenſis Eccleſiæ Dadanus à Bonifacio Sedis Apoſtolicæ per Germaniam Legato. Hic eidem Dadano, cùm Hildegarius Colonienſis Epiſcopus eſſet, anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo ſucceſſit, & Hildeberto Hildegarij proximo ſucceſſori, qui Traiectum ad Rhenum ſiue Vltraiectum oppidum Colonienſis Diœceſeos aſſerebat, ſtrenuè reſtitit. Quia verò Willebrordus, qui primus apud Traiectum ad Rhenum Pontifex ſedit, à Sergio Papa conſtitutus eſt Friſonum Archiepiſcopus, & Dadanus eidem genti datus eſt Epiſcopus à Bonifacio Sedis Apoſtolicæ per Germaniam Legato, ipſéque Bonifacius, cùm eâdem adhuc Legatione fungeretur, Traiectenſis Eccleſiæ curam poſt Dadani mortem ſuſcepit, idem Bonifacius in ſuis ad Colonienſem Epiſcopum reſponſionibus, vt ex literis ſuprà deſcriptis patet, non tantùm negauit Traiectum ad Diœceſim Colonienſem pertinere, ſed & affirmauit Sedem illic Epiſcopalem eſſe Romano Pontifici ſubiectam. Qua tamen in parte non poſſumus ab eo non diſcrepare, quia Zacharias Papa, vt ſuo loco dictum eſt [b], in literis ad eundem Bonifacium, vbi Moguntinam Eccleſiam in Metropolim confirmauit, eam voluit habere ſub ſe *has quinque ciuitates, id eſt, Tungris, Coloniam, Wormatiam, Spiratiam, & Trectis*, hoc eſt, Traiectum ad Rhenum, *& omnes germaniæ gentes, quas* prædictus Bonifacius, *per ſuam prædicationem, Chriſti lumen agnoſcere fecit.*

[a] Hoc an. n. 6.

[b] An. 748. n. 50.

XLIV. Pippinus, cùm è bello Saxonico reuerteretur, nuncium de nece Gripponis fratris accepit. Grippo in Italiam ad Aiſtulfum Longobardorum Regem confugiebat; occurrerunt ei Theodo ſeu Theodowinus Viennenſis Comes, Fredericus Comes Vltraiuranus, aliíque Comites qui tranſitus Alpium nomine Pippini tuebantur; ventum ad pugnam in valle Maurienna; in conflictu Grippo, Theodowinus, Fridericus, aliíque quamplures nobiles ex vtraque parte perierunt. Audiendus ea de re qui Geſta Pippini Regis in literas iuſſu Nibelungi Comitis retulit. *Rex Pippinus* pace cum Saxonibus redintegratâ, *Chriſto propitio cum magno triumpho iterum ad Renum, ad caſtrum, cui nomen eſt Bonna, veniens. Dum hæc ageret, nuncius veniens ad præfatum Regem ex partibus Burgundiæ, quòd germanus ipſius Regis, nomine Gripho, qui dudum in Waſconiam ad Waifarium Principem confugium fecerat, à Theudoeno Viennenſe, ſeu & Frederico Vltraiurano Comite, dum partes Langobardiæ peteret, & inſidias contra ipſum prædictum Regem pararet, apud Mauriennam vrbem ſuper fluuium Arboris * interfectus eſt. Nam & ipſi ſuprascripti Comites in eo prælio pariter interfecti ſunt.* In Annalibus Metenſibus, qui nuncium de nece Gripponis hoc anno allatum Pippino teſtantur, cædes eiuſdem Gripponis ante biennium collocatur. Quî verò fieri potuit, vt mors illa Gripponis & pugna adeò cruenta, in qua Duces vtriuſque par-

GRIPPO NECATVR IN VALLE MAVRIENNA.

* L'Arch.

AN. CH. 753. PIPPINI R. 2

tis ceciderunt, Pippinum Regem toto biennio laruerit. Iſta non videntur ſibi conſtare, error autem ex eo manauit, quòd eleuatio Pippini Regis in illis Annalibus biennio citiùs quàm par eſt, anno videlicet Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo ponitur.

XLV.

Bonnâ Pippinus iter per Arduennam ſyluam proſecutus venit ad Theodonis villam, ibíque de Stephani Papæ aduentu in Franciam certior per nuncium factus eſt. Qua de re ſic in eius vita Continuator Fredegarij. *Per Arduennam ſiluam ipſe Rex veniens, & Theudone villâ publicâ ſuper Moſella reſediſſet, nuncius ad eum veniens dixit, quòd Stephanus Papa de partibus Roma cum magno apparatu & multis muneribus, iam monte Iouis tranſmeato, ad eius properaret aduentum. Hac audiens Rex cum gaudio & lætitia & ingenti cura recipere eum præcepit.*

XLVI. STEPHANVS PP.

Stephanus, qui menſe Martio anni ſuperioris exeunte ſedere cœperat, auxilium Francorum contra Longobardos hoc anno popoſcit, imò ad Pippinum Regem, in quo ſpem omnem collocarat, iter in Franciam ſuſcepit. *Ipſe venerabilis Pater*, ait Anaſtaſius in eius vita, *diuinâ gratiâ inſpirante clàm per quendam peregrinum ſuas miſit literas Pipino Regi Francorum, nimio dolore conſcriptas. Adhuc etiam non ceſſauit dirigens, vt ſuos Romam ipſe Francorum Rex mitteret Miſſos, per quos eum ad ſe accerſiri faceret. Et dum validè ab eodem Longobardorum Rege* Aiſtulfo *ciuitates & prouincia iſta Romanorum opprimerentur, ſubitò aduenit Miſſus præfati Regis Francorum, nomine Rodigandus * Abbas, per quem miſit in reſponſis omnem voluntatem ac petitionem prædicti ſanctiſſimi Papa ſe adimplere. Poſtmodum verò & alios Miſſos familiares ſibi direxit, ea ipſa adnuntiantes. Cúmque à Longobardis, vt prædictum eſt, antiqua Romana vrbs, & caſtra vniuerſa diſtringerentur, ita etiam vt Ciccauenſe Caſtellum, quod colonorum Sancta Dei Eccleſia exiſtebat, vſurparet, illicò à Regia vrbe venit prædictus Ioannes Imperialis Silentiarius cum Miſſis ipſius Sanctiſſimi Pontificis, deferens ſecum & qua deportauerat iniqui Longobardorum Regis Miſſus, ſimul & iuſſionem Imperialem, in qua inerat inſertum ad Longobardorum Regem, eundem Papam eſſe properaturum ob recipiendam vrbem Rauennam, & ciuitates ad eam pertinentes. Pro quo & de præſenti Stephanus Papa direxit ad eundem Regem Miſſum ſuum pro eius, & qui cum eo ituri erant, indemnitate. Ipſo itaque reuerſo extemplò, & miſſi Pipini Regis Francorum venerunt, id eſt, Rodigangus * Epiſcopus & Autcharius dux quatenus prædictum Papam (iuxta quod petendo miſerat) ad ſuum Regem in Franciam deducerent, quem etiam paratum inuenerunt ad prædictum Longobardorum Regem properaturum, pro recolligendis vniuerſis Dominicis perditis ouibus. Tunc conſulens beatiſſimus Papa Omnipotentis Dei noſtri miſericordiam, egreſſus eſt ab hac Romana vrbe ad beatiſſimum Petrum Apoſtolum, decimo-quarto die menſis Octobris, Indictione ſeptimâ, ſecutíque ſunt eum plures Romanorum, & ceterarum ciuitatum populi flentes vlulantéſque, & neque deambulare ſinebant. Tunc beatiſſimus vir ſeſe in protectione & virtute Dei Sanctaque eius Genitricis & beatorum Principum Apoſtolorum conferens, conſtanter pro ſalute omnium, licèt infirmitate corporis detentus, laborioſum aggreſſus eſt iter, confortans atque commendans cunctam Dominicam plebem bono Paſtori Domino noſtro & B. Apoſtolorum Principi Petro. Et aſſumens ſecum ex hac Sancta Eccleſia quoſdam Sacerdotes, Proceres etiam & ceteros clericalis ordinis, necnon & ex militia Optimatibus, Chriſto præuio, cœptum proſecutus eſt iter, magnam illi cali ſerenitatem Domino in ipſo itinere tribuente. Igitur perueniente eo in Longobardorum fines, vnâ noctium ſignum apparuit in calo magnum, quaſi globus igneus ad partem Auſtralem declinans à Gallia partibus in Longobardorum partes. Itaque vnus ex eiſdem Francorum Miſſis, ſcilicet Autcharius Dux quantocyùs præcedens Ticinum, eum præſtolatus eſt. Cùm verò appropinquaſſet iam fatus beatiſſimus Papa ciuitatem Papiam, direxit ad eum Aiſtulfus Miſſos ſuos, obteſtans eum nullâ penitus ratione audere verbum illi dicere petendi Rauennatium ciuita-*

* Drodegangus.

* Chrodegangus.

DISCEDIT ROMA.

PROFICISCITVR IN LONGOBARDIAM.

AN. CH. 753. PIPPINI R. 2. *tem, & Exarchatum ei pertinentem, vel reliqua Reipublicæ loca, quæ ipſe vel eius prædeceſſores Longobardorum Reges inuaſerant. Ille verò ita ei miſit in reſponſis, quòd pro nullius trepidatione terroris ſileret ab eiuſmodi petendi cauſa. Veniente verò eo in Papiam ciuitatem, & prædicto Regi præſentato, plura illi tribuit munera, & nimis eum obſecrans atque lachrymis profuſis petiit, vt Dominicas, quas abſtulerat, redderet oues, & propria propriis reſtitueret. Sed nullo modo apud eum hoc impetrare valuit. Imperialis quoque Miſſus ſimili modo hoc petiit, & Imperiales literas illi tribuit, ſed nihil obtinere potuit. Prædicti verò Francorum Miſſi imminebant fortiter apud eundem Aiſtulfum, vt præfatum Papam Franciam pergere relaxaret. Ad hæc conuocans beatiſſimum virum interrogauit, ſi ei Franciam properandi eſſet voluntas? Quod ille videlicet nequaquam ſiluis, ſed ſuam illi voluntatem propalauit. Vnde, vt leo, dentibus fremuit, pro quo & diuerſis vicibus ſuos Optimates ad eum clàm miſit, vt eum quoquomodo à tali intentione reuocarent. Aliâ verò die præſente Rodigango* Epiſcopo interrogauit Papam Longobardorum Rex ſi vellet ire in Franciam, qui reſpondit. Si tua eſt voluntas me relaxandi, mea eſt omnino ambulandi. Tunc abſolutus eſt ab eo, & aſſumens ex huius Sanctæ Dei Eccleſiæ Sacerdotibus &* ATQVE INDE IN FRANCIAM. *Clero, id eſt, Georgium Epiſcopum Oſtienſem, Wilearium Epiſcopum Numentanum; Leonem, Philippum, Georgium & Stephanum Presbyteros; Theophylactum Archidiaconum; Pardum & Gemmulum Diaconos; Ambroſium Primicerium; Bonifacium, Secundum, Leonem & Chriſtophorum Regionarios; ſeu & ceteros, XV die menſis Nouembris prædicta ſeptima Indictionis, à ciuitate Papiæ mouens ſuum in Franciam profectus eſt iter. Poſt eius abſolutionem adhuc nitebatur ſupraſcriptus Longobardorum Rex ab hoc itinere eum deuiare. Sed minimè Papam latuit. Vnde & cum celeritate Deo prænio ad Francorum peruenit cluſas. Quas ingreſſus cum hìs, qui cum eo erant, confeſtim laudes Omnipotenti Deo reddidit. Et cœptum gradiens iter ad Monaſterium Chriſti Martyris Mauricij peruenit, in quo conſtitutum erat pariter ſe cum Francorum Rege conuenire. Annuente Domino ſoſpes beatiſſimus pater cum omnibus, qui ſecum erant, aduenit.* Hæc Anaſtaſius collatus cum variis lectionibus editioni Regiæ ſubiectis, decerptíſque è Codicibus optimæ notæ, quos inſignes Bibliothecæ Chriſtianiſſimi Regis, Eminentiſſimi Cardinalis Mazarini, clariſſimorúmque virorum Thuani & Freheri ſuppeditarunt.

*Chrodigango.

XLVII. In illo textu Rodigangus ter nominatur; primâ vice vocatur Abbas, ſecundâ & tertiâ Epiſcopus. Atque inde non leues oriuntur difficultates; vtrùm idem ſit Abbas, qui poſteà dicitur Epiſcopus, an duo diſtincti viri, quorum alter Abbas, alter Epiſcopus; & cuius vrbis Epiſcopus hic cenſeri debeat. Singulæ loquendi formulæ, quæ locum tot quæſtionibus tribuerunt, accurato ſtudio ſunt exponendæ.

XLVIII. Primò, laudatur ab Anaſtaſio *Rodigangus Abbas, per quem* Pippinus Rex Francorum *miſit in reſponſis omnem voluntatem ac petitionem prædicti Sanctiſſimi Papæ* Stephani *ſe adimplere.* In margine ſcribitur *Rodigandus*, in Codice Regio *Rotdingandus*, in Mazarino *Rodingandus*, in Thuano *Drodigangus*, in maiore Freheriano *Trottigangus*, in minore *Orodigangus*. Vbique autem, quod maximè obſeruandum eſt, Abbas appellatur.

XLIX. Secundò, laudantur ab Anaſtaſio, *Miſſi Pipini Regis Francorum, Rodigangus Epiſcopus & Autcharius Dux*, qui Romam profecti ſunt, *quatenus prædictum Papam* Stephanum, iuxta illius petitionem, *ad ſuum Regem in Franciam deducerent.* In margine ſcribitur *Rothingandus*, in Codice Regio *Rotdingandus*, in Mazarino *Rotingandus*, in Thuano *Ratingangus*, in minore Freheriano *Chrodigangus*. At ex eo quòd Abbas in Codicibus Regio & Mazarino, Epiſcopus in ceteris nuncupatur, maior oboritur difficultas, quam ſoluemus infrà.

L. Tertiò, apud Anaſtaſium Rex Longobardorum *præſente Rodigango Epiſcopo* Stephanum Papam interrogat, an ire velit in Franciam. Illius

Epiſcopi nomen eſt *Rodingangus* in Codice Regio, *Chrodigangus* in Freherianis.

LI. * Ex Anaſtaſij contextu liquet Epiſcopum, qui iuſſu Pippini Regis Romam cum Aurchario Duce perrexit, eundem eſſe cum Epiſcopo, coram quo Rex Longobardorum Aiſtulphus Stephanum Papam interrogauit, an vellet iter in Franciam ſuſcipere. Nec quia cùm Romam vnà cum Aurchario Duce proficiſcitur, Abbas in quibuſdam Codicibus nominatur, exiſtimamus illum Abbatem tunc fuiſſe, factúmque pòſt Epiſcopum, priuſquàm in Longobardiam Româ ſe conferret. Vtroque tempore Epiſcopum illum agnoſcimus, imò longè anteqoàm è Francia Romam contenderet, ideóqoe corrigendos putamus Codices, in qnibus Abbas Romam cum Aurchario Duce profectus legitur.

LII. Illum autem Epiſcopum caue ne confundas cum Abbate, per qoem Pippinus primùm reſtatus eſt omnem ſe voluntatem ac petitionem Romani Pontificis adimpleturum. Vt hunc Abbatem à prædicto Epiſcopo diſtinguamus, non tantùm Anaſtaſij contextus & Codices Freheri, ſed etiam Epiſtolæ Stephani Papæ compellunt. Apud Anaſtaſium Abbas à Pippino Rege directus Romam venit, paulò pòſt Romam quoque veniunt Epiſcopus & Autcharius Dux ab eodem Pippino miſſi, ſupradicto Abbate nondum in Franciam reuerſo. In Codicibus Freherianis Epiſcopus, qui Romam cum Aurchario Duce proficiſcitur, deinde abit in Longobardiam, conſtantiſſimè vocatur Chrodigangus; Abbas verò, cuius aduentus in vrbem Romanam præceſſit, Trottigangus in maiori Codice dicitur, Orocrigangus in minori. Denique in epiſtolarum Pontificiarum volumine, quod curâ & ſtudio Caroli Magni collectum fuit, leguntur duæ Stephani Papæ Tertij; inſcriptæ ſunt, vna Pippino Regi, altera omnibus Ducibus gentis Francorum; ambæ verò tranſmiſſæ per Droctegangum Abbatem, qui priùs Romam à Pippino Rege miſſus venerat, nec alius haberi debet ab Abbate, per quem, teſte Anaſtaſio, Pippinus Stephano Papæ ſignificauit omnem ſe voluntatem ac petitionem eius adimplere velle. Illas autem epiſtolas antè datas, quàm Stephanns iter Româ in Franciam arriperet, ediſcimus ex hoc titulo, qui literis ad Pippinum directis præfixus inuenitur. *Domno Excellentiſſimo filio Pippino Regi, Stephanus Papa.* Stephanus enim, poſtquàm è Francia Romam reuerſus eſt, in epiſtolarum ſuarum apicibus Pippinum non tantùm Francorum Regem, ſed & Patricium Romanorum ſemper dixit.

CHRODIGANGVS EP. DISTINGVITVR AB ABBATE DROCTEGANGO.

LIII. Rerum igitur in cauſa Stephani Papæ geſtarum hæc ſeries eſt. Pippinus lectis Stephani Papæ literis, quas peregrinus quidam detulerat, ocyus Romam Droctegangum Abbatem direxit, cuius nomen loco Rodigangi in margine textûs Anaſtaſiani repoſuimus. Vt prædictum peregrinum alij nuncij Apoſtolici, ſic & Droctegangum Abbatem ſecuti ſunt alij Miſſi Regij, Chrodigangus Epiſcopus & Autcharius Dux, Droctegango Româ interim Franciam versùs digreſſo cum literis in Franciam ad Regem Proceréſque deferendis. Stephanus Regiorum Miſſorum aduentu recreatus, Româ cum illis in Longobardiam, atque inde in Franciam citò perrexit. Epiſcopus autem Chrodigangus, cuius nomen in margine textuum Anaſtaſianorum ſcripſimus, haud alius eſt ab illius nominis Epiſcopo, qui Pontificatum Metenſem tum gerebat, & à nobis ſæpè laudatos eſt laodabitúrque.

LIV. Literarum Apoſtolicarum ad Pippinum tale eſt exemplar in Codice Carolino [a]. *Domno Excellentiſſimo filio Pippino Regi, Stephanus Papa. Præſens Droctegangus Abbas ſacris liminibus protectoris tui Beati Apoſtolorum Principis Petri, & noſtris obtutibus præſentatus, impoſita ſibi verba ſalutationis ac ſoſpitatis, à Deo ſeruata atque amantiſſima Excellentia tua . . . . Innumeras Omnipotenti Deo læti effecti gratias referentes egimus, petentes*

[a] Ep. 10.

LITERÆ STEPHANI PP. AD PIPPINVM R.

AN. CH. 753. PIPPINI R. 2.

eius diuinam miſericordiam, licèt peccatores & indigni, vt pro ſua te protegat pietate, Excellentiſſime fili, & multò ampliùs atque perfectiùs ſuo timore tuum Regnum confirmet, & amore Apoſtolico, quatenus & præſenti vitâ longè feliciter fruaris, & æterna beatitudinis conſors, fructu Apoſtolici amoris, effici merearis. Etenim præſens Droctegangus, fidelis tuus Miſſus, iuxta quod nobis locutus fuit, congruum per eum tuæ ſublimiſſimæ bonitati, in ore ponentes remiſimus reſponſum, cui & in omnibus credere iubeas, fili, quia in omnibus, quæ mandaſti, Chriſto cooperante, ſalutaria tibi mandauimus. Sed imple Dominicum dictum, ſicut ſcriptum eſt. [Quoniam qui perſeuerauerit vſque in finem, ſaluus erit.] Ex hoc enim centuplum accipies, & vitam poſſidebis æternam. Hoc autem petimus, fili, vt dum Miſſos tuos ad nos remittere iuſſeris cum reſponſis, hunc Ioannem, virum religioſum, cum eis mittere iubeas. Fidelis enim tuus eſt, & prudenter reportat reſponſa. Benè vale.

LV. Sequuntur literæ [a] ad omnes Duces Francorum. *Stephanus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, viris glorioſis, noſtriſque filiis, omnibus Ducibus Francorum. Læta gaudet ſancta mater Eccleſia in prouectu fidelium filiorum. Propterea, etſi corpore abſentes, ſpiritu verò præſentes, glorioſam prudentiam atque dilectionem veſtram, ſublimiſſimi filij, ac ſi præſentialiter amplectentes, in oſculo pacis ſalutamus in Domino dicentes. [Benefac, Domine, bonis & rectis corde.] Quoniam fiduciam habemus, quòd Deum timetis, & protectorem veſtrum beatum Petrum Principem Apoſtolorum diligitis, & cum tota mentis deuotione pro eius perficienda vtilitate in noſtra obſecratione cooperatores & adiutores eritis, pro certo tenentes, quòd per certamen, quod in eius ſanctam Eccleſiam veſtram ſpiritalem matrem feceritis, ab ipſo Principe Apoſtolorum veſtra dimittantur peccata, & pro capti curſu laboris centuplum accipiatis de manu Dei, & vitam poſſideatis æternam. Idcircò obſecramus atque coniuramus veſtram ſapientiſſimam charitatem per Deum & per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & diem futurum examinis, in quo omnes pro noſtris facinoribus erimus reddituri rationem ante tribunal æterni Iudicis, vt nulla interponatur occaſio, vt * non ſitis adiutores, ad obtinendum filium noſtrum à Deo ſeruatum Pippinum, Excellentiſſimum Regem, pro perficienda vtilitate fautoris veſtri beati Apoſtolorum Principis Petri, ſicut per præſentem Droctegangum religioſum Abbatem, eiúſque concomites direximus, quatenus nobis concurrentibus, dum noſtra deprecatio fuerit impleta, ipſo Principe Apoſtolorum, cuius cauſa eſt, largiente, veſtra deleantur peccata, & vt habet poteſtatem à Deo conceſſam, ſicut clauiger Regni cælorum vobis aperiat ianuam, & ad vitam introducat æternam. Sed attendite, filij, & ad participandum hoc, quod optauimus, ſtudioſiùs elaborate, ſcientes, quòd ſi quis declinauerit in aliam partem, ab æterna beatitudinis hæreditate erit alienus. Scriptum quippe eſt. [Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Diligentibus namque Deum omnia cooperantur in bonum.] Benè valete.*

[a] Ep. 11.

ALIÆ AD DVCES FRANCORVM.

* edit. &

LVI. Stephanus in ſuis epiſtolis & Anaſtaſius in eiuſdem Stephani vita nomen reticuerunt Monaſterij, cui Droctegangus Abbas præerat, illud autem aliunde diſcimus. Florebat illis temporibus in Epiſcopatu Metenſi Droctegangus Abbas Gorzienſis, de quo ſermonem ſub Childerico Tertio iam fecimus. Romam à Pippino primùm miſſus eſt hic Abbas, deinde miſſus & Chrodegangus Metenſis Epiſcopus. Vtrumque nonnulli ſimul confundunt, atque inde fit vt Chrodegangi Metenſis Epiſcopi nomen tot támque diuerſis modis efferatur. Singulos modos longâ enumeratione ſuprà recenſuimus [b], ex his pleroſque reſtitue Droctegango Abbati, qui non tantùm Droctegangus, ſed etiam Drocgangus, Droegangus, Rodigangus, Rodigandus, Rotdingandus, Rodingandus, Drodigangus, Trottigangus, Oroctigangus, Ruotgangus, Rutgangus, Ruggangus, Rugrandus, Rodgangus, Rotgangus, Rudigangus, & Rutigangus dictus reperitur.

DROCTEGANGVS ABBAS GORZIENS.

[b] Ad an. 742. n. 53.

In Agaunenſi ſeu S. Mauricij Monaſterio, cuius Præfecturam Auraſtus — AN. CH.
Abbas gerebat, Stephanus Romanus Pontifex *aliquantis commoratus eſt die-* — 753.
bus, vbi Ambroſius Primicerius febre correptus defunctus eſt. Tunc conuene- — PIPPINI
runt in prædictum Monaſterium Agaunenſe Florardus Abbas & Rotardus Dux — R. 2.
directi à Pipino Rege, petentes eundem Pontificem ad ſuum progredi Regem. — LVII.
Quem in magno honore cum omnibus, qui cum eo erant, ad eum deduxerunt.
Hæc Anaſtaſius eum variis Codicibus collatus vt ſuprà. Qui Florardus ſeu — AVRASTVS ABB. AGAVNENSIS.
Fulradus eum Rotardo Duce Monaſterium adiit Agaunenſe, vbi Stepha-
nus Papa tum morabatur, erat Presbyter & Capellanus Palatij ſiue Archi- — FVLRADVS ABB. LIBERAC. ADIT PP.
capellanus, necnon Abbas Leberacenſis, vt ſæpè iam diximus.

Hoc anno Natiuitatem Domini in Theodonis villa Dominus Rex cele-
brauit. Verba ſunt Reginonis ad annum quidem Chriſti ſeptingenteſi-
mum quinquageſimum-primum, ſed ea poſt biennium reiicienda ſunt, eo- — LVIII.
dem enim anno bellum Saxonicum, cædes Gripponis, & profectio in Fran-
ciam à Stephano Pontifice Romano ſuſcepta, prætermittuntur, annóque præ-
cedenti Pippini Regis electio refertur ab eodem Auctore, Annaliſtas,
qui Chronologiam per illa tempora biennio anteuertunt, imprudenter
ſecuto.

Poſt diem Natalem Domini Pippinus ſtatim ad villam Regiam Pon- — LIX.
tigonem * in occurſum Papæ perrexit. *Audiens iſdem Rex*, inquit Anaſ- — * Pont-Ton.
taſius, *eiuſdem beatiſſimi Pontificis aduentum, nimis feſtinanter in eius adue-* — PIPPINVS
nis occurſum, vnà cum coniuge, filiis etiam & Primatibus. Cetera perſe- — IT OBVIAM PP.
quemur anno ſequenti, ſub cuius initium Romanus Pontifex Pontigonem
peruenit.

In auctiore Gallia Chriſtiana [a] ſtatus Eccleſiæ Cenomanenſis ſub Pippi- — LX.
no Rege ſic deſcribitur è Chronico Pontificum Cenomanenſium. *Mortuo* — [a] Tom. 2. in Ep. Cenom. 26.
Herlemundo, Rotgarius Cenomannenſis Comes & filius eius Karinius Epiſcopa-
tum occuparunt: populo Epiſcopum poſtulante, Goſlenum Clericum indoctum ab
Rotomagenſi Epiſcopo ordinari fecerunt. Poſt aliquot annos Pipinus audiens
Gauzilenum non legitimè ordinatum, Herlemundum Sacerdotem ſuum Epiſco-
pum miſit ad vrbem Cenomannenſem, quem Rotgarius ſuſcepit, & rexit annis 9.
ſed à Gauzileno per fraudem excatus oculis, recepit ſe ad fratrem ſuum Abba-
tem Cænobij, quod Duos Gemellos vocant, in pago Baiocaſſino, ibíque deuotiſſi-
mè vixit. Pipinus euocato Pariſios Gauzileno oculos erui iuſſit, & Chorepiſco-
pum ei Seufredum dedit. Herlemundus Cenomanenſis Epiſcopus obiit anno
Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-tertio. Vacauit Sedes *per multos*
annos ob varias rixas & ſeditiones à multis excitatas, vt Bondonnetus ex
priuatis illius Eccleſiæ monumentis refert. Regnante iam Pippino, Goſle- — GOSLENVS CONTRA CANONES ORDINATVR EP. CENOMAN.
nus ſeu Gauzilenus aut Gaucilenus vel Gauſilenus, homo indoctus, à Me-
tropolita Rotomagenſi Cenomanenſis Epiſcopus eſt ordinatus, rem Cano-
nibus Eccleſiaſticis adeò contrariam promouentibus Rotgario Comite &
Karinio eius filio. Rotgarius, vbi ſe Comitem ſeu Præfectum Cenomaniæ
vidit, nullum non mouit lapidem, vt Clericum ſibi notum ac familiarem
ad Epiſcopatum Cenomanenſem proueheret. Ganzilenum elegit, qui Pon-
tificalibus Infulis redimiretur. Vterque nouerat Epiſcopum Cenomanen-
ſem Metropolitano Turonenſi ſubiacere. Metropolitanum tamen Roto-
magenſem, à quo conſecraretur Epiſcopus, adiit Gauzilenus. Rege Pip-
pino, Rotomagenſem Diœceſim duo tantùm rexerunt Pontifices, iíque
motibus diſſimillimi, Raginfridus & Remigius. De vtroque Fontanel-
lenſis Chronographus [b] ita diſſerit. *Raginfridus pro inſolentia morum ac* — [b] Cap. 12.
prauitatibus ſuis, etiam à Clericis Rothomagenſibus apud Pipinum Regem
accuſatur, anno videlicet XIII. *poſtquàm regimen iſtius Cænobij Fontanel-*
lenſis amiſerat. Quo eiecto de Epiſcopatu eiuſdem Eccleſiæ, datus eſt Re-
migio fratri eiuſdem Glorioſi Regis Pipini hoc anno, qui eſt ab Incarnatione
Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeptingenteſimus quinquageſimus-quintus. Ex

AN. CH. 753. PIPPINI R. 2.

hoo autem textu facilè intelligis quæſitum non Remigium virum Sanctitate conſpicuum ſed Raginfridum ipſius Remigij deceſſorem, qui Gauzilenum, Clericum indoctum, Epiſcopum Eccleſiæ extra prouinciam Rotomagenſem ſitæ conſecraret. Porrò cùm Raginfridi Rothomagenſis Archiepiſcopi depoſitio in annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quintum inciderit, ordinationem Gauzileni Epiſcopi Cenomanenſis hoc anno non malè collocabis.

LXI. In Chronico Pontificum Cenomanenſium ſuprà citato nihil occurrit, quod Goſlenum ſeu Gauzilenum, Rotgarij Comitis filium, Karinij fratrem fuiſſe ſuadeat. Antonius Coruaiſierus Gauzilenum Rotgarij filium conſtituit, eíque duos attribuit fratres, Chariſium ſeu Chariuiſium, & Karinium, quos nec patre Rotgario, nec Gauzileno fratre meliores exhibet. Gauzileno fratrem fuiſſe Chariſium credimus, ſed eos nec Rotgarij filios nec Karinij fratres exiſtimamus. Chariſius, vltionis ac cædis appetentiſſimus, nonnullos Optimates Cenomaniæ, quà ferro, quà veneno, ſuſtulit. At non defuit ex illis, qui filios necem ſui parentis vlturos relinqueret. In horum manus incidit Chariſius, cùm poſt Solis occaſum è venatione reuerteretur, eodémque in loco, vbi filios orbauerat patre, vitâ ſpoliatus eſt, *ſcilicet in campo * Daulfo, vbi Tritio * vſque Briuias * defluit in Viduam **. Hæc leguntur apud Coruaiſierum, nec aliena videntur à vero, ſed alia ſequuntur apud eundem Auctorem, quæ nullam omnino fidem merentur.

CHARISIVS EIVS FRATER APPETENTISSIMVS CÆDIS OCCIDITVR.

* *Le Champ Delfe.*
* *Le Treſſon.*
* *Les Brives.*
* *La Veufne.*

LXII. Scribit Pippinum Regem aliquando cum exercitu valdè periclitatum eſſe, citiſſimíſque itineribus in Cenomaniam ſe recepiſſe, vbi ab inſequentibus hoſtibus tutum ſe fore ſperauerat; expertum autem infenſiſſimos ſibi Gauzilenum & Karinium, ab iiſque prohibitum aditu Cenomanicæ ciuitatis, & leuibus etiam præliis, in quibus viros ſibi chariſſimos amiſit, per inſignem proditionem laceſſitum; abhinc totum fuiſſe in vltione ſumenda, eóque conſilio, cùm recederet è Cenomania, Pariſióſque per Aniſolenſe Monaſterium contenderet, Regio ſtatuiſſe Præcepto, vt Abbas illius loci Siebaldus ſeu Sigobaldus cum Monachis ab omni Cenomanenſis Epiſcopi iuriſdictione eximeretur, nec à petendæ vindictæ propoſito ſemel ſuſcepto deſtitiſſe, donec ex Epiſcopatu Gauzilenum, ex Comitatu Karinium deturbauit, ſubrogato Epiſcopo Herlemundo Secundo, ſuffectóque Comite genero ſuo Milone, Berthæ filiæ marito. Mira commentorum congeries! Pippinus apud antiquos Auctores, nec in tanto diſcrimine verſatus, nec vllam in Cenomania cladem paſſus dicitur. Tomo primo [a] iam queſti ſumus, quòd feruente diuturno inter Epiſcopos Cenomanenſes & fratres Aniſolenſes ſeu Carileſianos diſſidio producta ſunt in Monachorum gratiam apocrypha Regum Diplomata, quorum numero Pippininum illud acenſemus. Deinde Pippino Regi nec filia fuit Bertha, nec gener Milo. Prætereà in Epiſcoporum Cenomanenſium Chronico ſuperſtes viuit Rotgarius Comes, cùm Herlemundus exauctorato Gauzileno fit Cenomanenſis Epiſcopus. Ex ſupradictis igitur apud Coruaiſierum hoc vnum verum arbitrare, quòd, eiecto Ganzileno, Herlemundus Epiſcopatum Cenomanenſem obtinuit, vt poſt biennium narraturi ſumus.

VARIÆ FABVLÆ EXPLODVNTVR.

[a] Ad an. 515. n. 5.

LXIII. Non omnia quoque laudamus, quæ citantur è Chronico Pontificum Cenomanenſium. Quis enim excæcatos credat, Herlemundum à Gauzileno, Gauzilenum à Pippino? Si Gauzilenus Herlemundo lumen oculorum effodit, indignum, qui recuperaret Epiſcopatum, tanto ſe flagitio commonſtrauit; & Pippinus, ſi Gauzilenum in Epiſcopatu permanſurum viſu priuauit, non caruit vituperio, licèt admiſſi ſceleris expiationem ac pœnam talionis obtenderit, excæcationem enim Epiſcopi quis vmquam probauit? Hoc de negotio quid ſentiamus, breuiter & per anteceſſum accipe. Ganzilenus hoc anno Cenomanenſis Epiſcopus eſt ordinatus; Epiſco-

patum eodem amiſit anno, quo Raginfridus ex Archiepiſcopatu Rotomagenſi deiectus eſt, id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-quinto; ſed eundem Epiſcopatum poſt annos nouem ab Herlemundo dimiſſum recepit anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-quarto, ſuâ pòſt ſubſcriptione Placitum Attiniacenſe anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-quinto communiuit; nec Herlemundum excæcauit, nec excæcatus eſt à Pippino; huic ſuperſtes aliquot annos vixit.

LXIV. MADELVEVS ABB. S. VITONI FIT EP. VIRODVN.

Hoc *anno Incarnati Verbi* DCCLXII, Stephano tum Papâ & Pippino Rege, Madelueus Abbas Sancti Vitoni, factus eſt etiam Virodunenſis Epiſcopus. *Ipſam autem Eccleſiam beati Vitoni, cui ante perceptam Pontificatûs gratiam paſtor & rector inſtitutus fuerat, tantâ ſemper dilectione coluit & prouexit, vt curam eius etiam ſumpta Epiſcopatu non dimitteret, quin potiùs omni eam conamine & diuinis famulatibus illuſtrem reddidit, prædiis quoque & Eccleſiaſticis vtenſilibus ampliauit, ob prædeceſſorum ſuorum ibidem quieſcentium beatam memoriam.* Lege Hugonem Flauiniacenſem. Sic interpontificio, quod multos per annos durauerat, finis impoſitus.

LXV. MILO MORITVR.

Hic annus Metropolibus vtriuſque Belgicæ, quas Milo peſſundabat, feliciſſimus illuxit, ſublato è viuis eodem Milone, cuius mortem miſerrimam & indignam Archiepiſcopo Browerus in Annalibus Treuirorum [a] ſic depingit. *Milo Treuirenſis* Antiſtes, *dum ſtudio venationis intentus, feram incautiùs perſequitur, apri fulmineo dentis ictu percuſſus interiit, paſſuum ab vrbe quatuor millia, non procul à vico Erangio ad Gelbis ripam, metuendo ſanè poſteris Epiſcopatûs perperam geſti exemplo. Vigilaſſe ad pœnam, Numinis oculum, ac, vbi cæleſtibus humana præferuntur, quæſiiſſe piaculum iræ dicerem, niſi pium hunc magis quàm vtilem Milonis memoriæ affectum ſentirem: cui alioqui ſatis adioſum reor, quòd celebre nomen ſaltui, in quo occubuit, ab hoc euentu dediſſe volunt, vulgóque Milowaldi ceu Milonis ſiluam dicas, perpetuo caſûs veſtigio tam atrocis, nuncupari. Sepultum ferunt Erangio vico ad ingreſſum ſaltûs haud procul Palatiola.*

[a] Lib. 7. n. 156.

LXVI.

Memorabilis in hanc Sedem Treuirenſem *cæleſtis indulgentiæ poſteri teneant exemplum, cùm in tanta támque diuturna fluctuatione gubernaculi, à Deo Optimo Maximo ſapienter magnóque bono publico prouiſum, vt aliunde peritiſſimi gubernatores, Willibrordus, Bonifacius, Hildulphus, ceu de cælo miſſi ſubuenirent; nec eorum officia æquè neceſſaria ac opportuna Milo recuſaret.* Hæc idem Auctor. Temporibus Milonis, Willibrordus & Bonifacius Diœceſim Treuirenſem ſæpiùs adierunt. Id in confeſſo eſt. At eis Hildulphus perperam connectitur, hic enim Treuirenſem Epiſcopatum, quem annis circiter decem poſt Numerianum adminiſtrarat, anno Chriſti ſexcenteſimo ſeptuageſimo-ſexto dimiſit, vitámque clauſit Milone Epiſcopatum nondum gerente. Tomo ſuperiore varios Metropolitarum Treuerenſium Catalogus ad annum Chriſti ſeptingenteſimum decimum-tertium [b] examinauimus, atque vt Sancto Numeriano Sanctum Hildulphum, ſic & Miloni Weomadum contra plurimorum Auctorum & ipſiuſmet etiam Broweri opinionem ſubrogandum diximus.

[b] Nn. 24. & ſeqq.

LXVII. WEOMADVS EX MONACHO SAM-MAXIMIN. FIT ARCHIEP. TREVIR.

Weomadus igitur, Abbas anteà Sam-Maximinianus, in Archiepiſcopatum Treuirenſem Miloni ſucceſſit. Laudatur à Ioanne Scheckamno [c], quòd *Præſul effectus Eccleſiæ ſuæ Priuilegia manutenere & augmentare curauit, vnde & à Pippino Rege, patre Caroli Magni, obtinuit Priuilegium inſigne.* Regium illud Diploma, quod *datum* legitur XV *Kal. Iuly, anno* IX. *regnante Pippino inclyto Rege*, recitat integrum Wilhelmus Kyriander [d]. Epitomen exhibet Chriſtophorus Browerus ſeruatis iiſdem Characteribus Chronologicis, ideóque magis culpandus, quia Weomadi promotionem ad Pontificatum in annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-octauum reiicit, & eidem Weomado iam Metropolitæ Treuirenſi Priuilegium decimo-quinto Kalendas Iulias, anno Pippini Regis nono, ſiue anno Chriſti

[c] Lib. 2. c. 8.

[d] Part. 9.

AN. CH. 753. PIPPINI R. 2.

ſeptingenteſimo ſexageſimo conceſſum fatetur. Lege librum ſeptimum [a] Annalium Treuirenſium.

LXVIII.

Milonem, cui Weomadum proximè ſubrogamus, alij anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-tertio, alij anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo mortuum affirmant. Prior opinio magis placet. Hanc Bruſchius in Chronologia Monaſteriorum Germaniæ ſic amplectitur. *Weomadus primùm Abbas Sancti Maximini, poſteà Treuirorum Archiepiſcopus anno Domini 753.* Bruſchium ſequitur Kyriander in Auguſta Treuerorum, ſequuntur & in Gallia Chriſtiana Robertus ac Sammarthani.

a Nu. 189. 197

LXIX. ODILARDUS FIT ABB. SAM-MAXIMIN.

Vt in Eccleſia Treuirenſi poſt Milonem Weomadus Archiepiſcopalem dignitatem, ſic in Cœnobio Sancti Maximini poſt eundem Weomadum munus Abbatiale geſſit Odilardus ſiue Vtilradus vel Vorilradus. Hic in Abbatum Sam-Maximinianorum Indice Weomado præponitur apud Bruſchium, præponitur & apud Bucelinum, qui tamen non diſſimulat quoſdam reperiri Scriptores, à quibus Weomado poſtponatur. In dubium certè non poteſt vocare Bucelinus, quin Weomadus Vtilradum anteceſſerit, fatetur enim Vtilradum Abbatem extitiſſe *an. 14. Regni Pipini*, id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-quinto, priùs autem promotus eſt ad Archiepiſcopatum Weomadus curâ Monaſterij Sam-Maximiniani dimiſſâ, nam Treuirenſis Archiepiſcopus anno Pippini Regis nono iam erat, cùm Regium accepit Diploma, cuius Characteres Chronologicos ſuprà repreſentauimus.

LXX. TILPINUS FIT ARCHIEP. REMENS.

Hincmarus in prologo, quem vitæ Sancti Remigij præpoſuit, queritur de Milone, quòd *tonſurâ Clericus, moribus, actu, habitu irreligioſus laicus, Epiſcopia Rhemorum ac Treuirorum vſurpans inſimul, per quadraginta circiter annos peſſundederit*, deinde laudat Pippinum Regem, qui *Tilpinum in vrbe Rhemorum Epiſcopum ordinari conſenſit.* Fuit igitur Tilpinus in Remenſi Pontificatu proximus Milonis ſucceſſor. In Catalogo Remenſium Antiſtitum apud Flodoardum [b] omittitur Milo; beatum Rigobertum ſequitur beatus Abel, hunc Tilpinus. Abelem inter & Tilpinum interpontificium multorum annorum apud eundem Auctorem [c] ſic agnoſcit Adrianus Papa. *Multùm laborauerunt* Bonifacius & Fulradus, *vt bonæ memoriæ prædeceſſor noſter Domnus Zacharias Pallium Archiepiſcopo Remenſi, Abel nomine, per deprecationem ſuprascripti Bonifacij tranſmitteret. Qui ab illo conſtitutus fuit, ſed ibi permanere permiſſus non fuit, ſed magis contra Deum eiectus eſt, & Remenſis Eccleſia per multa tempora & per multos annos ſine Epiſcopo fuit, & res Eccleſiæ de illo Epiſcopatu ſunt ablatæ, & per laicos diuiſæ ſunt, ſicut & de aliis Epiſcopatibus, maximè autem de Remenſi Metropolitana ciuitate.* Non deſunt, qui ſcribant Abelem ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-quartum vixiſſe, ſed hæc aſſertio probatione caret ac veriſimilitudine, vt Domnus Guilelmus *Marlot* in Hiſtoria Metropolis Remenſis iam obſeruauit [d]. Milo, cuius ſucceſſori Weomado Treuirenſi Metropolitæ Pippinus Priuilegium anno Regni ſui nono, ſiue anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo, conceſſit, ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-quartum haud peruenit. Eo mortuo, vt Eccleſiæ Treuirenſi datus eſt Archiepiſcopus, ſic & Remenſi, ſeu reuocatus Abel, ſeu quis alius inſtitutus. Anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-tertio, cùm Treuirenſem Diœceſim *per quadraginta circiter annos* peſſundediſſet, extinctus eſt Milo; ſi tum ſuperſtes Abel, cur hic Sedem ſuam non recuperauit? At Abel Archiepiſcopus, vt Marlotus iam obſeruauit, *apud Lobienſes ad ſuperos euolauit, Milone adhuc ſuperſtite.* Lege quæ de vtroque dicta ſunt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-primum [e], & interpontificium, quod ex Adriani Papæ literis ad Tilpinum ſcriptis deprehenditur, inter Abelis eiectionem & ordinationem Tilpini collocandum arbitrare.

b L. 2. cc. 16. 17.

c Lib. 2. c. 16.

d Lib. 2. c. 45.

e Num. 17.

AN. CH. 753. PEPPINI R. 2. LXXI.

Tilpinum, vt ad Archiepiſcopatum Remenſem promoueretur, *ex Monaſterio Sancti Dionyſij* aſſumptum ſcribit Flodoardus [a]. De anno diſputant Auctores. Varias opiniones refert Marlotus, vbi agit de Abele [b] & Tilpino [c]. Nullus tamen diſputationi locus videtur, ſublato enim è viuis Milone, vt Treuirenſis Eccleſia ſic & Remenſis Archiepiſcopum accepit, nec occurrit ratio, cur Remenſis Cathedra poſt Milonis mortem vacaſſe cenſeatur. Tunc in Sede Treuirenſi quidam Hildulphum, alij recciùs Weomadum; in Remenſi Tilpinum omnes conſtituunt, ſi Robertum excipias, qui per iſta tempora, quibus Tilpinus Eccleſiæ Remenſi præfuit, Lupum ex Archiepiſcopo Senonenſi Remenſem Archiepiſcopum factum perperam contendit in Gallia Chriſtiana, ſuæque refragantes aſſertioni iam nactus eſt Sammarthanos cum Marloto.

[a] Lib. 2. c. 17.
[b] Lib. 2. c. 48.
[c] Lib. 3. c. 1.

EX MONACHO SANDIONYS.

LXXII.

AVSTRVLPHVS ABB. FONTANELL. IT ROMAM.

Sextus hic eſt ac poſtremus annus Auſtrulphi Fontanellenſis Abbatis, qui Romam profectus, cùm in patriam rediret, apud Agaunum obiit, ibique decentiſſimè ſepultus eſt ab Auraſto Abbate. *Venerabilis Pater*, ait de Auſtrulpho Chronographus [d] Fontanellenſis, *poſt ſuſcepti regiminis annum ſextum, accenſus igne diuino, partibus Romuleæ vrbis ad limina beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli iter diſpoſuit. Conuocatiſque fratribus deuotionem, quam animo conceperat, liquidò promit. Tunc omnes vnius vocis clamore hæc contradicunt, dicentes ſe nunquam eum deſerturos. Econtrà ille causâ ſuæ ſalutis & illorum, corpore humi proſtratus, profecturum ſe velle proclamabat. Quid multa? Videns vniuerſa caterua fratrum flebilibus eius precibus ſe obuiare non poſſe, conticuit, piiſque Patris petitionibus ceſſit. Demùm benedictione perceptâ, omnibus fratribus pacis oſculum dedit, ſicque iter ſuum direxit, deducentibus eum plurimis lachrymarum imbre perfuſis. Perueniens autem Romanæ vrbis ad arces tempore Stephani Papæ, vota ſua Omnipotenti Deo ac beatis Apoſtolis eius reddidit, ac ſic à mœnibus eiuſdem vrbis iter conuertens, patriam ac locum ſuæ natiuitatis repetere ſatagebat. Perueniens autem ad Monaſterium S. Mauricij Martyris & ſociorum eius in Agaunum, ibidem à febre, quam diu protraxerat, ingrauatus, conſortiis humanis ſubtractus obiit in Chriſto* XVIII *Kalend. Octobrium, ibique digno in loco honorabiliter ſepulturæ traditus eſt. Hæc de eo narrare erat ſolitus bonæ recordationis Hardoinus Cellæ Sancti Martyris Saturnini Presbyter, qui ſub eius tempore hoc in Cœnobio Clericatûs ſuſcepit habitum. Tenuit autem huius Cœnobij regimen annis ferè ſex.* Huic textui Ioannes Mabillonus hanc notam ſubiecit. *Anno proinde* DCCLIII *regimen ceſſit Widolaico, obiitque anno inſequenti. De eo in vetuſto Breuiario Fontanellenſi mentio nulla.* Ideo forſan in ipſo vitæ titulo, quam ſecundo Tomo ſeculi tertij Benedictini inſeruit, Auſtrulphum non Sanctum, vt dixerat Wandonem, cuius commemorationem in prædicti Breuiarij Kalendario ſignatam repererat, ſed Venerabilem appellauit. Quod ad Chronologiam attinet, Auſtrulphus hoc eodem anno & Romam profectus eſt & in reditu vitam clauſit, nec Monaſterij Fontanellenſis regimen aut Abbatis titulum abdicauit.

[d] Cap. 13.

OBIT APVD AGAVNVM.

LXXIII.

SVCCEDIT WIDOLAICVS.

Auditâ igitur Auſtrulphi Abbatis morte datus eſt ei ſucceſſor Wido ſeu Widolaicus aut Withleecus, de quo ſic idem Chronographus [e]. *Widolaicus ex pago Oximenſi, patre Irmino nomine, matre Witboldâ, Camerarius Teutſindi quondam Abbatis, eiúſque ſub cura educatus eſt. Hic matriculam B. Martini Turonenſis in beneficij iure, Teutſindo hæc eadem largiente, aliquando poſt obitum illius tenuit. Defuncto verò Auſtrulpho Patre Monaſterij Fontinellenſis, ſtatim iſte ad Palatium ire deliberauit, plurima donaria auri argentique ſecum deferens, quæ Pipino Regi ac ſuis ſatellitibus collata, vt optauerat, Abbas conſtituitur, anno ſecundo poſtquam idem Pipinus Regale adeptus fuerat faſtigium, qui eſt annus Domini* DCCLIII. Eundem quoque annum paulò pòſt ita deſignat. *Duos etiam annos accepit regimen Cœnobij Widolaicus, antequàm Remigius Cathedram Epiſcopalem Rathumagenſis vrbis ſubiret.* Remi-

[e] Cap. 14.

AN. CH. 753 gius enim anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-quinto ſedere cœ-
pit, vt Annaliſta Petauianus his verbis teſtatur. DCCLV. *In hoc anno*
PIPPINI R. 2. *Domnus Remedius* ſeu Remigius *adeptus eſt Sedem Eccleſiæ Rotomagenſis.* Su-
SVPERSTITE WANDONE CÆCO. pererat in viuis Wando, Fontanellenſis quondam Abbas, qui cæcus præ
ſenio factus, vt diximus, ante ſex annos Abbatiale munus ſponte dimi-
ſerat.

LXXIV. Hoc anno, inter Amperam * & Lycum * fluuios, Monaſterium, cuius
initium ante annos vndecim iam attigimus [a] à Thaſſilone Boioariæ Duce
* L'Amber. amplificatum eſt, dicique tum cœpit Cœnobium Weſſobrunnenſe de no-
* Le Lech. mine Weſſonis venaroris, vt ex veteri quodam Codice refert Gewoldus
[a] Ad an. 742. n. 31. in additionibus ad Hundium Tomo tertio Metropoleos Saliſburgenſis. *An-*
MON. WESSOBRVNNENSE. *no Domini ſepsingenteſimo quinquageſimo-tertio, Taſſilo filius Otilonis &*
Hildruda ſororis Pipini, patris Caroli Magni, ſub Imperio eiuſdem Caroli
Magni, Dux Bauarorum, in Marchia Ducatûs, tunc Regni, Boiariorum, in
ſaltu foreſti, qui Rotwalt (apud Hundium *Nortwald*) *dicitur, inter duo*
flumina, Apariam (Hundio *Amperam*) *& Licum, venationi operam dabas*
aprorum. Et dum per noctem iuxta fluuium, quem Hundius de ipſius Taſſi-
lonis Dncis nomine *Teſſelpach* appellat, *ſub tentorio dormiret, vidit in ſom-*
nis iuxta fontem eiuſdem foreſti per quatuor partes è terra ſcatentem ſe aſtare,
& exinde ad meridiem ſcalam ad cælos porrectam, & Angelos Dei aſcendentes
& deſcendentes per illam, Sanctum autem Apoſtolorum Principem innixum
ſcalæ, & canentem ea, quæ in officio Dedicationis communiter cantari conſue-
uerunt. Et venatorum Taſſilonis alter Tharingerus, alter Weſſo, dicebantur,
* Weſta. *quorum Weſſo * fontem, qui hodie fons Weſſonis dicitur, à ſe repertum in*
modum Crucis è terra bullientem oſtendit. Ibi Rex (Taſſilo rectiùs Dux, ſeu
Præfectus Boioariæ, nuncuparetur) *Monaſterium eiuſdem nominis, coope-*
rante ſibi Bonifacio Moguntino ædificauit, & poſſeſſionibus ampliauit. Vbi pri-
mus Abbas Ilſungus Altachenſis Inferioris Monachus, qui poſt XLI *annos,*
quibus religioſè præfuit, diem obiit. Idem Auctor proximè ſubiungit Bul-
lam Bonifacij Papæ, cuius exordium breuiter nos docet, in qua Diœceſi
tunc poſitum erat illud Monaſterium, quem Patronum colebat, & quam
Regulam profitebatur. *Bonifacius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilectis*
filiis, Abbati & Conuentui Monaſterij Sancti Petri in Weſſesbrunn, Ordinis
Sancti Benedicti, Auguſtenſis Diœceſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.
At licèt hoc Cœnobium in Bonifacij Papæ literis Monaſterium *Sancti Pe-*
tri vocetur, Patronos nihilominùs habet Principes Apoſtolorum. Sic enim
ſcribit Hundius. *Patroni huius Monaſterij ſunt SS. Petrus & Paulus.* Et
Gewoldus Abbatum Catalogo hunc titulum præfigit. *Catalogus Abbatum*
Monaſterij SS. Petri & Pauli in Weſſeprun. Deinde eundem Catalogum
ſic orditur. *1. Ilſungus Abbas intrauit Abbatiam anno 758. præfuit 41 annos,*
id eſt, ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum nonageſimum-nonum,
quo vitam terminauit. Monachum, priuſquàm Abbas fieret, agebat in
Altha ſiue Altaichio inferiore, ſub Eberſwindo, primo illius loci Abba-
te, de quo ſic Hundins ad hunc annum, qui Thaſſilonis Ducis ſextus
numeratur. *Eberswindus anno ſexto Taſſilonis Ducis, qui eſt fundationis 53.*
Putinga prædium datum Altach, ſub hoc Abbate. De Regula non diſputa-
mus, ſecus de Diœceſi. Monachos à primo Cœnobij conditu ſub Regula
Sancti Benedicti vixiſſe non inficiamur, ſed ipſum Monaſterium in Auguſ-
tana Diœceſi conſtructum negamus: Erectum enim erat in Boioaria cum
ſeptem aliis, quæ Landfrido, Waldramo, & Elilando, nobiliſſimis viris
ac fratribus, ſua debent incunabula, id eſt, cum Bura, Schlechdorfo,
Siuerſtato, Sandauio, Pollingo, Staffelſea, & Cochelſea, de quibus ad
[b] Nu. 23. & ſeqq. annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-ſecundum [b] iam locuti
ſumus. Totâ autem Boioariâ quatuor in Epiſcopatus ante paucos annos
diuiſâ, nihil ex ea prouincia Diœceſi attributum fuerat Auguſtanæ, quia

Auguſta * extra Boioariæ fines ſita. Monaſterium igitur Weſſobrunnenſe in Epiſcopatu Friſingenſi ædificatum eſt. Nec huic aſſertioni repugnat Bonifacius Papa, cùm illud in Auguſtenſi Diœceſi collocat. A primordiis enim iſtius Cœnobij ad Pontificatum vſque Bonifacij, qui Alexandrum Quartum in ſua Bulla laudat, multa interceſſerunt ſecula, & Weſſobrunna, quæ condita fuerat in Epiſcopatu Friſingenſi, priùs ad Auguſtenſem ſiue Auguſtanum tranſiit, quàm Bonifacius regimen Eccleſiæ Catholicæ ſuſciperet.

AN. CH. 753. PIPPINI R. 2.

* *Ausbourg.*

LXXV. Thaſſilo Dux ſeu Præfectus Boioariæ fuit, Regium ſæpè titulum affectauit, in ordinem à Carolo Magno redactus eſt, atque inde obiter nota in Codice ſuprà citato, vbi de fundatione Monaſterij Weſſobrunnenſis agitur, Boioariam *Regnum*, Thaſſilonem *Regem* per adulationem à Boioariis appellari. Supererat in viuis Chiltrudis eiuſdem Thaſſilonis mater, quæ, quandiu vixit, amicitiam cum fratribus ſuis, Carolomanno Maiore-domûs & Pippino ſeu Maiore-domûs ſeu Rege, ſemper coluit. Anno proximo, quo mortuam exhibet Annaliſta Petauianus, agemus de illius obitu. Pertinent igitur ad hunc etiam annum, quæ leguntur in libro de Donationibus Eccleſiæ Saliſburgenſi factis. *Thaſſilo Dux vnà cum matre ſua Hiltrude, concedente Pippino Rege, dederunt Deo & S. Petro ad Iuuauenſem Sedem, pro animabus ſuis, villam nuncupatam Campus, cum manentibus triginta & coloniis eorum, & cum omnibus rebus eorum ſuper Salzaha. Dederúntque ad Puoch iuxta Oetingen manſum vnum cum omnibus rebus ſuis. Similiter dederunt ibidem ad Salinas ad illum puteum, hoc quod dicitur Galgo.*

THASSILO CVM MATRE MVNIFICVS ERGA ECCLES. SALISBVRG.

ANNVS
CHRISTI 754.
PIPPINI R. 3.

AN. CH. 754. PIPPINI R. 3.

I. INEVNTE anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-quarto, Stephanus Papa peruenit ad Pontigonenſe Palatium. Exhibiti ſunt honores antehac inauditi. Pippinus Rex ad millia paſſuum non pauca Carolum filium natu maiorem, puerum tunc ſeptennem, qui poſteà Magnus eſt appellatus, obuiam ei cum ſuis Optimatibus præmiſit, ipſe cum vxore Bertrada & altero filio Carolomanno ad tertium lapidem ſeſe obtulit, atque ad eius conſpectum de equo deſcendens ſéque in terram inclinans vnà cum coniuge ac filiis & Proceribus ſuis ipſum excepit, & aliquo etiam ſpatio operam ei ſtratoris nauauit. Tunc Stephanus extenſâ voce gloriam Deo retulit, cunctóque populo occurrente atque hymnos concinente in Regiam perductus eſt octauo Idus Ianuarias, qui dies eſt Epiphaniæ conſecratus. Anaſtaſius enim ad Indictionem ſeptimam in vita Stephani ſic ſcribit. *Rex non pauca millia filium ſuum nomine Carolum in occurſum ipſius coangelici Papa direxit cum aliquibus ex ſuis Optimatibus. Ipſéque in Palatio ſuo in loco, qui vocatur Ponticone, ad ferè trium millium ſpatium, deſcendens de equo ſuo, cum magna humilitate terræ proſtratus, vnà cum ſua coniuge, filiis, & Optimatibus, eundem ſanctiſſimum Papam ſuſcepit. Cui & vice ſtratoris in aliquantum locum iuxta eius ſellarem properauit. Tunc prædictus almificus vir cum omnibus ſuis, extenſâ voce, gloriam & inceſſabiles laudes Omnipotenti Deo referens, cum hymnis & canticis ſpiritalibus vſque ad præfatum Palatium pariter cum iam dicto Rege profectus eſt, ſextâ Ianuary menſis die, in apparitionis Domini & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti ſacratiſſima ſolemnitate.* In vulgatis exemplaribus Pippinus Carolum filium ad centum ferè millia paſſuum in

STEPHANVS PP. A PIPPINO R. SVSCIPITVR HONORIFICENTISSIME.

AN. CH. 754. PIPPINI R. 3.

occurſum Papæ dirigit, in Codice minore Freheriano & in Thuano *non pauca millia.*

II. Dic poſt aduentum proximo, vt Annaliſta Metenſis obſeruat, Stephanus Pippinum Regem cum lachrymis obſecrauit, vt cauſam beati Petri & Reipublicæ Romanorum defendendam ſuſciperet. Qua de re ſic Anaſtaſius. *Ibi*, id eſt, in Palatio Pontigonenſi, *intus Oratorium pariter eis*, nempe Stephano Papâ & Pippino Rege, *conſedentibus, mox idem beatiſſimus Papa prædictum Chriſtianiſſimum Regem lachrymabiliter deprecatus eſt, vt per pacis fœdera cauſam beati Petri & Reipublicæ Romanorum diſponeret. Qui de præſenti iureiurando eidem beatiſſimo Papæ ſatisfecit, omnibus mandatis eius & admonitionibus, ſeſe totis niſibus obedire, & vt illi placitum fuerit, Exarchatum Rauenna, & Reipublicæ iura, ſeu loca reddere modis omnibus* (vel, vt Codex Regius habet, *ſeu cetera loca & iura Reipublicæ modis omnibus reddere.*) *Sed quia tempus imminebat hyemale, eundem Sanctiſſimum Papam cum ſuis omnibus Pariſius apud venerabile Monaſterium beati Dionyſij ad hibernandum pergere fecit.* Anonymus, qui iuſſu Nibelungi res à Pippino Rege geſtas conſcripſit, eadem narrat, & Legatos ab eodem Rege fruſtrà directos in Longobardiam ſic addit. *Stephanus Papa Romenſis ad præſentiam Regis veniens, multis muneribus tam ipſi Regi, quàm & Francis largitus eſt, auxilium petens contra gentem Longobardorum, & eorum Regem Aiſtulfum, vt per eius adiutorium ab eorum oppreſſionibus vel fraudulentia de manibus eorum liberaretur, & tributa & munera, quæ contra legis ordinem à Romanis requirebant, facere deſiſterent. Tunc Pipinus Rex præfato Stephano Papæ apud Pariſius ciuitatem in Monaſterio Sancti Dionyſij Martyris, cum ingenti cura & multa diligentia hyemare præcepit. Legationem ad Aiſtulfum Regem Longobardorum mittens petiit, vt propter reuerentiam beatiſſimorum Apoſtolorum Petri & Pauli in partibus Romæ hoſtiliter non ambularet, & ſuperſtitioſas, ac impias, vel contra legis ordinem cauſas, quod anteà Romani nunquam fecerant, propter eius petitionem facere non deberet. Cúmque prædictus Rex Pipinus quod per Legatos ſuos petierat non impetraſſet, & Aiſtulphus hoc facere contempſiſſet, euoluto,* ſeu finito *anno præfatus Rex à Kal. Mart.* quæ annum apud hunc Auctorem aperiunt, *omnes Francos, ſicut mos Francorum eſt, Bernaco* (Annaliſtæ Metenſi *Brennaco*) *villâ publicâ ad ſe venire præcepit.*

HYEMEM AGIT IN MON. S. DIONYSII.

PIPPINVS PER LEGATOS NIHIL OBTINET A R. LONGOB.

HABET PLACITVM APVD BRENNACVM.

III. Illo de Placito intelligendæ literæ, quas Pippino Regi Bonifacius [a] in hunc modum ſcripſit. *Domino Excellentiſſimo Pippino Regi Francorum, Bonifacius Epiſcopus in Domino ſalutem. Celſitudinis veſtræ clementiæ magnas gratias agimus, & Dominum Ieſum Chriſtum precantes, vt vobis in Regno cælorum æternam mercedem retribuat, eò quòd petitiones noſtras clementer exaudire dignati eſtis, & ſenectutem meam atque infirmitatem conſolari. Nunc autem, glorioſe fili, cognoſcas, quia per miſericordiam Dei credo, quod poſſim in ſeruitio veſtro iterum eſſe. Proptereà petimus vos, vt nobis indicetis, ſi ad Placitum veſtrum debeamus venire, vt veſtram voluntatem perficiamus. Quidam ſeruus Eccleſiæ noſtræ, & ipſe mendaciſſimus, qui nos arte fugiebat, Ansfrid nomine, veniens ad nos cum indiculo veſtro, rogans vt ei iuſtitiam faceremus, miſimus illum ad vos cum ipſis literis, cum Miſſo noſtro, vt cognoſcatis quia mentitus vobis eſt, petentes vt nos pro mercede veſtra defendatis contra tales falſarios, & eorum mendaciis non credatis. Valete in Deo ſemper.*

[a] Ep. 104.

LITTERAS ACCIPIT A BONIFACIO EP. VLTRAIECT.

IV. Pippinus apud Cariſiacum Paſcha celebrauit. Id colligitur ex Regione, qui res anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-tertio geſtas, bellum videlicet Saxonicum, mortem Gripponis, iter à Stephano Papa in Franciam ſuſceptum, complexus, de proximis feſtiuitatibus Natiuitatis Domini & Paſchæ, quarum altera ad eundem annum, altera ad ſubſequentem pertinuit, hæc ſcripſit. *Natiuitatem Domini in Theodonis villa, Paſcha in Caraſiaco Dominus Rex celebrauit.* Hoc autem anno Paſcha in diem decimum-quintum menſis Aprilis incidit.

PASCHA CELEBRAT IN CARISIACO.

Pontigo

AN. CH. 754.

PIPPINI R. 3.

Pontigo villa Regia in Epiſcopatu Catalaunenſi, bidui tantùm itinere diſtabat à Cœnobio Sancti Michaelis, quod in Diœceſi Virodunenſi Wolfandus Comes regnante Childeberto Tertio condiderat. Huc Stephanum ac Pippinum è Pontigonenſi Palatio profectos, ipſúmque Monaſterium à Papa dedicatum, & à Rege multis auctum redditibus ſcribit Waſburgius[a]. V.

Reliquam hyemem, vt dictum ſuprà, Stephanus in Cœnobio San-Dionyſiano prope Pariſios egit. Rex apud Cariſiacum Paſcha celebrauit. Illuc quoque poſtmodum ſe contulit Papa. Cùm enim eo in loco morabatur, ad varia conſulta, de quibus fuerat interrogatus, nouemdecim Brittaniaco Monaſterio dedit reſponſa, quæ Iacobus Sirmondus ex Codice Sanctæ Mariæ Laudunenſis primus euulgauit, additâ notatiunculâ, quâ teſtatur hæc in eiuſdem Codicis fine legi. *Expliciunt quæ Domnus Papa Stephanus in Cariſiaco villa, Brittaniaco Monaſterio ad interrogata dedit reſponſa.* Porrò reſponſa illa in triplici verſantur materia; decem ſunt de matrimonio, quinqne de baptiſmo, cetera de Clericis.

[a] Lib. 2. in Epiſc. 17.

STEPHANVS PP. ILLVC ETIAM PROFICISCITVR.

RESPONDET MONACHIS BRITTANIAC.

Primum reſponſum eſt de eo, qui ancillam ſeu fornicariam abiicit, & vxorem legitimam accipit. *In epiſtola Leonis Papæ ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum cap. 5. ita continetur.* [*Ancillam à toro abiicere & vxorem certæ ingenuitatis accipere, non duplicatio coniugij, ſed profectus eſt honeſtatis.*] Lege Gratianum, parte ſecundâ Decreti, causâ triceſimâ-ſecundâ, quæſtione ſecundâ, capite vndecimo. VI.

AD VARIA CONSVLTA DE MATRIMONIO.

Secundo Stephani reſponſo exponuntur caſus, in qnibus ſeparandi ſunt, qui ſe copulauerunt in coniugio, ſi vni eorum contigerit, vt debitum reddere non poſſit. *Si quis*, inquit Stephanus, *ſe in coniugio copulauerit, & vni eorum contigerit, vt debitum reddere non poſſit, non liceat eos ſeparare; nec pro alia infirmitate, excepto ſi dæmonij infirmitas aut lepra macula ſuperuenerit; ceterùm ſi ab his duabus infirmitatibus liberi fuerint inuicem coniuncti, vnus alteri ſeruitium exhibeat.* VII.

Tertium reſponſum eſt de eo, qui ancillæ ſeu fornicariæ in aliena regione miſcetur, deinde ſuam in patriam reuerſus ingenuam ſeu legitimam vxorem ducit, poſteà in alienam regionem denuò proficiſcitur, ibíque ancillam, quacum fornicatus eſt, alij viro ſociatam reperit. Stephanus huiuſcemodi virum negat alij poſſe in extera regione coniungi, quandiu ſuperſtes eſt vxor, quam in propria patria duxit. *Si quis in aliena patria ancillam duxerit in conſortium, poſteà in propriam reuerſus, ingenuam acceperit; & iterum contigerit, vt ad ipſam, quâ inanteà fuerat, patriam reuertatur, & illa ancilla, quam priùs habuit, alij viro ſociata fuerat; hic talis poteſt aliam accipere, tamen non illâ viuente ingenuâ, quam in patria própria habuit.* VIII.

Quarto reſponſo vetat Stephanus, ne quis commatrem de baptiſmo vel confirmatione in vxorem ducat. *Vt nullus habeat commatrem ſuam ſpiritalem tam de fonte ſacro, quàm de confirmatione, neque ſibi clàm in ñeutra parte coniugio ſociatam. Quòd ſi coniuncti fuerint, ſeparentur.* IX.

Quintò Stephanus interrogatus, vtrùm viro, qui vxorem repudiarit, liceat illâ viuente aliam ducere, negat id licere, ſuámque ſententiam confirmat allegatâ Innocentij Papæ ad Exuperium Toloſanum Pontificem epiſtolâ. *Si vxor*, inquit, *à viro repudiata fuerit, vtrùm liceat viro illâ viuente aliam ducere, in epiſtola Domni Innocentij Papæ directa ad Exuperium Toloſanum Epiſcopum continetur.* [*Qui interueniente repudio alij ſe matrimonio copularunt, quos in vtraque parte adulteros eſſe manifeſtum eſt. Qui verò vel vxore viuente, quamuis deſociati videantur eſſe à coniugio, ad aliam copulam feſtinarunt, neque poſſunt adulteri non videri, in tantum vt etiam eæ perſonæ, quibus tales coniuncti ſunt, etiam ipſæ adulterium commiſiſſe videantur, ſecundùm illud quod legitur in Euangelio; qui dimiſerit vxorem ſuam, & aliam duxerit, mœchatur; & ideo omnes à communione abſtinendos.*] Hæc epiſtola eſt Innocentij Primi, datáque reperitur *decimo Kalendas Martias, Stili-*

AN. CH. 754. PIPPINI R. 3.

cone ſecundùm & Anthemio, viris Clariſſimis Conſulibus, id eſt, ſeculi quinti anno quinto.

XI. Sextum reſponſum eſt de virginibus, quæ nondum velatæ promiſſam virginitatem tranſgrediuntur, & matrimonium ineunt. De illis Stephanus eadem ſtatuit ac Innocentius Primus in literis ad Victricium Rotomagenſem Epiſcopum decimo-quinto Kalendas Martias, Honorio Auguſto ſextùm & Ariſtæneto viro Clariſſimo Conſulibus, id eſt, anno Chriſti quadringenteſimo quarto, directis. *De his, quæ promiſſam virginitatem tranſgredientes matrimonium inierunt, in epiſtola beati Innocentij Papæ directa Victricio Rotomagenſi Epiſcopo, cap.* XV. *ita continetur.* [*Eæ verò, quæ necdum ſacro velamine ſunt tectæ, tamen in propoſito virginali ſemper viuere ſe promiſerant, licèt velatæ non ſint, ſi fortè nupſerint, his agenda aliquanto tempore pœnitentia, quia ſponſio earum à Domino tenebatur. Si enim inter homines ſolet bonæ fidei contractus nullâ ratione diſſolui, quantò magis iſta pollicitatio, quam cum Deo pepigit, ſolui ſine vindicta non debet? Nam ſi Apoſtolus Paulus, quæ à propoſito viduitatis diſceſſerunt, dixerit eas habere damnationem, quia primam fidem irritam fecerint, quantò magis virgines, quæ pactionis ſuæ fidem minimè ſeruauerunt?*]

XII. Septimum reſponſum eſt de Monachis & Monialibus extra Monaſteriorum clauſtra fugientibus, vt matrimonium ineant. De vtriſque Stephanus iuxta Concilium Calchedonenſe ſic decernit. *De Monachis & Nonnis de Monaſterio fugientibus, in Concilio Calchedonenſe, cap.* XVI. *ita continetur.* [*Virginem, quæ ſe Deo conſecrauerit, ſimiliter & Monachum, non licere nuptialia iura contrahere. Quòd ſi hoc inuenti fuerint perpetrantes, excommunicentur. Confitentibus autem decreuimus, vt habeat auctoritatem eiuſdem loci Epiſcopus, humanitatem miſericordiámque largiri.*]

XIII. Octauò Stephanus de vidua, quæ ſuſcepto velo poſteà nupſit, ita ratiocinatur ex epiſtola Siricij Papæ ad Himerium Epiſcopum Tarraconenſem tertio Idus Februarias, Arcadio & Bautone Conſulibus, id eſt, anno Chriſti trecenteſimo octogeſimo-quinto, ſcripta. *De muliere, quæ poſt mortem viri ſui velata fuerit aliquantùm temporis, & poſteà virum accipit, in Epiſtola Siricij Papæ ad Epiſcopum Himerium Tarraconenſem directa cap.* V. *ita continetur.* [*De his verò, qui actâ pœnitentiâ, tanquam canes ac ſues ad vomitus priſtinos & volutabra redeuntes, & militiæ cingulum, & noua coniugia, & inlicitos denuò adpetiere concubitus, quorum profeſſam incontinentiam generati poſt abſolutionem filij prodiderunt. De quibus, quia iam ſuffugium non habent pœnitendi, id diximus decernendum, vt ſolâ in Eccleſia fidelibus oratione iungantur; ſacra myſteriorum celebritati, quamuis non mereantur, interſint; à Dominicæ autem menſæ conuiuio ſegregentur, vt hac ſaltim diſtrictione correpti, & ipſi ſe caſtigent, & alij à talibus retrahantur. Quos tamen, quoniam carnali fragilitate ceciderunt, viatico munere, cùm ad Deum cœperint proficiſci, per communionis gratiam volumus ſubleuari. Quam formam & circa mulieres, quæ ſe poſt pœnitentiam talibus pollutionibus deuinxerint, ſeruandam eſſe cenſemus.*] *Qua de re iuxta huius venerabilis viri ſententiam, eandem mulierem, quæ tali nefario coniugio, abiecto monaſtico habitu, copulata eſt, & in id, quod Deo promiſit, non perdurauit, decreuimus in Monaſterium ſine mora mittendam, vt illic in ſua pœnitentia finiat vitam.*

XIV. Nonum reſponſum eſt de viro ſano, qui leproſam vxorem duxit. *Si ſanus vir leproſam vxorem duxerit, vt poſtmodum ei ſuperueniat lepra, poſtpoſitâ negligentiâ tales ſeparentur, ne concepti filij lepra maculâ polluantur. Fas namque eſt, vt mundus ad mundam iungatur.*

XV. Huc vſque Stephanus ad conſulta de matrimonio nouem fecit reſponſiones, præter quas in eadem materia verſatur decima-nona, quam ſuo loco & ordine recitabimus. Interim proximæ ſequuntur quinque de Baptiſmo.

Decimo igitur reſponſo Stephanus Papa conſultum ſe teſtatur *de illo Presbytero, qui dicit ſe neſcire qui eum benedixit, & tamen aliquantùm temporis Miſſas fecit & baptizauit; poſteà autem ipſum officium dimittens vxorem duxit.* Hæc interrogatio commodè tres in articulos diuidi poteſt, quorum primus ad reatum illius viri, ſecundus ad Baptiſmum ab eo collatum, tertius ad culpam mulieris ſpectat. Ad primum articulum ſic Stephanus. *Hunc verò Presbyterum quis ambigat omnino culpabilem, qui ſacrilego auſu quod ſibi collatum ignorabat vti minimè debuit? Pro quo omnimodo abiiciendus eſt, & in Monaſterium mittendus, vt illic ſub digna pœnitentia ſuam lugendo finiat vitam.* Ad ſecundum ſic. *Infantes verò illi, quos baptizauit, ſi in nomine Sanctæ Trinitatis ſunt baptizati, omnimodo probantur baptizati, pro eo quòd & laicis, ſi neceſſitas vrget, vt non illi, qui baptizandi ſunt, in æternum pereant, licentia data eſt in hoc ſuccurrere.* Ad tertium ſic. *Mulier verò illa, quam in vxorem ſacrilegus ipſe pſeudopresbyter accepit, ſi cognouit, quia officium Presbyteri fungebatur, & ita cum eo coniuncta eſt, & illa in Monaſterio pœnitentiæ ſubmittatur. Si verò ignoranter hoc egit, nulla ei adſcribitur culpa.* AN.CH. 754. PIPPINI R. 3. XVI. DE BAPTISMO. IX.

XVII. Vndecimum reſponſum eſt de Presbytero, qui, cùm deeſſet aqua, periclitantem infantem vino baptizauit. *Si in vino quis, propterea quòd aquam non inueniebat, omnino periclitantem infantem baptizauit, nulla ei exinde adſcribitur culpa. Infantes ſic permaneant in ipſo Baptiſmo. Nam ſi aqua adfuit præſens, ille Presbyter excommunicetur, & pœnitentiæ ſubmittatur, quia contra Canonum ſententiam agere præſumpſit.* Sic habet editio Sirmondana, ſed inſigni prorſus mendo, quis enim vnquam docuit Baptiſmum in vino conferendum? Reſponſo Apoſtolico intruſæ ſunt hæ voces, *infantes ſic permaneant in ipſo Baptiſmo*, quibus expunctis reſponſio rectè procedit. Papa ſtatuit, vt Presbyter, qui infantem, cùm præſens adeſt aqua, in vino baptizauit, excommunicetur ac pœnitentiæ ſubiiciatur, quia contra Canones agere præſumpſit. Eiuſmodi verò pœnas negat infligendas Presbytero, qui propterea quòd aquam non inueniebat, omnino periclitantem infantem in vino baptizauit, in hoc enim caſu ſupponit nullum Canonum interceſſiſſe contemptum. Interpolationem, de qua conquerimur, amanuenſis incuriâ tranſlatam exiſtimamus ex ſequentibus reſponſis decimo-tertio & decimo-quarto. In reſponſo enim decimo-tertio hæc occurrunt. *Infantes verò, quos baptizauit, in hoc Baptiſmo permaneant.* Et in decimo-quarto iſta. *Infantes verò illi, quos baptizauit, in eo permaneant Baptiſmo.* Opinioni noſtræ non parum fauet pluralis numerus, qui legitur in reſponſis decimo-tertio & decimo-quarto, eiſque omnino competit, vt patebit infrà, nequaquam autem reſponſo vndecimo quod examinamus, phraſis enim, quæ præcedit, in ſingulari numero ſic exaratur. *Si in vino quis, propterea quòd aquam non inueniebat, omnino periclitantem infantem baptizauit, nulla ei adſcribitur culpa.* Totum igitur reſponſum ita reſtituendum. *Si in vino quis, propterea quòd aquam non inueniebat, omnino periclitantem infantem baptizauit, nulla ei exinde adſcribitur culpa. Nam ſi aqua adfuit præſens, ille Presbyter excommunicetur, & pœnitentiæ ſubmittatur, quia contra Canonum ſententiam agere præſumpſit.*

XVIII. Duodecimò, Stephanus interrogatus, *ſi licet per neceſſitatem cum concha, aut cum manibus, infanti in infirmitate poſito aquam ſuper caput fundere, & ſic baptizare*, reſpondet in hunc modum. *Hoc Baptiſma, ſi in nomine Sanctæ Trinitatis peractum fuerit, firmiter permanebit; præſertim cùm & neceſſitas expoſcit, vt ille, qui ægritudine detentus eſt, hoc modo rènatus particeps Dei Regni efficiatur.*

XIX. Decimò-tertiò, Stephanus Papa *de illo Presbytero, qui baptizauit, tamen nec Symbolum, nec Orationem Dominicam, nec Pſalmos tenet, nec ſcit ſi Epiſcopus eum benedixit*, ita ſtatuit. *Hic primùm omnium dignitatem, quâ illi-*

AN. CH. 754. PIPPINI R. 3. *citâ vti præſumpſit, amittens, ſub diſtricta pœnitentia, & in Monaſterium mittatur, & omnibus diebus vitæ ſuæ plangens quod incongruè geſſit, degat vitâ Monaſticâ. Infantes verò, quos baptizauit, ſi in nomine Sanctæ Trinitatis baptizati ſunt, in hoc Baptiſmo permaneant.*

XX. Decimò-quartò, Stephanus *de illo Presbytero, qui baptizauit iſto modo ſic ruſticè; in nomine Patris mergo, & Filij mergo, & Spiritus Sancti mergo; & neſcit ſi Epiſcopus fuit qui eum benedixit*, ita decernit. *Hic, qui ordinationem ſuam ignorat, omnino abiiciendus eſt, & ſub arta pœnitentia in Monaſterium mittendus, vt omnibus diebus vitæ ſuæ in luctu & fletu ſub Monaſtico habitu conuerſetur. Infantes verò illi, quos baptizauit, licèt ruſticè, quia in nomine Sanctæ Trinitatis ſunt baptizati, in eo permaneant Baptiſmo.*

XXI. Quinque ſuperioribus capitulis Papa reſpondit ad interrogationes de Baptiſmo. Sequuntur conſulta & reſponſa de Epiſcopis, Preſbyteris, Diaconis, aliiſque Clericis.

XXII. DE CLERICIS. Decimò-quintò, Stephanus de Epiſcopo accuſato & condemnato ſic reſpondet ex Concilio Antiocheno. *De Epiſcopo accuſato in Concilio Antiocheno cap.* XV *ita continetur.* [*Si quis Epiſcopus de certis criminibus accuſatus condemnetur ab omnibus Epiſcopis eiuſdem prouinciæ, cunctique conſonanter eandem contra eum formam decreti protulerint, hunc apud alios nullomodo iudicari, ſed firmam concordantium Epiſcoporum prouinciæ manere ſententiam.*]

XXIII. Decimò-ſextò, Stephanus de Preſbyteris, Diaconis aliiſque Clericis in iudicium vocatis ita reſpondet ex Concilio Carthaginienſi. *De Presbyteris vel Diaconibus accuſatis, in Concilio Carthaginienſe cap.* XX *ita continetur.* [*Si autem Presbyteri aut Diaconi fuerint accuſati, adiuncto ſibi ex vicinis locis cum proprio Epiſcopo legitimo numero Collegarum, quos ab eodem accuſati petierint, id eſt, vnà ſecum in Presbyteri nomine* VI. *in Diaconi* III. *ipſorum cauſam diſcutiant, eâdem dierum & dilationum, & diſcuſſionis perſonarum inter accuſatores & eos qui accuſantur formâ ſeruatâ. Reliquorum autem Clericorum cauſas etiam ſolus Epiſcopus loci cognoſcat & finiat.*]

XXIV. Decimò-ſeptimò, Stephanus de Preſbytero, cuius crimen ante ordinationem admiſſum innotuit, ita reſpondet ex Concilio Neocæſarienſi. *De Presbytero, qui culpam criminalem incidit, & peccatum eius publicatum eſt, in Concilio Neocæſarienſe cap.* IX *ita continetur.* [*Presbyter, ſi præoccupatus corporali peccato prouehatur, & confeſſus fuerit de ſe, quòd ante ordinationem deliquerit, oblata non conſacret, manens in reliquis officiis propter ſtudium bonum. Nam peccata reliqua plerique dixerunt per manûs impoſitionem poſſe dimitti. Quòd ſi de ſe non fuerit confeſſus, & argui manifeſtè nequiuerit, poteſtatis ſuæ iudicio relinquatur.*]

XXV. Decimo-octauo reſponſo Papa, ne Clerici vel Monachi comam nutriant, ita prohibet. *Nullus Clericus, aut Monachus, comam laxare præſumat, aut anathema ſit.*

XXVI. ITERVM DE MATRIMONIO. Quatuor ſuperioribus reſponſis, quæ ſpectant ad Clericos, Stephanus Papa poſtremum ſubiicit de matrimonio, & in cauſa fœminæ, quæ alteri nupſit, eùm eius vir in aliena prouincia mortuus falsò putabatur, reſponſione decimâ-nonâ ſic ratiocinatur ex Leonis Papæ literis [a] ad Nicetam Aquileienſem Epiſcopum directis. *De ſeparata à marito, ſi vir eius in aliena prouincia viuere putabatur, in epiſtola beati Leonis Papæ directa ad Nicetam Aquileienſem Epiſcopum ita continetur.* [*Cùm enim per bellicam cladem, & per grauiſſimos hoſtilitatis incurſus, ita quædam dicatis diuiſa eſſe coniugia, vt abductis in captiuitatem viris fœminæ eorum remanſerint deſtitutæ, quæ viros proprios, aut interemptos putarent, aut nunquam à dominatione crederent liberandos, & in aliorum coniugium ſolitudine cogente tranſierint. Cùmque nunc ſtatu rerum, auxiliante Domino, in meliora conuerſo, nonnulli eorum, qui putabantur periiſſe, remeauerint, meritò caritas tua videtur ambigere,*

[a] Ep. 79.

quid de mulieribus, quæ aliis iuncta ſunt viris, à nobis debeat ordinari. Sed quia nouimus ſcriptum, quòd à Deo iungitur mulier viro, & iterum præceptum agnouimus, vt, quos Deus iunxit, homo non ſeparet; neceſſe eſt vt legitimarum fœdera nuptiarum redintegranda credamus, & remotis malis, quæ hoſtilitas intulit, vnicuique id, quod legitimè habuit, reformetur, omni ſtudio procurandum eſt, vt recipiat vnuſquiſque quod proprium eſt. Nec tamen culpabilis iudicetur, & tanquam alieni iuris peruaſor habeatur, qui perſonam eius mariti, qui iam non eſſe exiſtimabatur, aſſumpſit. Sic enim multa, quæ ad eos, qui in captiuitatem ducti ſunt, pertinebant, in ius alienum tranſire potuerunt, & tamen plenum iuſtitia eſt, vt iiſdem reuerſis propria reformentur. Quòd ſi in mancipiis, vel in agris, aut etiam in domibus ac poſſeſſionibus ritè ſeruatur, quantò magis in coniugiorum redintegratione faciendum eſt, vt quod bellicâ neceſſitate turbatum eſt, pacis remedio reformetur? Et ideo ſi viri poſt longam captiuitatem reuerſi, ita in dilectione ſuarum coniugum perſeuerant, vt eas cupiant in ſuum redire conſortium, omittendum eſt, & inculpabile iudicandum, quod neceſſitas intulit, & reſtituendum eſt quod fides poſcit. Si autem aliquæ mulieres ita poſteriorum virorum amore ſunt captæ, vt malint his cohærere, quàm ad legitimum redire conſortium, meritò ſunt notandæ, itaut etiam Eccleſiaſticâ communione priuentur, quæ de re excuſabili contaminationem criminis elegerint, oſtendentes ſibimet pro ſua incontinentia placuiſſe, quod iuſta remiſſio potuit expiare. Redeant ergo ad ſuum ſtatum voluntariâ redintegratione coniugia: neque vllo modo ad opprobrium malæ voluntatis trahant, quod conditio neceſſitatis extorſit; quia ſicut hæ mulieres, quæ reuerti ad viros ſuos nolunt, impiæ ſunt habendæ; ita illæ, quæ in affectum ex Deo initum redeunt, meritò ſunt laudabiles iudicandæ.]

XXVII. Non habetur Index Abbatum, qui Brittaniaco Monaſterio præfuerunt, ſciríque non poteſt, quis illius loci tunc Abbas eſſet, cùm apud Cariſiacum Brittaniacenſes Monachi quæſtiones Stephano Papæ ſoluendas propoſuerunt. Epiſcopatum Nouiomenſem, vbi tunc Brittaniacus * ſeu Brittennacus, regebat Eliſæus Epiſcopus; Sueſſionenſem Diœceſim, vbi Cariſiacum, Hubertus Epiſcopus adminiſtrabat. In Sancti Hucberti Monachi quondam Brittaniacenſis encomio, quod Tomo primo Seculi tertij Benedictini publicatum eſt[a], variæ referuntur viciſſitudines, quibus obnoxium fuit Brittaniacenſe Monaſterium. A Diœceſi enim Nouiomenſi ſeu Nouiomagenſi tranſiit in Sueſſionicam, & ex florentiſſimo Cœnobio abiit in Prioratum Ordinis Cluniacenſis à Lihonio dependentem. Duabus maximè rebus, habitatione Sancti Hucberti Monachi, & Stephani Papæ Reſponſis ſuprà deſcriptis illuſtratum olim eſt, nunc verò præter Sancti Hucberti Reliquias nihil ſeruat ornamenti. Hucbertus Brittaniaci, Petro & Ioannâ parentibus, eius loci dominis, natus dicitur regnante tum Childeberto. Puer duodennis adiunctus eſt cœtui Monachorum, à quibus eruditus eſt adeò feliciter, vt dignus habitus ſit, qui promoueretur ad Preſbyteratum. Per omnem vitam ieiunium tenuit ternis cuiuſque Hebdomadæ feriis, ſecundâ, quartâ & ſextâ. Annis triginta in Monaſterio exactis obiiſſe perhibetur Dagoberti Regis Principatu, tertio Kalendas Iunij. Paucis poſt eius obitum diebus quidam vir præpotens ac nobilis, cui brachium dextrum iamdudum riguerat, ad eius tumulum acceſſit, ibíque ſanitatem promeruit. Decem quoque dæmoniaci ex vico Sueſſionenſis pagi, cui nomen Turris-Comitis, ad eius ſepulchrum liberati ſunt. In Martyrologio Benedictino, pridie Kalendas Iunij, memoratur *in Picardia depoſitio Sancti Huberti Abbatis, magnæ ſanctitatis viri*. Eccleſiaſticum illius Officium quot annis recitari ſolitum, necnon Epiſtolam ſat prolixam de eiuſdem Sancti Geſtis legerunt, qui texuerunt eius elogium, abſtinuerunt tamen ab Abbatis nomine, faſsíque ſunt nihil ferè certum aut memoriâ dignum in vtraque narratione reperiri. Si beatus Hucbertus duos & quadraginta vixit

* *Bretigny.*

[a] Ad an. circ. 753.

BRITTANIACI MON. VARIÆ VICISSITVDINES.

S. HVCBERTVS MONACHVS BRITTANIAC.

AN. CH. 754. PIPPINI R. 3.

annos, vt innuunt iidem Auctores, natúſque eſt *regnante Childeberto*, ac mortuus *Dagoberti Regis Principatu*, natus eſt regnante Childeberto Secundo, mortuúſque Dagoberto Primo Rege, quia Childebertus Secundus ab anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-quinto ad annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-ſextum, Dagobertus Primus ab anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-ſecundo ad annum Chriſti ſexcenteſimum duodequadrageſimum regnauit, aliorum verò Childebertorum ac Dagobertorum Principatus haud ita comparantur, vt natus ſub Childeberto mortuúſque ſub Dagoberto dici poſſit aliquis, cuius ætas omnis annorum duorum & quadraginta ſpatio circumſcribatur. Sepultus eſt S. Hucbertus in ſacello, quod extat hactenus, & ſacellum * bilancium vocatur, *vbi etiam ſupereſt ara neglecta, ſacrata S. Gamoni, cuius effigies aræ ſuperimpoſita cernitur cum inſignibus Abbatis*. De Sancto Gamone nihil aliud occurrit. Porrò ſacellum bilancium, quod eſt ad partem Septentrionalem maioris Altaris beato Petro nuncupati, nomen bilancium ex eo videtur accepiſſe, quòd ibi ponderarentur ægri, maximè qui ob vitandam rabiem ex morſu canum rabioſorum illuc remedij cauſa ſe conferebant. Id enim ſuperſtitione quadam obſeruatum in aliis etiam locis, vt cùm homines quouis incommodo laborantes vota continuarent ratis diebus in frequentioribus Sanctorum quorumdam ſedibus, quotidie penſitarentur ſeu ponderarentur in libra ad hoc ſuſpenſa, experimentum facturi ex ponderis decremento, an morbus ſeu ægritudo hominis affecti decreſceret [a].

* *La Chapelle des balances.*

S. GAMO ABBAS.

SACELLVM BILANCIVM VNDE SIC DICTVM.

[a] Hiſt. Tranſlat. SS. Arſacij & Quirini, Tom. 1. Secul. 3. Benedict. ad an. 746.

XXVIII. Cùm Pippinus apud Cariſiacum morabatur, illuc quoque venit ex Italia Carolomannus eius frater Monachus Caſinenſis ante aliquot annos factus. Stephanum Papam & Carolomannum Monachum anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-tertio profectos in Franciam teſtantur Annales Petauiani, ſic. DCCLIII. *Papa Stephanus venit ab vrbe Roma in Franciam, & Karolomannus poſt eum.* Loiſeliani, ſic. *Eodem anno Stephanus Papa venit in Franciam, adiutorium & ſolatium quærendo pro iuſtitiis S. Petri. Similiter & Carolomannus Monachus & germanus ſupradicti Pipini Regis per iuſſionem Abbatis ſui in Franciam venit, quaſi ad conturbandum petitionem Apoſtolicam.* Stephanus, teſte Anaſtaſio, XV *die menſis Nouembris ſeptimæ Indictionis*, id eſt anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-tertio, *à ciuitate Papia mouens ſuum in Franciam profectus eſt iter*, & ad Regiam Pontigonis peruenit *ſextâ Ianuarij menſis die*, ſiue anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-quarto per ſex dies iam inchoato ſecundùm noſtram computationem, quia principium anni à Kalendis Ianuarij petimus. Seriùs Stephano viæ ſe commiſit, ſeriúſque Franciæ fines attigit Carolomannus. Hic enim, cùm Stephanus Papiâ digreſſus eſt, Monachum apud Caſinum agebat, nec iter in Franciam ſuſcepit ante ſcriptas ab Aiſtulfo Longobardorum Rege literas imperatámque ab Abbate Caſinenſi profectionem. *Aiſtulphus*, inquit Anaſtaſius [b], *Carolomanno fratri Pipini, qui in Monaſterio beati Benedicti deuotè per reuolutum temporis ſpatium degebat Monachus, ſuadens, eum in Francia prouinciam ad ſibi obediendum, atque ad aduerſandum cauſæ demptionis ſanctæ Dei Eccleſiæ & Reipublicæ Romanorum direxit*, aut potiùs, vt exiſtimare conuenit, ab Abbate ſuo dirigendum curauit, teſte enim Annaliſtâ Loiſeliano, eiúſque aſſeclis, qui magno ſunt numero, *Carolomannus Monachus per iuſſionem Abbatis ſui in Franciam venit.* Annaliſta Laureshamenſis [c], poſtquàm dixit Stephanum Papam in villam veniſſe, *quæ vocatur Cariſiacus*, vt multa Pippino Regi contra Longobardos ſuggereret, hæc appoſitè de Carolomanno ſubiungit. *Venit & Karolomannus frater Regis iam Monachus factus, iuſſu Abbatis ſui, vt apud fratrem precibus Romani Pontificis obſiſteret. Inuitus tamen hoc feciſſe putatur, quia nec ille Abbatis ſui iuſſa contemnere, nec Abbas illius præceptis Regis Longobardorum, qui ei hoc imperauerat, audebat reſiſtere.* Sigonius [d] preces Rachis Longobar-

CARISIACVM QVOQVE VENIT CAROLOMANNVS MONACHVS PIPPINI FRATER.

[b] In Codd. Reg. & Mazar.

[c] Ad an. 753.

[d] Lib. 3. de Regn. Ital. in Aiſtulf. R.

AN. CH. 754. PIPPINI R. 3.

dorum quondam Regis, tum Monachi Caſinenſis, ſic addit. *Pipini frater Carlomannus, Caſſinas Monachus, ex Italia ad diſſuadendam expeditionem, ſed inuitus, profectus; neque enim ipſe Abbatis ſui iuſſa detrectare, neque Abbas aut Rachis Monachi preces repudiare, aut Aiſtulſi fratris eius imperium auſus eſt recuſare.* Admodùm probabile videtur Aiſtulfum, cùm Carolomannum ex Italia in Franciam mitti ſummoperè cuperet, ea de re non tantùm Optato Abbati Caſinenſi, qui tunc annum Præfecturæ ſuæ ſeptimum agebat, ſed etiam Rachi fratri ſuo ſcripſiſſe, qui Regno Longobardorum abdicato Monachum ante aliquot annos apud Caſinum induerat.

Ex ſupradictis liquet poſt Stephani Papæ aduentum in Palatium Ponticonenſe, vbi primùm cum Pippino Rege de auxilio Eccleſiæ Romanæ & Reipublicæ Romanorum præſtando collocutus eſt, nonnullos effluxiſſe menſes, antequàm Carolomannus ad Pippinum fratrem in villa Cariſiaco commorantem peruenerit; ídque poſt Paſcha contigiſſe. Quam ob cauſam Carolomannus iter in Franciam ſuſceperit, audiſti ſuprà. *Nitebatur omnino & vehementiùs decertabat Sanctæ Dei Eccleſiæ cauſam ſubuertere; iuxta quod à præfato Rege Aiſtulfo fuerat directus. Sed Domino propitiante minimè valuit ſui germani Pipini Regis Francorum in hoc cor inclinare. Potiùs autem comperto Aiſtulfi ingenio, totâ virtute iſdem Pipinus profeſſus eſt decertare pro cauſa Sanctæ Dei Eccleſiæ, ſicut pridem iam dicto Pontifici ſpoponderat.* Hæc Anaſtaſius. XXIX.

Bellum in procinctu videbatur, retardata tamen eſt expeditio, quia Pontifex graui periculoſóque morbo laborauit, de quo mox acturi ſumus. Sub hoc autem tempus, Bonifacius Vltraiectenſis Antiſtes in Friſiam paganam ſiue vlteriorem profecturus, vbi Martyrium, quod anno ſequenti narrabimus, feliciter conſummauit, haſce literas [a] ad Fulradum ſeu Fulredum Preſbyterum & Abbatem direxit. *Bonifacius ſeruus ſeruorum Dei, gratiâ Chriſti Epiſcopus, chariſſimo Conſacerdoti Fulredo Presbytero perennem in Chriſto charitatis ſalutem. Fraternæ dilectionis tuæ ſpiritalem amicitiam, quam ſæpè in neceſſitatibus meis pro Dei intuitu feciſti, dignas gratias, quantas meruiſti, perſoluere non poſſum, ſed Deum Omnipotentem deprecor, tibi in alto cælorum culmine mercedis præmia in gaudio Angelorum æternaliter retribuat. Nunc autem in Chriſti nomine deprecor, vt quod bono initio cœpiſti, cum bono fine perficias, id eſt, vt meo verbo glorioſum & amabilem Regem noſtrum Pippinum ſalutaueris, & illi magnas gratias referas de omnibus pietatis operibus, quæ mecum fecit, & vt illi referas, quod mihi & amicis meis ſimiliter videtur, vt vitam iſtam temporalem & curſum dierum meorum per iſtas infirmitates citò debeam finire. Propterea deprecor Celſitudinem Regis noſtri pro nomine Chriſti filij Dei, vt mihi nunc viuenti indicare & mandare dignetur circa diſcipulos meos, qualem mercedem poſteà de illis facere voluerit. Sunt enim penè omnes peregrini; quidam Presbyteri per multa loca ad miniſterium Eccleſiæ & populorum conſtituti; quidam ſunt Monachi per cellulas noſtras; & infantes ad legendas literas ordinati ſunt; & aliqui ſeniores, qui longo tempore mecum viuentes laborauerunt, & me adiuuabant. De his omnibus ſollicitus ſum, vt poſt obitum meum non diſperdantur, ſed vt habeant mercedis veſtræ conſilium & patrocinium Celſitudinis veſtræ, & non ſint diſperſi, ſicut oues non habentes Paſtorem, & populi prope marcam paganorum non perdant legem Chriſti. Propterea Almitatis veſtræ clementiam diligenter in Dei nomine deprecor, vt filiolum meum Lullum & Coepiſcopum, ſi Deus voluerit, & ſic clementiæ veſtræ placeat, in hoc miniſterium populorum & Eccleſiarum componere & conſtituere faciatis prædicatorem & doctorem Presbyterorum & populorum. Et ſpero, ſi Deus voluerit, quòd in illo habeant Presbyteri Magiſtrum, & Monachi regularem Doctorem, & populi Chriſtiani fidelem prædicatorem & Paſtorem. Propterea hoc maximè fieri peto, quia Presbyteri mei propter marcam pa-* XXX.

[a] Ep. 92.

BONIFACIVS DISCIPVLOS SVOS PIPPINO COMMENDAT SCRIPTIS AD FVLRADVM ABBATEM EA DE RE LITERIS.

ganorum pauperculam vitam habent; panem ad manducandum acquirere poſſunt, ſed veſtimenta ibi inuenire non poſſunt, niſi aliunde conſilium & adiutorem habeant, vt ſuſtinere & indurare in illis locis ad miniſterium populi poſſint, eodem modo ſicut ego illos adiuui. Et, ſi pietas Chriſti hoc vobis inſpirauerit, & hoc, quod peto, conſentire & facere volueritis, per hos Miſſos meos præſentes, aut per literas pietatis veſtræ hoc mihi mandare & indicare dignemini, vt eò lætior in mercede veſtra viuam vel moriar. Ioannes Bollandus [a] haſce Bonifacij literas priùs datas exiſtimat, quàm Lullus à Bonifacio Moguntiacenſis Archiepiſcopus ordinaretur; ſeriùs verò ſcriptas arbitrare, quia Bonifacius eodem quo Pippinus Rex factus eſt anno Moguntiacenſem Archiepiſcopatum ſponte dimiſit Lullo ſucceſſore deſignato, eundémque Lullum in prædictis literis *Coepiſcopum* iam appellauit. Illarum igitur literarum non is fuit ſcopus, vt Lullus annuente Pippino Rege Moguntiacenſis Archiepiſcopus conſtitueretur, id enim ante biennium iam peractum fuerat, ſed vt poſt Bonifacij mortem, curam diſcipulorum, quibus hic erat vſus, ſuſciperet idem Lullus, ne poſt obitum Magiſtri diſpergerentur inſtar ouium, quæ carent Paſtore. Quin & Bonifacius, priuſquam iter in Friſiam vlteriorem ſuſciperet, Lullum Archiepiſcopum adiit, &

PROFICISCITVR MOGVNTIAM.

tanquam morti proximus vltimis ſic eum verbis eſt allocutus teſte Willibaldo. *Fili mi chariſſime, ſtructuram in Thuringia à me cœptam, Eccleſiam ad perfectionis terminum deduc; tu populum ab erroris inuio inſtantiſſimè reuoca, túque ædificationem Baſilicæ iam inchoatæ ad Fuldam comple, ibidémque meum multis annorum curriculis corpus inueteratum perduc.* Liobam quoque Biſchofſsheimenſem Abbatiſſam accerſiuit, &, vt Rudolphus in eiuſdem Liobæ vita ſcribit, *commendauit illam Lul Epiſcopo & ſenioribus Monachorum ſupradicti Monaſtery* Fuldenſis, *qui aderant, monens eos, vt cum honore & reuerentia curam eius agerent, ſuaque voluntatis eſſe affirmans, vt poſt obitum eius corpus illius ad oſſa ſua in eodem ſepulchro poneretur, quatenus pariter diem Reſurrectionis expectarent, qui pari voto ac ſtudio in vita ſua Chriſto ſeruierant. Quibus dictis dedit ei cucullam ſuam, rurſus eam admonens atque conteſtans de non relinquendo peregrinationis ſuæ loco.* Poſteà repoſito in librorum theca linteo, quo decrepitum corpus poſt mortem inuolueretur, Vltraiectum reuerſus eſt, ſtatimque *ſumptis ſecum*, vt Willibaldus ſcribit, *conuiatoribus nauem aſcendit, ac per Rheni fluminis alueum penetrans nocturna portuum nauigio exquiſiuit loca, donec aquoſa Freſonum arua ingrediens, trans ſtagnum, quod linguâ eorum dicitur Ælmere, ſoſpes peruenit, infæcundáque diuino germine littora inſpiciendo circuit*, &c. *Per omnem Freſiam pergens, verbum Domini, paganico ritu depulſo, & terreno gentilitatis more deſtructo, inſtanter prædicabat; Eccleſiáſque, nomine confracto delubrorum, ingenti ſtudio fabricauit; & multa iam millia hominum, virorum ac mulierum, ſed & paruulorum, cum commilitone ſuo Coepiſcopo Cœbanco baptizauit, quem ad ſubueniendum ſuæ ſenilis ætatis infirmitati, Freſonibus iniuncto Epiſcopo in vrbe, quæ vocatur Trehit, ſubrogauit, cum Presbyteris ac Diaconibus, quorum hæc nomina ſunt, Wintrung, & Walterus, ſimul & Ethelherus, Sacerdotali officio præditis; Hamud, Scirbald, & Boſá, Leuitarum obſequio deputatis; Waccar, & Gondecer, Illeſer & Hatowlf, Monaſteriali Monachorum ordine ſublimatis.* De illorum Martyrio agemus anno ſequenti, quo contigit.

XXXI. S. GERMANI TRANSLATIO.

Interim accipe narrationem de Tranſlatione Sancti Germani, quam à Monacho Pratenſis Cœnobij compoſitam Laurentius Surius eo quo facta eſt die, nempe octauo Kalendas Auguſti, Lucas Dacherius & Ioannes Mabillonus Tomo ſecundo Seculi tertij Benedictini deſcripſerunt. *Cùm ducentis circiter vel ampliùs annis in porticu Eccleſiæ beati Vincenty Leuitæ & Martyris iam quidem Baſilicâ factâ ſanctum corpus iacuiſſet humatum, anno viceſimo-tertio quo Karolus, Pippini Senioris filius, Regni Francorum tenebat Monarchiam, venerabilis vir Lantfredus præfati Monaſtery Pater, diuini ſpiritûs*

[a] D. 17. Febr. in elog. S. Fulradi. n. 5.

AN. CH. 754. PIPPINI R. 3.

ritûs incitamento ſuccenſus, qualiter tanto Patrono condigna deberet augeri veneratio, vt videlicet eius ſanctiſſima membra infra maioris Eccleſia aulam transferri debuiſſent, tacitâ cœpit mente tractare, atque deuoto non deſtitis corde rimari. Caroli Martelli, qui Pippini Senioris ſiue Heriſtallij filius fuit, annus in Maioratu viceſimus-tertius cum anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-ſeptimo componitur, ad illum autem annum à Sancti Germani obitu, quem anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-ſexto conſignauimus, non anni ducenti vel ampliùs, at anni duntaxat vnus & ſexaginta ſupra centum effluxerunt. Ne verò Lantfredus, quod animo conceperat, ſtatim perficeret, variis prohibitus eſt impedimentis, quæ breuiter ab Auctore ſic perſtringuntur. *Quoniam piis ſemper conatibus impedimenta ſe mundi obiiciunt, à ſupraſcripto Principe* Carolo, *Legationis causâ* Lantfredus *in Aquitaniam mittitur* anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-nono. *Interea Karolus moritur* anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-primo, *iſdem verò Abbas ab Aquitania Patricio*, id eſt, ab Hunaldo Aquitaniæ Duce, *quaſi explorator tribus ſomis annis inuitus detinetur, ſed tandem ſubſtituto in Regno*, ſiue in Maioratu, *Pippino Iuniore, firmatâque inter Regna pace, Lantfredus abſoluitur*, anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo ſecundo. *Qui reuerſus annis ferè duodecim*, id eſt, ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quartum, *in reſtauratione Monaſtery, quod eo abſente diſſipatum fuerat, occupatur. Sed licèt his & aliis cauſis præpeditus, tamen ne deuotionis priſtinæ poſſet obliuiſci, recentibus & admirandis beati Germani rurſus cœpit miraculis admoneri. Siquidem* hoc ipſo anno, poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimo quinquageſimo-quarto, ſiue, vt Auctor exponit, *anno ſequenti, ex quo Apoſtolicæ Sedis Stephanus Pontifex ingreſſus Gallias, Excellentiſſimi Pippini, quem idem vnxit in Regem, expetiuit auxilium, cuidam fœminæ huiuſcemodi oſtenſa eſt viſio. Putabat enim ſe, quaſi causâ orationis, noctis tempore ad Eccleſiam beati perrexiſſe Vincentij, vbi dum veniens clauſas Eccleſiæ ianuas inueniſſet, ante fores eiuſdem orationi proſtrata, audiuit pſallentium multitudinem infra eamdem Eccleſiam reſonantem, atque omnem humanæ iocunditatis cantilenam modulationis ſuauitate ſuperantem. Cúmque tanti miraculi auditu attonita, quid hoc eſſet, cuperet agnoſcere, ſubitò cuiuſdam præclari aſpectûs pueri miniſterio conſpicis Eccleſiæ ſibi ianuas aperiri, tantíque ſplendoris luce eamdem repleri, quæ etiam diei vinceret claritatem. Quam cùm ingreſſa fuiſſet, præcedente ſe puero reſpicit in partem ſiniſtram, è regione ſepulchri beati Confeſſoris Germani, & ecce multitudo virorum Angelicis veſtibus indutorum, inter quos etiam præfulgidi adſpectûs conſpicit virum, niueâ ſenectutem canitie præferentem. Cui quaſi recognito ait. Sanctiſſime Germane, multùm iam temporis eſt, quo hæc quæ video, ſeruus tuus Lantfredus fieri deſiderabat. Et ille. Scio, inquit, nam hodie viginti anni ſunt, ex quo illi, vt hinc me transferre deberet, oſtendi: tu autem vade, & dic ei, quoniam voluntatis eius deuotio mihi omnimodis placet: at verò exſequendi operis tarditas valdè per omnia diſplicet, & ſi me hinc tandem transferre deliberas, retro beati Stephani altare me ponas.* Ex hoc textu Lantfredum anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-quarto Abbatem Sancti Germani iam fuiſſe conſtat. Prædictam verò viſionem quid ſecutum ſit, Auctor ita ſubiicit. *Viſionem mulier cùm Abbati & fratribus retuliſſet, duobus indiciis veram fuiſſe probarunt, ſiue quia numerum annorum ſola Abbatis, inſciâ muliere, deuotionis retinebat memoria, ſeu quia omni congregationi, quòd in altari ſanctæ Crucis beati Stephani Reliquiæ eſſent, adhuc manebat incognitum, niſi eas poſtmodum ſagax inquiſitio prodidiſſet. Tunc ſæpedictus Abbas glorioſiſſimum Regem Pippinum adiit, & tam ea, quæ ſibi præcedenti tempore ab ipſo Sancto fuerant oſtenſa, quàm etiam illa, quæ nuper ipſi fœminæ fuerant reuelata, fideli ſtuduit narratione ſuggerere. Audiens autem hæc glorioſiſſimus & Dei cultor Rex Pippinus, gaudio gauiſus eſt magno,*

AN. CH. 754. PIPPINI R. 3.

connocatiſque vniuerſis Regni ſui Præſulibus, eis myſterium ſibi reuelatum innotuit, qualitérque tantum perficere negotium debuiſſet, ſolerti ab eis indagine perquiſiuit atque tractauit. Quorum conſilio corroboratus qualiter illud expleuerit, licèt ipſe non viderim, tamen multis, qui hæc viderunt, narrantibus agnoui. Ex quibus omnibus vnum mihi in hoc opere excellentiſſimum auctorem, Domnum videlicet Karolum Glorioſiſſimum Imperatorem, qui tunc puer ſeptennis, vtpote natus anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſeptimo, *operi pij genitoris interfuit, & ea, quæ ibi vidit, admirandâ memoriâ retinebat, & admirandâ facundiâ fatebatur.* Hæc Monachus Pratenſis, qui poſteà Carolum ſic loquentem introducit.

XXXII. *Adueniente bonæ memoriæ genitore meo vnà cum Proceribus Regni ſui, adeſt optata dies, aperitur terra, leuatur cum omni facilitate ipſum corpus cum ſuo ſepulchro diligenter clauſo, atque pariete Eccleſiæ perforato, intra aulam huius, occidentali in parte, cunctis exultantibus deponitur, ibíque reliquum diei & ſequentis noctis officium dignè celebrantes, craſtinum præſtolati ſunt diem. Nec mora, adeſt primo mane diuæ memoriæ genitor meus, ego quoque, germanúſque meus, pediſſequi ipſius, cunctíque Proceres ipſius Regni, cupientes cœptum opus ad finem honeſtum vſque perducere. Vectes autem præparati ſunt longiſſimi, quibus ſuperpoſitum deberet ſanctum corpus à multis efferri, non propter ponderis granedinem, quod iam experti erant à paucis poſſe portari; ſed propter religioſum obſequium, quòd gaudebat ſe vnuſquiſque vel ab aliis portantibus vectes contingere poſſe. Cum autem religione acedens ipſe genitor meus, & Primates electi ab ipſo, adprehenderunt ſepulchrum, volentes perficere opus inchoatum. Sed ita multorum manibus leuare nitentium perſtitit immotum, ac ſi radicitus terris teneretur affixum. Et cùm ab his diu diuerſis machinis labor fuiſſet ſine effectu expenſus, cœpit ipſe genitor meus, omnéſque Optimates illius contriſtari, ſequemetipſos vehementer reprehendere, quare eum de loco, quem ſibi viuens ad pauſandum elegerat, in quo tot annorum curriculis iacuerat, leuare præſumpſerint. Vocantur Epiſcopi, & interrogati dixerunt. Scit, ô Glorioſiſſime Rex, Serenitas veſtra beatiſſimum Germanum Epiſcapum eſſe, ideóque rectum nobis videtur, & hoc ipſum Sanctum delectari putamus, vt ab Epiſcopis ſanctum eius corpus transferatur. Omnibus autem hoc canſilium conlaudantibus, & multâ prece hoc ab eis fieri depoſcentibus, remotis ceteris acccedunt Epiſcopi, conantúrque à terra leuare eum. Sed nihilominùs ipſos vectes adprehendentes, aliquandiu fruſtrà laborantes, impoßibilitatem ſuam omnibus patefecerunt, ſepulchro immoto manente. Cunctis autem impoßibilitatem ipſum leuandi expertis, rurſum conſuluntur Epiſcopi, dixerúntque. Certum eſt nobis, â piißime Rex, beatum Germanum ſe hinc ad deſignatum locum transferri velle, tamen quia nec Celſitudo veſtra, nec humilitas noſtra illud perficere potuit, opinamur quòd ipſe Sanctus ſeruientes ſibi in hoc Monaſteria fratres de baiulatione ſui corporis honorare velit, quò eos ſemper certiùs & amabiliùs ipſi ſeruire delectet. Adſenſi ſunt omnes, iuſſíque acceſſerunt ipſi Monachi ad Sanctum tumulum, volentes eum à terra leuare. Sed nullâ arte id facere valentes, diu multúmque inaniter laborantes, fatigati impoßibilitatem ſuam & opere & voce fatentes ceſſerunt. Piißimo autem genitore meo flente, cunctíſque Optimatibus ipſius vehementer contriſtatis, extitit quidam qui diceret. Si dignetur Clementißimus Dominus noſter Rex audire verbum ex ore tantilli ſeruuli ſui, cauſas huius impoſſibilitatis puto me veraciter narraturum. Eſt in hoc pago Pariſiaco villa veſtra vocabulo Palatiolum *, & in circuitu ipſius ſunt villulæ iſtius Monaſterij conſtitutæ. Ipſi autem fiſcalini veſtri ob fortitudinem Celſitudinis veſtræ valdè ſunt inſolentes & temerarij, & multa mala contra hunc locum perpetrant, videlicet homines & pecora cædendo & occidendo, vineas & meſſes, prata & ſyluas deuaſtando, atque in aliis modis familiam huius Eccleſiæ perſequendo & affligendo. Ideóque ſpero, quòd hanc à larga munificentia veſtra hic beatiſſimus his impoſſibilitatibus expoſcat Antiſtes. Quo audito,*

* Palaiſeau.

AN. CH. 754. PIPPINI R. 3.

pia recordationis genitor meus, ſtupore adtonitus magno, ait. Verè iuſta eſt in hac parte noſtra tribulatio, & pia extat beatiſſimi Germani erga nos admonitio, quia dum nos valdè fuimus intenti hoc opus ocyùs conſummare, non auaritia nobis, ſed oblinio hunc mœrorem, quem perpeſſi ſumus, noſcitur induxiſſe. Et ponens vadium ſuum ſuper ſanctum tumulum. Accipe, inquit, ô beatiſſime Germane, villam noſtram Palatiolum cum omnibus appendiciis ſuis tibi familiaque tua hactenus inimicam, amodò autem & deinceps perpetualiter profuturam, tantùm vt ſacri corporis tui portitor dignus exiſtam, ſimúlque cum hac voce mittentes tam ipſe quam Optimates ab ipſo electi manus ad feretrum, tanta cum celeritate ac facilitate leuauerunt, ac ſi nihil in ſe ponderis haberet. Viſa autem tanto miraculo tam Epiſcopi quàm reliqui Clerici, quammagnâ poterant voce [te Deum laudamus, te Dominum confitemur] præcedentes feretrum iubilare cœperunt. Sed quis dignè referre queat lætitiam atque alacritatem populi? quomodo vnuſquiſque gaudenda certabat humeros ſub feretro ſancto ponere? Multi autem, quibus hac facultas minimè dabatur, magnum ſibi lucrum ducebant, vel extremam partem vectium manu contingere poſſe, alij verò, quibus & hoc minimè ſuppeditabat, vel veſtes portantium ſe contingere poſſe gaudebant. Ventum erat ad foſſam in orientali parte huius Eccleſiæ, quæ præparata tantum anus expectabat ſuſcipere, & ecce altera naſcitur difficultas. Nam vectes, ſuper quos ſanctum fuerat delatum corpus, ob longitudinem ſui & breuitatem cryptæ, ipſum ſarcophagum foſſæ coaptari prohibebant. Iuuat ergo paululum ſubſiſtere, donec, quid facto opus ſit, pleniùs poſſit videri. Conſenſerunt omnes, vt vectes à ſuperiori parte inciderentur, quatenus ipſe ſarcophagus foſſæ coaptari poſſit. Sed his obſtitit genitor meus dicens. Vereor ne dum ſecundùm veſtram ſententiam vectes reciduntur, ſanctum ſepulchrum his ſuperpoſitum in aliquo, quod abſit, lædatur. Tutius ergo conſilium exinde quærere oportet. Et illo hæc dicente, nullo hominum tangente, ſed cunctis in verbo Regis ſuſpenſis, repentè motus eſt ſarcophagus de vectibus illis, & celeri lapſu cunctis ſtupentibus & præ timore ora tenentibus depoſitus in foſſam ſibi præparatam. In ipſa autem motione tantus odor mira & inexperta ſuauitatis de ipſo ſepulchro euaporauit, totámque hanc Eccleſiam repleuit, vt omnes ibi conſiſtentes quaſi in ecſtaſi à dulcedine illa conuerſi, per dimidiam ferè horam, nec aliquid ſibi colloqui, nec ſe inuicem reſpicere poſſint. Tum demùm quaſi de ſopore euigilantes, vt data eſt copia fandi, intra ſe mutuâ cœperunt allocutione admiranda conquirere, quid ſibi actum eſſet, reſpicientéſque ad foſſam, ipſum ſepulchrum, quod minutatim fractum eſſe timebant, vident ſanum & integrum tam ordinatè & decenter compoſitum, vt nulli eſſet dubium, hoc, miniſterio Angelorum, fuiſſe peractum. Cunctis verò ſtupentibus, ego, vtpote pueriliter ludens, caſu ipſam foſſam inſilij, vbi mox primum dentem de ore meo mutaui. Huc uſque Carolus apud Monachum Pratenſem, qui totius narrationis author váſque potiùs haberi debet quàm Carolus puer tum ſeptennis. Iſtius Tranſlationis meminit Vſuardus octauo Kalendas Auguſti. Et Irmino Abbas, qui Teſtamento Caroli Magni ſubſcripſit, in Codice cenſuali recenſuit ſecundo loco Palatiolum hoc initio. *Habet in Palatiolo manſum dominicatum cum caſa & aliis caſticiis ſufficienter. Habet ibi de terra arabili culturas* VI, *bunaria* CCLXXXVII, *vbi poſſunt ſeminari de frumento modij* ĪCCC, *de vinea aripenna* CXXVII, *vbi poſſunt colligi de vino modij* DCCC, &c. Et in fine articuli. *Habet in Palatiolo manſos ingenuiles* CVIIII. *qui ſoluunt omni anno ad hoſtem carra* VI. *ad tertium annum* CVIII. *ad alterum annum veruices cum agnis* CVIII, *de vino in paſtione modios* CCXL. *de argento in lignericia ſolidos* XXXV. *pullos* CCL. *oua* ĪDCCL. *de cap. ſolidos* VIII. vt obſeruat Mabillonus in notis ad Hiſtoriam prædictæ Tranſlationis.

XXXIII. STEPHANVS PP. ægrotat in Mon. S. Dionysii,

Eodem tempore, quo Tranſlatio Sancti Germani facta eſt, ægrotabat in Monaſterio San-Dionyſiano Stephanus Papa, de quo ſic Anaſtaſius. *Beatiſſimus Papa præ nimio labore itineris, atque temporis inæqualitate, fortiter infirmatus eſt, vt etiam omnes tam ſui quámque etiam Franci ibidem exiſtentes de*

AN. CH. 754. PIPPINI R. 3.

eius vita deſperarent. Sed Domini Dei noſtri ineffabilis clementia, qui non deſerit ſperantes in ſe, ſaluum cupiens omnem fieri hominem, dum eum mane mortuum inuenire ſperabant, ſubitò alio die ſanus repertus eſt. Sanitatem ſibi diuinitus redditam beneficio Sancti Dionyſij Martyris ipſemet ſic teſtatus eſt. *Stephanus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Sicut nemo ſe debet iactare de ſuis meritis, ſic non debet opera Dei, quæ in illo per ſuos Sanctos ſiunt ſine ſuis meritis, ſilentiare, ſed prædicare, quia ſic Angelus admonet Tobiam. Vnde ego pro oppreſſione Sanctæ Eccleſiæ à Rege atrociſſimo, & blaſphemo, nec dicendo Aiſtulfo, ad optimum & Sancti Petri fidelem Dominum Pippinum Chriſtianiſſimum Regem in Franciam veni, vbi ægrotaui vſque ad mortem, & manſi aliquod tempus apud pagum Pariſiacum in venerabili Monaſterio beati Martyris Chriſti Dionyſij.*

SANATVR INSIGNI MIRACVLO.

Quo cùm iam me medici deſperarent, fui in oratione in Eccleſia eiuſdem beati Martyris ſubtus campanas, & vidi ante altare bonum Paſtorem Dominum Petrum & Magiſtrum gentium Dominum Paulum, & notâ mente illos recognoui de illorum ſurtariis, & ter beatum Dominum Dionyſium ad dexteram Domini Petri, ſubtilem & longiorem, pulchrâ facie, capillis candidis, colobio indutum candidiſſimo purpurâ clauato, pallio toto purpureo, auro interſtellato, & ſermocinabantur inter ſe lætantes. Dixítque bonus Paſtor Dominus Petrus. Hic frater noſter poſtulat ſanitatem, & dixit beatus Dominus Paulus. Modò ſanabitur. Et appropinquans miſit manum ſuam ad pectus Domini Dionyſij amicabiliter, reſpexítque ad Dominum Petrum. Et dixit Dominus Petrus ad Dominum Dionyſium hilariter. Tuâ gratiâ ſanitas eſt eius. Et ſtatim beatus Dionyſius thuribulum incenſi, & palmam in manu tenens, cum Presbytero & Diacono, qui in parte ſtabant, venit ad me, & dixit mihi. Pax tecum, frater, noli timere, non morieris, donec ad Sedem tuam proſperè reuertaris. Surge ſanus, & hoc altare in honorem Dei & Apoſtolorum eius Petri & Pauli, quos vides, dedica, Miſſas gratiarum agens. Erat enim ibi inæſtimabilis claritas & ſuauitas. Móxque ſanus gratiâ Dei factus volebam implere quod mihi præceptum erat. Et dicebant qui ibi aderant, quòd dementabar. Quapropter retuli illis, & Regi, ſuíſque Optimatibus, quæ videram, & quomodo ſanus fuerim, & impleui quæ iuſſa ſunt mihi. Benedictus Deus. Hæc epiſtola Stephani legitur apud Hilduinum in Areopagiticis; perperam apud Binium cum hoc titulo; *Epiſtola I. Stephani Papæ III. ad Hilduinum, quâ enarrat quomodò in Galliis per S. Dionyſium à graui morbo ſanatus fuerit*; rectiùs apud Baronium [a] & Sirmondum [b] ſine titulo, quia longè ſeriùs Hilduinus Abbas eſſe cœpit. In eadem epiſtola ſurtarias interpretare ſcuta, in quibus pictæ imagines, vt ad eam Baronius & Binius obſeruarunt, necnon Spelmannus in ſuo Gloſſario.

[a] Hoc an. n. 3.
[b] Tom. 2. Conc. Gall.

XXXIV. Epiſtolam Stephani Papæ ſuprà recitatam hæc narratio proximè ſequitur in Areopagiticis. *Geſta ſunt autem hæc in * beato Stephano Papa, diuinâ clementiâ, adiuuantibus Sanctis Apoſtolis Petro & Paulo, per beatiſſimum Martyrem Dionyſium hoc anno, qui eſt ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeptingenteſimus quinquageſimus-quartus, quinto Calendas Auguſti, quo Chriſti roboratus virtute, inter celebrationem conſecrationis præfati altaris, & oblationem ſacratiſſimi ſacrificij, vnxit in Reges Francorum, florentiſſimum Regem Pipinum, & duos filios eius; Carolum & Carlomannum. Sed & Bertradam, ipſius inclyti Regis Pipini coniugem, indutam cycladibus Regiis, gratiâ ſeptiformis Spiritûs Sancti in Dei nomine conſecrauit; atque Francorum Proceres Apoſtolicâ benedictione ſanctificans, authoritate beati Petri, ſibi à Domino Ieſu Chriſto vero Deo traditâ, obligauit & obteſtatus eſt, vt nunquam de altera ſtirpe per ſuccedentium temporum curricula, ipſi vel quique ex eorum progenie orti, Regem ſuper ſe præſumant aliquo modo conſtituere, niſi de eorum propagine, quos & diuina prouidentia ad ſanctiſſimam Apoſtolicam Sedem tuendam eligere, & per eum, videlicet Vicarium Sancti Petri, imò Domini noſtri Ieſu Chriſti, in poteſtatem Regiam dignata eſt ſublimare, & vnctione ſacratiſſimâ conſecrare.*

* Baron. à

DICAT ALTARE.

VNGIT PIPPINVS CVM FILIIS ET VXORE,

AN. CH. 754. PIPPINI R. 3.

XXXV. Quod in præcitata narratione quinto Kalendas Auguſti geſtum dicitur, id in Annalibus Bertinianis ſexto eaſdem Kalendas factum perhibetur. *Supradictus Apoſtolicus Stephanus*, ait Annaliſta Bertinianus, *confirmauit Pippinum vnctione ſanctâ in Regem, & cum eo inunxit duos filios eius, Dominum Carolum & Carlomannum in Regibus, anno Domini* DCCLIV. *VI Kal. Auguſti*. Currebat tum litera Dominicalis F, quæ quinto Kalendas Auguſti præfigitur, vt E ſexto. Hac obſeruatione diſſidium ſic componendum videtur, vt ſexto Kalendas Auguſti Stephanum Papam priſtinæ valetudini diuinitus reſtitutum, poſteróque die, qui Dominicus fuit, dedicatum altare Regéſque inunctos arbitreris. Rerum geſtarum ordinem interturbat Anaſtaſius; vbi prædictos Reges priùs inunctos ait, quàm Stephanus in morbum incideret, ipsúmque Stephanum priùs ægrotaſſe, quàm Pippinus ad villam Cariſiacum proficiſceretur.

XXXVI. De anno conueniunt Annaliſtæ, Loiſelianus, Laureshamenſis, Tilianus, Bertinianus, Metenſis, necnon Anaſtaſius; ſi qui ſecus ſentiunt, corrigendi. Corrigendus & Annaliſta Laureshamenſis, cùm Stephanum poſt eorumdem Regum inunctionem hyberno tempore in Francia manſiſſe ſic aſſerit. DCCLIV. *Stephanus Papa, poſtquam à Rege Pipina Eccleſiæ Romanæ defenſionis firmitatem accepit, ipſum ſacrâ vnctione ad Regiæ dignitatis honorem conſecrauit, & cum eo duos filios eius, Karolum & Karolomannum, manſitque hyberno tempore in Francia*. Hybernum tempus, quod Stephanus in Francia tranſegit, Pippini filiorúmque inunctionem anteceſſit, & poſt illam inunctionem Pippinus in Italiam ſtatim cum exercitu profectus eſt, vt dicemus infrà.

XXXVII. Vetus Aſtronomus, qui vitam Ludouici Pij conſcripſit, Pippinum à Stephano Papa in Regem honorificè inunctum ait in Eccleſia Monaſterij *de Ferrariis*, quod in Diœceſi Senonica ſitum eſt. At ex ſupradictis liquet id factum in Baſilica Monaſterij San-Dionyſiani prope Pariſios, eodem die quo ibi dedicatum altare. Nec aliud aſſerit ipſemet Ludouicus Pius in ſuis ad Hilduinum eiuſdem loci Abbatem literis [a], vbi, de patre ſuo Carolo Magno, de patruo ſuo Carolomanno, déque auo ſuo Pippino ſic loquitur. *Sanctiſſimæ recordationis auus noſter Pipinus, propter altare, quod ante ſepulchrum ſæpefati ſæpiúſque dicendi Domini Dionyſij per diuinam & memorabilem reuelationem, iuſſu ipſius ſanctiſſimi Martyris, in honorem Dei & Apoſtolorum Petri & Pauli, qui præſentes oſtendebantur, à beato & Angelico viro Stephano ſummo Pontifice dedicatum eſt, inter ſacra Miſſarum ſolennia vnà cum duobus filiis, Karolomanno videlicet, & diuæ memoriæ Domino ac genitore noſtro Karolo, iure prænominato Magno, ab eodem Apoſtolico Papa, in Regem Francorum vnctus, superni muneris benedictionem accepit*.

[a] Ap. Sur. d. 9. Octobr. Sirmond. Tom. 2. Conc. Gall.

IN EODEM MON. S. DIONYSII.

XXXVIII. CHILDERICO TVM MORTVO. Childericus, quem ante biennium ex Rege Monachum factum diximus, obiit hoc anno in Monaſterio Sitiuenſi ſeu Bertiniano, priuſquàm Pippinus à Stephano Papa inungeretur. Tumulo donatus eſt in Baſilica Sancti Petri. Vtrumque docet Malbrancus in fine libri quarti de Morinis. A nobis non diſſentiunt Aſcetæ Bertiniani, qui, teſtè eodem Malbranco, Childericum anno exauctorationis ſuæ quarto mortuum tradunt, loquuntur enim in opinione veteris Annaliſtæ Bertiniani, necnon antiquiorum Scriptorum, qui Pippinum exauctorato Childerico Regem anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo factum contendunt. In hac opinione præter Annaliſtam Bertinianum verſantur; Loiſelianus, Tilianus, Laureshamenſis, & Metenſis, quibus Sigebertus, Clarius, Chronographus San-Medardinus, Locrius, aliíque recentiores adſtipulantur. Philippus Labbeus hoc Iperij fragmentum, quod ad cauſam noſtram plurimùm facit, in Miſcellaneis curioſis [b] publicauit. *Secundæ coronationis Pipini tempore Rex Hildericus Monachus huius Eccleſiæ obiit. Hîc in Monaſterio ſepelitur. Nec multò poſt Abbas Nantharius migrauit ad Dominum.* Nanthario ſucceſſit in ad-

[b] Cap. 5. §. 10.

AN. CH. 754. PIPPINI R. 3.

miniſtrationem Sitiuenſis Monaſterij Dadbertus ſeu Dalbertus vel Dagobertus, cuius meminerunt Locrius ad hunc annum ex Iperio, & Auctores Galliæ Chriſtianæ in Abbatum Bertinianorum Catalogis.

XXXIX. ABSQVE PROLE.

Childericus cælibem vitam duxit, eóque mortuo Merouęadarum ſtirps omnis extincta eſt. Nec audiendus Chronographus Fontanellenſis [a], qui Childericum Theodorici, Monachi pòſt Fontanellenſis, patrem conſtituit, noſtríſque temporibus Henſchenium in Exegeſi [b] præliminari de Genealogia Regum Dagobertinorum & Labbeum ad hunc annum parte ſecundâ Chronologiæ Hiſtoricæ necnon in epitomata Regum Francorum Hiſtoria nactus eſt aſſeclas.

[a] Cap. 13.
[b] Cap. 4.

XL. In Chronico Fontanellenſi quater de Childerici Regis annis habetur ſermo; bis capite decimo, ſemel capite vndecimo, rurſum capite decimo-tertio. Toties opus illud interpolatum videtur.

XLI. Caput decimum ſic orditur Chronographus. *Wido ſortitur locum regiminis ab anno Dominicæ Incarnationis* DCCXXXVIII. *qui erat annus primus Hilderici nouiſſimi Regis; Caroli autem Principis vigeſimus-ſextus; per annum vnum.* Deinde ſic claudit. *Huic Widoni largitus eſt quidam paterfamilias, nomine Raginfridus, portionem aliquam de villa quæ dicitur Laxtra, anno primo eiuſdem Regis Hilderici, qua ſita eſt in pago Conſtantino.* Vtrumque textum ad annum Chriſti ſeptingenteſimum duodequadrageſimum [c] examinauimus, oſtendimúſque Characteres, qui ſumuntur ab annis aut Hilderici Regis aut Caroli Principis, vel penitus reſecàndos eſſe, vel ita corrigendos. *Wido ſortitur locum regiminis ab anno Dominicæ Incarnationis* DCCXXXVIII. *qui erat annus primus poſt defunctum Theodoricum Regem, Caroli autem Principis vigeſimus-quartus, per annum vnum.* Et inferiùs. *Huic Widoni largitus eſt quidam pater familias, nomine Raginfridus, portionem aliquam de villa quæ dicitur Laxtra, anno primo poſt defunctum Theodoricum Regem, quæ ſita eſt in pago Conſtantino.* Magis arridet prior emendatio, quæ nec Principis, nec Regis annum retinet, vtroque textu ſic reſtituto. *Wido ſortitur locum regiminis ab anno Dominicæ Incarnationis* DCCXXXVIII. *per annum vnum*, &c. *Huic Widoni largitus eſt quidam pater familias, nomine Raginfridus, portionem aliquam de villa quæ dicitur Laxtra, quæ ſita eſt in pago Conſtantino.* Si Characterem à Carolo Principe petitum in primo textu ſeruare mordicus velis, id per nos licet, dummodo viceſimum-quartum annum loco viceſimi-ſexti reponas. Ex hac autem conceſſione nihil elicitur, quod opinioni noſtræ poſſit officere, quia Chronographus Fontanellenſis ab obitu Theodorici Quarti Regis ad Regnum vſque Pippini nihil omnino conſignat interregno vel annis Childerici Regis, reditum verò Wandonis Abbatis conſignat anno Incarnationis Dominicæ, necnon anno Principum ſeu Maiorum-domûs, caput enim duodecimum ſic auſpicatur. *Wando Presbyter à patre, Baldrico nomine, progenitus, territorio Tellan ortus, regimen aſſumpſit Cœnobij ab anno Dominicæ Incarnationis* DCCXLII. *qui eſt annus primus Principatûs Carolomanni & Pippini.* Lege quæ dicta ſunt ad illum annum [d], qui cum interregno ſiue cum anno quinto poſt defunctum Theodoricum Regem coincidit.

[c] Nu. 30. & ſeqq.

[d] Num. 36.

XLII. Vt initium capitis decimi ſic & exordium vndecimi vitioſum eſt, annum enim Incarnationis Dominicæ ſeptingenteſimum triceſimum-nonum cum anno Caroli Maioris-domûs viceſimo-ſeptimo, Childerici Regis ſecundo ſic comparat. *Raginfridus accepit regendi locum ſub anno Dominicæ Incarnationis* DCCXXXIX. *qui erat annus Exarchatûs Caroli* XXVII. *Hilderici verò Regis Meroningi annus* II. Childericus autem ſiue Hildericus ſeriùs regnare cœpit, & annus Incarnationis Dominicæ ſeptingenteſimus triceſimus-nonus cum anno Exarchatûs ſeu Maioratûs Caroli viceſimo-quinto componitur. Atque inde obſerua caput vndecimum inſtar decimi corrigendum eſſe, delendos in vtroque Characteres, qui ſumuntur

à Regno Childerici vel à Maioratu Caroli, nec, ſi Caroli Maioris-domùs annus adhibitâ emendatione ſeruetur, retinendum quoque pari cautelâ nomen Childerici Regis, hic enim Regnum multò ſeriùs adeptus eſt Carolo iam mortuo.

Capite decimo-tertio plura de Childerico leguntur, ſed æquè fictitia & inſititia. Vulgatum textum accipe. *Egregio patri Auſtrulpho edidit glorioſus Rex Pipinus Priuilegium quoddam ſacra ſua auctoritatis, in quo præcepit, vt nullus Iudex neque exactor Reipublicæ gentis Francorum ad cauſas audiendas, ac freda exigenda, nec fideiuſſores accipiendos, nec ad vllam exacturam gerendam, poteſtatem huius Cœnobij ingredi audeat, ſed ſub perenni ſua defenſione ac protectione ſecura in æternum ab omni querimonia valeret permanere. Quod Priuilegium in ſcriniis huius noſtri Cœnobij pro munere ſacro adhuc conſeruatur. Editum eſt anno Dominicæ Incarnationis* DCCL. *die* VIII *Iduum Iuniarum, Vermeriâ Palatio Regio. Quo anno idem glorioſus Princeps Pipinus ex conſultu B. Zachariæ Papæ vrbis Romæ à Bonifacio Archiepiſcopo vnctus, Rex conſtituitur Francorum, ablato Principis nomine. Vnde rumor potentia eius & timor virtutis in vniuerſas tranſiit terras. Et Hildericus Rex Meroningorum ex genere ortus depoſitus, tonsúſque, ac in Monaſterio S. Audamari, quod dicitur Sithin, truſus eſt. Cuius filius, nomine Theodericus in hoc Monaſteria, anno ſequenti, Clericus effectus collocatus eſt. Hic namque venerabilis Pater, poſt ſuſcepti regiminis annum ſextum, accenſus igne diuini amoris, partibus Romuleæ vrbis, ad limina beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, iter diſpoſuit.* Illum autem textum expunctâ interpolatione ſic corrige. *Egregio patri Auſtrulpho edidit glorioſus Rex Pipinus Priuilegium quoddam ſacra ſua auctoritatis, in quo præcepit, vt nullus Iudex neque exactor Reipublicæ gentis Francorum ad cauſas audiendas, ac freda exigenda, nec fideiuſſores accipiendos, nec ad vllam exacturam gerendam, poteſtatem huius Cœnobij ingredi audeat, ſed ſub perenni ſua defenſione protectione ſecura in æternum ab omni querimonia valeret permanere. Quod Priuilegium in ſcriniis huius noſtri Cœnobij pro munere ſacro conſeruatur. Hic namque venerabilis Pater, poſt ſuſcepti regiminis annum ſextum, accenſus igne diuini amoris, partibus Romuleæ vrbis, ad limina beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli iter diſpoſuit.* Interpolationem, quam reſecuimus, per partes nunc expendamus. XLIII.

Primò, Priuilegium à Pippino Rege editum perhibetur *anno Dominicæ Incarnationis* DCCL. *die* VIII *Iduum Iuniarum, Vermeriâ Palatio publico.* XLIV.

At anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo Pippinus Regiam dignitatem nondum obtinebat, déque tempore, quo prædictum Priuilegium emiſit, ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-tertium [a] locuti ſumus. In veterum Inſtrumentorum Alamanuicorum Centuria, quam Goldaſtus [b] certos in Titulos digeſſit, ſub Titulo *de rerum traditione* ponitur Charta numero quadrageſima-ſecunda, quæ Pippinum ad Regiam dignitatem anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo prouectum egregiè confirmat. Dies enim, quo data eſt, in ea ſic exprimitur. *Ego Liutfredus Presbyter ſcripſi & ſubſcripſi. Notaui diem Martis,* VIII *Id. Auguſtas, anno* III. *regnante Domno noſtro Pippino Rege ſub Warino Comite*, id eſt, hoc anno poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimo quinquageſimo-quarto, qui præditus fuit literâ Dominicali F. Porrò, ſi Pippinus, qui Sueſſione in Conuentu Francorum ad Kalendas Martias indicto Rex conſtitutus eſt, annum Regni ſui tertium per menſem Auguſtum anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-quarto numerabat, Rex anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo dictus eſt à Francis. In eadem Centuria ſub Titulo *de precariis* Charta quoque ſexageſima-ſeptimâ legitur *facta ſub die Lunæ* *, V *Id. Maias, anno* X. *regnante Domno* XLV.

[a] Num. 1.

[b] Tom. 2. Alamann. Antiquit. part. 1.

* *Lunæ.*

noſtro Pipino Rege Francorum , ſub Warino Comite , id eſt , anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-primo , qui literam Dominicalem habuit D. Atque inde liquet Pippinum anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo in Regio ſolio collocatum fuiſſe.

XLVI. Secundò , quæ de Zacharia Papa , déque Pippino Rege in Chronico Fontanellenſi proximè ſubſequuntur , ex Annalibus Metenſibus ſcripta ſunt. Vulgati Chronici Fontanellenſis hæc ſunt verba. *Quo anno ,* Dominicæ videlicet Incarnationis DCCL , *idem glorioſus Princeps Pipinus ex conſultu Zacharia Papa vrbis Roma à Bonifacio Archiepiſcopo vnctus , Rex conſtituitur Francorum ablato Principis nomine. Vnde rumor potentia eius & timor virtutis in vniverſas tranſiit terras.* Et Annaliſta Metenſis ad eundem annum ſic habet. *Anno Dominica Incarnationis* DCCL. *ex conſultu Zacharia Papa vrbis Roma Pippinus Princeps à Bonifacio Archiepiſcopo vnctus Rex Francorum conſtituitur. Vnde rumor potentia eius & timor virtutis tranſiit in vniverſas terras.*

XLVII. Anno autem Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo Pippinus Rex eſſe cœpit , & ad eam dignitatem à Francis eleuatus eſt inconſulto Zachariâ Papâ , nec in Regem vnctus à Bonifacio tunc Archiepiſcopo Moguntiacenſi. Tres has aſſertiones prævalidis argumentis ſuprà confirmauimus , nec opus eſt , vt hîc addamus plura. Certè interpolatio , de qua querimur , vel ex eo demonſtrari poteſt , quòd Chronographus Fontanellenſis aliis in locis annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſecundum, Pippini Regis annnm primum numerat. Capite enim decimo-quarto annum ſecundum Pippini Regis cum anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-tertio ſic componit. *Abbas conſtituitur anno ſecundo , poſtquàm idem Pipinus Regale adeptus fuerat faſtigium , qui eſt annus Domini* DCCLIII. Et capite duodecimo annum quintum Pippini Regis cum anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſexto bis comparat. Primò, ſic. *Anno Dominica Incarnartionis* DCCLVI. *qui erat Pipini Regis annus quintus , Eccleſia B. Petri, per culpam incuria , igne cremata eſt.* Iterum , ſic. *Ad aternam migrauit requiem anno ab Incarnatione Dominica circiter* DCCLVI. *qui erat Pipini Regis annus quintus.*

XLVIII. Tertiò , ætatem Chronographi Fontanellenſis non ſapit nomen Sancti Audomari , quod Sitiuenſi Monaſterio in vulgato Chronico Fontanellenſi ſic attribuitur. *Hildericus Rex Meroningorum ex genere ortus depoſitus , tonſúſque , ac in Monaſterio S. Audomari , quod dicitur Sithiu , truſus eſt.*

XLIX. Quartò , fabuloſa ſunt , quæ de Theodorico Childerici filio proximè ſubiiciuntur. *Cuius* , nempe Hilderici ſeu Childerici , *filius nomine Theodericus , in hoc Monaſterio* Fontanellenſi , *anno ſequenti* , id eſt , anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-primo , *Clericus effectus collocatus eſt.*

L. Interpolationis pars hæc poſtrema facilè refellitur. Nullam enim Theodorici mentionem in aliis antiquis Auctoribus fieri comperimus. Deinde quæ de Theodorico dicuntur , cum præcedentibus , quæ de Childerico narrata ſunt , per vocem hanc relatiuam , *cuius* , adeò connectuntur , vt , ſi ſuperiora , quæ pertinebant ad Childericum , reiicienda ſint , vt verè ſunt reiicienda , reiicienda quoque ſint ea quæ de Theodorico proximè ſubnectuntur. Præterea vt *Sithiu* , ſic & Fontanella non Clericorum ſed Monachorum Monaſterium fuit. Denique Childerici Regis ætas non patitur , vt cenſeamus ei filium fuiſſe, qui lucis vſuram ante annum Chriſti ſeptingenteſimum quinqnageſimum acceperit , Clericúſque ſit effectus anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-primo. Qui Chronographum Fontanellenſem hoc loco ſequuntur Henſchenius & Labbeus , inter ſe de Childerici Regis auo non conueniunt ; anum illum Henſchenius Dagobertum Secundum conſtituit , Labbeus Dagobertum Tertium. In opi-

nione

nione Henſchenij nulla difficultas, quia Dagobertus Secundus multò citiùs quàm Dagobertus Tertius extinctus eſt. Henſchenius inter obitum vtriuſque ponit intercapedinem annorum duodetriginta, quam ſeptem annis auctam ad annos vſque triginta-quinque producendam aſſerimus. At Henſchenius non benè aſſecutus eſt annum, quo Dagobertus Secundus interiit, eundémque Dagobertum Secundum Theodorici Quarti patrem perperam finxit. Lege quæ duabus illis de rebus Tomis tertio & quarto fuſè diſputata ſunt. Labbeus Childerici genealogiam aliter deducit; illius enim auum facit Dagobertum Tertium, cuius proauus Clodoueus Secundus patruus extitit Dagoberti Secundi. De Childerici genealogia cum Labbeo conuenimus, de Chronologia nequaquam. Hic Auctor mortem Childerici Secundi Regis in annum Christi ſexcenteſimum octogeſimum reiicit. Childerico Secundo ſucceſſit eius frater Theodoricus Tertius vxore nondum ductâ. Childebertus igitur Tertius, qui Theodorici Tertij ſecundus filius fuit, in eadem opinione natus non eſt ante annum Chriſti ſexcenteſimum octogeſimum-ſecundum, vixitque annos ad ſummum viginti-nouem, deſiit enim eſſe in viuis anno Chriſti ſeptingenteſimo vndecimo. Childeberti Tertij filius fuit Dagobertus Tertius, cuius mortem Labbeus anno Chriſti ſexcenteſimo decimo-ſexto conſignat. Dagoberto Tertio patre natus eſt Theodoricus Quartus. Hic aliquot dierum aut menſium erat, cùm patrem amiſit, auus enim Childebertus Tertius, ſi tunc in viuis ſuperſtes fuiſſet, ad ſummum attigiſſet annum ætatis triceſimum-quartum. Obiit Thedoricus Quartus anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-ſeptimo, ætatis ſuæ ſecundùm Labbeanam computationem viceſimo-primo. Quis eius filio Childerico Tertio, priuſquàm exauctoraretur, iuxta vulgatum Chronicon Fontanellenſe ante menſem Martium anni poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimi quinquageſimi, natum credat filium, qui Clericus anno proximè ſequenti factus ſit, vt idem Chronicon ſubiungit?

Carolomanno Caroli Martelli pòſt dicti filio natu maiori, qui rebus ſecularibus nuncium anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſeptimo remiſit, plures fuerunt filij, quos Pippinus tonderi iuſſit, vt Annaliſta Petauianus his verbis docet. *Papa Stephanus venit ab vrbe Roma in Franciam, & Karolomannus poſt eum, & filij eius tonſi ſunt.* In horum numero ſuſpicamur fuiſſe Theodoricum, qui regnante Pippino truſus eſt in Monaſterium Fontanellenſe, & à Chronici Fontanellenſis Interpolatore filius Childerici Regis falsò nuncupatus eſt.

Etſi genealogiam Regum Francorum à Dagoberto Primo ad Childericum Tertium in opinione Godefridi Henſchenij ſuperiùs exhibuerimus, placet hîc Childerici Tertij patrem Theodoricum Quartum, auum Dagobertum Secundum, proauum Sigibertum Tertium, abauum Dagobertum Primum in eadem opinione repræſentare, necnon in noſtra Theodoricum Quartum Childerici Tertij patrem, auum Dagobertum Tertium, proauum Childebertum Tertium, abauum Theodoricum Tertium, atauum Clodoueum Secundum, tritauum Dagobertum Primum, vt clariùs intelligas Childerici Tertij genus à Dagoberto Primo non per Sigibertum eius filium natu maiorem, vt Henſchenius arbitratur, ſed per Clodoueum einſdem Dagoberti Primi filium natu minorem repeti.

AN CH. 754. PIPPINI R. 3.

LI. (margin, beside "Carolomanno…")

LII. (margin, beside "Etſi genealogiam…")

AN. HC. 754. PIPPINI R. 3. LIII.

GENVS REGIVM A DAGOBERTO I. R. AD CHILDERICVM III. IN OPINIONE GODEFRIDI HENSCHENII.	GENVS REGIVM A DAGOBERTO I. R. AD CHILDERICVM III. EX ANTIQVIS AC PROBATIS AVCTORIBVS.
DAGOBERTVS I.	DAGOBERTVS I.
SIGIBERTVS III. filius natu maior.	CLODOVEVS II. filius natu minor.
DAGOBERTVS II.	THEODORICVS III.
THEODORICVS IV.	CHILDEBERTVS III.
CHILDERICVS III.	DAGOBERTVS III.
Theodoricus Monachus Fontanellenſis.	THEODORICVS IV.
	CHILDERICVS III. obiit ſine prole.

LIV. Cùm nullus è Meroueadarum familia ſupereſſet, qui Francorum Regnum hæreditario iure poſſet repetere, Stephanus Papa prudentiſſimè filios Pippini Carolum & Carolomannum vnà cum patre Reges inunxit, & Francorum Proceres obſtrictus eſt, vt nec ipſi nec eorum poſteri Regem ex alia ſtirpe ſuper ſe conſtituere præſumerent. In illo negotio ſimul & ſapientiam Romani Pontificis & induſtriam Pippini Regis admirare. Vterque rebus ſuis optimè prouidit, Stephanus auxilio Romanæ Eccleſiæ contra Longobardos, Pippinus Regni ſui ſtabilimento. Chriſtianus Orbis in eo ſtatu verſabatur, vt opem penè omnem Romanus Pontifex è ſola Francia ſperaret, ideóque curæ potiſſimùm illi fuit, vt Regia Pippini poteſtas magis ac magis firmaretur, ne ſi quo prætextu vacillaret, Francia domeſticis tumultibus turbaretur, deſineréque Romanæ Eccleſiæ contra quoſcumque hoſtes eſſe præſidio, gentibus ethnicis terrori. Nihil autem ad corroborandam noui Regis auctoritatem validius excogitari potuit, quàm ſi duobus eius filiis Regia Dignitas conferretur, ipſeque cum Regni Proceribus ceteriſque Francis abſolueretur à periurio, quod in Childerici Regis exauctoratione commiſſum eſt. De Pippini filiis in Reges inunctis Auctores non paucos ſuprà protulimus. De periurij abſolutione quid plerique ſcripſerint, hîc accipe.

LV. Apud Theophanem [a] Pippinus regnat primus non oriundus ex Regio genere, πρῶτος οὐ κατὰ γένος, illúmque Stephanus à periurio in Regem, id eſt, in Childericum, admiſſo abſoluit, λύσαντος αὐτὸν τῆς ἐπιορκίας τῆς πρὸς τὸν ῥῆγα τοῦ αὐτοῦ Στεφάνου. Qui Theophanem Latinè nuper reddidit, eius ſenſum non benè aſſequutus eſt, vbi dixit de Stephano, quòd

[a] Ad an. 8. Leon. Aug.

AN. CH. 754.

PIPPINI R. 3.

Pippinum *à periurij in Regem* Childericum *admiſſi metu* abſoluit. In Theophanis textu Stephanus Pippinum abſoluit à periurio, non autem à periurij metu ſeu ſcrupulo, quaſi Pippinus dubitarit vtrùm periurij reus eſſet an non: Verba Theophanis ſuprà deſcripta, λύσαντος αὐτὸν τῆς ἐπιορκίας τῆς παρὰ τὸν ῥῆγα τοῦ αὐτοῦ Στεφάνου, Latinitate ſic donauit Anaſtaſius [a] eximius eius interpres, *ſoluente ſcilicet eum à periurio, in Regem commiſſo, eodem Stephano.* Anaſtaſium ipſiſſimis verbis tranſcripſit Continuator [b] Eutropij. Non diſſentit Otto Friſingenſis, ad hunc enim annum quo Pippinus à Stephano in Regem vnctus eſt, ita ſcribit. *Anno ab Incarnatione Domini* DCCLIIII, *Pipinus à Stephano Papa primò à fidelitatis iuramento, quod Hilderico promiſerat, cum aliis Regni Francorum Primoribus abſoluitur, ac detonſo Hilderico & in Monaſterium detruſo, poſtmodum in Regem vngitur.* E quo textu delendæ voces iſtæ, *detonſo Hilderico & in Monaſterium detruſo*, anno enim Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-quarto Stephanus Papa Pippinum à fidelitatis iuramento, quod Hilderico promiſerat, ſiue à periurio in Childericum commiſſo abſoluit cum cæteris Francorum Primatibus, ac poſtmodum in Regem inunxit, Childerico ante biennium detonſo atque in Monaſterium detruſo. Cum Ottone conueniunt Abbas Vrſpergenſis & Egilwardus, quorum textus ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſecundum [c] iam recitauimus. Periurij reus in Childericum fuit Pippinus. Id abſque adulatione in dubium vocari nequit.

PIPPINVM ET FRANCOS A PERIVRIO IN CHILDERICVM COMMISSO ABSOLVIT STIRPE MEROVEADARVM IAM EXTINCTA.

[a] Ad an. 2. Conſtantin. Aug.
[b] Lib. 22.
[c] Nu. 16. 34.

Porrò, ſi Stephanus Papa Pippinum periurij in Childericum admiſſi reum, cæteróſque Francorum Primores tanti flagitij fautores aut adiutores abſoluit, quis Regnum Francorum Apoſtolicâ auctoritate deceſſoris Zachariæ tranſlatum à Childerico ad Pippinum credat? Id igitur certum & indubitatum maneat, inconſulto Romano Pontifice Regnum Francorum à Pippino Maiore-domûs contra fas occupatum, eique, priuſquàm à Stephano Papa cum filiis ſuis in Regem inungeretur, impoſitam pœnitentiam quâ perduellio ſeu periurium in Childericum expiaretur, ipſo Childerico jam mortuo, totâque Merouæadarum ſtirpe penitus extinctâ. LVI.

Stephanus Papa Pippinum eiúſque filios Carolum & Carolomannum non tantùm Reges inunxit, ſed & Patricios Romanorum dixit, ídque liquet non ſolùm ex Annaliſta Metenſi, ſed etiam ex epiſtolis, quas poſteà Stephanus *Pippino Regi, Carolo & Carolomanno item Regibus, & vtriſque Patriciis Romanorum* inſcripſit, ſuiſque locis recitabimus ex volumine curâ Caroli Magni quondam collecto. Patriciatus Romanorum in Sanctæ Dei Eccleſiæ & populi Romani protectione totus conſiſtebat. Id docet Stephanus in ſuis ad Pippinum literis [d], vbi ſic illum alloquitur. *Nulli alio, niſi tantummodo tuæ amantiſſimæ Excellentiæ, vel dulciſſimis filiis, & cunctæ genti Francorum, per Dei præceptionem & Sancti Petri, Sanctam Dei Eccleſiam & noſtrum Romanorum Reipublicæ populum commiſimus protegendum.* Hæc Patriciatûs Romani dignitas penes Francorum Reges fuit, vſquedum Carolus Magnus omiſſo Patricij nomine Imperator & Auguſtus eſt appellatus, vt ad annum Chriſti octingenteſimum dicturi ſumus. LVII.

PIPPINVM EIVSQVE FILIOS PATRICIOS ROMANORVM DICIT.

[d] Cod. Carol. ep. 6.

In Codice Carolino multæ ſunt epiſtolæ, in quibus idem Stephanus Papa Pippinum non tantùm Regem Francorum & Patricium Romanorum, ſed etiam ſpiritalem ſuum compatrem vocat; Bertradam eiuſdem Pippini Regis vxorem non tantùm Reginam, ſed etiam ſpiritalem ſuam commatrem dicit, eorúmque filios Carolum & Carolomannum non tantùm Reges Francorum & Patricios Romanorum, ſed etiam ſpiritales ſuos filios appellat. Nec alia tot titulorum ratio poteſt afferri, quàm quòd Stephanus Carolum & Carolomannum è ſacro fonte leuauerit. Pippini LVIII.

FACTVS PRIVS PATRINVS CAROLI ET CAROLOMANNI.

AN. CH. 754. PIPPINI R. 3.

igitur Regis ambo filij Stephano Pontifice in Francia tum commorante & Lullo Archiepiſcopatum Moguntiacenſem poſt Bonifacium iam gerente baptizati ſunt in Neuſtria, falluntúrque, qui Carolum apud Moguntiam à Bonifacio illius ciuitatis Archiepiſcopo baptizatum volunt. Porrò Carolum & Carolomannum à Stepbano priùs leuatos è ſacro fonte, quàm vnctos in Reges arbitrare.

LIX. In Areopagiticis ſuprà citatis [a], non tantùm Pippinus eiúſque filij Carolus & Carolomannus vnguntur Reges à Stephano Papa, ſed & vngitur Regina Bertrada vxot Pippini matérque Caroli & Carolomanni. Vtrumque ſic ibi narratur ad Stephani commendationem. *Vnxit in Reges Francorum florentiſſimum Regem Pipinum, & duos filios eius, Carolum & Carlomannum. Sed & Bertradam, ipſins inclyti Regis Pipini coniugem, indutam cycladibus Regiis, gratiâ ſeptiformis Spiritûs Sancti in Dei nomine conſecranit.* Hæc autem à Stephano prudenter admodum geſta ſunt, vt inter Pippinnm & Bertradam coniugalis amicitia magis magíſque ſolidaretur, eorúmque filij Francis maiori deinceps eſſent venerationi. Diſſimulare enim non poſſumus, quòd Pippinus de repudianda Bertrada nuperrimè cogitarat. Illius rei fidem Stephanus Quartus Romanus Pontifex in ſuis literis [b] ad Carolum & Carolomannum Reges ita facit. *Mementote hoc, præcellentiſſimi filij, quòd ſanctæ recordationis prædeceſſor noſter Stephanus Papa*, id eſt, Stephanus Tertius, *excellentiſſimæ memoriæ genitorem veſtrum obteſtatus eſt, vt nequaquam præſumeret dimittere Dominam & genitricem veſtram, & ipſe, ſicut reverà Chriſtianiſſimus Rex eius ſalutiferis obtemperauit monitis.* Redarguitur etiam Pippinus ab Auctore Chronici Beſuenſis, quòd nefando ſe coitu cum Angla Tbeodardi coniuge ſub initium Regni ſui contaminarit, nec inualidum inde potes argumentum eruere, vt inter eum & Bertradam vxorem aliquando ſimultates fuiſſe credas. Laudandus ſummoperè Pippinus, quòd à vitio inſtar ani reſipuerit, obſecutúſque ſit Stepbano Tertio Papæ piè monenti obteſtantíque ne quid contra fas audere præſumeret. Ad meliorem quoque frugem rediit Angla, de qua quid Chronographus Beſuenſis ſcripſerit, hîc examinandum.

[a] Hoc an. n. 31.

[b] In Cod. Carol. Ep. 41.

SALVTARIBVS MONITIS PIPPINVM AD MELIOREM FRVGEM REVOCAT.

LX. Lucas Dacherius Chronica San-Benignianum & Beſuenſe primus publicauit [c], & quoniam ea multis in locis adeò ſimilia reperit, vt vnum ex altero deſcriptum videatur, in Chronici Beſuenſis editione non pauca prætermiſit adiectâ tantùm notatiunculâ, quòd in San-Benigniano legi poſſent, fruſtráque bis eadem repeterentur. In Chronico San-Benigniano hæc leguntur. *Anno ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo Domnus Pipinus Rex ſacratus eſt per manus Stephani Papæ, & duo filij eius, Carlomannus, & Carolus qui Magnus dictus eſt. Anno quarto Pipinus Rex intrauit in Longobardiam*, &c. Et in Chronico Beſuenſi ſimiliter hæc habentur. *Anno* DCCLII. *Domnus Pipinus Rex ſacratus eſt per manus Stephani Papæ, & duo filij eius Carlomannus & Carolus qui Magnus dictus eſt.* Proximè ſubiicitur narratio ſatis prolixa, quæ ſpeciatim ad Anglam, de qua nobis hîc ſermo, & ad Monaſterium Beſuenſe pertinet. Deinde eadem, quæ in Chronico San-Benigniano, ad Ludouici vſque Pij tempora ſic ſubſequuntur. *Anno* IV. *Pipinus Rex intrauit Longobardiam*, &c. Vtrùm autem quartus hic annus, quo Pippinus in Longobardiam cum exercitu penetrauit, habendus ſit quartus eiuſdem Pippini Regis, an quartus poſt ſeptingenteſimum quinquageſimum à nato Chriſto in controuerſiam vocari poteſt, niſi dicamus Chronologos San-Benignianum & Beſuenſem in eorum opinione locutos eſſe, qui quartum Pippini Regis annum, ſiue annum quartum poſt Conuentum Sueſſionenſem, in quo Pippinus Rex primùm acclamatus eſt, cum anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-quarto componunt, ſic enim tota diſceptatio dirimitur. At illis de Scriptoribus aliter ſentiendum, multa nos docent.

[c] Tom. 1. Spicileg.

AN. CH. 754. PIPPINI R. 3

Imprimis Pippini Regis eleuationem, quæ Sueſſione peracta eſt in generali Francorum Conuentu, confundunt cum vnctinne, quæ prope Pariſios in Monaſterio San-Dionyſiann per Stephanum Romanum Pontificem facta eſt. Pippinns annn quidem poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo Rex eleuatus eſt Sueſſione, ſed anno poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimo quinquageſimo-quartn Rex vnctus eſt à Stephano LXI. Papa. In præcitatis verò Chronicis Rex cum filiis Carolo & Carolomanno *per manus Stephani Papæ ſacratus* perhibetur *anno ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo*, ſiue annn quo primùm Sueſſione Rex eſt eleuatus. Atque indè colligere eſt in iiſdem Chronicis initium Regni Pippinini ab anno Chriſti ſeptingenteſimn quinquageſimo-ſecundo peti, annúmque quartum, quo Pippinus Rex in Longnbardiam primâ vice perrexit, non intelligendum eſſe de anno quarto Pippini Regis, ſed de anno poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimo quinquageſimo-quarto, quo Pippinus in Longobardium profectus eſt, cùm annum in Regno tertium ageret.

Deinde prænominati Chronographi ad annum quartum qun Pippinus LXII. Rex in Lnngobardiam ſe contulit, res anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-quarto geſtas enumerant, nempe Pippinum Regem in Longnbardiam profectum eſſe, reuerſum Rnmam Stephanum Pontificem, Bonifacium in Friſia Martyrio coronatum. *Anno*, inquiunt, *quarto Pipinus Rex intrauit Longobardiam: & Stephanus Papa reuerſus eſt Romam. Eodem tempore Sanctus Bonifacius genti Friſonum * prædicans ſuſcepit Martyrium.* Cum prædictis * [illegible] Auctoribus de profectione Pippini Regis in Longobardiam, déque reditu Stephani Papæ in Vrbem ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quartum conuenimus, ſed Bonifacij Martyrium reiicimus in annum proximum, nec miramur Chronologos, quos examinamus, aliter ſenſiſſe, cùm plerique Annaliſtæ etiam antiquiores, putà Petauianus, Maſciacenſis, Loiſelianus, aliique, quos anno ſequenti citabimus, Bonifacij Martyrium anno vno præuerterint.

Denique apud Chronologos San-Benignianum & Beſuenſem, cùm an- LXIII. nos ſimpliciter, primum, ſecundum, tertium, ceteróſque infra decimum legis, eos de annis decadis tum currentis interpretare. Exemplum, quo noſtram probemus aſſertionem, non longè repetemus. Iidem Auctores, vbi res ab anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum geſtas enarrant, ita ſcribunt. *Anno quarto Carlomannus & Pipinus inuaſerunt Saxoniam. Anno ſeptimo Carlomannus, relictâ curâ Regni Pipino fratri, Romam perrexit.* Id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-quartn Carnlomannus & Pippinus inuaſerunt Saxoniam, & anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſeptimo Carolnmannus abdicato Maioratu Romam profectus eſt.

In Chronico igitur Beſuenſi, quæ ſpeciatim de Angla déque Monaſte- LXIV. rin Beſuenſi commemorantur, ea referenda ſunt ad illud temporis interſtitium, quod à Conuentu Sueſſionenſi ſiue à Pippini eleuatione in Regem, ad eiuſdem vſque Pippini Regis iter in Longnbardiam, aut potiùs ad eius vnctionem per Stephanum Romanum Pontificem factam, quæ profectionem in Longobardiam anteceſſit, peractáque eſt ſimultate Pippinum inter ac Bertradam iam ſopitâ ipsâque Anglâ pariter ad meliorem frugem conuersâ.

Sic autem habet Chronicon Beſuenſe. *Pipinus Rex habuit quemdam* LXV. *fratrem, nomine Remigium, cui in Burgundia plurima loca conceſſit. Inter quæ, etiam res ad Epiſcopatum Eccleſiæ Lingonenſis pertinentes, quas, ſicut ſibi viſum eſt, ſuis aſſeclis dimiſit. Sed, ô nefas! Monaſterium hoc Angla, vxori cuiuſdam Theodardi, quia eius ſtupro potitus fuerat, non cuſtodiendum, ſed diripiendum dedit. Quam præſumptionem, vt dignum erat, indignè ferentes Monachi Monaſterium reliquerunt, præter paucos ætate & debilitate con-*

AN. CH. 754. PIPPINI R. 3.

fectos. Reliqui verò Luxouium Cœnobium expetiuerunt, aliáque Monaſteria, in quibus nouerant ordinem Monaſticum permanere. Prædicta autem Angla res Monaſterij, vt talem decebat, diſponebat. Ab ingreſſu autem ſacroſanctæ Baſilicæ Apoſtolorum, ſenibus illis, qui remanſerant, prohibentibus, aliquandiu temperauit, ſed poſtquàm cetera ſacra loco impunè temerauit, etiam ipſum Oratorium audacter ingredi præſumpſit, ſtatímque, quia contra Deum veſaniret, experta eſt. Nam vt à viris fide dignis; qui ab eis, qui præſentes fuerunt, & viderunt, & audierunt, comperimus, ſtatim vt ingreſſa eſt prædictum Oratorium, inuiſibili igne ardere cœpit, magníſque clamoribus ſe exuri vociferans, vt in fluuium Beſuæ, qui iuxta decurrit, deportaretur, poſtulabat. Quod illicò factum eſt. Sed non valuit talis aqua talem extinguere ignem; tunc ad fontem miſericordiæ cucurrit, prædictis ſenibus monentibus, & docentibus, ſícque ſaluari meruit. Priùs tamen, temeritate confeſſá, emendationem in reliquo talis præſumptionis promiſit. Honorauit etiam prædictum locum donariis, quibus potuit, quorum quædam, ob teſtimonium tanti auſûs, apud nos ſeruantur.

ANGLA QVOQVE RESIPISCENTE.

LVXI. Auctor ætatem ſuam prodit, vbi teſtatur nihil à ſe de Angla ſcribi, quòd non compererit *à viris fide dignis, qui ab eis, qui præſentes fuerunt, & viderunt, & audiernur.* Atque inde obſerua Chronicon Beſuenſe San-Benigniano vetuſtius eſſe, & quotieſcumque ſimillima naneiſceris duo illa Chronica, non San-Benignianum Beſuenſi, ſed hoc illi inſertum arbitrare.

LXVII. Pippinus in textu præeitato multa Burgundiæ loca, necnon res ad Epiſcopatum Lingonenſem pertinentes Remigio ſeu Remedio fratri ſuo largitur, & Anglæ Theodardi vxori, cuius ſtupro potitus eſt, Monaſterium Beſuenſe tradit. Vituperandus Pippinus, quòd in dupliei vixerit adulterio, réſque Eccleſiaſticas laicis hominibus & adulteræ mulieri conceſſerit. Vituperandus Remigius, quòd bona Lingonenſis Eccleſiæ vel in proprios vſus commutarit, vel aſſeclis ſuis dederit poſſidenda. Vituperanda & Angla, quòd fidem marito datam fefellerit, & Monaſterio Beſuenſi maximam intulerit calamitatem. Laudandi verò ſummoperè, quòd à vitiis reſipuerint. Id de Pippino ex literis Stephani Quarti Papæ probatum ſuprà. De Angla locupletiſſimum eſt teſtimonium, quod ex Chronico Beſuenſi deſcripſimus. Agemus ſæpiùs de Remigio, qui Rotomagenſem Archiepiſcopatum poſteà ſuſcepit, anníſque multis tanta cum vigilantia & pietate geſſit, vt veneratione Sanctis exhiberi ſolitâ coli meruerit decimo-quarto Kalendas Febtuarij [a].

[a] Bolland. d. 19. Ian.

LXVIII. Ex eo quòd Pippinus Epiſcopatum Lingonenſem tam malè habuit, in aduerſariorum numero, quos expertus eſt, Epiſcopum Lingonenſem collocamus. Sedebat tunc in Lingonenſi Cathedra Chedroaldus. Non hunc modò, ſed & alios pleroſque Præſules exiſtimamus ægrè admodum tuliſſe, quòd Pippinus, exauctorato Childerico Rege adoleſcentulo, Regnum Francorum contra fas occupaſſet.

LXIX. Epiſcopo Lingonenſi ſuæ paulò pòſt reſtitutæ poſſeſſiones, ſed non ita feliciter actum cum Monachis Beſuenſibus, quibus ſubſtituti ſunt Canonici. Chronographus Beſuenſis ea de re ſic queritur. *Poſtquàm autem, remoto Remigio, Epiſcopatus Lingonenſis Epiſcopis legitimis ceſſit, hoc Monaſterium* Beſuenſe *ab Epiſcopo* Lingonenſi *receptum eſt, ſed non fuit illi cura digna Paſtore, vt oues diſperſas ad proprium ouile reuocaret, magis gaudens, quòd res Monachis delegata in ſuos ſuorúmque vſus cederent, ſícque Monaſticus ordo ex hoc loco penitus eſt deletus, nullíque ſuccedentium Epiſcoporum cura fuit, vt priſtinam religionem in hoc loco repararet. Sed alij Abbates Canonici ordinis conſtituerunt, alij ſibi ſeruiendam decreuerunt, donec ad piiſſimi auguſtæ recordationis Ludouici Imperium ventum eſt.*

LXX. Idem Chronographus quatuor antiquiſſimos Abbates Beſuenſes Waldalenum, Bercaugum, Ferreolum & Syrannum, ita commendat. *Tempore*

AN. CH. 754. PIPPINI R. 3.

Waldaleni Monaſticus ordo regulariter floruit, quem ſucceſſores eius Abbates, vt boni fily mores paternos æmulantes, in regulari Inſtitutione imitati ſunt; Bercangus videlicet, qui illi in regimine ſucceſſit; & Ferreolus, qui poſt Bercangum regimen Monaſtery ſuſcepit; ſed & Syrannus vir religioſus Paſtoralem curam nobiliter tenuit. Talibus itaque fundatoribus, plantatoribus, rigatoribus, Deo incrementum præbente, in prædicto Cœnobio Beſuenſi *Monaſtica Inſtitutio ſolerter viguit, permanſitque vſque ad tempora Pipini, Magni Caroli genitoris.* Syranno Abbate ſub initium Regni Pippinini mortuo, ſecuta eſt Monachorum Beſuenſium diſperſio, quia Monaſterium mulieri, nomine Anglæ, traditum, eâque poſt immiſſam à Deo corporalem punitionem, reſipiſcente, Monaſterium ſplendori priſtino reddi non potuit, quia Lingonenſes Epiſcopi Monachis ſuffecerunt Canonicos, quos modò ſubeſſe, modò ſibi ſeruire voluerunt, iſque Beſuenſis Monaſterij ſtatus ad Imperium vſque Ludouici Pij permanſit, vt prædictus Chronographus hiſce verbis confirmat. *Cùm inimicus totius boni diabolus comperiſſet hoc Beſuenſe Monaſterium religione florere, indoluit terrigenas illuc humilitate & obedientiâ conſcendere, vnde ipſe ſuperbiâ & inobedientiâ corruerat. Egit itaque, vt Monaſticus ordo ex hoc loco penitus deletus eſſet. Nec hoc paruo temporis internallo, ſed à tempore Pipini Regis & tempore Caroli vſque ad tempus Domini Hludouici Imperatoris durauit.* Abbatum Beſuenſium, qui Canonicis per illa tempora præfuerunt, hodie nomina deſiderantur. Primùs poſt Cœnobij reſtaurationem Monachis præpoſitus eſt Abbas Seraphim, imperante tunc Ludouico Pio & Diœceſim Lingonenſem adminiſtrante Alberico Epiſcopo, vt patet ex Actis, cùm Ludouici Auguſti, tum Alberici Lingonenſis Epiſcopi, datis [a] anno Chriſti octingenteſimo triceſimo, Tomóque proximo deſcribendis. At Chedroaldo, cui Pippinus Rex infenſum aliquando ſe præbuit, in Epiſcopatum Lingonenſem ſucceſſerunt, Herulfus, Valdricus, Betto, deinde prælaudatus Albericus, qui Monaſterium Beſuenſe ſub Ludouico Pio reparauit. Herulfus autem, ſiue Erlulfus, aut Hariolfus, proximus poſt Chedroaldum Lingonenſis Epiſcopus, ſi Iacobus Vignerius in Chronico Lingonenſi rectè ſcribit, *ex ducibus Sueuia & gente Comitum Elwangiæ procreatus, atque olim cum iunioribus Clericis, Monachos inter, educatus* eſt. Hæc obiter de Beſuenſibus Abbatibus & Lingonenſibus Epiſcopis, vt meliùs intelligatur Chronographus Beſuenſis, cuius textum occaſione Bertradæ cum Pippino coniuge ſuiſque filijs Carolo & Carolomanno in Reginam à Stephano Tertio Papa vnctæ recitauimus.

[a] Chron. Beſuenſ.

LXXI. Cæſar Baronius, poſtquàm ex Areopagiticis jam allegatis eandem Regum inunctionem per Stephani Tertij Papæ manus hoc anno factam aſſeruit, de tempore, à quo Pippini Regis anni cœpti ſunt numerari, ſic ratiocinatus eſt. *Licèt literis Zachariæ Pontificis Pipinus in Regem antè prouectus fuerit, & S. Bonifacy vnctione initiatus, tamen non ab eo tempore, ſed ab hoc anno cœpti ſunt numerari anni ipſius Regni, vt docent vetera monumenta Francorum.* In hoc textu tres proponuntur quæſtiones, de quibus cum Baronio non conuenimus. Pippinus, vt fusè probauimus, nec Zachariæ Papæ literis in Regem prouectus eſt, nec initiatus eſt vnctione Sancti Bonifacij. Supereſt, vt inquiramus, vtrùm eiuſdem Regis anni numerentur à tempore, quo primùm à Francis in Regem Sueſſione eleuatus eſt inconſulto Romano Pontifice, an à tempore, quo Rex cum duobus filiis in Monaſterio San-Dionyſiano agri Pariſienſis inunctus eſt à Stephano Tertio Papa. Baronius per *vetera monumenta Francorum*, ſolam intelligit vitam Sancti Othmari à Surio editam ex Walfrido & Iſone, ſic enim habet in margine. *Lib. 2. rerum S. Othmari, cap. 5. apud Sur. Tom. 6. die 16. Nouembris, ex Walfrido & Iſone Monacho.* Textus autem apud Surium talis eſt. *Pipinus pater Caroli Imperatoris, per authoritatem Stephani Romani Pontificis, depoſito ac detonſo Rege Childerico, anno ab Incarnatione Domini ſeptingenteſimo quin-*

AN. CH. 754. PIPPINI R. 3.

quageſimo-quarto, Indictione ſeptimâ, ex Præfecto Palatij Rex conſtitutus, ſolus Francis cœpit imperare. Nihil ad rem hic textus, quia duo tempora, quæ queſtioni locum dant, & à Baronio diſtinguuntur, haud diſtinguit, imò aſſerit Pippinum anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-quarto, per authoritatem Stephani Romani Pontificis, Regem ex Palatij Præfecto conſtitutum, depoſito tunc ac detonſo Rege Childerico, quod falſiſſimum eſt, anno enim Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo Childericus exauctoratus eſt, & Pippinus ex Maiore-domus ſeu Palatij Præfecto Rex eſt conſtitutus. Multos legimus Auctores cùm Annaliſtas, tum Biographos, qui res à Pippino, Carolo & Carolomanno geſtas per annos digeſſerunt, neminem comperimus, qui vel Pipini vel filiorum Regnum auſpicaretur ab inunctione Regia, quam in Monaſterio San-Dionyſiano à Stephano Papa perceperunt, ideóque ab iſtius inunctionis epocha in annotandis cùm Pippini tum filiorum Regum annis penitus abſtinebimus. Quin & idem Iſo, cuius ſolâ Baronius auctoritate nititur, paulò pòſt ait Othmarum, cuius mors in annum Chriſti ſeptingenteſimum duodeſexageſimum incidit, obiiſſe *ſeptimo anno, regnante Pipino*, eóque Charactere primum Pippini Regis annum cum anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo componit.

LXXII. MON. S. DIONYSII AFFICIT MVNERIBVS.

Peractâ illa Regum inunctione, Stephanus Papa ſingularem beneuolentiam erga Monaſterium San-Dionyſianum datis muneribus egregiè teſtatus eſt. *Hunc locum ſacratiſſimum Priuilegiis magnæ authoritatis ſublimauit, & ſuper altare, quod conſecrauit, Pallium Apoſtolicæ dignitatis pro benedictione Sancti Petri reliquit, & claues ob venerationem prærogatiuæ eius, qui in ligandi & ſoluendi Pontificio claues Regni cælorum à Domino Ieſu Chriſto accepit, hìc in memoria & honore atque reuerentia Principis Apoſtolorum dimiſit, vt quia eius ceterorúmque Apoſtolorum, ſimul & ſancti ac pretioſiſſimi Dionyſij merita ſunt iuncta in cælis, eorum memoria pariter venerarentur in terris.* Hæc Hilduinus in Areopagiticis.

LXXIII. IN ITALIAM REDVCITVR A PIPPINO,

Interim expeditio decernitur in Italiam. Totum negotium, vt geſtum eſt, ſic exponit Anaſtaſius. *Pipinus, vt verè Beati Petri fidelis, atque iam fati Pontificis obtemperans monitis, direxit ſuos nuncios Aiſtulfo Regi Longobardorum propter pacis fœdera, & proprietates Sanctæ Dei Eccleſiæ ac Reipublicæ reſtituenda iura, atque bis & tertiò iuxta ſæpefati beatiſſimi Papæ admonitionem eum deprecatus eſt, & plura ei pollicitus eſt munera, vt tantummodo pacificè propria reſtitueret propriis. Sed ille, peccato imminente, obedire diſtulit. Ad hoc iſdem Francorum Rex cernens, quòd Aiſtulfi nequaquam valeret aliquo modo ſaxeum emollire cor, generalem contra eum decreuit facere motionem. Et dum iam ferè medium itineris ſpatium Francorum exercituum graderentur cunei, rurſum iſdem Papa deprecatus eſt Pipinum Regem, denuò Aiſtulfo dirigi Longobardorum Regi, ſi quo modo potuiſſet vel ſerò tandem eius ſedare ſæuitiam; & propria propriis ſaluberrimè ſuaderet reddere abſque humani effuſione ſanguinis. Et ita factum eſt, atque denuò ipſe Pipinus ſuos eidem Aiſtulfo Regi miſit nuncios. Sed & Papa, vt verè Pater, & bonus Paſtor, ne ſanguis effunderetur Chriſtianorum, admonitionis & obſeruationis Apoſtolicas ei direxit literas, coniurans eum atque obteſtans fortiter per omnia diuina myſteria & futuri examinis diem, vt pacificè ſine vlla ſanguinis effuſione propria Sanctæ Dei Eccleſiæ & Reipublicæ Romanorum redderet iura. Sed iniquitate eius obſiſtente, nequaquam acquieſcere voluit; pòtiùs autem è contrario minas & indignationes præfato Pontifici, & Pipino Regi, vel cunctis Francis direxit. Tunc fiſus in Omnipotentis Dei miſericordia antefatus Pipinus Francorum Rex iter ſuum profectus eſt, præmittens ante ſuum occurſum aliquos ex ſuis ad cuſtodiendas proprias Francorum cluſas. Ibíque conuenientes remoti reſidebant, ſuum Regem expectantes. Veniens itaque præfatus Rex vnà cum eodem Papa Maurienæ in Eccleſia Sancti Ioannis Baptiſtæ, ibi deuotiſſimè Miſſas celebrauit,* id eſt, vt hodie loquimur, Miſſam

Miſſam audiuit, *eundémque Pontificem, ſicut & anteà fecerat tam ipſi, quàm*
omnibus Proceribus ſuis, iterum adiens magnificè honorauit. Munera quoque AN. CH.
quæ Aiſtulfo per Miſſos ſuos dare promiſerat, Deo offerens, per manus ſanctiſſi- 754.
mi viri diſpenſanda tribuit, & in eius orationes ſeipſum commendans prædictos PIPPINI
exercitales ſubſecutus eſt. Audiens itaque Aiſtulfus Rex paruum numerum ex il- R. 3.
lis Francis adfuiſſe, qui ad cuſtodiendas proprias cluſas venerant, fidens in ſua
fortitudine, ſubitò aperiens cluſas ſuper eoſdem diluculo cum plurimis irruit exer-
citibus. Sed iuſtus Iudex Deus noſter victoriam illis pauciſſimis tribuit Francis.
Et multitudinem illam Longobardorum ſuperantes trucidauerunt, itaut ipſe
Aiſtulfus fugâ ereptus vix ab eorum euadere potuiſſet manibus, niſi vſque in
Papiam ciuitatem abſque armis fugam arripuiſſet, in qua & præ timore Franco-
rum cum aliquantis ſe retruſit. Ipſi verò Franci introeuntes cluſas, cunctum
foſſatum, id eſt, caſtra, *Longobardorum poſt peractam cædem abſtulerunt,*
ſpolia multa auferentes. Pipinus verò Rex ſequipes factus eius & antedictus
Papa vſque ad muros ciuitatis Papiæ peruenerunt. Quam obſidentes per ali-
quantos dies viriliter, eam Francorum exercitus conſtrinxerunt. Tunc Papa
Pipinum deprecatus eſt, vt iam amplius malum hoc non proueniret, neque ſan-
guis effunderetur Chriſtianorum, imminens ſalutiferâ prædicatione, vt pacificè
cauſa finiretur. Ad hac Pipinus Rex audiens eos paci inhiantes, atque in ſcri-
pto fœdere pactum promittentes, dixit Summo Pontifici. Fiat ſecundùm præce-
ptum tuum, benigniſſime Pater. Aiſtulfus denique Rex cum vniuerſis ſuis In- PACE CVM
dicibus, ſub terribili & fortiſſimo ſacramento, atque in eodem pacto per ſcriptu- LONGOBAR-
ram affirmauit ſe illicò redditurum ciuitatem Rauennatium cum aliis diuerſis ci- DIS FACTA.
uitatibus. Poſt hac factâ pace inter Romanos, Francos & Longobardos, Rex Pipi-
nus obſides Longobardorum ſecum ducens, in finibus ſuis rediit. Aiſtulfus in Hiſ-
toria iuſſu Nibelungi conſcripta pactus cum Pippino Rege dicitur, *vt*
nunquam à Francorum ditione ſeu fœdere *ſe abſtraheret, & vlteriùs ad Sedem*
Apoſtolicam, Romanam & Rempublicam hoſtiliter nunquam accederet.

In præcitata narratione nulla Carolomanni mentio fit, quia priùs hæc LXXIV.
apud Anaſtaſium præmittuntur. *Pari conſilio iſdem Sanctiſſimus Papa cum*
denominato Francorum Rege conſilio inito, iuxta id, quod præfatus Caroloman-
nus Deo ſe deuouerat in Monarchica degere vita, in Monaſterio eum Vienna in
Francia collocauerunt. Vbi & poſt aliquantos dies diuinâ vocatione de hac luce
migrauit anno Domini 755. In Codicibus Freherianis annus obitûs haud
notatur. Carolomannus eodem deceſſit anno, quo Pippinus in Italiam
primùm perrexit. Hæc eſt communis omnium ſententia, & Annaliſta Lau-
reshamenſis illum priùs mortuum, quàm Pippinus ex Italia rediret, diſtinc-
tis verbis ſic aſſerit *Karolomannus Monachus frater Regis, qui cum Bertrada*
Regina in Vienna ciuitate remanſit, priuſquàm Rex de Italia reuerteretur, fe-
bre correptus diem obiit. At ſuper anno, quo res iſtæ contigerunt, triplex oc-
currit opinio. Vna eſt Annaliſtæ Nazariani ad annum Chriſti ſeptingen-
teſimum quinquageſimum-tertium ita ſcribentis. DCCLIII *Papa in Fran-*
ciam venit, commotóque exercitu Francorum, cæde factâ in Longobardos, rece-
*pta * res Sancti Petri, reuerſus eſt ad Sedem ſuam. Et Karlomannus rediit,* * id eſt, recepta rebus.
qui & detentus eſt, & obiit. Altera eſt Annaliſtæ Petauiani ad annum
Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum quartum, ſic. DCCLIV. *Karo-*
lomannus obiit. Et Rex Pipinus abiit in Longobardiam. Et Papa Stephanus re-
uerſus eſt Romam. Tertia eſt Annaliſtæ Loiſeliani ad annum Chriſti ſeptin-
genteſimum quinquageſimum-quintum, ſic. DCCLV. *Pipinus Rex per Apoſ-*
tolicam inuitationem in Italiam iter peragens, iuſtitiam B. Petri quærendo;
Haiſtolfus Langobardorum Rex ſupradictam iuſtitiam vetando, Cluſas Longo-
bardorum petiit, obuiam Pipino Regi & Francis venit. Et inierunt bellum, &
Domino auxiliante, beatóque Petro Apoſtolo intercedente, Pipinus Rex cum
Francis victor extitit. Eodémque anno Stephanus Papa reductus eſt ad Sanctam
Sedem per Miſſos Domni Regis Pipini Folradum, & reliquos qui cum eo erant.

AN. CH. 754. PIPPINI R. 3.

Incluſo verò Haiſtolfo in Papia ciuitate, iuſtitiam S. Petri pollicitus eſt facieìdi. Vnde Rex Pipinus obſides XL *receptos, & cùm ſacramenta firmata haberet; reuerſus eſt in Franciam. Carlomannus autem Monachus Viennâ ciuitate remanſit vnà cum Bertradane Regina infirmus, languebátque dies multos, & ſic obiit in pace.*

Annaliſta Nazarianus hoc loco non habet aſſeclas. Annaliſtæ Petauiano ſuffragantur, Maſciacenſis, Fuldenſis, ac Metenſis cum Reginone. Annaliſtam Loiſelianum ſequuntur, Laureshamenſis, Tilianus & Bertinianus, necnon Auctor Chronici San-Dionyſiani. Annaliſtis Nazariano & Loiſeliano præferendus eſt Petauianus. Errorem in Annalibus Nazarianis redarguit Anaſtaſius, vbi Stephanum Papam ad Pippinum acceſſiſſe teſtatur menſe Ianuario, Indictione ſeptimâ, id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-quarto. Annales Loiſelianos refellunt litteræ infrà recitandæ, quas Pippinus poſt Carolomanni fratris obitum ad Bonifacium in viuis adhuc ſuperſtitem direxit. In Annalibus Fuldenſibus Carolomannus Lugduni vitâ deceſſiſſe dicitur. Refragantur Annaliſtæ, Loiſelianus, Laureshamenſis, Bertinianus ac Metenſis cum Reginone, quibus aſſentire, ac Lugduni loco Viennam repone. Nobiliſſimæ hæ ciuitates ad Rhodanum, per quas iter in Italiam Stephano Romano Pontifici & Pippino Regi Francorum fuit, poſt aliquot annorum interpontificium nouis tunc adornatæ ſunt Archiepiſcopis, Lugdunum Madalberto, Vienna Proculo Interim Willicarius, qui Viennenſem Archiepiſcopatum poſt Saracenorum irruptionem abdicarat, Monachum agebat in Agaunenſi Monaſterio ſub Aurasto Abbate, cui poſteà in adminiſtrationem Cœnobij ſucceſſit. Porrò Pippinus, qui ſimul cum vxore Bertrada quinto Kalendas Auguſtas in Monaſterio San-Dionyſiano prope Lutetiam Rex vnctus eſt à Stephano Papa, maximâ celeritate cum Romano Pontifice & Regina prædictis ac Carolomanno fratre Pariſiis iter Mauriennam habuit; Reginam enim Viennæ reliquit, necnon Carolomannum tunc infirmum, qui decimo-ſexto Kalendas Septembres ibidem obiit. Atque inde liquet Stephanum ac Pippinum ad Diœceſim Cadurcenſem haud diuertiſſe. Nec eos illuc anteà profectos quis ſibi perſuadere poteſt, nam Stephanus apud Regiam Pontigonis octauo Idus Ianuarias à Pippino magnificentiſſimè ſuſceptus hyemem reliquam egit in Monaſterio San-Dionyſiano agri Pariſienſis; generalem Francorum Conuentum apud Brennacum Pippinus Rex proximis Kalendis Martiis conuocauit, Paſcha celebrauit apud Cariſiacum decimo-ſeptimo Kalendas Maij; Cariſiacum quoque ſe contulerunt Stephanus & Carolomannus; illic morabatur Papa, cùm reſponſa dedit ad varia conſulta, de quibus à Britaniacis Monachis interrogatus fuerat; in procinctu expeditionis Italicæ, cùm Cariſiaco reuerſus eſſet, ægrotauit in Cœnobio San-Dionyſiano; priſtinam valetudinem inſigni miraculo recuperauit ſexto Kalendas Auguſti, poſtero die Pippinum Regem inunxit, ſtatimque iter cum eodem Rege Alpes verſus arripuit ac Mauriennam citiſſimè contendit, vt dictum ſuprà, nec in Franciam alterâ vice denuò profectus legitur. Ergo commenticia ſunt, quæ de Stephani ac Pippini profectione in pagum Cadurcenſem, déque eorum aduentu ad Monaſterium Figiacenſe circumferuntur. Nec audiendi ſunt Neoterici, ſeu ſcriptum ab ipſomet Pippino volunt [a] in Regia Præceptione, quòd Cœnobium Figiacenſe ſeu Fiacenſe *præſente Domino Stephano Papâ mirabiliter à Deo conſecratum* proſpexit, ſeu fidem habent vel Guillelmo Crucio qui rem illam ex Archiuo Figiacenſi in actis [b] Epiſcoporum Cadurcenſium prolixè narrat, vel Wernero Rolewinko qui breuiùs in Faſciculo Temporum ſic ait, *Cœnobium in Caturcenſi territorio dedicatur à Domino, præſente Stephano Papâ & Pipino Rege.* Potioris autem auctoritatis ſunt, quæ de Stephano ac Pippino Walafridus nono ſeculo grauis Scriptor in libro [c] de rebus Eccleſiaſticis ita commemorauit. *Cantilenæ perfectiorem ſcientiam, quam penè iam tota Francia diligit, Stephanus Papa, cùm ad Pip-*

[a] Ducheſn. ad ep. 1. l. 6. Petr. Venerab. Sammarth. Tom. 4. Gall. Chriſt. in Figiaco Mon.
[b] Nu. 66. & ſeqq.
[c] Cap. 25.

AN. CH. 754. PIPPINI R. 3.

pinum patrem Caroli Magni pro iuſtitia Sancti Petri à Longobardis expetenda veniſſet, per ſuos Clericos, petente eodem Pipino, inuexit, indéque vſus eius longè latéque conualuit. Eodem quoque tempore, præter ſacros cantus, Ordinem Romanum Eccleſiæ Gallicanæ per Romanos Clericos edoctæ ſunt. *Vſque ad tempora abani noſtri Pipini*, inquit Carolus Caluus in literis ad Clerum Rauennatem, *Gallicanæ Eccleſiæ, aliter quàm Romana vel Mediolanenſis Eccleſia, diuina celebrabant Officia.* Lege quæ dicta ſunt Tomo ſecundo [a], pluráque à nobis expecta ſub Carolo Caluo.

[a] Ad an. 601. nu 17. & ſeqq.

LXXV. De Stephani Papæ reditu in Vrbem multa reperiuntur in manuſcriptis Anaſtaſij Codicibus, Regio, Mazarino, Thuano & Freheriano, quæ deſiderantur in exemplaribus hactenus editis. Vulgatus Anaſtaſius ſic habet. *Factâ pace inter Romanos, Francos & Longobardos, Rex Pipinus obſides Longobardorum ſecum ducens in finibus ſuis rediit. Cúmque ab inuicem eſſent ſegregati, ſolitum in periurij reatum infidelis ille Aiſtulfus Longobardorum Rex incidens, quod iureiurando promiſit, reddere diſtulit. Dum enim ſæpefatus Sanctiſſimus Papa coniungeret Romam, poſt aliquanti temporis ſpatium furore vehementi repletus aduerſarius ille, & ſua anima inimicus Aiſtulfus, Deo ſibi contrario, non ſolùm quia ea, quæ promiſerat, minimè adimpleuit, ſed etiam*, &c. Codex autem Regius multò plura ſic narrat hoc loco. *Factâ pace inter Romanos, Francos & Longobardos, Rex Pipinus obſides Longobardorum ſecum ducens in finibus ſuis rediit. Cum ab inuicem eſſent ſegregati, Aiſtulphus Rex in periurium incidens, quod iureiurando promiſerat, reddere diſtulit. Pipinus itaque Rex fratrem ſuum Hieronymum & Fulradum Abbatem cum nonnullis ſuis * miſit Miſſis, qui Domnum Apoſtolicum ad Sedem propriam, id eſt, ad Romanam vſque, cum omni deducerent proſperitate. Qui dum Romam in campum qui vocatur Neronis, coniungeret, cum magno gaudio Sacerdotibus & Clero pſallentibus, & cum Crucibus occurrentibus ſuſceptus eſt, qui cum omni multitudine populi Romani vtriuſque ſexûs Domino laudes & immenſas gratias referebant, vnà voce clamantes. Deo gratias, venit iam Paſtor noſter, & poſt Dominum ſalus noſtra. Dum verò Papa perueniſſet Romam, poſt aliquanti temporis ſpatium furore vehementi repletus Aiſtulphus, non ſolùm ea, quæ promiſerat, minimè adimpleuit*, &c. Codices Thuanus & minor Freherianus nullam Fulradi mentionem faciunt. *Factâ pace inter Romanos, Francos & Longobardos Rex Pipinus obſides Longobardorum ſecum ducens in finibus ſuis rediit. Et poſt hoc ab inuicem ſegregati, ſolitè in periurij reatum infidelis ille Aiſtulphus Longobardorum Rex incidens, quod iureiurando promiſit, reddere diſtulit. Direxit * quoque cum eo Chriſtianiſſimus atque Deo * amabilis Rex Francorum Miſſos ſuos fratrem ſuum Hieronymum atque alios Proceres ſuos cum non paucis hominibus, qui, vſque dum Romam reuerteretur *, in obſequium eius eſſent *. Dum enim ſæpefatus Sanctiſſimus Papa coniungeret Romam in campo, qui vocatur Neronis, ibi inuenit Sacerdotes cum Crucibus pſallentes & immenſas Deo gratias agentes, ſimiliter & multitudinem promiſcuam populorum, turbam tam virorum quàm mulierum clamantium & dicentium. Venit Paſtor noſter, & poſt Dominum ſalus noſtra. Poſt aliquanta temporum ſpatia, furore vehementi repletus aduerſarius ille, & ſua anima inimicus Aiſtulphus, Deo ſibi contrario, non ſolùm ea, quæ promiſerat, minimè adimpleuit, ſed*, &c. Iſtis Codicibus Annaliſta Fuldenſis ita ſuffragatur. *Stephanus Papa duce Hieronymo, fratre Pipini, Romam reuertitur.* Fulradum tamen ſeu Folradum vel Floradum è Pippini Miſſis fuiſſe, qui Stephanum Romam reduxerunt, non eſt cur inficieris; illum enim nominant Annaliſtæ Loiſelianus, Laureshamenſis, & Bertinianus, itémque Regino. *Stephanus Papa*, inquit Annaliſta Loiſelianus, *reductus eſt ad Sanctam Sedem per Miſſos Domni Regis Pipini, Folradum, & reliquos, qui cum eo erant.* Fulradum nullo Titulo donat hic Auctor; nullo quoque Titulo donant Annaliſta Bertinianus & Regino; Preſbyterum & Capellanum Annaliſta Laureshamenſis

ROMAM REVERTITVR, COMITANTIBVS FRANCIS, HIERONYMO FRATRE PIPPINI R. FVLRADO ABBATE,

* Cod. Mazar. habet *cum nonnullis aliis ſuis.*

* Thuan. *dirigenſque.*

* Thuan. deeſt *Deo.*

* Thuan. *reuerteretur.*

* Thuan. *eſſet.*

AN. CH. 754. PIPPINI R. 3.

AVTHPERTO VIRO ILLVSTRI, QVI MONACHVM INDVIT IN MON S. VINCENTII AD VVLTVRNVM FL.

ſic appellat. *Ipſe*, nempe Pippinus, *in Regnum ſuum regreſſus eſt, & Stephanum Papam cum Folrado Presbytero Capellano, & non minima Francorum manu, Romam remiſit.* Erat Fulradus Preſbyter & Capellanus ſiue Archicapellanus Regij Palatij, necnon Abbas quorumdam Monaſteriorum in Alſatia, de quibus ſuprà ſub Childerico Rege, eâque obſeruatione Codices ſuprà citati facillimè conciliantur. Ij duntaxat Auctores errant, qui Fulradum, cùm Stephanus Romam reuerſus eſt, Abbatem Monaſterij San-Dionyſiani vocant, ſeriùs enim illius Cœnobij Præfecturam ſuſcepit poſt obitum Abbatis Conſtramni, qui ſexto Pippini Regis anno ſuperſtes adhuc in viuis erat. Cum Stephano Papa Romam vſque profectus etiam videtur Authpertus vir illuſtris, qui Monachorum in Cœnobio Sancti Vincentij prope Vulturnum amnem religioſiſſimè viuentium famâ permotus illuc perrexit, nunciòque rebus ſecularibus remiſſo veſtem mutauit, atque in eodem Monaſterio Monachus primùm, deinde Abbas extitit. Eius vitam apud Franciſcum Ducheſnium [a] in prædicti Monaſterij Chronico [b], ſed multis deformatam næuis inuenies. Authpertus, ſi fides eſt Chronographo, Monachum non induit ante annum Chriſti ſeptingenteſimum octogeſimum-ſeptimum, quo Carolus Arighiſi Ducis Beneuentani praua conſilia repreſſit. At in Abbatum Vincentinorum Catalogo, quem idem Chronographus & Vghellus [c] ediderunt, multò citiùs obit Authpertus, huic enim in Monaſterij regimen ſuccedit Hàinard, tum Poto, cuius obitus x *Kal. Maij, anno ab Incarnatione Domini* DCCLXXXIII. *Indict.* VI. conſignatur. Quapropter vbi prænominatus Chronographus de Authperto ſcribit, quòd *in Regali aula diuæ memoriæ Caroli Imperatoris, cùm à cunctis diligeretur, maximéque ab eodem Imperatore Carolo, ſiue eius genitore pio Pippino, cœpit eiuſdem Imperatoris magiſter & inſtitutor eſſe prudentiſſimus, ipſiúſque Imperialis aulæ Archicancellarius ſupra ceteros haberi ſtrenuiſſimus*, id ita corrigendum putamus, vt Caroli Imperatoris loco reſtituatur Carolus Maior-domûs, & Authpertus cenſeatur in amicitia fuiſſe cùm apud Carolum Maiorem-domus, tum apud Pippinum Regem eius filium, qui Stephanum Papam in Italiam hoc anno reduxit. Chronographo, quem refellimus, auctoritate plurimùm præſtat ipſemet Authpertus in lucubratione de vita & obitu trium antiquiſſimorum Abbatum Vincentinorum, Paldonis, Tatonis, & Taſonis. Pauca de ſingulis ex illo accipe opere, vt meliùs intelligas quanta cum gloria floreret hoc Monaſterium, cùm Authpertus dimiſſis ſeculi negotiis eò ſe recepit. *Tres ex nobili genere orti, iure conſanguinitatis propinqui, Paldo, Taſo & Tato, fuerunt viri Beneuentani, ex quibus ſuperior Paldo ex vno, Taſo verò & Tato ex altero fratre ſunt procreati.* Communicato ſimul conſilio, in Galliam proficiſci ſtatuunt, vt luſtratis illius regionis Monaſteriis aliquod ex eis eligant, vbi Deo per reliquam vitam deuotè famulentur. Ne tamen animos parentum lædant, piâ ſimulatione dicunt velle ſe Romam ad ſepulchrum Principis Apoſtolorum abire. *Cœpto itinere dum pergunt, ad Monaſterium glorioſæ Dei Genitricis Mariæ, quod eſt in Sabinis, perueniunt, in quo vir vitæ venerabilis Thomas præerat.* Hoc Monaſterium non aliud eſt ab Acutiano ſeu Farfenſi, de quo verba ſæpè facturi ſumus. Romam pergentibus ſocium ſe præbet prædictus Abbas, compertóque, quòd Monaſticam vitam in Galliis amplecti velint, *audite*, inquit, *ô filij, conſilium meum; ad Monaſterium, cui deſeruio, reuertimini mecum, & propter ardorem veſtri deſiderij, quamquam extra vſum Monaſterij, intrinſecus vos recipiam, vt ſimul cum fratribus edatis, ſimul dormiatis, ſimul orationi vacetis, ſimúlque ad opus manuum exeatis, vt his exercitiis probati ſciatis, quibus modis propoſitum Monachi adimplere valeatis.* Dictis aſſentiuntur, ad Monaſterium cum Abbate redeunt, ibique paucis diebus commorantes ad plenum inſtruuntur. Tunc eos Thomas iterum ſic alloquitur. *Eſt*, dilectiſſimi, *locus ad quem vos ire deſidero*,

[a] Tom. 3. Collect. Hiſt. Franc.
[b] Lib. 1.
[c] Tom 6. Ital. Sacr. in Epiſc. Aeſern.

AN. CH. 754. PIPPINI R. 3.

in Samnij partibus ſuper ripam Vulturni fluminis, vbi initium ſumit à mille ferè paſſibus, in quo videlicet loco ſitum eſt Oratorium Martyris Chriſti Vincentij nomine dedicatum. Ex vtraque verò parte fluminis ſilua denſiſſima, quæ habitationem tantùm præſtat ferarum, latibuláque latronum, Omnipotens autem Dominus, cui vos famulatum exhibere deſideratis, & vos in eodem loco illæſos ſeruabit, & cunctis iter agentibus à timore latronum pacatum atque ſecurum conſtituet, necnon & ceraſis, dumis ac ſentibus, lignis fructiferis abundare faciet. Ite, ait, filij, & in eodem loco ſine metu cuiuſcunque permanete. His auditis, illuc ſtatim profecti ſunt acceptâ Thomæ benedictione, cœtúmque complurium Monachorum feliciſſimè congregarunt, quibus Abbates ipſi præfuerunt, primùm Paldo, deinde Taſo, tum Tato. Migrarunt in cælum, Paldo anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo, Taſo anno Chriſti ſeptingenteſimo vndetriceſimo, Tato anno Chriſti ſeptingenteſimo trieceſimo-nono, coluntúrque S. Paldo quinto Idus Octobris, Sanctus Taſo tertio Idus Ianuarij, S. Tato tertio Idus Decembris. Sancto Tatoni ſucceſſit in Monaſterij regimen Antonius, cuius mentionem ſub Stephano Tertio Papa Chronographus Vincentius ita facit. *Iſte*, nempe Stephanus, *Priuilegium Sedis Apoſtolicæ contulit Domno Antonio Abbati S. Vincentij, & Pipinum Regem vnxit.* Hic Antonius, quem Vghellus Atonem appellat, vixit ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum, Autpertum igitur ad ſe venientem ſuſcepit, famâ Monaſterij Vincentini tum florentiſſimâ.

LXXVI. Pippinus in Franciam reuerſus mortem Carolomanni fratris defleuit. Baronius [a] exiſtimat Abbatem Caſinenſem tunc extitiſſe Gratianum, ídque fidenter pronunciat allegato Leonis Oſtienſis teſtimonio. Sed hic Auctor vt in ſolo capite ſeptimo libri primi loquitur de Carolomanno, ſic in ſolo capite decimo ejuſdem libri diſſerit de Præfectura Gratiani; neutrobique verò Carolomannum ad Abbatis Gratiani tempora perueniſſe ſcribit. Imò ex Abbatum Caſinenſium Chronologia ſuprà ſtabilita conſtat obiiſſe Carolomannum Optato-tum Abbate, cui ſucceſſit Hermeris, dein de Gratianus. In Martyrologio Benedictino colitur Sanctus Carolomannus ſexto-decimo Kalendas Septembris, eo videlicet die, quo diſceſſit ex hac vita. Plures reliquit filios, quos Pippinus poſt fratris mortem tonderi iuſſit. Id Annaliſta Petauianus his verbis docet. *Papa Stephanus venit ab vrbe Roma in Franciam, & Karolomannus poſt eum, & filij eius tonſi ſunt.* Timere viſus eſt Pippinus, ne Regni partem à patruo repoſcerent. Omnium maximus natu fuit Drogo, de quo iam locuti ſumus. In illorum numero collocandus eſt Theodoricus, qui Monaſticam vitam in Monaſterio Fontanellenſi duxit, & ab Interpolatore Chronographi Fontanellenſis [b] perperam filius Childerici Regis appellatur.

[a] Hoc an. n. 8.

PIPPINVS EX ITALIA IN FRANCIAM REDIT FRATRE CAROLOMANNO IAM MORTVO.

FILIOS EIVSDEM CAROLOMANNI TONDERI IVBET.

[b] Cap. 13.

LXXVII. Ceterùm Waldramnus, qui Cellulam Sancti Galli cum omnibus ad eam pertinentibus ſolenniter Othmaro Abbati iam commendarat, hoc anno, *vt ſui meliùs deſiderij conualeſceret vtilitas, ad Pipinum Regem*, ſiue euntem in Italiam, ſiue ex Italiâ redeuntem, *profectus, eundem Abbatem ipſi præſentauit, & locum, cui pridem eum præfecerat, proprietatis iure Principi contradidit, omni inſtantiâ depoſcens, vt Regiâ authoritate ex integro Othmarus Abba eidem præficeretur loco. Cuius petitioni iam dictus Princeps aſſenſum præbens, locum ſibi traditum viro venerabili commendauit, & regularem inibi vitam inſtituere iuſſit. At ille ingreſſus confeſtim, boni Mandritæ ſtudium in ipſo executus initio, vndique versùm congrua Monachis habitacula conſtruxit, & ipſius ſacri loci ſtatum ad vtilitatem diuini ſeruitij ſtudioſiſſimè reformauit. Religioſos etiam quoſque ita liberalitate ſuâ ad deuotionis ſtudium inuitauit, vt ex quorundam donationibus poſſeſſiones ipſius Cœnobij admodum dilataret, & intra paucos annos complures ad ſacræ militiam vitæ fratres attractas, magiſterio ſuo & curâ decentiſſimè gubernaret.* Hæc Walafridus in ipſius Othmari vita. Gautzpertus *Domino Sancto & in Chriſto venerabili*

OTHMARO ABBATI CELLAM S. GALLI COMMENDAT.

AN. CH. 754. PIPPINI R. 3.

patri Audomaro Abbati Durgauenſi de Monaſterio Sancti Gallonis, vbi corpus ipſius requieſcit, hoc anno pro mercede animæ ſuæ Donationem fecit, quam Goldaſtus Tomo tertio rerum Alamannicarum inſeruit cum hac ſubſcriptione. *Actum ad Monaſterium Sancti Gallonis publicè. Sig. Gantzperti qui hanc Donationem fieri rogauit*, &c. *Ego Luitfridus Presbyter ſcripſi* VI *Calendas Nouemb. anno tertio, regnante Dominum noſtrum Pipinum Regem.* Vt autem beatus Gallus Gallo quoque & Gallunus vocatur, ſic & Othmarus in veteribus Chartis Othomarus, Automarus, Autmarus, & Audomarus dicitur.

LXXVIII. FRAGMENTVM EPISTOLÆ S. LVDGERO ADSCRIPTÆ

In epiſtola, quam Sanctus Ludgerus Rixfrido Traiectenſi Epiſcopo ſcripſiſſe falsò dicitur, prima Pippini Regis in Italiam profectio malè conſignatur anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-quinto, nec potiorem ſibi fidem conciliant, quæ vel ante vel poſt illam expeditionem contigiſſe perhibentur. Textus pſeudo-Lugeri talis eſt. *Anno à Natiuitate Domini ſeptingenteſimo quinquageſimo-quinto, Sereniſſimus Pipinus præfatus, iam per ſanctum Bonifacium, Moguntinenſis & Traiectenſis Eccleſiarum Archiepiſcopum, Rex Francorum authoritate & mandato Zachariæ Papæ conſecratus & coronatus, ordinauit nobilem Principem, armis ſtrenuum, Hunaldum nomine, Principem & Comitem de Angiers, Capitaneum Chriſtianorum in munitione Werdenſi ſiue propugnaculo, ad tuendum fines Chriſtianorum contra fines paganorum. Accidit autem eodem anno, vt ipſe Hunaldus cum pleriſque ſui exercitûs militibus ſqualido ſquinantiæ morbo infectus, ad mortem vſque ægrotaret. Cúmque de vita quorumdam, & præſertim Principis Hunaldi deſperaretur, & mæror eſſet valdè propterea inter Chriſtianos, ipſe Hunaldus egregius Princeps; medicis de vita ipſius deſperantibus, fiduciam magnam in Sanctum concipiens Swibertum, eò quòd multa miracula dudum ab ipſo patrata didicerat, publicè multis coram adſtantibus vouit ipſum deuotè viſitare, & ſibi deinceps fideliter ſeruire, modò ipſum ab imminenti periculo & peſte ſuis meritis & precibus liberaret. Voto peracto, ſtatim abſque humano medicamine conualuit, votúmque cum ſuis lætus humiliter adimpleuit, &, vt vouit, quandiu vixit, ſeruitio eius ſe mancipauit. Quo miraculo inter aulicos, eâdem ſquinantiæ peſte infectos, diuulgato, etiam ferè in extremis laborantes, votum ſimiliter de viſitando ſepulchro eius, vt ſanarentur à languoribus ſuis, vouerunt, & plerique ſanati, votum nudis pedibus deuotè implentes, laudauerunt Deum in ſancto Swiberto, quia mirificauit ipſum tantis miraculis. Poſt hoc autem habitus fuit in maximo honore ab omnibus fidelibus, frequentantibus & honorantibus ſepulchrum ipſius cum diuerſis oblationibus & muneribus. Eodem anno, idem illuſtris Hunaldus Comes de Angiers, diſpoſitis rebus publicis in eodem Caſtro de Werda, abiit ad Pipinum Regem Pariſios, & eidem omnia perpetrata per Sanctum Swibertum, potentem Dei medicum, deuoto corde patefecit. Vnde his auditis Rex lætus effectus benedixit Deum de tanta gratia, Hunaldo ſuo Duci ceteriſque clientibus exhibita per merita & interceſſiones Sancti Swiberti. Deinceps verò idem Rex, in Sanctum Swibertum maiorem fiduciam concipiens, ſeruiuit ei quotidie certis orationibus, deprecans, vt ipſum, & Regnum, populúmque ſibi ſubiectum, ſuis meritis protegat. Hæc autem ego Ludgerus, minimus ſeruorum Dei, ab eodem Rege Pipino Coloniæ audiui, orto ſermone de miraculis Sancti Swiberti in menſa Regis. Eodem anno Sanctus Stephanus Papa, eius nominis ſecundus, ob infeſtationem & oppreſſionem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ab Aiſtulpho, atroce Rege Longobardorum, factam & perpeſſam, in Franciam ad Chriſtianiſſimum Regem Pipinum, defenſorem Eccleſiæ, & propugnatorem Catholicæ fidei, veniens cum ſuis Cardinalibus, regaliter ab eodem Rege receptus, & ad eius eſt perductus Palatium. Itaque collatione habitâ de oppreſſione Romanæ Eccleſiæ cum eodem felici Rege, idem Rex inter cetera expoſuit Sanctiſſimo Pontifici feliciſſimam vitam & miracula Sancti Swiberti, petens benignè ab eo, vt Catalogo Sanctorum Confeſſorum per ipſum aſcriberetur. Sanctus verò Stephanus Papa*

AN. CH. 754. PIPPINI R. 3.

aliqualiter apud Sanctum Dionyſium ægrotans tum propter fatigationem longi itineris, tum propter ſenium, tum propter oppreſſionem Romanæ Eccleſiæ, volens ſatisfacere felici & iuſtæ petitioni Chriſtianiſſimi Regis, commiſit vices ſuas ad experiendum actus, virtutes, & geſta, ac miracula ipſius Sancti Swiberti ad canonizandum ipſum Sanctum vice ipſius, venerabilibus Patribus & Pontificibus, Sancto ſcilicet Hildolpho Treuirorum, Bonifacio Moguntinorum, Archiepiſcopis, Fulcario Leodienſi Epiſcopo, & præcipuè Hildegero Colonienſi Archiepiſcopo, in cuius parochia Sanctiſſimus Swibertus Epiſcopus migrauit ad Chriſtum. Qui venerabiles Patres, propter incurſionem Saxonum & expeditionem exercitûs incly ti Regis Pipini contra præfatum Aiſtulphum, perſecutorem Eccleſiæ Romanæ, in Werda non conuenientes, diſtulerunt canonizationem Sancti Swiberti Epiſcopi; vſque ad reditum ipſorum ab Italia, quia, neceſſitate imminentis belli vrgente, hoc facere commodè nequibant. Sícque canonizatio ipſius aliquanto tempore protracta fuit. Attamen venerabilis & diuus Pater Hildegerus Colonienſis Archiepiſcopus, antequàm in bello Saxonico apud Weſeram occiſus, immò Martyr pro fide Chriſti effectus fuit, Werdam cum ſuis Clericis properauit, vt alterâ die ipſum ſolenniter authoritate Apoſtolicâ exaltaret. Igitur alterá die, quæ fuit IV Idus Iunÿ, Miſſarum ſolemniis per eundem Archiepiſcopum expletis acceſſit deuotè in Pontificalibus cum ſuis Presbyteris, Clericis, & fratribus Conuentûs in Werda ad tumulum Sancti Swiberti. Cúmque depoſitâ terrâ, arca, in qua ſacroſanctum corpus Sancti Swiberti iacuit, aperta eſſet, odor mirificus omnium ora & nares perfudit. Archiepiſcopus verò reuerenter & deuotè ſanctum corpus ex tumulo eleuans, in aliam pulchram capſulam ad hoc præparatam, idem corpus Sanctum, inuolutum mundiſſimis Pontificalibus indumentis ac ornamentis, ritè collocauit. In cuius ſancti corporis eleuatione quidam ciuis Colonienſis, Robertus nomine, dictus de veteri monte, mutus & ſurdus auditum & loquelam meritis & interceſſionibus Sancti Swiberti, oſculando manum eius in præſentia Archiepiſcopi & fratrum Conuentûs Werdenſis, & omnium aliorum adſtantium, recuperauit. Factúmque eſt in illo die gaudium magnum in Werda ab omnibus. Condidit nihilominùs idem venerabilis Archiepiſcopus idem ſanctum corpus in crypta ſubterranea propter incurſionem vicinorum gentilium. Statuit inſuper idem Archiepiſcopus eundem diem Eleuationis corporis Sancti Swiberti, ſcilicet IV Idus Iunÿ, per totum vicum de Werda celebrari perpetuis temporibus, vt diem Dominicam, ab omnibus incolis ipſius vici in honorem Sancti Swiberti. Et deinceps frequentabatur Sanctus Swibertus ab omnibus vicinis Chriſtianis deuotè & ſolenniter peregrè cum diuerſis oblationibus, appellabatúrque vbique terrarum patronus peſtis ſquinantiæ, itaut multi infecti tali & tam periculoſâ peſte, vouentes deuotè ipſum peregrè viſitare & ipſi ſeruire, liberati ſint ab eadem peſte, adducti ad ſacroſanctum & venerandum corpus illius. In hoc textu commentitia ſunt, quæ de Zacharia Papa déque Bonifacio Archiepiſcopo commemorantur. Lege quæ dicta ſunt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſecundum. Illo enim anno Pippinus, vt fuſiſſimè validiſſiméque probauimus, è Maiore-domûs in Regem à Francis eleuatus eſt inconſulto Romano Pontifice, nec vnctus eſt à Bonifacio Archiepiſcopo tum Moguntino ſpecialémque Traiectenſis Eccleſiæ curam nondum adepto. Deinde ad illam ætatem Hunaldus in antiquis monumentis haud alius occurrit ab Hunaldo Aquitaniæ Duce, de quo ſæpè locuti ſumus Pippino tum Maiore-domûs. Prætereà Stephanus Papa Pariſios venit, imò è Francia in Italiam, vt ex ſupradictis conſtat, ante annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quintum reuerſus eſt. Omnium inſtar hoc eſſe poteſt argumentum. Placet tamen alia ſubnectere, quæ nec paruam vim habeant. Stephanus *cum ſuis Cardinalibus* Pippinum adiiſſe dicitur; at illius æui Scriptores, vbi de Stephani Papæ comitatu, eiúſque aduentu in Franciam loquuntur, nullam Cardinalium mentionem faciunt. Quod attinet ad Antiſtites, quibus, vt Sancti

REFELLITVR.

AN CH. 754. PIPPINI R. 3.

Swiberti virtutes ac miracula diligenter examinarent, idem Stephanus vices ſuas commiſiſſe dicitur, quatuor hi recenſentur, Hildolphus Trenirorum Archiepiſcopus, Bonifacius Archiepiſcopus Moguntinorum, Hildegerus Colonienſis Archiepiſcopus, & Fulcarius Epiſcopus Lepdienſis. Infulæ quidem Leodienſes anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-quinto penes Fulcarium Epiſcopum eranr, ſed eodem tempore Weomadus Trevirenſis erat Archiepiſcopus, Lullus Archiepiſcopatum Moguntiacenſem adminiſtrabat, & eidem Lullo Metropolitæ Moguntino ſubetat Hildebertus Colonienſis Epiſcopus, Metropolitanâ dignirate Sedi Colonienſi nondum reſtitutâ. Sanctus autem Hildolphus ſiue Hildulphus Archiepiſcopatum Treuirenſem abdicauit anno Chriſti ſexcenteſimo ſeptuageſimo-ſexto; Sanctus Bonifacius Traiectenſis tunc Epiſcopus Martyrium in Friſia Nonis Iuniis anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-quinto conſummauit, dimiſſo ante aliquot annos Archiepiſcopatu Moguntino; & Sanctus Hildegerius ſiue Hildegarius Colonienſis Epiſcopus quarto Kalendas Iulias anno Chriſti ſepringenteſimo quinquageſimo-tertio cæſus eſt à Saxonibus. Nullam igitur fidem meretur fragmentum, quod ſuprà ex epiſtola Sancto Ludgero adſcripta recirauimus.

LXXIX. Fulradus Abbas, & Hieronymus Pippini frater, qui Stephanum Pontificem Romam vſque comitati fuerant, in Franciam redierunt cum literis, per quas apud Pippinum, Carolum & Carolomannum, Reges Francorum ac Patricios Romanorum, quòd Aiſtulphus Longobardorum Rex promiſſis minimè ſtaret, nihilque cùm Eccleſiæ Romanæ tum Reipublicæ Romanorum ſiue Imperio reddidiſſet, idem Papa ſic queſtus eſt. *Domnis Excellentiſſimis filiis, Pippino Regi & noſtro ſpiritali compatri, Carolo & Carolomanno item Regibus, & vtriſque Patriciis Romanorum, Stephanus Papa. Dum Regni veſtri nomen inter ceteras gentes erga ſynceram fidem beati Petri Principis Apoſtolorum lucidiſſimè fulſerit, valdè ſtudendum eſt, vt vndeglorioſiores ceteris gentibus in ſeruitio beati Petri vos omnes Chriſtiani aſſerunt, inde Omnipotenti Domino, qui dat ſalutem Regibus, pro defenſione Sancta ſua Eccleſia perfectiùs placeatis, nt fidem, quam erga eundem Principem Apoſtolorum colitis, adiutricem in omnibus habeatis. Optaueramus quidem, præcellentiſſimi filij, ampliùs protelando noſtram locutionem dilatare. Sed quia pro multis ab iniquo Haiſtulfo Rege Langobardorum nobis ingeſtis tribulationibus, cor noſtrum omnino atteritur dolore, & tædet ſpiritus noſter, ideo à multorum ſermonum prolixitate declinauimus, & vnum, quod eſt neceſſarium, Excellentiſſimæ Chriſtianitati veſtræ innoteſcere ſtuduimus, à Deo protecte noſtérque ſpiritalis compater, & vos, dulciſſimi filij, pro mercede animarum veſtrarum, quemadmodum miſericors Deus noſter cælitus victorias vobis largiri dignatus, iuſtitiam beati Petri, in quantum potuiſtis, exigere ſtuduiſtis, & per donationis paginam reſtituendum confirmauit bonitas veſtra. Nunc autem, ſicuti primitus Chriſtianitati veſtra de malitia ipſius impij Regis ediximus, ecce iam mendacium & iniqua peruerſitas, atque eius periurium declaratum eſt. Antiquus quippe humani generis hoſtis diabolus eius perfidum inuaſit cor, & qua ſub vinculo ſacramenti adfirmata ſunt, irrita facere viſus eſt. Nec vnius enim palmi terræ ſpatium beato Petro Sanctaque Dei Eccleſiæ vel Reipublica Romanorum reddere paſſus eſt. Tantò quippe à die illo, à quo ab inuicem ſeparati ſumus, nos affligere, & in magna ignominia Sanctam Dei Eccleſiam habere conatus eſt, quantò non poſſunt hominum lingua enarrare, quia etiam & ipſi lapides, ſi dici poteſt, tribulationem noſtram magno vlulatu flerent, & ita nos viſus eſt affligere, vt denuò in nobis innouata fuiſſet infirmitas. Nimis namque lugeo, Excellentiſſimi filij, cur verba noſtra infelicitatis non audientes, mendacium pluſquàm veritatem credere voluiſtis, illudentes vos & irridentes. Vnde & ſine effectu iuſtitiæ beati Petri, ad proprium ouile & populum nobis commiſſum ſumus*

PIPPINVS LITERAS ACCIPIT A STEPHANO PP. DE LONGOBARDIS CONQVERENTE,

AN. CH. 754. PIPPINI R. 3.

*ſumus reuerſi. Omnes denique Chriſtiani ita firmiter credebant, quòd beatus Petrus Princeps Apoſtolorum nunc per veſtrum fortiſſimum brachium ſuam percepiſſet iuſtitiam, dum tam maximum ac præfulgidum miraculum veſtris feliciſſimis temporibus demonſtrauit, talémque vobis immenſam victoriam Dominus Deus & Saluator Ieſus Chriſtus per interceſſiones ſui Principis Apoſtolorum pro defenſione Sanctæ ſuæ Eccleſiæ largiri dignatus eſt. Sed tamen, boni filij, credentes eidem iniquo Regi, quod per vinculum ſacramenti pollicitus eſt, propriâ veſtrâ voluntate per Donationis paginam beato Petro Sanctæque Dei Eccleſiæ & Reipublicæ, ciuitates & loca reſtituenda confirmaſtis. Sed ille oblitus fidem Chriſtianam, & Deum, qui eum naſci præcepit, irrita, quæ per ſacramentum firmata ſunt, facere viſus eſt. Quapropter iniquitas in verticem illius deſcendit, patefactus quippe eſt laqueus, quem effodit, & in eo, pro ſuo mandato & periurio, incidit. Coniuro vos, filij Excellentiſſimi, & à Deo protecti, per Dominum Deum noſtrum & ſanctam eius glorioſam ſempérque Virginem Genitricem Mariam, Dominam noſtram, omnéſque Virtutes cælorum, & per beatum Petrum Principem Apoſtolorum, qui vos in Reges vnxit, vt doleat vobis pro Sancta Dei Eccleſia, & iuxta Donationem, quam eidem protectori veſtro Domino noſtro beato Petro offerre iuſſiſtis, omnia reddere & contradere Sanctæ Dei Eccleſiæ ſtudeatis, & nequaquam iam ipſius nequiſſimi Regis, vel eius Iudicum * ſeductuoſa verba & illuſionis mandata credatis. Ecce enim patefactum eſt eius mendacium, vt nequaquam vlteriùs vires credendi habere poſſit, ſed magis cognito eius iniquo ingenio & iniquâ voluntate, eius fraudantur inſidiæ, & quod ſemel beato Petro polliciti eſtis, & per Donationem veſtram manu firmatam, pro mercede animæ veſtræ, beato Petro reddere & contradere feſtinate. Beatus denique Paulus Apoſtolus ait. [Melius eſt non vouere, quàm pòſt votum non reddere.] Etenim nos omnes cauſas Sanctæ Dei Eccleſiæ in veſtro gremio commendauimus, & vos reddetis Deo & beato Petro rationem in die tremendi iudicij, quomodo decertaueritis pro cauſa eiuſdem Principis Apoſtolorum, & reſtituendis eius ciuitatibus & locis. Vobis denique, multis iam deuolutis temporibus, hoc bonum opus reſeruatum eſt, vt per vos exaltetur Eccleſia, & ſuam Princeps Apoſtolorum percipiat iuſtitiam. Nullus meruit de veſtris parentibus tale præfulgidum munus, ſed vos prælegit & præſciuit Deus ante tempora æterna. [Quos præſciuit & prædeſtinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, illos & iuſtificauit.] Vocati eſtis, iuſtitiam ipſi Principi Apoſtolorum ſub nimia feſtinatione facere ſtudete, quia ſcriptum eſt. [Fides ex operibus iuſtificatur.] De omnibus verò tribulationibus noſtris, quas paſſi ſumus, vel denuò patimur, Deo auxiliante, Folradus filius, veſter Conſiliarius, & eius ſocij enarrabunt vobis: & ita agite de cauſa beati Petri, vt & in hac vita victores fauente Domino exiſtatis, &, in futuro, intercedente ipſo Principe Apoſtolorum beato Petro, gaudia poſſideatis æterna. Benè valete, Excellentiſſimi filij.*

* Indicium.

Extant in Codice Carolino [a] hæ literæ, ſcriptæque ſunt hoc anno, proximis enim Kalendis Ianuarij Romam obſidione cinxit Aiſtulfus Rex Longobardorum, priùs autem Fulradus iter in Franciam cum ſociis arripuit. In ipſa literarum inſcriptione Stephanus Pippinum ſpiritalem ſuum compatrem vocat, ídque non infrequenter facit in aliarum epiſtolarum inſcriptione ac contextu, quin & ipſos Pippini filios Carolum & Carolomannum ſpiritales ſuos filios, eorúmque matrem Bertradam ſpiritalem ſuam commatrem in literis [b] ad eundem Pippinum ſic appellat. *Benedicat tibi Dominus pulchritudo iuſtitiæ, & tuos amantiſſimos natos, meóſque ſpiritales filios, Domnum Carolum & Carolomannum, à Deo inſtitutos Reges Francorum, & Patricios Romanorum, cum Chriſtianiſſima eorum matre, Excellentiſſima Regina, dulciſſimâque coniuge, fidele Dei, ſpiritali noſtra commatre tueatur.* Lege quæ de Caroli & Carolomanni Baptiſmo dicta ſunt ſuprà [c]. Præterea obſerua ſententiam hanc, *melius eſt non vouere quàm pòſt votum non reddere,* propriè non eſſe Pauli ſed Eccleſiaſtæ [d], Paulo tamen Apoſtolo attribui à LXXX.

[a] Ep. 7.
[b] Ep. 8.
[c] Hoc an. n. 45.
[d] Cap. 5.

AN. CH. 754. PIPPINI R. 3.

Stephano Papa, quia Pontifex ſenſum ſpectauit, extat autem ſenſus epiſtolâ primâ [a] Pauli ad Timotheum, vbi viduæ, quæ primam fidem irritam fecerunt, damnationem habere ſic affirmantur. *Adoleſcentiores autem viduas deuita. Cùm enim luxuriatæ fuerint in Chriſto, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.* Denique nota Stephanum in literis, de quibus hîc agimus, apud Pippinum eiúſque filios Carolum & Carolomannum conqueri, quòd Aiſtulfus Longobardorum Rex *nec vnius palmi terræ ſpatium beato Petro Sanctæque Dei Eccleſiæ, vel Reipublicæ Romanorum*, id eſt, Imperio, *reddere paſſus eſt*, etſi *propriâ voluntate, per Donationis paginam, beato Petro Sanctæque Dei Eccleſiæ & Reipublicæ, ciuitates & loca reſtituenda* confirmarint. Ex hoc enim literarum Pontificiarum fragmento, vt & ex variis Anaſtaſij textibus, quos ſuis locis recitauimus, id advertendum maximè videtur, quòd hoc anno, cùm ventum eſt ad pacem, lex Aiſtulfo hæc impoſita eſt, vt ablata cùm Eccleſiæ Romanæ tum Imperio Romano pro iuribus vtriuſque reſtitueret. Illa iura, quæ diuerſiſſima fuerunt, anno proximo diſtinguemus, cùm de Pippini Regis inſigni Donatione inauditâque erga Romanam Eccleſiam munificentiâ ſermo nobis erit.

[a] Cap. 5.

LXXXI. Vtrùm Fulradus Abbas cum ſociis Româ terreſtri itinere an maritimo in Franciam redierit, haud produnt antiqua monumenta. Reuerſos per Longobardiam putamus quieſcente tum Aiſtulfo Rege, qui poſt eorum reditum ſtatim per *Scameras* ſiue exploratores, pérque deprædationes ſeu devaſtationes Romano Pontifici moleſtum ſe præbuit. Eâ re motus Stephanus haſce literas [b] per Wilharium ſeu Wilearium Numentanum Epiſcopum ad prædictos Francorum Reges mox deferendas curauit. *Domnis Excellentiſſimis filiis Pippino Regi & noſtro ſpiritali compatri, ſeu Carolo & Carolomanno item Regibus, & vtriſque Patriciis Romanorum, Stephanus Papa. Prouidi & ſapientiſſimi Salomonis Prophetica ita fertur aſſertio. [Nomen bonum ſuper miſericordiam.] Nomen quippe bonum eſt, fidem, quam quis pollicitus fuerit, immaculato corde & purâ conſcientiâ cuſtodire, & operibus implere. Nomen enim bonum eſt, totis viribus ad exaltationem Sanctæ Dei Eccleſiæ, per quam & ſalus Chriſtianorum extitit, decertare. Bonum enim inter omnes gentes de vobis exiit nomen, ſi operibus fuiſſet impletum. Redemptor namque noſter miſericors & multùm miſerator Dominus illis propitiator exiſtit, quos omnino totâ mentis integritate fideles & defenſores Sanctæ ſuæ Eccleſiæ cognouerit. Qualis remuneratio aut merces ſub cælo exiſtimanda & coæquanda eſt ad eam, quæ pro defenſione Dei Eccleſiæ & domûs beati Petri eſt rependenda? Ideo namque Excellentiſſimam & à Deo protectam Bonitatem veſtram ſuper turbas populorum & multarum gentium idem Rex Regum & Dominus dominantium ſaluos vos inſtituit, vt per vos Sancta Dei Eccleſia exaltetur. Potuerat namque alio modo, vt illi placitum fuiſſet, Sanctam ſuam vindicare Eccleſiam, & iuſtitiam ſui Principis Apoſtolorum exigere. Sed quia mentem & conſcientiam veſtram, à Deo protecte ſpiritalis compater, & dulciſſimi filij, probare voluit, ideo noſtram infelicitatem ad vos venire præcepit. Tradidimus enim corpus & animam noſtram in magnis laboribus viam ſpatioſam & longinquam prouinciam. Valdè fiſi in veſtra fide, per Dei nutum, illuc profecti ſumus, afflicti in niue & frigore, æſtu & aquarum inundatione, atque validis fluminibus, & atrociſſimis montibus, ſeu diuerſis periculis. Etenim dum veſtris mellifluis obtutibus præſentati ſumus, omnes cauſas Principis Apoſtolorum in veſtris manibus commendauimus, quoniam quidem inſpirati à Deo, aurem petitionibus noſtris adcommodare dignati eſtis, & vos beato Petro polliciti eſtis eius iuſtitiam exigere, & defenſionem Sanctæ Dei Eccleſiæ procurare, & vt verè fideles Deo, purâ mente, pro defenſione Dei Eccleſiæ dimicandum properaſtis. Sed Omnipotens Dominus, qui conterit bella ab initio, qui ſuperbos humiliat, & humiles exaltat, illicò iuſtitiam beati Petri veſtræ Bonitati & omnibus Chriſ-*

[b] Cod. Carol. ep. 9.

tianis demonſtrauit, & tale prafulgidum miraculum oſtendit, quale omni- AN. CH.
no glorioſum eſt referendum. Illi enim inimici Dei & Sanctæ Eccleſiæ, qui 754.
in ſua ferocitate confidebant, veloces pedes habentes ad effundendum ſangui PIPPINI
nem ſuper breuem numerum populi veſtri irruerunt, & ita per manum bea- R. 3.
ti Petri Omnipotens Dominus victoriam vobis largiri dignatus eſt, vt illi,
qui innumerabiles exiſtebant, à paucis hominibus fuiſſent intercempti, & humi-
liati ſunt ipſi inimici beati Petri vſque ad terram, & ita timarem & tremorem
in illis Dominus immiſit per interceſſionem beati Petri, vt ad nihilum deueni-
rent. Non enim gladius hominis, ſed gladius Dei eſt, qui pugnat. Videns
namque ſuam deceptionem iniquus Haiſtolfus Rex cum ſuis Deo deſtructis In-
dicibus, per blandos ſermones, & ſuaſiones atque ſacramenta illuſerunt pru-
dentiam veſtram, & plùs illis falſa dicentibus quàm nobis veritatem aſſerenti-
bus credidiſtis. Magno namque dolore & triſtitiâ, Excellentiſſimi fily, cor noſ-
trum repletum eſt. Cur minimè Bonitas veſtra nos audire valuit? Omnia deni-
que, quæ per Dei iuſſionem vobis lacuti ſumus, veraciter ediximus, & iam
patefacta ſunt, vt facta ipſa demonſtrant. Etenim ſicut primitus Chriſtianitati
veſtra ediximus, iniquus Haiſtolfus Rex, ingreſſo in eius perfido corde diabolo,
omnia, quæ per ſacramentum beato Petro, per noſtros Miſſos, reſtituenda pro-
miſit, irrita fecit, & nec vnius palmi terra ſpatium beato Petro reddere vo-
luit. A die enim illo, quo à melliflua Bonitate veſtra ſeparati ſumus, tantùm
nos affligere & tribulare viſus eſt, quantùm nan poteſt os hominis enarrare.
In magna namque deſpectiane Sanctam Dei Eccleſiam, & noſtram humilitatem,
& veſtros Miſſos habere viſus eſt, quia etiam & ad naſtram propriam animam
auferendam mala eius imperatio & ſummiſſio facta eſt. Quid multa dicimus?
Tantùm nos tribulauit, quia etiam, ſi dici poteſt, & ipſi lapides pra nobis fle-
rent, tamen omnia veſter Conſiliarius Fulradus Presbyter & Abbas, vnà cum
ſuis ſociis, ſi Deum pra oculis habent, omnia vobis enarrare paſſunt. Non
enim, quia iam reddere, vt conſtituit, propria beati Petri voluit, ſed etiam
ſcameras atque deprædationes ſeu deuaſtationes in ciuitatibus & locis beati Petri
facere ſuâ imperatione nec ceſſauit, nec ceſſat. Oblitus quippe eſt Deum, qui fe-
cit eum, & fidem Chriſtianam tranſgreſſus eſt, quomado vlterius credendus eſt
ſiue ipſe, ſiue eius conſentanei, qui tanta Dei myſtery ſacramenta præbuerunt
& noluerunt conſeruare? Verè enim omnia vobis pradiximus de eiuſdem im-
pij Regis mendacio & falſitate, &, quemadmodum diximus, manifeſta ſunt
vobis, & periurium declaratum eſt. Pro quo peto vos, Excellentiſſimi & à Deo
protecti fily, & nimis abſecra, doleat vobis pra Sancta Dei Eccleſia & beati
Petri cauſa, & quæ per Donationem beato Petra offerendum promiſiſtis, ei poſſi-
dendum contradere debeatis. Mementote & ſemper in veſtris pracardiis firmi-
ter tenete, quod promiſiſtis eidem ianitori Regni calorum. Nulla iam vos ſedu-
cat ſuaſio aut acceptilatio. Conſiderate quàm fartis exiſtit exactor idem Prin-
ceps Apoſtolorum beatus Petrus, videte omnia quæ ei promiſiſtis, & per Dona-
tionem offerendum polliciti eſtis, contradere feſtinate, vt non lugeatis in æter-
num, & condemnati maneatis in futura vita. Vita enim huius mundi breuis
eſt, & ſicut vmbra declinatur, & ſicut veſtimentum inueteraſcit. Illam vitam
æternam, quam vobis beatus Petrus pro ſua cauſa & iuſtitia promiſit, totâ
mente & integro corde quærite. Decertate bonum opus, quod cœpiſtis, implere,
&, quæ per Donationem manu veſtrâ confirmaſtis, protectori veſtro beato Petro
reddere feſtinate, quoniam ſcriptum eſt. [Melius eſt non vouere, quàm vo-
uere, & votum non reddere.] Sciatis enim, quia ſicut chirographum, veſtram
Donationem Princeps Apoſtolorum firmiter tenet, & neceſſe eſt, vt ipſum chi-
rographum expleatis, ne dum iuſtus Iudex ad iudicandum viuos & martuos,
& ſeculum per ignem, aduenerit, in futuro iudicio idem Princeps Apoſtolorum
idem chirographum demonſtrans nullam habere firmitatem, diſtrictas cum eo
faciatis rationes. Sed magis explete, quod promiſiſtis, velociter, vt iterum vi-
tam æternam, quam ab ipſo Principe Apoſtolorum promiſſam habetis, poſſidea-

AN. CH. 754. PIPPINI R. 3.

tis. Coniuro vos, Excellentiſſimi & à Deo protecti filij, per Deum Omnipotentem, qui continet omnia ſuâ potentiâ, & per ſanctam eius matrem glorioſam ſemper Virginem Mariam Dominam noſtram, atque per virtutes cælorum, & per beatos Principes Apoſtolorum Petrum & Paulum, atque per tremendum iudicij diem, vbi omnes conſtrictè, ad reddendum de noſtris factis rationem, adſiſtere habemus, vbi nulla eſt ingenioſa excuſatio, velociter & ſine vllo impedimento, quod beato Petro promiſiſtis per Donationem veſtram, ciuitates & loca atque omnes obſides & captiuos beato Petro reddite, vel omnia, quæ ipſa Donatio continet, quia ideo vos Dominus per humilitatem meam, mediante beato Petro, vnxit in Reges, vt per vos Sancta ſua exaltetur Eccleſia, & Princeps Apoſtolorum ſuam iuſtitiam ſuſcipiat. Magnum deſiderium in noſtro corde habebamus veſtros mellifluos vultus adſpicere, & de veſtra iocunditatis lætitia gaudere, iuxta quod ſapientiſſimus ait Salomon. [Per vicos & plateas quæſiui quem dilexit anima mea.] Et certè, quos dileximus, per Dei iuſſionem inuenimus, & quos deſiderauimus amplexi ſumus, pro quo diffuſa eſt ſuper vos benedictio & gratia beati Petri, vt Domini fuit prouiſio, quod nullus de veſtris parentibus meruit ſuſcipere vos ſuſcepiſtis, & Princeps Apoſtolorum præ ceteris Regibus & Gentibus vos ſuos peculiares faciens, omnes ſuas cauſas vobis commiſit, & vos reddetis rationem Deo, quomodo pro iuſtitia ipſius ianitoris Regni Regnorum decertaueritis. Cunctus namque noſter populus Reipublicæ Romanorum, magno dolore & amariſſimis lacrymis vnà nobiſcum tribulantur pro eo, dum ad tam longam & ſpacioſam prouinciam properauimus, & præ fatigio validi itineris caro noſtra minuata eſt. Sic vacui & infructuoſi, ſine effectu iuſtitiæ, reuerſi ſumus. Attamen nos infelices iuxta Dominicum præceptum egimus, & omnes cauſas beati Petri vobis commendauimus, & vobis pertinet hoc ſiue ad peccatum ſiue ad mercedem. Nam & omnes gentes ita firmiter tenebant, quòd beatus Petrus nunc per veſtrum fortiſſimum brachium ſuam percepiſſet iuſtitiam, & factum non eſt, & in magno cordis ſtupore de hoc omnes euenerunt. Sed peto Excellentiſſimam Bonitatem veſtram, vt vituperium hoc à gentibus auferatis, & omnibus fidem veſtram operibus oſtendite, eò quòd fides, vt ſcriptum eſt, ſine operibus otioſa eſt. Cum qua enim fiducia aut fortitudine ad expugnandos inimicos veſtros pergere poteſtis, ſi iuſtitiam beati Petri, vt promiſiſtis, & initiaſtis, non perfeceritis? Si enim, vt cœpiſtis, operibus adimpleueritis, eritis ſemper victores & fortiſſimi ſuper veſtros inimicos, & præſens Regnum per multorum annorum ſpatia cum bona poſſidebitis fama, & vitam percipietis æternam. Tanto operi direximus ad vos Wilharium reuerenſiſſimum & ſanctiſſimum fratrem & Coepiſcopum & fidelem, qui vobis omnia de noſtra tribulatione & cauſa beati Petri proprio ore enarret, cui in omnibus credere iubeatis, & exitum bonum in cauſa beati Petri ponere. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat. Bene valete.

LXXXII. Perperam hæ literæ in annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quintum à Baronio reiiciuntur, ſcriptæ ſunt enim ante Kalendas Ianuarij, quæ aperuerunt illum annum, & initium obſidioni Romanæ fecerunt, alioquin Stephanus Vrbis obſeſſæ meminiſſet, vt poſteà meminit in aliis epiſtolis, quas anno proximo deſcribemus. Idem Pontifex in ſuperioribus literis memoriam victoriæ cæleſti auxilio nuper ad *cluſas* ſiue anguſtias Alpium reportatæ ſtuduit refricare, nec diſſimulauit Pippinum, ne promiſſis Aiſtulfi fideret, à ſe, qui dolos illius probè nouerat, fruſtrà monitum, ipſúmque Longobardorum Regem erga Romanam Eccleſiam Romanóſque diſceſſu Fulradi Abbatis iniquiorem factum. Inter alia queſtus eſt de ſcameris ab eodem Aiſtulfo miſſis. Scameras interpretamur exploratores, ſic enim apud Lindenbrogium habet Gloſſator. *Scamera explorator.* Et libro primo [a] Legis Longobardorum ſtatuitur, vt *ſi quis ſcameram intra prouinciam celauerit, aut annonam dederit, animæ ſuæ incurrat periculum, aut certè comp. ſol.* DCCCC *Regi.*

[a] Tit. 1. leg. 4.

AN. CH. 754. PIPPINI R. 2.

LXXXIII. BALDEBERTVS EP. CVRIENSIS OBIT.

Gabriel Bucelinus obitum Baldeberti Epiſcopi Curienſis hoc anno ſic deplorat in Chronologia Rhætiæ. *A. C. 754. maximo cùm Curienſis Eccleſia tum Fabarienſis Monaſterij luctu, imò totâ meritò ingemiſcente Rhætiâ è viuis abripitur Beatus Baldebertus Epiſcopus, quondam Fabariæ Abbas.* Deinde hæc de ſucceſſore proximè ſubiungit. *In Epiſcopatu Paſchalis, Brigantij Comes è familia Rhætiæ Præſidum ſufficitur.*

SVCCEDIT PASCHALIS, LXXXIV. PATER MVLTORVM LIBERORVM E LEGITIMO CONIVGIO ANTE SVSCEPTORVM.

Paſchalis, priuſquàm ad Epiſcopatum promoueretur, Eſopeiam coniugem duxit, liberos ex ea ſuſcepit vtriuſque ſexûs, at Epiſcopus factus abſtinuit ab vxore. Pleræque Synodi vitam ſic inſtituendam præceperunt, ſi quis anteà coniugatus ad Epiſcopatum aſſumeretur. Tres è Paſchalis ac Eſopeiæ liberis ad noſtros Annales præcipuè pertinent; Victor, quia patri ſucceſſit in Epiſcopatum; Veſpula, quia facta eſt prima Catzienſis Abbatiſſa; Vrſicina, quia Monialis fuit eiuſdem loci ſub ſororis diſciplina. Victor apud Bruſchium *legitimus filius Paſchalis Epiſcopi & Dominæ Eſopeiæ*, & apud Bucelinum *legitimo thoro ante Sacerdotium parentis editus* dicitur. Id ætas ſatis confirmat. Epiſcopatus enim Paſchalis vltra biennium prorogari non poteſt, & Victor poſt patrem in Epiſcopali Cathedra proximus ſedit. Paſchalis puellare Monaſterium inchoauit, perfecit Victor. In fundatoriis illius Cœnobij literis Eſopeia vocatur Antiſtita ſiue Epiſcopa, quia Epiſcopæ dicebantur vxores, quarum mariti ad Epiſcopatum prouehebantur, vt Presbyteræ, quarum mariti ordinabantur Presbyteri; Diaconiſſæ, quarum mariti fiebant Diaconi; Subdiaconiſſæ, quarum mariti fiebant Subdiaconi. Lege Concilium Turonenſe ſecundum [a], quod anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-ſexto ſub Chariberto Rege celebratum eſt, ibi Epiſcopi & Epiſcopæ, Presbyteri & Presbyteræ, Diaconi & Diaconiſſæ, Subdiaconi & Subdiaconiſſæ mentionem fieri reperies, aduerteſque graues vtriſque pœnas irrogari, ſi caſtitatem non cuſtodiant.

[a] Can. 13. 19.

LXXXV. MON. TEGERNSEENSE SEV S. QVIRINI.

Quod ante biennium Româ in Boioariam, hoc anno è ſacello Saluatoris in nouam Tegernſeenſis Monaſterij Baſilicam tranſlatum eſt Sancti Quirini corpus, vt in Actis eiuſdem Martyris ſcribunt Monachi Tegernſeenſes. *Summum iam verticem adeptâ fabricâ, & in debitam formam redactis iis, quæ ad Monaſterij ac domûs Dei decorem, & ad conſecrationis ſolennitatem, necnon & Monaſticæ Religionis obſeruantiam deſiderari videbantur, tres Epiſcopi prouinciales, Dominus Ioannes Salisburgenſis, Dominus Erimbertus Friſingenſis, & Dominus Garibaldus Ratiſponenſis, atque complures viri religioſi, quorum operâ & ſtudio præfata Eccleſia in honorem Diuorum Petri & Pauli, Principum Apoſtolorum, ſolenni ritu inauguretur & conſecretur, inuitantur. Peractis encæniis cum cereis ardentibus & crucibus adornatur proceſſio verſùs ſacellum Saluatoris, ex quo depoſitæ Reliquiæ Diui Quirini in locum, Dei adiutorio præparatum, accinentibus choraulis, ſtipantibus vndique latera Reuerendiſſimorum Antiſtitum turbis, deferuntur. Locus, in quo cuſtodiebatur ſacrum corpus, fuerat crypta ſubterranea, & teſtudinata, in cuius medio viſebatur lapis exciſus, olei ſacri vnctione delibutus. Huc vbi peruentum, ſupremus inter Antiſtites Dei Athletam Quirinum ex ea parte, quâ pedes porrigebantur, eleuat, ex parte aduerſa ſuſtollente venerabili Presbytero diu afflictâ valetudine laborante, nomine Romberto; & videſis, cùm iamiam in Sarcophagum demittitur, ô bone Deus! elabitur pars quædam ſacri corporis per hiulcum foramen ſportæ palmeæ in manus eiuſdem Sacerdotis, protinus à ſuo contagio perſanati, madens adhuc recenti cruore inſtar ipſius diei, quâ ceruicem gladio ſubdidiſſet inuictiſſimus Martyr, anno à decollatione Romæ facta quadringenteſimo octuageſimo-tertio, à reparata verò ſalute anno Domini ſeptingenteſimo quinquageſimo-quarto.* Hæc fuerunt initia celeberrimi Monaſterij, quod vt à loco Tigurinum ſeu Tegernſeenſe Monaſterium, ſic à Patrono Monaſterium Sancti Quirini, & ab vtroque Tegernſeenſe Sancti Quirini Monaſterium vocatur.

AN. CH. 754. PIPPINI R. 3 LXXXVI.

Genuinum Bedæ Martyrologium de Sancto Quirino ſen Cyrino hæc habet octauo Kalendas Aprilis. *Romæ, Cyrini, qui interfectns eſt à Claudio, & in Tiberim iactatus, in Inſula Lycaonia inuentus, & in cæmeterio Pontiani conditus eſt. Scriptum in paſſione Sancti Valentini.* Vſuardus Sancti Quirini Martyrium ex iiſdem Actis Sancti Valentini latiùs ſic proponit. *Romæ, Sancti Cyrini Martyris, qui à Rege Claudio poſt facultatum amiſſionem, poſt carceris ſquallorem, poſt multorum verberum afflictionem, gladio interfectus eſt.* Ex Bedæ & Vſuardi Martyrologiis compoſitum Romanum, ſic. *Romæ, Sancti Quirini Martyris; qui ſub Claudio Imperatore poſt facultatum amiſſionem, poſt carceris ſquallorem, poſt multorum verberum afflictionem; gladio interfectus eſt, & in Tiberim proiectus: quem Christiani in Inſula Lycaonia*, hodie Inſula Sancti Bartholomei, *inuenientes, in cæmeterio Pontiani* viâ Portuenſi *ſepelierunt*. In Actis Sancti Quirini ſæpè citatis, Adalbertus & Orgarius, cùm Romæ verſarentur, à Zacharia Papa petiiſſe dicuntur *corpus Sancti Quirini Regis & Martyris*, & Monachi Tegernſeenſes Sanctum Quirinum Philippi Auguſti filium fuiſſe volunt, ſed, vt rectè notat Henſchenius, antiqui deſunt Auctores, quibus monumenta & traditionem Tegernſeenſis Monaſterij confirmare poſſis.

LXXXVII. PRIMVS ABB. ADALBERTVS.

Adalbertus vniuerſorum iudicio, & Epiſcoporum approbatione ſacris initiatus, primus Abbas eſſe iuſſus eſt, Ockario in conuerſorum numero conſiſtente. Tegernſeenſium Monachorum numerus *ad centum quinquaginta* excreuit, *&, vt ſeniorum traditione accepimus*, inquiunt Auctores eorumdem Actorum, *tantus Deo militantium fratrum exercitus in tres quinquagenas fuit diſtributus, vt vno exeunte quinquagenario chorum, laboris, refectionis, ſeu quietis gratiâ, continuò alius ad ſtatinas vigilias ſuccederet, adeòque die ac nocte ſine interpolatione ſua Deo laudes depromerentur.* Laudi perenni tantus Monachorum cœtus abundè ſufficiebat, nec opus erat, vt in quinquagenas diſtribueretur, cùm ſingulæ Monachorum turmæ longè infra quinquagenarium numerum eſſe poſſent. Iidem Auctores aſſerunt, euocatos videlicet è *S. Gallo* Monachos, viros religioſiſſimos *ſub S. Othmari magiſterio*, qui Tegernſeenſe Monaſterium incolerent & Monaſticis diſciplinis informarent.

LXXXVIII.

Multa ex iis, quæ ſuprà de Monaſterio Tegernſeenſi Diœceſeos Friſingenſis, déque illius conditoribus dicta ſunt, Otto Secundus Imperator in ſuo apud Hundium [a] Diplomate ſic confirmat. *Chariſſimus frater noſter Otto Allemannorum & Bauarorum Dux Serenitatis noſtræ intulit auribus eſſe quoddam in Bauaria, ſui Ducatûs prouincia, Cœnobium Tegarinſeo dictum, quod duo germani fratres & illuſtres Comites, in ſuo & de ſuo patrimonio temporibus Pipini Regis Francorum, ipſius permiſſu condiderunt, & Regio mundiburdio commendauerunt, & à S. Papa Zacharia, ipſi germani fratres, Adalbertus & Otgarius, quos ſuprà delibauimus, corpore beati Quirini Martyris impetrato, venerabile reddiderunt, vbi omni patrimonio ſuo contradito, ipſi comâ capitis depoſitâ, Monachico habitu ſumpto, vnus de duobus fratribus, Adalbertus nomine, in eodem loco centum quinquaginta Monachorum primordialis extiterit Abbas.* In eodem Diplomate, illud Cœnobium, *Priuilegiis anteceſſorum Regum, Pipini videlicet, & Caroli Magni, Lodouici, Carolomanni*, roboratum, *in pago Sundergoe* ſitum, & *in honore Apoſtolorum, Petri & Pauli, atque Quirini Martyris* dedicatum dicitur. Eadem alij repetunt Imperatores ac Cæſares, necnon Romani Pontifices, quorum Diplomata partim apud Hundium, partim apud Gewoldum conſulere poteris.

[a] Tom. 3. Metrop. Saliſb. in Mon. Tegernſ.

LXXXIX. MON. S. HIPPOLYTI.

Iidem fratres Adalbertus & Orgarius infra Anaſſum in Diœceſi Parauienſi conſtruxerunt *Monaſterium Sancti Hypoliti* vulgò *Sant Pelten*, vt obſeruat Hundius, cùm agit de Monaſterio Tegernſeenſi.

XC. ILMVNSTRENSE.

Erat eis frater Vrho, ſiue Otto, vel Audo, qui Monaſterio præfuit à ſe conſtructo in Epiſcopatu Friſingenſi ad Ilmum amnem, vnde loco nomen

AN. CH. 754. PIPPINI R. 3.

Illmuniter. De Ilmenſi ſiue Ilminenſi Monaſterio loquitur idem Hundius Tomo ſecundo in *Illmunſter*, & Tomo tertio in *Tegernſee.* Gewoldus [a] Illmunſtrenſe Monaſterium in hoc cum Tegernſeenſi comparat, quòd vt Tegernſeenſe Reliquiis Sancti Quirini Martyris Româ delatis, ſic Illmunſtrenſe Sancti Arſacij Epiſcopi ſacris exuuiis Mediolano tranſlatis exornatum eſt. Colitur Sanctus Arſacius Epiſcopus, cùm Monachij, tum in pago Illmunſtrenſi, pridie Idus Nouembris. Cuius ciuitatis Epiſcopus fuerit, haud ſcitur. A quibuſdam Archiepiſcopus Mediolanenſis perperam vocatur, in Catalogo Præſulum Mediolanenſium nullus hoc nomine reperitur, admodùm probabile videtur eum in aliqua ciuitate ſub Metropoli Mediolanenſi Pontificatum geſſiſſe.

[a] Tom. 1. in *Illmunſt.*

XCI. CHILTRVDIS THASSILONIS DVCIS MATER OBIIT.

Res Boioariæ adeò felices luctuoſo interturbare caſu cogimur, hoc enim anno, vt Annaliſta Petauianus teſtatur Chiltrudis Thaſſilonis Ducis mater ſorórque Pippini Regis obiit. Annos Thaſſilo tum natus erat duodecim, amicitiam cum Pippino cultam à matre coluit quoque per aliquot annos, at ætate grandior factus ab officio defecit, maximo ſuo Boioariæque detrimento.

XCII. PRÆCEPTVM PIPPINI R. PRO MON. EPTERNAC.

Pippinus, vt ex Regio Diplomate conſtat, hoc anno munificum erga Monachos Epternacenſes ſe præbuit. *In nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis. Pipinus Rex Francorum, notum omnibus fidelibus eſſe cupio, locum in noſtro Regno, quem Epternachtam vocant, vbi ſpiritalis ac ſanctiſſimus Pater noſter Willibrordus hoc tempore, aui ſcilicet noſtri, Pipini & patris Caroli memoriâ, collatis ei ab his aliiſque viris illuſtribus in hanc rem prædiis, Monaſterium extruxit, atque illatis eò, quas Româ deportarat, Sanctorum Reliquiis, honori Sanctiſſimæ Trinitatis, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum dedicauit, vbi quoque Monachos inter & ipſe Monachus Angelicam vitam omníque Sanctitate præditam ducens, plenus virtutibus, & inſignis miraculis, ante hos paucos annos in pace quieuit, & ibidem ſepultus, quid apud Deum meritis poſſit, euidentibus quotidie ſignis oſtendit. Huic, inquam, tam ſacro loco, ſtrenuiſſimi viri Bonifacy Archiepiſcopi in primis conſilio, inde Alberti Abbatis etiam rogatu, Eccleſiam, quæ in Crouia ſita, cum omnibus eius redditibus, decimas etiam partémque ſiluæ quæ Contellæ dicitur, tradimus atque donamus. Telonio etiam Monaſterium Regno noſtro toto laxamus. Datum 3. Nonas Maias, anno D. Pipini Regis III.* Hoc Præceptum in Annalibus Treuirenſibus publicauit [b] Browerus cum duobus aliis hiſce Characteribus, *anno Incarnat. Domini* DCCLII, *Indictione* V, quos cenſuimus expungendos, quia cum anno tertio Pippini Regis haud conueniunt, & illâ ætate Regiis Diplomatibus annus Incarnationis Dominicæ & Indictio nondum apponi conſueuerant.

[b] Lib. 1. n. 148.

XCIII. ARCHIEPISCOPI TVRONENSES.

Ioannes *Maan* in Hiſtoria Sanctæ & Metropolitanæ Turonenſis Eccleſiæ, Pippinum anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo promouet, annóque pòſt ſecundo mortem Alberti, ſiue Auberti Turonenſis Metropolitæ conſignat. Vt autem Pippini Regis eleuationem in annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſecundum reiicimus, ſic & Auberti Turonenſis Metropolitæ vitam ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quartum protogamus. Auberto ſucceſſit Oſtaldus, tum Euſebius, qui ſuâ ſubſcriptione Placitum Attiniacenſe cum aliis Epiſcopis anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-quinto communiuit.

XCIV. EPISCOPI CARNOTENSES.

Obiit & hoc anno Berthegrannus Carnotenſis Epiſcopus, cui Nomenclatores annos in Pontificatu ſeptem tribuunt. Succeſſit Haynius. Lege quæ de Chronologia Carnotenſium Epiſcoporum ad annum Chriſti ſeptingenteſimum-ſextum [b] dicta ſunt Tomo ſuperiore.

[c] Num. 6.

XCV.

Hoc quoque anno ſublatos ex hac vita putamus Burchardum aliàs Epiſcopum Wirceburgenſem & Wigberchtum Abbatem Friteſlarienſem. Neutrius obitum vlteriùs potes differre, quia priùs vterque deceſſit quàm

AN. CH. 754. PIPPINI R. 3.

Bonifacius, cuius mortem anno proximo conſignabimus. Id apertè docet Sanctus Liudgetus in vira Sancti Gregorij Traiectenſis Abbatis, vbi pleroſque diſcipulos Sancti Bonifacij laudat, & duos ex illis ante ipſum Magiſtrum obiiſſe ſic teſtatur. *Duo ex illis Electis Dei, Wigbertus & Burghardus ante Magiſtrum migrarunt à ſeculò. Sed non ſunt illi abſque palma electionis ſuæ, dum ad Regna cæleſtia Magiſtrum præcedere meruerunt, & in regionibus ſuis pro Sanctis Dei habentur & coluntur ab omnibus, qui vitam illorum & virtutem cum Deo noſſe potuerunt.* Burchardum autem ad hunc annum perueniſſe vel ex eo liquet, quòd poſt annos quindecim, id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-nono Wirceburgenſem Epiſcopatum abdicauit Megingaudus, cùm Sancti Goaris Tranſlationi iam interfuiſſet regnante tum Carolo, qui Regium Titulum poſt patris obitum anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-octauo ſuſcepit. Similiter Wigberchtum ad hunc vſque annum vixiſſe non temerè dices, Lullo enim Archiepiſcopo iam Moguntino literas ſcripſit, quas infrà recitabimus.

XCVI. S. BVRCHARDI OBITVS.

Hoc igitur anno, quarto Nonas Februarij, Burchardus, qui Wirceburgenſem Epiſcopatum anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-primo dimiſerat, ad Deum feliciter migrauit. Diem Egilwardus ſic notat. *Quarto Nonas Februarij, recipiens nimirum à bono patrefamilias mercedem laboris ſui, eo videlicet die lucidiſſimam ingreſſus manſionem, quo beata Dei genitrix in Templo Domini cum noſtræ carnis ſubſtantia lucis præſentauit authorem.* Conſentiunt Galeſinius, Felicius, Caniſius, & Wilſonus in prima & ſecunda editione Martyrologij Anglicani, vt Bollandus ad illum diem obſeruauit, reiectâ tamen eius vitâ in diem Octobris decimum-quartum, quo colitur Herbipoli, inſcribitúrque Tabulis Eccleſiaſticis, necnon Martyrologio Benedictino Menardi & Menologio Benedictino Bucelini.

XCVII. [a] Lib. 4. c. 184.

Ioannes Trithemius, in Viris Illuſtribus [a] Ordinis Benedictini, mortem Burchardi conſignat *anno Domini 759. Indictione 12.* Loquitur in erronea opinione cùm eorum, qui Burchardum Romæ anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo Epiſcopum ordinatum fingunt, tum illorum, qui eodem, quo Epiſcopatum dimiſit anno, mortuum affirmant. Sedit quidem Burchardus annis nouem, ſed Epiſcopales Infulas adeptus eſt anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo, nec peruenit ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-nonum, migrauit enim ex hac vita Bonifacio Magiſtro ſuperſtite, qui Martyrium anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-quinto feliciter in Friſia conſummauit. Apud Egilwardum in libro de Sancti Burchardi Tranſlatione & Monaſterio Sancti Andreæ, qui vitæ eiuſdem Sancti Burchardi ſubiectus inuenitur, quindecim Epiſcopi Wirceburgenſes recenſentur ad Hugonem vſque, qui Sanctum Burchardum è Sancti Kiliani Baſilica in Sancti Andreæ Monaſterium, anno Chriſti nongenteſimo ſexageſimo-quarto, ſub Pontificatu Benedicti Quinti Papæ, tranſtulit. Singulorum autem Epiſcoporum anni ſic diſtribuuntur, vt Auctor à noſtra Chronologia nullomodò recedat, felicémque Sancti Burchardi è vitâ mortali tranſitum hoc anno collocet. Illorum Pontificum Indicem, quem ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-primum deſcripſimus, hîc omittendum putamus, nè bis in eadem re verſari videamur.

XCVIII.

Burchardus abdicato Epiſcopatu cum ſex Monachis apud Hohenburgum vixit annos ferè tres, deceſsítque cùm ad viculum Sancti Michaelis, vulgò *Michelſtatn*, migrare vellet. *Aſſumptis ſex tantùm, ex omni multitudine diſcipulorum ſuorum, Monachis, nauim conſcendit, Codices etiam, quos vel ipſe conſcripſerat, vel vndecunque conquiſierat, ſecum deportari fecit, atque inde per decurſum fluminis ad Caſtellum, quod Hohenburg dicitur, nauigio proficiſcitur, ibique, quandiu ſuperuixit, in contemplatione diuina, vigiliis ſcilicet, ieiuniis & orationibus inſiſtens, vnà cum prædictis fratribus continuè morabatur.*

rabatur. Eſt autem viculus quidam Michelnſtat nominatus, quem eidem Dei Sa- AN. CH.
cerdoti quondam in proprietatem tradiderat pro remedio animæ ſuæ frater Pipi-
ni Carlomannus. Illuc ſe transferre, atque Monachicam illic Congregationem 754.
inſtituere, ibíque præſentis vitæ terminum præſtolari Pater Sanctiſſimus propo- PIPPINI
ſuerat, ſed, diſponente prædeſtinatione, præuenit humanæ deliberationis vota R. 3.
communis hæreditaria mortalitatis occaſus. Hæc Auctor vitæ.

Quod attinet ad ſepultutam, *Megingandus Epiſcopus*, qui Sancto Bur- XCIX.
chardo Epiſcopatum abdicanti ante annos ferè tres ſucceſſerat, *pretioſum*
dilectiſſimi Magiſtri corpus omni, quâ valuit, veneratione curauit, atque con- SEPVLTV-
fluentibus vndique fidelium turmis, qui prorſus integro filiorum affectu lamen- RA.
tabantur ſanctiſſimi & vnicè dilecti deceſſum Patris, maximo cum comitatu &
veneratione digna in ciuitatem Sedis ſuæ Wirceburg deportauit. Hîc penè totius
prouinciæ populus occurrit, hîc tota Nobilitas cum plebe Paſtorem ſuum, non,
vt olim, lætitiæ cantu, ſed amaro nimis eiulatu ſuſcipiunt, ſícque venerabi-
libus veneranter exequiis interſunt, donec honore competenti Sanctum corpus
iuxta Martyrum Kiliani ſociorúmque eius Reliquias ſepultum conſpiciunt, in
nouo videlicet Monaſterio, ſeu noua, vt vulgò appellant, Baſilica, vbi
eoſdem Martyres è terra leuatos ipſemet Sanctus Burchardus anno ſui
Pontificatûs ſecundo collocarat. Ibi quieuit annos decem ſupra ducentos,
donec ab Hugone Epiſcopo in Monaſterium Sancti Andreæ tranſlatus eſt
Benedicto Quinto tum Papâ.

Ceterùm non improbamus eos, qui Megingaudum, priuſquàm à Bur- C.
chardo Epiſcopo Wirceburgum euocaretur, Friteſlarienſem in Haſſia Mo- MEGINGAV-
nachum conſtituunt. Megingaudum enim non diſtinguimus à Megin- DVS IDEM
go, cuius mentionem Lupus Seruatus in vita Sancti Wigberchti Friteſ- CVM ME-
larienſis Abbatis ita facit. *Ibi*, nempe Friteſlariæ, *cum Megingo ſuo, qui* GINGO.
poſteà culmen Epiſcopale ſubiit, diu conuerſatus eſt. At alium putamus à AT ALIVS A
Mengotto, qui beato Wittæ ſiue Albuino in Epiſcopatum Birburgenſem MENGOTTO.
ſucceſſit, vt ex manuſcripto Codice refert Serarius [a] in Notationibus ad [a] Not. 29.
vitam Sancti Bonifacij.

Ad hæc vſque tempora peruenit Wigberchtus Friteſlarienſis Abbas. CI.
Apud Lambertum Schafnaburgenſem hæc leguntur. *Anno 747 Sanctus* WIGBER-
Wigbertus migrauit à ſeculo. Tomo ſuperiore [b] quatuor Wigbertos diſtin- CHTVS ABB.
ximus longè diuerſos; vnum, qui conſenuit in Hibernia; alterum, qui FRITESLAR.
Monaſterium Nutſcellanum cum Abbatis titulo rexit, & Winfridum, [b] Ad an. 731.
qui poſteà Bonifacius appellatus eſt, in adoleſcentia ſalutaribus diſcipli-
nis inſtituit; tertium, qui Monaſticam vitam in eodem Cœnobio Nut-
ſcellano duxit; quartum, qui primò Monachum egit in Aſceterio Gleſtin-
gaburgenſi, deinde patriâ relictâ Bonifacium Archiepiſcopum in Germa-
nia degentem adiit anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-tertio, factúſ-
que eſt Abbas Friteſlarienſis anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-
ſexto, vt ſuis locis probauimus. Poſtremus hic Wigberchtus anno Chriſti
ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſeptimo ſuperſtes vixit, has enim literas [c] [c] Ep. 83. inter Bonifac.
ad Lullum iam Archiepiſcopum Moguncìacenſem miſit. *Sanctiſſimo & à* SCRIBIT
Deo ſemper conſeruato Domino Lullo Epiſcopo Wicbertus ſeruus ſeruorum Dei, LVLLO EP.
quanquam indignus Abbas veſter in omnibus (Deus ſcit) benè cupiens & fi- MOGVNT.
delis in vinculo charitatis colligatus. Suſceptâ veſtrâ alimoniâ ſancta cuncta
Congregatio Monachorum noſtrorum pro nobis ſingula pſalteria decantauerunt,
& Sacerdotes quinas Miſſas fecerunt per ſingulos, vt vobis Dominus priſtinam
ſanitatem tribueret, & dixi ad illos veſtrâ voluntate, quomodo nobis mandaſ-
tis, vt hîc pro tempore ſubuenire iubebatis. Sed omnes conſonâ vnâ concordiâ
reſponderunt, quòd noſtra voluntas in omnibus eſt, ipſius infirmitati compati,
& ſicut proprium fratrem, ita circa illum, omni charitate impendere. Sed vos
modò, ſi vultis, venire poteſtis, quomodo in veſtra propria caſa, & nos in
omnibus, in quantùm poſſumus, charitate priſtinâ exigentes veſtra volumus

AN. CH. 754. PIPPINI R. 3.

compati infirmitati. In orationibus tuis commendamus nos, Sanctiſſime Pater. Sanctiſſimo Domino Lullo Epiſcopo Wicbertus indignus Abbas. Bonifacius Pippino iam Rege Lullum Mogunciacenſem Archiepiſcopum ordinauit. Vtrumque Willibaldus in ipſius Bonifacij vita ſic docet. *Cùm Pippinus Domino donante regale Francorum, felix ſupradicti germani* Carolomanni tum Monachi *ſucceſſor, Regnum ſuſciperet, & iam aliquantulùm ſedatâ populorum perturbatione in Regem ſubleuatus eſſet, cœpit anxius vota Domino deuota perſoluere, & Synodalia confeſtim recuperare inſtituta, ac Canonica à germano ſuo iuxta exhortationem Sancti Bonifacij Archiepiſcopi fideliter inchoata inſtaurare miniſteria, eúmque habitu ſimul & honore præferre, & ſuis in Domino parere præceptis. Sed quòd Sanctus vir infirmitate corporis prægrauatus, Synodalia Conciliorum conuenticula per omnia adire non poterat, iam conſultu atque conſilio Glorioſi Regis, idoneum proponere miniſtrum ſupradicto gregi definiuit, & Lullum ſuum ingenioſæ indolis diſcipulum ad erudiendam tantæ plebis numeroſitatem conſtituit, & in Epiſcopatûs gradum prouexit atque ordinauit.* Lullum eodem, quo Pippinus Regnum ſuſcepit, anno Archiepiſcopum conſecratum diximus; eius ordinatio in annum, quo Bonifacius Martyrium conſummauit, Tomo ſecundo [a] Seculi tertij Benedictini reiicitur. Quicquid ſit de anno, certè ſi Lullus Pippino iam Rege factus eſt Archiepiſcopus, & poſt ſuſceptum Archiepiſcopatum literas accepit à Wigberchto Friteſlarienſi tum Abbate, Wigberchtus Abbas Friteſlarienſis anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſeptimo diu ſuperſtes vixit.

[a] Pag. 394.

CII. Hæc obſeruatio pleriſque, qui Wigberchtum Abbatem Friteſlarienſem anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſeptimo mortuum contendunt, tanti ponderis videtur, vt literas, quas proximè recitauimus, à Wigberchto Abbate Friteſlarienſi ſcriptas omnino negent, earúmque authorem dicant alium Wigberchtum Preſbyterum, cuius ſint epiſtolæ tres ad Lullum Archiepiſcopum Moguntinum, inter Bonifacianas octogeſima-tertia, centeſima ſecunda, & centeſima decima. Serarius à Stephano Baluzio [b] rectè redarguitur, quòd illas tres epiſtolas à Wigberchto Abbate Friteſlarienſi ſcriptas putet. At eis adſtipulari non poſſumus, qui nullam illarum prædicto Abbati attribuunt. Trium epiſtolarum, de quibus inquirimus, duos Wigberchtos authores agnoſcimus, vnum Abbatem Friteſlarienſem, alterum Preſbyterum, cui cura cuiuſdam Eccleſiæ commiſſa in Diœceſi Moguntina. Duos ſanè Wigberchtos, quorum alter Abbas extiterit, ipſarum epiſtolarum tituli ſatis diſtinguunt. In titulo octogeſimæ-tertiæ, quam ſuprà deſcripſimus, non tantùm Abbatum more ſeruum ſeruorum Dei, ſed & expreſſis verbis indignum Abbatem ſe dicit. *Sanctiſſimo & à Deo ſemper conſeruato Domino Lullo Epiſcopo Wicbertus ſeruus ſeruorum Dei, quanquam indignus Abbas veſter in omnibus (Deus ſcit) benè cupiens & fidelis in vinculo charitatis colligatus.* In titulo epiſtolæ centeſimæ ſecundæ Wigberchtus nec ſeruum ſeruorum Dei, nec Abbatem, ſed Preſbyterum ſe ſcribit. *Domino verè beato, atque omni officio charitatis venerando, Lulle, gratiâ Dei Epiſcopo, Wigberth Presbyter veſter fidelis ſeruus optabilem in Chriſto ſalutem.* Et epiſtolæ centeſimæ decimæ titulus talis eſt. *Domino ſancto ac beatiſſimo, mihíque omni affectu ſemper chariſſimo, Lulle, gratiâ Dei Epiſcopo, Wigberch exiguus familiæ Chriſti famulus, immarceſcibilem ſempiternæ ſoſpitatis ſalutem.*

[b] In not. ad Lupum Ferrar.

DISTINGVITVR A WIGBERCHTO PRESBYTERO.

CIII. Vt in epiſtola octogeſima-tertia, cuius titulo Wigberchtus Abbatem ſe vocat, nihil legitur quod Wigberchto Abbati Friteſlarienſi non conueniat, ſic & in epiſtolis centeſima ſecunda & centeſima decima, quarum titulis Wigberchtus vel Preſbyterum vel exiguum familiæ Chriſti famulum ſe nuncupat, nihil occurrit omnino, quod ad Abbatem & Monaſterium ſpectare videatur. Epiſtolam octogeſimam-tertiam ſuprà deſcripſimus. Priùs autem quàm duas alias exhibeamus, circa ſcriptionis modum nonnulla

ſunt obſeruanda, quæ non tantùm duos Wigberchtos, vnum Abbatem, alterum Presbyterum, diſtinguunt, ſed etiam vt epiſtolam octogeſimam-tertiam à Wigberchto Abbate, ſic centeſimam ſecundam & centeſimam decimam à Wigberchto Presbytero exaratas declarant. Wigberchtus Abbas epiſtolam octogeſimam-tertiam *Lullo Epiſcopo*, Wigberchtus Presbyter epiſtolas centeſimam ſecundam & centeſimam decimam *Lullæ gratiâ Dei Epiſcopo* inſcribit. Deinde Wigberchtus Abbas in Germania nec procul à Diœceſi Moguntina ſcribit, per epiſtolam enim octogeſimam-tertiam optat, vt Monaſterium, cui præeſt, inuiſatur à Lullo Moguntiacenſi Metropolita; Wigberchtus verò Presbyter epiſtolas centeſimam ſecundam & centeſimam decimam, vt ex illarum lectione liquet, mittit è Britannia tranſmarina, quò profectus eſt eodem Lullo annuente. Denique, vt ex earumdem quoque epiſtolarum lectione conſtat, *Hrothuin* Lulli cognatus, in fine ſingularum epiſtolarum, quas Wigberchtus Presbyter è Britannia dirigit, ipſummet Lullum ſalutat aliquot lineatum ſcripto, id verò nequaquam præſtat in epiſtola, cuius author Wigberchtus Abbas. His obſeruationibus præmiſſis, duas epiſtolas accipe Wigberchti Presbyteri, quæ ſub idem ferè tempus videntur ab eo ſcriptæ, poſtquàm è Germania in Britanniam reuerſus eſſet.

AN. CH. 754. PIPPINI R. 3.

CIV. *Domino verè beato atque omni officio charitatis venerando, Lullæ gratiâ Dei Epiſcopo, Wigbert Presbyter veſter fidelis ſeruus, optabilem in Chriſto ſalutem. Veſtris orationibus meritíſque ſuffragantibus, vt credimus, & pro certo ſcimus, proſpera nobis terræ mariſque itinera, poſtquàm à vobis iueramus, Dei clementia conceſſit, amicóſque & propinquos ſanos & incolumes inuenimus, benignéque ſuſcipientes omnia neceſſaria tam in poſſeſſionibus agrorum, quàm in iumentis & pecoribus, aliíſque ſupellectilibus ſponte nobis tribuentes. Quod vſque hodie abſque vlla contradictione habentes, tuam ſanctam fraternitatem, quæ nos ſemper & adiuuare & conſolari conſueuerat, rogamus & obſecramus, vt videas & conſideres quid nobis vtilius agendum ſit. Omnia enim tibi nota ſunt, & hoc & illud; quicquid tibi bonum videtur, hoc me fateor læto animo feciſſe, & tuum ſalubre conſilium in nullo ſpreuiſſe. Si tibi videtur, vt ad vos pergamus, vtiles, vt credimus, viri, &, vt aiunt, boni in noſtro deſiderant eſſe comitatu. Sin autem aliud magis placet, tamen cum noſtro ſermone & conſilio, ſi vobis ſic videtur, viſitare vos deſiderant. De qua re quid tibi videatur, fac ſciamus. Sed quid magis moror, cùm litera tua vſque ad nos veniunt, quas, vt iſti preſenti portitori literarum mearum tribuas, obſecramus. Quicquid in illis iuſſeris, aut ſuaſeris, Deo permittente & vitâ comite libenter faciemus. Multùm iam vita noſtra fluctuando & negligendo, quaſi extra nos fuſi, peregimus, tandem aliquando vt ad noſmetipſos redeamus, neceſſe eſt, ſcientes ſcriptum, quòd qui ſeminat in lachrymis, in gaudio metet, & ideò vita noſtra quod reſtat, cum veſtro conſilio tranſcurrere curamus. De cetero autem, ſi in regione gentis noſtræ, id eſt, Saxonum, aliqua ianua diuina miſericordia aperta ſit, remandare nobis idipſum curate, quàm multi, cum Dei adiutorio, in eorum auxilium feſtinare cupiunt. Omnia iſta, quæ longo ſermone perſtrinximus, tu mente peruigili, quid melius agendo ſit, pertracta, & literis intimare tua ſancta Almitas non pigeat. Vale.* Hiſce Wigberchti Presbyteri literis [a] pauca hæc ſuo nomine, ſalutationis ergò, ſubiecit Hrothuin. *Ego Hrothuin dudum aliquid vobiſcum, nunc autem his poſitus ſcribens, legens, docénſque quod legi, multùm vos ſaluto, obſecrans, vt eo animo erga me ſitis, quo & ego circa vos ſum poſitus. Saluta omnes, qui amant Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.*

[a] Ep. 102. inter Bonifac.

CV. Nemo non videt has literas eo ſcriptas tempore, quo Wigberchtus Presbyter è Germania reuerſus, vbi diu cum Lullo moratus fuerat, in patria ſua, id eſt, in Britannia cum propinquis & affinibus verſabatur.

AN. CH. 754. PIPPINI R. 3.

Totus hic à Lulli nutu pendet, paratus ex illius mandato vel in Britannia manere, vel in Germaniam redire. De Saxonum conuerſione ſollicitum ſe prodit, eóſque gentiles ſuos appellat, quia ductæ olim è Germania in Britanniam Saxonum Anglorúmque coloniæ. Alteris literis [a] oſtendit vitam à ſe ductam longè aliam à Monaſtica, ſibíque, tanquam Parocho ſeu Curioni, in Diœceſi Moguntina regimen alicuius Eccleſiæ commendatum. *Domino ſancto ac beatiſſimo, mihique omni affectu ſemper chariſſima Lullæ gratiâ Dei Epiſcopo, Wigbercht exiguus familia Chriſti famulus immarceſcibilem ſempiterna ſoſpitatis ſalutem. Magno etenim repletus ſum gaudio, valdéque hilareſcit animus meus, cognitâ à nonnullis tuâ beatâ ſoſpitate, quámque Dei gratiâ concedente, vt ſemper habeas, optamus, memorémque noſtri eſſe in tuis ſanctis orationibus. Dei gratiâ concedente & veſtris meritis, vt credimus, ſuffragantibus, ſani & incolumes mare tranſiuimus, noſtrámque patriam peruenimus, veſtráque dona Epiſcopis, Abbatibus, amicíſque veſtris, ſicut mandaſtis, obtulimus, & iuxta modulum noſtri ingenij, ſermones veſtros voluntatémque veſtram intimare curauimus. Illi autem fecerunt, ſicut erant edocti, humiliter gratantérque omnia ſuſcipientes, magnas gratias Chriſto Domino referentes, quòd veſtra ſublimitas eorum paruitatem per dona ſimúlque & literas viſitare dignata eſt, veſtrámque communionem & familia veſtra inſtantiam orationum ſemper ſe habituros eſſe promittentes, noménque tuum, vt chariſſimorum ſuorum, in Eccleſiis ſuis ſcribentes, memoriámque tui tam viuentis quàm defuncti iugiter ſe facturos eſſe dicentes, epiſtoláſque ſuas miſſuros ſcriptas, vt eis placet, promittentéſque omnia, qua longis ſermonibus protrahimus. Iſte portitor harum literarum meliùs tibi verbis intimare poteſt, quem vobis Presbyterum tranſmittere curauimus, credentes & confidentes, quòd vtile vas ſit in domo Domini, quem vt benignè & honorificè, ſi dignus ſit, veſtra ſanctitas accipere & habere, quòd noſter & amicus & propinquus eſt, dignata ſit, obſecramus. Nos igitur, quod celare non poſſumus, amici & propinqui noſtri iſto anno à ſe relinquere nolunt, & ideò nuncios meos ad vos direxi, obſecrans vos humili ſupplicatiane per Domini miſericordiam, vt & vota & ſermones, quibus me vobis conſtrinxi, veſtra clementia dignata ſit abſoluere, & per epiſtolam tuam per nuntios meos reuertentes, quid agere debeam inſinues. Fateor enim tibi per Deum, quòd contra voluntatem tuam nulla dignitas ſeculi, nulla ſecularis amicitia me hîc vllo moda retinere poteſt, maximè quòd te ſuper omnes homines diligo, Deus teſtis eſt. Si autem tibi bonum videtur, & tua voluntas ſit, vt ad vos citiùs redeam, Eccleſia & miniſterio, cui ante deſeruiui, me dimittas, de vno rogo & & obſecro. Amici mei, & propinqui, & terram & hareditatem ſuam mihi promittunt, & dare diſponunt, ſi hîc cum eis permanere diſpono. Sin autem, alienis permittere debent. Et ideò, mi Domine, per prudentiam tuam & cor intelligibile, pertracta & conſidera, quid tibi bonum videtur & rectum, & illud, vt dixi, per literas intima. Vitâ etenim comite, & Deo concedente, quod iubes, facere diſpono. Orantem beatitudinem veſtram diuina miſericordia in perpetuum cuſtodire dignetur. Amen.* His quoque literis Hrothuin huiuſcemodi ſalutationem adiecit. *Ego Hrothuin, quondam cognatus tuus, ſaluto te, multùm rogans, vt quicquid reprehenſibiliter ſcriptum reperies, indocta imperitiæ ignoſcas. Vtinam, ſi fieri poteſt, & ſi Dei voluntas ſit, vt facie ad faciem videamus nos. Vale, & memento noſtri.*

[a] Ep. 110. inter Bonifac.

CVI. Quid Lullus ad has literas reſponderit, haud ſcimus. De Wigberchto enim Preſbytero, à quo ſcriptæ ſunt, nihil ampliùs legitur, ſeu conſenuit in Britannia, ſeu rediit in Germaniam. Diſtinguendus eſt à quatuor Wigberchtis, de quibus ſuprà diſſeruimus. Quod attinet ad Wigberchtum

OBIT. Abbatem Friteſlarienſem, hic vitam hoc anno clauſit in ſuo Monaſterio, cùm Lullus Archiepiſcopali munere iam fungebatur, & Bonifacius in

AN. CH. 754. PIPPINI R. 3.

viuis ſuperſtes erat. Tomo ſuperiore [a], cùm aduerſus Alfordum diſputaremus, Wigberchtum Abbatem Friteſlarienſem, quem ille anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quinto mortuum contendit, diximus obiiſſe Lullo iam Archiepiſcopo, ſed in aſſertionis probationem attulimus inſcriptionem epiſtolæ inter Bonifacianas centeſimæ decimæ, quæ non eſt Wigberchti Friteſlarienſis Abbatis, at Wigberchti Preſbyteri in Britannia tum manentis. Illâ igitur inſcriptione expunctâ, aliam repone ex epiſtola inter Bonifacianas octogeſima-tertia, quæ verè eſt Wigberchti Friteſlarienſis Abbatis, noſtrámque aduersùs Alfordum diſputationem ad prædictum locum ſic claude. *Nec valet Alfordi poſterior opinio, qua Wigberchtum Abbatem Friteſlarienſem anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quinto mortuum affirmat, & prædictas Bonifacy literas poſt eius obitum ſcriptas contendit. Wigberchtus enim Abbas Friteſlarienſis obiit Lullo iam Archiepiſcopo, vt ex hac literarum* [b] *inſcriptione patet.* [*Sanctiſſimo & à Deo ſemper conſeruato Domino Lullo Epiſcopo Wiebertus ſeruus ſeruorum Dei quanquam indignus Abbas veſter in omnibus (Deus ſcit) benè cupiens & fidelis in vinculo charitatis colligatus.*]

[a] Ad ann. 731. n. 22.

[b] Ep. 83. inter Bonifac.

CVII. Lupus Seruatus de Sancti Wigberchti Friteſlarienſis Abbatis ſepultura ſic in eius vita ſcribit. *Eſt autem ſitum corpus illius ante Eccleſiam in conditorio nullius ambitionis, ibique per aliquot annos quieuit, vbi vix fuerit credibile, quot quantiſque hunc virum diuina pietas illuſtrauerit ſignis.* Quieuit apud Friteſlariam ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum-quartum, qui ſextus ab obitu Pippini Regis, vndeviceſimus à Sancti Bonifacij Martyrio numeratur. Colitur Sanctus Wigberctus Idibus Auguſti.

AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

ANNVS CHRISTI 755.

PIPPINI R. 4.

I. ANNO Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-quinto, ipſis Kalendis Ianuariis, Aiſtulſus Longobardorum Rex Romam obſedit; loca ſuburbana omnia populatus eſt; ſepulchris beatiſſimorum Martyrum violatis, oſſa eorum nequiſſimè diſſipauit; Narniam, quam paulò antè dimiſerat, iterum occupauit. Eâ re motus Stephanus Papa Legatos ſubitò de ſeruandis pactis ad eum miſit, &, cùm pacati nihil retuliſſet, Warnerium Abbatem ad ſe à Pippino miſſum & in Vrbe defendenda militis officio egregiè functum, itinere maritimo, quo tutiùs ac celeriùs perueniret, in Franciam cum Legatis ſuis Georgio Epiſcopo & Thomarico Comite iuſſit contendere, ac Pippino hæc vniuerſa ſignificare, ipſum per omnia ſacra obteſtans, vt, quæ ſemel promiſerat, aliquando impleret. Hæc partim recitat Pontifex in ſuis epiſtolis, partim Anaſtaſius in einſdem Papæ vita.

AISTVLFVS R. LONGOB. ROMAM OBSIDET.

II. Quæ Stephani reditum in Vrbem ſecuta ſunt, ab Anaſtaſio ſic enarrantur. *Poſt aliquanti temporis ſpatium, furore vehementi repletus Aiſtulfus non ſolùm ea, quæ promiſerat, minimè adimplenit, ſed & generalem fecit motionem, & cum vniuerſo Regni ſui Longobardorum populo contra hanc aduenit Romanam vrbem, quam per trium menſium ſpatia obſidens, atque ex omni parte circundans, quotidie fortiter expugnabat; omnia, quæ erant extra vrbem, ferro & igne deuaſtans atque funditus demoliens. Imminebat enim ad hoc vehementiùs, vt hanc Romanam, ſi potuiſſet, caperet vrbem.*

AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

Malta quoque Sanctorum cimiterio effodiens, eorum corpora ſacra abſtulit. Hac itaque ab Aiſtulfo geſta qaantò citiùs prædicti Regis Francorum inſonuerunt auribus. Sed beatiſſimus Pontifex per marinum iter ſuos ordinans & ad eum in Franciam dirigit Miſſos unà cum quodam religioſo viro, Warnerio nomine, qui ab eodem Francorum Rege hac Romam directus fuerat. Cuncta qaa geſta ſunt, & quæ Aiſtulfus peregit ſabtiliter, ſuis Apoſtolicis relationibus ſapè dicto Pipino inſinuauit Regi, adiurans eum fortiter, firmitérque ſub diuini iudicij die obteſtans, vt cuncta, quæ beato Petro pollicitus eſt, adimpleret.*

* Subtili fictione.

III. Aiſtulfus Kalendis Ianuarij Romam obſidione cinxit. Quinquageſimo-quinto pòſt die Romanus Pontifex per Warnerium Abbatem ſuprà nominatum duas epiſtolas, vnam ſuo nomine Pippino Regi, alteram ſuo & omnium Romanorum in afflictione poſitorum nomine eidem Pippinó eiúſque filiis Carolo & Carolomanno, necnon Epiſcopis, Abbàtibus, Preſbyteris, Monachis, Ducibus, Comitibus, ceterísque Francis tranſmiſit. Ambas accipe ex Codice Carolino [a].

EADEM REQUERITUR APUD PIPPINUM STEPHANUS PP. PER VARIAS EPISTOLAS.

[a] Epp. 4. 6.

IV. DOMNO *Excellentiſſimo filio, & noſtro ſpiritali compatri, Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum, Stephanus Papa.*

Quantâ luctuosâ & amariſſimâ triſtitiâ circumuallati, quantâque anxietate atque angaſtiâ coarctati ſimus, & quantas crebreſcentibus continuis malis oculi noſtri diſtillantes profundant lachrymas, credimas, quòd & ipſa omnium elemenſorum figmenta enarrent. Quis enim harum tribulationum conſpector non lugeat? Quis auditor harum nobis inhærentium calamitatum non vlulet? Qaamobrem cuiuſdam bonæ mulieris, Suſannæ pudicæ, verba loqaimur. [Anguſtia nobis undique, & quid agamus ignoramas.]

O fili Excellentiſſime & Chriſtianiſſime, vtinam Omnipotens rerum creator Dominus, quemadmodum priſcis temporibus Abacuc illum Prophetam ad refocillandam & conſolandum Danielem præcipaam Prophetam abſtruſum in leonum lacu, repentino volatu adportatum ab Angelo miſerat, ita & nunc ſi dici poteſt, eius miſericordiſſima longanimitas à Deo ſeruatam Excellentiam tuam vel vnius horæ momento præſentem feciſſet ad contemplandas ærumno-

DOMNIS *Excellentiſſimis, Pippino Carolo & Carlomanno tribus Regibus & Romanorum Patriciis, ſeu omnibas Epiſcopis, Abbatibas, Presbyteris, & Monachis, ſeu glorioſis Dacibus, Comitibus, vel cuncto exercitui Regni & prouinciæ Francoram, Stephanus Papo, & omnes Epiſcopi, Presbyteri, Diacones, ſeu Duces, Chartulary, Comites, Tribuni, & vniuerſus populus & exercitus Romanorum omnes in afflictione poſiti.*

Qaantâ luctuotâ & amariſſimâ triſtitiâ circumuallati, quantâqae anxietate atque anguſtiâ coarctati ſimas, & quantas, crebreſcentibus continais malis, oculi noſtri diſtillantes profundant lachrymas, credimus, quod & ipſa omniam elementoram figmenta enarrent. Quis enim harum tribulationum conſpector non lugeat? Quis auditor harum nobis inhærentium calamitatum non vlulet? Quamobrem cuiuſdam bonæ mulieris, Saſannæ pudicæ, verba loquimur. [Anguſtia nobis vndique, & quid agamus ignoramus.]

O Chriſtianiſſimi, ecce venerant nobis dies anguſtiæ, præſto ſunt dies fletas & amaritudinis, quoniam quod timebamus, à Langobardis euenit.

ſas & lugubres anguſtias & tribulationes, quas immaniter à Langobardorum gente & eorum nefando Rege patimur. Ecce venerunt nobis dies anguſtiæ, præſtò ſunt dies fletûs & amaritudinis, dies anxietatis, & gemitus doloris, quoniam quod timebamus euenit, & quod verebamur accidit.

Pro quo anguſtiati, afflicti atque oppreßi, & ex omni circumquaque parte circumdati, ab eorum nequißimo Haiſtulfo Rege, & eorum Langobardorum gente, profuſis lacrymis percußóque pectore cum Propheta Dominum deprecantes dicimus. [Adiuua nos Deus ſalutaris noſter, & propter honorem nominis tui libera nos.] Et rurſum. [Apprehende arma & ſcutum, & exurge in adiutorium noſtrum, Domine iudica nocentes nos, & expugna impugnantes nos.] Etenim ſæpiùs Bonitati tuæ innoteſcere videmur licèt noſtras tribulationes, tamen & nunc luctu & gemitu referendum malorum pericula, quæ ab eodem Rege paſſi ſumus, & gente Langobardorum, magno cogente periculo ſiguificandum ſtatuimus.

Iam credimus Chriſtianißime & Excellentißime fili, & ſpiritalis compater, omnia Nobilitati tuæ eſſe cognita, quomodo pacis fœdera ab impio Haiſtulfo Rege & eius gente diſſipata ſunt, & qualiter nihil iuxta vt conſtituit & per vinculum ſacramenti confirmatum eſt, valuimus impetrare, etiam quia nullum augmentum nobis factum eſt, potiùs autem poſt deſolationem totius noſtræ prouinciæ, & plura homicidia ab eadem gente perpetrata, etiam quod cum magnis lacrymis & dolore cordis dicimus, cognoſcas, Excellentiſſime fili & ſpiritalis compater, in ipſis Ianuarij Kalend. cunctus eiuſdem Haiſtulfi Langobardorum Regis exercitus è Tuſciæ partibus in hanc ciuitatem Romanam coniunxerunt & reſederunt iuxta portam Sancti Pancratij & Portuenſem. Ipſe verò Haiſtulfus cum aliis exercitibus coniunxit ex alia parte, & ſua fixit tentoria iuxta portam Salariam, & ceteras portas, & nobis direxit dicens. Aperite mihi portam Salariam, & ingrediar ciuitatem, & tradite mihi Pontificem veſtrum, & habebo in vobis compaſſionem. Alioquin muros ſubuer-

Pro quo anguſtiati, afflicti, & ex omni circumquaque parte circumdati, ab eorum nequiſſimo Haiſtulfo Rege & gento, cum Propheta Dominum deprecantes dicimus. [Adiuua nos Deus ſalutaris noſter, & propter honorem nominis tui libera nos, &c.] Et rurſum. [Apprehende arma & ſcutum, & exurge in adiutorium noſtrum.]

Ecce enim cognitum habetis, quomodo pacis fœdera à præfato impio Haiſtulfo Rege & omni gente diſſipata ſunt, & qualiter nihil iuxta vt conſtituit & per vinculum ſacramenti confirmatum eſt, valuimus impetrare, & iam in ipſis Ianuarij Kalendis cunctus eiuſdem Langobardorum exercitus Tuſciæ partibus in hanc ciuitatem Romanam coniunxerunt, & reſederunt iuxta portam beati Petri, atque beati Pancratij, & Portuenſem. Ipſe verò Haiſtulfus cum aliis exercitibus coniunxit ex alia parte, & ſua fixit tentoria iuxta portam Salariam, & ceteras portas, & ſæpiùs nobis direxit. Aperite mihi portam Salariam, & ingrediar ciuitatem, & tradite mihi Pontificem veſtrum, & patientiam ago in vobis. Si minùs, ne muros euertens, vno vos gladio interficiam, & videam quis vos eruero poſſit de manibus meis.

AN.CH. 755. PIPPINI R. 4.

tens, vno vos gladio interficiam, & videam quis vos eruere poſſit à manibus meis.

Sed & Beneuentani omnes generaliter in hanc Romanam vrbem coniungentes, reſederunt iuxta portam beati Ioannis Baptiſtæ, & iuxta portam beati Pauli Apoſtoli, & ceteras iſtius Romanæ ciuitatis portas, & omnia extra vrbem prædia longè latéque ferro & igne conſumpſerunt, domos omnes comburentes penè ad fundamenta deſtruxerunt, Eccleſias Dei incenderunt, & ſacratiſſimas Sanctorum imagines in ignem proiicientes, ſuis gladiis conſumpſerunt, & munera Sancta, id eſt, Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti, in ſuis contaminatis vaſis, quos folles vocant, miſerunt, & cibo carnium copioſo ſaturati comedebant eadem munera. Velamina altarium Eccleſiarum Dei, vel omnia ornamenta, quod nimis crudele & dici eſt, auferentes, in propriis vtilitatibus vſi ſunt. Seruos Dei Monachos, qui pro officio diuino in Monaſteriis morabantur, plagis maximis tundentes, plures laniauerunt, & Sanctimoniales fœminas atque recluſas, quæ ab infantia & pubertatis tempore pro Dei amore ſeſe clauſuris tradiderunt, abſtrahentes cum magna crudelitate polluerunt. Qui etiam & in ipſa cantaminatione alias interficere viſi ſunt, & omnes domos cultas beati Petri igni combuſſerunt, vel omnium Romanorum, vt dictum eſt, domos comburentes extra vrbem funditus deſtruxerunt, & omnia peculia abſtulerunt, & vineas ferè ad radices abſciderunt, & meſſes conterentes omnino deuorauerunt, & neque domui ſanctæ noſtræ Eccleſiæ, neque cuiquam in hac Romana vrbe commoranti ſpes viuendi remanſit, quia, vt dictum eſt, omnia ferro & igne conſumpſerunt, & multos interfecerunt. Sed & copioſam familiam beati Petri, & omnium Romanorum, tam viros quàm mulieres iugulauerunt, & alios plures captiuos duxerunt. Nam & innocentes infantulos à mamillis matrum ſuarum ſeparantes, ipsáſque vi polluentes, interemerunt ipſi impij Langobardi, & tanta mala in hac Romana prouincia fecerunt, quanta certè nec pagana

Sed & Beneuentani omnes generaliter in hanc Romanam vrbem coniungentes, reſederunt iuxta portam beati Iohannis, & beati Pauli Apoſtoli, & ceteras iſtius Romanæ vrbis portas, & omnia extra vrbem prædia longè latéque ferro & igne conſumpſerunt, domas omnes comburentes penè ad fundamenta deſtruxerunt, Eccleſias Dei incenderunt, & ſacratiſſimas Sanctorum imagines in ignem proiicientes ſuis gladiis conſumpſerunt, & munera Sancta, id eſt, Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti, in ſuis contaminatis vaſibus, quos folles vocant, miſerunt, & cibo carnium copioſo ſaturati comedebant eadem munera. Velamina altarium Eccleſiarum Dei, vel omnia ornamenta, quod nimis crudele etiam dici eſt, auferentes, in propriis vtilitatibus vſi ſunt. Seruos Dei Monachos, qui pro officio diuino in Monaſteriis morabantur, plagis maximis tundentes, plures laniauerunt, & Sanctimoniales fœminas atque Recluſas, quæ ab infantia & pubertatis tempore pro Dei amore ſeſe clauſuræ tradiderunt, abſtrahentes cum magna crudelitate polluerunt. Qui etiam & in ipſa contaminatione alias interficere viſi ſunt, & omnes domos cultas beati Petri igni combuſſerunt, vel omnium Romanorum, vt dictum eſt, domos comburentes extra vrbem funditus deſtruxerunt, & omnia peculia abſtulerunt, & vineas ferè ad radices abſciderunt, & meſſes conterentes omnino deuorarunt, & neque domui ſanctæ noſtræ Eccleſiæ, neque cuiquam in hac Romana vrbe commoranti ſpes remanſit viuendi, quia, vt dictum eſt, omnia ferro & igne conſumpſerunt, & multos homines interfecerunt. Sed & copioſam familiam beati Petri, & omnium Romanorum, tam viros quámque mulieres iugulauerunt, & alios plures captiuos duxerunt. Nam & innocentes infantulos à mamillis matrum ſuarum ſeparantes, ipsáſque vi polluentes interemerunt ipſi impij Langobardi, & tanta mala in hac Romana prouincia fecerunt, quanta certè nec pagana

pagana gentes aliquando perpetrarunt, quia etiam, ſi dici poteſt, & ipſi lapides noſtras deſolationes videntes, vlulant nobiſcum. Quinquaginta & quinque dies hanc afflictam ciuitatem Romanam obſidentes, & ex omni parte circumdantes, prælia fortiſſima die noctúque cum peſſimo furore inceſſanter contra nos ad muros iſtius Romanæ vrbis commiſerunt, & non deficiebant impugnantes nos, vt ſuæ poteſtati, quod auertat Diuinitas, ſubiiciens omnes vno gladio idem iniquus Haiſtulphus interimeret. Ita enim exprobrantes nobis aſſerebant. Ecce circumdati eſtis à nobis; & non effugietis manus noſtras. Veniant nunc Franci, & eruant vos de manibus noſtris. Nam & ciuitatem Narnienſem, quam beato Petro tua Chriſtianitas conceſſit, abſtulerunt, & aliquas ciuitates noſtras comprehenderunt. Quamobrem afflicti vix potuimus per maximum ingenium marino itinere præſentes noſtras literas & Miſſos ad tuam Excellentiſſimam Chriſtianitatem dirigere, quas & cum magnis lacrymis ſcripſimus, qui etiam, probante veritate dicimus, per vnamquamque literam lacrymas ſanguine mixtas exprimeremus. Et vtinam præſtaret nobis Dominus, vt quâ horâ noſtram luctuoſam exhortationem legeris, in præſentia tua per omnem literam ſanguine plenæ lacrymæ fluerent!

Vnde, fili Excellentiſſime & ſpiritalis compater, peto te, & tanquam præſentialiter adſiſtens, prouolutus terra & tuis veſtigiis me proſternens, cum diuinis myſteriis coniuro coram Deo viuo & vero, & eius Principe Apoſtolorum beato Petro, vt ſub nimia feſtinatione & maxima celeritate nobis ſubuenias, ne pereamus, quoniam poſt Dominum in tuis manibus noſtrûm omnium Romanorum commiſimus animas. Non nos derelinquas, ſic non te derelinquat Dominus in omnibus tuis actibus & operibus. Non nos ſpernas, ſic non te ſpernat Dominus inuocantem eius potentiam. Ne elonges à nobis auxilium tuum, Chriſtianiſſime fili & ſpiritalis compater, ſic non elonget Dominus auxilium ſuum & protectionem à te tuáque gente, dum in-

pagana gentes aliquando perpetrarunt, quia etiam, ſi dici poteſt, & ipſi lapides noſtras deſolationes videntes, vlulant nobiſcum. Quinquaginta & quinque dies hanc afflictam Romanam ciuitatem obſidentes, & ex omni parte circumdantes, prælia fortiſſima die noctúque cum peſſimo furore inceſſanter cum diuerſis machinis & adinuentionibus plurimis contra nos ad muros iſtius Romanæ vrbis commiſerunt, vt ſuæ poteſtati, quod auertat Diuinitas, ſubiiciens omnes vno gladio idem inimicus Haiſtulfus interimeret. Ita enim cum magno furore exprobrantes nos aſſerebant. Ecce circumdati eſtis à nobis, veniant nunc Franci, & eruant vos de manibus noſtris. Nam & ciuitatem Narnienſem, quam beato Petro conceſſiſtis, abſtulerunt, & aliquas ciuitates noſtras comprehenderunt. Quamobrem conſtricti vix potuimus, marino itinere, præſentes noſtras literas & Miſſum ad veſtram Chriſtianitatem dirigere, quas & cum magnis lachrymis ſcripſimus.

Vnde, dilectiſſimi nobis, peto vos, & tanquam præſentialiter adſiſtens cum diuinis myſteriis coniuro coram Deo viuo & vero, & eius Principe Apoſtolorum beato Petro, vt ſub nimia feſtinatione nobis ſubueniatis, ne pereamus. Non nos derelinquatis, ſic non vos derelinquat Dominus in omnibus veſtris actibus. Non nos ſpernatis, ſic non vos ſpernat Dominus, eius inuocantes potentiam. Ne elongetis à nobis auxilium veſtrum, Chriſtianiſſimi, ſic non elonget Dominus auxilium ſuum à vobis, dum ingreſſi fueritis contra inimicos veſtros ad dimicandum.

AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

greſſi fueritis contra inimicos veſtros ad dimicandum.

Adiuua nos & auxiliare noſtri ſub magna velocitate, Chriſtianiſſime, ſic adiutorium ſumas à Deo Omnipotente, qui te vnxit ſuper turbas populorum per inſtitutionem beati Petri in Regem. Occurre, occurre, fili, occurre & ſubueni nobis, antequàm gladius inimicorum ad cor noſtrum pertingat. Peta te, ne pereamus, ne quando dicant gentes, qua in cuncto Orbe terrarum ſunt. Vbi eſt fiducia Romanorum, quam poſt Dominum in Regibus Francorum habebant? Non nos patiaris perire, & ne moreris, aut differas nobis ad ſolatia dandum. Nec à tuo nos ſepares auxilio, ſic non ſis alienus à Regno Dei, & inſeparatus à tua dulciſſima coniuge, Excellentiſſima Regina & ſpiritali noſtra commatre. Non nos ampliùs anxiari & periclitari, atque in luctu & fletu perſeuerare permittas, bone Excellentiſſime fili & ſpiritalis compater, ſic non ſuperueniat tibi luctus de tuis meiſque dulciſſimis filiis, Domno Carolo & Carolomanno, Excellentiſſimis Regibus & Patriciis. Non obdures aurem tuam ad audiendum nos, & ne auertas faciem tuam à nobis: ne confundamur in noſtris petitionibus, & ne periclitemur vſque in finem, ſic non obduret Dominus aurem ſuam tuas ad exaudiendum preces, & ne auertat faciem ſuam à te, in illo futuri examinis die, quando cum beato Petro & ceteris ſuis Apoſtolis ad iudicandum ſederit omnem ordinem, omnem ſexum, omnémque poteſtatem humanam, & ſeculum per ignem, dicatúrque tibi, quod auertat Diuinitas, neſcio te, quia non auxiliatus es Dei Eccleſia, & defendere minimè procuraſti eius peculiarem populum periclitantem.

Adiuuate nos ſub magna velocitate, dilectiſſimi nobis. Occurrite, occurrite, & ſubuenite nobis, antequàm gladius inimicorum ad cor noſtrum pertingat. Peto vos; ne pereamus, ne quando dicant gentes, quæ in cuncto Orbe terrarum ſunt. Vbi eſt fiducia Romanorum, quam poſt Dominum in Regibus & in gente Francorum habebant? Non nos permittatis perire, & ne differatis nobis ad ſolatia dandum, nec à veſtro ſeparetis auxilio, ſic non ſitis alieni à Regno Dei, & ne obduret Dominus aurem ſuam veſtras ad exaudiendas preces, & ne auertat faciem ſuam à vobis in illo futuro examinis die, quando cum beato Petro & ceteris ſuis Apoſtolis ad iudicandum ſederit omnem ordinem, omnémque poteſtatem humanam, & ſeculum per ignem, dicatúrque, quod auertat Diuinitas, [neſcio vos] quia non auxiliati eſtis Dei Eccleſiæ, & defendere minimè procuraſtis eius periclitantem peculiarem populum.

Audi me, fili, audi me, & ſubueni nobis. Ecce adeſt tempus ſaluandi nos, ſalua nos antequàm pereamus, Chriſtianiſſime Rex. Quid enim melius quídue elegantius aut egregius, quàm periclitantes & in anguſtia poſitos ſaluare? Scriptum quippe eſt. [Qui ſaluat, tanquam qui ædificat.] Hinc enim præcipuus Iſaias Propheta ait. [Subuenite oppreſſo.] Omnes enim gen-

Audite nos, dilectiſſimi, audite nos, & ſubuenite nobis. Ecce adeſt tempus ſaluandi nos, ſaluate nos antequàm pereamus, Chriſtianiſſimi. Omnes etenim gentes, quæ circumquaque ſunt poſitæ, & ad veſtram, per Dei potentiam, Francorum fortiſſimam gentem refugium fecerunt, ſaluæ factæ ſunt, &, ſi omnibus auxilium impertire non differatis, multò ampliùs Sanc-

AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

tes, quæ circumquaque ſunt poſita, & ad veſtram, per Dei potentiam, Francorum fortiſſimam gentem refugium fecerunt, ſalua facta ſunt. Et, ſi omnibus gentibus auxilium impertire non differtis, & per vos ſalua efficiuntur, multò amplius Sanctam Dei Eccleſiam & eius populum de inimicorum impugnatione debueratis liberare. O quanta fiducia in noſtro inerat corde, quando veſtrum mellifluum conſpicere meruimus vultum, & in charitatis vinculo ſumus alligati atque connexi, in magna quiete & ſecuritate nos permanere! Sed dum à vobis ſperabamus lucem videre, eruperunt tenebræ, & facta ſunt nouiſſima noſtra peiora prioribus.

tam Dei Eccleſiam, & eius populum, de inimicorum impugnatione debueratis liberare.

Conſidera, fili, conſidera, & omnino percogita, per Deum viuum te coniuro, quoniam & noſtra, & omnis Romanorum populi animæ poſt Deum & eius Principem Apoſtolorum in tua à Deo protecta Excellentia & gente Francorum à Deo tibi commiſſa pendent, quia, vt prælatum eſt, in gremio tuo noſtras commiſimus animas, & ſi perire, quod abſit, & auertat diuina clementia, nos contigerit, perpende, obſecro, & omni modo perpenſa, in cuius animam reſpiciat ad peccatum. Certe enim omnino crede, Chriſtianiſſime, ſi nobis aliqua euenerit calamitas, quod abſit, periclitandi, tu de omnibus, à Deo protecte, dilectiſſime nobis, ante tribunal Dei eris redditurus rationem, cum omnibus tuis Iudicibus, quoniam, vt prælatum eſt, nulli alio, niſi tantummodò tuæ amantiſſimæ Excellentiæ, vel dulciſſimis filiis, & cunctæ genti Francorum, per Dei præceptionem & beati Petri, Sanctam Dei Eccleſiam, & noſtrum Romanorum Reipublicæ populum commiſimus protegendum.

Conſiderate, dilectiſſimi, & omnino percogitate, per Deum viuum vos coniuro, quoniam poſt Deum & eius Principem Apoſtolorum, noſtra omnium Romanorum animæ in vobis pendent, &, ſi perire, quod abſit, contigerit, penſate, in cuius animam reſpiciat ad peccatum. Certè enim omnino credite, Chriſtianiſſimi, ſi nobis aliqua euenerit calamitas, quod abſit, periclitandi, vos de omnibus ante tribunal Dei eritis redditurі rationem.

Ecce omnes noſtros dolores & anxietates atque anguſtias tuæ à Deo protectæ Bonitati innotuimus. Tu verò, Excellentiſſime fili & ſpiritalis compater, age & libera poſt Dominum in te confugientes, vt fructum bonum afferens in futuri examinis die merearis dicere. Domine meus, Princeps Apoſtolorum beate Petre, ecce ego clientulus tuus, curſum conſummans, fidem

Sed magis, dilectiſſimi nobis, agite & liberate poſt Deum in vobis confugientes, vt fructum bonum afferentes in futuri examinis die mereamini dicere. Domine noſter, Princeps Apoſtolorum beate Petre, ecce nos clientuli tui, curſum conſummantes, fidem ſeruantes tibi; Eccleſiam Dei à ſuperna clementia tibi commendatam de manibus perſequentium defendentes libera-

AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

tibi ſeruans, Eccleſiam à ſuperna clementia tibi commendatam de manibus perſequentium defendens liberaui, & aſſiſtens immaculatus coram te, offero tibi pueros, quos mihi commiſiſti de manibus inimicorum eruendos, ſoſpites. atque incolumes exiſtentes. Tunc & in preſenti vita Regni gubernacula tenens, etiam & in futuro ſeculo cum Chriſto regnans, cæleſtium præmiorum gaudia adipiſci merearis, audiens nimirum paternam deſiderabilem vocem illam inquientis. [Venite benedicti Patris mei, percipite Regnum quod vobis præparatum eſt ab origine mundi.] Incolumem Excellentiam tuam ſuperna gratia cuſtodiat.

Sequitur *embolum* ſeu poſtſcriptum, ſic. *Opere namque direximus ad veſtram Chriſtianiſſimam Excellentiam præſentem noſtrum Miſſum Georgium reuerentiſſimum ac ſanctiſſimum fratrem & Coepiſcopum noſtrum, atque Warneharium religioſum Abbatem, Miſſum veſtrum, ſeu Thomaricum Comitem, magnificos item Miſſos noſtros, qui vobis noſtros omnes dolores, & cunctas deſolationes, quas à Langobardorum gente & eorum proteruo Rege paſſi ſumus, & aſſiduè patimur, vobis ſubtili enarratione, ſicut propriis oculis viderunt, viuâ voce dicere debeant, quibus & in omnibus tanquam nobiſmetipſis credere iubeat Chriſtianiſſima Excellentia veſtra, & noſtram liberationem nimis feſtinanter procurare. Et coniuro te per Deum viuum & verum, à Deo protecte fili & ſpiritalis compater, vt nequaquam ampliùs diſcredas noſtras afflictiones, & nullo modo neglectum ponatis ad liberandum nos, ne, quod abſit, ſi ampliùs credere diſtuleris, & neglexeris nos eruendum, nobis, quod auertat Diuinitas, irruat calamitas pereundi, & vobis pertineat ad magnum detrimentum & peccatum atque condemnationem in præſenti & æterna vita, quia vobis animas omnium noſtrum Romanorum tradidimus, ſed magis magíſque, vt prælatum eſt, coniuramus te, à Deo ſeruate Excellentiſſime fili & ſpiritalis compater, per Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, Trinitatem indiuiſam, vt noſtras*

nimus, & adſiſtentes immaculati coram te, offerimus tibi pueros, quos nobis commiſiſti de manibus inimicorum eruendos, ſoſpites atque incolumes exiſtentes. Tunc & in præſenti vita & in futuro ſeculo cæleſtium præmiorum gaudia adipiſci mereamini, audientes paternam deſiderabilem vocem illam inquientis. [Venite benedicti Patris mei, percipite Regnum, quod vobis præparatum eſt ab origine mundi.]

Quare direximus præſentem noſtrum Miſſum Georgium reuerentiſſimum ac ſanctiſſimum fratrem & Coepiſcopum noſtrum, atque Warneharium religioſum Abbatem Miſſum veſtrum, & Thomaricum Comitem, magnificos eoſdem noſtros Miſſos, qui vobis omnes noſtros dolores, & cunctas deſolationes, quas à Langobardorum gente & eorum proterno Rege paſſi ſumus, & aſſiduè patimur, vobis ſubtili enarratione, qua propriis oculis viderunt viuâ voce edicere debeant, quibus & in omnibus tanquam nobiſmetipſis credere iubeatis, & noſtram liberationem nimis feſtinanter procurare. Et coniurà vos per Deum viuum & verum, vt nequaquam ampliùs diſcredatis noſtras afflictiones, & neglectum ponatis ad liberandum nos, ne, quod abſit, ſi ampliùs credere diſtuleritis, & neglexeritis nos eruendum, nobis; quod auertat Diuinitas, irruat calamitas, pereundi, & vobis pertineat ad magnum detrimentum & peccatum atque condemnationem in præſenti & æterna vita, quia vobis animas omnium noſtrorum Romanorum tradidimus, ſed magis magíſque vos, vt præfatum eſt, coniuramus, per Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, Trinitatem indiuiſam, vt noſtras tribulationes & anguſtias atque dolores & deſolationes credere ſine qualibet ambiguitate iubeatis, & nobis propter Deum ſubuenire, & ad liberandum nos de manibus Langobardorum inimicorum noſtrorum nimis feſtinanter occurrere iubea-

tribulationes & anguſtias atque dolores & deſolationes credere iubeatis ſine qualibet ambiguitate, & nobis propter Deum ſubuenire, & ad liberandum nos de manibus Langobardorum inimicorum noſtrorum nimis feſtinanter occurrere digneris, vt fructum afferens copioſum, victor, intercedente beato Petro, ſuper omnes barbaras nationes efficiaris, & vitam æternam poſſideas. Præfatus verò Warneharius Abbas pro amore beati Petri loricam ſe induens, per muros iſtius afflictæ Romanæ ciuitatis die noctúque vigilauit, & pro noſtra omnium Romanorum defenſione atque liberatione vt bonus Athleta Chriſti totis ſuis viribus decertauit.

tis, vt fructum afferentes copioſum, vitam æternam, intercedente beato Petro, perfrui mereamini. Præfatus verò Warneharius pro amore beati Petri loricam ſe induens, per muros iſtius afflictæ Romanæ ciuitatis vigilabat die noctúque, & pro noſtra omnium Romanorum defenſione atque liberatione, vt bonus Athleta Chriſti decertauit totis ſuis viribus. Benè valete.

Narnia, cuius mentio fit in epiſtolis proximè deſcriptis, vrbs erat Ducatûs Romani, quam Aiſtulfus Longobardorum Rex non ſemel inuaſit. Hunc locum ob viciniam à Longobardis reddi præcipuè poſtulauit Stephanus; reddidit Aiſtulfus, vt eidem Pontifici faciliùs ſuaderet, cuncta, quæ Pippino promiſerat, ſe quantocyùs impleturum; at paulò pòſt iterum occupauit, cùm ipſam Romam obſidere vellet. In vulgatis exemplaribus Anaſtaſij, quæ conſuluimus narraturi res geſtas Stephano Pontifice Romam reuerſo, nullum de Narnia verbum legimus. Obſeruauimus autem in Codicibus Regio & Mazarino hæc inueniri. *Caſtrum autem illud Narnienſe, quod pridem reddiderat Aiſtulphus Miſſis Francorum, à iure beati Petri abſtulit.* Et in Codicibus Thuano ac minore Freheriano. *Caſtrum itaque illud Narnienſe, quod pridem reddiderat Miſſo Francorum, à iure B. Petri abſtulit.* V.

Præter epiſtolas ſuprà recitatas, Stephanus Papa, cùm obſidio Romanæ vrbis acriùs à Longobardis vrgeretur, literas [a] in nomine Sancti Petri comprehenſas tranſmiſit ad Reges, Pippinum, Carolum & Carolomannum, ſiue ad omnem generalitatem Francorum, nouo ſanè miróque exemplo, quod nec à prædeceſſoribus anteà nec à ſucceſſoribus vſurpatum poſteà legitur. *Petrus vocatus Apoſtolus à Ieſu Chriſto Dei viui Filio, qui ante omnia ſecula cum Patre regnans in vnitate Spiritûs Sancti, in vltimis temporibus pro noſtra omnium ſalute incarnatus & homo factus, nos ſuo redemit pretioſo ſanguine per voluntatem paternæ gloriæ, quemadmodum per Sanctos ſuos deſtinauit Prophetas in Scripturis ſanctis, & per me, omnis Dei Catholica & Apoſtolica Romana Eccleſia, caput omnium Eccleſiarum Dei, ipſius Redemptoris noſtri ſanguine ſuper firmam fundata petram, atque eiuſdem alma Eccleſiæ Stephanus Præſul, gratia, pax, & virtus ad eruendam eandem Sanctam Dei Eccleſiam, & eius Romanum populum mihi commiſſum de manibus perſequentium, pleniùs miniſtretur à Domino Deo noſtro, vobis viris Excellentiſſimis, Pippino, Carolo & Carlomanno, tribus Regibus, atque ſanctiſſimis Epiſcopis, Abbatibus, Presbyteris, vel cunctis religioſis Monachis, verùm etiam Ducibus, Comitibus, & cunctis generalibus exercitibus & populo Franciæ commoranti. Ego Petrus Apoſtolus, dum à Chriſto, Dei viui filio, vocatus ſum ſupernæ clementiæ arbitrio, illuminator ab eius potentia totius mundi ſum prædeſtinatus, ipſo Domino Deo noſtro confirmante. [Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritûs Sancti.] Et iterum. [Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.] Et mihi ſuo exiguo* VI.

[a] Ep. 5. in Cod. Carol.

IN NOMINE ETIAM S. PETRI.

AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

ſeruo & vocato Apoſtolo ſingillatim ſuas commendauit oues, cùm ait. [Paſce oues meas, paſce agnos meos.] Et rurſum. [Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersùs eam, & tibi dabo claues Regni cælorum. Quæcumque ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in cælis, & quæcunque ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis.] Quamobrem omnes, qui meam audientes impleuerunt prædicationem, profectò credant ſua in hoc mundo, Dei præceptione, relaxari peccata, & mundi atque ſine macula in illam progredientur vitam. Etenim quia illuminatio Spiritûs Sancti in veſtris refulſit præfulgidis cordibus, vóſque amatores effecti eſtis ſanctæ & vnicæ Trinitatis per ſuſceptum Euangelicæ prædicationis verbum, profectò in hac Apoſtolica Dei Romana Eccleſia nobis commiſſa, veſtra futuræ retributionis ſpes tenetur adnexa, ideóque ego Apoſtolus Dei Petrus, qui vos adoptiuos habeo filios, ad defendendum de manibus aduerſariorum hanc Romanam ciuitatem, & populum mihi à Deo commiſſum, ſeu & domum, vbi ſecundùm carnem requieſco, de contaminatione gentium eruendam, veſtram omnium dilectionem prouocans adhortor, & ad liberandam Eccleſiam Dei mihi à diuina potentia commendatam omnino proteſtans admoneo, pro eo quòd maximas afflictiones & oppreſſiones à peſſima Langobardorum gente patiuntur. Nequaquam aliter teneatis, amantiſſimi, ſed pro certo confidite, per memetipſum, tanquam in carne, coram vobis, viuus adſiſterem, per hanc adhortationem validis conſtringimus atque obligamus adiurationibus, quia ſecundùm promiſſionem, quam ab eodem Domino Deo & Redemptore noſtro accepimus, peculiares inter omnes gentes vos omnes Francorum populos habemus. Itaque proteſtor & admoneo, tanquam in ænigmate, & firmâ obligatione coniuro vos Chriſtianiſſimos Reges, Pippinum, Carolum & Carlomannum, atque omnes Sacerdotes, Epiſcopos, Abbates, Presbyteros, vel vniuerſos religioſos Monachos, vel cunctos Iudices, item Duces, Comites, & cunctum Francorum Regni populum, & tanquam præſentaliter, in carne viuus adſiſtens coram vobis ego Apoſtolus Dei Petrus, ita firmiter credite vobis adhortationis alloqui verba, quia, etſi carnaliter deſum, ſpiritualiter autem à vobis non deſim, quoniam ſcriptum eſt: [Qui ſuſcipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem ſuſcipit Prophetæ.] Sed & Domina noſtra, Dei Genitrix ſemper Virgo Maria, nobiſcum vos magnis obligationibus adiurans proteſtatur, atque admonet & iubet, ſimul etiam Throni atque Dominationes, & cunctus cæleſtis militiæ exercitus, necnon & Martyres atque Confeſſores Chriſti, & omnes omnino Deo placentes, & hi nobiſcum adhortantes & coniurantes proteſtantur, quatenus doleat vobis pro ciuitate iſta Romana, nobis à Domino Deo commiſſa, & ouibus Dominicis in ea commorantibus, necnon & pro Sancta Dei Eccleſia, mihi à Domino commendata, & defendite atque liberate eam ſub nimia feſtinatione de manibus perſequentium Langobardorum, ne, quod abſit, corpus meum, quod pro Domino Ieſu Chriſto tormenta perpeſſum eſt, & domus mea, vbi per Dei præceptionem requieſcit, ab eis contaminentur, & populus meus peculiaris lanietur ampliùs, nec trucidetur ab ipſa Langobardorum gente; qui tanto flagitio periurij rei exiſtunt, & tranſgreſſores diuinarum Scripturarum probantur. Præſtate ergo populo meo Romano, mihi à Deo commiſſo in hac vita, fratribus veſtris, Domino cooperante, præſidia totis veſtris viribus, vt ego Petrus vocatus Dei Apoſtolus, in hac vita, & in die futuri examinis, vobis alterna impendens patrocinia, in Regno Dei lucidiſſima ac præclara vobis præparentur tabernacula, atque præmia æternæ retributionis, & infinita Paradiſi gaudia vobis ad inuicem tribuam, dummodò meam Romanam ciuitatem & populum meum peculiarem, fratres veſtros, Romanos, de manibus iniquorum Langobardorum nimis velociter defenderitis. Currite, currite, per Deum viuum & verum vos adhortor & proteſtor, currite & ſubuenite, antequàm fons viuus, vnde ſatiati & renati eſtis, areſcat; antequàm ipſa modica fauilla de flagrantiſſima flamma remanens, ex qua veſtram lucem cognouiſtis, extinguatur; antequàm mater veſtra ſpiritalis,

AN. CH. 755. PIPPINI R.

Sanctæ Dei Eccleſiæ, in qua vitam ſperatis percipere æternam, humilietur, inuadatur, & ab impiis violetur atque contaminetur. Proteſtor vos, dilectiſſimi filij mei adoptiui, per gratiam Spiritûs Sancti proteſtor, & nimis coram Deo terribili, creatore omnium, adhortor atque admoneo, ego Apoſtolus Dei Petrus, & vnà mecum Sancta Dei Catholica & Apoſtolica Eccleſia, quam mihi Dominus commiſit, ne patiamini perire hanc ciuitatem Romanam, in qua corpus meum conſtituit Dominus, quam & mihi commendauit, & fundamentum fidei conſtituit. Liberate eam, & eius populum Romanum, fratres veſtros, & nequaquam inuadi permittatis à gente Langobardorum. Sic non ſint inuaſæ prouinciæ & poſſeſſiones veſtræ à gentibus quas ignoratis, non ſeparemini à populo meo Romano. Sic non ſitis alieni aut ſeparati à Regno Dei & vita æterna. Quidquid enim poſcetis à me, ſubueniam vobis videlicet, & patrocinium impendam. Subuenite populo meo Romano, fratribus veſtris, & perfectiùs decertate, atque finem imponite ad liberandum eos. Nullus enim accipit coronam, qui non legitimè decertauerit, & vos decertate fortiter pro liberatione Sanctæ Dei Eccleſiæ, ne in æternum pereatis. Coniuro vos, coniuro, vt præfatum eſt, dilectiſſimi, per Deum viuum, & omnino proteſtor, minimè permittatn hanc ciuitatem meam Romanam, & in ea habitantem populum ampliùs à gente Langobardorum laniari, ne lanientur & crucientur corpora & animæ veſtræ in æterno atque inextinguibili tartareo igne cum Diabolo, & eius peſtiferis Angelis, & ne diſpergantur ampliùs oues Dominici gregis mihi à Deo commiſſi, videlicet populus Romanus. Sic non vos diſpergat & proiiciat Dominus, ſicut Iſraeliticus populus diſperſus eſt. Declaratum quippe eſt, quòd ſuper omnes gentes, quæ ſub cælo ſunt, veſtra Francorum gens, prona mihi Apoſtolo Dei Petro extitit, & ideo Eccleſiam, quam mihi Dominus tradidit, vobis per manus Vicarij mei commendaui ad liberandum de manibus inimicorum. Firmiſſimè enim tenete, quòd ego ſeruus Dei, vocatus Apoſtolus, in omnibus veſtris neceſſitatibus, dummodò precati eſtis, auxiliatus ſum, & victoriam per Dei virtutem vobis de inimicis veſtris tribui, & in ante attribuam nihilominus, credite, ſi ad liberandum hanc meam ciuitatem Romanam nimis velociter occurreritis. Mementote & hoc, quomodo & inimicos Sanctæ Dei Eccleſiæ, dum contra vos prælium ingruerunt, à vobis, qui paruo numero contra eos fuiſtis, proſternere feci. Pro quo decertate hanc meam velociter adimplere admonitionem, vt perfectiùs meum adipiſci mereamini auxilium per gratiam, quæ data eſt mihi à Chriſto Domino Deo noſtro. Ecce, filij chariſſimi, prædicans admonui vos, ſi obedieritis velociter, erit vobis pertingens ad magnam mercedem, & meis ſuffragiis adiuuati, & in præſenti vita omnes veſtros inimicos ſuperantes, & longæui perſiſtentes bona terræ comedetis, & æterna procul dubio fruemini vitâ. Sin autem, quod non credimus, & aliquam poſueritis moram aut adinuentionem, minimè velociter hanc noſtram implendam adhortationem, ad liberandam hanc meam ciuitatem Romanam & populum in ea commorantem, & Sanctam Dei Apoſtolicam Eccleſiam mihi à Domino commiſſam, ſimul & eius Præſulem, ſciatis vos ox auctoritate Sanctæ & vnicæ Trinitatis, per gratiam Apoſtolatûs, quæ data eſt mihi à Chriſto Domino, vos alienari pro tranſgreſſione noſtræ adhortationis à Regno Dei & vita æterna. Sed Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui nos ſuo pretioſo redimens ſanguine, ad lucem perduxit veritatis, nos quoque prædicatores & inluminatores totius mundi conſtituit, det vobis ea ſapere, ea intelligere, eáque diſponere nimis velociter, vt celeriùs hanc ciuitatem Romanam & omnem populum, ſeu Sanctam Dei Eccleſiam mihi à Domino commiſſam, ad eruendum occurratis, quatenus miſericorditer, ſicut fidelibus ſua potentia, meis pro vobis interuenientibus ſuffragiis, & in præſenti vita longæuos, ſoſpites, & victores conſeruare iubeat, & venturo in ſeculo dona ſuæ remunerationis faciat multipliciùs promereri cum Sanctis & electis ſuis. Benè valete.

AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

VII. OBSIDIONEM VRBIS SOLVIT AISTVLPVS PIPPINVM VERITVS.

Opus non erat tot epiſtolis tótque artibus, vt Pippinus ad ſuſcipiendam Eccleſiæ Romanæ Romanorúmque defenſionem prouocaretur, cognitâ Longobardi Regis fraude, ſtatim vehementi irâ ac dolore exarſit, & nooo decreto bello nonos populis delectus indixit. Quo nuncio perculſus Aiſtulfus, Romanâ obſidione poſt tertium menſem relictâ, raptim ad propria toenda ſe retulit.

VIII. [a] Ep. 152. PIPPINVS PRIVILEGIA MON. FVLDENSIS CONFIRMAT.

Inter epiſtolas Bonifacianas [a] Regium extat Præceptum, qoo Pippinus Rex Priuilegia Fuldenſi Monaſterio conceſſa ſic confirmauit, Carolomanno fratre iam mortuo. *Pippinus Rex Francorum, v. c. Bonifacio Archiepiſcopo & Legato Germanico ab Apoſtolica Sede directo. Quia veneranda pietas tua noſtram Excellentiam poſtulauit pro Monaſterio, quod à te noniter inſtructum eſt, in ſolitudine Buchonia iuxta fluuium Fulda, in loco, quem beata memoria Carolomannus germanus noſter legitimâ deuotione tibi conceſſit, vt ſicut ex auctoritate Sancti Petri Principis Apoſtolorum, pro quo Legatione fungeris, Priuilegio Sedis Apoſtolicæ ſublimatum eſſe conſtat, ita etiam noſtræ auctoritatis Præcepto roboretur, placuit nobis tuæ petitioni aſſenſum præbere, & ideo hanc noſtram Præceptionis ſeriem, ob honorem Dei & venerationem Sancti Petri, conſcribi iuſſimus, per quam Priuilegium Sedis Apoſtolicæ à beato Zacharia tibi collatum, cum conſenſu Epiſcoporum, cunctorúmque fidelium noſtrorum, per omnia roboramus, præcipientes vt nullus Sacerdotum in Regno noſtro diuinitus nobis conceſſo, in præfato Monaſterio iuriſdictionem aliquam ſibi vendicet, præter Apoſtolicam Sedem, itaut niſi ab Abbate Monaſterij fuerit inuitatus, nec Miſſarum ſolemnia ibi quiſquam præſumat celebrare, ſed iuxta id quod ſubiectum conſtat, Apoſtolicæ Sedis firmitate Priuilegij inconcuſſè roboratum permaneat. Locis etiam & rebus, quas tam moderno tempore tenet vel poſſidet, quàm quas futuris temporibus iuribus ipſius Monaſterij diuina pietas augere voluerit, ex donis, oblationibus, decimíſque fidelium, abſque vllius perſonæ contradictione firmitate perpetuâ fruatur. Si autem quiſquam noſtræ authoritatis Præcepto repugnare voluerit, ſententiam Apoſtolicæ diſtrictionis, quæ in Priuilegio expreſſa eſt, experiatur. Et tamen hoc, quod, ob amorem Dei & venerationem Sancti Petri, auctoritate noſtrâ firmauimus, ſtabile permaneat, manu noſtrâ roboratum, & tam annuli noſtri impreſſione quàm fidelium noſtrorum adſtipulatione ſubnixum. Vale.* In illo Præcepto hæc verba, *beatæ memoriæ Carolomannus*, ipſum Carolomannum priùs mortuum oſtendunt, quàm Pippinus ſuam Præceptionem emiſerit, ſupererat autem tum Bonifacius, cuius Martyrium cum Nonis Iunij coincidit. Atque inde patet eundem Bonifacium ad hunc vſque annum vixiſſe, Carolomannus enim anno ſuperiore per menſem Iunium ſuperſtes in viuis erat. At de anno, quo Bonifacius Chriſti Martyr effectus eſt, plura dicentur inferiùs, quia de illo variæ ſunt Auctorum cùm antiquorum tum recentiorum ſententiæ.

IX. ALIVD PRIVILEGIVM STEPHANI PP.

Sub idem tempus, quo Pippinus Bonifacio ſcripſit, ſcripſit & Stephanus Papa Sturmioni Abbati Fuldenſi, iiſdémque penè verbis vſus eſt ad eum, quibus anteà Zacharias ad Bonifacium. *Stephanus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilectiſſimo filio Sturmioni venerando Abbati Monaſterij S. Saluatoris, quod ſitum eſt in Buchonia ſuper ripam fluminis Fuldæ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Quum ſemper ſint concedenda, quæ rationabilibus congruunt deſideriis, oportet vt deuotioni conditoris piæ conſtitutionis auctoritas in Priuilegiis præſtandis non negetur; maximè in his locis, quæ noſtræ Apoſtolicæ Sedi ſpecialiter ſubiecta ſunt. Quapropter decreuimus, vt locum tuum, Fuldenſe ſcilicet Monaſterium, quod venerabilis frater noſter Bonifacius Archiepiſcopus conſtruxit & dedicauit, omnibúſque bonis ditauit, in noſtra ſemper habeamus defenſione Romanâ & Apoſtolicâ auctoritate munitum, tum propter iuſtitiam, tum propter beatiſſimi fratris Bonifacij votiuum deſiderium, qui tam te, quàm ipſum Fuldenſem locum, in noſtra Romana commendauit*

mendauit

mendauit defenſione. Igitur, quia poſtulaſti à nobis quatenus præfatum Monaſterium Sancti Saluatoris Priuilegio Apoſtolicæ auctoritatis decoretur, vt ſit in ditione ſancta noſtra, cui Deo auctore deſeruimus, Eccleſia conſtitutum; nullius alterius Eccleſiæ iuriſdictionibus ſubmittatur; idcircò piis deſideriis fauentes, hac noſtrâ auctoritate, id quod expoſcimur, deuoto effectui mancipamus, & ideo omnem cuiuſlibet Eccleſiæ Sacerdotem, in præfato Monaſterio, ditionem quamlibet habere, præter Apoſtolicam Sedem, prohibemus; itaut, niſi ab Abbate fuerit inuitatus, nec Miſſarum ibidem ſollemnia præſumat celebrare. Locus autem idem, ſimul cum rebus & hominibus, tam iis, quæ moderno tempore tenet, quàm quæ futuris temporibus in iure ipſius Monaſterij diuina voluerit pietas augere, ex donis & oblationibus, decimiſque fidelium, abſque vllius perſonæ contradictione, firmitate perpetuâ perficiatur. Præcipimus etiam tibi, cunctiſque tuis ſucceſſoribus Abbatibus eiuſdem Monaſterij, per diuini nominis intemerandam reuerentiam, & per eam, quam nobis & Chriſto debes obedientiam, vt locum tibi commendatum omni ſtudio & diligentiâ excolas, res & facultates ſub Dei timore conſerues, & nihil ex his, quæ Deo ſunt oblata & conſecrata, cuiquam laico vel Clerico in beneficium concedas vel præſtes, ſed omnia in ſeruitio Dei, & ædificiis Monaſterij, & conſolationibus pauperum & hoſpitum, deuotè ac fideliter diſpenſes, fratres tuos ſecundùm Regulam S. Benedicti dirigas, atque prouideas, & curam animarum tibi commiſſarum ſemper intendas. Conſtituimus quoque per huius Decreti paginam, vt quæcumque cuiuſlibet dignitatis prædita perſona hanc noſtri Priuilegij chartam, quam auctoritate Principis Apoſtolorum firmauimus, temerare tentauerit, anathema ſit, & iram Dei Omnipotentis incurrens, à cœtu Sanctorum omnium extorris exiſtat, & nihilominùs præfati Monaſterij dignitas à nobis indulta perpetualiter indulta permaneat, Apoſtolicâ auctoritate ſubnixa. Data VII *Kalend. . . . . . .*
Imperante Pipino. Browerus hoc Stephani Priuilegium libro tertio [a] Fuldenſium Antiquitatum inſeruit, & in margine pro *imperante* repoſuit *regnante.* Sed cùm hæ voces, *imperante Pipino*, tum illæ, *regnante Pipino*, non videntur retinendæ, quia Romanus Pontifex nomen Imperatoris Conſtantinopolitani, cui Roma tum parebat, ſuis Diplomatibus apponere conſueuerat, vt multis exemplis oſtenſum ſuprà. Fidem tamen huic Priuilegio non abrogamus, ſimillimum eſt enim ei, quod Zacharias anteà conceſſit, & Pippinus Rex in ſuo Præcepto nuperrimè deſcripto laudauit.

[a] Cap. 8.

AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

IX

In Annalibus Petauianis res hoc anno geſtæ ſic perſtringuntur. DCCLV. *Venit Thaſilo ad Martis campo, & mutauerunt Martis campum in menſe Maio. In hoc anno Domnus Remedius adeptus eſt Sedem Eccleſiæ Rotomagenſis. Et Pipinus ſuperauit Longobardos, cum magno munere reuerſus eſt in Regnum ſuum.* X.

De Remedij Pontificatu déque bello Longobardico agemus infrà. Interim hîc obſerua Conuentum Francorum, qui Kalendis Martij quot annis haberi conſueuerat, ſingulis deinceps annis actum Kalendis Maij. Cauſam huius mutationis affert *vtilitatem Francorum*, qui res à Pippino geſtas literis ex Nibelungi Comitis iuſſu commendauit, quibus autem in rebus vtilitas illa conſiſtat, haud exponit. Duas ſuſpicamur præcipuas; alteram, quòd ad Kalendas Martias Præfecti remotiſſimarum prouinciarum minùs commodè conueniebant anni tempeſtate plerumque adhuc aſperâ; alteram, quòd Regno plurimùm conducere videbatur, vt Conuentus eiuſmodi celebrarentur exercitu iam coacto & ad ſuſcipiendam expeditionem parato, alioquin enim diuturnior mora ſæpè conſiliis obfuit exequendis; quamuis autem menſis Martius à Marte nomen apud Romanos accepiſſet, tamen Pippinus, cùm ditionibus imperaret multo Borealioribus Italiâ, vix ante Kalendas Maias ex hibernis copias educere, vix quicquam audere poterat. Lege quæ de Campi Martij mutatione in Campum

XI. PIPPINVS CAMPVM MARTII MVTAT IN CAMPVM MAII.

AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

Maium ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſecundum [a] iam prænotata ſunt, iterúmque Theophanem, Anaſtaſium, eorúmque aſſeclas redargue, qui Reges Francorum, priuſquàm Pippinus ad ſolium eleuaretur, ſemel in anno Kalendis Maiis ad proſpectum totius gentis in throno ſedere ſolitos comminiſcuntur. Sed quid rurſum ad fabulam toties exploſam reuertimur; Pippinum in Italiam denuò proficiſcentem ſequi, nobiliſſimúmque glorioſiſſimi Regis triumphum enarrare præſtat.

[a] Num. 19.

XII. Anonymus, qui calamo manum iuſſu Nibelungi Comitis admouit, primæ Pippini Regis trans Alpes expeditioni, quam anno priore deſcripſimus, ſecundam proximè ſic ſubiungit. *Sequenti anno, Aiſtulfus Rex Langobardorum fidem ſuam, quam Regi Pipino promiſerat, peccatis facientibus fefellit. Iterum ad Romam cum exercitu ſuo veniens, fines Romanorum peragrans, atque regionem illam vaſtans, ad Eccleſiam Sancti Petri perueniens, & domos, quas ibidem reperit, maximè igne concremauit. Hac Pipinus Rex cùm per nuncios audiſſet, nimiùm furore & irâ motus, commoto iterum omni exercitu Francorum per Burgundiam, per Cavalonnum * vrbem, & inde per Iannam * vſque ad Mauriennam veniens. Rex Aiſtulfus cùm hoc reperiſſet, iterum ad clufas exercitum Langobardorum mittens, qui Regi Pipino & Francis reſiſterent, & partibus Italiæ intrare non finerent. Rex Pipinus cum exercitu ſuo, monte * Ciniſio tranſacto, vſque ad cluſas, vbi Langobardi reſiſtere nitebantur, perueniens, ſtatim Franci ſolito more, vt edocti erant, per montes & rupes erumpentes, in Regnum Aiſtulſi cum multa ira & furore intrant, Langobardos, quos ibi repererunt, interficiunt; reliqui, qui remanſerant, vix fugâ lapſi euaſerunt. Rex Pipinus cum nepote ſuo*, id eſt, Hiltrudis ſororis ſuæ filio, *Taſſilone Baioariorum Duce, partibus Italiæ vſque ad Ticinum iterum acceſſit, & totam regionem illam fortiter deuaſtans, circa muros Ticini vtrâque parte fixit tentoria, itaut nullus exinde euadere potuiſſet. Hac Aiſtulfus Rex Langobardorum cernens, etiam nullam ſpem ſe euadendi ſperaret, iterum per ſupplicationem Sacerdotum & Optimatum Francorum, veniam & pacem prædicto Regi ſupplicans, & ſacramenta, quæ præfato Regi dudum dederat, vt qui contra Sedem Apoſtolicam rem nefariam fecerat, omnia per iudicium Francorum vel Sacerdotum pleniſſimâ ſolutione emendaret. Igitur Rex Pipinus ſolito more iterum miſericordiâ motus, ad petitionem Optimatum ſuorum, vitam & Regnum iteratò conceſſit. Aiſtulfus Rex, per iudicium Francorum vel Sacerdotum, theſaurum, qui in Ticino erat, id eſt, tertiam partem, prædicto Regi tradidit, & alia multa munera maiora, quàm anteà dederat, partibus Regis Pipini dedit. Sacramenta iterum & obſides donat, vt ampliùs nunquam contra Regem Pipinum vel Proceres Francorum rebellis & contumax eſſe debeat: & tributa, quæ Langobardi Regi Francorum à longo tempore dederant, annis ſingulis per Miſſos ſuos deſoluere deberent. Præcelſus Rex Pipinus victor cum magnis theſauris & multis muneribus, abſque belli euentu, cum omni exercitu ſuo illæſo, ad propriam Sedem Regni ſui remeauit incolumis.*

* Chalon ſur Saone.
* Geneue.
* Le mont Cenis.

PROFICISCITVR IN ITALIAM CVM EXERCITV.

XIII. Nondum Romæ auditum erat Pippinum ad Alpes perueniſſe, cùm Georgius Protoſecretarius & Ioannes Silentiarius Legati ad Pippinum ab Imperatore miſſi Romam acceſſerunt. Hi ſecreta ab illo mandata habebant, Pippini, vt Exarchatum Imperio reſtitueret, exorandi. Quapropter Romæ nihil morati, acceptis ſociis à Pontifice, maritimo itinere Maſſiliam properarunt. Illic, cùm Pippinum audiſſent iam Longobardorum fines ingreſſum, magnoperè doluerunt, & vnus eorum Georgius, negotio Ioanni dato, vt arte Legatos Pontificios diſtineret, prægreſſus ad Pippinum contendit, cúmque in caſtris non procul Papiâ conuentum, primò muneribus Imperialibus onerauit, deinde impenſè orare inſtitit, vt Exarchatum, ſi quemadmodum ſpes erat, recepiſſet, Imperatori concederet. Ea de re ſic Anaſtaſius.

XIV. *Dum verò ad prædictas Longobardorum cluſas Pippinus Rex appropinquaret, venerunt in hanc vrbem*, id eſt, Romam, *Imperiales Miſſi, Geor-*

AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

*gius * ſcilicet Protoſecreta, & Ioannes Silentiarius, directi ad Pippinum prædictum. Quibus ſuſceptis, prædictus Papa eis de motione præfati Francorum Regis nunciauit. Sed illi in dubio habuerunt credere. Tunc adiungens eis Miſſos Apoſtolicæ Sedis in Franciam eos ire abſoluit. Qui pergentes marino itinere quantocyùs Maſſiliam peruenerunt. In quam ingredientes didicerunt iam prædictum Francorum Regem, Longobardorum fines fuiſſe ingreſſum, iuxta exhortationem beatiſſimi Papæ, & promiſſionem, quam beato Petro obtulerat iureiurando. Quod cognoſcentes ipſi Imperiales Miſſi triſtes effecti nitebantur doloſè Miſſos Apoſtolicæ Sedis detinere Maſſiliam, vt minimè ad prædictum properarent Regem, affligentes eos valdè. Sed interueniente beato Petro Apoſtolorum Principe, eorum calida ad nihilum reducta eſt verſutia. Itaque vnus ex ipſis Imperialibus, Georgius videlicet Protoſecreta, præcedens Apoſtolicæ Sedis Miſſos celeriter prænominatum Francorum Regem eſt aſſecutus, quem & in finibus Longobardorum non procul à Papia reperit ciuitate, & nimis eum deprecans, atque plura ſpondens tribuit Imperialia munera, vt Rauennatium vrbem vel ceteras eiuſdem Exarchatûs ciuitates & caſtra Imperiali tribuens concederet ditioni. Sed nequaquam valuit Pipini Francorum Regis inclinare cor, vt eaſdem ciuitates & loca Imperiali ditioni tribueret.*

* In vulgat. exemplarib. Gregorius.

EXARCHATVM IMPERATORI DENEGATVM.

XV. Anno ſuperiore Pippinus, cùm primum aduerſùs Longobardos bellum ſuſcepit, ea, quæ cùm Eccleſiæ Romanæ tum Imperio ablata fuerant, Eccleſiæ Imperióque reſtituere decreuit, nec aliud agere rogatus erat à Stephano Papa; mutatâ pòſt ſententiâ, Eccleſiæ ſtatuit vtraque contradere. Audi ex Anaſtaſio, quid Oratori Exarchatum Imperatoris nomine repoſcenti reſponderit. *Aſſerebat iſdem Rex, quòd nullâ penitus ratione eaſdem ciuitates à poteſtate beati Petri, & iure Eccleſiæ Romanæ, vel Pontificum Apoſtolicæ Sedis quoquomodo alienaret. Affirmabat etiam ſub iureiurando, quòd pro nullius hominis fauore ſeſe certamini ſæpiùs dediſſet, niſi pro amore beati Petri & venia delictorum ſuorum, aſſerens & hoc, quòd nulla theſauri copia ei perſuadere valeret, vt, quod ſemel beato Petro obtulerat, auferret. Et cùm hæc prædicto Imperatoris Miſſo reddidiſſet in reſponſis, continuò eum ad propria remeare per aliam viam abſoluit, qui & ſine effectu peruenit Romam.*

TRADIT SEDI APOSTOLICÆ.

XVI. Idem Auctor conditiones pacis paulò pòſt initæ ſic exhibet. *Dum verò Pipinus Francorum Rex Papiam obſidens conſtringeret ciuitatem, Aiſtulfus Rex Longobardorum, vt veniam illi tribueret, & ab obſidione ceſſaret, quas priùs contempſerat ciuitates conſcriptas reddere in pacti fœdere, in pacti fœdere ſe modis omnibus profeſſus eſt redditurum. Ita denuò confirmato anteriore pacto, quod per elapſam octauam Indictionem inter partes prouenerat, reſtituit Aiſtulfus ipſas præfatas ciuitates, addens & caſtrum quod cognominatur Comaclum. De quibus omnibus receptis ciuitatibus à beato Petro atque à Sancta Romana Eccleſia vel ab omnibus in perpetuum Pontificibus Apoſtolicæ Sedis poſſidendis, miſit in ſcriptis Donationem, quæ vſque hodie in Archiuo Sanctæ noſtræ Eccleſiæ recondita tenetur.* Porrò cùm Anaſtaſius primum cum Aiſtulfo pactum, quod anno ſuperiore conſignauimus, *per elapſam octauam Indictionem* ictum aſſerat, innuit alterum Indictione nonâ iam inchoatâ percuſſum fuiſſe, id eſt, hoc anno poſt Kalendas Septembres.

FACTAM IN SCRIPTIS DONATIONEM TRANSMITTIT ROMAM.

XVII. Initâ pace Pippinus in Franciam ſtatim rediit, relicto in Italia Fulrado Abbate, qui ciuitates in pacto contentas ab Aiſtulfo reciperet, receptáſque mox in poteſtatem Pontificis Romani transferret. *Ad recipiendas ipſas ciuitates*, ait Anaſtaſius, *miſit ipſe Rex Francorum Conſiliarium ſuum Fulradum Abbatem & Presbyterum. Et continuò ipſe Rex cum ſuis exercitibus Franciam repedauit.* Illæſo exercitu domum gloriam hanc retulit, ſe omnium mortalium primum, nullo ſuo dolore, Bellum externum aduerſùs gentem rebus geſtis nobiliſſimam pro Religione ſuſcepiſſe, nullóque ſuo commodo confeciſſe. Rauennæ in antiqua tabula legitur etiamnum hæc

AN. CH. 755. Pippini R. 4.

epigraphe [a]. PIPINVS. PIVS. PRIMVS. AMPLIFICANDÆ. ECCLESIÆ. VIAM. APERVIT. ET. EXARCHATVM. RAVENNÆ. CVM. AMPLISSIMIS.......... O vetuſtatem rerum pulcherrimarum conſumptricem! imò potiùs hominum inuidiam! Vtram enim magis accuſem, planè dubius ſum, quippe cetera, vel vetuſtate optimarum etiam rerum paulatim exedendo peremptrice, vel æmulorum Francici nominis ac gloriæ, quod vero ſimilius eſt, inuidiâ, nobis erepta ſunt. In hunc autem aut ferè ſimilem ſenſum videntur fuiſſe ſcripta, CVM. AMPLISSIMIS. VRBIBVS. TERRITORIIS. AC. REDITIBVS. PRINCIPI. APOSTOLORVM. EIVSQVE. DEMVM. SVCCESSORIBVS. LVBENS. AC. VOLENS. CONCESSIT.

[a] Papyr. Maſſon. l. 2.

XVIII. Poſt reditum Pippini Regis in Franciam, Anaſtaſius hæc ſubiungit de Fulrado Abbate in Italia relicto. *Prænominatus autem Fulradus Abbas Rauennatium partes cum Miſſis Aiſtulfi Regis perueniens, per ſingulas ingreſſus ciuitates tam Pentapoleos quàm & Æmiliæ, eáſque recipiens, & obſides de vnaquaque tollens, atque Primates ſecum vnà cum clauibus portarum ciuitatum ducens Romam peruenit. Tunc ipſas claues tam Rauennatium vrbis, quámque diuerſarum ciuitatum ipſius Rauennatium Exarchatûs vnà cum ſubſcripta Donatione ſancta de eis à ſuo Rege miſſa in Confeſſione beati Petri ponens, eidem Apoſtolo & eius Vicario Papæ, atque omnibus ſucceſſoribus eius Pontificibus perenniter poſſidendas atque diſponendas tradidit, id eſt, Rauennam, Ariminum, Piſaurum, atque Fanum, Ceſenas, Senogallias, Eſium, Forum Pompilij, Forum Liuij cum Caſtro Subſubio, Montem Feretri, Acerragio, Montem Lucari, Serram, Caſtellum Sancti Marini, Bobium, Vrbinum, Callium, Luceolos, Eugubium, & Comaclum; necnon & ciuitatem Narnienſem, quæ à Duce Spoletano per euoluta annorum ſpatia parti Romanorum fuerat ablata.*

XIX. Leo Oſtienſis [b] Donationem Pippini cum Donatione Caroli Magni, de qua ſuo loco diſſeremus, malè confundit, tamen poſt delineationem prouinciarum, quæ in illa Donatione continentur, hæc demum ſubdit, quæ propriè ſpectant ad Donationem Pippini Regis. *Idem Rex*, inquit, *vnà cum Romano Pontifice in Italiam veniens, Rauennam & alias* XX *ciuitates Aiſtulfo ſublatas, Apoſtolicæ Sedi ſubiecit.* Quibus verbis videtur in epitomen redegiſſe Anaſtaſium viginti quoque ciuitates præter Narniam, vt conſtat ex ſuprà citatis, in Donatione Pippini numerantem.

[b] In Chron. Caſin. l. 1. c. 9.

XX. Ludouicus Pius in Diplomate, quo Donationem hanc aui Pippini confirmat, in Exarchatu Rauennate Pentapolíque plures ciuitates ita recenſet. *Ego Ludouicus Imperator Auguſtus ſtatuo & concedo per hoc pactum confirmationis noſtræ tibi beato Petro Principi Apoſtolorum, & per te Vicario tuo Domino Paſchali ſummo Pontifici ac Vniuerſali Papæ, & ſucceſſoribus eius in perpetuum, Exarchatum Rauennatem ſub integritate cum ſuburbanis, ciuitatibus, oppidis, & caſtellis, quæ piæ recordationis Dominus Pipinus Rex, & bonæ memoriæ genitor noſter Carolus Imperator beato Petro Apoſtolo iamdudum per Donationis paginam reſtituerunt, hoc eſt, ciuitatem Rauennam, & Æmiliam, & Bobium, Caſenum, Forumpopilij, Forumliuij, Fauentiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, Comaclum, & Adriam, & Gabellum, cum omnibus finibus, territoriis, atque inſulis, in terra maríque ad ſupradictas ciuitates pertinentibus. Simul & Pentapolim, videlicet Ariminum, Piſaurum, Fanum, Senagalliam, Anconam, Auximum, Humanam, Æſium, Forum Sempronij, Montem Feretri, Vrbinum, & territorium Balnenſe, Calles, Luceolos, Eugubium, cum omnibus finibus & terris ad eaſdem ciuitates pertinentibus.*

XXI. Aduerte autem Ludouicum Imperatorem ab Anaſtaſio & Leone non diſſentire. Ille recenſet omnes ciuitates, quas Pippinus in ſua Donatione complexus eſt, hi verò nominant eas duntaxat, quas reuerſo in Franciam

Pippino Stepanus Papa ſtatim recepit. Neque enim Aiſtulfus cunctas vrbes, quas Pippinus Romano Pontifici conceſſerat, in manus Stephani venire permiſit; idque liquidò patet, cùm ex eo quòd apud Anaſtaſium [a] Deſiderius Aiſtulſi ſucceſſor legitur *ſe redditurum profeſſus ciuitates, quæ remanſerant, imò & copioſa daturum munera:* tum etiam ex eo quòd in literis [b], quas poſt Aiſtulſi mortem. Stephanus ad Pippinum direxit, Deſiderius dicitur *in præſentia Folradi ſub iureiurando pollicitus reſtituere beato Petro ciuitates reliquas, Fauentiam, Imolam & Ferrariam cum earum finibus; ſimul etiam & ſaltora, & omnia territoria, necnon & Anſimum, Anconam & Humanam ciuitates cum earum territoriis, & poſtmodum ciuitatem Bononiam cum finibus eius.* Quas ciuitates in ditione Pontificia fuiſſe conſtat cedentibus poſteà Longobardis, vt ſuis locis ex epiſtolis ipſorummet Summorum Pontificum demonſtrabimus.

XXII. Ex ſupradictis patet Pippinum Regio Diplomate Stephano Tertio & ſucceſſoribus Romanis Pontificibus tradidiſſe Adriam, Ferrariam, Comaclum, Bononiam, Imolam, Fauentiam, Gabellum, Rauennam, Forum Liuij, Forum Popilij, Bobium, territorium Balnenſe, Cæſenam, Ariminum, Montem Feretri, Serram, Caſtellum Sancti Marini, Piſaurum, Vrbinum, Forum Sempronij, Fanum, Luceolos, Callium, Senogalliam, Æſium, Anconam, Humanam, Auximum, Eugubium, Acerragium, & Narniam; quæ omnes ciuitates, exceptâ vnâ Narniâ in Ducatu Romano ſitâ, contiguis inter ſe territoriis ita cohærebant, vt inde coaleſceret Principatus Muſone, Scultennâ, Pado & Tartaro fluuiis, Apennino monte & Adriatico mari circumſcriptus; Muſone versùs Eurum, Scultennâ Padóque versùs Zephyrum, Apenninis iugis versùs Auſtrum, Tartaro Padóque fluminibus & Adriatico mari versùs Aquilonem. Hodie omnis illa ditio paret Clementi Decimo Summo Pontifici, ſi Caſtellum Sancti Marini exceperis liberi iuris Rempublicam, & Adriam vrbem Dominij Veneti.

XXIII. Ne quid autem controuerſiæ poſteà dirimendum ſuperſit, videtur operæ pretium hîc diſſerere ſingillatim de ſupradictis ciuitatibus, ſimúlque de fluuiis, quibus alluuntur, aut quibus vicinæ ſunt, atque imprimis de Pado, cuius varij ſunt exitus in mare Adriaticum.

XXIV. Padus ab ipſo fonte ſuis lætus incrementis, vno alueo Ficariolum vſque defluit, quod oppidum Italis eſt *Figarolo*, tum verò nimiâ aquarum crapulâ victus paululum ſub ipſius mœnia luxuriari incipit, atque duas in partes ſciſſus Inſulam facit, adcolæ Poleſinum vocant, tranſpoſitâ, vt Sabellicus [c] opinatur, ſyllabâ, vt cùm Poleſinum dicunt, Polyneſum, id eſt, longam ſeu multam inſulam dicere ſe credant, quam ab vrbe Ferraria Ferrarienſem Polyneſum vulgò nominant. Dexter itaque alueus, de quo iterum infrà, Ferrariam deuoluitur, ſiniſter paulò infra Ficariolum in duos diuiditur canales, quorum dexterior ac potior Francolinum alluit, & mari proximus augetur à læua Tartaro, priuſquàm ad mare Adriaticum efficiat portum dictum Fornaces, vulgò *del Fornace*; ſiniſterior íſque longè minor influit in dexteram ripam Tartari, qui poſteà rigat vrbem Adriam, infráque confluit cum aquis Padi Francolinum præterlapſis & ad Fornaces nobilem portum tendentibus, itaut inter vnum alueum Padi & amnem Tartarum ibi fiat Inſula Borealior Ferrarienſi. Ceterùm fluuius ille Tartarus, cuius meminit Tacitus, hodie Italis eſt *Tartaro*, vocatur autem Adrias à Stephano & Euſtathio, Atrianus à Ptolemæo.

XXV. Dexter alueus Padi Ficariolo Ferrariam versùs fluens recipit à dextra ripa Scultennam ſeu Panarum amnem hodie Italis *Panaro*. Limes igitur Pippininæ Donationis versùs Occidentem hic certus aſſignari poteſt, Scultenna ſcaturiens ex Apennino monte, influénſque in dexteram Padi ripam, tum Padus ipſe ad primum eius diuortium ſub mœnia Ficarioli, deinde ſiniſter eiuſdem amnis alueus, quo Ferrarienſis Inſula Boream ver-

AN. CH 755. PIPPINI R. 4.

[a] In Steph. III.

[b] In Cod. Carol. ep. 8

[c] In Hiſt Venet. l. 1. dec. 4.

AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

sùs cingitur, ac tandem canalis ab illo alueo ductus ad Tartarum amnem ſupra vrbem Adriam.

XXVI. Ad Ferrariam Padus in tres alucos ſecatur; Auſtralis vocatur Paduſa, ſubit mare ad Primarium vulgò *Primaro*; medius appellatur Volana, egeritúrque in mare ad Volanam portum ſui nominis; Borealis ſubit mare duobus oſtiis Abbatis & Gorio, vulgò *Labate* & *Goro*, quorum illud Meridionalius eſt, hoc Septentrionalius. Polybius [a] Padum duobus oſtiis Paduſa & Volana, Plinius [b] Polybio recentior ſeptem oſtiis prægrandibus in Adriaticum mare tradit exire.

[a] Lib. 2.
[b] Lib. 3. c. 16.

XXVII. Paduſa Ferrarià mare versùs prolabens multis amnibus augetur ortis ex Apennino monte, quales ſunt, Rhenus, Sauena, Idex recentioribus Silarus, Schieſa, Vattinus ſeu Vatrenus vel Vaternus receptioribus Santrinus, Senius, & Anemo, hodie *Rheno*, *Sauena*, *Idex*, *Scieza*, *Saterno*, *Seno*, & *Amon*. Poſtquàm autem Paduſa receptis tot fluuiis ad locum peruenit, quem Sanctum Albertum vocant, partem aquarum effundit ad dextram, quæ per ſtagna Rauennam progreſſæ nauigabili fluuio in mare dilabuntur, atque ita Rauennæ portus vnum ex Padi oſtiis dici poteſt, vt Sabellicus [c] obſeruauit. Ad Rauennam æquè confluunt in Paduſam ex Apenninis iugis Montonus & Feſedus, hodie *Montone* & *Bideſo*.

[c] In Hiſt. Venet. l. 1. Dec. 4.

XXVIII. In mare Adriaticum exonerant ſe Sapis, Rubico, Ariminus, Cruſtumius, Iſaurus ſeu Piſaurus, Metaurus, Cæſanus, Miſa, Æſis, & Muſo, hodie *Sanio*, *Runcone* ſeu *Piſatello*, *Marechio*, *Conca*, *Folia*, *Metro*, *Serua*, *Miſa*, *Fiumeſino*, *Muſio*.

XXIX. Hæc obiter de fluuiis, qui territoria Pippininæ Donationis alluebant, inde facilius erit noſcere ſitum ſingularum ciuitatum.

XXX. Adria, de qua Ludouicus Pius in ſuo Diplomate, hodie vocatur *Adri*, multùm amiſit veteris ſplendoris, pertinebat ad agrum [d] Ferrarienſem, alluitur [e] Adriâ amne, quem Atrianum quoque & Tartarum dici ſuprà notauimus. Caue autem ne confundas Adriam illam cum vrbe eiuſdem nominis hodie *Atri* dicta, inter Matrimum & Vomanum amnes extráque limitem Pippininæ Donationis Orientalem ſita, cuius meminit Plinius [f] in Piceno.

[d] Torell. in Deſcript. Veron.
[e] Steph. Euſtath.
[f] Lib. 3. c. 13.

XXXI. Ferraria, cuius mentionem faciunt Stephanus Tertius Papa in literis ad Pippinum Regem & Ludouicus Pius Imperator in ſuo Diplomate, vocatur ab Italis *Ferrara*, rigatur Pado.

XXXII. Comaclum, de quo Ludouicus Pius & Anaſtaſius Bibliothecarius, hodie adcolis eſt *Comachio* in Inſula, quam Volana & Paduſa conſtituunt.

XXXIII. Bononia, de qua Stephanus Tertius Papa in literis ad Pippinum, & Ludouicus Pius in ſuo Diplomate, vocatur hodie *Bologna*, dexteræque Rheni ripæ adſidet.

XXXIV. Imola, priſcis Forum Cornelij, habetur in literis Stephani Papæ & Diplomate Ludouici Pij iam laudatis, alluitur Vatrino ſeu Santrino amne.

XXXV. Fauentia, hodie *Faenza*, nominatur in literis & Diplomate ſuprà citatis, irrigatur Anemone fluuio.

XXXVI. Gabellum, vt vocat Ludouicus Pius, ſeu Caballum, vt loquitur Sigonius [g], aliàs Tiberiacum & ad Cabellos dictum fuit, vt memoriæ produnt, Blondus, Sabellicus, Niger, Rubeus, Leander qui & Gabeum olim appellatum tradit ex tabulis Eccleſiæ Rauennatis, hodie nuncupatur Baniacauallum, vulgò *Bagnacauallo*, ſitum eſt infra Fauentiam ad ſiniſtram ripam Anemonis. Perperam quis Caſtrum Tiberiacum interpretatur *S. Angelo in vado*, olim Tifernum Metaurenſe haud procul fontibus Metauri amnis. Caue prætereà ne Gabellum oppidum, de quo ſermonem habemus, confundas cum Gabello fluuio eiuſdem nominis in Æmilia, inter Regium & Mutinam vrbes extra fines Pippininæ Donationis à nobis ſtatu-

[g] Lib. 3. de Regn. Ital. hoc an.

tos profluente, dextrámque Padi ripam ſubeunte ex oppoſito confluentis Mincij. Denique quia Gabellus ille fluuius hodie nominatur *Secchia*, vide ne quod quiſpiam iam fecit, ciuitatem quamdam, nomine Sechiam, tibi fingas in Donatione Pippinina. AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

XXXVII. Rauenna dextrum latus Beſedo, læuum Montono cinctum habet, præterea rigatur aquis Paduſæ; mentio fit huius ciuitatis apud omnes, qui de Pippinina Donatione quidquam ſcripſere.

XXXVIII. Forum Liuij, hodie *Forli*, inter duos fluuios ſitum eſt, Roncum abortu, Montonum ab occaſu. Nominatur in Donatione Pippinina apud Ludouicum Pium & apud Anaſtaſium Bibliothecarium. Hic proximum addit Caſtrum Subſubium ſeu Suſubium; Blondus, Raſſanus, Leander Caſtrocarum interpretantur, hodie *Caſtrocaro*, prope ſcaturiginem Montoni fluminis, & loco Subſubij Salſubium legunt, quòd ibi fons aquæ ſalſæ exſiliat. In ora Regij Codicis ad illum Anaſtaſij textum hæc leguntur. *Caſtrum Salſubium nunc dicitur Caſtrum Carum. Habuit autem primam nominis originem à fonte ſalſas aquas ſub mœnibus ſcaturiente.*

XXXIX. Forumpopilij, vt ſcribit Ludouicus Pius, ſeu Forum Pompilij, vt habet Anaſtaſius, hodie *Forlimpopoli*, ſitum eſt inter Sapim & Beſedum amnes.

XL. Bobium, cuius nomen in Ludouici Pij Diplomate & apud Anaſtaſium exprimitur, ponitur à Paulo Diacono [a] vnà cum Vrbino & aliquot aliis locis in nona Italiæ regione ſub Apenninis Alpibus. Inde duo colliguntur; primò Bobium hoc aliud eſſe à Bobio Sancti Columbani Monaſterio, quod in quinta regione Italiæ, in Alpibus Cottiis, quadraginta millibus ab vrbe Ticinenſi constructum Tomo ſecundo [b] diximus; deinde errare eos, qui loco Bobij Bobrum legi volunt, & Butrium interpretantur, hodie *Butrio*, Rauennatis agri oppidum haud procul à mari. Prope ſiniſtram Sapis ripam ad Apennini montis radices vrbs eſt Sarſina, vel, vt inſcriptiones & Faſti triumphales ſcribendum docent, Saſſina inſignis Epiſcopatu, cui Caſtella ſubſunt viginti. Paulus Merula [c] teſtatur huius regionis tractum vnà cum ciuitate Boicum, vel, vt habet editio Plantiniana, Boibum vocari, tanquam Boium, ſeu Boiorum agrum. Hæc proximè accedunt ad Bobium, quod oppidum ſi non hoc in loco, ſanè non procul inde ſitum fuiſſe ſuadet Paulus Diaconus in Italiæ deſcriptione iam laudata; addequòd Ludouicus Pius Bobio locum tribuit inter vrbes Exarchatûs Rauennatis. Eſt & nunc Bodius oppidum ad Miſam amnem non ignobile. Tollit omnem difficultatem Vghellus [d] vbi Saſſenatenſem Epiſcopum promiſcuè Epiſcopum Bobij & Epiſcopum Saſſinæ vocat.

[a] Lib. 2. c. 11. vet. edit. c. 18. nouæ edit.

[b] Ad an. 612. n. 10.

[c] Part. 2. l. 4. c. 33.

[d] Tom. 2. Ital. Sacr. in Epiſc. Saſſenat.

XLI. Cæſenum Ludouico Pio, Ceſenæ Anaſtaſio, Cecanum Annaliſtæ Metenſi [e], hodie incolis eſt *Ceſena*, ad dexteram Sapis ripam. Ludouicus Pius videtur hîc ſtatuere limitem inter Exarchatum Rauennatem & Pentapolim, reliquas enim vrbes, de quibus acturi ſumus, in Pentapoli ſitas aſſerit.

[e] Ad an. 754.

XLII. Territorium Balnenſe, de quo Ludouicus Pius in ſuo Diplomate loquitur, conterminum eſt agro Saſſinati; nam Saſſinâ ſecundùm Sapim via ducit ad oppidum Sanctæ Mariæ in Balneo, & mille hinc paſſibus in valle, quam Sapis perfluit viſitur oppidum Sancti Petri in Balneo, in eâque valle floruerunt olim Comites à Balneo cognominati. Explodendus Ortelius, qui territorium non Balnenſe legit, ſed Balmenſe, vultque fuiſſe Palmenſem agrum Plinij [f] finitimum Prætutiano. Explodendi & ij, qui pro Balbenſi ſcribendum dicunt Valuenſe, interpretantúrque territorium Sulmonenſe, quia vrbs Sulmo ſita eſt in agro Valua. Ager Palmenſis Prætutiano contiguus, & ager Sulmonenſis in Aprutio, procul ſunt à limitibus Donationis Pippininæ.

[f] Lib. 3. cc. 13. 14.

AN. CH. Ariminom, hodie *Rimini*, ſitum eſt ad exitum Arimini fluminis in mare Adriaticum, nomioatur io Donatione Pippinina, cùm à Lodouico, tum ab Anaſtaſio Bibliothecario.

755. PIPPINI R. 4.

Mons Feretri, de quo Ludouicus Pius & Anaſtaſius Bibliothecarius in Donatione Pippinina, hodie vrbs eſt Sancti Leonis io præcelſo colle non procul ab Arimini ripa dextera; vicinus ager tetinet oomen montis Feltrij, vulgò *Monte-Feltro*.

XLIII.

XLIV.

XLV. Serra, vulgò *Serranalle*, Caſtellum eſt Borealius vrbe Sancti Leonis, æquè inter amnes Ariminum & Cruſtumium; nomioatur ab Anaſtaſio.

XLVI. Caſtellum Saocti Marini, cuius memioit Anaſtaſius, vulgò *S. Marini* vel *Mariano*, non longè diſtat à ſcaturigine Cruſtumij ſeu Concæ.

XLVII. Piſaorum, de quo mentio fit in Diplomate Ludooici Pij & apud Anaſtaſium, hodie vocatur *Peſaro*; ſitum eſt ad oſtium Iſauri amnis in mare Adriaticum.

XLVIII. Vrbinom, hodie *Vrbino*, recenſetur à Ludouico Pio & ab Aoaſtaſio inter vrbes Donationis Pippininæ; ſitum eſt inter fluuios Iſaurum & Metaurum.

XLIX. Forum Sempronij, cuius memioit Ludouicus Pius, hodie vocatur *Foſſembruno*, ad ſiniſtram Metauri ripam.

L. Fanum Ludouico Pio & Aoaſtaſio, fanum Fortunæ Tacito & Pliiio, nunc adcolis *Fano*, ſitum eſt prope oſtium Metauri.

LI. Luceoli Ludouico Pio & Anaſtaſio Bibliothecario quondam noti, hodie penitus diruti iacent ad Cantianum amnem; ex eorum ruinis creuit haud procul in colle Candianum, incolis *Candiano*.

LII. Calles Ludouici Pij, ſeu Callium Anaſtaſij, vrbs erat ad ſiniſtram Cantiani ripam, qui ſimul cum Boaſo influit in dexteram ripam Metauri ſupra Forum Sempronij. Vetus autem Callium exciſum eſt, oouum [a] anno Chriſti milleſimo ducenteſimo octogeſimo-nono conditum, quod hodie vocatur *Caglio*, vel ciuitas Sancti Angeli Papalis, vt diſtinguatur à Tiferno Metaureoſi, quod vocant ciuitatem Sancti Angeli Vadani.

[a] Paul. Merul. p. 2. l. 4. c. 23.

LIII. Senogallia Ludouici Pij, ſioe Senogalliæ Anaſtaſij, hodie *Sinigaglia*, vrbs eſt ad mare ſuperum prope oſtium Miſæ amnis.

LIV. Æſium Ludouico Pio, Eſium Anaſtaſio, Æſis Straboni & Ptolemæo, hodie incolis *Ghieſi*, vrbs eſt ad Æſim fluuium.

LV. Ancona, cuius meminerunt Stephanus Papa in literis ad Pippinom, & Lodouicus Pius in ſuo Diplomate, vrbs eſt ad mare ſuperum.

LVI. Humáoa, cuius memioerunt iidem Stephanus & Ludouicus, vrbs etiam eſt ad mare Adriaticum.

LVII. Auximum, cuius paritet meminerunt iidem Stephanus Papa & Lodouicus Imperator, ſitum eſt in colle à læua ripa Muſonis amnis; vocatur hodie *Oſmo*.

LVIII. Eugubium, cuius mentio fit in Diplomate Ludouici Pij & apud Anaſtaſium, vocatur hodie *Engubio*, poſitum eſt ad radices Apennini montis meridiem versùs.

LIX. Mons Lucari, cuius meminit Anaſtaſius, Ioanni Morioo [b] eſt Nuceria, quia plerumque Luceria pro Nuceria legitur. Plures autem ſunt vrbes huius oominis io Italia, nos interpretabimur Nuceriam *, quam Ptolemæus Vmbrorum io Piceoo vrbem tradit, Apenoini monris Auſtrali lateri adhærentem, ceteræ ſiquidem procul abſuot à limitibus, quibus Pippininam Donationem circumſtripſimus.

[b] Part. 3. c. 16. art. 9.

* *Nocera.*

LX. Acerragio apud Aoaſtaſium quid ſit, haud apertè liqoet, tamen non procul Eugubio vel Nucerâ ſtetiſſe quondam illud oppidum coniicimus hoc argumeoto, quòd Plinius [c] Acerrarum meminit in ſexta Italiæ regiooe *Vmbriam agrúmque Gallicum circa Ariminum complexa*, vbi *in ora, flumen Æſis, Senogallia, Metaurus fluuius, colonia fanum Fortunæ, Piſaurum*

[c] Lib. 3. c. 14.

cum

cum amne, & intus, Æſinates, Foroſempronienſes, *Inginini* ſiue Eugubini, AN. CH.
Nucerini, Sarſinates, Tibernates Metaurenſes, Vrbinates, aliique poſiti 755.
erant populi, qnos Lndonicus Pius & Anaſtaſius intra fines Pippininæ PIPPINI
Donationis comprehendunt. R. 4.

Ciuitas Narnienſis (Nartuas vocat Annaliſta Metenſis [a]) hodie *Narni*
ad Narem amnem, ſita erat in Ducatu Romano, procul diſtabat ab aliis LXI.
quarum ſitum explicuimus ſnprà, quapropter peculiarem eius mentionem [a] Ad ann. 754.
fecit Anaſtaſius, obſeruauítque quòd *à Duce Spoletano per euoluta annorum*
ſpatia parti Romanorum fuerat ablata.

Æmilia in Diplomate Ludouici Pij & apud Anaſtaſium non eſt nomen LXII.
vrbis ſed prouinciæ, neque tamen eò loci pro integra prouincia ſumi de-
bet, nam Donatio Pippinina ſolas in Æmilia ciuitates complectitur, quæ
trans Scultennam ſitæ ſunt, ceteras cis illum amnem nequaquam. Id infrà
pluribus docebimus.

Hi fuerunt igitur Pippininæ Donationis veri limites, quos iam deſcrip- LXIII.
ſimus, Muſo verſùs ortum, Scultenna & Padus occaſum versùs, Tarta-
rus & Padus cum Adriatico mari versùs Septentrionem, mons Apenninus
versùs meridiem.

At contumax Aiſtulfus fines illos coarctauit, vi retentis, Anconâ, Hu- LXIV.
manâ, Auximo, Fauentiâ, Imolâ, Bononiâ, & Ferrariâ, de quibus quere-
la eſt Stephani Papæ in literis [b] ad Pippinum Regem. Addit Sigonius [c]
Caballum, quod quidem à Stephano Papa in territorio Fauentiæ com- [b] Ep. 8. in Cod. Carol.
prehenſnm fas eſt arbitrari. His adiungenda inſuper eſt Adria, quam Lu- [c] De Regn. Ital. l. 3. hoc ann.
douicus Pius in aui Pippini Donatione nominat, quámque reticet Anaſta-
ſius, vt & Ferrariam, cuius territorio includitur dubio procul à Stephano
Papa Ferrariam ſibi reddi poſtulante.

Itaque Principatûs à Stephano Pontifice ſuſcepti non iidem fuerunt LXV.
limites ac Donationis à Pippino Rege factæ. Ab ortu Æſis amnis, à meri-
die mons Apenninus, ab occaſu Montonus & Paduſa fluuij, à ſeptentrione
Volana cum mari Adriatico, Principatum Stephani clauſerunt.

Non deſunt, qui contendant Pippininam Donationem multò ampliorem LXVI.
fuiſſe quàm diximus, eíque limites aſſignent, montem Apenninum verſûs
meridiem; lineam à Mincio ſupra Mantnam ad Atheſim infra Veronam,
atque inde ipſum Atheſim cum mari Adriatico verſûs Septentrionem; Ater-
num amnem verſûs ortum; Mincium, Padum, & Trebiam fluuios verſûs
occaſum. Innituntur præcipnè duobus argumentis. Alterum eſt, quòd
Hieronymus Rubeus Mantuam includit in Exarchatu Rauennate, cui Bo-
reales fines tribnit prædictam lineam ſupra Mantuam à Mincio amne duc-
tam ad Atheſim infra Veronam atque inde fluuium Atheſim vſque ad
Adriaticum mare. Alterum eſt, quòd in Diplomate Ludouici Pij, &
apud Anaſtaſium, atque Annaliſtas Laureshamenſem, Loiſeliannm, Tilia-
num, Fuldenſem, Bertinianum ac Metenſem, in Donatione Pippinina non
Exarchatûs modò Rauennatis, ſed & Pentapoleos mentio habetur, imò
etiam Ludouicus Pius & Anaſtaſius Exarchatui Pentapolíque addunt
Æmiliam. Æmiliam autem occaſum verſûs Trebiâ fluuio circumſcriptam
colligunt ex Coſmographis & ex Paulo Diacono Placentiam inter vrbes
Æmiliæ collocante. Pentapoleos verò nomine, ex Synodo ſexta Conſtantino-
politana & obſeruationibus cùm Abrahami Ortelij tum Pauli Merulæ Pice-
num intelligi volunt, quod in diuiſione ab Imperatoribus Hadriano & Conſ-
tantino Magno facta Flaminiæ coniunctum quartam Italiæ regionem conſ- [d] Lib. 3. c. 13.
tituit, & ortum versùs apud Plinium [d] limitem habet Aternum fluuium.

At aduertendum imprimis, quid Piceni, quid Pentapoleos, quid Æmi- LXVII.
liæ, quid Exarchatûs nomen ſonet.

Ante tempora Pippini Regis, quinque laudantur Italiæ diuiſiones. Pri- LXVIII.
ma eſt Auguſti Cæſaris, ſecunda Strabonis, tertia Hadriani Imperatoris,
quarta Ptolemæi, quinta Conſtantini Magni.

AN. CH. Plinius [a] diuiſionem recenſet ſui temporis ab Auguſto Imperatore quondam factam in vndecim regiones, quarum quinta Picenum limites habe-
755. bat fluuios Aternum ad ortum, ad occaſum Æſim, quo diſterminabatur
PIPPINI ab Vmbria ſexta regione.
R. 4. Apud Strabonem [b] in Italia conſtituuntur octo regiones, Vmbria, Ligu-
LXIX. ria, Picenum, Lucania, Tuſcia, Roma, Campania, Apulia. In ea diui-
[a] L. 3. cc. 5. & ſeqq. ſione Picenum longè patentibus terminis circumſcribitur.
LXX. Ex Hadriani Auguſti diuiſione Sextus Rufus in Italia tribúſque eius
[b] Li. 5. 6. Inſulis notat ſeptemdecim prouincias vel diœceſes;

LXXI.

I.	Venetiam & Iſtriam;	Octo hæ regiones ſuos habebant Conſulares.
II.	Æmiliam;	
III.	Liguriam;	
IV.	Flaminiam & Picenum;	
V.	Tuſciam & Vmbriam;	
VI.	Picenum ſuburbicarium;	
VII.	Campaniam;	
VIII.	Siciliam Inſulam;	
IX.	Apuliam & Calabriam;	Hæ duæ regiones ſuos habebant Correctores.
X.	Samnium & Bruttios;	
XI.	Alpes Cottias;	Septem hæ regiones ſuos habebant Præſides.
XII.	Rhetiam primam;	
XIII.	Rhetiam ſecundam;	
XIV.	Samnij partem;	
XV.	Valeriam;	
XVI.	Inſulam Sardiniam;	
XVII.	Inſulam Corſicam.	

LXXII. Ptolemæus [c] Hadriano coætaneus Italiam non in regiones, ſed in po-
[c] Lib. 3. c. 1 pulos quadraginta-quinque diſtribuit, in Maſſilienſes, Tuſcos, Latinos, Campanos, Picentinos, Lucanos, Bruttios, Magnæ Græciæ gentes, Salentinos, Apulos, Peucetios, Daunios, Frentanos, Peligpos, Marrucinos, Picenos, Senones, Venetos, Carnos, Iſtros, Gallos Boios, Cenomanos, Bercunos, Inſubres, Salaſſos, Taurinos, Lybicos, Centrones, Lepontios, Caturiges, Seguſianos, Neruſios, Surios, Vendeontios, Galliæ Togatæ incolas, Vmbros, Sabinos, Æquicolos, Marſos, Prætutios, Veſtinios, Caracenos, Samnites, Hirpinos, Calabros.

LXXIII. Conſtantinus Magnus Imperator, Hadriani ſecutus exemplum, Italiam
[d] Zoſim. l. 2. Inſuláſque comiacentes in prouincias ſeptemdecim diſtribuit [d]. Octo priores erant Conſulares; quatuor primæ ſub Vicario Italiæ, quatuor aliæ ſub Vicario vrbis Romæ. Nona & decima Correctoriales. Reliquæ ſeptem Præſidiales; harum tres priores, id eſt, vndecima, duodecima, & decima-tertia ſub Vicario Italiæ, quatuor aliæ ſub Vicario vrbis Romæ. Erant autem illæ ſeptemdecim prouinciæ hoc ordine.

I.	Venetia & Iſtria;	Conſulares;
II.	Æmilia;	
III.	Liguria;	
IV.	Flaminia & Picenum annonarium;	
V.	Tuſcia & Vmbria;	
VI.	Picenum ſuburbicarium;	
VII.	Campania;	
VIII.	Sicilia;	
IX.	Apulia & Calabria;	Correctoriales;
X.	Lucania & Bruttij;	

XI. Alpes Cottiæ;
XII. Rhetia prima;
XIII. Rhetia ſecunda;
XIV. Samnium; } Præſidiales.
XV. Valeria;
XVI. Sardinia;
XVII. Corſica.

Erat in vſu Conſtantiniana illa diuiſio, cùm nomen Exarchatûs in Italia primùm audiri cœpit Iuſtino Secundo ſeu Iuniore imperante. Is Narceti Italiæ gubernatori ſucceſſorem ſummiſit Longinum Patricium, qui nouam pro arbitrio adminiſtrationem inducens, primùm Rauennæ non Romæ Sedem Præfecturæ poſuit, nec Ducem ſed Exarchum Italiæ, quemadmodum & Africæ Exarchus erat, ſe vocauit, & prouinciarum Conſulatibus, Correctoribus, Præſidibúſque ſublatis, ſingulis ciuitatibus ſingulos Duces impoſuit, ac varios eis ad reddenda iura Iudices aſſignauit. Frequens eſt in Hiſtoriis mentio variorum Ducatuum, qui ſuos habebant Duces Exarcho ſubditos, & Aiſtulfus Longobardorum Rex ante triennium in Romanum agrum non irrupit alio prætextu, quàm quòd ipſe, cùm Rauennam teneret, ex antiquo inſtituto interpretaretur æquum eſſe ſe tanquam Exarchum Romanis quoque imperare. Fuit igitur Exarchorum imperium in Italia vel maius vel minus, prout ibi res Longobardorum aut auctæ fuerunt aut imminutæ. Et in Donatione Pippinina per Exarchatum non omnis Imperatorum ditio in Italia, ſed Rauenna duntaxat intelligitur cum adiacentibus nonnullis ciuitatibus, idque clarius patebit ex diuiſione Italiæ apud Paulum Diaconum. LXXIV.

Diuiſio Conſtantini Magni non diſſentit à diuiſione Hadriani. Vtraque conſtituit in Italia duplex Picenum, alterum dicebatur annonarium, & Flaminiæ coniunctum vnam cum ea prouinciam efficiebat; alterum vocabatur ſuburbicarium. De Flaminiæ limitibus diſcrepant Auctores, ſed Donationem Pippinianam expendentibus, ſi de Flaminia, de Piceno, vel Æmilia quid controuertitur, vnus inſtar omnium debet eſſe Paulus Diaconus, qui ſub Carolo Magno floruit, & diuiſionem Italiæ talem iniit, qualis vſurpabatur eo tempore, quo Pippinus erga Stephanum Tertium & Apoſtolicam Sedem adeò munificum ſe præbuit. LXXV.

In diuiſione Italiæ apud Paulum Diaconum ſunt octodecim regiones. LXXVI.
I. Venetia cum Iſtria & Foro-Iulij.
II. Liguria.
III. Rhetia prima.
IV. Rhetia ſecunda.
V. Alpes Cottiæ.
VI. Tuſcia cum Aurelia & parte Vmbriæ.
VII. Campania.
VIII. Lucania cum Bruttia.
IX. Alpes Apenninæ.
X. Æmilia.
XI. Flaminia.
XII. Picenum.
XIII. Valeria cum Nurſia & Marſorum regione.
XIV. Samnium.
XV. Apulia cum Calabria & Salentina.
XVI. Sicilia.
XVII. Corſica.
XVIII. Sardinia.

Quid in illa diuiſione ſit Æmilia, quid Flaminia, quid Picenum, quid Pentapolis, eruditè docet Sigonius [a] his verbis. *Æmilia à Placentia ſ-* LXXVII.

[a] De Regn. Ital. l. 2.

AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

que ad forum Cornelij , atque ei continens erat Flaminia. Hanc deinde excipiebat Picenum ad mare Adriaticum vergens , cuius pars erat Pentapolis , Ariminum , Piſaurum , Fanum , Senogalliam , Anconémque complexa. Hoc eſt , Æmilia claudebatur fluuiis , Varrino ad ortum , Trebiâ ad occaſom, complectebatúrque ciuitates , Placentiam, Parmam, Regium, Mutinam, Bononiam , & Imolam ſeu forum Cornelij. Sequebatur Flaminia inter Æmiliam & Picenum ; ibi vrbes erant, Rauenna , Fauentia , forum Popilij , forum Liuij , aliæque complures. Pòſt occurrebat Picenum , quod alio nomine Pentapolis vocabatur , vel cuius pars erat Pentapolis , vt ſuprà inſinoauimus , à quinque ciuitatibus ita dicta , videlicet ab Arimino , Piſauro , Fano , Senogallia & Ancona , præter quas vrbes Ludooicus Pius Pippini Regis nepos in Pentapoli nominat Auximum, Humanam, Æſinm, forum Sempronij, montem Feretri , Vrbinum , & territorium Balnenſe , Calles , Loceolos, Eugubium, cum omnibus finibus & terris ad eaſdem ciuitates pertinentibus ; vnde patet euidentiſſimè versùs ortum nihil ad Pentapolim pertinuiſſe trans Muſonem , cuius ſiniſtræ ripæ adiacet Auximum.

LXXVIII. Extra rem certè proferuntur antiquiores prouinciarum delineationes , extra rem Picenum Plinij deſcribitur inter Æſim & Aternum fluuios. Nemo ſanæ mentis arbitrabitur fines Donationis Pippininæ trans Muſonem amnem prodocendos , cùm eliciatur contrarium ex ipſa Donatione apud Anaſtaſium , ex epiſtolis Summorum Pontificum Stephani Tertij ac Pauli Primi , & ex Diplomate Ludouici Pij Pippininam donationem confirmantis , ſiquidem in illis priſcis monumentis nihil à Pippino Sedi Apoſtolicæ traditum legitur orientalius Auximo. Patet inde longum terrarum ſpatium ad Aternum amnem , ibi viſuntur loca non ignobilia , Potentia , Septempeda , Ricina , Firmum , Cupra maritima , Cupra montana , Aſculum , Interamnium , Hadria , Angulus , Pinna : ſi comprehendebantur in Donatione Pippinina , quæ ratio poteſt afferri , cur à Summis Pontificibus non æquè repeterentur ac Auximum ?

LXXIX. Quod attinet ad occaſum, extra rem inueſtigantur antiqui limites Æmiliæ. Neque enim conſtat omnem Æmiliam, ſed partem duntaxat Æmiliæ Pippino ceſſiſſe Scultennam inter & Valtrinum amnes. Leander & alij plerique limitem occidentalem Romanulæ ſiue Romandiolæ ponunt Scultennam fluuium. Scultenna Bononienſe territorium à Mutinenſi nunc etiam diſterminat. Imola & Bononia cum ſuis finibus expreſſè nominantur in Donatione Pippinina, necnon in epiſtolis Summorum Pontificum poſteà querentium eas à Pippino ſibi traditas , & nondum redditas à Longobardis; de Placentia verò , de Parma, de Regio, de Mutina , déque aliis ciuitatibus inter Trebiam & Scultennam ſitis, mirum vbiqoe ſilentium. Itaque vi neceſſariâ tot argumentorum oportet fateri Scultennam Donationis à Pippino factæ limitem occidentalem fuiſſe.

LXXX. Stephanus Tertius Papa, Pippini Regis beneficio , nouâ ditione ornatus Rauennatem adminiſtrationem Archiepiſcopo & Tribunis ciuitatis conceſſit, vnde Archiepiſcopus Exarchum ſe inſcripſit , vt Sigonius ad hunc annum obſeruat [a]. Cur autem Pippinus Rauennam ceteráſque ciuitates ſuprà nominatas, haud Imperio vt Oratores Imperatoris atque ipſemet Romanus Pontifex quondam poſtularat, ſed Apoſtolicæ Sedi tradiderit, hæc potiſſimùm ratio poteſt afferri , quòd Conſtantinus Copronymus , penes quem faſces Imperij tunc erant , in hæreſi verſabatur , cultum ſacrarum imaginum euertebat , adeóque malè ſentiebat de Religione, vt Saracenos potiùs quàm Chriſtianus & audiret & eſſe videretur. In hanc materiam fuſiùs expatiandi non eſt hîc locus. Si plura de Conſtantino ſcire deſideras, adi Baronium Tomo nono Annaluim Eccleſiaſticorum, & Auctores vetuſtos conſule, quorum fide ac teſtimoniis innititur.

[a] Lib. 3. de Regn. Ital.

AN. CH 755. PIPPINI R. 4.

LXXXI. Hic annus non in Italia modò contra Longobatdos, ſed & in Galliis contra Saracenos Pippino Regi feliciſſimus illuxit. Franci Narbonem poſt triennc bellum ceperunt, totam Septimaniam ſeu Gothiam ſuis adiecerunt ditionibus, integráque tandem potiti ſunt Galliá Saracenis vltra Pyrenæum iugum ſummotis. Quin & Solinoan Saracenorum Dux, qui Bareinonis ac Gerundæ clariſſimarum in Hiſpania ciuitatum Præfecturam gerebat, ſe ſuáque Regi Francorum ſubiecit. Vtrumque Metenſis Annaliſta ſic enarrat. *Anno Dominica Incarnationis* DCCLII. *Pippinus Rex exercitum duxit in Gothiam, Narbonámque ciuitatem, in qua adhuc Sarraceni latitabant, obſedit. Temptatis itaque plurimis argumentis, munitiſſimam ciuitatem capere non potuit. Cuſtodiâ tamen ibi derelictâ, cottidianis irruptionibus illos cines afflixit, & per triennium bellum Narbonam obtinuit, expulsíſque de tota Gothia hominibus illis Chriſtianęs de ſeruicio Sarracenorum liberauit. Solinoan quoque Dux Sarracenorum, qui Barcinonam Gerundámque ciuitatem regebat, Pippini ſe cum omnibus, qua habebat, dominationi ſubdidit.*

FRANCI SARACENIS ADIMVNT SEPTIMANIAM, CVM BARCINONE ET GERVNDA,

LXXXII. Pars illa Galliarum, quæ Pippini Regis ætate nomen cùm Gothiæ rum Septimaniæ gerebat, Chriſtianam Religionem florente Romanorum Imperio ſuſcepit, ab Imperatoribus Romanorum tranſiit ad Reges Wiſigothorum tunc Arianos, deinde Catholicos; deletis pòſt iiſdem Wiſigothis gemuit ſub iugo Saracenorum, quibus quoque trans Pyrenæos montes fugatis in poteſtatem Regis Francorum deuenit, eique deinceps ſemper paruit atque etiamnum paret. Inſignis admodum gloria Franciæ genti ceſſit, quòd eam regionem ſubegerit, Arabum Calipbatu plures in Dynaſtias nondum diuiſo.

LXXXIII. De Caliphis, ſeu de Regibus, qui Saracenis ſiue Arabibus præfuerunt, ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-primum, quo Carolus Maior-domûs obiit, actum alibi [a]. Iſcam ſiue Hiſiamus, cui decimus-ſeptimus in Calipharum Catalogo locus tribuitur, annum cum menſibus tribus & aliquot diebus ſupradicto Carolo ſuperſtes vixit, extinctus eſt enim *die ſexto Rabÿ poſterioris*, anno Arabum centeſimo viceſimo-quinto, id.eſt, octauo Idus Februarij, anno Cbriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-tertio, cùm poſt Izitum fratrem, ſub cuius Caliphatu Saraceni è Septimania in Franeicas ditiones primùm irruperunt, *annos* imperaſſet *19, menſes 7, & dies 11.*

[a] Tom. 4. ad an. 721. n. 30.

LXXXIV. Valid Secundus, Iezidi ſiue Iziti Secundi filius, Hiſiamo ſiue Iſcamo patruo ſucceſſit. Caliphatum geſſit anno vno, menſibus duobus, diebúſque duobus ac viginti. Necatus eſt anno Hegiræ centeſimo viceſimo-ſecundo, id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quarto, menſe Aprili.

LXXXV. Izitus ſiue Iezidus Tertius, qui poſt Validem ſecundum imperauit, Validis primi filius fuit. *Creatus eſt Chaliſa die 28. Giumada poſterioris, anni Hegiræ 126. Imperauit dies 106.* Id eſt, Caliphatum iniit menſe Aprili, anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quarto, obiítque eodem anno, menſe Iulio, anno Arabum centeſimo viceſimo-ſexto.

LXXXVI. Ibrahimus *creatus eſt Chaliſa eo die, quo obiit frater eius* Izirus. *Tempus Imperÿ eius 69 dierum fuit. Manſit autem in viuis ad annum vſque 132.* Caliphatum igitur amiſit anno Cbriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quarto, currente adhuc anno Arabum centeſimo viceſimo-ſexto. Vixit autem ad annum vſque Hegiræ centeſimum triceſimum-ſecundum, qui cœptus eſt decimo-quarto Kalendas Septembris, anno Cbriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-nono.

LXXXVII. Merwan ſeu Maroan aut Maouan Caliphatum occupauit exeunte anno Hegiræ centeſimo viceſimo-ſexto, ſiue anno Cbriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quarto. Supeſtes vixit Ibrabimo, quem Caliphatu depoſirum diximus. Ipſe quoque anno Hegiræ centeſimo triceſimo-ſecundo rebellem

AN. CH. paſſus eſt Abdallam Saffahum, ac paulò pòſt interfectus eſt ab Abdalla eiuſdem Abdallæ Saffahi patruo.

755. Abdalla Saffahus ſuperſtite in viuis Merwane creatus eſt Calipha, die

PIPPINI R. 4. decimo-tertio Rabij prioris, anno Hegiræ centeſimo triceſimo-ſecundo, id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-nono, menſe Octobri

LXXXVIII. exeunte. Imperauit annos quatuor & menſes nouem. Obiit enim anno Arabum centeſimo triceſimo-ſexto, die decimo-tertio Dulhuggiæ, ſiue anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-quarto, menſe Iunio.

LXXXIX. Abugiafar Almanſor poſt Abdallam Saffahum fratrem imperauit. *In itinere Meccano* nuncium de Caliphatu accepit, obitâ peregrinatione *venit*

ALMANSORE TVM CALIPHA. *Haſiemiam anno 137, vbi & populus ei fidelitatis iuramentum præſtitit.* Annus autem Arabum centeſimus triceſimus-ſeptimus initium cepit ſexto Kalendas Iulij, anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-quarto. *Imperauit* ab obitu fratris *annos 22, minùs ſeptem diebus, anno* enim Hegiræ *158 vitâ defunctus eſt, die ſexto Dulhuggiæ.* Hic igitur Caliphatu potiebatur, cùm Franci Saracenos è Gallia penitus expulerunt, Septimaniâ vi ſubactâ.

XC. Hæc Chronologia duabus præcipuè nititur Hiſtoriis, Saracenicâ Georgij Elmacini & Arabicâ Roderici Archiepiſcopi Toletani, clariórque fiet ex ſequenti tabula.

XCI.

Era Hiſpanica.	*Anni à Chriſto nato.*	*Initia annorum Arabicorum.*	*Anni Arabici.*	*Caliphæ.*	*Anni Caliapharum.*
780	742	3. Nouembris.	125	Iſcam.	20
781	743	24. Octobris.	126	Valid II.	1
782	744	12. Octobris.	127	Izitus III. Ibrahimus. Merwan.	1 1 1
783	745	2. Octobris.	128		2
784	746	21. Septembris.	129		3
785	747	10. Septembris.	130		4
786	748	30. Auguſti.	131		5
787	749	19. Auguſti.	132	Abdalla.	1
788	750	8. Auguſti.	133		2
789	751	29. Iulij.	134		3
790	752	17. Iulij.	135		4
791	753	6. Iulij.	136		5
792	754	26. Iunij.	137	Almanſor.	1
793	755	15. Iunij.	138		2
794	756	4. Iunij.	139		3

Eccleſiæ Narbonenſi Metropolitanæ, cùm Franci Saracenos è Gallia pe- AN. CH.
nitus eiecerunt, hæ ſuberant, Biterrenſis, Agathenſis, Nemauſenſis, Ma- 755.
galonenſis, Carcaſſonenſis, Helenenſis, Vcecienſis & Luteuenſis, quarum PIPPINI
duæ poſtremæ priùs, vt ſuperioribus Tomis oſtenſum eſt, ad Franciam ali- R. 4.
quando pertinuerant, ceteræ nequaquam. Vt autem Luteuenſis & Vce- XCII.
cienſis, quoties in Francorum poteſtatem venerant, toties auulſæ fuerant SEPTIMA-
à Metropoli Narbonenſi, ſic eidem rurſum ſubiacuerant Metropoli, quo- NIÆ SEDES
tieſcumque Regno Francorum accenſeri deſierant. Pippinus qualem Nar- EPISCOPA-
bonenſis prouinciæ ſtatum in Septimania reperit, talem reliquit adiectis LES.
trans Pyrenæum montem Gerundâ & Barcinone. Lapſu temporis acceſſe-
runt quædam in ipſa Septimania mutationes, quas ſuis locis exponemus.
Erectæ ſunt enim nouæ Sedes Epiſcopales apud Alectam & apud Tome-
rias, & Magalonenſis ad Montem-Peſſulum tranſlata eſt, Helenenſíſque
ſubiecta Tarraconenſi Metropolitæ. Sic igitur Archiepiſcopo Narbonenſi
ſubfuerunt hæ nouem Sedes Epiſcopales, Biterrenſis, Agathenſis, Nemau-
ſenſis, Montis-Peſſuli, Carcaſſonenſis, Luteuenſis, Vcecienſis, Alectenſis
& Sancti Pontij Tomeriarum. Hæc autem per anteceſſum dicta ſunto, de
prouincia enim Narbonenſi, vt erat ætate Pippini Regis, hìc nobis inqui-
tendum.

Attaldus Helenenſis Epiſcopus literas ad Ludouicum Iuniorem Regem XCIII.
Francorum ſic exorſus eſt [a]. *Glorioſæ Recordationis prædeceſſores veſtri peren-*
nem memoriæ ſuæ titulum nobis reliquerunt, Eccleſiam noſtram expulſis Aga-
renis in priſtinum ſtatum reformando, & eam ex fiſcis Regalibus augmen-
tando. Vnde & omni eorum poſteritati obnoxij effecti, grates ipſas, quas
& patres noſtri in veſtros effuderunt, nos quoque & in vos refundimus,
Eccleſiam Helenenſem & omnia noſtra veſtra Regali magnificentiæ exponen-
tes. Duplex ibi Regum Francorum commendatio, quòd Agarenos ſeu Sa-
racenos expulerint, quódque Eccleſias, quas hoſtes Chriſtiani nominis
euerterant, priſtino ſplendori reſtituendas curarint. Vt autem Attaldus,
ſic & alij prouinciæ Narbonenſis Epiſcopi non minùs magnificè de Regi-
bus Francorum ſcribere debuerunt. Per illud enim tempus, quo Franci
Saracenos vltra Pyreneum montem ſummouerunt, manci ſunt omnes Cata-
logi, qui de Præſulibus prouinciæ Narbonenſis hactenus texti ſunt. Inde
præualidum eruitur argumentum, vt Eccleſiæ Septimaniæ ſub Arabum
tyrannide longo interpontificio laboraſſe cenſeantur. At vt Saraceni ſuos
Eccleſiis Epiſcopos abſtulerunt, ita reſtituit ſi non cunctis, ſaltem pleriſque
Pippinus, vbi primùm potuit, eiúſque pietatem ac zelum ſic æmulatus
Carolus filius, vt hoc Rege nulla fuerit in tota Septimania Diœceſis, quæ
ſuum Antiſtitem non haberet. De ſingulis agemus ſuis locis.

[a] Tom. 4. Gall. Chriſt. in Epiſt. Helen.

Vltra Septimaniam & Pyrenæum montem felicior in Hiſpania Barcino- XCIV.
nis & Gerundæ ſtatus ſub Arabica dominatione non fuit. Harum ciuita-
tum, quas eodem quo Septimaniam anno ſuis Franci ditionibus adiunxe-
runt, per illam ætatem deſiderantur Epiſcopi. Hæ Diœceſes, poſtquàm
Regno Francorum acceſſerunt, attributæ ſunt Metropoli Narbonenſi, quia
Tarraco, cui priùs ſubiiciebantur, in Arabum ditione permanebat. Id in-
feriùs ex Actis variarum Synodorum probabimus.

Ad eandem Metropolim Narbonenſem pertinuerat olim Toloſa, priùſquam
à Clodoueo Magno Rege ſub Francorum poteſtatem mitteretur. Abhinc Me- XCV.
tropoli Bituricenſi ſubiacuerat, quoniam Narbo, donec Pippino Francorum
Regi parere cœpit, Wiſigothis aut Arabibus obtemperauit. Hanc Archie-
piſcopi Narbonenſes poſt Saracenorum expulſionem ſibi denuò ſubiici poſtu-
larunt. Reclamarunt Archiepiſcopi Bituricenſes. Mota plerumque contro-
uerſia, de qua ſæpè locuturi ſumus. Interim, ſi lubet, lege Guillelmum
Catellum, qui libro quinto Hiſtoriæ Linguodochianæ multa ſuper ea ma-
teria ſcripſit in præfatione Catalogo Narbonenſium Antiſtitum præpoſita.

AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

Monaſteria oon panea in Septimania priùs etecta ſunt, quàm ea regio fugatis Arabibus in Francorum poteſtatem veoitet. E longè pluribus, quorum otigines ignotaotur, ſex ſolummodo, de quorum aotiquitate conſtat, hîc commemotabimus, ceteráqoe ſilentio prætermittemus, quia vel euerſa ſunt à Saracenis nec vnquam reparata, vel, ſi poſt Saracenotum expulſionem à Fraocis ioſtaurata, primi conditûs memotiam penitus amiſerunt.

XCVI. ET MONASTERIA.

XCVII. * Ioncels. a Tom. 2. Gall. Chriſt. in Eruig. 12. Ep. Biterr.

In Diœceſi Biterrenſi floret Inncellum * ſeu Monaſterinm Sancti Petri de Iuocellis. Benedictum Abbatem Iuncellenſem Rege Pippino laudant Sammarthani [a]. *Notandum eſt*, inquiunt, *quòd idem Princeps*, nempe Pippinus Rex, *ad requiſitionem Benedicti Abbatis Iuncellenſis Cænobij, ſub innocatione S. Petri, fundati in valle Lunatenſi, dedit ei territorium de Iuncellis, ſicut ex inſtrumento donationis aſſeruato in ſcriniis Monaſterij colligitnr.* Porrò, cùm iſte Benedictus illlus loci primus Abbas non dicatur, originem Monaſterij Pippino Rege vetuſtiorem fas eſt opinari.

XCVIII.

Monaſterium Sancti Aphrodiſij prope muros Biterrenſes in Eccleſiam Collegiatam à multis ſeculis mutatum eſt. Fuit hæc olim Baſilica totius Diœceſeos ptimaria, Epiſcopalique Sede inſignata, ſub nuncupatione primùm Sancti Petri, deinde Sanctorum Petri & Aphrodiſij. Poſteà in vrbem tranſlata Sedes Epiſeopalis, & in ipſa Sanctorum Petri & Apbrodiſij Baſilica, qnæ manſir vltra muros, Monacbi cum Abbate collocati, nec hæc Epiſcopalis Cathedræ ttanſlatio poſt medium octauum ſeculum videtur reiicienda.

XCIX.

b Lib. 5. Hiſt. Linguodoch.

c D. 3. Iun.

Monaſterium Sancti Hilarij prope Carcaſſonem nomen ſui conditoris etiamnum gerit. Claudius Robertus Catcaſſonenſium Epiſcoporum Catalogum orditur à Sergio, qui Narbonenſe Cooeilium *anno quarto Reccaredi Regis* cum aliis Epiſcopis celebrauit, eíqoe ſic ſubſcripſit; *Sergius, in Chriſti nomine, Eccleſia Carcaſſonenſis Epiſcopus, in has conſtitntiones interfui & ſubſcripſi.* Guillelmus Catellns [b] Sanctos Guimerram Hilarium & Valerium Sergio præponit. Illos Sergio *ratione ſanctitatis* à Catello præpoſitos ſuſpicaotut Sammarthani. Repetiuntur quidem Epiſcoporum Indiees aliquot ita contexti, nec excuſandi ſunt Anctores, qui quotquot ſaoctitate celebres alicuins Sedis Epiſcopos oanciſcuntut, eos initio Catalogi recenſent, deinde alios etſi vetuſtiores ſubiiciunt, Chronologiam enim otdine ſic ptæpoſtero plurimùm intetturbant. At quicquid ſit de ceteris, quos Sergio Catellus anteponit, in dubium vocari ooo poteſt, quin beatus Hilarius Eccleſiæ Carcaſſonenſi loogè ante Pippini Regis ætatem ptæfuerit, multùm enim deeertauit adoersùs hæteſim Arianam, vt deſumptum ex eius officio Carcaſſone recltati ſolito fragmentum hoc teſtatur in Corollatio [c] Martyrologij Gallieani. *Dum recolimus perſeuerabilem in operibus fidem, mirabilem in contemptu mundi rigorem, ſingularem in miſericordia charitatem, inexpugnabilem aduersùs Arianam hareſim conſtantiam, indubitanter credimus eum adimpleſſe, etiam non impletâ paſſione, Martyrium.* Priùs enim quàm Francia Pippino Ftancorum Regi pareret, extincta penitus in Galliis hæreſis Ariana, quæ ſuo quondam veneno, ſub Burgundionum, Oſtrogothorum ac Wiſigothorum Regibus, plurimas ciuitates ac prouiocias infecetat.

C.

* Graſſe.

* Orbieu.

d Tom. 4. Gall. Chriſt.

e In Hiſt. Linguodoch. l. 1. c. 6.

In eadem Diœceſi Carcaſſonenſi floret Graſſa *, vetus Monaſterium, quod in antiquis monumentis *Monaſterium Sancta Maria in Orbione*, vel *in Vrbione* nuocupatur, quia fluuio adſidet, cui oomen Orbio * ſiue Odurobio vel Vrbio. Illo de Cœnobio ſic ſctibunt Sammarthani [d]. *Vetus ac nobile Monaſterium Septimania, inter Narbonam & Carcaſſonam extructum tradunt quadam tabula à Rege Carolo Magno, ſuper fluuiolum Vrbionem, in valle Noualitia, qua modò Graſſa vocatur.* Sed quænam ſint hæ tabulæ, & quando ſctiptæ, non produnt. Exiſtimamus eas haud alias ab illis eſſe, in quibus Cœnobium, de quo nunc agimus, Catello [e] teſte nuncupatur *Monaſterium*

Sanctæ

AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

Sancta Genitricis Mariæ, quod eſt conſtructum in territorio Narbonenſi, ſuper fluuium Vrbionis, in valle Nonalitia, quæ modò Craſſa nominatur. Illæ autem tabulæ, teſte eodem Catello, qui fragmentum proximè recitatum protulit, tabulæ ſunt Donationis prædicto Monaſterio Sanctæ Mariæ in Orbione à Carolo Magno factæ. At tabulæ Donationis à tabulis fundationis plurimùm differunt, nec Carolus Magnus, quia Cœnobio bona conceſſit, illius Monaſterij conditor haberi debet. Imò, quia tabulæ, quarum fragmentum legiſti, Monaſteriom Sanctæ Mariæ in Vrbione à Carolo Magno non erectum ſed locupletatum teſtantur, & eodem Carolo Rege, vt aliunde diſcimus, Infridus Abbas illius loci Congregationem centum Monachorum ibidem rexit, originem ſupradicti Cœnobij altiùs quàm à Carolo Magno vel à Pippino Rege repetendam nobiſcum puta.

CI. Tomo primo actum de Sancto Ægidio Eremita, qui Sancto Cæſario Arelatenſi Metropolitæ ſynchronus vixit, & in eremo Diœceſis Nemauſenſis ad dexteram Rhodani ripam ſub Wiſigothorum Regibus conſenuit. Illic ædificatum poſteà Monaſterium, quod Catellus regnantibus in ea regione Wiſigotis erectum non audet aſſerere, ſuppeditat tamen argumenta non leuia, quæ Wiſigothorum opus eſſe ſignificant. Obſeruat [a] enim dictum primò Monaſterium Sancti Petri, deinde Sancti Ægidij, & poſterius hoc nomen in vſu fuiſſe ſub Ludouico Pio. A primo conditu ſub Wiſigothis nomen Sancti Petri, ab inſtauratione ſub Francis nomen Sancti Ægidij inditum exiſtimamus.

[a] In Hiſt. Occitan. l. 1. c. 7. l. 3. c. 3.

CII. In Diœceſi Agathenſi, ad exitum Arauris * ſiue Arautæ vel Eraui fluminis in mare, conſpiciebatur olim celeberrimum Monaſterium, cui primus præfuit Seuerus trecentorum ac ſexaginta Monachorum Abbas inſignis. Hîc relictâ Syriâ venit Agatham, cùm Beticus Epiſcopatum Agathenſem gerebat. Vixit autem longè ante Pippinum Beticus. In Cathedra enim Agathenſi ſedebar anno Chriſti quadringenteſimo quinquageſimotertio. Idque affirmant Sammarthani [b] vetere nixi vitâ Sancti Seueri Abbatis & Confeſſoris, cuius fragmentum Breuiario Eccleſiæ Agathenſis inſertum reperitur. Sanctus Seuerus in Supplemento Martyrologij Gallicani colitur octauo Kalendas Septembris. Eius vitam ſcripſit Proterius ſub Reccaredo Wiſigothorum Rege. Plura non addemus, vt Monaſterium, quod beatus Seuerus adminiſtrauit, ante Pippini Regis ætatem conditum credas. Lege Catellum in Commentariis [c] rerum Occitanarum.

* *l'Eraut.*

[b] Tom. 2. Gall. Chriſt. in 1. Epiſc. Agath.

[c] Lib. 1. c. 5. lib. 3. in 3. Epiſc Agath.

CIII. Si poſtulas, quonam in ſtatu hæc eſſent Monaſteria, cùm Franci Septimaniam ſubegerunt; Arabum ferociam, quæ per totam regionem non minùs in Abbates & in Monaſteria quàm in Epiſcopos & in Epiſcopia ſæuiit, noueris in cauſa eſſe, cur nec tibi facere ſatis in hac parte poſſimus. Deinceps autem in eadem Septimania ſub Pippino eiúſque poſteris occurrent multa, quæ plurimùm ſplendoris operi noſtro impoſterum afferent.

CIV. Erat Pippino Regi frater Remigius ſeu Remedius, de quo vetus Annaliſta [d], qui deſinit in anno Chriſti octingenteſimo, ſic ad hunc annum ſcribit. *In hoc anno Remedius adeptus eſt Sedem Eccleſia Rotomagenſis.* Suffragatur huic Annaliſtæ Chronographus Fontanellenſis [e], & Raginfridum, cui Remedius ſeu Remigius hoc anno ſubrogatus eſt, ob morum inſolentiam prauitatémque depoſitum affirmat. Raginfridus prouinciæ Rotomagenſis ſeu Lugdunenſis ſecundæ Metropolitanus Gauzilenum contra leges Eccleſiaſticas, vt ante biennium obſeruauimus, Epiſcopum ordinauit Diœceſeos Cenomanenſis, in aliena prouincia ſiue in Lugdunenſi tertia ſitæ. Quapropter & Gauzilenus hoc anno depoſitus eſt, atque vt Raginfrido in Archiepiſcopatum Rotomagenſem Remigios, ſic & prædicto Gauzileno in Epiſcopatum Cenomanenſem Herlemundus ſucceſſit. In hoc negorio Chronicon Epiſcoporum Cenomanenſium ſic allegatur [f]. *Poſt ali-*

[d] Tom. 2. Collect. Hiſt. Franc.

[e] Cap 11.

RAGINFRIDVS EP. ROTOMAG. ET GOSLENVS EP. CENOMAN. DEPONVNTVR.

RAGINFRIDO SVCCEDIT REMIGIVS,

[f] Tom. 2. Gall. Chriſt. in Ep. Cenoman. 16.

AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

GOSLENO HERLEMVNDVS.

quot annos, ab ordinatione videlicet eiuſdem Gauzileni, *Pippinus audiens Gauzilenum non legitimè ordinatum, Herlemundum Sacerdotem ſuum*, id eſt, Capellanum ſuum, *Epiſcopum miſit ad vrbem Cenomanuenſem, quem Rotgarius* Comes *ſuſcepit, & rexit annis 9.* Herlemundus igitur ab hoc anno Cenomanenſem Epiſcopatum tenuit ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-quartum. Ordinatus eſt Epiſcopus, vt Coruaiſierus & Bondonnettus notant, à Metropolita Turonenſi. Tunc autem Diœceſim Turonenſem tegebat Oſtaldus Archiepiſcopus. Pluta de Herlemundo poſt annos nouem dicemus, cùm Cenomanenſem Epiſcopatum abdicabit. Quid de Raginfridi Metropolitæ Rotomagenſis exauctoratione ſcribat Chronographus Fontanellenſis [a], nunc audi. *Raginfridus pro inſolentia morum ac prauitatibus ſuis, etiam à Clericis Rothomagenſibus apud Pipinum Regem accuſatur, anno videlicet* XIII. *poſtquàm regimen iſtius Cœnobij Fontanellenſis amiſerat. Quo eiecto de Epiſcopatu eiuſdem Eccleſia, datus eſt Remigio fratri eiuſdem Glorioſi Regis Pipini hoc anno, qui eſt ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeptingenteſimus quinquageſimus-quintus. Cui tamen Ragenfrido, cauſa miſericordia, aliquæ villæ de eodem Rothomagenſi Epiſcopio attributæ fuerunt. De quibus vna erat Clonialus ſuper alueo Sequanæ conſtituta, in qua etiam poſt aliquot tempus eiectionis ſuæ morbo correptus vitam finiuit. Cuius corpus Rothomagum delatum eſt ſepulturaque traditum.*

[a] Cap. 11.

CV. Actum præcipuè de Raginfrido ſeu Ragenfrido ad annum Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum-nonum [b], quo factus eſt Abbas Fontanellenſis; ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-ſecundum [c], quo depoſitus eſt Wandone Abbate poſt annos exilij tres ac viginti reuocato; & ad annum Chriſti ſeptingenteſimnm quadrageſimum-ſextum [d], quo ſedere poſt Grimonem in Cathedra Rotomagenſi cœpit. Fuit igitur Abbas Fontanellenſis annos duos cum dimidio, Rotomagenſis Archiepiſcopus annos nouem, rectéque ab anno, quo regimen Monaſterij Fontanellenſis amiſit, ad annum, quo deiectus eſt ab Archiepiſcopatu Rotomagenſi, tredecim annos numerat Chronographus Fontanellenſis. Sibi verò non conſtat idem Auctor, vbi tribuit annos in Archiepiſcopatu quindecim; loco XV, lege IX. Textus talis eſt. *Tenuit autem nomen Præſulis eiuſdem ciuitatis* Rotomagenſis *annis* XV. *Huius verò Cœnobij* Fontanellenſis *regimen annis duobus & dimidio.* Sic autem reſtituendus. *Tenuit autem nomen Præſulis eiuſdem ciuitatis annis* IX. *Huius verò Cœnobij regimen annis duobus & dimidio.*

[b] Num. 7.
[c] Num. 36.
[d] Nn. 41. 43.

CVI. Remigius, qui Raginfrido in Archiepiſcopatum Rotomagenſem ſucceſſit, ſub initium ſui Pontificatûs ad Floriacenſe Monaſterium profectus dicitur cum literis Romani Pontificis ac mandato Pippini Regis, vt inde Sancti Benedicti corpus quamprimùm reueheretur. Totum hoc negotium, quod ab Adreualdo in libro [e] de Miraculis Sancti Benedicti fusè deſcribitur, per ſingulas partes hîc eſt accuratiùs examinandum.

[e] Capp. 15. 16. 17.

CVII. ADREVALDI SCRIPTA DE CORPORE S. BENEDICTI APVD FLORIACVM QVIESCENTIS EXAMINANTVR.

Primò, Adreualdus inueſtigat tempus, quo Monachi Caſinates querelam de corpore Sancti Benedicti mouerunt, idque Zachariâ Romano Pontifice, Carolomanno iam Monacho Caſinate, Pippinóque fratre Regnum Francorum iam adepto, contigiſſe ſic affirmat. *Pipinus Regni Francorum aſſequutus ſummam, iuſſu Stephani Romani Pontificis Hildricum inertiſſimum Regem depoſitum ac detonſum, in Monaſterio deinde truſum priuatè viuere compulit. Dein auctoritate eiuſdem Pontificis, ex Præfecto Palatij Rex conſtitutus, per annos fermè quindecim aut eò ampliùs, Regni Francorum Principatum ſolus optimè rexit. Eâ igitur tempeſtate, Monachi ſæpedicti Cœnobij Caſinenſis, authore Charlomanno, de quo ſuprà retulimus, Romam veniunt, doloris apud Sanctiſſimum Papam Zachariam depoſituri querelam, propter corpus ſcilicet ſacratiſſimi Patris Benedicti, à ſolo proprio in Gallias tranſlati. Qui mœror iampridem à cordibus eorumdem fratrum, ob terrarum longinquita-*

tem , necnon vetuſtatem temporum , admodum refrixerat , nec iam ſpem po- AN. CH.
tiunda huiuſce rei habebant. Sed Charlomanno illorum ſacrum ſubeunte Colle- 755.
gium , ſpes olim emortua reuixit , Sanctúmque adeuntes expoſcunt Præſu- PIPPINI
lem , vt literas Pipino Regi Francorum dirigat , qualiter auctoritati ac pre- R. 4.
cibus tanti fauens Pontificis , egregij Patris corpus auito reſtituat loco.

Chronologiæ palàm refragantur, atque inter ſe pugnant hi Characteres. CVIII. Id paucis demonſtrabimus. Pippinus ex Maiore-domûs ſeu Palatij Præfecto Rex Francorum conſtitutus eſt in Conuentu totius gentis , qui menſe Martio Sueſſione celebratus eſt anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo. Zacharias Papa migrauit ad Deum Idibus eiuſdem menſis Martij , quin & eodem menſe ſubrogati ſunt ei ſucceſſiuè , Stephanus Secundus qui quatriduo tantùm ſedit , & Stephanus Tertius de quo capiendus Adreualdi textus. Ergo nec Hildricus ſeu Childericus *iuſſu Stephani Romani Pontificis* depoſitus eſt , nec Pippinus *auctoritate eiuſdem Pontificis* ex Palatij Præfecto Rex eſt conſtitutus. Adreualdum decepit Eginhardus , qui de Childerico Rege ſic in vita Caroli Magni ſcripſit. *Iuſſu Stephani Romani Pontificis depoſitus ac detonſus , atque in Monaſterium truſus.* Et paulò pòſt de Pippino , ſic. *Pippinus autem per auctoritatem Romani Pontificis ex Præfecto Palatij Rex conſtitutus , cùm per annos* XV *aut eo ampliùs ſolus imperaret Francis , apud Pariſius , morbo aquæ intercutis , diem obiit.* Hunc Eginhardi locum , quem Adreualdus penè ad verbum tranſcripſit , iam refutauimus. Hic autem aduerte apud Adreualdum pugnantia ſequi , nam ſi Childerici Regis exauctoratio , Pippiníque eleuatio in Regem , ſub Stephani Tertij Pontificatu factæ ſunt , quomodo Monachi Caſinates à Zacharia Papa , qui priùs obierat , literas ad Pippinum Regem poſtularunt obtinuerúntque ?

Secundò , Adreualdus literas Zachariæ Papæ recitat , eáſque per Carolomannum alióſque Monachos Caſinates in Franciam ad Pippinum Regem delatas ſic ait. *Præfatus verò Pontifex , fratrum precibus annuens lacrymoſis , authoritatis Apoſtolicæ epiſtolam editam , per eundem Carlomannum ac fratres qui cum eo venerant , Franciam Pipino dirigit Regi. Modus autem relectorum Sacrorum hic erat. Zacharias Epiſcopus* , &c. CIX.

Illas Zachariæ literas , quarum prior pars eſt de ſimultate inter Pippinum Maiorem-domûs & Griphonem eius fratrem exortâ , poſterior de corpore Sancti Benedicti in Italiam è Gallia remittendo , iam deſcripſimus è ſchedis Pithœanis ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimumnonum , quo Pippinus bellum in Boioaria cum Griphone fratre geſſit , atque in hunc annum , quo Remigius Archiepiſcopus Rotomagenſis eſſe cœpit , examen poſterioris partis reiecimus , quia , in Adreualdi textu , idem Remigius Archiepiſcopus ad Floriacenſe Monaſterium profectus dicitur , vt Sancti Benedicti corpus ex præcepto Pippini Regis in Italiam reportandum curaret. Vt autem tutiùs procedamus , ipſum examen ordiemur à collatione ſchedarum Pithœanarum cum Adreualdo. CX.

EPISTOLA ZACHARIÆ PAPÆ è ſchedis Pithœanis. CXI.

ZACHARIAS *Epiſcopus , ſeruus ſeruorum Dei , omnibus Sacerdotibus & Presbyteris Francorum.*

EPISTOLA ZACHARIÆ PAPÆ ex Adreualdo.

ZACHARIAS *Epiſcopus , ſeruus ſeruorum Dei , Sanctæ Sedi Principis Apoſtolorum beati Petri præſidens , omnibus Epiſcopis ac Presbyteris Eccleſiæ Francorum ſalutem dicit.*

AN.CH. 755. PIPPINI R. 4.

Egregius Apoſtolus docet. [Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.] Et iterum idem ipſe. [Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes.] In alio autem loco Scriptura teſtatur. [Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona.] Ergo quia innotuerunt nobis Optatus religioſus Abbas Presbyter Monaſtery S. Benedicti, & Carolomannus Deo amabilis Monachus, germanus fily noſtri Pippini Excellentiſſimi Maiorũ-domûs per hos religioſos Dei ſeruos Monachos, concordiæ & pacis ſermones inter eum & Griphonem fratrem eius miſiſſe, vt & nos in ea ipſa admonendo dirigamus Excellentiam eius, vt ad pacis concordiam redeant, vobis propter Deum pacificè mediantibus: verùm etiam & pro corpore B. Benedicti, quod furtiuè ablatum eſt à ſuo ſepulchro, vt reſtituatur.

In hoc opere æquitatis & miſericordiæ libenter aurem accommodantes, hortamur dilectionem ac ſanctitatem veſtram, vt primùm omnium frater cum ſuo fratre ad pacis redeant vnitatem, & confundatur iniquitas in medio eorum. Charitas verò Dei, vobis prædicantibus & miniſtrantibus, exſuperet inter eos.

Deinde & præfati B. Benedicti corpus iuxta petitionem Dei ſeruorum Monachorum, illius ſublimitas & veſtra Sanctitas indubiè ad proprium remittat locum, vt & ipſi gaudeant de ſuo reſtituto Patre, vóſque perennem habeatis mercedem & laudem, pro eo quòd iuſtè operati fueritis ipſum ad ſuum reuerti tumulum, ex quo clàm tultus eſt. Nec enim habet Sanctitas veſtra quid offenſionis in hoc bono opere reſtitutionis eius pertimeſcere debeat coràm Deo, dum creditur, quia ad obtinendum hoc opus, ipſius ſuffragantibus orationibus & voluntate, præfati religioſi Dei ſerui ſunt permoti. Benè valete.

Egregius Apoſtolus ait. [Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.] Et iterum idem ipſe. [Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes.] Et item Scriptura. [Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona.] Innotuerunt nobis religioſus Abbas & Presbyter Caſini Monaſtery Beati Benedicti, & Carlomannus Deo amabilis Monachus, germanus fily noſtri Pipini Excellentiſſimi Maioris-domûs per hos præſentes religioſos Dei ſeruos Monachos, concordiæ & pacis ſermones inter eum ac Grifonem fratrem eius expedire nos mittere, & vt nos hac ipſa admonendo dirigamus Excellentia iam dicti Pipini noſtri, vt ad pacis concordiam redeant, vobis propter Deum pacificis mediatoribus: verùm etiam pro corpore beati Benedicti quod furtiuè ablatum eſt à ſuo ſepulchro, vt ei reſtituatur.

In hoc opere pietatis & miſericordiæ libenter aurem accommodare hortamur dilectionem ac ſanctitatem veſtram, vt primùm omnium frater ad fratrem, pacis iure, in vnum redeat, & confundatur iniquitas è medio eorum. Charitas verò Dei nobis prædicantibus & miniſtrantibus, exuberet inter eos.

Deinde & præfati beati Benedicti corpus iuxta petitionem ſeruorum Dei, ſublimitas fily dilecti noſtri Pipini, veſtrâ cooperante Sanctitate, indubitanter ad proprium remittat locum, vt & iam dicti ſerui Dei de ſuo gaudeant ſibi reſtituto Patre, vóſque perennem habeatis mercedem & laudem, pro eo quòd iuſtè operati fueritis, vt ad ſuum Sanctiſſimi viri corpus referatur tumulum, ex quo clàm ablatus eſt. Nec enim habet Sanctitas veſtra quid offenſionis in hoc bono opere reſtitutionis eius pertimeſcere debeat coram Deo, dum creditur, quia ad obtinendum hoc, ipſius ſuffragantibus orationibus & voluntate, præfati religioſi Dei ſerui ſunt permoti. Valete.

CXII. Adreualdo præferendæ procul dubio ſchedæ Pithœanæ. Neutra autem editio ipſi fauet Adreualdo. Zacharias, ſiue Adreualdum apud Boſcium in Bibliotheca Floriacenſi ſiue Pithœanas ſchedas apud Sirmondum in Collectione Conciliorum Gallicanorum conſulis, ortâ inter Pippinum Maiorem-domûs & Griphonem eius fratrem ſimultate, id eſt, regnante

Childerico Tertio, literas omnibus Epiſcopis & Preſbyteris Francorum AN. CH.
ſcripſit, eáſque deferendas in Franciam tradidit Monachis Caſinatibus,
per quos ab Optato Abbate Caſinenſi & à Carolomanno illius loci Mona- 755.
cho ac Pippini Griphoniſque ſimul litigantium fratre rogatus fuerat, vt & PIPPINI
diſcordiarum inter prædictos fratres enatarum pacificationi diligenter incum- R. 4.
beret, & Sancti Benedicti Reliquias in Galliam ſuperiore ſeculo delatas
Caſinenſi Monaſterio reddi procuraret. An [illegible] conueniunt cum Adreual-
do ſuprà citato, qui literas à Zacharia per Carolomannum alióſque Mo-
nachos Caſinates ad Pippinum Francorum Regem tranſmiſſas audacter
pronuntiat?

Tertiò, Adreualdus iter Carolomanni in Galliam atque aduentum in CXIII.
Monaſterium Floriacenſe cum Præcepto Pippini Regis ita perſequitur.
Acceptis itaque literis Sancti Papæ Zachariæ, *Charlomannus, & fratres,
qui cum eo erant, Gallias expetunt, Pipinum adeunt, Sacra Sancti Apoſto-
lici proferunt reſcripta, flebilémque ſibi querelam queſtuoſis ſubiiciunt lachry-
mis. Orant ſubueniri ſibi; pios Patris cineres, oſſáque cunctis reuerenda
mortalibus furtim ſublata, deuotiſſimis filiis authoritate Regiâ iuſtitiaque
reſpectu affatim reſtitui. Non vllius offenſa in hac re pertimeſcere culpam, cui
ſuffragari agnoſcitur inoffenſus rectitudinis trames. Flexus his luctuoſis queſ-
tibus pius Princeps, ſimúlque Sanctæ Sedi aſſentiendo, fauorem præbens,
fratris quoque conſulens voluntati, Remigium Rothomagenſem Epiſcopum na-
turalem ſuum ac Charlomanni fratrem, cum imperio Floriacum Monaſterium
dirigit, qui ex præcepto Regis, etiam nolentibus fratribus, ſacrum effoſſum
pignus, Charlomanno ac fratribus cum eo pergentibus ociſſimè reddat. Suſ-
cepto Epiſcopus negotio, celerrimè Monaſterium expetit, mandata Regis edicit,
iuſſa implere conatur.*

At ex ipſis Zachariæ literis conſtat eas, vt in Franciam deferrentur, CXIV.
non Carolomanno ſed aliis Caſinatibus Monachis datas eſſe. Deinde Ca-
rolomannus, poſtquàm Monachum induit, in Franciam ſemel reuerſus eſt
anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-quarto ſub Stephani Tertij
Pontificatu; quis autem ſibi perſuadeat tunc à Carolomanno Zachariæ li-
teras Epiſcopis ac Preſbyteris Francorum redditas, in quibus ageretur non
tantùm de corpore Sancti Benedicti reſtituendo, ſed etiam de ſopienda in-
ter Pippinum Maiorem-Domûs eiúſque fratrem Griphonem ſimultate,
quæ in annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-nonum incide-
rat? Denique Carolomannus ex hac vita priùs exceſſit, quàm Remigius
ad Archiepiſcopatum Rotomagenſem promoueretur; ergo Pippinus Re-
migio Archiepiſcopo Rotomagenſi nunquam præcepit, vt ad Floriacenſe
Monaſterium vnà cum Carolomanno fratre ſe conferret.

Quartò, Adreualdus quid à Remigio Archiepiſcopo Rotomagenſi & à CXV.
Monachis Caſinatibus in Monaſterio Floriacenſi geſtum ſit, ſic exponit.
Medo tunc temporis Abbas huic ſancto præerat gregi, nempe Floriacenſi.
*Hic cùm præcepta Regalia ægerrimè ſuſcepiſſet, non ſe poſſe depoſitum redde-
re dixit, quod ad ſeruandum, non autem reſtituendum, ſe ſuſcepiſſe gaude-
bat, ita ſubiiciens. Ipſe Sanctiſſimus Pater propriâ ſponte huc ſe deferri per-
miſit, ipſe viſione ſacrâ ſuos ob ſui deuectionem inuitauit ſeruulos. Suſce-
pimus indigni, egregij Patris ſacratiſſima membra, excepimus cineres pios,
deuotè nunc vſque adſeruare curauimus. At ſi noſtris interuenientibus pecca-
tis, relinquere Gallias, ruráque cum natiua petere placuerit, fateor potis
id ei exiſtere, nec velle noſtrum licere quoquomodo obſiſtere. Sin verò,
quod certiſſimâ fide noſtro inhæſit pectori, diuino nutu prouidentiâque cle-
menti, ob plurimarum ſalutem animarum, relictis propriis, has procul po-
ſitas, ac penè in vltimo littore Oceani ſitas expetiit voluntariè ſedes; cer-
tiſſimum habetote, impotes voti veſtri voſmet ad propria redituros. His dic-
tis, multùm inlachrimans, fores Eccleſiæ Sanctæ Dei Genitricis Mariæ, quo*

AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

repoſita ſancta membra cubabant, reſerare iubet, ſuóſque propter oſtia excubitare. Ipſe verò cum fratribus totius Congregationis, intra Eccleſiam beati Apoſtolorum Principis ſeſe retinens, ſolo proſtratus, lachrimis ora perfuſus Domini auxilium expoſtulabat, quatenus dilectiſſimi ſui Confeſſoris pignus, quod nullis præcedentibus meritis, ſed ſolo gratuito munere, famulis ſuis contulerat, nullâ ſcelerum enormitate irritatus auferri permitteret. Quod quibus fletibus, quibúſque gemitibus, quóue vlulatuum clangore peroratum ſit, quis mortalium exſoluere valeat? Conflictantes denique in dolore Patris & filiorum animos, ætatis maturtima interdúmque ſuprema, qualitatis variæ, valetudinis diuerſæ, quis explicauerit dignè. Videres certè animos Patris mæſtitiæ vulnere attritos, proſpectare mærentium filiorum lachrimabiles vultus, atque ab neutra parte conſolatorem prorumpere. Hinc ſenes iunioribus, ſolitum pridem impendentes dilectionis amorem, nullam ſolaminis conferre gratiam. Hinc iuniores patribus nullum adiumenti robur conferre. Res certè animos erroneos hac illácque trahebat. Dum itaque partes tanto animi ardore inter ſe decertarent, atque hi, quibus res pro animo inerat, ſeſe orationibus communirent, Maieſtati Omnipotentiſſimæ tantam diſcriminis litem, ſolitâ miſeratione dirimere placuit. Siquidem Remigius Epiſcopus cum ſuis Templum ingreſſus, dum ad ſacrum propinquaſſent ſepulchrum, repentinâ luminum cæcitate adeò percelluntur, vt nec mutuos cernere quirent vultus, nec quamlibet in partem, ſaltem palpatu, quò progredi vellent, agnoſcere. Perinde terrore valido adoperti, nil aliud quàm vitæ diſpendia operiebantur. Alij denique ſolo ſternuntur, miſericordiam Domini præſtolaturi, alij fugæ ſolatio ſalutem meditantes, huc illúcque diſcurrunt, vociferantéſque auxilium adfore precantur. His nimiâ confuſione tumultuantibus, euocatus cum fratribus accurrit Abbas, datâque manu ab Eccleſia violatores Templi extrahit, diuinam ſatis abundéque ſentientes vltionem. Humi deinde proſtratis, veniámque petentibus, clementer indulſit, atque ex eiuſdem pretioſiſſimi Chriſti Confeſſoris corpore Reliquias benigniſſimè conſulit. Refectis autem ac cunctis neceſſariis dapſiliter attributis, ad ſua remittit. At illi Palatium repetentes, virtutem quamplurimam Dei, hoc in loco, meritis Sanctæ Dei Genitricis perpetuæque Virginis Mariæ, ac beati Petri Apoſtolorum Principis, necnon & egregij Patris Benedicti interceſſione vigentem, Regi præſtantiſſimo Pipino patefaciunt, eumque liberalem, huic ſacro Cœnobio, ſuis adhortationibus ſedulè efficiunt.

CXVI. Adreualdus iſta ſcripſit poſt annum Chriſti octingenteſimum ſeptuageſimum, cùm Normanni, vti aſſerit, *per triginta* [a] *fermè annorum ſpatium* Galliam afflixiſſent. Multos nactus eſt adſtipulatores, quos Carolus Sauſſeyus libro quarto [b] Annalium Aurelianenſium recenſet. Ex his nonnulli, cùm hiſtoriam, quam examinamus, aduerterent Zachariæ potiſſimùm literis inniti, multúmque ab eis Adreualdum diſcrepare, nec mentionem Remigij Rotomagenſis Archiepiſcopi fecerunt, nec aſſeruerunt Carolomannum ad Floriacenſe Monaſterium veniſſe, palàm id vnum auſi affirmare, quòd *tempore ſcilicet Pipini Regis Francorum, cùm Cœnobium Caſſinenſe fuiſſet reſtauratum & magnificatum, Monachi ipſius Cœnobij Caſſinenſis, authore Carolomanno fratre Pipini præfati, qui in dicto Monaſterio Caſſinenſi habitum Religionis ſuſceperat, Romam venerunt rogantes Zachariam Papam, vt literas Pipino Regi Francorum dirigeret, quatenus corpus beati Benedicti ad ſuum tumulum referretur.* Lege Antoninum Archiepiſcopum Florentinum, ſecundâ parte Chronicorum [c], atque obſerua ibi quoque mendum extare, cùm Carolomannus à Zacharia literas *Pipino Regi Francorum* mittendas poſtulaſſe dicitur, in ipſis enim literis, quas à Zacharia Carolomannus obtinuit, Pippinus non Francorum Rex ſed Maior-domûs tantùm vocatur, indéque liquet eas regnante Childerico Tertio ſcriptas fuiſſe.

[a] Adreuald. c. 33.
[b] Num. 37.
[c] Tit. 13. c. 6. §. 32.

Adreualdi narratione ſic examinarâ, ſolis Zachariæ literis, quæ verſantur in ea materia, fidem habendam arbitramur, cetera, quæ petuntur aliunde, fabulis accenſemus. Anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-nono, cùm Pippinus Maior-domûs eiúſque frater Gripho graues inimicitias gerebant, Oprarus Abbas Caſinenſis & Carolomannus Pippini Griphoniſque frater Monachus tum Caſinenſis Pippinum Maiorem-domûs CXVII.
per epiſtolas adhortati ſunt, vt pacem cum Griphone fratre componeret, & corpus Sancti Benedicti, quod in Gallias delatum fuerat, Caſinenſi Monaſterio reddendum curaret. Illis epiſtolis alias addiderunt, per quas, vt eadem quoque negotia ſuis literis promoueret, Zachariam Papam rogarunt. Monachis Caſinatibus, qui gererent, vtraſque tradiderunt. Zacharias lectis cùm Optati tum Carolomanni literis, eorum poſtulationibus acquieuit, epiſtolam iiſdem Monachis Caſinatibus dedit ad Epiſcopos & Presbyteros Francorum, vt apud Pippinum agerent de pace cum Griphone concilianda déque corpore Sancti Benedicti Caſinatibus Aſcetis reſtituendo. Conſtanr hæc ex ipſis Zachariæ literis. De amicitia inter Pippinum Maiorem-domûs & Griphonem pòſt redinregrata conſentiunt antiquiſſimi Scriptores. Silent autem de corpore Sancti Benedicti, quotquot Adreualdum anteceſſerunt, nec magis credendum recentioribus, quos non abſurdè tres in claſſes diſtinxeris; alij enim Adreualdum tranſcripſerunt, nec eo potiorem merentur fidem; alij eundem Adreualdum nonnullis purgarunr næuis, vt potiorem ſibi conciliarent auctoritatem, eos tamen veritatem haud aſſecutos, quæ ſuperſunt, oſtendunt menda; quidam Auctoribus melioris notæ impoſuerint, adiectâ ex Adreualdo interpolatione, quam eruditus Lector ex induſtria inſertam facilè iudicabit reſpuétque, nec in maiori pretio ponet pſeudo-Anaſtaſium, qui *Lotharingorum*, quorum nomen multò ſeriùs audiri cœpit, *exercitum* ad recuperandas Sancti Benedicti Reliquias à Carolomanno conductum finxit.

Caſinates igitur Monachi cum epiſtolis Optati Abbatis, Carolomanni CXVIII.
Monachi, & Zachariæ Papæ, in Franciam venerunt, eorum autem poſtulationibus, quatenus ad corpus Sancti Benedicti ſpectabant, Pippinum Maiorem-domûs aut Epiſcopos Francorum acquieuiſſe, nullus, cui meritò fidas, Auctor prodit. Quanta tunc apud Francos in veneratione Sanctus Benedictus, quanta per vniuerſam Franciam in exiſtimatione eſſet illius Regula, docent Canones Synodorum Germanicæ & Liptinenſis, de quibus actum Pippino iam Maiore-domûs. Atque inde admodum probabile fit, nec Pippinum, nec Epiſcopos Francorum aſſenſos eſſe, vt Caſinates Monachi Floriacum adirent Sancti Benedicti corpus è Galliis ablaturi. Fortè, poſtquàm, ſparſis in vulgus fabulis, plerique miſſos Romam Oratores, vt Zacharias Papa ſuper exauctorando Rege Childerico conſuleretur, eiuſdémque Romani Pontificis auctoritate ac iuſſu Regnum Francorum mox Pippino delatum crediderunt, nonnulli quoque finxerunt Pippinum, vt Zachariæ gratias pro tanto beneficio rependeret, eius annuiſſe rogationi de Sancti Benedicti corpore Monachis Caſinatibus reſtituendo, diuinâ verò vindictâ, ne iuſſa facerent, prohibitos quibus id negotij commiſſum.

Noſtrum hoc eſto de Adreualdi narratione iudicium, quo Floriacen- CXIX.
ſium Monachorum cauſam contra Caſinates ad annum Chriſti ſexcenteſimum ſeptuageſimum-tertium [a] iam ſtrenuè propugnatam denuò tuemur. Eruditiſſimi déque Eccleſiaſtica Hiſtoria optimè meriti Lucas *d'Achery* & Ioannes *Mabillon* in diſſertatione, quam Tranſlationi SS. Benedicti & Scholaſticæ in Galliam præfixerunt [b], Monachos Caſinates, qui corpus Sancti Benedicti in Caſinenſi Cœnobio adſeruari iactitant, duas obſeruarunt in ſententias diſtrahi, alij enim Sancti Benedicti Tranſlationem in Gallias pernegant, alij verò ſic admittunt, vt Relationem è Galliis in-

[a] Nu. 42. & ſeqq.

[b] Secul. 2. Benedict.

AN. CH. 755. PIPPINI R. 4. Caſinenſe Monaſterium adſtruere conentur. Corpus Sancti Benedicti translatum in Gallias aſſeruimus Tomo tertio [a], gauiſique ſumus magnoperè, quòd inter Floriacenſis gloriæ vindices locum quoque nobis Auctores prælaudatæ diſſertationis poſteà conceſſerint. In eiuſdem aſſertionis confirmationem lubenter etiam hoc Tomo protulimus literas Zachariæ Papæ, cùm ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-nonum, quo ſcriptæ ſunt à Romano Pontifice, cum ad hunc annum, in quem perperam reiectæ videntur ab Adreualdo. Quamuis autem ex eiuſdem Adreualdi narratione non pauca tanquam commentitia nec inter ſe benè cohærentia reſcindamus, in hoc tamen firmiſſimè conuenimus, quòd Sancti Benedicti Reliquias, temporibus Pippini, ſeu Maioris-domûs, ſeu Regis, è Galliis in Italiam relatas inficiamur. Non deerunt ſubſequentibus ſeculis argumenta, quibus cauſam Monaſterij Floriacenſis ad hodiernam vſque diem defendamus.

[a] Ad an. 673.

CXX. BONIFACIUS MARTYR. In Annalibus Nazarianis, ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-tertium, ſtylo non parum corrupto, Martyrium Sancti Bonifacij ſic refertur. DCCLIII. *Dominus Bonifacius Epiſcopus in prædicatio in Frigiam perrexit, vitam temporalem Martyrio fininit.* Et in Petauianis, ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quartum, ſic. DCCLIV. *Bonefacius Martyrium ſuſcepit.* Annaliſtam Petauianum alij ſecuti ſunt magno numero, Loiſelianus, Laureshamenſis, Tilianus, Bertinianus, Metenſis ac Fuldenſis, cum Auctore Chronici San-Dionyſiani. Prædictos Annaliſtas in ſuis Chronicis anteuertit Regino, ſic. *Anno Dominicæ Incarnationis* DCLII, *Sanctus Bonifacius Archiepiſcopus annuncians Dei verbum in Friſia, à paganis interfectus, Martyr Chriſti occubuit.* At erroneæ ſunt hæ tres opiniones. Martyrium enim Sancti Bonifacij in annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quintum reiici debet. Id duobus argumentis apertiſſimè demonſtratur. Alterum attigimus ſuprà, cùm ex literis, quas, Carolomanno fratre iam mortuo, Pippinus Rex Bonifacio ſcripſit, obſeruauimus Bonifacium Carolomanno ſuperſtitem vixiſſe. Migrarunt enim ad Deum iiſdem quibus coluntur diebus, Bonifacius Nonis Iunij, Carolomannus decimo-ſexto Kalendas Septembris. Porrò Carolomannus, vt ſuo loco probatum eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quarto diſceſſit ex hac vita. Bonifacius igitur ad Nonas Iunias anni poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimi quinquageſimi-quinti peruenit. Alterum argumentum ſuppeditant Willibaldus ipſius Bonifacij diſcipulus & Othlonus interpres eiuſdem Willibaldi. *Deus*, inquit Willibaldus, *ſuum dignatus eſt ſeruum* Bonifacium *quadrageſimo peregrinationis eius anno reuolute glorificare, qui & Incarnationis Domini ſeptingenteſimus & quinquageſimus-quintus cum Indictione octaua comparatur. Sedit autem in Epiſcopatu annos 36. menſes ſex, & dies ſex, & ſic, ordine ſupradicto, die Nonarum Iunij, Martyrij triumpho remuneratus, migrauit ad Dominum.* Willibaldo ſic adſtipulatur Othlonus. *Habuit S. Bonifacius in Epiſcopatu annos* XXXVI. *menſes* VI. *& dies* VI. *Paſſus eſt vnà cum ſociis, Nonis Iunij, anno ſcilicet peregrinationis ſuæ* XL. *ſed Incarnationis Domini ſeptingenteſimo quinquageſimo-quinto.* Lege quæ ſcripta ſunt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum decimum-quintum [b], quo Bonifacius, tunc Winfridus dictus, in Franciam primùm venit. Illic multa reperies, quæ peregrinationem illo anno à Winfrido ſeu Bonifacio inchoatam ſic oſtendunt, vt eius mortem, quam Willibaldus & Othlonus quadrageſimo pòſt anno conſignant, in annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quintum & in octauam Indictionem incidiſſe declarent. Lege etiam ad annos Chriſti ſeptingenteſimum decimum-octauum [c] & ſeptingenteſimum viceſimum-tertium [d], quæ de Winfridi ſeu Bonifacij Epiſcopatu ſcripta ſunt. Willibaldus enim & Othlonus, cùm annos ſex & triginta, menſes ſex, dieſque totidem in Epiſcopatu

[b] Nu. 62. & ſeqq.
[c] Num. 18.
[d] Num. 13.

AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

patu Bonifacio tribuunt, Epiſcopatum pro concionandi munere impropriè vſurpant, & Bonifacium Epiſcopum dicunt ab vltimo Nouembris die, anni poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimi decimi-octaui, quo quidem die non ordinatus eſt Epiſcopus, ſed præco Chriſtianæ fidei Legatúſque Sedis Apoſtolicæ creatus eſt, vt auctoritate Apoſtolicâ gentibus, quibus Chriſtus nondum annunciatus, Euangelium prædicaret, ipſúmque concionandi officium adimpleret, quod eſt inter præcipua Epiſcopi munia atque interdum Apoſtolatus appellatur. Hæc ad Chronologiam. De ipſo Martyrio nunc diſſerendum.

CXXI. IN FRISIA. Bonifacius, vt Willibaldus in eius vita ſcribit, *poſtquàm fidei per Freſiam illuxerat ſplendor, & felix ſanctæ huius vitæ appropinquaret finis, iam quidem ſecus ripam fluminis, quod dicitur Bordne, quod eſt in confinibus eorum, qui ruſticâ dicuntur linguâ, Oſter & Weſter, ſuorum tamen ſtipatus clientum numero erexit tentoria. Sed quia feſtum Confirmationis Neophitorum & nuper baptizatorum ab Epiſcopo impoſitionis & Confirmationis populo prædixerat, iam longè latéque diſperſo, reuerſus eſt domum, vt ſecundùm definitam ſententiam Sancti Epiſcopi, vniuerſi prædeſtinato Confirmationis eorum die præſentarentur. Cùm autem prædictus dies illuxiſſet, & Aurora lucis orto iam Sole prorumperet; tunc etiam verſâ vice pro amicis inimici, & noui denique lictores pro nouitiis fidei cultoribus aduenerant, hoſtiúmque ingens in caſtra vibrantibus armis haſtata atque ſcutata irruerat multitudo. Tunc repentè ex aduerſo pueri è caſtris proſilientes vtrobique ſe armis impetunt, & Sanctos contra inſenſatum, poſtmodum Martyres, furentis populi exercitum defendere geſtiunt. Sed vir Dei ſtatim audito tumultuantis turbæ impetu, accerſitò ad ſe Clericorum choro, ſumptis Sanctorum Reliquiis, quas ſecum indeſinenter habere conſueuerat, ex tentorio procedit, & confeſtim increpando, pueris pugnæ interdixit certamen, dicens. Ceſſate pueri à conflictu, pugnaque deponite bellum, quoniam Scripturæ teſtimonio veraciter erudimur, ne malum pro malo, ſed etiam bona pro malis reddamus. Iam enim diu optatus eſt dies, & ſpontaneum reſolutionis noſtræ tempus imminet. Confortamini igitur in Domino, & permiſſionis ſuæ gratiam gratanter ſufferte, ſperate in eum, & liberabit animas veſtras. Sed & adſtantes tam Presbyteros quàm etiam Diacones, inferioríſque ordinis viros, Dei ſubditos ſeruitio, patris admonens voce, ait. Viri fratres, forti eſtote animo, & ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, quorum animam manentem ſine fine necare non poſſunt. Sed gaudete in Domino, & ſpei veſtræ ancoram in eum defigite, quia extemplò perpetuò reddet vobis remunerationis mercedem, & cæleſtis aulæ ſedem cum ſupernis Angelorum ciuibus condonabit. Nolite vos vana huius mundi delectationi ſubiicere, caducis gentilium adulationibus delectari, ſed ſubitaneum hic conſtanter ſubite mortis articulum, vt regnare cum Chriſto poſſitis in æuum. Cúmque tali doctrina hortamento diſcipulos ad coronam Martyrij affabiliter incitaret, confeſtim ſuper eos furens paganorum tumultus, cum gladiis cunctâque militiæ armaturâ irruit, & felici Sanctorum cæde corpora cruentauit.*

CXXII. Hæc igitur occaſio fuit Martyrij. Bonifacius, poſteaquàm plurimos baptizaſſet, ipſos Sacramento Confirmationis initiare voluit. Et quia magna illorum erat multitudo, in patentibus campis ei myſterio dandam iudicauit operam. Atque vt ordine ac modo fierent omnia commodiore, diem ei rei certum præſtituit, idque tempus cum loco in quem conueniendum eſſet, longè ac latè omnibus promulgari curauit. Pagani autem ad illum locum die conſtituto accurrerunt, & Bonifacium eiúſque ſocios interfecerunt, vt ex Willibaldo proximè relatum.

CXXIII. Vbbo Emmius hodiernam Friſiam Occidentalem tres in partes diuidit. Duas, de quibus agendum nobis fuit, Oſtergoam videlicet & Weſtergoam Tomo ſuperiore [a] iam deſcripſimus. Alias Friſiæ partes per *Oſter & Weſter*

[a] An. 735. n. 1. & 734. n. 21.

AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

[a] Continuat. Fredegarij c. 109.
* Dockum.
* Leuwaerſden.

ſiue vt alia editio habet, per *Oſtor & Weſteribe* non deſignat Willibaldus; olim *Oſterreich* & *Weſterreich*, hodie *Ooſtergow* & *Weſtergow*. Has duas partes dirimebat amnis Burdo, vulgò *Bordne* & *Borthne*. Francos *ſuper Burdone* [a] *fluuio* caſtra poſuiſſe diximus regnante Theodorico Quarto, cùm bellum non tantùm in Weſtergoa ſeu Veſtrachia ſed etiam in Oſtergoa ſiue Auſtrachia geſſerunt. In Oſtergoam vſque penetrauit Bonifacius; Martyriúmque ſubiit Nonis Iuniis, in loco qui tunc dicebatur *Dockinge & Dorckinckirica*, nunc autem Doccumum * ſeu Doccomium vel Dokomium hodiernæ Leowardienſis * Diœceſis ad prædictum Burdonem amnem oppidum inſigne.

CXXIV.

CVM EOBANO CHOREPISCOPO,

ATHALARIO EP. ERPHESFORD.

[b] Molan. d. 5. Iun. n. 2.

ET PRESBYTERIS, DIACONIS AC MONACHIS.

[c] Num. 275.
[d] Ad ann. 742. 743. 746. 752.

E Martyribus, qui paſſi ſunt cum Bonifacio, ſolos vndecim enumerat Willibaldus, plures Othlonus non recenſet, Eobanum Chorepiſcopum Vltraiectinum, Presbyteros tres, totidem Diaconos, ac Monachos quatuor. Socios autem Martyrij multò plures, atque etiam vltra quinquaginta fuiſſe comperimus ex epitome ſubiecta Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Venerabilis Bedæ, ex vita Sancti Lebuini & ex Menologio Benedictino. In hoc poſtremo opere Gabriel Bucelinus duos habet & quinquaginta, Epiſcopum enim addit Adelarium & Hildebrandum Monachum cum aliis quoque Monachis *nouem & triginta*. In Eccleſia Vltraiectina Nonis Iuniis, hæc olim legebatur [b] Collecta. *Deus, qui multitudinem populorum, deuotâ Sanctorum tuorum, Bonifacij, Eobani, atque Athalarij, & ſociorum eorum inſtantiâ, ad agnitionem tui nominis vocare dignatus es, concede propitius; vt quorum ſolennia colimus, eorum apud te patrocinia ſentiamus.* Tres hoſce ſolos in illa Collecta diſtinctè, ceteros collectiuè nominatos obſerua, quia tres hi fuerunt Epiſcopi, alij Presbyteri, Diaconi, Monachi. De Bonifacij Pontificatu multa diuerſis locis dicta ſunt. Eobanus ſeu Cœbaneus Chorepiſcopus erat Vltraiectinus, vt ſenectutem Bonifacij ſubleuaret, & Epiſcopale miniſterium impleret, ab eodem Bonifacio ſubſtitutus. Lege quæ ſcripta ſunt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſecundum [c]. Athalarius ſiue Adelarius Epiſcopus erat Erphesfordienſis, de quo non ſemel locuti ſumus [d].

CXXV.

[e] Not. 54. in vit. S. Bonifac.
[f] Num. 49.

EIVS SCRIPTA.

[g] Secul. 2. Benedict. ad an. circ. 656. d. 12. Nouemb.

Bonifacius vixit annos duntaxat quatuor & ſeptuaginta, ſi quarto anno poſt ſuſceptum Presbyteratûs Ordinem, vt Serarius [e] opinatur, in Franciam primùm venit. Vixit autem annos octoginta, ſi benè ſuper illius ætate ad annum Chriſti ſeptingenteſimum viceſimum-ſecundum [f] ratiocinati ſumus. Scripſit varias epiſtolas, quas idem Serarius notis illuſtrauit publicauítque. Scripſit quoque vitam ac Martyrium Sancti Liuini, ſi fides eſt eidem Serario. Sed hoc opus alterius Bonifacij videtur, vt Ioannes *Mabillon* [g] in obſeruationibus, quas eidem lucubrationi præfixit, eruditè iam notauit. Bonifacius enim Martyr, qui Pontificatum Moguntinum geſſit, licèt iuxta noſtros calculos octogeſimum ætatis annum attigerit, pueritiam vix agebat, cùm Sancti Liuini, qui Martyrium anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-primo paſſus eſt, diſcipuli ſupererant, quorum rogatu lachrymíſque ſe prouocatum ad ſcribendum teſtatur Auctor vitæ Sancti Liuini.

CXXVI.

AVCTORES CÆDIS A DEO PVNIVNTVR.

Auctores cædis illatæ Sancto Bonifacio diuinam mox vltionem experti ſunt, de qua ſic Willibaldus. *Mortali iuſtorum multatâ carne; tripudians gentilium turba victricem ſuæ damnationis prædam arripuit, caſtráque depopulans manubias diripiendo impertiuit. Sed & thecas, quibus multa inerant librorum volumina, & Reliquiarum capſas abſtulit, magnum eſſe ibi tam auri argentique copiam credens, ad naues, quibus quotidianus inerat Clericorum ac puerorum victus, & aliquantulum adhuc reſiduum eiuſdem ſtipendij vinum, obſeratis, vt erant, vaſculorum clauſtris aſportauit, ac repentè adamati comperto liquoris hauſtu, cœpit guloſam ventris ſatiare ingluuiem, & vino madidum inebriare ſtomachum, tandémque de acceptis prædæ ſpoliis, inito conſilio, mirabili Omnipotentis Dei diſpoſitione, tractare, & qualiter non*

viſum quidem aurum vel argentum inter ſe inuicem diſpertiretur, conſulere. Cúmque prolixiùs de tanta pecuniarum æſtimatione ſermocinarentur, iam iamque iurgiorum diſceptatio exarta eſt, & tanta diſcordia demùm inimicitia inchoata, vt furore etiam veſania inſaniens turba in duas diuiſa eſt factiones, & ad extremum arma quibus Sanctos anteà Martyres iugularunt, in ſeipſos crudeliter pugnando verterunt. Tunc itaque maximâ inſanientis turbæ parte proſtratâ, iam qui ſuperuixerant ad lucrum animarum, vitæque damna acquiſitum, iacentibus aduerſariis, qui ſuper ſibi deſiderato cupiditatis theſauro obſiſtebant, gaudentes cucurrerunt, & confractis librorum repoſitoriis, pro auro volumina, pro argento diuinæ Scripturæ chartas repererunt. Sícque pretioſa auri argentique pretio priuati, Codices, quos inuenerunt, alias per campi planitiem diſperſerunt, alias paludum arundineto inferentes, alios etiam in diuerſis quibuſcumque lacis abſcondentes proiecerunt. Sed tam Omnipotentis gratiâ quàm etiam precibus Sancti Bonifacij Summi Pontificis, id eſt, Archiepiſcopi, *atque Martyris illæſi & intemerati, magno poſteà dilapſo temporis ſpatia inuenti ſunt, & ad domum, in qua vſque hodie animarum proſunt ſaluti, à ſingulis quibuſque inuentoribus remiſſi. Carnifices autem ſuper æſtimata amiſſione pecuniæ contriſtati, domum reuerſi, maius domeſticarum rerum, poſt trium inducias dierum, damnum, ſed & vitæ diſpendium, mortis recepto talione perceperunt, quia omnipotens mundi conditor ac reformator vlciſci ſe voluit de inimicis, & fuſum per ſe Sanctorum ſanguinem, conſueta miſericordia zelo puniri, ac diu protelatam idolorum cultoribus iram noua recentis malitia furore publicè oſtendere. Cúmque improuiſa Sanctorum Martyrum temporalis interemptio per pagas ac vicos omnémque prouinciam volitaret, repentè Chriſtiani corporali compertâ Martyrum morte, maximam congregantes expeditionem exercitûs confinium terminos prompti poſtmodum futuræ vltionis bellatores expetunt, & reuolutâ ſupradictâ dierum ſupputatione, infidelium ſoſpites ſed indeuoti hoſpites aggrediuntur terram, ac paganos eis è diuerſo obuiantes ingenti ſtrage proſtrauerunt. Sed quia pagani primo populi Chriſtiani impetui obſiſtere non valebant, in fugam verſi magnâ etiam clade corruerunt, & terga vertentes, vitam ſimul cum inteſtina eorum ſupellectili & hæredibus perdiderunt. Sícque Chriſtiani, ſuperſtitioſorum tam vxoribus, quàm etiam filiis, necnon ſeruis & ancillis deprædatis, ad propria redierunt. Fítque modo mirabili, vt ſuperſtites gentilium accolæ præſentibus confracti malis, æterna potiùs tormenta fidei fulgore illuminati deuitarent, & præfati Antiſtitis doctrinæ documentum, quod eo viuente renuerunt, etiam moriente diuinæ increpationis moderamine perterriti ſuſceperunt.*

In ea regione dominabatur Radbodus iunior, qui, quoniam venit in CXXVII.
ſuſpicionem concitatæ multitudinis, ſolum vertere coactus eſt. Qua de re ſic
Vbbo Emmius [a]. *Pipini Præfectus, qui in Orientali Friſia circa Amaſum * tunc* [a] Lib. 4.
fortè erat, ſiue Friſius is fuerit ſiue Francus (id enim non conſtat) audito facinare * L'Emi.
atroci, in vindictam iuſtâ irâ excandeſcens cum valida manu Lauicam fluuium RADBODVS
tranſiit, cohortémque illam nefariam latronum, quæ à multa cæde ſupererat, FRISIORVM
vniuerſam propè ferro perdidit; reliquas, qui primum impetum effugerunt, PRINCEPS
extorres proprio ſolo exegit. Et quia ad Radbodum iuniorem, qui apud ami- FVGIT IN
tam Danorum Reginam à teneris educatus, impietatis venenum penitus hauſe- DANIAM.
rat, eámque Friſiæ partem quæ ad occaſum Lauicæ amnis eſt, Princeps moderabatur, ſuſpicio concitatæ multitudinis pertinebat, is quoque aut eiectus armis, aut conſcientiâ vrgente, quòd pœnam grauiorem formidaret, ſponte profugiens in Saxoniam ad Witichindum & Albigonem propinquos ſuos, ab iis porrò in Danos ſe recepit, multóque illic tempore exul manſit. Sic Sanctorum ſanguini CX XVII.
iuſto ſontium ſupplicia vbique parentatum.

Quomodò Reliquiæ Sancti Bonifacij Martyris ex agro Dokomienſi hoc S. BONIFACIVS E LOCO
eodem anno tranſlatæ ſint ad Fuldenſe Monaſterium, ſic exponit Willi- MARTYRII
baldus. *Corpus beati Pontificis proſperis velis ventorúmque flatibus trans fre-* TRANSFERTVR.
tum, quod dicitur Ælmere, & aliorum Martyrum poſt dies non multas perduc-

AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

VETRAIECTVM,

tum eſt ad ſupradictam vrbem, quæ dicitur Trieth, ibique conditum ac ſepultum, donec Maguntiâ religioſi & fideles in Domino fratres à Lullo Epiſcopo, ſucceſſore quidem huius ſancti Pontificis & Martyris Chriſti, directi nauigio ad perducendum beati viri cadauer ad Monaſterium, quod eo viuente conſtruxerat, & ſecus ripam fluminis, quod dicitur Fulda, ſitum eſt; aduenerunt. Quorum vnus, qui & author itineris comitatûsque aliorum extiterat, ſingularem ſanctimoniæ ac priuatam caſtimoniæ continentiaque gerebat vitam, nomine Hadto, cui priuatim præfatus Præſul Legationis huius nuncium, Sanctique corporis aduectionem, cum fratribus ſecum proficiſcentibus, impoſuit, vt maior ſanctæ reuerentiæ viro deuotionis impenderetur honor, & plurimorum ampliùs teſtificatio in his, quæ auditu vel viſu perciperent, præualeret. Cúmque honorabiles tam ſanctæ conſocietatis fratres ad prædictam vrbem peruenirent, tunc quippe aliquantula obuiam eius populi erat congregata collectio, eius denique vrbis Præfecti, eis audientibus, quemadmodum à glorioſo Rege Pippino exiuit edictum, intonuit interdictum, & ne inde prædicti Pontificis corpus amoueretur, indictum eſt. Sed quia Omnipotentis magis quàm hominum conualeſcit fortitudo, mirabile ſtatim ac memorabile cunctis aſtantibus Angelicâ magis quàm humanâ peractum cognitione auditum eſt miraculum, Eccleſiaque cloceum (aliis gloccum, clocca, glogga & glocca) *in ſignum admonitionis Sancti corporis, humanâ non contingente manu, commotum eſt, itaut omnes repentino timoris pauore percuſſi maximo timore obſtupuiſſent, & iuſſi huius reddendum eſſe corpus proclamarent. Sícque ſtatim redditum eſt corpus, & à prædictis ſanctæ recordationis fratribus cum Pſalmis Hymníſque honorificè ablatum, ac ſine remigantium labore triceſimâ obitûs ſui die perductum eſt ad ciuitatem ſupradictam Moguntiam, mirâque Dei Omnipotentis prouidentiâ factum eſt, vt vno eodémque die, ſine ſtatuto prædiffinitionis die, tam Legati Sanctum deferentes corpus, quàm etiam de longinquis longè latéque regionibus multi virorum ac mulierum fidelium ad tanti viri mortis obſequia conuenerint. Sed & ſupradictus Dominus Antiſtes tam venerandæ dignitatis ſucceſſor, qui Regali, illo tempore, præſens erat Palatio, huius omnino ignarus cauſæ, aduentûs Sancti corporis inſcius, ad ciuitatem quam prædiximus, veluti ſub vno eodémque hora momento peruenit, tantáque omnibus aliunde aduenientibus vel etiam eiuſdem vrbis ciuibus & doloris incubuerat mæſtitia, & gaudij exuperabat lætitia; vt etiam tanti perfectâ Pontificis temporaneâ morte corporis, & amiſſum carnaliter dolerent, & futurum ſibi ſuíſque impoſterum perpetualiter Patronum crederent. Quapropter geminis his cauſis exiſtentibus compuncti cordibus cum Presbyteris & Diaconibus omníque gradu Eccleſiaſtico, ad eum, quem viuens prædeſtinauerat, locum perduxerunt, & nouo in Eccleſia confecto ſarcofago, ex more ſepelientes poſuerunt, omnibúſque peractis redierunt, & fidei robore confortati ad propria peruenerunt.*

DEINDE MOGVNTIAM,

CXXIX. VBI SERVANTVR EIVS EXTA;

Moguntiæ, priuſquàm inde Fuldam transferretur, Serarius exenteratum ſuſpicatur Sancti Bonifacij corpus, exta certè in illa ciuitate ſeruantur in Eccleſia Sancti Ioannis; eorúmque tumulum vetuſtate iam deformatum renouauit anno Chriſti milleſimo treceenteſimo quinquageſimoſeptimo Gerlacus Archiepiſcopus, vt apud eundem Serarium [a] docent hi verſus.

[a] Not. 47. in vit. S. Bonifac.

Anno milleno, Saluatoríſque triceno
Ac quinquageno ſepteno Præſul amœno
Gerlacus flore renouans tumbam ſub honore,
Quâ ſunt intexta Bonifacî Præſulis exta.
Nunc ibi condigna clareſcunt calica ſigna.

CXXX. Eundem tumulum Decanus illius Eccleſiæ Stephanus Weberus poſt annos plurimos clathris ferreis ac picturis exornauit, additis quoque nouis atque elegantioribus hiſce verſibus, quos etiam refert prælaudatus Auctor.

Quàm diuerſa hominum contentia! Friſo parentem
Occidit, caſum geſtit habere Mogus.
Corpus habere nequit, ſpirantia ſuſcipit exta,
Spiret vt hîc pietas Præſulis, atque fides.

Fuldenſi Monaſterio, cùm Sancti Bonifacij corpus illuc delatum eſt, præerat Abbas Sturmio ſeu Sturmi vel Sturmius, in cuius vita hæc leguntur apud Ægilem illius diſcipulum. *Quo audito*, nempe quòd Reliquiæ beati Martyris Vltraiecto Moguntiam per alueum Rheni tranſportarentur, *Sturmi de Fulda, Cænobio in eremo conſtituto, cum feſtinatione obuiam venire curauit, & cum eis*, qui Sanctum Martyrem transferebant, *pariter perrexit, donec proſpero & leni tranſita ad Moguntiam vrbem peruenerunt. Sacerdotes ſtatim & omnis Clerus vrbis illius accedentes, Sancti Martyris corpus aſſumentes, in Baſilicam ſuam cum honore poſuerunt. Vniuerſi tunc Sacerdotes & Clerici & populus omnis canſonâ pariter voce dicebant fas non eſſe, vt Sancti Dei Martyres alium deferantur in locum, ſed vbi Epiſcopalem Sedem viuens habuit, ibi etiam apertere eum corpore quieſcere. Inſuper etiam de Palatio à Rege nuntius venit, qui dicit Regem imperaſſe, vt Sancti Martyris corpus in ciuitate eadem, ſi ipſius eſſet voluntas, poneretur. Sturmi verò, & qui cum eo de eremo conuenerunt, canſtanter dixerunt, quòd Sanctus Epiſcopus plerumque apud eos manens, & locum eis, vbi corpus ſuum poſuiſſent, demonſtrarit, & quàd abſque dubia ibi in ſolitudine voluiſſet corpore quieſcere. Intereà verò, dum in hunc modum contenderent, & Lullus Epiſcopus ciuitatis illius omnimodis voluiſſet prohibere, ne beati Martyris corpus ad ſolitudinem perueniret, nocte per viſionem cuidam Diacono Sanctus aſtitit Epiſcopus, cur me inquiens, tardatis ad locum meum Fuldam deferre? ſurgite, ait, citò, & properè me in ſolitudinem, ad locum, quem mihi prædeſtinauit Deus, perducite. Qui conſurgens viſionis, qua ei fuerat oſtenſa, ordinem, primà Sturmi, deinde Primatibus cunctis, narrauit. Nimio tunc omnes terrore correpti, vltrà Sancti Martyris inde tranſitum contradicere timuerunt. Lul tamen, qui illic erat Epiſcopus, reuelationem Sancti Martyris credere priùs nullatenus voluit, quàm is, qui viſionem viderat, manum ſacro altari impoſuiſſet, & cum iuramento hoc quod viderat confirmaſſet. Tum verò ſecundùm Domini potentiam, cuius voluntati contrairi non poteſt, beati Martyris corpus cum ſummò honore leuatum eſt, atque cum ſpiritali carmine ad flumen portatum, & naui impoſitum, & vſqua ad Hohheim villam, quæ in ripa Moyn fluminis conſiſtit, nauigio tranſuectum eſt. Inde verò poſt dies paucos, id eſt, triceſimo paſſionis eius die, ad Cænobium Fuldam, ſanctum Sacerdotis deportauerunt cadauer, & in nauum ſepulchrum poſuerunt. Poſterâ die Lullus Epiſcopus cum Clericis & reliqua turba, cum qua venerat, inde migrauit. Venerandus tunc Sturmi Abbas cum ſuis fratribus Chriſto gratias referebant, quòd tantum Patronum, S. videlicet Banifacium, Deì Martyrem, iuxta ſe habere meruerunt. Cæpit deinde poſt aduentum Sancti Martyris ſanctus & electus à Dea creſcere locus, & magnus apud omnes haberi, & Monaſterium augeri, vtpote quoniam multi nobiles certatim & concitè properantes, ſa ſuáque omnia ibi Domino tradiderunt. Sic cottidie ſanctus Monachorum numerus creſcens in Domino canfortabatur, & ſancta conuerſationis diſciplinam indefeſſâ & inceſſabili perſeuerantiâ fratres ibi Domino ſeruientes tenuerunt.* POSTREMO FVLDAM,

Certamen Moguntiæ poſt Reliquiarum ſuſceptionem exortum, viſionémque Diacono, quem Otpertum vocat, oſtenſam non omiſit Othlonus in vita Sancti Bonifacij. *Suſcepta theſauri tanti pignore, fuerant plurimi in vrbe Moguncíacenſi, qui cenſebant illic ſepeliendum eſſa Sancti viri corpus, vbi erat Epiſcopus, affirmantes huiuſmodi ius eſſe omnium Eccleſiarum, vt quo quis loco Sedem Epiſcopalem habuerit, illic quoque ſepeliendus ſit. In tantùm autem quorundam illud affirmantium praualuit certamen, vt penè eorum conſilio Sanctus Lullus conſentiret, niſi cuidam venerabili Diacono, qui dicebatur Ot-*

AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

pertus, apparuiſſet Sanctus Bonifacius dicens. Dic Epiſcopo Lullo, vt corpus meum abſque omni ambiguitate ad Monaſterij mei locum transferat. Cúmque hanc iuſſionem multi audientes minimè crederent, Præſul Lullus, allatis Sanctorum Reliquiis, iuſſit Otpertum probare iurando, ſi vera eſſet eius viſio. At ille nihil dubitans iuſſa implenit, viſionem iurando probauit. Quod cùm factum fuiſſet, omnes non ſolùm ea, quæ priùs renuerant, de Sancti corporis Tranſlatione fieri conſenſerunt, ſed etiam adiutores eſſe cœperunt in his, quæ huiuſmodi cauſa poſcebat.

CXXXII. Diſſimulare hoc loco non poſſumus à Willibaldo & Ægile ſuprà citatis nunnulla de Sancti Bonifacij Tranſlatione narrari, quæ difficultate non carent egéntque interpretatione. Apud Willibaldum Sancti Bonifacij corpus è loco Martyrij Traiectum ad Rhenum deuehitur, ibíque mandatur ſepulturæ; Lullus Archiepiſcopus Moguntinus accepto rerum in Friſia geſtarum nuncio Vltraiectum Oratores mittit, qui ſacras Martyris exuuias Fuldam tranſportandas repoſcant; illi perhumaniter ab Vltraiectinis ſuſcipiuntur, ſed vrbis Præfectus, ne votorum compotes fiant, intercedit allato Pippini Regis edicto. *Eius vrbis Præfecti*, ait Willibaldus, *eis*, Lulli videlicet Oratoribus, *audientibus, quemadmodum à glorioſo Rege Pippino exiuit edictum, intonuit interdictum, & ne inde prædicti Pontificis corpus amoueretur, indictum eſt:* Othlonus, nullâ Præfecti mentione factâ, ciues Vltraiectinos affirmat teſtatos *à Rege Pipino iuſſum fuiſſe, ne corpus Sancti Bonifacij inde auferretur*, addítque Legatos *hoc magis fictum quàm verum* arbitratos eſſe. Duo procul à vero videntur, reſcriptum Pippini Regis, quo S. Bonifacij corpus, Vltraiecti iam ſepultum, aliò transferri vetabat, in manus Vltraiectini Præfecti veniſſe, Moguntinis Oratoribus nondum appulſis, ídque iiſdem pòſt Oratoribus ſignificatum triceſimo poſt S. Bonifacij Martyrium die nondum reuoluto. Tunc à Friſia Pippinus aberat itinere longiſſimo, bello enim Longobardico implicatus in Italiæ finibus aut in ipſa verſabatur Italia. Quapropter rem ſic actam putamus, vt Præfectus Vltraiectinus ciuéſque nequaquam cauſati ſint Pippini Regis edictum ſibi tranſmiſſum, quo cauebatur, ne Sancti Bonifacij corpus Vltraiecto transferretur, ſed auectionis differendæ cauſam tantùm hanc prætenderint, quòd ſuper eo negotio mentem Pippini Regis priùs explorare vellent. At Deus voluntatem ſuam inter hæc inſigni miraculo patefecit, & cedentibus Vltraiectinis Moguntini Reliquias Martyris in ſuam ciuitatem nauigio tranſportarunt. Ruſſum hìc occurrit difficultas. Willibaldus enim & Othlonus corpus Sancti Bonifacij triceſimo poſt necem die Moguntiam perductum, ſub eodémque horæ momento Lullum è Regio Palatio reuerſum ſcribunt. Corpus S. Bonifacij triceſimo poſt Martyrium die Moguntiam perduci potuit. At Lullum, poſtquàm Legatos Vltraiectum tranſmiſit, ad Comitatum Regium iuiſſe, atque inde Moguntiam intra triceſimum à S. Bonifacij Martyrio diem rediiſſe non credimus. Willibaldum ſuprà deſcripſimus. Othlonus ſic habet. *Venerandus Præſul Lullus, qui Legatis tranſmiſſis mox ad Regiam curiam properabat, ipſo die, licèt ignarus de ſuorum reditu Sanctíque corporis aduentu, ſimul aduenit.* Menſe Iunio longiùs aberat à Diœceſi Moguntina Pippinus, quàm vt à Lullo Archiepiſcopo tam citò conuentus cenſeatur. Per Palatium igitur Regale apud Willibaldum, pérque Regiam curiam apud Othlonum, non Comitatum Regium, qui tunc Alpes ſuperabat, ſed domum intellige Regiam haud procul Moguntiâ ſitam, quam Lullus tranſmiſſis Vltraiectum Oratoribus adierit. Similiter Ægil partim interpretandus, partim corrigendus. Eo quo Willibaldus eſt exponendus modo, cùm quod ille Vltraiecti ab illius vrbis Præfecto dictum factúmue affirmauit, attribuit nuncio ex aula Regia Moguntiam profecto. Longiùs aberat à ciuitate Moguntiacenſi Pippinus, quàm vt tam citò & à Moguntinis conſuli, & ſuam eis mentem per Nuncium ſignificare poſſet. Moguntia-

AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

cenſes, cùm ſacras Bonifacij Martyris exuuias ſeruare ſummoperè deſiderarent, morarum cauſas excogitarunt quaſcumque potuerunt, ne theſauro tam inſigni priuarentur. Prima & potentiſſima ſe obtulit ratio, quòd Bonifacius Archiepiſcopatum Moguntiacenſem geſſiſſet. Obiecerunt Fuldenſes id ipſius Bonifacij voluntati repugnare. Flagrante magis contentione æquum viſum eſt, vt Rex ea de re certior fieret. Interim oſtenſa Diacono quæ litem diremit viſio. Illius mentionem non facit Willibaldus, fecit Otblonus, quem obiter nota non Willibaldi modo ſed etiam Ægilis vſum lucubratione. Pugnant inter ſe Willibaldus & Ægil, cùm ille Reliquias S. Bonifacij Moguntiam, hic Fuldam triceſimo poſt Martyrium die delatas ſcribit. Willibaldus potiorem quàm Ægil hoc loco fidem videtur mereri.

CXXXIII. VBI TVNC ABBAS STVRMIVS.

Præter Auctores iam citatos, qui Sanctum Bonifacium in Fuldenſi Monaſterio à Sturmio illius loci tunc Abbate tumulatum teſtantur, audi Sanctum Ludgerum in beati Gregorij vita. *Sturmi venerabilis Abbas, vnus ex numero illo electorum Dei, quantùm profecerit in eremo ſua poſt Martyrium Sancti Magiſtri, Bocanna ſylua in teſtimonio eſt, quæ priùs omnimodis inculta erat, ac deſertum, nunc autem ab Oriente vſque ad Occidentem, à Septentrione vſque ad Meridiem, Eccleſiis Dei & electis palmitibus Monachorum repleta eſt. Qui etiam Sturmi Abbas hoc meruit priuilegium à Deo & Sancto Magiſtro, præ condiſcipulis ſuis; vt ipſum locum, quem Magiſter Sanctus elegit ad ſepulturam corpori ſuo, poſſidere mereretur, & initiare, & Sanctum corpus eius martyrizatum in eodem ſuſpicere.* Lege & Browerum libro tertio [a] Antiquitatum Fuldenſium. Anonymus Gemmelacenſis, cuius varia fragmenta Dacherius & Mabillonus in elogio Hiſtorico Sancti Lulli publicarunt [b] originem diſcordiarum, quæ Lullum inter ac Sturmium interceſſerunt, ex ipſa Bonifacij Martyris Tranſlatione natam contendit, aítque Sturmium beneuolentiam, quâ Lullus Fuldenſem Congregationem proſequebatur, ſiniſtrè interpretatum eſſe, ſuíſque ſermonibus animos Fratrum à Pontifice multùm alienaſſe, atque inde factum, vt Lullus poſthabitâ Fuldâ operam omnem amplificando ac nobilitando Herſfeldenſi Monaſterio nauaret. *His*, inquit, *rebus benè ex ſententia geſtis*, id eſt, corpore Bonifacij Martyris Fuldam delato, *Archiepiſcopus omnem operam ſuam in locum ipſum*, ſiue in Fuldenſe Monaſterium, *intendit. Nam Sturmio quidam nomine tunc præerat Monaſterio, vir excellentis ingenij, ac prædicandæ ſanctitatis, ſed vehementis nimiùm ac ferocis naturæ. Is animum fratrum ſollicitabat, commonens hanc Pontificis Lulli circa ſe gratiam aliorſum ſpectare, quàm ipſi opinarentur. His atque huiuſmodi ſermonibus à beato Lullo animos fratrum alienauit, & nihil ſuſpicanti non mediocrem inuidiam conflauit. Prætereà non mediocri tædio iam viri Dei afficiebatur animus, cùm videret tot tantóſque labores ſuos incaſſum effluere, beneficiis inuidiam non extingui; extremæ verò dementiæ eſſe, huic loco tantas rerum impenſas ſine fructu inſumere, quibus alio in loco perenne deuotionis ſuæ monumentum poſſit extruere.* Et paulò pòſt. *Locus autem Herueldenſis* ſiue Herſfeldenſis, *tradente beato Bonifacio in perpetuum ceſſit Sancto Lullo, qui iam tunc forſitan conſtruendi illic Monaſterij deſiderium animo conceperat. In hunc ergo locum omnes copias ſuas dedit, ac opere egit ſucciſis profuſiùs arbuſtis, vt amplioris Monaſterij fratribus laxans ſpatium, ipſúmque cultioribus * ædificiis exſtruere aggreſſus ſit, breuíque tempore Herueldenſe nomen in immenſum gloriæ ac magnitudinis culmen euaſit. Cùm autem beatus Lullus ab exordio iacti fundamenti Eccleſiam Monaſterij beatis Apoſtolis Simoni & Thadæo attitulaſſet, Angelicâ in ſomnis voce eſt admonitus, vt corpus beati Wicberti eò transferret.* Non defuerunt Scriptores, qui literis vitam Sancti Sturmij commendarent, & Lullum totius ſimultatis authorem reúmque dicerent. Ea de re ſæpiùs agemus, Sanctique Wigberchti Tranſlationem non omittemus ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum-ſeptimum, quo facta eſt.

[a] Cap. 4.

[b] Tom. 2. Sec. 3. Benedict. a. 787.

* cultoribus

AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

E Sanċti Bonifacij libris, qui ad venerationem in Fuldenſi ſacrario ſunt expoſiti, tres præcipuè ſpeċtantur, de quibus ſic Browerus libro ſecundo [a] Antiquitatum Fuldenſium.

CXXXIV. LIBRI S. BONIFACII.

[a] Cap. 9.

Prima nota in his, qui breuiore pergameno Martyrij cicatricibus lacer, Longobardicam ſcripturam refert, quo & vſus putatur Sanċtus Bonifacius, quando gladiorum caſim furentium iċtibus latus oppoſuit. Etenim gemino teċtus hic liber operimento, pro ſubtegmine corium habet inauratum, quod per varias figuras tralucens venuſtam efficit ſpeciem; ſed ita mucrone deformatam, vt à

CXXXV. VARII TRACTATVS.

ſummo ad dimidiati digiti latitudinem; atque hinc rurſus ad ſiniſtram, propriâ cicatrice veſtigia penetrent: denique hæc ſimul vulnera ferè in ſcaleni figuram cuneatim deſcendunt. Imâ quoque libri parte vibices infliċtæ, punċtim vna, caſim altera, penetrans latitudine pollicis; poſtremò iċtu tranſuerſo corium & lignum operimenti diſſeċtum. Si traċtatuum huic libro inſcriptorum argumenta ſcire cupis, conſule Serarium libro tertio [b]. rerum. Moguntiacarum.

[b] Not. 48. in vit. S. Boniфac.

CXXXVI. HARMONIA EVANGELISTARVM.

Alter Codex folio ſtriċto palmi vix latitudinem exæquans, harmoniam Euangeliſtarum, & eius canonem per tabulas & numeros in fronte monſtrat, omnia maiuſculis & ſemiuncialibus fermè literis, niſi quòd ad epiſtolam Sanċti Iacobi exiliore & mirè cotenatâ ſcripturâ annotationes & gloſſæ leguntur, chirographo, vti Browerus exiſtimat, *ipſius Martyris* Bonifacij.

CXXXVII. CODEX EVANGELIORVM.

Tertius liber eſt Euangeliorum in oċtaua breuiuſcula, hoc ſanċtior, quòd literarum ſulci, manu D. Bonifacij item impreſſi, literis ſic inuicem implexis, vt laqueos mentiantur, & plagas reticulorum. Ad calcem libri inſignis atteſtatio, aureo charaċtere rotundæ manûs, hunc codicem Euangeliorum propriis Sanċti Bonifacij manibus conſcriptum; ab Eccleſia ablatum; ſed Huoggi Abbati, ab Arnulpho Imperatore reſtitutum, vt ſuo loco dicemus. Inſigne miraculum, cuius nulla prorſus apud Willibaldum mentio, ſcribit Othlonus de libro Sanċti Euangelij. *Inter eoſdem libros repertus eſt Sanċti Euangelij liber, quem beatus vir pro ſanċtitate ſua ſecum iugiter ferre ſolebat. Hic ergo quamuis gladio acuto, vt adhuc ab inſpicientibus probari valet; per medium inciſus fuerit, nullius tamen litera integritatem eâdem inciſione perdidit.* Quærit Browerus, vtrùm hic Euangeliorum Codex, de quo loquitur Othlonus, idem ſit cum prælaudato Euangeliorum libro, qui Fuldæ nunc adſeruatur, nec audet ſuper ea quæſtione pronuntiare. Suſpicatur tamen argumenti ſpecie deceptum Othlonum, qui cicatricoſum Codicem, de quo ſuprà, pro Euangelij libro ſubiecerit. Eſt enim ille ſtyli ad legendum hodie difficillimi, meritóque cenſeri poteſt oppoſitus inimicis fidei, quia inter alios traċtatus habet *teſtimonia de Patre, & Filio, & Spiritu Sanċto, Regulam fidei Catholicæ*, necnon *libellum Sanċti Ambroſij de bono mortis.* Euangelij verò Codex, quem Sanċtus Bonifacius ſuâ manu ſcripſit, & exiguus eſt, & nullius incuſſu plagæ violatus. Diuerſos fuiſſe libros facilè credimus, multos enim Codices ſemper habuit ſecúmque tulit Sanċtus Bonifacius, vt ex ipſa Martyrij Hiſtoria liquidò conſtat. In antiqua Sanċti Bonifacij vita, quam Henſchenius [c] laudat, Auċtor ſibi, ſi quid ſcribere de eo poſſet, in Friſia ſciſcitanti relatum ait *adhuc ſuperſtitem eſſe quamdam mulierem, ſed iam valdè decrepitam, quæ iureiurando aſſerebat, ſe decollationi militis Chriſti fuiſſe præſentem, dicebátque quòd cùm gladio feriendus eſſet; ſacrum Euangelij Codicem capiti ſuo impoſuerit, vt ſub eo iċtum percuſſoris acciperet, eiúſque præſidium haberet in morte, cuius leċtionem dilexerat in vita.*

[c] D. 26. Mart. in Comment. præuio vit. S. Ludgeri, n. 33.

CXXXVIII. S. EOBANVS TRANSFERTVR VLTRAIECTVM;

E loco Martyrij, non tantùm Sanċti Bonifacij corpus, ſed aliorum etiam Martyrum, qui cum eo paſſi ſunt, corpora Traieċtum ad Rhenum delata ſunt. Præ ceteris nominantur Eobanus & Athalarius Epiſcopi. Molanus [d] vtrumque Traieċti in Æde Sanċti Saluatoris depoſitum tradit. Serarius [e] ait Athalarium ſiue Adelarium Erfordiæ quieſcere in Collegiata beatæ

[d] D. 5 Iun. n. 1.

[e] Not. 29. in vit. S. Boniфac.

Virginis

AN. CH. 755.

Virginis Eccleſiæ. Admodum probabile eſt ambos ſuis vrbibus redditos, Eobanum Traiecto, Erfordiæ Adelarium; fuerunt enim, hic Epiſcopus Erfordienſis, ille Traiectenſis Chorepiſcopus.

PIPPINI R. 4.

S. ADELARIVS ERFORDIAM.

CXXXIX. EPISCOPATVS ERFORDIENSIS VNITVR MOGVNTINO.

Adelarius primus atque vltimus fuit Epiſcopus Erfordienſis, eóque mortuo Diœceſis Erfordienſis, quam illuſtria Monaſteria, Ordorfium, Fulda & Hersfelda decorabant, vnita eſt Moguntinæ. Caue autem ne hunc Adelarium ſiue Athalarium Epiſcopum Erfordienſem confundas cum Preſbytero, qui eodem quoque die Martyrium cum Sancto Bonifacio conſummauit, & Willibaldo eſt *Ethelherus*, Othlono *Adalheri*, & interpolatori Bedæ *Adelhere*.

ETHELHERVS PRESBYTER MARTYR.

CXL. POST S. BONIFACII MARTYRIVM REGIMEN EPISCOPATVS VLTRAIECTINI SVSCIPIT GREGORIVS.

In regimen Epiſcopatûs Vltraiectini Sancto Bonifacio ſucceſſit Gregorius, de quo Ludgerus eius diſcipulus ita ſcribit. *Poſt Martyrium Sancti Magiſtri* Bonifacij, *à quo per gratiam Chriſti, & meritum ſanctitatis eius, omnes confines nationes illuminatæ ſunt, ipſe quoque beatus Gregorius à Stephano Apoſtolicæ Sedis Præſule, & ab illuſtri & religioſo Rege Pippino ſuſcepit auctoritatem ſeminandi verbum Dei in Freſonia, in qua primus Sanctus Willibrordus cognomento Archiepiſcopus in conuerſione gentis illius initiauit rudimenta Chriſtianæ fidei cum diſcipulis ſuis, deinde ſeneſcente eo in opere Dei & ſtabilito Epiſcopatu in loco qui nuncupatur Traiectum, & alio nomine Wiltaburg, & migrante ad Dominum de hac luce, ſucceſſit Sanctus Bonifacius idem Archiepiſcopus & Martyr, quem oculis meis ipſe vidi candidum canitie, decrepitum ſenectute, plenum virtutibus & vita meritis. Quo tempore in eius diſcipulatu, ſicut ſuperiùs memoraui, beatus Gregorius præceptor meus ab ineunte ætate enutritus, cui & ſucceſſit pius hæres eiuſdem gentis Freſonum Paſtor & Prædicator ordinatus à Domino & à Principibus ſupradictis Eccleſiæ Dei, eâdémque charitate, quâ prædeceſſores ſui, Sanctus videlicet Willibrordus Archiepiſcopus & Confeſſor, & Bonifacius Martyr atque Archiepiſcopus, largâ & melliſluâ eruditione populum irradiauit cum Chorepiſcopo & adiutore ſuo Aluberto*, de cuius aduentu in Franciam ſuo loco dicemus.

CXLI.

Ludgerus, quia teſte Henſchenio [a], cùm Sanctus Bonifacius Martyrium ſubiit, annorum circiter decem puer erat, ob teneriorem, quam tum gerebat, ætatem viſus eſt propriis diffidere viribus, vtque potiorem ſibi fidem conciliaret, textui ſuprà recitato nomen ſenioris viri præpoſuit, à quo cuncta, quæ narraturus hoc eſſet loco, didiciſſet. *Sed & hoc*, inquit, *ſilentio minimè tegendum eſt, quod Marchelmo venerabili viro narrante, didici.* Licèt autem hac præcautione ſit vſus, excuſari tamen non poteſt, quòd Sancto Willebrordo Sanctum Bonifacium proximè ſuffecerit, in Cathedra enim Vltraiectenſi medius inter vtrumque ſedit Dadanns. Quia Sancti Willebrordus & Bonifaclus dicti ſunt Archiepiſcopi, ille Friſonum, hic Diœceſis primùm indeterminatæ, deinde Moguntiacenſis, Auctores recentiores Eccleſiam Vltraiectenſem, in qua Sanctus Willebrordus Sedem ſuam collocauit, ſedítque Sanctus Bonifacius vltimâ ſenectute, faciunt Archiepiſcopalem ſub iiſdem Sanctis Præſulibus Willebrordo & Bonifacio, Epiſcopalem verò ſub eorum ſucceſſoribus: At Antiſtitum, qui Diœceſim Vltraiectenſem octauo ſeculo rexerunt, ordo titulíque ſunt aliter diſponendi. Sanctus Willebrordus ordinatus eſt Friſonum Archiepiſcopus, Sedéque Vltraiecti fixâ vixit ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-ſecundum. Eo mortuo; Vltraiectenſis Eccleſia, cùm in tota Friſia præter eam Cathedralls alia non eſſet, ſubiici cœpit Bonifacio Archiepiſcopo tum regionario, qui Dadanum Vltraiectenſem Epiſcopum conſtituit. Anno pòſt quarto Bonifacius ex Archiepiſcopo regionario factus eſt Archiepiſcopus Moguntiacenſis. Abhinc Vltraiectenſis Eccleſia Metropoli Moguntiacenſi ſubiacuit. *Beati Petri Apoſtoli auctoritate ſancimus*, inquit Zacharias Romanus Pontifex in literis ad Bonifacium Archiepiſcopum Moguntiacenſem, *vt Eccleſia Moguntina, perpetuis tempori-*

[a] D. 26. Mart. in Commentar. præuio vitæ S. Ludgeri, §. 3.

AN. CH. *bus, tibi & ſucceſſoribus tuis, in Metropolim ſit confirmata, habens ſub ſe*
755. *has quinque ciuitates, id eſt, Tungris, Coloniam, Wormatiam, Spiratiam, &*
PIPPINI *Trectis* ſiue Vltraiectum, *& omnes Germaniæ gentes, quas tua fraterni-*
R. 4. *tas, per ſuam prædicationem, Chriſti lumen agnoſcere fecit.* Hic fuit Vltraiectenſis Eccleſiæ ſtatus, donec Colonia vetus ius Metropoliticum recuperauit.

CXLII. Olim vt Moguntia, ſic & Colonia Metropolitico iure gaudebat, illa per Germaniam primam, hæc per Germaniam ſecundam, imò Colonia ius illud aliquando per vtramque Germaniam exercuit, atque vbi de figendo Bonifacij Archiepiſcopatu conſultatum, parum abfuit quin id decoris Coloniæ tribueretur, prælata tandem poſt varias deliberationes Moguntia. Gloriam autem hanc ſibi negatam ægrè admodum ferre viſi ſunt Epiſcopi Colonienſes, quibus, vt ſuo loco dicemus, poſteà conceſſum, vt Germaniæ ſecundæ, ſicut primitus, Metropolitani fierent.

CXLIII. Gregorius, quandiu vixit, in Preſbyterij gradu permanſit, licèt admi-
PRESBYTER, niſtrationem Epiſcopatûs Vltraiectini poſt Sancti Bonifacij Martyrium geſſerit. In hac ſententia, quos ſequeremur, præuios nacti ſumus duos Auctores valdè antiquos & optimæ notæ, Ludgerum videlicet & Altfridum, quorum ille Gregorij, cuius vitam ſcripſit, diſcipulus fuit, hic eiuſdem Ludgeri, cuius quoque vitam literis commendauit, fratrem, ſororem ac diſcipulos familiariter nouit. Ludgerus Gregorij vitam ſic orditur. *Eſt mihi ſermo iſte de Domno Gregorio Abbate & Præceptore meo.* Et infrà ſic habet. *Beatus Abbas meus & Præceptor Gregorius.* In tota lucubratione Gregorium ſæpè Abbatem ſuum, ſæpè Præceptorem ſuum vocat, numquam Epiſcopum. Præceptorem ſuum dicit, quia traditus eſt in eius diſciplinam, vt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-nonum probabimus, Abbatem ſuum appellat, quia in Sancti Martini Monaſterio, de quo iam
[a] Ad an. 749. n. 49. locuti ſumus [a], Vltraiecti ſub eius Abbatis magiſterio degit. Altfridus in Sancti Ludgeri vita ſæpè mentionem Gregorij facit, à quo Ludgerus eſt eruditus, Abbatem ſemper nominat, Epiſcopum nequaquam, imò cùm de Aluberti aduentu in Friſiam loquitur, diſertis verbis Gregorium *ad gradum Epiſcopalem* non ordinatum fuiſſe, ſed *in gradu Presbyterij* perſeueraſſe ſic affirmat. *Venit intereà vir quidam venerabilis de terra Anglorum, Alubreht* ſiue Alubertus *nomine, ad Abbatem Gregorium, cupiens, Domino cooperante, plebi partis illius in doctrina prodeſſe, erant enim rudes in fide. Quem Abbas Gregorius libenter ſuſcepit, & comperto, quòd eſſet vir bonus & doctus, ſuaſit, ſibi Coepiſcopus fieret: non enim fuerat idem Gregorius ad gradum Epiſcopalem ordinatus, ſed Presbyterij perſeuerauit in gradu. Vir igitur prudens Alubertus ad hæc, vt ſcias, inquit, me cum licentia & conſilio Epiſcopi mei huc tranſmeare, mitte mecum fratres fideles ad terram, de qua egreſſus ſum, ad Epiſcopum meum, vt ab eo ordiner ego & illi: tali enim modo conſenſum præbeo. Quod Abbas Gregorius libenter audiens direxit eum, & cum eo Liudgerum,* &c.

CXLIV. Explodendus igitur Ioannes de Beka, vbi de Sanctis Bonifacio & Gre-
[b] In Epiſt. 5. gorio perperam hæc habet [b]. *Anno Domini* DCCLII. *Bonifacius inſpiratione diuinâ perpendens ſuum inſtare Martyrium ordinauit Gregorium venerabilem virum Traiectenſem Epiſcopum.* Explodendi quoque, quotquot Gregorium Epiſcopali Titulo cohoneſtant, niſi Epiſcopatum pro concionandi munere impropriè vſurpatum cenſeas, & Gregorium Epiſcopum eo dicas modo, quo Bonifacius apud Willibaldum & Othlonum Epiſcopus nuncupatur ab vltimo Nouembris die, anni poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimi decimi-octaui, quo quidem die non ordinatus eſt Epiſcopus, ſed præco Chriſtianæ fidei conſtitutus eſt, vt Euangelium prædicaret, ipſumque concionandi officium adimpleret, quod eſt inter præcipua Epiſcopi munia, atque interdum Apoſtolatus appellatur. Nam ſi propriè vis loqui,

Gregorium vel cum Henſchenio Preſbyterum & Vltraiectinæ Eccleſiæ Rectorem, vel Abbatem cum Ludgero & Altfrido voca, quia manſit in Preſbyterij gradu, nec ordinatus vnquam fuit Epiſcopus, Monaſterium autem Sancti Martini Canonicis Cœnobitalibus illuſtre gubernauit, & Epiſcopatûs Vltraiectini curam geſſit euocato in auxilium Coepiſcopo.

AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

Fuit Gregorius Albrici filius, nepos Adelæ, pronepos Dagoberti Francorum Regis. Adela poſt mariti mortem nuncium ſeculo remiſit, Palatiolum Monaſterium in Diœceſi Treuirenſi condidit rexitque. In ſuo Teſtamento, quod ad annum Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum-ſecundum [a], Theodorici Quarti Regis duodecimum recitauimus, filiam ſe dicit Dagoberti Regis, Albericum ſiue Albricum filium ſuum appellat. *Adela in Chriſto Domino ſacrata Abbatiſſa, Dagoberti Regis quondam filia.* Et paulò pòſt. *Addi volumus his prædium Scripuaſium, in pago Moſao ſitum, ad ipſius Moſæ fluminis ripam, omnéſque poſſeſſiones eiuſdem villæ, vno duntaxat quadraginta iugerum agro excepto, quem Inſula nomine appellatum iam antè dulciſſimo filio Alberico donauimus.* Ludgerus Gregorij à tenera ætate diſcipulus eundem Gregorium Albrici filium, Addulæ ſiue Adelæ Palatiolenſis Abbatiſſæ nepotem pluribus locis in ipſius Gregorij vita ſic agnoſcit. *Dum admonitus à Deo* Bonifacius *ad Haſſos & Thuringos, Orientales regiones Francorum iter agere cœpiſſet lucrandorum Deo populorum causâ, peruenit ad Palatiolum Monaſterium virginum, prope Treuiris ciuitatem, in ripa fluminis Moſellæ, cui tunc præerat Abbatiſſa, nomine Addula, religioſa valdè & timens Deum. Quæ cùm vidiſſet Athletam Dei peregrinum & egentem, gratulabunda ſuſcepit in hoſpitium ſuum implens Dominicam adhortationem, [hoſpes eram & collegiſtis me.] Cúmque ille ſacer Sanctus viator Bonifacius, ſecundùm morem ſuum, Miſſarum myſteria peregiſſet, vt propemodum omni die agere conſueuit, ſederunt ad menſam, ipſe ſcilicet & ancilla Dei Addula Abbatiſſa cum familia ſua. Cœperunt autem ad ipſum ſanctum conuiuium, pluſquàm epulas, ſolatium Sanctæ Scripturæ expetere, quo fieret fides audientium accenſa, ſpéſque & charitas renouata in Deum; qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Tunc quæſitus eſt lector, &, iuxta Dei voluntatem, inuentus eſt electus puer Gregorius, qui per idem tempus nuper à ſchola & Palatio reuerſus, ſub laico adhuc habitu, quaſi quartumdecimum, aut decimum-quintum agens ætatis annum, Dei inſtinctu venit ad auiam ſuam, id eſt, ad matrem patris ſui Albrici, ſupradictam Abbatiſſam, Deum timentem Addulam, datúſque eſt ei liber, qui acceptâ benedictione cœpit legere, & iuxta modum ætatis ſuæ benè perlegere*, &c. *Ipsâ horâ, dum compleſſet Magiſter ſanctus* Bonifacius *prædicationem ſuam*, Gregorius *nolens ab eo vltra disiungi, iuit ad auiam ſuam prædictam Abbatiſſam venerabilem Addulam, dicens ſe velle cum homine pergere, & ad diſcendos diuinos libros diſcipulatum eius ſubire. At ipſa, carnali affectu conſtricta illicò repulit eum*, &c. *Puer Gregorius in propoſito ſuo permanſit, & dixit ad Addulam auiam ſuam, ſi non vis mihi dare equum, vt equitare poſſim cum eo, pedibus ambulando abſque dubio vadam cum illo. Sic ergo altercando de ignoto itinere diutiùs diſceptabant ad inuicem, ſed tandem præualuit caritas electi pueri Gregorij, &, vt dignum erat, carnalem amorem vicit dilectio ſpiritalis. Videns ergo famula Dei Addula, quia prudens erat fœmina, animum inflexibilem pueri, dedit illi pueros & equos, & dimiſit eum ire cum ſancto Magiſtro in opus, quod compleuerunt ſimul, vſque ad ſanctum Martyrium eius.*

CXLV. PRONEPOS DAGOBERTI II. REGIS FRANCORVM.

[a] Num. 1.

Nuperrimè prodiit in lucem Monarchia Franciæ Sancta, Hiſtorica, Chronologica & Genealogica, quam R. P. Dominicus à Ieſu Carmelita Diſcalceatus Latino ſermone fertur compoſuiſſe, vertitque in vernaculum R. P. Modeſtus à Sancto Amabile eiuſdem Ordinis Monachus. In illo volumine ſunt vitæ Sanctarum ſororum Irminæ & Adelæ, quæ patre CXLVI.

AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

naræ ſunt Dagoberto Francorum Rege. Dagobertum Magnum interpretatur Auctor iſtarum virarum, ſeu Dominicus à Ieſu, ſeu Modeſtus à Sancto Amabile, prædictáſque ſorores conſtituit filias Dagoberti Regis & Nanthildis Reginæ. Deinde in alterius Dagoberti vita, qui ſuperioris abnepos fuit, & Francorum Regnum poſt Childebertum patrem ab anno Chriſti ſeptingenteſimo vndecimo ad annum Chriſti ſeptingenteſimum decimum-quintum gubernauit, idem Auctor poſteriorem hunc Dagobertum facit per filiam auum Gregorij de quo loquimur. Mira Chronologiæ Regiæque Genealogiæ perturbatio! Iunior hic Dagobertus, quem malè cum Sathanacenſi Patrono ac Martyre confundit, annos vixit circiter viginti, nec ex filia nepotem reliquit tunc annorum ſeptem vel octo puerum, qui ſeptimo pòſt anno, ſiue anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo-ſecundo, cùm Bonifacius Palatiolum adiit, annum ætatis egerit decimum-quartum aut decimum-quintum, vt de Gregorio Ludgerus ſcribit. Acta Sancti Dagoberti Martyris, qui colitur Sathanaci, primus è manuſcripto Codice publicauit Alexaoder Wilthemius anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo-tertio. Totum opus, quod & multis fabulis & Anachroniſmis non paucis ſcatet, per partes ad annum Chriſti ſeptingenteſimum decimum-quintum [a] examinauimus. In eadem re nec vacat nec opus eſt iterum immorari. Dagobertus, quem Sathanacenſes vt Martyrem venerantur, Rex Francorum numquam fuit. Id vnum hoc loco ſufficiat denuò inculcaſſe. Addula ſiue Adela, vt Ludgerus teſtatur, mater fuit Albrici, auia Gregorij per eundem Albricum, eadémque Adela in ſuo Teſtamento filiam ſe Dagoberti Regis dicit, ergo Gregorius Dagoberti Regis non nepos per matrem, ſed pronepos per auiam paternam fuit. Ex eodem Teſtamento & ex Ludgero conſtat Adelam Albrici matrem fuiſſe, ergo virginitatem Deo non vouit, vt affirmat Auctor vitæ, in quem inquirimus. Quod hodie multis in libris cuſum reperitur Adelæ Teſtamentum, præ manibus habuit, at non ſatis accuratè legit, aut Albericum Adelæ filium ibi nominari diſſimulauit. Illud quoque Teſtamentum Adelæ, quod *datum Kalendis Aprilis anno* XII *Theodorici Regis* inuenitur, ſcriptum putauit anno duodecimo Theodorici Regis, cui Clodoueos Secundus pater, annúmque duodecimum illius Theodorici Regis cum anno Chriſti ſexcenteſimo nonageſimo-ſecundo compoſuit. Sed nec Adelæ Teſtamentum regnante Theodorico, Clodouei Secundi filio, conditum eſt; nec annus illius Regis duodecimus anno Chriſti ſexcenteſimo nonageſimo-ſecundo illigari poteſt. Theodoricus Clodouei Secundi filius anno Chriſti ſexcenteſimo ſeptuageſimo-tertio regnare cœpit, annus pòſt duodecimus cum anno Chriſti ſexcenteſimo octogeſimo-quinto conuenit, Teſtamentum autem Adela non edidit Rege Theodorico Clodouei Secundi filio, ſed Rege Theodorico Childeberti filio, prænominati Theodorici pronepote, cuius annus duodecimus cum anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-ſecundo coincidit. Totius igitur controuerſiæ, quæ ſpectat ad Adelæ Teſtamentum, duo ſunt capita; primum, quòd de Theodorico Rege ſimul non conſentimus; alterum, quòd annos Regum Francorum cum annis Chriſti non eodem modo comparamus. Primum ex eo proficiſcitur, quòd R. P. Modeſtus à Sancto Amabile Dagobertum Regem, Sigiberti Regis Auſtraſiani filium, ſeu Dagobertum Secundum, qui pater Adelæ fuit, haud agnoſcit. Alterum ex eo procedit, quòd idem Auctor Baronianam computationem ſummâ pertinaciâ tuetur.

INCOGNITI AVCTORI MONARCHIÆ SANCTÆ FRANCORVM,

De vtroque fusè diſputatum ſuperioribus Tomis. Dagobertum Sigiberti filium, Dagoberti Magni nepotem, in Auſtraſia regnaſſe prævalidis ſuo loco probauimus argumentis; alia duo nuper ex Fridegodo & Eadmero Sancti Wilfridi laudatoribus adiecerunt Lucas Dacherius & Ioannes Mabillonius; itaut ea de re dubium ſupereſſe non poſſit. Computationem quoque Baronianam in

[a] No. 1. & ſeqq.

colligendis annis Regum Merouæadarum vitioſiſſimam eſſe non ſemel de- AN. CH.
monſtrauimus. Tabulas Chronologicas rurſum exhibere ſuperuacaneum
arbitramur; at ſeriem Genealogicam à Dagoberto Magno ad Gregorium 755.
vſque Preſbyterum, Vltraiectinæ Eccleſiæ Rectorem, accipe cum Monar- PIPPINI
chia Franciæ Sancta collatam. R. 4.

GENEALOGIA A DAGOBERTO MAGNO AD S. GREGORIVM, AVCTORE R. PATRE MODESTO A S. AMABILE, Carmelita Diſcalceato.

DAGOBERTVS MAGNVS, Rex Francorum.

Vxor Nanthildis.

- CLODOVEVS II Rex Francorum.
  - THEODORICVS Rex Francorum.
    - CHILDEBERTVS Rex Francorum.
      - DAGOBERTVS Rex Francorum.
        - Filia N.
          - S Gregorius.
- S. Irmina Abbatiſſa Horreenſis.
- S. Adela Virgo, Abbatiſſa Palatiolenſis.

GENEALOGIA A DAGOBERTO MAGNO AD S. GREGORIVM, EX VETERIBVS MONVMENTIS ET PROBATIS AVCTORIBVS collecta.

DAGOBERTVS MAGNVS, Rex Francorum.

Vxor Ragnetrudis.

- SIGIBERTVS III. Rex Francorum.
  - DAGOBERTVS II. Rex Francorum.
    - S. Irmina Abbatiſſa Horreenſis.
    - S. Adela Vidua, Abbatiſſa Palatiolenſis.
      - Albricus.
        - S. Gregorius.

RR. PP. Dominicus à Ieſu, Monarchiæ Sanctæ Auctor primarius, CXLVII.
eiúſque ſodalis Thomas *d'Aquin*, qui libro manum vltimam appoſuit, & CVIVS OB-
marginales notatiunculas adiecit, priùs obierunt, quàm primum Anna- IECTIONES
lium noſtrorum volumen ederetur. Quapropter de illorum ſcriptis contra EXAMINAN-
nos publicatis queri non poſſumus; ſed tantùm de interpolationibus R. P. TVR.

AN. CH 755. PIPPINI R. 4.

Modeſti à Sancto Amabile, qui lucubrationem prædictorum Patrum è Latino ſermone in vernaculum à ſe traductam atque illuſtratam profitetur, & quatuor duntaxat in locis, nec alio conſilio, quàm vt nos ſugillet, operis noſtri meminit, in vitis videlicet Guntchramni Francorum Regis, Andoueræ Reginæ Francorum, Irminæ Abbatiſſæ Horreenſis, & Edilburgæ Reginæ Nordanhumbrorum. Vt parati ſumus ſententiam mutare, quoticſcumque aliunde veritas affulgebit, ídque non ſemel à nobis iam factum gloriamur, ſic aduersùs eos, qui temerè nos laceſſunt, opiniones noſtras amicâ modeſtâque reſponſione tueri decreuimus.

CXLVIII. Imprimis aduerſarius in vita Sancti * Guntchramni nos redarguit,
* S. Gontran. quòd Salonium Epiſcopum Ebredunenſem & Sagittarium Epiſcopum Vapineenſem in Synodo Lugdunenſi damnatos inficiamur [a].

[a] Tom. 2. a. 567. n. 18. a. 577. n. 6.

Opinionem noſtram duobus propugnamus argumentis, vnum è genuino Gregorio Turonenſi ſumimus, alterum è Canonibus Synodi Lugdunenſis.

CXLIX. In vulgato capite viceſimo-primo libri quinti Gregoriani, hæc de Salo-
CL. nio & Sagittario Epiſcopis déque Synodo Lugdunenſi commemorantur.
IN CAVSA SALONII ET SAGITTARII EPISCOPORVM, *Contra Salonium Sagittariúmque Epiſcopos tumultus exoritur. Hi enim à Sancto Nicetio Lugdunenſi Epiſcopo educati, Diaconatûs officium ſunt ſortiti. Huiúſque tempore Salonius Ebredunenſis * vrbis, Sagittariúſque Vapigenſis * Eccleſiæ, Sacerdotes ſtatuuntur. Sed adſumpto Epiſcopatu in proprium relati arbitrium, cæperunt in peruaſionibus, cædibus, homicidiis, adulteriis, diuerſiſque in ſceleribus, inſano furore graſſari, itaut quodam tempore, celebrante Victore Tricaſtinorum Epiſcopo ſolemnitatem Natality ſui, emiſſâ coborte, cum gladiis & ſagittis irruerent ſuper eum. Venientéſque ſciderunt veſtimenta eius, miniſtros ceciderunt, vaſa & omnem adporatum prandy auferentes, relinquentes Epiſcopum in grandi contumelia. Quod cùm Rex Guntchramnus comperiſſet, congregari Synodum apud vrbem Lugdunenſem iuſſit. Coniunctique Epiſcopi cum Patriarcha Nicetio beato, diſcuſſis cauſis, inuenerunt eos de his ſceleribus, quibus accuſabantur, valdè conuictos, præceperúntque, vt qui talia commiſerant, Epiſcopatûs honore priuarentur.* At totum illud caput quod abeſt à Codicibus Bellouacenſi, Corbeienſi & Metenſi, quos primo Annalium noſtrorum Tomo nondum edito conſuluimus, necnon à Bignonio, qui nuper in manus noſtras incidit, non Gregorij ſed Interpolatoris fœtum dicimus, negamúſque prænominatos Epiſcopos in Concilio Lugdunenſi damnatos fuiſſe, quia præter ſuppoſititium illud Gregorij caput, nullum omnino teſtimonium ex antiquis Auctoribus ad eandem rem confirmandam profertur.

* Ambrun. * Gap.

CLI. Aduerſarius, vt idem caput afferat Gregorio, Codices, in quibus deſideratur, mutilos ait, integros autem eos, in quibus inuenitur, atque in horum numero ponit Claromontanum, quem conſuluit. Præterea ex illis verbis, *iteratur illa antiqua calamitas*, quæ capite viceſimo-octauo libri quinti leguntur, contendit eiuſdem libri caput viceſimum-primum approbari, quaſi vocabulum, *iteratur*, cum reſpectu ad Synodum Lugdunenſem vſurpetur, & Salonius ac Sagittarius Epiſcopi, qui priùs in Synodo Lugdunenſi damnati fuerant, vt habetur capite viceſimo-primo, rurſum damnati ſint in altero Concilio, cuius mentio fit capite viceſimo-octauo.

CLII. Non diffitemur plurimos inueniri manuſcriptos Codices, in quibus vulgatum caput viceſimum-primum libri quinti Gregoriani reperiatur, nec in dubium vocamus, quin huiuſmodi Codicem nactus ſit, qui Gregorium primus in lucem emiſit Guillelmus *Parui*. Sed vt illud caput Gregorio tribuatur, impugnanda ſunt argumenta, cùm peculiaria, quibus idem caput reprobauimus, tum generalia, quorum præſidio Codicibus noſtris firmiſſimam conciliauimus auctoritatem. Nihil autem horum videtur geſtum. Quod enim aduersùm nos ex capite viceſimo-octauo telum vibratur, id nullam inferre læſionem poteſt.

In Editione Ducheſniana textus talis eſt. *Anno quoque quarto Childeber-* AN. CH.
ti, qui fuit decimus-octauus Guntchramni & Chilperici Regum, apud Canillo-
num ciuitatem Synodus acta eſt ex iuſſu Guntchramni. Diſcuſſiſque diuerſis cauſis 755.
contra Salonium & Sagittarium Epiſcopos iteratur illa antiqua calamitas, ob- PIPPINI
iiciuntur eis crimina, & non ſolùm de adulteriis, verùm etiam de homicidiis R. 4.
accuſantur. Sed hæc per pœnitentiam purgari cenſentes Epiſcopi, illud eſt ad- CLIII.
ditum, quòd eſſent rei Maieſtatis, & patriæ proditores. Qua de cauſa ab
Epiſcopatu deiecti, in Baſilicam beati Marcelli ſub cuſtodia detruduntur. Ex
qua per fugam lapſi, diſceſſerunt per diuerſa vagantes, donec in ciuitatibus eo-
rum alij ſubrogati ſunt. Iudicet Lector, vtrùm Gregorius his verbis, *ite-*
ratur illa antiqua calamitas, ad Synodum Lugdunenſem reſpiciat, & ſen-
tentiam, quæ priùs in Synodo Lugdunenſi contra Salonium & Sagitta-
rium lata ſit, affirmet iteratam ſeu denuò latam in Concilio *apud Canillo-*
num ciuitatem celebrato. Ambæ ſententiæ plurimùm inter ſe differunt,
& caput viceſimum-primum, quod reiicimus, cum viceſimo-octauo non
quadrat. Capite viceſimo-primo Salonius & Sagittarius in Synodo *apud*
vrbem Lugdunenſem nec Maieſtatis rei nec patriæ proditores dicuntur, ho-
nore tamen Epiſcopatûs priuantur, quia homicidæ ſunt & adulteri; ca-
pite autem viceſimo-octauo in Synodo *apud Canillonum ciuitatem* vt de
adulteriis ſic & de homicidiis accuſantur, Epiſcopiſque *per pœnitentiam*
hæc ſcelera purgari cenſentibus non deiiciuntur ab Epiſcopatu, donec ad-
datur, quòd *rei Maieſtatis* ſint *& patriæ proditores.*

Illis temporibus habebantur Synodi frequentiſſimè. Metropolitani ſin- CLIV.
gulis annis comprouinciales Epiſcopos ad Concilium euocabant. Ita fa-
ciendum præceperunt Aurelianenſes Synodi; ſecunda, anno Chriſti quin-
genteſimo triceſimo-tertio; tertia, anno Chriſti quingenteſimo duodequa-
drageſimo; quarta, anno Chriſti quingenteſimo quadrageſimo-primo;
quinta, anno Chriſti quingenteſimo vndequinquageſimo; necnon ſecunda
Turonenſis, anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-ſexto. Omiſſis alia-
rum decretis, ſolius Turonenſis, quæ Lugdunenſem vno duntaxat anno
anteceſſit, Canonem hîc recitabimus. *Placuit Sancto Concilio, interpoſitâ*
virtute Domini Martini, in ſancta Baſilica ſua conſcribi, vt bis ad Synodum,
annis ſingulis, Metropolitanus & comprouinciales ſui in locum, quem delibe-
ratio Metropolitani elegerit, Deo propitiante, conueniant; aut ſi neceſſitas,
ſicut hactenus, ineuitabilis præpedierit, vel ſemel in anno, ſine cuiuſlibet ex-
cuſatione perſonæ, id eſt, Regiæ vel priuatæ, ſine cuiuſcumque vtilitatis ob-
ſtaculo, præter infirmitatis certiſſima labore præuentum, nullius occaſione vela-
minis, habeat vnuſquiſque concurſum, ſed neque ſub occaſione vtilitatis, aut
cauſa propria, debeat à Concilio ſeparari, &c. Si quis Epiſcoporum, vt ſupe-
riùs dictum eſt, ad Synodum venire diſtulerit, vſque ad maiorem Synodum,
id eſt, vſque ad Synodum ex vniuerſa Francia, vel ex multis ſaltem pro-
uinciis congregatam, ſiue *vſque ad Concilium vniuerſale*, vt patres in Con-
cilio Matiſconenſi ſecundo [a] loquuntur, *a Metropolitano & comprouincia-* [a] Can. 20.
libus maneat excommunicatus, nec ei ex alia prouincia vllus Epiſcopus in-
tereà communicare præſumat. Anno ſequenti celebrata Synodus Lugdunenſis,
de qua diſputamus. Quadrienno pòſt, Salonius & Sagittarius Epiſcopi
prælio contra Longobardos interfuerunt, vt Gregorius Turonenſis [b] hiſce [b] Lib. 4. c. 37.
verbis teſtatur. *Fuerunt in hoc prælio Salonius & Sagittarius fratres atque Epi-*
ſcopi, qui non cruce cæleſti muniti, ſed galeâ ac loricâ ſæculari armati, multos
manibus propriis (quod peius eſt) interfeciſſe referuntur. Ab illo prælio ad
Synodum *apud Canillonum* actam, in qua deiecti ſunt ab Epiſcopatu, anni
octo effluxerunt. Spatio tot annorum, in adulteriis & cædibus ſæpè ver-
ſati ſunt iidem Epiſcopi, Synodíque non paucæ iuxta priorum Decreta
conuocatæ, in quibus procul dubio de illis actum non ſemel, ideóque
cùm apud Gregorium Turonenſem aduersùs eos in Synodo *apud Canillonum*

AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

iteratur antiqua calamitas, his verbis alluſio ad ſententiam in Concilio Lugdunenſi ante annos duodecim latam fieri non poteſt.

CLV. Inter argumenta, quibus vſi ſumus, vt ex Gregorio Turonenſi capita quamplurima reſcinderemus, erudito cuique viſum eſt hoc prævalidum, quòd Fredegarius, qui ſex priores libros Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Gregorij Turonenſis in epitomen redegit, nullius è tot capitibus, quæ repudiauimus, mentionem fecit. Atque vt hanc obſeruationem vulgato capiti viceſimo-primo libri quinti Gregoriani optimè applicari ſcias, adi caput octogeſimum Hiſtoriæ Francorum per Fredegarium epitomatæ, illúdque cum Hiſtoria Eccleſiaſtica Gregorij Turonenſis confer, aduertes in illo Fredegarij capite abbreuiari ex quinto Gregorij libro poſteriorem partem capitis viceſimi cum capitibus, viceſimo-tertio, viceſimo-quarto, viceſimo-quinto, viceſimo-ſexto, viceſimo-ſeptimo, viceſimo octauo, viceſimo-nono, & initio triceſimi-primi, nihil autem omnino referri ex capite viceſimo primo, in quod inquirimus, licèt hoc caput res valdè diuerſas, & maximi momenti, nec in epitome quantumuis breui reticendas complectatur. Ipſum caput optamus à te legi, ſolâ enim lectione perſuaſus in noſtram ibis ſententiam, & hoc idem caput, quod in Codicibus, Bellouacenſi, Corbeienſi, Merenſi, ac Bignonio, non inuenitur, Gregorio indubitanter abiudicabis. Gregorium genuinum ex prælaudatis Codicibus aliíſque, ſi vita comes fuerit, luci dabimus, conferemúſque cum Gregorio interpolato, nec breuibus parcemus notis, vbi res ipſa poſtulabit.

CLVI. Alterum argumentum, quo noſtram opinionem corroborauimus, aduerſarius variis artibus eludere conatur. Fatetur quidem ſententiam damnationis aduersùs Salonium & Sagittarium Epiſcopos in Canonibus Synodi Lugdunenſis haud reperiri, latam tamen in ea Synodo conſtanter aſſeuerat, multáſque cauſas, propter quas hodie deſideretur, ingenioſè excogitatas affert. Imprimis ait eos, cùm in gratiam Ioannis Papæ recepti fuiſſent, ab illo forſan impetraſſe, vt ſententia, quâ damnati fuerant, ex Actis Synodi Lugdunenſis expungeretur. Deinde addit deletam ex prædictis Actis eandem fortè ſententiam ſpontaneâ Epiſcoporum voluntate, poſtquàm eos, quos anteà damnauerant, à Romano Pontifice abſolutos reſciuerunt. Poſtremò mancam dicit Canonum Lugdunenſium collectionem, huiuſcemodi mutilationis auctores ſeu fuerint hæretici ſeu librarij, quorum hi per incuriam, illi per malitiam quoſdam Canones omiſerint, adductóque in exemplum Concilio Nicæno, cuius Canones aliqui, quamuis à Patribus allegentur, in vulgata Nicænorum Canonum collectione non extant, inde temeritatis eos inſimulat, qui ſententiam damnationis in Synodo Lugdunenſi contra Salonium & Sagittarium latam negant, quoniam hodie huiuſcemodi ſententia in Actis illius Synodi non occurrit.

CLVII. Argumentationibus adeò ſubtilibus breuiter ſatisfacimus. Negamus Salonium & Sagittarium poſt Lugdunenſem Synodum Romam profectos eſſe, quia in ſolo pſeudo-Gregorio, cuius nulla eſt auctoritas, id legitur, videtúrque res valdè damnoſa, ſi quæcumque in Synodis acta ſtatutáque Scriptores incerti publicarint, illa ſtatim Canonibus earumdem Synodorum inſerendi liberam pro arbitrio facultatem nanciſcaris nullâ aliâ probatione additâ.

CLVIII. Secundò, aduerſarius in vita Audoueræ Francorum Reginæ nos redarguit, quòd fabulis accenſemus [a] prolixam narrationem de fraude, quâ Fredegundem, vt Audoueram Reginam falleret, ſéque in amicitiam Chilperici Regis inſinuaret, vſam contendit Anonymus in Geſtis [b] Regum Francorum, quem Aimoinus [c] & plerique recentiores ardentiſſimo ſtudio deſcripſerunt.

CLIX. Textus Anonymi talis eſt. *Fredegundis Dominam ſuam Audoueram Reginam decepit. Nam ipſa Fredegundis ex familia infima fuit. Cùm autem Chilpericum*

[a] Tom. 8. a. 567 n. 4. IN CAVSA AVDOVERÆ REGINÆ.
[b] Cap. 31.
[c] Lib. 3. c. 6.

pericus Rex in hoſtem cum Sigiberto fratre ſuo contra Saxones ambulaſſet, Audouera Regina grauida remanſit, quæ peperit filiam. Fredegundis verò, per ingenium, conſilium dedit ei, dicens. Domina mea, ecce Dominus Rex victor reuertitur, quomodo poteſt filiam ſuam gratanter recipere non baptizatam? Cùm hæc audiſſet Regina, baptiſterium parare præcepit, vocauítque Epiſcopum, qui eam baptizare deberet. Cúmque Epiſcopus adfuiſſet, non erat matrona ad præſens, quæ puellam ſuſcipere deberet. Et ait Fredegundis. Numquid ſimilem tui inuenire poterimus quæ eam ſuſcipiat? Modò tumetipſa ſuſcipe eam. Illa verò hæc audiens, de ſacro fonte eam ſuſcepit. Veniens autem Rex victor, exiit Fredegundis obuiam ei, dicens. Deo gratias, quia Dominus noſter Rex victoriam recepit de aduerſariis ſuis, natáque tibi eſt filia. Cum qua Dominus meus Rex dormiet hac nocte? quia Domina mea Regina commater tua eſt de filia tua Childeſinde. Et ille ait. Si cum illa dormire nequeo, dormiam tecum. Cúmque introiſſet Rex in aulam ſuam, occurrit Audouera Regina cum ipſa puella. Et ait ei Rex. Nefandam rem feciſti per ſimplicitatem tuam. Iam enim coniux mea eſſe non poteris ampliùs. Rogauítque eam ſacro velamine induere cum ipſa filia ſua, dedítque ei prædia multa & villas, Epiſcopum verò, qui eam baptizauit, exilio condemnauit, Fredegundem verò copulauit ſibi ad Reginam.

Totum hunc ſermonem tribus præcipuè de cauſis ad fabulas amandamus. Primò enim Chilpericum Sigiberto fratri auxilio fuiſſe non legimus, imò cùm Sigibertus ſub initium ſui Principatûs à Chunis laceſſeretur, Chilpericus per fratris abſentiam res ſuas augere ſtuduit, Remos & alias ciuitates peruaſit vlteriùs quoque progreſſurus, niſi Sigibertus ab hoſtibus victor remeaſſet, vt Gregorius Turonenſis [a] his verbis teſtatur. *Chuni Gallias adpetunt, contra quos Sigibertus dirigit, &, geſtum contra eos bellum *, vicit atque fugauit. Sed poſteà Rex eorum amicitias cum eodem per Legatos meruit. Cùm autem cum eis eſſet, turbatus eſt Sigibertus, Chilpericus frater eius Remus peruadit, & alias ciuitates, quæ ad eum pertinebant, abſtulit. Ex hoc enim inter eos (quod peius eſt) bellum ciuile ſurrexit. Rediens autem Sigibertus à Chunis, Sueſſionas ciuitatem occupat*, &c. Deinde Chilpericus Audoueram non dimiſit ante annum Chriſti quingenteſimum ſexageſimum ſeptimum, quo Galſuendam duxit, cùm priùs ex Fredegunde filium Chlodobertum ante biennium iam ſuſcepiſſet. Denique cauſa diuortij ſuperiùs allata, temporibus Chilperici nulla prorſus erat, parentibus enim licebat olim liberos ſuos è baptiſmo ſuſcipere, nec illi conſuetudini, quam Sanctus Auguſtinus in literis [b] ad Bonifacium Epiſcopum vſurpatam declarat, in Francia tunc derogatum ſcimus. CLX.

[a] Lib. 4. c. 21.

* id eſt, geſto bello.

[b] Ep. 23.

Duas rationes intactas relinquit aduerſarius, vltimam duntaxat aggreditur, ídque variis modis præſtat. In textu Sancti Auguſtini, parentum nomine patrinos ait ſignificari, vel ſi parentum nomine pater & mater intelliguntur, Sancti Auguſtini verba ſic interpretatur, vt parentes liberos ſuos dicantur offerre, non quòd eos offerant, ſed quòd eos permittant offerri. Prætereà ſententiam Sancti Auguſtini, quia vir Afer erat, ad Franciam, quæ procul ab Africa, nihil attinere ſcribit, atque vt oſtendat longè ante Synodum Moguntinam vetitum parentibus, ne liberos ſuos è baptiſmo ſuſciperent, Yuonem Carnotenſem allegat, qui, ſi coniuges legitimi, vnus, aut ambo, ex induſtria filium ſuum de fonte ſuſcipiant, vt diſſidium fiat, *ex Conc. Moguntienſi, cap. x. in clauſtro Sancti Albani habito, præſente Ludouico Imperatore*, hanc conſtitutionem profert. *Si innupti manere voluerint, bonum eſt; ſin autem, grauis pœnitentia inſidiatori iniungatur, & ſimul maneant. Et, ſi ſuperuixerit præuaricator coniugij, acerrimâ pœnitentiâ mulctetur, & ſine ſpe coniugij maneat.* CLXI.

Quæ proferuntur expoſitiones, vt Sancti Auguſtini teſtimonium eludatur, vana eſſe ſubterfugia Lector æquus iudicabit, ſi textum ipſum lege- CLXII.

AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

rit. *Illud autem*, inquit Sanctus Auguſtinus in literis ad Bonifacium Epiſcopum, *nolo te fallas, vt exiſtimes reatûs vinculum ex Adam tractum, aliter non poſſe dirimi, niſi paruuli ad percipiendam Chriſti gratiam à parentibus offerantur. Sic enim ſcribens dicis, vt ſicut parentes fuerunt auctores ad eorum pœnam, per fidem parentum itentidem iuſtificentur, cùm videas multos non offerri à parentibus, ſed etiam à quibuſlibet extraneis, ſicut à Dominis ſerruli offeruntur. Et nonnumquam mortuis parentibus ſuis, paruuli baptizantur, ab eis oblati, qui illis huiuſmodi miſericordiam præbere potuerunt. Aliquando etiam, quos crudeliter parentes expoſuerunt, nutriendos à quibuſlibet, nonnumquam à ſacris virginibus colliguntur, & ab eis offeruntur ad baptiſmum.* Item in eadem epiſtola. *Quid eſt illud, quòd quando ad baptiſmum offeruntur, pro eis parentes tanquam fidedictores reſpondent & dicunt illos facere quod illa ætas cogitare non poteſt, aut, ſi poteſt, occultum eſt? interrogamus enim eos à quibus offeruntur, & dicimus, credit in Deum? de illa ætate, quæ, vtrùm ſit Deus, ignorat, reſpondent, credit, & ad reliqua ſic reſpondent ſingula, quæ geruntur, vnde miror parentes in iſtis rebus tam fidenter pro paruulo reſpondere.*

CLXIII. Decretis Concilij, quod Moguntiæ ſub Catolo Magno Ludouici Imperatoris patre celebratum eſt, ſubiiciuntur hæ notæ Chronologicæ. *Facta eſt autem hæc Synodus in ciuitate Moguntia, in clauſtro Baſilicæ S. Albani Martyris, anno Domini* DCCCXIII. *& Imperij Domini Caroli Imperatoris anno* XIII. *Indictione* VI. V *Idus Iunij.* Extant illius Concilij Canones ſex ac quinquaginta. Porrò quinquageſimus-quintus, quo noſtram cauſam tuemur, talis eſt. *Nullus igitur proprium filium vel filiam de fonte Baptiſmatis ſuſcipiat: nec filiolam, nec commatrem ducat vxorem; nec illam, cuius filium aut filiam ad confirmationem duxerit. Vbi autem factum fuerit, ſeparentur.* Idem Canon in Capitularibus centeſimus eſt libri quinti. Citatur ab Yuone [a] ex Concilio Triburienſi [b], ſed in marginali notatiuncula Synodo Moguntinæ reſtituitur. Iſtius autem Canonis loco, aduerſarius alium, quem apud Gratianum [c] quoque reperies, affert ex poſteriore Concilio Moguntiacenſi, quod *præſente Ludouico Imperatore*, Caroli Magni filio, celebratum eſt. Exeunte anno Chriſti octingenteſimo viceſimo-octauo, Ludouicus Pius & Lotharius eius filius, Imperatores Auguſti generalem epiſtolam ex Aquiſgranenſi Placito miſerunt, vt, in quatuor Imperij partibus, Epiſcopórum Concilia congregarentur. *In nomine Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Hludouicus & Hlotarius, diuinâ ordinante prouidentiâ, Imperatores Auguſti, omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris*, &c. *Statuimus atque decreuimus, cum conſultu Sacerdotum ceterorúmque fidelium noſtrorum, huius rei gratiâ, ob placandum ſcilicet contra nos nobíſque ſubiectos Domini furorem, conuentus eorumdem Epiſcoporum in quatuor Imperij noſtri locis congruentiſſimè fieri. Primò ſcilicet in Moguntiacenſi vrbe, vbi conueniant Metropolitani; Autgarius, Hadabaldus, Hethi, Bernuinus, cum ſuffraganeis ſuis. Secundò quoque in Pariſiorum vrbe, vbi futurus Antiſtes Senonicus, & Ebbo, Ragnoardus, & Landrannus, Metropolitani cum ſuffraganeis ſuis conueniant. Tertiò verò apud Lugdunum, vbi Agobardus, Bernardus, Andreas, Benedictus, Agericus, cum ſuffraganeis ſuis ſimililiter conueniant. Quartò etiam apud Toloſam vrbem, quò ſimul conueniant, Notho, Bartholomæus, Adalelmus, Agiulfus, cum ſuffraganeis ſuis.* Anno proximo quatuor hæc Concilia ſunt habita. Vnum autem integrum ſupereſt Pariſienſe, quod tres in libros diſtinguitur, *cetera*, ut notat Sirmondus [d], *interiiſſe videntur.* In collectione tamen Reginonis, vt & in recentioribus Yuonis ac Gratiani proferuntur Canones non pauci, qui certè, cùm non pertineant ad Moguntiacenſe Concilium, quod anno Chriſti octingenteſimo decimo-tertio celebratum eſt, alteri debent attribui, quod anno pòſt decimo-ſexto conuocatum eſt, Ludouico & Lothario Auguſtis. In illorum Canonum numero col-

[a] Part. 9. c. 83.
[b] Cap. 8.
[c] C. 30. q. 2. cap. 5.
[d] Tom. 2. Conc. Gall. in not. ad Conc. Pariſ. 6.

AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

locandus is, qui legitur apud Yuonem ac Gratianum, & ex eodem Yuone contra nos profertur. At nec Canoni quinquageſimo-quinto Synodi Moguntiacenſis primæ, nec aſſertioni noſtræ repugnat. Prima Synodus Moguntiacenſis Canone quinquageſimo-quinto decernit, vt *nullus proprium filium vel filiam de fonte Baptiſmatis ſuſcipiat*, & *vbi factum fuerit*, vir & vxor *ſeparentur*. Altera Synodus Moguntiacenſis capite decimo ſtatuit, quomodo legitimi coniuges, *ſi vnus, aut ambo, ex induſtria fecerint, vt filium ſuum de fonte ſuſcipiant, vt diſſidium fiat*, ſunt plectendi; *tale*, inquiunt Patres, *conſilium damus; ſi innupti manere voluerint, bonum eſt; ſin autem, grauis pœnitentia inſidiatori iniungatur, & ſimul maneant; &, ſi ſuperuixerit præuaricator coniugij, acerrimâ pœnitentiâ mulctetur, & ſine ſpe coniugij maneat*. Factâ vtrinſque Canonis collatione ſententia noſtra validè confirmatur. Sub Carolo Magno, primæ Synodo Moguntinæ placuit, vt nemo prolem ſuam à fonte Baptiſmatis ſuſciperet, parentéſque ſepararentur, ſi quid tale fieret. Poſteà reperti ſunt parentes qui Canone illo abutebantur, & liberos ſuos ex induſtria de fonte ſuſcipiebant, vt ſepararentur. Huic malo ſecunda Synodus Moguntiacenſis, ſub Ludouico & Lothario Auguſtis, Canone decimo ſuprà recitato, mederi voluit, &, iuxta prioris Synodi ſanctionem, bonum iudicauit, vt huiuſmodi parentes innupti manerent ac ſeparati, ſi tamen ſeparari nollent, illos ſimul manere permiſit eâ conditione, vt auctor violati Canonis acerrimâ pœnitentiâ mulctaretur, & ſine ſpe coniugij eſſet, ſi coniugi ſuperuiueret. Quis inde colligat ante primam Synodum Moguntiacenſem in Francia prohibitum fuiſſe, ne parentes liberos ſuos de Baptiſmatis fonte ſuſciperent? Allegabunda potiùs videretur Synodus Compendienſis, in qua ſtatutum ſub Pippino Rege, vt *ſi quis filiaſtrum aut filiaſtram ante Epiſcopum ad Confirmationem tenuerit, ſeparetur ab vxore ſua, & alteram non accipiat*. Sed & hæc Synodus, de qua loquemur anno ſequenti, multùm remouetur ab ætate Chilperici, qui Regnum anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-primo ſuſcepit.

CLXIV. E tribus argumentis, quibus textum in Geſtis Regum Francorum ab Anonymo fabulatore compactum refutauimus, vnum duntaxat, quod ſuprà defendimus, aduerſarius impugnauit. Cur ab examine ceterorum abſtinuerit, haud inquirimus. Eo deſtructo, fortè cenſuit lite nos caſuros. At non ita ſentimus, alia enim, de quibus ſiluit, apud æquos iudices potentiſſima quoque fore non temerè arbitramur.

CLXV. Chilpericum Sigiberto fratri contra hoſtes auxilio fuiſſe negamus. Opinionem noſtram tuemur auctoritate Gregorij Turonenſis [a], qui textu iam citato longè aliter de Chilperico ſcribit. At, ſi Chilpericus cum Sigiberto fratre contra Saxones haud proficiſcitur, apud Anonymum cauſa tollitur abſentiæ, cuius tempore parit Audouera, ſuámque prolem de fonte ſuſcipit, vnde data dicitur occaſio diuortij.

CLXVI. Præterea Chilpericus Fredegundem ſibi priùs ſociauit, & ex ea filium Chlodobertum priùs ſuſcepit, quàm repudiaret Audoueram. Id ex Gregorio Turonenſi & Fortunato ſic probamus. *Chilpericus Rex*, inquit Gregorius [b], *cùm iam plures haberet vxores*, Audoueram ſcilicet ac ſuperinductam Fredegundem, *Galſuendam* ſororem Brunichildis *expetiit, promittens per Legatos ſe alias relicturum, tantùm condignam ſibi Regis prolem mereretur accipere. Pater verò eius* Atanagildus Wiſigothorum Rex *has promiſſiones accipiens, filiam ſuam, ſimiliter ſicut anteriorem, ipſi cum magnis opibus deſtinauit. Nam Galſuenda ætate ſenior Brunechilde erat. Quæ cùm ad Chilpericum Regem veniſſet, cum grandi honore ſuſcepta, eiúſque eſt ſociata coniugio.* Id autem anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-ſeptimo contigit, quia Sigibertus anno Regni ſui quinto [c], id eſt anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-ſexto, Brunichildem duxit, & Atanagildus Galſuendæ & Brunichildis pater, qui nuptiis Galſuendæ ſuperſtes vixit, obiit anno Iuſtini

[a] Lib. 4. c. 29.

[b] Lib. 4. c. 28.

[c] Sigeb. in Chron.

AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

Iunioris Auguſti ſecundo, vt Iſidorus & Ioannes Biclarenſis in ſuis Chronicis obſeruarunt, id eſt, anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-octauo. Citiùs quoque quàm Brunichildis & Galſuenda Sigiberto ac Chilperico nuberent, huic Fredegundis filium peperit nomine Chlodobertum, qui mortuus eſt anno Childeberti Regis quinto, vt Gregorius Turonenſis [a] affirmat, id eſt, anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo, vixítque annos quindecim, vt in eius epitaphio apud Fortunatum [b] hæc teſtantur verba.

[a] Lib. 5. c. 35.
[b] Lib. 8. c. 4.

Tria luſtra gerens raptus ab orbe fuit.

CLXVII. Ex his liquet commentitiam eſſe cauſam, propter quam Chilpericus in Geſtis Regum Francorum memoratur Audoueram coniugem dimiſiſſe. Computationem à noſtra longè diuerſam init aduerſarius. Audoueram enim anno Chriſti quingenteſimo ſeptuageſimo-quarto repudiatam atque in Monaſterium Cenomanenſe cum filia relegatam contendit, addítque Martyrio ibidem coronatam nono pòſt anno, id eſt, anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-tertio, quo filiam quoque participem eiuſdem gloriæ factam affirmat. In multis locis à recta Chronologia non parum recedit. Apud Gregorium Turonenſem [c], cuius iudicio hîc acquieſcendum, anno Childeberti Regis quinto, Chriſti quingenteſimo octogeſimo moritur Audouera, nec huic vlla fuit filia præter Baſinam, quæ poſt matris mortem in Monaſterium Pictauienſe truſa eſt, vbi cum Chrodielde Chariberti quondam Regis filia magnum anno Childeberti Regis decimoquarto, Chriſti quingenteſimo vndenonageſimo, ſcandalum teſte eodem Gregorio [d] concitauit. Hic Auctor, poſtquam Clodoueum Chilperici Regis & Audoueræ filium cultro percuſſum atque interfectum dixit, de illius matre Audouera eiúſque filia Baſina ſic loquitur [e]. *Mater autem eius crudeli morte necata; ſoror illius in Monaſterio, deluſa à pueris Regina, tranſmittitur.* Nullum ibi de Monaſterio Cenomanenſi verbum, nec etiam apud Aimoinum, Baronium, & Belloforeſtam, è quorum ſcriptis aduerſarius elogium Audoueræ à ſe concinnatum aſſerit. Ex illis quoque Scriptoribus nullum reperimus, qui vel Sanctas vel Martyres Audoueram eiúſque filiam appellaret. Quapropter non eſt, cur nobis ſuccenſeas, quòd à Titulis tam glorioſis abſtinuerimus, vbi ſermo de vtraque nobis fuit.

[c] Lib. 5. c. 40.
[d] Lib. 9. cc. 26. 39. 40.
[e] Lib. 5. c. 40.

CLXVIII. IN CAVSA IRMINÆ ABBATISSÆ

Tertiò, aduerſarius in vita Sanctæ Irminæ Horreenſis Abbatiſſæ nos redarguit, quòd, cùm Dagobertum Magnum Monaſterij Weiſſenburgenſis in Diœceſi Nemetenſi ſeu Spirenſi conditorem agnoſcamus, Irminam tamen eius filiam inficiamur [f], licèt intra ipſam prædicti Monaſterij aram, teſte Iodoco Coccio [g], ſacrum eiuſdem Irminæ corpus loculo includatur cum hac inſcriptione. HIC RECONDITVM EST INTEGRVM CORPVS B. IRMINÆ VIRGINIS, FILIÆ DAGOBERTI REGIS FRANCORVM, FVNDATORIS HVIVS MONASTERII. Quia auctorem huius inſcriptionis haud valdè antiquum, ſuíque temporis vulgatiſſimam atque erroneam opinionem ſecutum diximus, id ait à nobis temerè prolatum, quoniam, ſi ſemel admittitur huiuſmodi reſponſio, nihil in Hiſtoriis occurret, quantumuis abſurdum, quod tueri cuique non licitum ſit.

[f] Tom. 3. ad an. 642. nn. 78. 79.
[g] Cap. 15.

CLXIX. Sancta Irmina Dagoberti Secundi, quem ille non nouit, filia fuit, ac proneptis Dagoberti Primi ſeu Magni. Id habes ſuprà in Tabula Genealogica. Multis autem ſeculis ante & poſt ſcriptam epigraphen, de qua quæſtio eſt, inuenti ſunt, qui ſimul vtrumque Dagobertum confunderent, Dagobertum videlicet Primum, qui Monaſterium Weiſſenburgenſe condidit, & Dagobertum Secundum, ſuperioris nepotem, qui Sanctæ Irminæ pater fuit. Ipſe in eo adhuc eſt errore, & Dagobertum Secundum, qui Sigiberti filius & Dagoberti Magni nepos extitit, obſtinatiſſimè negat in Auſtraſia regnaſſe; fatetur tamen hodie reperiri qui ſecus ſentiant, hóſque ait nouis opinionibus ſtudere, quas amplecti facilè, vel antiquis

anteferre nemo debeat. Quaſi verò non liceat Hiſtoriam fabulis expurgare. Sumus antiquitatis amantiſſimi, ſed abſit, vt interpolationibus delectemur, aut antiquum putemus, quicquid ſpeciem aut nomen antiquitatis præſefert. Si quis animum habet ignorantiæ veteris adeò tenacem, vt Dagobertum Sigiberti filium Regibus Auſtraſianæ Franciæ necdum accenſere velit, argumenta ſaltem, quæ Tomis Annalium noſtrorum tertio & quarto paſſim in contrariam partem afferuntur, haud contemnat abſque præuio examine, quod veteribus ac probatis nec deprauatis Auctoribus innitatur.

AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

CLXX. Willelmus Malmeſburienſis libro tertio de Geſtis Pontificum Anglorum laudat Wilfridum Archiepiſcopum Eboracenſem, *quòd eum* Dagobertum *quondam factione Magnatum pulſum, & de Hibernia ad ſe venientem hoſpitio receperit, & equis ſociiſque adiutum patriæ remiſerit.* De bello quod inter Dagobertum Auſtraſiæ Regem & Theodoricum Neuſtraſiæ Regem in finibus vtriuſque Regni prope Lingonas exarſit, locupletiſſimus teſtis eſt Auctor coæuus in vita Sanctæ Salabergæ. *Nuper ciuile bellum inter Reges Francorum Theodericum & Dagobertum circa illos fines eſt actum.* Andreas Ducheſnius [a], quia Dagoberti Regis ex Hibernia reditum in Auſtraſiam ignorauit, hanc in illius loci margine notatiunculam appoſuit. *Leg. vid. Childericum, qui fuit Auſtraſiorum Rex ac Theodorici ipſius frater.* Ita textum Auctoris coguntur deprauare, qui Dagobertum in Auſtraſia regnaſſe vel neſciuut vel ſimulant ſe neſcire. Ioannes Mabillonus, qui vitam eandem Sanctæ Salabergæ ante biennium publicauit [b], Dagobertum, cui bellum cum Theodorico fuit, interpretatur *Dagobertum Sigiberti Auſtriæ Regis filium, Dagoberti Magni nepotem, ex Hiſtoriæ tenebris nuper erutum.* Atque hæc eodem de Dagoberto proximè ſubiungit. *Is, mortuo patre, à Grimoaldo Præfecto Palatij, Regno deiectus ac tonſus, in Hiberniam relegatus eſt. Deinde à Wlfoaldo Duce aliiſque Auſtriæ Proceribus poſt Childerici mortem reuocatus, Auſtriæ throno imponitur.* Bellum igitur ciuile, cuius mentio fit in vita Sanctæ Salabergæ, non geſſerunt Childericus & Theodoricus filij Clodouei Secundi, ſed fratres patrueles Dagobertus & Theodoricus, quorum ille patrem habuit Sigibertum Tertium, hic Clodoueum Secundum. Lege Hadrianum Valeſium libro viceſimo-ſecundo rerum Francicarum & Godefridum Henſchenium in diatribà de tribus Dagobertis. Regum Francorum Catalogo Dagobertum Secundum reſtituerunt illi duo Scriptores egregij, necnon Vir Clariſſimus déque Hiſtoriæ Francicæ ſtudioſis optimè meritus Antonius *de Vyon* Dominus *d'Herouual*, hic enim ante aliquot annos manuſcriptum Codicem de Vita & Miraculis Sancti Memmij, primi Catalaunenſium Epiſcopi, nobis communicauit Auctore Anonymo, qui ſub eodem Dagoberto Secundo Rege floruit. Catalaunenſes, quos vehementiſſima ſiccitas vexabat, interceſſione Sancti Memmij pluuiam impetrarunt. Hoc Miraculum, aliáque nonnulla, quæ Deus eodem anno in gratiam Catalaunenſium ob merita beati Memmij dignatus eſt operari, prædictus Auctor in literas retulit, teſtatúſque eſt agere ſe de rebus, quæ contigerunt *in anno ſecundo ſub Imperio Dagoberti Regis.* Et vt Dagobertum Sigiberti filium ab aliis Dagobertis diſtingueret, hæc proximè ſubiunxit. *Ipſe eſt, qui poſt longam preſſuram reuerſus eſt ad propria Regna.* Deinde ætatem ſuam his verbis ſignificauit. *Ea quæ vidimus, hæc ſcripſimus & narramus.* Antiquius ac nobilius de Dagoberto Secundo Rege teſtimonium optari non poteſt. Editum eſt primùm ab Hadriano Valeſio poſt notas in Carmen Panegyricum de laudibus Berengarij Auguſti & Adalberonis Epiſcopi Laudunenſis, anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo-tertio; deinde à nobis anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo duodeſeptuageſimo, cùm res anno ſecundo Dagoberti Secundi Regis, id eſt, anno Chriſti ſexcenteſimo ſeptuageſimo-

[a] Tom. 1. Collect. Hiſt. Franc. in vit. S. Salabergæ.

[b] Secul. 2. Benedict.

AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

quinto, geſtas Tomo tertio noſtrorum Annalium adſcriberemus; paulò pòſt eodem quoque anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo duodeſeptuageſimo à Godefrido Henſchenio in Exegeſi [a] de Genealogia Regum Dagobertinorum, quam Tomo tertio de Actis Sanctorum menſe Martio coli ſolitorum præfixit cum hac obſeruatione, quòd præter Codicem ſuprà laudatum, quem Dominus *d'Herouual* vt nobis ſic & illi Pariſiis legendum præbuit, alterum etiam apud Ciſtercium * inuenerit, cùm Româ rediens Antuerpiam per Franciam iter haberet anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo-ſecundo. Verùm opera cùm Valeſij, tum Henſchenij, quæ tam antiquum támque nobile teſtimonium de Dagoberto Secundo Rege repræſentant, in manus aduerſarij noſtri deuenerint, haûd ſcimus, ſcimus autem deueniſſe tertium Annalium noſtrorum Tomum, illum enim nouiſſimè abſolutum ei Lutetiæ tum moranti noſmetipſi anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo duodeſeptuageſimo beneuolè commodauimus, atque ipſe eodem noſtro vſus eſt exemplari, vt in vita Sanctæ Irminæ partes cenſoris contra nos ſuſciperet ageréτque.

[a] Num. 21.
* *Ciſteaux.*

CLXXI. Porrò, cùm nihil omnino proferat aduersùs tot támque probæ notæ Scriptores, qui Dagoberti Secundi Regnum apud Auſtraſios adeò conſtanter aſſerunt, lite cadat neceſſe eſt. Hunc enim Dagobertum quicumque Regem agnoſcunt, agnoſcunt & Sanctæ Irminæ patrem. Idque adeò verum eſt, vt Henſchenius [b] hunc eundem Dagobertum, quem Sanctæ Irminæ patrem vocat, conditorem quoque Monaſterij Weiſſenburgenſium arbitretur. At Dagoberti quidem Secundi filia fuit Sancta Irmina, ſed idem Dagobertus Secundus Monaſterium Weiſſenburgenſe non erexit. Illud Cœnobium condidit Dagobertus Magnus, qui fuit auus alterius Dagoberti, nam qui primum locum inter Abbates Weiſſenburgenſes obtinet Principius, is ex Abbate Weiſſenburgenſi factus eſt Epiſcopus Nemetenſis regnante tum Sigiberto, qui Dagoberti Primi filius extitit ac pater Dagoberti Secundi.

[b] Lib. 2. c. 13.

CLXXII. Errorem igitur ſui temporis vulgatiſſimum ſecutus eſt author inſcriptionis ſuperpoſitæ loculo, in quo corpus Sanctæ Irminæ reconditum apud Weiſſenburgum quieſcit, nec Dagobertus Secundus, qui Sanctæ Irminæ pater fuit, Monaſterij Weiſſenburgenſis fundator cenſeri debet. Atque ita refutantur, quæ ſine vllo fundamento contra nos in vita Sanctæ Irminæ ſcripta ſunt.

CLXXIII. IN CAVSA EDILBVRGÆ REGINÆ NORDANHVMBR.

Quartò, aduerſarius in vita Sanctæ Edilburgæ nos redarguit, quòd Bertham ſiue Aldibergam Chariberti Regis Francorum filiam, quæ Edelbertho ſiue Æthelbrichto Cantuariorum Regi nupſit, negamus [c] matrem Sanctæ Edilburgæ fuiſſe, licèt Goſcelinum [e] in vita Sanctæ Wereburgæ virginis aliter ſentire fateamur.

[c] Tom. 2. ad an 616 n. 8.

CLXXIV. Ita eſt, Goſcelinus Edilburgam ſiue Æthelburgam Æthelbrichti & Berthæ filiam ſic conſtituit. *Æthelbrichtus ex Berta Regina, filia Regis Francorum, Eadbaldum cum Æthelburga filia procreauit.* At hoc loco à Goſcelino recedere non eſt piaculum, quia procul ab ætate Berthæ & Edilburgæ vixit, florebat enim circa annum Chriſti centeſimum ſupra milleſimum, à Sancto Anſelmo Archiepiſcopo Cantuarienſi aliiſque ob doctrinam ac pietatem ſingularem in Angliam euocatus è Belgio, vbi antè Monachus in Monaſterio Sancti Bertini apud Audomaropolim varias Sanctorum vitas illuſtrarat, vt Bollandus [d] in Commentario [e] præuio vitæ Sanctæ Wereburgæ iam notauit. Prætereà quominùs Edilburgam filiam Berthæ credamus, obeſt longiſſimum temporis interuallum, quod interceſſit ab anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-ſexto quo Bertham Edelbertho nupſiſſe probauimus, ad annum vſque Chriſti ſexcenteſimum viceſimum-quintum quo Edilburgam ab Eduino Nordamhumbrorum Rege ductam fuiſſe ſic teſtatur Beda [f]. *Promittitur virgo* Edilburga, *atque Eduino mittitur, & iuxta quod diſpoſitum fuerat, ordinatur Epiſcopus vir Deo di-*

[d] D. 3. Febr.
[e] Num. 2.
[f] Lib. 2. c. 9.

lectus Paulinus, qui cum illa veniret; eámque & comites, ne paganorum poſſent ſocietate pollui, quotidianâ exhortatione & ſacramentorum cœleſtium celebratione confirmauit. Ordinatus eſt autem Paulinus Epiſcopus à Iuſto Archiepiſcopo ſub die duodecima Kalendarum Auguſtarum, anno ab Incarnatione Domini ſexcenteſimo viceſimo-quinto, & ſic cum præfata virgine ad Regem Eduinum quaſi comes copulæ carnalis aduenit. AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

Aduerſarius, quâ Goſcelini tueatur aut firmet auctoritatem, rationem haud affert. At alterum impugnat argumentum, aitque à nobis falsò ſupponi, quòd anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-ſexto celebratæ ſint Berthæ cum Edelbertho nuptiæ, quas in annum Chriſti quingenteſimum nonageſimum-ſextum reiiciendas pronuntiat, eodem enim anno, quo Bertha nupſit, Auguſtinum alióſque diuini verbi præcones in Britanniam à Gregorio Magno directos arbitratur, id autem teſte, quem vnum allegat, Baronio factum eſt anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-ſexto. CLXXV.

De anno conuenimus, quo Gregorius Magnus Auguſtinum cum ſociis in Britanniam miſit, illum enim annum indicant complures eius epiſtolæ [a] Indictione decimâ-quartâ ſcriptæ ad Brunichildem Reginam, ad Theodobertum & Theodoricum Reges Francorum, & ad nominatiſſimos Galliarum Epiſcopos, quibus Auguſtinum in Angliam abeuntem commendauit. At Bertham ante annos triginta nuptam contendimus. Hoc certè à nobis haud ſuppoſitum ſed probatum Tomo [b] ſecundo, nec falſum à quopiam iure dici poteſt. CLXXVI.

[a] Lib. 5 epp. 52. 53. 54. 57. 58. 59.

[b] Ad an. 566. nu. 49. 50.

Edelberthus Bertham Chariberti Regis Francorum tum ſuperſtitis filiam in vxorem duxit. Id docet Beda [c], cùm explicat quâ conditione Edelberthus Rex ethnicus vxorem Chriſtianam *à parentibus* accepit, ea enim de re ſic loquitur. *Rex Edelberthus vxorem habebat Chriſtianam de gente Francorum Regia, nomine Bertham, quam eâ conditione à parentibus acceperat, vt*, &c. Hoc autem loco per Berthæ parentes intelligi debent Charibertus Rex & Ingoberga Regina. Idem etiam Edelberthus apud Willelmum Malmeſburienſem in Geſtis [d] Regum Angliæ, *vt externorum quoque familiaritatem aſciſceret, Regis Francorum affinitatem filia eius Berta nuptiis* ſibi conciliaſſe memoratur, id eſt, affinitatem Chariberti, qui Pariſiis atque inde ad Oceanum vſque, quo Galliæ à Britannia dirimuntur, latè dominabatur, atque primarium inter Francorum Reges locum obtinebat, quatuor filiorum, quos Clotarius Primus reliquerat, natu maximus, agénſque annum ætatis circiter quadrageſimum-quintum. Ne verò dubites per Regem Francorum, cuius affinitatem Edelberthus expetiit, prænominatum Charibertum deſignari, *Rex Cantuariorum* à Beda [e] prædicatur Edelberthus, & apud Gregorium Turonenſem [f] filia Chariberti Regis in Cantium ſeu Cantiam ad maritum deducta ſic aſſeritur. *Charibertus Rex Ingobergam accepit vxorem, de qua filiam habuit, quæ poſteà in Cantia virum accipiens eſt deducta.* Ceterùm Charibertus è vita migrauit ineunte anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-ſeptimo, nam Chilpericus ante illius obitum non obtinuit Rotomagum, vbi Galſuendam illo eodem anno, vt aliâ occaſione nuperrimè notauimus, in vxorem duxit. Ergo nuptiæ Berthæ cum Edelbertho poſt annum Chriſti quingenteſimum ſexageſimum-ſextum reiici non poſſunt, & ne Berthæ filiam cenſeamus Edilburgam, quam Eduinus Nordanhumbrorum Rex anno Chriſti ſexcenteſimo viceſimo-quinto duxit, obeſt interuallum annorum nouem ac quinquaginta, quod à Berthæ nuptiis ad Edilburgæ nuptias interceſſit. CLXXVII.

[c] Lib. 1. c. 25.

[d] Lib. 1. c. 1.

[e] Lib. 2. c. 5.

[f] Lib. 4. c. 26.

Qui noſtram ſententiam confirmant, opinionem aduerſarij deſtruunt iidem Auctores. Imprimis Beda eodem capite [g], quo ſermonem de Auguſtini aduentu in Britanniam facit, hæc de Edelbertho ac Bertha ſcribit. *Et anteà fama ad eum*, nempe Edelberthum, *Chriſtianæ Religionis peruenerat, vtpotè qui & vxorem habebat Chriſtianam de gente Francorum Regia,* CLXXVIII.

[g] Lib. 1. c. 25.

AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

nomine Bertham, quam eâ conditione à parentibus acceperat, vt ritum fidei ac Religionis ſua cum Epiſcopo, quem ei adiutorem fidei dederant, nomine Luidhardo, inuiolatam ſeruare licentiam haberet. Et capite proximo [a] hæc ſubiungit. *Erat prope ipſam ciuitatem* Dorouernenſem *ad Orientem Eccleſia in honorem Sancti Martini antiquitus facta, dum adhuc Romani Britanniam incolerent, in qua Regina* Bertha, *quam Chriſtianam fuiſſe prædiximus, orare conſueuerat. In hac ergo & ipſi primò conuenire, pſallere, orare, Miſſas facere, prædicare, & baptiZare cœperunt, donec Rege* Edelbertho *ad fidem conuerſo, maiorem prædicandi per omnia, & Eccleſias fabricandi, vel reſtaurandi, licentiam acciperent. At vbi ipſe etiam inter alios delectatus vitâ mundiſſimâ Sanctorum, & promiſſis eorum ſuauiſſimis, quæ vera eſſe Miraculorum quoque multorum oſtenſione firmauerunt, credens baptizatus eſt, cœpere plures quotidie ad audiendum verbum confluere, ac relicto gentilitatis ritu, vnitati ſe Sanctæ Chriſti Eccleſiæ credendo ſociare.* Ineunte anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-ſeptimo, vt epitome Bedæ teſtatur, Auguſtinus cum ſociis è Francia in Angliam transfretauit. Subſecuta eodem illo anno Edelberthi Regis frequentiſque populi conuerſio, vt innuunt Gregorius Magnus & Beda, ſi ſimul conferantur. Nam Gregorius in literis [b] ad Eulogium Epiſcopum Alexandrinum affirmat baptiſmum decem millibus Anglorum collatum fuiſſe in die Natiuitatis Dominicæ, Indictione primâ tunc currente, & Beda ſuprà citatus copioſam illam Anglorum acceſſionem ad cœtum Chriſtianorum factam fuiſſe non indicat niſi poſt conuerſionem Edelberthi Regis. Idem Gregorius in literis [c] ad Bertham ſiue Aldibergam poſt Edelberthi conuerſionem ſcriptis eandem Reginam ſic alloquitur. *Et quidem iamdudum Glorioſi filÿ noſtri coniugis veſtri animos prudentia veſtræ bono, ſicut reuerà Chriſtianæ, debuiſtis inflectere, vt pro Regni & animæ ſuæ ſalute fidem, quam colitis, ſequeretur, quatenus & de eo & per eum de totius gentis conuerſione digna vobis in cæleſtibus gaudiis retributio naſceretur.* Hæc omnia probant poſt Berthæ aduentum in Britanniam multos annos priùs effluxiſſe, quàm Auguſtinus illuc quoque cum ſociis aduenirer.

[a] Lib. 1. c. 26.

[b] Lib. 7. Ep. 30. Ind. 1.

[c] Lib. 9. ep. 59.

CLXXIX. Eiuſdem aſſertionis inſigni argumento eſt obitus Luidhardi ſeu Lethardi Epiſcopi, qui diu manſit in Berthæ Reginæ comitatu, longéque ante Auguſtini aduentum feliciter ad Deum migrauit. Non ignoramus Harpsfeldium [d] aliter ſentire. *Nec dubium*, inquit, *quin Berthæ & Letardi præſentia valdè Euangelicum negotium apud Ethelbertum poſt Auguſtini aduentum promouerit.* At huic opinioni multæ res repugnant. Gregorius Magnus in ſuis epiſtolis nullam Lethardi mentionem facit. In reſponſione ad octauam interrogationem Auguſtini teſtatur nullum in Anglia tunc Epiſcopum fuiſſe præter ipſum Auguſtinum, quem ſic alloquitur; *& quidem etiam in Anglorum Eccleſia, in qua adhuc ſolus tu Epiſcopus inueniris, ordinare Epiſcopum non aliter niſi cum Epiſcopis potes.* In literis [e], *Theodorico & Theodeberto Regibus Francorum, à paribus*, inſcriptis, Francos Sacerdotes conuerſioni Anglorum aliquando ſtuduiſſe, ſed ab opere tam pio támque Chriſtiano poſteà ceſſaſſe ſic docet; *peruenit ad nos Anglorum gentem ad fidem Chriſtianam Deo miſerante deſideranter velle conuerti, ſed Sacerdotes tuos è vicino negligere, & deſideria eorum ceſſare ſuâ adhortatione ſuccendere; ob hoc igitur Auguſtinum ſeruum Dei præſentium portitorem, cuius Zelus & ſtudium benè nobis eſt cognitum, cum aliis ſeruis Dei prauidimus illuc dirigendum.* Tantæ autem mutationis aliam cauſam præter ipſius Lethardi mortem fruſtrà quæras, quandiu enim vixit Lethardus Epiſcopus, complures ad eum transfretarunt è Francia Preſbyteri, qui Anglos ſilueſtribus moribus adhuc rudes delinire & ad Chriſti cognitionem inuitare non deſtiterunt; at eo mortuo, cùm nullus in Anglia eſſet Epiſcopus, tepeſcere cœpit ardor Francorum Sacerdotum, qui deinceps profectionem in regionem tranſmarinam Epiſcopo carentem minùs lubenter ſuſcepere.

[d] Sec. 7. c. 4.

[e] Lib. 5. ep. 58.

Superua-

AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

Superuacaneum ducimus in noſtræ cauſæ ſubſidium plura congerere, totámque controuerſiam, quæ nobis cum prædicto R. P. Modeſto à Sancto Amabile quatuor in capitibus ſuprà propoſitis intercedit, Lectori erudito & vtriuſque partis amico dirimendam relinquimus. Cetera, quæ geſta ſunt hoc anno, iam proſequamur.

In Chronico Hugonis Abbatis Flauiniacenſis hæc leguntur. *Anno* DCCLV. CLXXX.
poſt Gayronum Epiſcopum, Flauiniacenſis Eccleſia Abbatem, Manaſſes ordinatus CLXXXI.
eſt Abbas tempore Pippini quondam Maioris-domûs, tunc autem Regis Franco- GAYRONI
rum. Et inferiùs. *Anno ab Incarn. Dom.* DCCLV. *Indictione octauâ, poſt* EP. AVGVS-
Gayronum Epiſcopum, qui in expeditione Imperatoris obiit, Dominus Manaſſes TODVN. ET
ordinatus eſt Abbas in Flauiniaco dono Imperatoris Pippini. In illo Chronico ABB. FLA-
mors eiuſdem Gayronij ſeu Gayroni *pridie Nonas Iulij* conſignatur. Inde VINIAC.
liquet Gayronum in Italia deceſſiſſe, cùm in comitatu Pippini Regis eſ- OBITVS.
ſet. Nec te moueat, quòd Pippino Titulus Imperatoris attribuitur. Nam Marianus Scotus, Hiſtoriographus ſui temporis clariſſimus, librum tertium Chronicorum ſic inchoat. *Romanorum 77. Pipinus, filius Caroli, primus Francorum Imperator.* Gaytono ſucceſſerunt Hiddo & Manaſſes, ille SVCCESSO-
in Epiſcopatum Auguſtodunenſem, hic in adminiſtrationem Monaſterij RES.
Flauiniacenſis, amboque Placito Attiniacenſi ſub eodem Pippino Rege ſubſcripſerunt.

Hoc eodem anno, menſe quoque Iulio, cùm quartus Pippini Regis CLXXXII.
annus numerabatur, acta Synodus Vernenſis, cuius extant Canones viginti-quinque. Pippinus laudem meretur inſignem, quòd licèt difficilibus CONCILIVM
bellis adverſùs Longobardos & Saracenos implicatus eſſet, ad hoc tamen VERNENSE.
Concilium vniuerſos penè Galliarum Epiſcopos aggregari fecerit. Quàm ſapienter ſe geſſerit in eo negotio, quámque laudabile conſilium mente ſuſceperit, ex ipſa Synodi Præfatione meliùs ediſces. *Suffecerant quidem priſcorum Patrum Regula Sancta Eccleſia Catholica, rectiſſimaque norma ad mortalium correctionem prolata, ſi earum ſanctiſſima iura perſeueraſſent illaſa. Sed quia emergentibus cauſis quibuſdam congruis, temporéque inquieto ſuperueniente, contigit nonnulla ex ea re, negligentiâ faciente, fuiſſe intermiſſa, ideóque glorioſiſſimus, atque Deo religioſus, Illuſter Vir Pippinus Rex Francorum vniuerſos penè Galliarum Epiſcopos aggregari fecit ad Concilium Verno * pa-* * *Vernon*
latio publico, ad Sequanam in Diœceſi Ebroicenſi, *recuperare aliquantiſper* *ſur Seine.*
cupiens inſtituta Canonica. Et quia facultas modò non ſuppetit ad integrum, tamen aliqua ex parte vult eſſe correctum, quod Eccleſiæ Dei valdè cognoſcitur eſſe contrarium. Et, ſi tempora ſerena ſpatiáque tranquilla diuinitus fuerint ei collata, cupit ad plenum ſecundùm ſanctos Canones, pleniùs opitulante diuinâ gratiâ, meliùs, perfectiùs, integréque inanteà conſeruare; &, cùm ita factum fuerit, eſſent hac, qua neceſſitate cogente ex ſacris Canonibus remiſſiùs ſunt excerpta, maneántque præfata iura Canonica firma, integra, atque intemerata. Tamen interim, quod meliùs poſſumus, hac inconuulſa atque inuiolata eſſe cupimus. Ipſarum enim rerum, qua pro emendatione noſtra communiter ſunt prolata, per diſtincta Capitula ſubter tenentur inſerta. Datum v. Idus Iulij, anno IV. *ſupraſcripti Glorioſiſſimi Regis.* Hactenus Præfatio, ſequuntur Canones.

Primo ſtatuitur, *vt Epiſcopi debeant per ſingulas ciuitates eſſe*; eoque Ca- CLXXXIII.
none reprimitur ambitio cuiuſuis Epiſcopi, qui non vnius ciuitatis vt an- EIVS DE-
teà, ſed plurium Epiſcopus eſſe velit, ſpecioſo fortè prætextu, quòd ciui- CRETA.
tas, cuius eſt Epiſcopus, vicinæque maximam nuper à Saracenis cladem acceperint.

Secundus Canon eſt de obedientia Metropolitanis præſtanda. *Epiſco-* CLXXXIV.
pos quos modò in vicem Metropolitanorum conſtituimus, vt ceteri Epiſcopi ipſis in omnibus ſecundùm Canonicam inſtitutionem obediant, interim quòd ſecundùm Canonicam inſtitutionem hoc pleniùs emendamus. Olim florente Ro-

AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

manorum Imperio, cùm Franci nondum cis Rhenum dominabantur, ſeptemdecim in vniuerſa Gallia Metropoles erant, ſeu totidem prouinciarum ciuitates primariæ, Moguntia, Colonia, Treuiri, Remi, Lugdunum, Rotomagus, Turones, Senonæ, Veſontio, Bituriges, Burdigala, Eluſa; Narbo, Aquæ Sextiæ, Vienna, Ebredunum, Darantaſia. Id patet ex prouinciarum ac ciuitatum Galliæ notitia, quam Iacobus Sirmondus Tomo primo Conciliorum Gallicanorum præfixit. Nec plures, nec pauciores in Gallia Metropoles erant, cùm Pippinus regnare cœpit; at non erant eædem, quia Colonia Metropolitano iure destituta Moguntiæ Metropoli tunc ſubiacebat, & prouincia Viennenſis, cuius Metropolis Vienna, duas in prouincias priùs ſeparata, quàm Franci ſuam vltra Rhodanum dominationem proferrent, duas quoque Metropoles habebat, Viennam ſcilicet & Arelatum. Initio tamen Regni ſui Pippinus ſexdecim duntaxat in Gallia Metropoles ſub ſua tenuit poteſtate, quoniam Narbo ſub iugo Saracenorum adhuc gemebat. Saracenis autem trans Pyrenæos montes ſummotis eadem Metropolis hoc anno ditionibus Francorum acceſſit, & deinceps regnante Pippino Metropoles in Gallia ſeptemdecim, omnéſque intra Regnum Francorum cum ſubiectis ſibi ciuitatibus fuerunt.

CLXXXV. Tertio Canone Vernenſi ſtatuitur, *vt vnuſquiſque Epiſcoporum poteſtatem habeat in ſua parochia tam de Clero, quàm de regularibus vel ſecularibus, ad corrigendum & emendandum ſecundùm ordinem Canonicum ſpiritalem, vt ſic viuant qualiter Deo viuere poſſint.*

CLXXXVI. Quartus eſt de duabus Synodis per ſingulos annos conuocandis. *Bis in anno Synodus fiat. Prima Synodus menſe primo, quod eſt Martiis Kalendis, vbicumque Domnus Rex iuſſerit, in eius preſentia. Secunda Synodus Kalendis Octobris, aut ad Sueſſiones, aut alibi, vt in Martiis Kalendis inter ipſos Epiſcopos conuenit. Et illi Epiſcopi ibidem conueniant, quos modò vice Metropolitanorum conſtituimus; & illi alij Epiſcopi, vel Abbates, ſeu Presbyteri, quos ipſi Metropolitani apud ſe venire iuſſerint, ibidem in ipſa ſecunda Synodo conuenire faciant.*

CLXXXVII. Quintus ſtatuit, quâ ratione ſint emendandi, qui virorum aut puellarum Monaſteria regunt. *Monaſteria tam virorum quàm puellarum ſecundùm ordinem regulariter viuant; &, ſi hoc facere contempſerint, Epiſcopus in cuius parochia eſſe videntur, hoc emendare debet. Quòd ſi non poterit hoc emendare, illi, quem Metropolitanum conſtituimus, hoc innoteſcat, & ipſe hoc emendari faciat. Quòd ſi hoc nec ipſe emendare poterit, ad Synodum publicam exinde veniant, & ibidem Canonicam ſententiam accipiant. Et, ſi publicam Synodum contempſerint, aut honorem ſuum perdant, aut excommunicentur ab omnibus Epiſcopis: & tales in eorum loco in ipſa Synodo conſtituantur per verbum & voluntatem Domni Regis, vel conſenſu ſeruorum Dei, qui ſecundùm ordinem ſanctum ipſum gregem regant.*

CLXXXVIII. Sextus eſt de Abbatiſſis & Monialibus. *Conſtituimus, vt nulla Abbatiſſa duo Monaſteria præſumat habere, nec extra Monaſterium licentiam habeat exire, niſi hoſtilitate cogente. Sed Domnus Rex quando aliquam de ipſis Abbatiſſis ad ſe venire iuſſerit, ſemel in anno, per conſenſum Epiſcopi, in cuius parochia eſt, vt tunc ad eum aliqua veniat ex ſua iuſſione, ſi neceſſitas fuerit: & alibi omnino non debeat, nec per villas, nec per alia loca demorari, niſi tantùm quàm celeriùs potuerit ambulare & reuerti. Et antè non moueat de ſuo Monaſterio, quàm ſuum Miſſum ad Domnum Regem tranſmittat, &, ſi iuſſerit Rex venire, veniat, ſin autem, in Monaſterio permaneat. Interim quòd inanteà hoc pleniùs ſecundùm Canones emendauerit. Similiter nec illæ Monachæ extra Monaſterium exire debeant. Quòd ſi aliqua in aliquem lapſum ceciderit infra Monaſterium, per conſilium Epiſcopi, pœnitentiam agat. Et, ſi neceſſe eſt de earum neceſſitate ad Domnum Regem vel ad Synodum aliquid ſuggerere, earum Præpoſiti, vel Miſſi, hoc debeant facere; & qualia munera ad*

Palatium dare voluerint, per Miſſos ſuos ea dirigant. Et, ſi aliqua Monaſteria ſunt, quæ earum ordinem propter paupertatem adimplere non poſſunt, hoc ille Epiſcopus de veritate prouideat, & hoc Domno Regi innoteſcat, vt in ſua eleemoſyna hoc emendari faciat. Et, ſi tales fœminæ velatæ ad præſens ibi congregatæ inueniuntur, quæ regulariter viuere non velint, nec ad hoc dignæ ſunt, vt cum illis aliis habitent, Epiſcopus vel Abbatiſſa prouideant locum aptum, vbi ſeparatim cum cuſtodia in pulſatorio habitare debeant, vel operari manibus quod ipſa Abbatiſſa eis iuſſerit, interim quòd probatæ dignæ ſint, vt in Congregatione recipiantur.

Septimus eſt de Baptiſteriis. *Vt publicum Baptiſterium in nulla parochia eſſe debeat, niſi vbi Epiſcopus conſtituerit, cuius parochia eſt; niſi tantùm ſi neceſſitas venerit pro infirmitate, aut pro aliqua neceſſitate, illi Presbyteri, quos Epiſcopus in ſua parochia conſtituerit, in qualicunque loco euenerit, licentiam habeant baptiZandi, vt omnino ſine Baptiſmo non moriantur.* CLXXXIX.

Octauus eſt de Preſbyteris, quomodo debeant Epiſcopis ſubeſſe. *Vt omnes Presbyteri, qui in parochia ſunt, ſub poteſtate Epiſcopi eſſe debeant, & de eorum ordine nullus Presbyter præſumat in illa parochia baptizare, nec Miſſas celebrare, ſine iuſſione Epiſcopi, in cuius parochia eſt. Et omnes Presbyteri ad Concilium Epiſcopi ſui conueniant. Et, ſi hoc, quod ſuperiùs comprehenſum eſt, facere contempſerint, ſecundùm Canonicam inſtitutionem iudicentur, tam ipſi, quàm defenſores eorum.* Ad hunc Canonem alluſit poſteà Lullus Moguntiacenſis Archiepiſcopus initio literarum[a], quibus apud Romanum Pontificem de Enredo Preſbytero ſic queſtus eſt. *Sancta & Regularia inſtituta Canonicâ auctoritate confirmata tam Epiſcoporum noſtrorum venerabilium, quàm etiam Domini noſtri Regis Pippini, Conſiliatorúmque eius, manifeſtâ ratione ſcimus conſeruanda. Quapropter charitati veſtræ reticere non audemus, quòd in Parochiam noſtram, contra ius Canonicum, à Willefritho Presbytero quidam adductus eſt Presbyter in alia ordinatus Parochia, non conſentiente antecesſore meo Sancto Bonifacio Archiepiſcopo, neque me ſucceſſore eius, qui & inſtitutionis veſtræ decreta contemnens, & in Parochia noſtra conſtitutus noſtrum ſpreuit Magiſterium. Cognitâ enim Canonum auctoritate decreuiſtis, vt omnes Presbyteri, qui in Parochia ſunt, ſub poteſtate Epiſcopi eſſe debeant, & vt nullus eorum præſumat in eius Parochia aut baptiZare, aut Miſſas celebrare ſine iuſſione Epiſcopi, & vt omnes Presbyteri ad Concilium Epiſcopi conueniant. Quæ omnia facere contempſit prædictus ille Presbyter, nomine Enred, & ideo ſecundùm quod definiſtis, increpationis à me ſententiam ſortitus eſt. Sed cùm nec ita emendatus pœnitere de præteritis voluit, nouiſſimè ſecundùm Canonicam inſtitutionem veſtram excommunicatus eſt à me, & exinde à ſupradicto Willefritho ſuſceptus eſt ac defenſus. Veſtra autem nunc de his charitas, quod rectum ſit ac iuſtum iudicet, & non ſolùm de iis, ſed de omnibus quæ peruersè malè viuendo peregit, & hic manifeſtata reperiuntur. Abſtulit enim mancipia & ſeruos de Eccleſiis ſibi commiſſis, Wagenolphum ſeruum noſtrum, & duos filios eius, Ragenolphum & Amanolphum, & vxorem eius Leobthruthe, & filiam eius Amaltruthe, tradidit eos in Saxoniam contra equum vnum, homini nomine Huelp, qui ipſe eos duxiſſet in Saxoniam. Willefrith verò ſupradicti Ragenolphi filium tranſmiſit vltra mare cum Enredo, & ipſe eum dedit matri ſuæ in ſeruitutem. Seruum verò & ancillam, quos Aohtrich dedit ad Eccleſias noſtras pro anima filij ſui, ſupradictus Willefrith abſtulit atque rapuit furtim. Nomen ſerui Thecdo, & nomen vxoris eius Aotlind. Lindo verò ſeruum noſtrum Enred Presbyter tradidit contra equum vnum.* CXC.

[a] Ep 100. inter Bonifac.

Nonus Canon eſt de Excommunicatione. *Si quis Presbyter ab Epiſcopo ſuo degradatus fuerit, & ipſe per contemptum poſteà aliquid de ſuo officio ſine commeatu facere præſumpſerit, & poſteà ab Epiſcopo ſuo correptus & excommunicatus fuerit, qui cum ipſo communicauerit ſcienter, ſciat ſe eſſe excommunicatum. Similiter quicumque Clericus, aut laicus, vel fœmina, inceſ-* CXCI.

AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

tum commiſerit, & ab Epiſcopo ſuo correptus ſe emendare noluerit, & ab Epiſcopo ſuo excommunicatus fuerit, ſi quis cum ipſo communicauerit ſcienter, ſciat ſe excommunicatum eſſe. Et, vt ſciatis qualis ſit modus iſtius excommunicationis, in Eccleſiam non debet intrare, nec cum vllo Chriſtiano cibum vel potum ſumere, nec eius munera quiſquam accipere debet, vel oſculum porrigere, nec in oratione ſe iungere, nec ſalutare, antequàm ab Epiſcopo ſuo fuerit reconciliatus. Quòd ſi aliquis ſe reclamauerit, quòd iniuſtè ſit excommunicatus, licentiam habeat ad Metropolitanum Epiſcopum venire, & ibidem ſecundùm Canonicam inſtitutionem diiudicetur; interim ſuam Excommunicationem cuſtodiat. Quòd ſi aliquis iſta omnia contempſerit, & Epiſcopus emendare minimè potuerit, Regis iudicio exilio condemnetur.

CXCII. Decimus eſt de Monachis. *Vt Monachi, qui veraciter regulariter viuunt, ad Romanam Sedem vel alicubi vagari non permittantur, niſi obedientiam Abbatis ſui exerceant. Et ſi talis cauſa euenerit, quod abſit, quòd ille Abbas ſic remiſſus vel negligens inveniatur, vt in manus laicorum ipſum Monaſterium veniat, & hoc Epiſcopus emendare non potuerit, & aliqui tales Monachi ibidem fuerint, qui propter Deum de ipſo Monaſterio in alterum migrare velint, propter eorum animas ſaluandas, hi, per conſenſum Epiſcopi, licentiam habeant, qualiter eorum animæ poſſint ſaluari.*

CXCIII. Vndecimus eſt de Clericis, qui nec ſub Epiſcopi manu ſunt, nec in Monaſterio regulariter viuunt. *De illis hominibus, qui dicunt, quòd ſe propter Deum tonſuraſſent, & modò res eorum vel pecunias habent, & nec ſub manu Epiſcopi ſunt, nec in Monaſterio regulariter viuunt, placuit, vt in Monaſterio ſint ſub ordine regulari, aut ſub manu Epiſcopi ſub ordine Canonico. Et, ſi aliter fecerint, & correpti ab Epiſcopo ſuo ſe emendare noluerint, excommunicentur. Et de ancillis Dei velatis eadem forma ſeruetur.*

CXCIV. Duodecimus vetat, ne Clerici ab Eccleſiis ſuis ad alias migrent. *Clericos in Eccleſia militantes, ſicut iam conſtitutum eſt*, in Concilio videlicet Calchedonenſi, Canone viceſimo, *non licere in alterius ciuitatis Eccleſia vel in poteſtate laicorum militare, ſed ibidem permanere, in qua principio miniſtrare meruerunt, extra eos, qui amiſſâ patriâ ad aliam Eccleſiam pro neceſſitate venerint. Qui verò Epiſcoporum, aut laicorum, poſt hoc conſtitutum, alterius Eccleſiæ Clericum ſuſceperit, niſi ad excuſandum rationabiliter, placuit à communione ſuſpendi, & eum qui ſuſcepit, & eum qui ſuſceptus eſt, quouſque Clericum, qui tranſlatus eſt, fecerit ad ſuam reuerti Eccleſiam.*

CXCV. Decimus-tertius de Epiſcopis vagantibus ita ſtatuit. *De Epiſcopis vagantibus, qui parochias non habent, nec ſcimus ordinationem eorum qualiter fuit, placuit iuxta inſtituta Sanctorum Patrum, vt in alterius parochia miniſtrare, nec vllam ordinationem facere debeant, ſine iuſſione Epiſcopi, cuius parochia eſt. Et, ſi hoc facere præſumpſerint, ab officio ſuſpendantur, interim quòd ad Synodum exinde venerint, & ibidem ſecundùm Canonicam inſtitutionem accipiant ſententiam, niſi tantùm pro itineris cauſa. Et, ſi vllus Clericus, aut laicus, talem Epiſcopum, aut Presbyterum defenderit, ſine commeatu Epiſcopi, cuius parochia eſt, excommunicetur vſque ad emendationem.*

CXCVI. Decimus quartus eſt de die Dominico, nec differt à duodetriceſimo Canone Synodi Aurelianenſis tertiæ à nobis ad annum Chriſti quingenteſimum
[a] Num. 54. duodequadrageſimum [a] iam deſcripto, ideóque hîc omittendus videtur.

CXCVII. Decimus-quintus eſt de celebratione nuptiarum. *Vt omnes homines laici publicas nuptias faciant, tam nobiles quàm ignobiles.*

CXCVIII. Decimus-ſextus vetat, ne Clerici ſecularibus negotiis implicentur. *Vt Clerici conductores non ſint, hoc eſt, vt non habeant actiones ſeculares, niſi pro cauſa Eccleſiarum, orphanorum, vel viduarum, ordinante Epiſcopo ſuo, vel Abbate.*

CXCIX. Decimus-ſeptimus eſt de Interpontificio. *Vt poſt mortem Epiſcopi non liceat Epiſcopatum eſſe ſine Paſtore ſupra menſes tres, niſi talis neceſſitas grandis*

euenerit, vt hoc nullo modo aliter fieri poſſit. Præcipuè ad proximam Synodum, cùm euenerit, Epiſcopus ordinetur. AN. CH. 755. PIPPINI R. 4.

Decimus-octauus prohibet, ne Clerici publica laicorum iudicia ſine Epiſcopi vel Abbatis iuſſu petant. *Vt nullus Clericus ad iudicia laicorum publica veniat, niſi per iuſſionem Epiſcopi ſui, vel Abbatis, iuxta Canones Carthaginienſes cap. IX. vbi ſcriptum eſt. [Qui relicto Eccleſiaſtico iudicio publicis iudiciis ſe purgare voluerit, etiamſi pro illo prolata fuerit ſententia, locum ſuum amittat. Hoc in criminali iudicio. In ciuili verò perdat quod euicit, ſi locum ſuum obtinere voluerit. Cui enim ad eligendos Iudices vndique Eccleſiæ patet auctoritas, ipſe ſe indignum fraterno conſortio iudicat, qui de vniuerſa Eccleſia malè ſentiendo, de iudicio ſeculari poſcit auxilium, cùm priuatorum Chriſtianorum cauſas Apoſtolus ad Eccleſiam deferri, atque ibidem terminari præcipiat.] Et maximè ne in talibus cauſis inquietudinem Domno Regi faciat.* CC.

Decimus-nonus eſt de Eccleſiarum immunitatibus. *Vt omnes immunitates in vniuerſis Eccleſiis conſeruatæ ſint.* CCI.

Viceſimus eſt de ratiociniis Monaſteriorum, Regi vel Epiſcopo debitis. *In alia Synodo nobis perdonaſtis, vt illa Monaſteria, vbi regulariter Monachi vel Monachæ vixerunt, hoc quod eis de illis rebus dimittebatis vnde viuere potuiſſent, exinde ſi regalis erat, ad Domnum Regem faciant rationes Abbas vel Abbatiſſa; &, ſi Epiſcopalis, ad illum Epiſcopum. Similiter & de illis vicis.* CCII.

Viceſimus-primus, vt Epiſcopi ſinguli Preſbyteratus ſibi competentes obtineant, ita ſtatuit. *Vt illos Presbyteratus, qui ad illum Epiſcopatum legibus obtingunt, ille Epiſcopus ipſos debeat habere, ſicut in alia Synodo perdonauit Domnus Rex.* CCIII.

Viceſimus-ſecundus eſt de teloniis. *De peregrinis, qui propter Deum vadunt, vt de eis teloneos non tollant: & de illis aliis teloniis, quos Domnus Rex antea perdonauit, ſic fiat, vt vbi legitimè non debent eſſe, donati non ſint.* CCIV.

Viceſimus-tertius eſt de Iudicibus. *Vt Comites, vel Iudices, ad eorum placita, primò viduarum, orphanorum, vel Eccleſiarum cauſas audiant & definiant, in eleemoſyna Domni Regis; & poſteà alias cauſas cum iuſtitia rationabiliter iudicent.* CCV.

Viceſimus-quartus eſt de hæreſi Simoniaca. *Vt nullus per pecunias ad honorem vel gradum Eccleſiaſticum accedere debeat, quia hæreſis Simoniaca eſſe videtur.* CCVI.

Poſtremus vetat, ne dona pro iuſtitia facienda Epiſcopi aliique Iudices accipiant. *Vt nec Epiſcopus, nec Abbas, nec vllus laicus, pro iuſtitia facienda, ſportulas contradictas accipiat, quia, vbi dona intercurrunt, iuſtitia euacuatur.* CCVII.

Circumfertur alia Synodus, quam Metis habitam ſub Pippino Rege quidam ſcribunt, ideóque Metenſem nuncupant. Ea Synodus octo Canones complectitur. At tres priores Concilio Compendienſi, de quo loquemur anno ſequenti, poſteriores quinque Concilio Vernenſi Codex attribuit Palatinus, vt in poſtrema Conciliorum editione Labbeus ex Holſtenio refert, adhibitâ ad illam Synodum Metenſem notatiunculâ. Prælaudati Codicis ordinem ſequemur, & Canones quinque, quos in Vernenſi Concilio conditos teſtatur, hîc ſubijciemus. CCVIII.

Primus eſt de teloneis. *De teloneis verò ſic ordinamus, vt nullus de victualio & carris, quæ abſque negotio ſunt, teloneum prehendat. De ſaumis ſimiliter vbicumque vadunt, & de peregrinis ſimiliter conſtituimus, qui propter Deum ad Romam vel alicubi vadunt, vt ipſos per nullam occaſionem ad pontes & ad excluſas, aut nauigio detineatis; nec propter ſcrippa ſua vllo peregrino calumniam faciatis, nec vllum teloneum eis tollatis. Et, ſi aliquis hoc fecerit,* CCIX.

qualiſcumque homo hoc comprobauerit, nos de LX *ſolidis,* XXX *illi concedimus, & illi aly in ſacellum Regis veniant.* De *ſaumis* actum alibi. *Scrippa*peras ſeu ſacculos peregrinorum interpretare.

CCX. Secundus eſt de moneta. *De moneta conſtituimus, vt ampliùs non habeat in libra penſante niſi* XXII *ſolidos, & de ipſis* XXII *ſolidis monetarius accipiat ſolidum vnum, & illos alios Domino, cuius ſunt, reddat.*

CCXI. Tertius eſt de immunitatibus conſeruandis. *Vt emunitates conſervata ſint.* Vide Canonem decimum-nonum Synodi Vernenſis deſcriptum ſuprà [a].

[a] Num. 101.

CCXII. Quartus & quintus ſunt de iuſtitia facienda. *Vt omnes iuſtitias faciant, tam publici quàm Eccleſiaſtici. Et, ſi aliquis homo ad Palatium veneris pro cauſa ſua, & anteà Comiti non innotuerit in mallo ante Rachemburgios,* id eſt, ante Iudices Comiti in mallo adſidentes, *aut, ſi cauſa ſua ante Comitem in mallo fuit ante Rachemburgios, hoc ſuſtinere noluerit, quod ipſi ei legitimè iudicauerint; ſi pro iſtis cauſis ad Palatium venerit, vapuletur: &, ſi maior perſona fuerit, Regis arbitrium erit. Et, ſi reclamauerit, quòd legem ei non iudicaſſent, tunc licentiam habeat ad Palatium venire pro ipſa cauſa: &, ſi ipſos conuincere potuerit, quòd legem ei non iudicaſſent, ſecundùm legem contra ipſum emendare faciat. Et, ſi Comes & Rachemburgij ei conuincere potuerint, quòd legem ei iudicaſſent, & ipſe hoc recipere noluerit, hoc contra ipſos emendare faciat.* Huc vſque quartus Canon, qui totus eſt de iudiciis *publicis* ſeu ſecularibus, id eſt, latis à viris laicis. Seqoitur quintus de iudiciis *Eccleſiaſticis*, id eſt, latis à viris Eccleſiaſticis. *Similiter de Eccleſiaſticis, ſi ad Palatium venerint de eorum cauſa ſe reclamare ſuper eorum ſeniore, vapulentur, niſi ſenior ſuus pro ſua cauſa tranſmiſerit.*

CCXIII. In auctiore Gallia Chriſtiana, vbi commemorantur Abbates Monaſterij Iurenſis ſeu Condateſcenſis, quod, vt aliàs Sancti Eugendi, ſic & hodie Sancti Claudij nomen gerit, de Hippolyto, qui anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-primo Condateſcenſis Abbas eſſe cœpit, hæc ſcribunt Sammarthani. *S. Hippolytus, etiam Epiſcopus Bellicenſis; in antiquis Tabulis anno 4 Pipini Regis Abbas tantùm dicitur; eodem anno 4 Pipini, qui fuit Chriſti 754, & Abbas nuncupatur & Epiſcopus; rurſus Abbas tantùm an. 7. Pipini; item anno 12 Pipini,* &c. Illis è Tabulis deprehenditur annus, quo promotus eſt ad Epiſcopales Infulas Hippolytus Abbas Condateſcenſis, annus videlicet Pippini Regis quartus, qui perperam à Sammarthanis cum anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-quarto comparatur, éſtque dubio procul illigandus anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-quinto, quia Pippinus anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo, menſe Martio, Regnum ſuſcepit. Fuit igitur Hippolytus Abbas Condateſcenſis per annos quatuordecim, priuſquàm in Bellicenſem Epiſcopatum Agiſlo ſuccederet, factus autem Epiſcopus Bellicenſis curam Monaſterij Condateſcenſis haud dimiſit, ideóque ſimul & Abbas & Epiſcopus in eodem Diplomate nuncupatur, Bellicenſem autem Diœceſim diu non rexit, anno enim Pippini Regis ſeptimo, id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo duodeſexageſimo, ac deinceps Abbas tantùm dicitur, vt ſuis locis oſtendemus.

HIPPOLYTVS ABB. CONDATES. SVCCEDIT AGISLO IN EPISCOPATVM BELLICENSEM.

CCXIV. Hoc eodem anno Pippini Regis quarto, Strachfridus *ſacroſanctæ Eccleſiæ Sancti Gallonis, Monaſterio in pago Durgauinſi, vbi Autmarus Abbas eſſe videtur,* pro remedio animæ ſuæ multa bona concedit *in pago Briſigauinſi.* Goldaſtus [b] Chartam refert integram cum hac ſubſcriptione. *Datum* VI *Kalend. Nouemb. Ego Strachfrid Donationem à me factam relegi. Ego Thiotbaldus Monachus hanc traditionem ſcripſi & ſubſcripſi, anno* IIII. *regnante Pipino Rege Francorum ſub Chancharone Comito.*

CELLA S. GALLI DITATVR.

[b] Tom. 2. rer. Alamann.

CCXV. In Diœceſi Friſingenſi, quinto Idus Februarij colitur Sancta Apollonia Virgo & Martyr cum commemoratione Sancti Altonis Abbatis, vt ex Officiis propriis anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo viceſimo-quinto

ALTO ABB. OBIT.

cuſis liquet [a]. Sub hunc autem annum in ſuo Monaſterio decrepitus obiit beatus Alto, cui ſucceſſit in tegimen Cœnobij Marinus eius diſcipulus, vir Apoſtolicus Bucelino dictus in Germania Sacra [b].

AN. CH. 755.

PIPPINI R. 4.

SVCCEDIT MARINVS.

Ad hunc annum referenda videtur epiſtola, quam Stephanus Papa Proculo Viennenſi Archiepiſcopo ſcripſit [a]. VIII. *Kalend. Iuly*. Proculus, quem anno ſuperiore factum Archiepiſcopum diximus, per literas magno cum mœrore queſtus fuerat, quòd Eccleſiam Viennenſem valdè afflictam reperiſſet, cùm ob cladem à Saracenis acceptam, tum ob annos complures abſque Archiepiſcopo tranſactos, quia, prædictis Chriſtiani nominis hoſtibus ad vtramque Rhodani ripam effuſis, Wilicarius Archiepiſcopus
in Agaunenſe Monaſterium ſeceſſerat. Stephanus ſuum Proculo dolorem CCXVI.
tanta de calamitate non modò teſtatus eſt, ſed & Pippino eiúſque filiis pro reſtauratione Viennenſis Eccleſiæ reſcripſit [c], *vt ſicut Metropolitano iure pollebat, ita rebus vacuata non minueretur*. Adſcribendæ ſunt autem Stephano Tertio hæ literæ, quia Proculus obiit Stephano Quarto nondum Pontifice. Stephanus Tertius vitam clauſit ſexto Kalendas Maias, anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſeptimo, atque inde fit admodùm probabile literas, quas ab eo Proculus accepit, hoc anno ſcriptas fuiſſe.

PROCVLVS EP. VIENNENS. CONSOLATORIAS ACCIPIT LITERAS A STEPHANO PP.

Toto tempore, quo Pippinus Regno Francorum potitus eſt, dies quartus ante Nonas Februarias, quo Purificatio Beatæ Mariæ Virginis cele-
bratur, bis duntaxat, ſemel hoc anno, iterum anno Chriſti ſeptingenteſi- CCXVII.
mo ſexageſimo-ſexto, cum die Dominico coincidit, currente tum literâ Dominicali E. Poſtulat hæc à nobis obſeruatio, vt Hadelogæ Kitzingenſis Abbatiſſæ mortem hoc anno conſignemus, quia contigit die Dominico, *cùm eſſet Purificatio Sanctæ Mariæ, Matris Domini noſtri Ieſu Chriſti*. Sic enim Anonymus ex Codice Bodecenſi publicatus [d] in eius vita ſcribit. *Nocte Dominicâ, cùm eſſet Purificatio Sanctæ Mariæ Matris Domini noſtri Ieſu Chriſti, Reginæ Virginum, quam ipſa* Hadeloga *Matrem & Patronam ſibi elegerat, infirmari incipiens, Sorores ſic omnes allocuta eſt. Et ego ad Chriſtum proficiſcor, cauete, cariſſimæ, ne diabolus ſurripiat aliquam de ouibus, quas, cooperante Domino, meo ſudore in loco iſto congregaui. Eſtote quoque ſollicitæ, ne polluatur locus iſte à diaboli inſtigatione vel aliquâ carnali pollutione. Habete coram oculis, quomodo ego bonis vos exemplis præceſſi, vt ita ſubſequi, Chriſto iuuante, poſſitis. Et accipiens cum optima confeſſione Corpus Dominicum, commendauit oues ſuas Chriſto bono Paſtori, dicens. Domine Ieſu Chriſte, Paſtorum omnium Paſtor optime, cuſtodi oues iſtas, quas pretioſo ſanguine tuo redemiſti, & non ſinas eas diabolicâ inuaſione lacerari. Sed & meam animam commendo in manus miſericordiſſimæ pietatis tuæ, quia tuam in Cruce poſitus animam in manus Dei Patris Omnipotentis commendaſti. Hæc dicens, emiſit ſpiritum, cum Sanctis omnibus ſine fine manſurum. Corpus autem ſacratiſſimæ virginis ſtudioſiſſimè conditum aromatibus, cum deuotis atque condignis exequiis, ante altare Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, in ſanctuario, diligenti curâ collocatum eſt.* Abbatiſſarum Kitzingenſium Catalogum ediderunt Bruſchius in Chronologia Monaſteriorum Germaniæ & Bucelinus in Monaſteriologia Imperij Germanici. Vterque Sanctæ Hadelogæ Heilgam, tum Bertham ſuffecit, at neuter annos vel Heilgæ vel Berthæ diſtinxit.

HADELOGA KITZINGENSIS ABBATISSA MORITVR.

SVCCEDIT HEILGA.

Ipſam Hadelogam, quæ Kitzingo præfuit, multi cum Tecla confundunt, CCXVIII.
quæ præfuit Ochnofurto. Lege quæ dicta ſunt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum vndequinquageſimum [e]. Vt Hadeloga, ſic & Tecla migrauit ad Deum regnante tum Pippino, ſed vtra ſuperſtes alteri fuerit, haud ſcimus. Coluntur, Hadeloga quarto Nonas Februarij, Tecla Idibus Octobris.

TECLA ABBATISSA OCHNOFVRTANA.

[a] Ap. Bolland. d. 9. Febr.

[b] Part. 2. in Vveingarten.

[c] In Antiquit. Vienn.

[d] Ap. Bolland. d. 2. Febr.

[e] Num. 39.

AN. CH. 756. PIPPINI R. 5.

ANNVS
CHRISTI 756.
PIPPINI R. 5.

FRANCI QVIESCVNT ABSQVE BELLO.

I. ANNO DCCLVI. *Papa Stephanus defunctus. Franci quieuerunt, excepto custodes directos ad Arbonam.* Hæc Annaliſta Nazarianus ſtylo vt breui ſic & barbaro nec erroris experte. Reiiciendus enim in annum ſequentem obitus Stephani Papæ. Francos autem hoc anno quieuiſſe ſic etiam docet Annaliſta Metenſis. *Anno Dominicæ Incarnationis* DCCLVI. *Pippinus Princeps interiora Regni ſui pacificè ordinans, tam in Eccleſiaſticis rationibus, quàm & in publicis negociis & priuatis, in nullam partem exercitum duxit.* Anonymus, qui Nebelungi Comitis iuſſu Geſta Pippini Regis conſcripſit, Franciam non hoc tantùm anno ſed & poſtero quieuiſſe teſtatur, enarratâ enim expeditione Longobardica, de qua ſermonem anno priore fecimus, hæc proximè ſubiungit, *quieuit terra à præliis annis duobus.* Id certum confirmabitur ex iis, quæ dicemus, cùm anno ſequenti, quem bello caruiſſe demonſtrabimus, tum anno Chriſti ſeptingenteſimo duodeſexageſimo, quo bellum contra Saxones ſuſceptum ac confectum referemus.

AISTVLFVS R. LONGOB. OBIT.

II. Aiſtulfus Longobardorum Rex ineunte hoc eodem anno vitam finiuit. De anno conueniunt Annaliſtæ, Petauianus, Loiſelianus, Laureshamenſis, Tilianus, Bertinianus, & Metenſis. *Dum reuerſus eſt Pippinus Rex*, inquit Annaliſta Tilianus, *cupiebat Haiſtulphus mentire, quæ anteà pollicitus fuerat, & ſacramenta inrumpere. Quodam die venationem faciens percuſſus eſt Dei iudicio, vitam finiuit.* Clariùs hæc Annaliſta Laureshamenſis ſic. *Haiſtolfus poſt obſceſſum eius*, nempe Pippini, *cùm meditaretur quomodo ſua promiſſa non tam impleret, quàm doloſè ea, quæ impleta fuerant, commutaret, in venatione, de equo ſuo, caſu prolapſus eſt, atque ex hoc ægritudine contractâ, intra paucos dies viuendi finem fecit*; vel, vt Annaliſta Metenſis habet, *diuinâ vltione percuſſus, de equo, in quo ſedebat, in terram proiectus, tertiâ die vitam amiſit.* Anno præterito, Kalendis Ianuarij; Romam obſidere cœperat, *poſt anni ſpatij circulum* mortem opperiit, vt teſtatur Stephanus Papa [a].

[a] Ep. I. Cod. Carol.

SVCCEDIT DESIDERIVS

III. Aiſtulfi morte compertâ, cùm nemo omnium eſſet, ad quem Regnum hæreditario iure pertineret, Deſiderius, qui Comes Stabuli Aiſtulfo fuerat, túmque eiuſdem beneficio Ducatum Tuſciæ adminiſtrabat, ipſum ſibi Longobardis in Tuſcia ſuffragantibus vendicauit. Quod vbi Rachiſius audiuit, Aiſtulfi frater, tum Caſinas Monachus, vſque adeò indignatione exarſit, vt relicto Cœnobio Regnum denuò inire voluerit. Neque verò eius conſilij auctores, aut ad rem gerendam deerant adiutores, pleriſque Longobardis ad eum ſeditionis ergò confluentibus. His rebus animaduerſis, Deſiderius in ſummum timorem adductus auxilium à Romano Pontifice poſtulauit, eíque, ſi ad ſuas ſe partes applicuiſſet, ciuitates ab Aiſtulfo non reſtitutas cum copioſis muneribus ſe traditurum, & pacem fœdúſque pro eius arbitrio inſtauraturum promiſit. Stephanus re cum Fulrado Abbate, Pippini Regis Conſiliario, communicatâ, omnia, quæ ille peteret, ſe facturum demonſtrauit, ac Paulo fratre ſuo Diacono & Chriſtophoro Conſiliario vnà cum Fulrado ad eum in Tuſciam miſſis fœdus ex ſententia ſanxit, Deſiderio atque eius exercitu diris execrationibus, ſi quando fide deceſſiſſent, obſtrictis, deinde per Stephanum Preſbyterum

OPE STEPHANI PP. ET FRANCORVM.

monuit

AN. CH. 756. PIPPINI R. 5.

monuit Rachiſium, vt in priſtino vitæ inſtituto maneret. Quin etiam Fulradus auxiliis Francorum Romanorúmque ſtipatus ad Deſiderium tranſiit, ſeque, ſi res armis eſſet diſceptanda, ei non defuturum oſtendit. Ita, cedente Rachiſio, Longobardi terriri Regnum Deſiderio confirmarunt.

IV.

Totum hoc negotium in Codicibus Regio & Mazarino ſic deſcribit Anaſtaſius [a]. *Ipſe Aiſtulphus quodam loco in venationem pergens diuino ictu percuſſus, defunctus eſt. Tunc Deſiderius, qui ab eodem Aiſtulpho ad Tuſciæ partes erat directus, audiens præfatum Aiſtulphum obiiſſe, illicò aggregans ipſius Tuſciæ exercitûs multitudinem, Regni Longobardorum arripere nitebatur faſtigium. Hunc deſpectui habens Ratchiſius dudum Rex, poſtmodum & Monachus, germanus præfati Aiſtulphi, ſed & alij plures Longobardorum Optimates eundem Deſiderium ſpernentes, multam Tranſalpinorum vel ceteri Longobardorum multitudinem exercitûs aggregantes, ad dimicandum contra eum profecti ſunt. Ad hæc præfatus Deſiderius obnixè prædictum beatiſſimum Pontificem deprecatus ſibi auxilium ferre, quatenus ipſe Regàlem valeret aſſumere dignitatem, ſpondens iureiurando omnem præfati Pontificis ſe adimplere voluntatem. Inſuper & Reipublicæ ſe redditurum profeſſus eſt ciuitates, quæ remanſerant, immò & copioſa ſe daturum munera. Tunc iſdem præcipuus Pater & bonus Paſtor inito conſilio cum prædicto Fulrado venerabili Presbytero & Abbate atque Conſiliario Pipini miſit germanum ſuum Paulum Diaconum & Chriſtophorum Conſiliarium ſuum vnà cum Fulrado Abbate in partes Tuſciæ ad prædictum Deſiderium. Cum quo locuti confeſtim conſcripta pagina ſub terribili iuramento iſdem Deſiderius cuncta profeſſus eſt ſuperiùs annexa per ſponſionem ſe adimplere. Hoc verò peracto, ſtatim miſit nuntium ſuum Stephanum venerabilem Presbyterum Dominus Papa cum Apoſtolicis literis præfato Radchiſo, vel cunctæ genti Langobardorum, properauit & præfatus Fulradus venerabilis Abbas cum aliquantis Francis in auxilium ipſius Deſiderij, ſed & plures exercitus Romanorum, ſi neceſſitas exigeret, in eius diſpoſuit occurrere adiutorium. Ita ſuffragantibus prædicti beatiſſimi Pontificis Deo acceptis precibus, ſic Omnipotens Deus diſpoſuit, vt ſine vlla animarum periclitatione præfatus Deſiderius per iam dicti Papæ concurſum, quam ambiebat, aſſumeret Regalem dignitatem.*

V. SEDATO TVMVLTV LONGOBARDICO

Tumultus ille Longobardicus haud productus fuit vltra menſem Martium. Etenim hoc compreſſo Stephanus Papa per Folradum Abbatem & alios Nuncios ad Pippinum Regem direxit epiſtolam [b], in qua teſtabatur elapſo anno, iſto in tempore quo ſcribebat, ab Aiſtulfo ſe obſeſſum fuiſſe, Anaſtaſius autem obſidionem illam, quam idem Stephanus [c] Kalendis Ianuariis inchoatam aſſerit, tribus duntaxat menſibus duraſſe ſic affirmat. *Generalem faciens commotionem cum vniuerſo Regni ſui Longobardorum populo contra hanc Romanam venit vrbem, quam per trium menſium ſpatia abſidens, atque ex omni circumdans parte, quotidie fortiter eam expugnabat.* Flagrante autem ciuilibus diſcordiis Longobardiâ, Pippinus ſingulari prorſus prudentiâ copias *ad Arbonam* direxit, vt Annaliſta Nazarianus ſuprà citatus obſeruauit, id eſt, ad fines vſque Longobardorum, vt promptiùs faciliúſque, ſi neceſſitas poſtularet, rebus ſe Longobardicis immiſceret.

[b] Ep. 8. Cod. Carol.

[c] Epp. 4 6. Cod. Carol.

VI. STEPH. PP. PER LITERAS PIPPINVM HORTATVR,

Poſtquàm Deſiderius Regnum Longobardorum quietè obtinuit, Stephanus Papa per Folradum Abbatem, Georgium Epiſcopum, & Ioannem Sacellarium literas ad Pippinum Regem tranſmiſit cum hac inſcriptione. *Domno Excellentiſſimo filio & noſtro ſpiritali compatri Pippino Regi Francorum & Patricio Romanorum, Stephanus Papa.* Extant integræ in Codice Carolino [d]. Res, de quibus agunt, ſingulatim per capita diſtinguemus.

[d] Ep. 8.

VII.

Primò, Stephanus Papa pro beneficiis in Sedem Apoſtolicam collatis vberrimas Pippino gratias perſoluit, eíque largiſſimas à Deo benedictiones exoptat. *Elapſo*, inquit, *anno, iſto in tempore, valdè ab hoſtium depopu-*

[a] In Steph. 3.

AN. CH. 756. PIPPINI R. 5.

loſa impugnatione ſanciati, & vltrà citráque circumdati affligebamur, nunc autem tuo potentiſſimo auxilio erepti ab imminentibus periculis, immenſo exultamus gaudio, &c. Benedictus Dominus Iſrael, quia viſitans plebem ſuam, & redemptionem facere cupiens populo ſuo, ſuſcitauit te nobis, Chriſtianiſſime victor, noſtris diebus fortiſſimum liberatorem. Quid enim aliud, quàm nouum te dixerim Moyſen, & præfulgidum aſſeram Dauid Regem? Quoniam quemadmodum illi ab oppreſſionibus allophylorum populum Dei liberauerunt; ita quoque tu, benedicte à Deo victor, fortiſſime Rex, tuo certamine, Eccleſiam Dei, & eius afflictum populum, ab hoſtium impugnatione, eruere ſtuduiſti, &c. Benedicat tibi Dominus pulchritudo iuſtitiæ, & tuos amantiſſimos natos Dominum Carolum & Carolomannum, à Deo inſtitutos Reges Francorum, & Patricios Romanorum cum Chriſtianiſſima eorum matre, Excellentiſſima Regina, dulciſſimáque coniuge, fidele Dei, ſpiritali noſtra commatre, tueatur, & in omnibus protegat. Dilatet Deus ſemen veſtrum, & benedicat in æternum, atque ſolium Regni fruendum perenniter concedat, & vniuerſam gentem Francorum, ſub veſtra ditione permanentem, illæſam cuſtodiat, &c.

VIII. VT CIVITATES, QVAS LONGOBARDI RETINENT, ECCLESIÆ ROM. REDDENDAS CVRET.

Secundò, Stephanus Pippinum, vt opus feliciter inchoatum perficiat, & ciuitates, quas Aiſtulfus contra pactum ad mortem vſque retinuit, Eccleſiæ Romanæ, vt promiſit, tradendas curet, ſic rogat. *Cum magna fiducia, tanquam præſentialiter, coram tuo melliſluo conſiſtens aſpectu, flexis genibus petens peto te, & omnino coram Deo viuo deprecor, vt iubeas firmiter in hoc bono opere, ſicut certè confidimus, vſque in finem permanere pro ſancta Dei Eccleſiæ perfecta exultatione, & eius populi deliberatione, & integra ſecuritate, & plenariam iuſtitiam eidem Dei Eccleſiæ tribuere digneris, atque optimum & velocem finem, in cauſa fautoris tui beati Petri, adhibere iubeas, vt ciuitates reliquas, quæ ſub vnius dominij ditione erant connexæ, atque conſtitutos fines, territoria, etiam loca & ſaltoria, in integro matri tuæ ſpiritali Sanctæ Eccleſiæ reſtituere præcipiatis, vt populus Dei, quem à manibus inimicorum redemiſti, in magna ſecuritate & delectatione, tuo auxilio adiutus, viuere valeat, quoniam & filius noſter Deo amabilis Folradus, fidelis veſter, omnia conſpiciens ſatis teſtatus eſt, quòd nequaquam ipſe populus viuere poſſit extra eorum fines, & territoria atque poſſeſſiones, abſque ciuitatibus illis, quæ ſemper cum eis ſub vnius dominij ditione erant connexæ. Peto te, fili, peto te coram Deo viuo, & fortiter coniuro, ſpiritalis compater, vt in hoc bono opere perfectiùs maneas, & non hominum blandimentis, aut ſuaſionibus, vel promiſſionibus, quod abſit, faueas, & in aliam declines partem; ſed magis verè timens Deum, omnia, quæ beato Petro ſub iureiurando promiſiſti, adimplere iubeas, &, ſicut cœpiſti, plenariam iuſtitiam illi impertire.*

IX. Tertiò, Stephanus quonam in ſtatu res Longobardiæ ſub Deſiderio Rege verſantur, ſic exponit. *Tyrannus ille, ſequax diaboli, Haiſtulfus deuorator ſanguinum Chriſtianorum, Eccleſiarum Dei deſtructor, diuino ictu percuſſus eſt, & in inferni voraginem demerſus. In ipſis quippe diebus, quibus ad hanc Romanam vrbem deuaſtandam profectus eſt, poſt anni ſpatij circulum ita diuino mucrone percuſſus eſt, vt profectò in eo tempore, quo fidem ſuam tentans diuerſa piaculi ſcelera perpetratus eſt, in eo & ſuam impiam finiret vitam. Nunc autem, Dei prouidentiâ, per manus ſui Principis Apoſtolorum beati Petri, ſimul & per tuum fortiſſimum brachium, præcurrente induſtriâ Deo amabilis viri Folradi, tui fidelis, noſtri dilecti filij, ordinatus eſt Rex ſuper gentem Langobardorum Deſiderius, vir mitiſſimus, & in præſentia ipſius Folradi ſub iureiurando pollicitus eſt reſtituendum beato Petro ciuitates reliquas, Fauentiam, Imolam, & Ferrariam, cum earum finibus, ſimul etiam & ſaltora, & omnia territoria; necnon & Auſimum, Anconam, & Humanam, ciuitates, cum earum territoriis; & poſtmodum per Garinodum Ducem & Grimoaldum nobis reddendum ſpopondit ciuitatem Bononiam cum finibus eius, & in pacis quiete cum eadem Dei Eccleſia & noſtro populo ſemper manſurum profeſſus,*

atque fidelem erga à Deo protectum Regnum veſtrum eſſe teſtatus eſt: & petiit nos, quatenus Bonitatem tuam deprecaremur, vt cum eo & cuncta gente Langobardorum magnam pacis concordiam confirmare iubeas. Nam & Spoletini Ducatûs generalitas per manus beati Petri, & tuum fortiſſimum brachium, conſtituerunt ſibi Ducem, & tam ipſi Spoletini, quámque etiam Beneuentani, omnes ſe commendare per nos à Deo ſeruata Excellentia tua cupiunt, & imminent anhelantiùs in hoc deprecando Bonitatem tuam.

AN. CH. 756. PIPPINI R. 5.

In hoc textu nonnulla ſunt obſeruanda. Manifeſtiſſimè declaratur tempus, quo Rex Aiſtulfus ex hac vita ſublatus eſt. Eius ſucceſſor conſtituitur Deſiderius *per fortiſſimum* Pippini *brachium procurrente Folradi* Abbatis *induſtriâ*; quapropter in Hiſtoria iuſſu Nibelungi Comitis conſcripta, cui Metenſis Annaliſta ſuffragatur, *Langobardi vnà cum conſenſu Regis Pipini, & conſilio Procerum ſuorum, Deſiderium in Sedem Regni inſtituunt.* Ciuitates omnes, quas idem Deſiderius Eccleſiæ Romanæ ſe redditurum pollicetur, anno ſuperiore comprehendimus in Donatione Pippinina, quam conſule; ſolum tamen Ferrariæ Ducatum Stephanus Papa recepit, Deſiderio Rege ceteras ciuitates contra promiſſa retinente. Qua de re ſic Anaſtaſius [a]. *Direxit Miſſum ſuum venerabilis Pontifex, & retinuit de ipſis ciuitatibus, quas prædictus Deſiderius reddere promiſerat ſibi, Fauentias cum Caſtro Tiberiaco ſeu Caballo, & vniuerſum Ducatum Ferrariæ in integrum.* Anno quoque ſuperiore in deſcriptione Donationis Pippininæ egimus de Ferraria, de Fauentia ſeu Fauentiis, & de Caballo ſeu Gabello vel Caſtro Tiberiaco ſiue Caſtro ad Cabellos, nec tribus hiſce de locis hîc quidquam repetendum videtur. Extra Pippininæ Donationis metas erant Spoletum & Beneuentum, vrbes primariæ totidem Ducatuum, qui ſub Longobardorum Regibus ſuos Duces ſeu Præfectos habebant, ídque Pippino Regi maximæ laudi vertitur, quòd eius amicitiam ac patrocinium ambo populi, Spoletanus ac Beneuentanus, expetierint. X.

[a] In Steph. 5.

Quartò, Stephanus Pippinum, vt cum Deſiderio, vbi promiſſa impleuerit, amicitiam fœdúſque paciſcatur, ſic rogat. *Petimus te, Excellentiſſime fili & ſpiritalis compater, vt ſi prædictus Deſiderius, quemadmodum ſpopondit, iuſtitiam Sanctæ Dei Eccleſiæ ſuæ, Reipublicæ Romanorum, beato Petro protectori tuo pleniùs reſtituerit, & in pacis quiete cum Eccleſia Dei & noſtro populo, ſicut in pactis à tua Bonitate confirmatis continetur, permanſerit cum vniuerſa ſua gente, iubeas in id, quod petiit, tuas à Deo inſpiratas aures inclinare. Hoc intereà anhelantiùs, vt nimis velociter eidem Deſiderio Regi, obteſtando, admonendo, etiam & præcipiendo, dirigere iubeas, vt reliquas ciuitates, loca, fines, & territoria, atque patrimonia, & ſaltora, in integro ſuæ Eccleſiæ reddere debeat, & tale fundamentum & optimum finem in cauſa eius imponere iubeas, vt auxiliante Domino ipſa Sancta Dei Eccleſia ſecura maneat vſque in finem ſeculi, vt plenaria iuſtitia à iuſto Iudice Domino Deo noſtro, & memoriale nomen tibi in ſecula maneat, vel etiam cunctæ Chriſto protectæ genti veſtræ Francorum. Inſpiratus autem à Deo nimis feſtinanter cauſam Sanctæ Eccleſiæ perficies, quia ſunt aliæ canonicæ cauſæ, quas perficere debeamus, pertinentes ad magnam Regni tui laudem, & magnam animæ tuæ, vel cunctæ gentis Francorum mercedem.* XI.

Quintò, Stephanus Pippinum, vt cum Græcis agat de cuſtodienda fide Catholica, quam ſceleſtiſſimus Imperator Conſtantinus Copronymus impugnat, ita precatur. *Et hoc obnixè poſtulamus præcelſam Bonitatem tuam, vt inſpiratus à Deo & eius Principe Apoſtolorum beato Petro, ita diſponere iubeas de parte Græcorum, vt fides Sancta Catholica & Apoſtolica per te integra & inconcuſſa permaneat in æternum, & Sancta Dei Eccleſia, ſicut ab aliis, & ab eorum peſtifera malitia liberetur, & ſecura reddatur, atque omnia proprietatis ſuæ percipiat; vnde pro anima veſtra ſalute indefeſſa luminariorum* XII. CVM GRÆCIS AGAT DE CVSTODIENDA FIDE CATHOLICA.

AN.CH. 756.

PIPPINI R. 5.

concinnatio Dei Eccleſiis permaneat, & eſuries pauperum egenorum vel peregrinorum nihilominus reſecetur, & ad veram ſaturitatem perueniant. En inſignis iterum commendatio Pippini Regis, cuius auxilium imploratur à Romano Pontifice, vt per vniuerſas Imperij ditiones & fides Orthodoxa cuſtodiatur, & ſua Baſilicis iura conſerventur. Atque hîc obiter nota proprietati Eccleſiarum atque etiam Romanæ nihil in toto Græcorum Imperio attribui, præter quædam patrimoniola, quorum reditus ad fouenda luminaria, ſubleuandámque pauperum ac peregrinorum eſuriem impendi conſueuerant.

XIII. Sextò, Stephanus Pippinum rogat, vt exemplar literarum, quas Silentiario Conſtantini Legato dederit, ad ſe Romam tranſmittat, quatenus manifeſta fiat omnibus concordia, quæ Sedem Apoſtolicam inter ac Franciam intercedit. *Qualiter autem cum Silentiario locuti fueritis, vel quomodo eum tua Bonitas abſoluerit, vnà cum exemplari literarum, quas ei dederitis, nos certiores reddite, vt ſciamus, qualiter in communi concordia agamus, ſicut inter nos & Folradum Deo amabilem conſtitit.*

XIV. Septimò, Stephanus Folradum Abbatem, qui Româ tunc in Franciam reuertebatur, ob operam nauiter aduersùs Longobardos impenſam paucis apud Pippinum ſic commendat. *Ipſe verò dilectus filius noſter Folradus in omnibus cauſis iuxta tuam præceptionem peregit, & maximas gratias illi egimus pro ſuo certamine. Qui videlicet ad vos reuertens, omnia, qualiter acta ſunt, Bonitati veſtræ commendabit.*

XV. Octauò, Stephanus Pippinum precatur, vt Georgium Epiſcopum & Ioannem Sacellarium, qui Româ cum Folrado Abbate ſimul in Franciam proficiſcuntur, hilari vultu ſuſcipiat, eóſque, necnon Wicharium Epiſcopum Nomentanum Romam quantocyùs remittat. *Præſentes verò fideliſſimos noſtros, id eſt, Georgium Reuerentiſſimum ac Sanctiſſimum Fratrem & Coepiſcopum noſtrum, atque Ioannem Regionarium noſtrumque Sacellarium, petimus, vt hilariori ſuſcipiens vultu, in omnibus acceptare iubeas, & quicquid noſtrâ vice Bonitati tuæ locuti fuerint, eis in omnibus credere digneris, atque cum effectu cauſa & lætabundis nuntiis ad nos remeandos abſoluere iubeas. Nam & hoc obſecramus Bonitatem tuam, vt nimis celeriter ad nos coniungendum abſoluere præcipias Reuerentiſſimum. Fratrem & Coepiſcopum noſtrum Wicharium.* Hic Stephani Papæ literas ad Pippinum eiúſque filios anno priori detulerat.

XVI.

ET MONACHOS CASINATES IN ITALIAM REMITTAT.

Denique Stephanus Pippinum certiorem facit, quòd Optatus Abbas Monaſterij Caſinenſis à ſe repetiit Monachos, qui cum Carolomanno ante biennium in Franciam profecti ſunt, & quodnam ſuper ea re fieri reſponſum velit, ſic poſtulat. *Et hoc præcelſæ & à Deo cuſtoditæ Excellentiæ veſtræ innoteſcimus, quia petiit nobis Optatus religioſus Abbas veſtri Monaſterij Sancti Benedicti pro Monachis ſuis, qui cum germano tuo profecti ſunt, vt eos abſoluere iubeas, ſed qualiter tua fuerit voluntas, ita de eis exponere iubeas. Incolumem Excellentiam tuam gratia ſuperna cuſtodiat.*

XVII. Optatus Abbas Caſinenſis ad annum ſequentem ſuperſtes vixit, adminiſtrationem enim Monaſterij geſſit *annis* x, vt Leo Oſtienſis teſtatur [a], id eſt, ab anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſeptimo ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſeptimum, vt alibi iam obſeruauimus [b]. In dubium non vocamus, quin Pippinus acceptis Papæ literis Monachos Caſinates in Italiam ſtatim remiſerit, corpúſque Carolomanni fratris per eos in Eccleſiam Monaſterij Caſinenſis Viennâ transferendum curarit. Monachus [c] Laureshamenſis, poſtquàm Carolomanni mortem retulit, hæc de corporis tranſlatione proximè ſubiungit. *Corpus iuſſu* Pippini *Regis ad Monaſterium S. Benedicti, in quo Monachicum habitum ſuſceperat, relatum eſt.* Huic Annaliſtæ Leo Oſtienſis [d] in Chronico Caſinenſi ſic aſtipulatur. *Poſteà corpus idem Pippinus, frater eius, locello aureo condi-*

[a] Lib. 1. c. 9.

[b] Ad an. 749. n. 60.

[c] Ad an. 754.

[d] Lib. 1. c. 7.

CORPUS CAROLOMANNI CASINUM TRANSFERTUR.

AN. CH. 756. PIPPINI R. 5.

tum, cum aliis pleriſque muneribus, huc illud ad ſuum ſcilicet remiſit Monaſterium. Vox, *poſteà*, quâ hic Auctor vtitur, ab obitu Carolomanni ad corporis vſque tranſlationem aliquod ſpatium temporis interceſſiſſe prodit, atque admodum probabile eſt illud corpus in Italiam non priùs reuectum fuiſſe, quàm Monachi Caſinates, qui ſimul in Galliam cum Carolomanno venerant, Caſinum dimittente Pippino redierint. Quieſcit etiamnum Sanctus Carolomannus apud Caſinum cum Sanctis Simplicio & Conſtantino ſub maiori altari in crypta ſubterranea, de qua conſule Godefridum Henſchenium [a] in Commentario præuio de Tranſlatione corporis Sancti Benedicti in Gallias ad Monaſterium Floriacenſe. Pippinus, vt ex Leone audîſti, Cœnobio Caſinenſi multa munera largitus eſt, cùm corpus Carolomanni fratris illuc transferri permiſit, alia quoque iampridem contulerat, vt & ipſemet Carolomannus, quapropter in literis ſuprà recitatis Romanus Pontifex, vt Optati Caſinenſis Abbatis fratrúmque Caſinenſium gratum erga Pippinum Regem animum teſtaretur, eidem Pippino de Abbate Monachiſque Caſinatibus à Francia procul diſſitis ita ſcripſit, *Optatus religioſus Abbas veſtri Monaſterij Sancti Benedicti.*

XVIII. MON. NOVALICIENSE RESTAVRATVR.

Franciſcus Auguſtinus ab Eccleſia Salutienſis Epiſcopus in Chronologica Pedemontanæ Regionis Hiſtoria [b] Monaſterium Sancti Petri de Noualiſio *, quod à Longobardis olim dirutum fuerat, hoc tandem anno inſtauratum ſic teſtatur. *Ad radices Montis Cinicij, non longè à flumine etiam Ciniſio ſita eſt vetuſtiſſima S. Petri de Noualiſio Abbatia, ſic dicta ab eiuſdem nominis oppido præfatæ Abbatiæ ſubiecto, ſiue à noua luce. Hæc adhuc in humanis agente D. Benedicto ab Abbone Patricio Romano, vt ex quondam Diplomate Abbatiæ Bremetenſi huius filiæ à Benedicto Papa VIII anno 1014 conceſſo apparet, conſtructa, eiúſque Monachis conceſſa, adeò opulentos habuit redditus, vt quingentis Monachis, ita teſtante Guillelmo Baldeſſano, ſufficerent. Verùm à Longobardis per Vallem Secuſinam in Galliam ſub Rodoano Duce anno 575 tranſeuntibus deuaſtata, per multos annos hoſpitio deſerta fuit Monachorum, qui quotquot ab impiorum furore tunc temporis euaſerant, Taurinum ſe receperunt, vbi ad annum vſque ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſextum commorati ſunt, quo alter Abbo (vt ait Pingonius in ſua Auguſta Taurinorum) quo alter etiam Patricius natione Gallus citra & vltra Alpes potentiſſimus, primus Secuſiæ Marchio eandem Abbatiam reſtituit, iterúmque ampliſſimis redditibus locupletauit, tertiam partem inter cetera Vallis Secuſinæ, pluráque alia bona in Italia & Gallia ei concedendo.*

XIX.

Noualicienſe Monaſterium in Valle Seguſiana priùs à Longobardis euerſum eſt, quàm Seguſium in Francorum poteſtatem veniret. Idcircò nihil hactenus à nobis illo de Cœnobio dictum. Guntchramnus cedente Imperatore primus è Francorum Regibus Seguſio * potitus eſt; parochias Seguſienſes, quæ priùs ad Diœceſim Taurinenſem pertinebant, Eccleſiæ Mauriennenſi ſubiecit, eas Vrſicinus Taurinæ ciuitatis Epiſcopus Gregorij Magni temporibus ſibi reddi poſtulauit, vt ex epiſtolis [c] eiuſdem Papæ conſtat, redditas verò fuiſſe non patet. Illis certè temporibus Reges Francorum, ſi quæ loca vel oppida ſuis ditionibus è vicinis Diœceſibus adiunxerant, ea non patiebantur exteris ampliùs Epiſcopis ſubeſſe. Quapropter Noualicienſe Monaſterium in Diœceſi Maurienneſi collocabimus, donec Auguſta Taurinorum Carolo Magno cum reliquo Longobardorum Regno ſubiiciatur.

XX. GODONVS ABBAS PRÆFICITVR.

Apud Epiſcopum ſuprà citatum, in Abbatum Noualicienſium Catalogo Godonus & Sanctus Froidinus Abbates ponuntur, ille anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſexto, hic anno Chriſti ſeptingenteſimo ſeptuageſimo, atque inter vtrumque medij recenſentur Abbo, Ioſeph, Guillelmus, Girardus, Aſenarius, & Witgarius, ſic.

[a] D. 21. Mart.

[b] Cap. 16.

* Noualeſe.

* Suſe.

[c] Lib. 7. epp. 121. 122. edit. vulg.

AN. CH. 756. Pippini R. 5.

756. Godonus, qui fuit primus Abbas poſt reparationem.
Abbo
Ioſeph, cui Carolus Magnus Villam Bardoniſſam donauit.
Guillelmus.
Girardus.
Aſenarius, Francicus genere, ac nominatiſſimus inter Proceres Francorum.
Witgarius Epiſcopus & Abbas.
770. S. Froidinus.

XXI. De Godono nulla eſt difficultas. Hic inſtaurati Monaſterij primns Abbas fuit. At de ſucceſſore non conuenimus. Attiniacenſi enim Placito Aſenarius ſiue Aſinarius Abbas anno Chriſti ſeptingenreſimo ſexageſimo-quinto ſubſcripſit. Atque ex eà ſubſcriptione colligimus Aſenarium proximè Godono ſucceſſiſſe; Abbonem, Ioſephum, Guillelmum & Girardum vel ex Abbatum numero delendos, vel ſuis è locls eſſe ſummouendos. Abbo Patricius, non Abbas extitit, & *amiſſo Riculfo filio*, vt Vghellus [a] obſeruat, *ipſum Noualicenſe Cænobium pro medietate hæredem inſtituit* Abbate tum Frodino ſeu Froidino. Deinde *Ioſeph, cui Carolus villam Bardoniſſam donauit*, præponi non poteſt Aſenario, qui Noualicienſe Monaſterinm regebat anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-quinro. De Guillelmo nihil legimus. Girardus ex Eirardo, qui ſeriùs Abbatiale munns geſſir, factus videtur.

[a] Tom. 4. Ital. Sacr. in 8. Epiſc. Taurin.

XXII. LOTHARIVS SAGIENSIS EP. OBIT. Lotharius ſeu Loharius Sagienſis Epiſcopus hoc anno, decimo-ſeptimo Kalendas Iulij felicirer in cælum migranit. Lege Robertum in Gallia Chriſtiana, cni ſuffragantur Sammarthani. Sauſſaius ad illum diem in Supplemento Martyrologij Gallicani ſic habet. *Ciuitate Saiorum in Lugdunenſi 2. Sancti Lotharij, qui cæli cupidus primùm vitam eremiticam coluit, inde aſſumptus ad Epiſcopatum illam Eccleſiam magno fœnore gratiæ repleuit, dignéque & fructuosè huius adminiſtratione peractâ, cæli ciuis cum Sanctis Anteceſſoribus ſuis, Latuino, Laudrico, Mileardo, Rauenero, & Alnoberto, pro meritis effectus eſt.* Latuinus & Landricus Epiſcopatum priùs geſſerunt, quàm Franci prouinciâ Lugdunenſi ſecundâ potirentur. De Sanctis Mileardo, Rauenero ſeu Ranerenno, & Anoberto ſiue Annoberto egimus ſuis locis.

XXIII. SVCCEDIT CHRODEGANDVS. Sancto Lohario in Epiſcopatum Sagienſem ſucceſſir Godegrandus ſeu Chrodegandus, ſanctitate quoque conſpicuus, de quo ſermonem ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-ſextum [b] iam fecimus. Huius Acta, quæ ſeruantur in manuſcripto Codice Vricenſi, nec adbuc in lucem prodierunt, Herardus, qui Turonenſem Archiepiſcopatum anno Chriſti octingenteſimo quinquageſimo-quinto ſuſcepit, Hildebrando Sagienſium Epiſcopo direxit, vt Ioannes Mabillonus annotauit in obſeruationibus, quas vitæ Sanctæ Opportunæ præpoſuit. Cbrodegandi locuples mentio fit in Actis ſororis Opportunæ, quæ per idem tempus prope Sagium Monaſteriolenſis erat Abbatiſſa. Hæc Acta publicauit Surius ad diem viceſimam-ſecundam Aprilis, publicarunt & Dacherius ac Mabillonus in tertio [c] Seculo Benedictino. Surianam editionem hactenus ſecuti ſumus, Benedictinam deinceps vtpote correctiorem exſcribemus, in qua frater Opportunæ non Godegrandus vt apud Surium, ſed Chrodegandus appellatur, & ipſius lucubrationis Anctor non Adelelinus vt apud Surium, vel Adelinus vt apud alios pleroſque, ſed Adelbelmus dicitur.

[b] Nū. 44. & ſeqq.

[c] Tom. 2. p. 222.

XXIV. ARCHIEP. BOIOARIÆ. Obiir & hoc anno Sidonius Laureacenſis ac Patauienſis Antiſtes, Boioariæ Metropolitanus, cùm, teſte Hundio, Diœceſim annis vndecim ſecundùm Annales Patauienſes adminiſtraſſet. Ei datus eſt ſucceſſor Anchelmus, quem Anshelmum, Auſelianum & Antelinum alij vocant.

AN. CH. 756.

PIPPINI R. 5.

Hoc anno, qui Regis Pippini quintus, Widonis Fontanellenſis Abbatis quartus numeratur, Monaſterium Fontauellenſe magnam cladem pertulit Eccleſiâ beati Petri igne ſuccensâ. Chronographus Fontanellenſis hoc incendium bis commemorauit; ſemel ſub Abbate Wandone [a] ſic, *anno Dominica Incarnationis* DCCLVI, *qui erat Pipini Regis annus quintus, Eccleſia B. Petri, per culpam incuria, igne cremata eſt*; iterum ſub Abbate Widone-laico [b] ſic, *anno quarto regiminis ſui, & Pipini Regis quinto, Eccleſia B. Petri igne ſuccenſa eſt.* Rem autem eandem bis narrauit, quia combuſta quidem fuit beati Petri Baſilica, cùm regimen Monaſterj penes Abbatem Widonem erat, ſed in viuis ſupererat adhuc Wando, qui munus Abbatiale quondam geſſerat abdicaratque. Iuxta Eccleſiam beati Petri, de qua loquimur, Sancti Seruatij Baſilicam, vt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum ſecundum [c] iam notauimus, erexerat Wando, reſidebátque in ea, nec inde voluit recedere, quamuis contigua beati Petri Baſilica conflagraret. *Hac B. Seruatij Confeſſoris Baſilica*, inquit idem Chronographus, *contigua erat illi*, nempe Eccleſiæ Sancti Petri, *cúmque furentium flammarum globi alta peterent, aliqui ex Fratribus ad ipſum virum religioſum Wandonem, qui in eadem ſanctiſſimi Seruatij Baſilica reſidebat, accedunt, monebántque vt egrederetur, metuentes, quia adharebat ei qua incendium patiebatur, ne ſimiliter igne concremaretur. Tunc idem vir Domini reſpondiſſe fertur. Si potuerit, me quidem S. Seruatius ac Baſilicam iſtam, quam deuoto pectore adificaui, ab his ignibus defendi faciat; ſin verò; ſpontè cum ipſa temporale ſubire non recuſo incendium. In eadem denique Baſilica, ſicuti dixerat, orationi inſiſtens remanſit, exuſtâque S. Petri Baſilicâ, hac illaſa permanſit obtentu B. Seruatij Praſulis.*

XXV. IN MON. FONTANELL. ECCLESIA S. PETRI CONBVRITVR.

SERVATVR CONTIGVA BASILICA S. SERVATII.

[a] Cap. 12.
[b] Cap. 24.
[c] Num. 36.

XXVI. Huic incendio diu ſuperſtes haud vixit Wando, in cælum enim hoc ipſo anno, decimo-quinto Kalendas Maij feliciter migrauit. Diem notat Auctor Chronici Fontanellenſis, ſic. *Tranſiit* XV. *Kalend. Maij.* Annum quoque, ſic. *Decrepita iam atatis ſenio confectus, praſentis vita debitum complens ad aternam migrauit requiem anno ab Incarnatione Dominica circiter* DCCLVI, *qui erat Pipini Regis annus quintus.* In vulgatis exemplaribus idem annus cum primo Widonis-laici Abbatis anno ſic componitur. *Ad aternam migrauit requiem anno ab Incarnatione Dominica circiter* DCCLVI, *qui erat Pipini Regis annus quintus, Widonis-laici verò Abbatis annus primus.* At Lucas Dacherius, qui Tomo tertio ſui Spicilegij Chronicon illud publicauit, varias eius lectiones ad calcem adiecit, delendáque monuit hæc verba *Widonis-laici verò Abbatis annus primus.* Certè ſi capite duodecimo ſeruarentur hæ voces, Auctor ſibi non conſtaret, quia capite decimo-quarto annum eiuſdem Widonis quartum cum anno Pippini Regis quinto ſic comparat. *Anno quarto regiminis ſui, & Pipini Regis quinto, Eccleſia Beati Petri*, &c.

WANDO MORITVR.

CHRONICON FONTANELL. EXAMINATVR.

XXVII. Alius quoque næuus, qui ſpectat ad ætatem Wandonis, in eodem Chronico corrigendus eſt. Wandonis ingreſſus in Monaſterium Fontanellenſe bis anno Childeberti Tertij Regis ſecundo conſignatur. Primò, ſic. *Anno igitur Hildeberti Regis ſecundo ad conuerſionem veniens ſub Hildeberto Abbate*, &c. Deinde ſic. *Anno denique Hildeberti Regis ſecundo, vt ſuprà taxauimus, ad conuerſionis gratiam venit, fecítque in Monachico voto annos fermè ſexaginta, quibus expletis, decrepita iam atatis ſenio confectus praſentis vita debitum complens, ad aternam migrauit requiem anno ab Incarnatione Dominica circiter* DCCLVI. A ſecundo Childeberti Tertij Regis anno, quem anno Chriſti ſexcenteſimo nonageſimo-ſexto illigauimus, ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſextum effluxerunt anni ſexaginta. Porrò Wando, ſeu puer ſeu factus adoleſcens Monachum induit, haud adeò prouectæ fuit ætatis poſt annos ſexaginta cùm ſublatus eſt ex hac vita, vel poſt annos vnum & quinquaginta cùm præ

AN. CH. 756. PIPPINI R. 5.

ſenio lumen oculorum amiſit. Quapropter ſtandum à vita Sancti Vulfranni, quæ Wandonem anno Chriſti ſexcenteſimo octogeſimo-quarto Fontanellenſem iam Monachum ac Diaconum fuiſſe docet, cùm Vulfrannus regnante Theodotico Tertio, in Friſiam ad erudiendos illius regionis incolas profectus eſt, vt dictum Tomo ſuperiore. Wando iuxta hanc computationem ad ætatem decrepitam peruenit, obiítque nonagenario maior, minor centenario. Monaſticam vitam agebat annis octogeſimo-quarto & nonageſimo-ſexto ſeptimi ſeculi ſub Hildeberto ſiue Hitberto Abbate, qui Fontanellenſe Monaſterium ab anno Chriſti ſexcenteſimo octogeſimo-tertio ad annum Chriſti ſeptingenteſimum gubernauit, regnantibus ſucceſſiuè Theodotico Tertio eiúſque filiis Clodoueo Tertio & Childeberto Tertio.

XXVIII. Eſt & duplex error in prædicto Chronico, cùm dicitur de Wandone bis ad Abbatiale munus aſſumpto, quòd *rexit Cænobium primò annis quinque, ſecundò, id eſt, poſt reditum ſuum de exilio, annis fermè ſeptem.* Anno enim Chriſti ſeptingenteſimo decimo-ſexto factus eſt primùm Abbas, annóque pòſt tertio ſiue anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo-nono pulſus eſt in exilium, reuocatus autem anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo, poſtquàm tres ac viginti annos exulaſſet, iterum regimen Monaſterij ſuſcepit, illúdque poſt annos quinque dimiſit anno videlicet Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſeptimo, cæcus præ nimio ſenio tum factus. Hæc ſuis locis probata ſunt ex eodem Chronico Fontanellenſi, cuius Auctor, quia non ſemel, vt editus eſt, à ſemetipſo diſſidet, multis in locis interpolatus videtur. Capite tertio ſic loquitur de prima vice, quâ Wando Præfecturam Abbatialem iniit. *Anno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeptingenteſimo & decimo-ſexto, iuſſu Ragenfredi Maiorisdomûs, de regimine Monaſtery proiicitur* Benignus, *& Wando Monachus, filius Baldrici, eius in loco ſubrogatur per annos tres.* Alterâ verò de vice ſic capite duodecimo. *Wando Presbyter à patre Baldrico nomine progenitus, territorio Tellau ortus, regimen aſſumpſit Cænobij ab anno Dominica Incarnationis* DCCXLII, *qui eſt annus primus Principatûs Carolomanni & Pipini, præſidente Romana Eccleſia anno primo Zachariâ Apoſtolico.* Et infrà. *Luminibus oculorum præ nimio ætatis ſenio priuatur. Tunc vnà cum conſenſu ac generali fratrum voluntate elegit pro ſe venerabilem virum, nomine Auſtrulphum, qui erat Præpoſitus huius Cænobij, regiminis loco ſubrogandum. Quo facto, miſſâ petitione ad Pipinum Principem, obſecrat vti ſuam & Fratrum electionem comprobans, ſua ex auctoritate idem Auſtrulphus Cænobio huic præficeretur. Quod ita & factum eſt.* Denique caput decimum-tertium ab Auſtrulphi aſſumptione in Abbatem ſic auſpicatur. *Auſtrulphus vir venerabilis à patre Sindulpho matréque Wilberta vocabulo ortus territorio Curtriacenſi Abbas conſtituitur, vnà cum conſenſu ac electione Fratrum, annuente ordinationi eorum pio Principe Pipino. Quod factum eſſe conſtat ſub anno Dominica Incarnationis* DCCXLVII.

XXIX. WANDONIS ELOGIVM. Wando fuit erga Monaſterium Fontanellenſe munificus. *Ex propria hæreditate contulit iure poſſidendi huic Cænobio in pago Vimnau, ſuper fluuio Vimina, in loco, qui vocatur quatuor Molas, tertiam partem de Cora; de Haiſmedis villa tertiam ſimiliter partem; de Buxido nihilominùs tertiam partem; de Pyro ſimiliter; de Baliolo in pago Tellan tertiam ſimiliter partem; necnon & de illis vineis, quæ ſunt in pago Tellan ſuper fluuio Viſrona.* Multa quoque tradidit Eccleſiæ ornamenta cum variis Codicibus, de quibus eundem Chronographum [a] conſule. Laudatur etiam, quòd *victimam hoſtiæ ſalutaris, quandiu capitis habuit lumina, immolabat quotidie.* SEPVLTVRA. *Sepultus* dicitur *in Eccleſia B. Petri iuxta Beatos Chriſti Confeſſores in abſida eiuſdem Baſilica ad meridianam plagam.* Sepultum arbitramur in Eccleſia Sancti Seruatij, quia Baſilica beati Petri nuperrimè conflagrarat, in hanc verò, poſtquàm

[a] Cap. 12.

AN. CH. 756.

quàm reparata eſt, delatum poſteà fuiſſe. Wido, qui Monaſterij tunc Abbas erat, ipſam beati Petri Baſilicam, quæ redacta fuerat in cineres, *cum adiutorio Regali in maiori elegantia reparauit, ſublimioríque fabricâ decorauit.* Prætereà idem Auctor [a] Pippinum Regem aliquando *ad ſepulchrum almiferi Patris Wandregiſili, orationis gratiâ*, acceſſiſſe; ſingularémque interceſſiſſe amicitiam Widonem Abbatem inter ac Remigium Rotomagenſem Archiepiſcopum Pippini Regis fratrem. *Erant*, inquit, *ipſe Præſul*, nempe Remigius, *atque præfatus Pater* Wido *amicitiæ iure coniuncti.*

PIPPINI R. 5. REPARATVR ECCLESIA S. PETRI.

[a] Cap. 14.

XXX. In Kalendario vetuſti Breuiarij Fontanellenſis ſignatur *commemoratio Wandonis Abbatis*, XV *Kal. Maij.* Eius vitam ex Chronico Fontanellenſi deſcriptam habes Tomo ſecundo ſeculi tertij Benedictini.

XXXI. SOLVS ET SEBALDVS EREMITÆ.

Illis temporibus inſignes florebant Eremitæ Solus & Sebaldus, Sancti Bonifacij Martyris quondam diſcipuli. De Solo ſeu Sola factus eſt ſermo ſuprà, fiérque rurſum ſub Caroli Magni Principatu. *Habuit beatus Solus, poſt glorioſum triumphum Martyrij Sancti Bonifacij Archiepiſcopi, Dominum Willibaldum Epiſcopum & Wunebaldum germanum eius Presbyterum adiutores ſui laboris, qui ei, vt propriæ gentis viro, omnibus his in locis adminiculum ac ſolatium præbebant. Quin & accolæ regionum harum quocumque aduentantes, ei in Chriſti amore frequentiùs adminiſtrabant: aliquanti & prædij ſui partem tradebant illi.* Villam, *quæ Altheim vocatur*, ei contradidit Wunebaldus Abbas Heidenheimenſis, vt apud Gretſerum Adelbertus Abbas eiuſdem loci teſtatur in Relatione Hiſtorica de reſtitutione Cœnobij ſui facta Monachis Benedictinis. Degebat Solus iuxta riuum Altmonam in Diœceſi Eiſtetenſi. Notus quoque Willibaldo & Wunebaldo fuit Sebaldus. Illis comes itineris fuit anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-octauo, cùm Bonifacium Archiepiſcopum ex Italia redeuntem in Germaniam ſecuti ſunt. *Apud Nurembergam in ſolitudine nemorum religioſiſſimam ac perfectiſſimam vitam vſque in finem exegit. Vbi præter doctrinam populo exhibitam miraculorum gloriâ nominatiſſimus euaſit. Tandem plenus dierum ad Oratorium fratrum S. Martino dicatum Nuremberga (vbi modò Cœnobium Ordinis S. Benedicti ad S. Egidium nuncupatum) peruenit, infirmitate ac ſenio correptus ſanctiſſimè migrauit ad Dominum. Cuius ſanctum corpus ab indomitis bobus ad locum ſepulturæ ductum, vbi inſignis Baſilica in eius nomine extructa eſt. Quem poſtmodum Summi Pontifices propter crebra miracula in Sanctorum Confeſſorum numerum aggregauerunt, præcipuè Martinus V. Papa eius feſtum per vniuerſum Orbem* XIV *Kal. Septembr. celebrari iuſſit.* Lege Gretſerum [b].

[b] Obſeru. l. 2. c. 9.

XXXII. Gabriel Bucelinus, in Rhætiæ Chronologia, de Paſchale Epiſcopo Curienſi déque inchoato Monialium, quibus Canoniſſæ poſteà ſucceſſerunt, Catzienſi * Monaſterio in Tumiliaſcenſi tractu, ſic ad annum Chriſti ſeptingenteſimum duodeſexageſimum ſcribit. *Paſchalis Epiſcopus initium facit condendi nobilis Virginum Benedictinarum Aſceterij Catzienſis in Tumiliaſca, ad honorem SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, cum tempore Canoniſſarum liberarum, quod dein Victor filius & ſucceſſor abſoluit; ipſe mediis in conatibus, hoc, an ſuperiore anno, morte interceptus, cui Victor filius (legitimo thoro ante Sacerdotium parentis editus) ſubrogatus eſt.* Dubitat Bucelinus vtrùm Paſchalis anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-octauo, an ſuperiore vitam clauſerit; dubitare quoque poteſt vtrùm obierit anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſeptimo, an præcedenti. Sanè Paſchalis vltra hunc annum haud vixit, ſucceſſorem enim habuit in Epiſcopatu Victorem, tum Tellonem, qui ſedebat anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-nono, cùm Sidonius Conſtantienſis ad Rhenum Epiſcopus viuere deſiit. Ex veteribus inſtrumentis ac probatis Auctoribus oſtendemus Othmarum Abbatem San-Gallenſem anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-octauo, Sidonium Epiſcopum Conſtantienſem

* *Caczes.*

PASCHALIS EP. CVRIENSIS OBIT INCHOATO MON. CATZIENSI. SVCCEDIT VICTOR EIVS FILIVS.

AN. CH. 756. PIPPINI R. 5.

anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-nono extinctos eſſe. Buceli-nus verò, quia mortem Othmari ſeriùs in annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-nonum, mortémque Sidonij ſeriùs in annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-primum reiicit, ſeriùs quoque mortem Curienſium Epiſcoporum Paſchalis ac Victoris differt, ídque fieri poſſe putat abſque Chronologiæ diſpendio, ſed vt Epiſcoporum Conſtantienſium & Abbatum San-Gallenſium, ſic & Epiſcoporum Curienſium accuratiùs ordinandi ſunt anni.

XXXIII. Philippus Labbeus inter miſcellanea opuſcula [a] rerum Aquitanicarum, ex Codice Sancti Martini Maſciacenſis peruetuſto, breues Francorum Annales ab anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo-ſexto ad annum Chriſti ſeptingenteſimum nonageſimum-ſextum publicauit, obſeruauítque in eodem Codice poſt iſtos Annales manu perinde antiquâ notari mortem cùm Wicterbi tum Alchuini, quorum ille anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſexto, hic anno Chriſti octingenteſimo quarto finem viuendi fecit. Annales his clauduntur verbis de Carolo Francorum Rege, *incolumis remeauit ad propria*, quibus hanc notatiunculam Labbeus adiecit, *hic terminantur Annales; tum ſequitur in Codice, manu perinde antiquâ*, deinde notatiunculæ mortem Wicterbi proximè ſic ex eodem Codice ſubiecit. *Anno* DCCLVI. *anno* V. *regnante Pipino Rege, obiit Wicterbus Epiſcopus & Abba Sancti Martini. Fuit autem Baugoarius, genere Hesloluingus, ſenex & pluſquàm octogenarius, vſque ad id tempus ſedebat, propriâ manu ſcribens libros.* Hunc textum Dacherius & Mabillonus ipſis Annalibus attribuunt [b], ſed ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſextum in illis Annalibus hæc tantùm leguntur. DCCLVI. *Rex Pippinus perrexit Longobardiam, & Aiſtulfus mortuus eſt.* Ab Annalibus igitur Maſciacenſibus, qui deſinunt in anno Chriſti ſeptingenteſimo nonageſimo-ſexto, præcitatus de Wictberto textus auctoritatem ſuam non mutuatur, ſed ex quopiam Abbatum Martinianorum fragmento, quod in eodem Codice cum prædictis Annalibus ſcriptum occurrit. Quid autem textus ille ſignificet, per partes accuratiùs eſt examinandum.

[a] Tom. 2. Biblioth. p. 713.

WICTERBVS ABB. MARTIN. OBIT.

[b] In priori parte Præfat. Sec. 3. Benedict.

XXXIV. Annus quintus Pippini Regis cum anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſexto comparatur. Id Chronologiæ rectè conuenit. Hoc ipſo anno Wicterbus Abbas Sancti Martini mortuus dicitur. Et id quoque conſentaneum eſt Chronologiæ. In Abbatum Martinianorum Catalogis hactenus editis poſt Autlaudum proximè collocatur Vulfardus. At abſque Chronologiæ diſpendio Wicterbus inter vtrumque medius recenſeri poteſt. Autlaudus ſiue Aulandus vel Autlandus anno Chriſti ſeptingenteſimo duodequadrageſimo Turonis Abbas Martinianus eſſe cœpit. De Vulfardo Abbate nihil ante annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſeptimum legitur. Autlaudum regnante Childerico mortuum putamus, eíque ſufficimus Wicterbum, cui Vulfardus hoc anno, poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſexto, ſucceſſerit.

SVCCEDIT WVLFARDVS.

XXXV. Idem Wicterbus & Epiſcopus & Abbas in præcitato textu vocatur. Cuius loci fuerit Epiſcopus, haud patet. Eccleſiæ Martinianæ vt Abbatem ſic & Epiſcopum conſtituunt prænominati Dacherius & Mabillonus, ſuámque tuentur opinionem his verbis, *obiit Wicterbus Epiſcopus & Abba Sancti Martini.* Supponit hæc interpretatio proprium ac peculiarem Monaſterio Martiniano Epiſcopum fuiſſe. Quid ea de re ſentiamus, iam indicauimus. Tres Epiſcopi Eccleſiæ Martinianæ per octauum ſeculum à Radulpho Monſnyero [c] commemorantur, Amaraldus, Nicentius, Paternus, his à Dacherio & Mabillono Wicterbus & Andegarius per idem ſeculum adiunguntur. Tomo ſuperiore [d] ſermonem de Amaraldo & Nicentio fecimus, faciemus infrà de Paterno, vt & Tomo ſequenti de Andegario, reſtat igitur vt hîc agamus de Wicterbo. *Fuit Baugoarius*,

AN WICTERBVS EP. ECCLES. MARTINIANÆ?

[c] Cap. 2. de iurib. Eccleſ. Martin.

[d] Ad an. 717. nu. 10. & ſeqq.

AN. CH. 756. PIPPINI R. 5.

genere Heiloluingus, id eſt, Boioarius, de gente ſeu familia Agilolfinga, è qua veteres Boioariorum Duces extiterunt. Fuit & *ſenex*, imò *pluſquam octogenarius*. Wicterbi ſeu Wictherpi patria, genus, ætas, facilè nos inducunt, vt eum credamus Epiſcopum fuiſſe regionarium, qui vicinis Boioariæ gentibus adhuc ethnicis Euangelium prædicarit, & annorum numero iam grauis venerit Turonos ad Eccleſiam Martinianam, ibíque Monachum primò, deinde Abbatem per aliquot annos egerit. In multis Auguſtanorum Epiſcoporum Catalogis [a] per hæc tempora ponitur *Sanctus Wicterbus ſiue Victerpus*. At hic nec Turonos acceſſit, nec ſedit ætate Pippini Regis, imò Diœceſim Auguſtanam ad obitum vſque rexit, atque in cælum feliciter migrauit anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-quarto. Marcomannus Epiſcopatum Auguſtanum anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-primo ſuſcepit; geſsitque toto tempore, quo Pippinus regnauit. Apud Bruſchium in Chronologia Monaſteriorum Germaniæ, & apud Bucelinum parte ſecundâ Germaniæ Sacræ, Victerbus ſeu Victerpus ſecundum inter Elefancenſes ſiue Elwangenſes vel Eluacenſes Abbates locum tenet, & ex illius Monaſterij Abbate fit Epiſcopus Auguſtanus. Vtrobique næuus, Elwangenſis enim Cœnobij fundamenta regnante Pippino iacta ſunt, vt ſuo loco dicturi ſumus. Lege quæ Tomo tertio [b] fusè diſputata ſunt de Priuilegio, quod Crorpertus Turonenſis Epiſcopus Monaſterio Sancti Martini conceſſit, & Adeodatus Romanus Pontifex Apoſtolicâ pòſt auctoritate confirmauit. In eo nihil reperies, quod formulæ Priuilegij à Marculfo exhibitæ refragetur, aut inſinuet Adeodatum Papam permiſiſſe Monachis Martinianis, vt peculiarem Epiſcopum haberent. Wicterbus igitur Martinianus Abbas, cuius mors hoc anno conſignatur, non ideò dicitur Epiſcopus, quòd & Abbas & Epiſcopus eſſet Eccleſiæ Martinianæ, ſed quòd priuſquàm Monaſterio ſeſe Martiniano includeret, ordinatus eſſet Epiſcopus, aut regionarius vt fidem annunciaret gentibus, aut certæ Sedis vt peculiarem Diœceſim gubernaret. Prior opinio magis placet, quia per octauum ſeculum nullus in Boioaria vel in vicinis regionibus occurrit Epiſcopus, qui nomen Wicterbi ſeu Wictherpi gerat.

[a] Bruſch. tom. 1. de Epiſc. German. Bucelin. part. 1. German. Sacræ.

[b] Ad an. 674. nn. 33. & ſeqq.

XXXVI. Vt ea, quæ de Wicterbo Abbate Martiniano ex Tomo ſecundo Bibliothecæ Labbeanæ proferuntur, Annalibus Maſciacenſibus oſtenderemus haud inniti, quid ad hunc annum ibi legatur, ita retulimus. DCCLVI. *Rex Pippinus perrexit Langobardiam, & Aiſtulfus mortuus eſt.* De Aiſtulfi morte conuenimus, de profectione Pippini Regis in Longobardiam nequaquam, nullum enim hoc anno bellum geſſit. Annaliſta Petauianus Pippinum non tantùm in Longobardiam, ſed etiam in Saxoniam profectum ſic affirmat. DCCLVI. *Rex Pipinus perrexit iterum in Longobardiam, & ſuperauit Saxones, & Haiſtulfus mortuus eſt.* Annales Maſciacenſes Petauianis adeò ſimiles ſunt, vt ex illis deſcripti videantur. Petauianis ſæpè breuiores ſunt, rarò prolixiores, & vbi fuſiores inueniuntur, haberi debent inſtar commentatij non contemnendi. Duo tantùm hîc exempla producemus. Annaliſta Petauianus ad annum Chriſti ſeptingenteſimum viceſimum-ſextum ſic habet. DCCXXVI. *Martinus mortuus eſt.* Ad hunc textum non meritò ſic excandeſcit Hadrianus Valeſius [c]. *Quæret aliquis. Cuias ille Martinus? quâ natione, quo genere ortus eſt? aut quare meruit, vt ſi nihil aliud, ſaltem nomen mórſque eius Annalibus Francicis inſereretur? Ego verò prorſus ignoro, nec poſſum non grauiter ferre nonnumquam, interdum etiam deridere tantam, in antiquiſſimorum noſtrorum Annalium auctoribus, ſordidorum ac triuialium verborum, tantam ſolæciſmorum parcimoniam, tantam ſecuritatem ac negligentiam, vt nudis hominum nominibus lectis, qui illi fuerint, poſteros diuinare voluiſſe, aut diuinaturos credidiſſe videantur.* Quis autem ille fuerit Martinus, docet Annaliſta Maſciacenſis, ſuam enim lucubratio-

[c] Lib. 24. rer. Franc.

AN. CH. 756. PEPPINI R. 5.

nem ab anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo-ſexto ſic auſpicatur. *Anno* DCCXXVI. *Martinus mortuus eſt. Fuit autem Monachus in Corbeia, vir vita continentiſſima, & adprimè eruditus, quem Karolus Dux in ſumma veneratione habuit, & peccata ſua ei confitebatur.* Similiter Anoaliſta Petauianus ad annum Chriſti ſeptingenteſimum duodetriceſimum ſic ſcribit. DCCXXVIII. *Item Karolus fuit in Saxonia, & Hadulfus Epiſcopus mortuus eſt.* Cuius autem Sedis Epiſcopus hic Hadulfus extiterit, Annaliſta Maſciacenſis ita declarat. DCCXXVIII. *Item Karolus fuit in Saxonia: & Adulfus Epiſcopus mortuus eſt: fuit autem de Camaraco, & habuit Abbatiam Sancti Vedaſti.* Tomo ſuperiore conſentanea de Sancto Hadulfo ſcripſimus. Anno Chriſti ſexcenteſimo nonageſimo-nono factus eſt Abbas Vedaſtinus, anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo-ſeptimo promotus eſt ad Epiſcopatum Atrebatenſem ſeu Cameracenſem, munus autem Epiſcopale ſic ſuſcepit, vt Abbatiale neutiqnam dimiſerit, & vtroque deinceps Epiſcopi atque Abbaris officio defunctus ſit ad obitum vſque, id eſt, ad annum vſque Chriſti duodetriceſimum ſupra ſeptingenteſimum.

XXXVII. In Carbedra Cameracenſi poſt eum ſederunt Treuuardus, Guntfridus, Albericus. Obiit Treuuardus anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-primo, Pontificatum geſſerunt Pippino Rege Guntfridus & Albericus. Eorumdem Pontificum temporibus apud Malinam* ſeu Mechliniam vel Machliniam floruit Rumoldus, de quo ſic Molanus in Natalibus Sanctorum Belgij [a]. *Sanctus Rumoldus ex parte Scotia, quæ hodie Hybernia dicitur, deſertis, patriâ, parentibus, nobilitate, & Archiepiſcopatu Dublinenſi*, Romam iuit, & inde habitâ Pontificis benedictione, iuxta Angeli apparitionem, eò peruenit, vbi Scaldis fluuius in mare ſe exonerat, naturâque iuxta Lunæ curriculum labitur ac perfluit, hoc eſt, Mechliniam, vbi ſic fidei rudimenta plantauit, vt meritò poſt beatum Lambertum,* Traiectenſem ad Moſam olim Epiſcopum, *Mechlinienſium Apoſtolus habeatur. Suſceptus eſt autem benignè ab Adone Comite eiúſque coniuge Eliza. Quæ veluti altera Sara in ſenectute ſua precibus ſancti hoſpitis filium peperit, ſanctum videlicet Libertum, quem beatus Antiſtes baptizauit, in ſanctitate erudiuit, ac Clericis regulariter in Vlmeto, ſiue inter vlmos viuentibus, præpoſuit.* Hæc Molanus exſcripſit è Theodorico Abbate Trudoniano [b], qui de Sancti Rumoldi laudibus orationem in eius feſto pro concione recitauit. Sunt autem apud hunc Auctorem nonnulla, quæ pertinent ad nomen & ſitum cùm Mechliniæ tum Vlmeti, nec hoc loco videntur omittenda. Rumoldus ex Italia reverſus, *Galliáſque ingreſſus, in eas Occidentalium partes ſe deponit, quà Scaldis fluuius æſtum maris in Ruperam* vſque remittit. Locum incolæ Machliniam dicunt propter maris malinam & ledonam, quæ certis temporibus cum corniculantis Lunæ conſonantia nunc acceſſum faciunt, nec vltrà quàm ad huius loci fretum vel damna vel lucra ſua commutant.* Duabus à Mechlinia leucis in Boream diſtat Lira*. Neta Liram, Mechliniam Dylia rigat. Scaldis autem æſtum maris non tantùm in Rupelam ſeu Ruperam, ſed etiam per Ruperam in Dyliam* & in Netam* remittit. Olim ledo & malina pro maris receſſu & acceſſu legebantur, ideóque prædictis ciuitatibus indita Ledonis & Malinæ nomina, quæ poſterioribus ſeculis in Liram & Machliniam abierunt, teſte Molano in notis ad elogium Sancti Rumoldi. Quod attinet ad Vlmerum, Theodoricus inſigne miraculum literis commendauit. Libertus Adonis ſiue Odonis Comitis & Elizæ filius, quem Rumoldus baptizarat, aliquando in aluei littore ludum cum coæuis meditatus, cùm ripæ nimium crederet, in amnem cecidit & aquis ſuffocatus eſt. Rumoldus accepto rei tam luctuoſæ nuncio mox ad fluuium acceſſit, inclamató Chriſti nomine puerum parentibus incolumem reddidit, munera in tanti beneficij gratiam oblata generosè reſpuit, extruendóque Monaſterio locum impetrauit, cui *nomen Vlmus ob vlmorum*

Marginal notes:
* Malines.
[a] D. 1. Iul. n. 1.
* De Dublin.
RVMOLDVS PATRONVS MECHLINIÆ.
[b] Ap. Sur. d. 1. Iul.
* Le Rupel.
* Lire.
* La Dyle.
* Le Neth.
LIBERTVM AQVIS SVFFOCATVM PARENTIBVS INCOLVMEM RESTITVIT.

AN. CH. 756.

PIPPINI R. 5.

illic luxuriantium copiam. In eo Cœnobio Libertus adoleuit, eruditúſque *Dominico gregi ſub tanto patre* præfectus fuit. Quid Theodoricus per Dominicum gregem intelligat, haud liquet. Molanus Clericos regulariter viuentes interpretatur in encomio Sancti Rumoldi, Cœnobiticæ vitæ cœtum in elogio Sancti Liberti [a]. Menardus [b] Molanum ſibi conſtare negat, vúlque Clericos regulariter viuentes pro Canonicis, Cœnobiticæ vitæ cœtum pro Monachis vſurpari. Sed, vt hanc admittamus diſtinctionem, nihil nos cogit. Canonici enim, vt Clerici regulariter viuentes paſſim vocantur, ſic & Cœnobiticæ vitæ cœtus appellari poſſunt, nam præcipuè dicuntur regulariter viuere, quia Cœnobiticam vitam agunt, idque patet ex ipſa Canonicorum Regula, quam infrà deſcripturi ſumus [c]. Lucas Dacherius & Ioannes Mabillonus, quamuis Sanctum Rumoldum Martyrologio & Menologio Benedictini Ordinis à Menardo & Bucelino adſcriptum repererint, eum tamen reiecerunt in Indicem Sanctorum in tertio Seculo Benedictino prætermiſſorum, & Lectorem remiſerunt ad illius Acta quæ leguntur apud Surium & ad notas quas Menardus ad Martyrologium Benedictinum exarauit. Rumoldum in Gallia diu verſatum ex eo colligimus, quòd ex Italia reuerſus eſt Liberto nondum nato, quem poſteà baptizauit, erudiuit, & Clericis Vlmenſibus præfecit. Agemus iterum de illo ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum-quintum, quo Martyrium ſubiit, vt & de Liberto, qui ſeriùs Martyrium quoque paſſus eſt.

[a] D. 24. Iul.
[b] Lib. 2. Obſeruat. d. 24. Iul. p. 2...
MONASTERIVM CANONICORVM INSTITVTI.
[c] Ad an. 757.

XXXVIII.

Regnante Pippino, vt Rumoldus, qui Mechlinienſium hodie, ſic & Gummarus florebat, qui modò Lirenſium Patronus. Hic glorioſâ ſtirpe exortus eſt in Renenſi ſeu potiùs Rienſi * prouincia, de qua Tomo ſuperiore [d] iam locuti ſumus. In ea natale ſolum habuit *Emblehem*, qui locus ſpatio tantùm horæ à Lira diſtat. *Erat lenis in ſermone, conſtans in bono opere, humilitate ſubmiſſus, pietate profuſus, ieiuniis & vigiliis caſtigans carnem, eleemoſynarum largitor, in aula Pippini Regis magnificè acceptus. Habuit Grimnariam vxorem, ſibi moleſtiſſimam, quam patientiâ & prudentiâ vincere laborauit. Cùm ad limina Apoſtolorum tenderet, diuinâ admonitione intra Netæ ambitum iubetur Oratorium conſtruere, vbi vitam in multa ſanctitate finiuit. In meſſe ſiti deficientibus, baculo terram fodit, & erupit fons largiſſimæ aquæ, qui adhuc viſitur in Emblehem. Aliis multis Miraculis claruit in vita & poſt mortem. Quieſcit Lira, vbi Collegiatam habes Eccleſiam.* Lege Molanum [e]. Eſt autem Liræ nomenclatura recentior, & à vitæ Scriptore, quem Molanus conſuluit, haud vſitata. Ille locum hunc antiquitus *Niueſ-donck* dictum, poſtmodum à vulgo Ledonem, vt ſuprà notauimus, appellatum aſſerit, ipſe villam Sancti Gummari nominat, eámque ſic intra Netæ ambitum collocat, vt pertineat ad Taxandriam, & à Rienſi prouincia per eundem amnem ſequeſtretur. Addit Molanus Sanctum Gummarum Enchuſianorum * quoque Patronum fuiſſe, qui quot annis multo numero ſoliti olim Liram ad Memoriam & Natalem Patroni ſui conuenire, eiúſque feretrum in ſupplicatione quaſi iure ſuo circumferre. Sanctus Gummarus colitur quinto Idus Octobris, qui dies obitûs fuit, necnon decimo-ſexto Kalendas Aprilis, qui dies Tranſlationis.

* *Het Lands van Riien.*
[d] Ad an. 726. n. 3.
GVMMARVS PATRONVS LIRÆ.
[e] D. 11. Oct. n. 2.
* *d'Enchuſen.*

XXXIX.

Fulradus Abbas, cuius reditum ex Italia cum Stephani Papæ literis ſuprà notauimus, paulò pòſt hoc eodem anno profectus videtur in Septimaniam, atque inde in finitimam Hiſpaniæ partem, quæ Francis nuper acceſſerat. Corpus enim beati Cucuphatis Martyris, quod Barcinoue quieſcebat, in Alſatiam detulit, atque in Lebrahenſi ſeu Leberacenſi Monaſterio collocauit, vt apud Bollandum [f] patet ex Actorum fragmento, in quo nonnulla tamen ſunt corrigenda, quia nec Abbas San-Dionyſianus tum fuit, nec Cœnobium apud Lebraham erexit Carolo cum Imperatore.

TRANSLATIO S. CVCVPHATIS M.
[f] D. 17. Febr. in S. Fulrado §. 1. n. 11.

AN. CH. 756. PIPPINI R. 5.

XL. EPISCOPI VENETENSES. * *Redon.*

In Armorica Sancta ponitur hoc anno felix ad Deum tranſitus Iuſtoki Venetenſis Epiſcopi, de quo ſic Sauſſaius in Appendice ad Martyrologium Gallicanum ſub litera I. *S. Iuſtus Epiſcopus Venetenſis, qui Titularis colitur Eccleſia ſui nominis ſita prope Redonum *. Is idem eſt, qui Iuſtokus vulgatis in Epiſcopalibus Tabulis huius Eccleſia nuncupatur.* Succeſſit in Epiſcopatum Iacutus, qui tres duntaxat annos ſedit.

XLI. SARACENI CISMARINI DEFICIUNT A CALIPHA.

Rodericus Toletanus capite duodeuiceſimo Hiſtoriæ Arábicæ multa ſcribit, quæ maximam in Arabum Imperio mutationem hoc anno factam oſtendunt, nec à nobis hoc loco debent omitti, quia Franci cum iiſdem Arabibus, quos anno priore trans Pyrenæum montem ſummouerunt, in Hiſpania ſæpè congredientur. *A Mahomet vſque ad hac tempora ciſmarini & vltramarini Arabes vnius Amiramomeni dominio regebantur.* Calipharum ſiue Amiramomenorum Catalogum, vt occaſiones poſtulare viſæ ſunt, ad hunc vſque annum intuimus, adiectâ prouinciarum omnium, quæ ſub eorum imperio fuerunt, enumeratione. Tandem ciſmarini iugum excuſſerunt Almanſóris, penes quem Caliphatus erat, nouúmque cis Gaditanum fretum in Hiſpania Regnum condiderunt, cuius adminiſtrationem Abderramen primus ſuſcepit. Huius autem Principatûs initium ad hunc annum referri debet, qui annis Arabum, partim centeſimo triceſimo-octavo, partim centeſimo triceſimo-nono, illigatur, nam pridie Nonas Iunij cœptus eſt annus Hegiræ centeſimus vndequadrageſimus, vt anno priore in Tabula Chronologica notauimus. Duabus Hiſtoriis, Sáracenicâ Georgij Elmacini, & Arabicâ Roderici Toletani, noſtra nititur computatio. *Abderramen*, vt Rodericus teſtatur, *regnauit annis triginta-tribus, & mortuus eſt anno Arabum centeſimo ſeptuageſimo-primo.* Si regnauit annos triginta-tres integros, Regnum auſpicatus eſt anno Arabum centeſimo triceſimo-octauo. Si vitam clauſit currente tum anno Regni triceſimo-tertio, regnare cœpit anno Arabum centeſimo triceſimo-nono. Vtraque opinio cum anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſexto coincidit, vt explicatum ſuprà, poſterior tamen magis placet, quia in Hiſtoria Saracenica [a] diſtinctè ponitur annus Hegiræ centeſimus triceſimus-nonus. Rodericus aliíque rerum Hiſpaniearum Scriptores primum ciſmarinorum Arabum in Hiſpania Regem, poſtquàm ab imperio Calipharum diſceſſerunt, Abderramenum conſtanter appellant. Muauiam verò ſic vocat Elmacinus. *Anno 139. ingreſſus eſt Muanias f. Hiſiami, f. Abdulmelici, f. Merwanis, Hiſpaniam, cuius incola Imperatorem eum ſuum agnouerunt, erátque eo tempore natus annos 20. Atque hic illorum primus eſt, qui in illis tractatibus Imperio præfectus eſt.* Abderramen, cùm annos tres ac triginta regnaſſe dicitur, Rex ab eo nuncupatur tempore, quo tranſiit ex Africa in Hiſpaniam, & ab Arabiæ Calipha deſciuit, tres tamen lapſi ſunt anni, priuſquàm Regno quietè potiretur. *Abderramen*, inquit Rodericus, *Regno in Hiſpaniis confirmato, Amiramomeni ſtatuit ſe vocare, anno Arabum centeſimo quadrageſimo-ſecundo.* Ideóque ad annum Chriſti ſeptingenteſimum vndeſexageſimum ſic ſcribit Mariana [b]. *Quo ex tempore, nimirum ſalutis anno ſeptingenteſimo quinquageſimo-nono, Imperij Arabum centeſimo quadrageſimo-ſecundo, Mauri omnes in Hiſpania ſub vnius imperium reuocati, nouúmque Regnum fundatum Abderrahmano Abenhumeiâ, cui Adahil deinde cognomen eſt factum, conditore.* In hoc primo Maurorum Hiſpanienſium Rege, nec varietatem nominis, nec diuerſam computandorum annorum rationem celare te voluimus.

[a] Lib. 2. c. 3.

[b] Lib. 7. c. 6.

AN. CH. 757. PIPPINI R. 6.

A N N V S
C H R I S T I 757.
P I P P I N I R. 6.

I.

IN Antiquitatibus San-Dionyſianis [a], quarto Kalendas Martias, Indictione decimâ, id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimoſeptimo, Stephanus Papa Fulrado Abbati, quem anno ſuperiore Româ reuerſum in Franciam diximus, duas epiſtolas tranſmiſiſſe fertur; vnam ſic inſcriptam, *Stephanus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Fulrado, Deo amabili Presbytero & Abbati, venerabilium diuerſorum Monaſteriorum, Deo anſpice, fundatori, & per ſeriem omnibus ſucceſſoribus eius viciſſim Abbatibus, in perpetuum*; alteram, ſic; *Stephanus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei Fulrado, Religioſo Presbytero, & Abbati venerabilis Monaſterij Sancti Chriſti Martyris Dionyſij, & per eum in eodem venerabili Monaſterio in perpetuum.* At ambæ non vnius ſunt fœtos Stephani; prior à Stephano Tertio ſcripta eſt, poſterior à Stephano Quarto. De ſola igitur priore nobis hîc agendum. Hanc poſt quadriennium, ex quo primùm à Iacobo Doubleto Cœnobij San-Dionyſiani Monacho Benedictino in prædictis Antiquitatibus edita eſt; Iacobus Sirmondos Societatis Ieſu Preſbyter in Conciliis [b] antiquis Galliæ rurſum publicauit omiſſis aliquot phraſibus ac periodis haud leuis momenti. Natum inde vtramque inter editionem plurimùm diſcrepantiæ. Eandem quoque epiſtolam in tertio Seculo [c] Benedictino Lucas Dacherios & Ioannes Mabillonos Monachi Benedictini nuperrimè typis tertiò mandandam curarunt, hac obſeruatione præmiſſâ, quâ Mabillonos ſchedas, in quas Sirmondus incidit, mutilationis arguit. *Is*, nempe Folradus, *varia obtinuit Priuilegia in gratiam Monaſterij Dionyſiani & aliorum ab eo pendentium. Egregium illud eſt, quòd Stephanus Papa Secundus, aliis Tertius vocatus, Monachis Dionyſianis tribuit facultatem habendi proprium Epiſcopum, qui Epiſcopalia munia in ipſo Monaſterio & in Cellis ei ſubiectis exerceret. Hocce Priuilegium, quod mutilum exhibet Sirmondus in Tomo 2. Conciliorum Galliæ, integrum ego cum aliis viris clariſſimis Claudio Freſnio Cangij Domino, Antonio Vione Herouallio, & Ioanne Baptiſta Cottelerio legi in primaria Charta, cuius exemplum hîc ad amuſſim reddere viſum eſt haud otioſum.* Simul conueniunt editiones Benedictinæ. Potiorem ſibi fidem conciliat Sirmondana, quæ varias interpolationes à vero procul alienas amputat, nihilque prorſus exhibet, quod vel in dubium vocari poſſit. Ambo exemplaria ſimul confer.

[a] Lib. 2. c. 3.

STEPHANI PP. PRIVILEGIVM PRO DIVERSIS MONASTERIIS EXAMINATVR.

[b] Tom. 2.

[c] Tom. 2. ad an. 784. in S. Fulrado.

II.

EPISTOLA STEPHANI PP.
AD FVLRADVM ABBATEM
EX ANTIQVIS GALLIÆ CONCILIIS EDITIS A SIRMONDO.

STEPHANVS *Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Fulrado Deo amabili, Archipresbytero, & Abbati venerabilium Monaſteriorum ab eodem anſpice*

EPISTOLA STEPHANI PP.
AD FVLRADVM ABBATEM
EX ANTIQVITATIBVS SAN-DIONYSIANIS ET TERTIO SECVLO BENEDICTINO.

STEPHANVS *Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Fulrado Deo amabili Prebytero & Abbati, venerabilium diuerſorum Monaſteriorum, Deo auſpi-*

AN. CH. 757. PIPPINI R. 6.

ſundatorum, & per ſeriem omnibus ſucceſſoribus viciſſim Abbatibus, in perpetuum.

Quoniam ſemper ſunt concedenda, qua rationabilibus congruunt deſideriis, oportet vt deuotio conditoris pia conſtructionis Oratorij in Priuilegiis praſtandis minimè denegetur. Igitur, quia poſtulaſti à nobis dilectiſſime noſter fili, quatenus in prouincia Francia, vbi & vbi tibi placitum fuerit in diuerſis locis, ſiue in his, qua proprietatis tua iuri pertinent, ſiue etiam iis, qua per emptionis paginam tibi aduenerunt, quámque etiam in rebus parentum tuorum, vel vnde vnde tibi contingat, Monaſteria conſtruendi licentiam tribueremus, ipsáque Monaſteria à te fundata Priuilegiis Sedis Apoſtolica munirentur, vt ſub iuriſdictione Sancta, cui, Deo auctore, deſeruimus, Eccleſia conſtituta nullius alterius Eccleſia iuriſdictionibus ſubmittantur. Pro qua re piis deſideriis fauentes, hac noſtrâ auctoritate, id, quod expoſcitur, effectui mancipamus, & ideo per hanc Apoſtolicam auctoritatem tibi, cui ſuprà, dilecto filio noſtro Fulrado, vel ceteris tuis ſucceſſoribus Abbatibus, licentiam & poteſtatem largientes concedimus adificandi Monaſteria, vbicumque in Francia prouincia volueritis, ſiue in locis proprietatis veſtra, ſiue etiam in his, qua per comparationis ſeriem tibi pradicto filio noſtro obuenerunt, aut obuenerint, vel vnde vnde ad te peruenerunt, vel peruenerint.

Et omnem

ce, fundatori, & per ſeriem omnibus ſucceſſoribus eius viciſſim Abbatibus, in perpetuum.

Quoniam ſemper ſunt concedenda, qua rationibus optantur congruis, oportet vt deuotio conditoris ſancti Oraculi in praſtandis Priuilegiis à nobis augeatur. Igitur quia poſtulaſti à nobis, dilectiſſime noſter fili, quatinus in Regno Francia, vbi & vbi tibi placitum fuerit, in ruris atque mœniis diuerſorum locorum, ſiue in his, qua tua proprietatis ſunt, in his etiam qua per emptionis paginam tibi aduenerunt, ſiue in rebus parentum tuorum, vel vndecunque tibi aduenerint, Monaſteria conſtruendi licentiam tribueremus, ipsáque Monaſteria, ſicut à te ſine refragatione de aliquo Iudice vel reclamatore conſtructa ſunt, ita libera ſub iure Sancta Romana Eccleſia, cui, Deo auctore, deſeruimus, à nobis firmata Priuilegiorum in futuro permaneant. His igitur quàm piis deſideriis fauentes, ac noſtrâ benedictione id, quod petis, effectui mancipantes, per hanc Apoſtolicam auctoritatem tibi, ceteríſque ſucceſſoribus tuis Abbatibus Cœnobij Sanctorum Martyrum, Dionyſij, Ruſtici, & Eleutherij, licentiam & poteſtatem concedimus adificandi Monaſteria vbicumque in Francia Regno volueritis, ſiue in locis proprietatis veſtra, ſiue in his, qua per comparationis ſeriem, vel conceſſionem Regum, vel parentum veſtrorum dono, vel vndecunque, vel vbicunque vobis quolibet iuſto modo obuenerint.

*Et quoniam ad preces Chludouij, filij Dagoberti Regis, Domnus Landericus Pariſiaca vrbis Epiſcopus à ſua & omnium ſucceſſorum * poteſtate deinceps, cum conſilio ſuorum Canonicorum & fratrum ſuorum Coepiſcoporum regionis illius Cœnobium veſtrum, & omnes * ad eum ſervientes Clericos quorumcumque ordinum in procinctu veſtri Monaſterij abſoluit, nos etiam idem, & habere vobis Epiſcopum, per ſingulare Priuilegium, concedimus, qui de vobis ab Abbate vel à fratribus in Monaſterio veſtro electus, & à fratribus noſtris Epiſcopis de illa regione conſecratus, illa veſtra Monaſteria à vobis adificata prouideat, & vice noſtri*

nominis

* Doublet. *ſucceſſorum ſuorum poteſtate.*

* Doublet. *omne*

Et omnem cuiuſlibet Eccleſiæ Epiſcopum, aut alium quempiam Sacerdotem, in præfatis Monaſteriis ditionem quamlibet habere, præter Sedem Apoſtolicam, hac auctoritate prohibemus. Ita vt nullus Epiſcopus aut alius Sacerdos, vel etiam quiſpiam è laicis, in quoquam contrarietatem eiſdem Monaſteriis inferre præſumant, niſi tu, Deo amabilis vir, vel ſucceſſores tui Abbates, quempiam forſitan Sacerdotum permiſeris ad quodlibet opus peragendum, quando ipſa venerabilia loca ædificaveris. Sed & hoc omnino interdicimus, vt nullus Epiſcoporum præſumat Presbyterum aut Diaconem, vel reliquos Ordines Eccleſiaſticos in prædictis Monaſteriis ordinare, vel Miſſas ibidem celebrare, niſi ille, qui ab Abbate in tempore exiſtente fuerit inuitatus. Epiſcopum illum, qui huiuſmodi conſecrationem ſacri Ordinis in ipſis Cœnobiis conſtituerit, nullomodo alius cuiuſlibet Eccleſiæ Epiſcopus pro eadem cauſa condemnare audeat. Sed & tabulas & chriſma ſimiliter conſecrandi vobis licentiam tribuimus. Et hoc beati Petri Principis Apoſtolorum auctoritate promulgantes ſancimus, vt nullomodo Concilium Epiſcoporum & laicorum, abſque voluntate excellentiſſimi filij noſtri Pippini Regis, vel tuæ Dilectionis, Deo amabilis vir, te audeat quoquomodo Epiſcopum conſecrare.

Et omnes cauſas tuas vel Cœnobij tui, per Sedem ſacratiſſimam Apoſtolicam reclamare licentiam habeas, & proprietate tuâ in omnibus fruaris, dum rationes deducere malueris, vnà cum Miſſo Francorum, ad Sedem Apoſtolicam; & interim nullus te condemnet: potiùs autem, ſicut verè ſacratiſſimæ Sedis Apoſtolicæ proprius familiaris, ab omnibus honorem percipias. Ipsáque venerabilia ædificata à te Monaſteria, ſub ditione ſacratiſſimæ Sedis beati Petri Apoſtolorum Principis confirmata, protectione Apoſtolicâ in omnibus vt tueantur promulgamus: qualiter profectò, juxta id quòd ſtabilita

nominis vbi & vbi fuerint regat, & prædicationi tam in ipſo veſtro Monaſterio, quàm in ſibi ſubiacentibus deſeruiat.

Vt autem alicuius Eccleſiæ Epiſcopus vel Sacerdos illa Monaſteria à vobis ædificata aliquo cupiditatis vinculo deceptus inuadat, & illi Epiſcopo, quem tu vel ſucceſſores tui elegerint & ordinare fecerint, per inuidiam aut per quamlibet occaſionem aliquam contradictionem inferat, prohibemus, ſed ſint reliqua veſtra Monaſteria ſub Apoſtolica ditione, ſicut & ipſe ſanctus locus conſtitutus eſt, ad quem ipſa omnia prædicta Monaſteria pertinere videntur. Hoc autem Chriſti Dei & Domini noſtri, & beati Petri Apoſtolorum Principis, & noſtrâ auctoritate promulgantes ſancimus, vt iſta, quæ dictauimus, ita roborata permaneant, & nemo Epiſcoporum de quacumque Eccleſia, Presbyterum vel Diaconum ordinare, vel aliquod Eccleſiaſticum miniſterium celebrare, vel Concilium conuocare, in prædictis Monaſteriis audeat, niſi ille, quem Abbas illo in tempore exiſtens, ad hæc officia peragenda inuitauerit.

Tuas autem, & tuorum Monaſteriorum cauſas, tu atque tui ſucceſſores per tempora quæ ventura ſunt, ad noſtram & Apoſtolicam audientiam reportare & reclamare per noſtram præceptionem licentiam habeas, & cùm veneris ad nos, vel legatos tuos miſeris, nullus intereà te vel illos videlicet tuos ſucceſſores condemnare valeat, vel res tuas quoquomodo inuadere præſumat.

AN.CH. 757. PIPPINI R. 6.

Apoſtolicis Priuilegiis conſiſtunt, inconcuſſè dotanda permaneant.

Conſtituentes per huius decreti noſtri paginam, atque interdicentes omnibus cuiuſlibet Eccleſiæ Præſulibus, vel cuiuſcumque dignitatis præditis poteſtate, ſub anathematis interpoſitione, qui eis præſumpſerit præſentis conſtituti, à nobis præfatis Monaſteriis indulti, quolibet modo exiſtere temerator.

* Doublet. 4. Kal. *Benè valete,* IV *Kalendas Martias, imperante Domno piiſſimo Conſtantino à Deo coronato Magno Imperatore, anno* XXXVIII. *poſt eius Conſulatum anno* XVIII. *ſed Leone maiore Imperatore eius filio, anno* IV. *Indictione* X.

Si quis autem Rex, vel Epiſcopus, vel aliquis de poteſtatibus huius ſeculi, contra iſtam noſtrom auctoritatem facere voluerit, & de noſtra & Apoſtolica auctoritate aliquid fraudare temptauerit, habeatur ſicut ſacrilegus, nec habeat portem neque ſocietatem in Regno Chriſti & Dei, ſed ſit anathema maranatha in perpetuum. Qui autem noſtram hanc & Apoſtolicam auctoritatem conſeruauerint, benedictione cæleſti repleantur à Domino Ieſu Chriſto in ſecula ſeculorum.

Bene valete. Datum IIII * *Kal. Martias, imperante Domno piiſſimo Auguſto Conſtantino à Deo coronato Magno Imperatore, anno decimooctauo Imperij eius, ſed & Leone maiore Imperatore eius filio, anno quarto, Indictione decimâ.*

III. Pippinus hoc anno, Regni ſui ſexto, Regium Præceptum, quod mox deſcripturi ſumus, tertio Nonas Aprilis emiſit ad poſtulationem Conſtramni tunc Abbatis San-Dionyſiani, cui poſteà Fulradus in munus Abbatiale ſucceſſit aliorum iam Cœnobiorum à ſe conditorum Abbas. Ergo reſcindendæ ſunt ex ſupradictis literis interpolationes, quæ Fulradum Abbatem *Cœnobij Sanctorum Martyrum, Dionyſij, Ruſtici & Eleutherij*, vocant. Atque illam interpolationum amputationem eò magis admittes, quòd Stephanus Papa, quamuis in Gallias ad Pippinum Regem ante aliquot annos profectus, longóque tempore in Monaſterio Sancti Dionyſij moratus ſit, atque exitiali morbo detentus, quo ſe eiuſdem Sancti Martyris beneficio diuinitus liberatum teſtatus eſt, nullam tamen Monaſterij San-Dionyſiani mentionem in apicibus ſuarum literarum apud Sirmondum aut apud Auctores Benedictinos facit, ipsúmque Fulradum dicit Abbatem non iſtius loci ſed *venerabilium Monaſteriorum ab eodem auſpice*, vel *ab eo, Deo auſpice, fundatorum*, inter quæ cenſeri nequit illud, quod olim à Dagoberto Magno Francorum Rege conſtructum fuit. Ipſimet Priuilegio præcipua repugnat interpolatio. Apud Sirmondum Pontificio ſancit Diplomate Stephanus, *vt nullus Epiſcoporum præſumat Presbyterum aut Diaconem, vel reliquos Ordines Eccleſiaſticos in prædictis Monaſteriis*, à Fulrado videlicet erectis aut impoſterum erigendis, *ordinare, vel Miſſas ibidem celebrare, niſi ille, qui ob Abbate in tempore exiſtente fuerit inuitatus.* In editionibus Benedictinis ſimiliter iiſdem penè verbis ſancit, *vt nemo Epiſcoporum de quacumque Eccleſia, Presbyterum vel Diaconum ordinare, vel aliquod Eccleſiaſticum miniſterium celebrore, vel Concilium conuocare, in prædictis Monaſteriis audeat, niſi ille, quem Abbas illo in tempore exiſtens, ad hæc officia peragenda inuitauerit.* Hæc autem apertiſſimè refragantur interpolationi, quâ Stephanus præter Landerici Epiſcopi Priuilegium, de cuius auctori-
[a] Ad an. 652. nu. 26. & ſeqq. tate Tomo tertio [a] diſputauimus, Monaſterio San-Dionyſiano proprium Epiſcopum conceſſiſſe ferunt. *Et habere vobis Epiſcopum*, inquit Stephanus interpolatus, *per ſingulare Priuilegium concedimus, qui de vobis ab Abbate vel à fratribus in Monaſterio veſtro electus, & à fratribus noſtris Epiſcopis de illa regione conſecratus, illa veſtra Monaſteria à vobis ædificata prouideas, &*

AN. CH. 757. PIPPINI R. 6.

vice noſtri nominis vbi & vbi fuerint regat, & prædicationi tam in ipſo veſtro Monaſterio, quàm in ſibi ſubiacentibus deſeruiat. Interminantis quoque Stephani verba, quæ Priuilegio ſubiiciuntur, ætatem Fulradi magis ſapiunt, vt publicata ſunt à Sirmondo, quàm vt in Antiquitatibus San-Dionyſianis & in tertio Seculo Benedictino leguntur. Sunt autem quædam in editione Sirmondana, quorum nulla mentio fit in Benedictinis. Stephanus, poſtquàm apud Sirmondum, vt & apud Auctores Benedictinos, Pontificio Diplomate ſanciuit, *vt nullus Epiſcoporum præſumat Presbyterum aut Diaconem, vel reliquos Ordines Eccleſiaſticos* in Monaſteriis à Fulrado erectis aut impoſterum erigendis *ordinare, vel Miſſas ibidem celebrare, niſi ille, qui ab Abbate in tempore exiſtente fuerit inuitatus*, tria hæc apud Sirmondum proximè ſubiungit. Primò cauſam tuetur Epiſcopi, qui rogatus ab Abbate Preſbyteros, Diaconos, aut alios Clericos in prædictis ordinarit Monaſteriis, & Miſſas ibidem celebrarit. *Epiſcopum*, inquit, *illum, qui huiuſmodi conſecrationem ſacri Ordinis in ipſis Cœnobiis conſtituerit, nullomodo alius cuiuſlibet Eccleſiæ Epiſcopus pro eadem cauſa condemnare audeat.* Deinde præter ea, quæ ſuperiùs expoſita ſunt, Epiſcopo, quem Abbas inuitauerit, tabulas & chriſma conſecrandi licentiam ſic tribuit. *Sed & tabulas & chriſma ſimiliter conſecrandi vobis licentiam tribuimus.* Denique, ne Fulradus, vel inuitus, vel Pippino Rege non aſſentiente, conſecretur Epiſcopus, ſic vetat. *Et hoc beati Petri Principis Apoſtolorum auctoritate promulgantes ſancimus, vt nullomodo Concilium Epiſcoporum & laicorum, abſque voluntate Excellentiſſimi filij noſtri Pippini Regis, vel tua dilectionis, Deo amabilis vir, te audeat quoquomodo Epiſcopum conſecrare.* Hîc obiter nota modeſtiam & humilitatem Fulradi, qui veritus plurimùm, ne præter voluntatem ſuam Epiſcopus ordinaretur, ſingulari Priuilegio ſibi duxit eſſe, ſi Romanus Pontifex id fieri prohiberet. At in his omnibus nullum veſtigium Epiſcopatûs apud Sanctum Dionyſium inſtituti.

IV. Sirmondus editionem ſuam auctoritate ſchedarum manuſcriptarum tuetur. Benedictini primariam Chartam in Monaſterio San-Dionyſiano aſſeruari, eámque cùm à ſe tum ab eruditiſſimis viris ſuprà nominatis lectam affirmant. Priuilegium, vt à Scriptoribus Benedictinis publicatum eſt, in Archiuo San-Dionyſiano cuſtodiri, illúdque prædictis clariſſimis viris oſtenſum non inficiamur, ſed autographum eſſe ſiue originale, vt vocant, meritò negamus, ipſóſque, qui viderunt legerúntque, nobis aſſenſuros confidimus. Exemplum Priuilegij, quod Sanctus Germanus Pariſienſis Epiſcopus ſuburbano Sancti Vincentij Monaſterio conceſſiſſe fertur, in philyra ſcriptum ſeruatur in eodem Cœnobio, quod hodie nomen Sancti Germani de Pratis gerit. Aliàs autographum ſiue originale habitum, atque, vt tale, cuique monſtratum ab illius loci Monachis, imò inſertum eſt libro tertio [a] Aimoini, ac notis illuſtratum à Iacobo *du Breul* Monacho quoque Benedictino. Lapſu verò temporis poſt accuratius examen eò res deuenit, vt illud inſtrumentum nec cenſeatur authenticum, nec ab Aimoino laudatum credatur; audimus etiam ab aliquot annis copiam videndi legendíque rerum antiquarum ſtudioſis ac peritis haud ita facilè concedi. Sortem Priuilegij San-Dionyſiani feliciorem fore quis putet? Eruditi viri iam queruntur ſibi denegatam conſpiciendi facultatem, quæ quibuſdam non conceſſa modò ſed ſponte oblata tantoperè prædicatur. Iudicium ipſorummet expectamus, qui Chartam ipſam præ manibus habuerunt. Dicéntne Fulradum Monaſterio San-Dionyſiano cum Abbatis titulo præfuiſſe quarto Kalendas Martias, Indictione decima, ſiue anno Chriſti ſeptingenteſimo-quinquageſimo-ſeptimo, ſi deprehenderint tertio Nonas Apriles, eodem anno, Pippini Regis ſexto, Abbatem illius loci fuiſſe Conſtramnum, cui Fulradus in Abbatiale munus poſteà ſucceſſit? Inſcriptáſne Fulrado Abbati San-Dionyſiano dicent Apoſtolicas literas, quas

[a] Cap. 2.

AN. CH. 757. PIPPINI R. 6.

ipſemet Papa *Fulrado, Deo amabili Presbytero & Abbati, venerabilium diuerſorum Monaſteriorum, Deo auſpice, fundatori* inſcriptas teſtatur? Ne rerum ordo perturbetur, tria diſtinguent tempora valdè diuerſa; Fulradum, priuſquàm Abbas San-Dionyſianus conſtitueretur, multorum Cœnobiorum, quæ ſuis ſumptibus in Alſatia conſtruxerat, Abbatem per multos annos extitiſſe fatebuntur; eidem Fulrado in Abbatum San-Dionyſianorum Catalogo locum tribuent poſt Conſtramnom, qui ſuperſtes in viuis erat, quando Priuilegium, de cuins interpolatione querimur, emiſſum eſt à Stephano Papa; denique Monaſteria, quæ Fulradus in Alſatia condidit, San-Dionyſiano ſeriùs attributa pronuntiabunt. Hac autem factâ temporum diſtinctione iturine ſunt in Benedictinorum opinionem, quæ quarto Kalendas Martias, anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſeptimo, cùm San-Dionyſianus Abbas Conſtramous adhuc viuebat, Fulrado San-Dionyſiani Monaſterij Abbati Priuilegium pro eodem Cœnobio & aliis ei ſeu ſubiectis ſeu ſubiiciendis conceſſum affirmat? Certè illo anno Fulrado Cœnobiorum in Alſatia priùs à ſe conditorum Abbati Priuilegium pro ſolis iiſdem Monaſteriis indultum aſſerent. Quid ſi vtramque Priuilegij editionem contulerint? Sirmondaoam Benedictinæ dubio procul anteponent. In vtraque editione ſummam Priuilegij hanc eſſe obſeruabunt, vt nullus Epiſcopus io Monaſteriis à Fulrado iam erectis aut erigendis Presbyterum vel Diaconum ordinare, vel aliquod Eccleſiaſticum miniſterium celebrare præſumat, niſi ab Abbate ad hæc officia peragenda fuerit inuitatus, atque hac obſeruatione permoti reſecabunt ex edirione Benedictina, quæcumque in ea de Monaſterio & Epiſcopatu San-Dionyſiano commemoraotur, abſúntque à Sirmoodana.

V. Quod attiner ad Characteres Chronologicos, alij ſunt emendandi, alij retinendi, Iodictio decima per menſem Februarium in annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſeptimum incidit. At illo anno, menſe Februatio, currebat adhuc annus Conſtantini Auguſti triceſimus-ſeptimus, quia Conſtantinus anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo io die Paſchæ coronatus eſt Imperator ſuperſtite tum Leone patre Auguſto. Eſt & error io altera Conſtantini epocha, anno enim Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſeptimo, menſe Februario, oon annus poſt Leonis Auguſti mortem ſeu poſt Conſtantini Conſulatum decimus-octauus, ſed decimus-ſextus numerabatur, quia Leo Conſtantini pater obiit decimo-quarto Kalendas Iulias, Indictione nonâ, ſiue anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ptimo, & Conſtantinus paucis pòſt diebus Conſulatum iniit, itaut, teſte Sirmondo, in notis ad Concilium Romaonm, res eôdem recidat, ſiue annos Imperij Conſtantioi, ſiue annos poſt eius Conſulatum computes. Vtramque igitur epocham Conſtantini ſic emenda. IV *Kalendas Martias, imperante Domno piiſſimo Conſtantino, à Deo coronato, Magno Imperatore, anno* XXXVII. *poſt eius Conſulatum anno* XVI. *Indictione* X. Atque iſta correctio, quod maximè obſeruandum dueimos, optimè quadrabit eum Characteribus initio prædicti Concilij Romani, quod anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quinto celebratum eſt, ita poſitis. *In Nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Imperante Domno piiſſimo Auguſto Conſtantino Imperatore, anno* XXVI. *poſt Conſulatum eius anno* V. *menſe Octobri die* XXV. *Indictione* XIV. Cooſtantious, vt anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo in die Paſchæ à Leone patre Auguſto in Imperij conſortium adſcitus eſt, ſic & ipſe in die Pentecoſtes, Indictione quartâ, ſiue anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-primo Leonem filium ſuum in idem Imperij cooſortium adſciuit. Qua de re ſic Theophanes, τῇ δὲ ἑβδόμῃ χρόνῳ τῆς τετάρτης ἰνδικτιῶνος τῆς ἑορτῆς τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς, ἔστεψε Κωνσταντῖνος ὁ δυσσεβὴς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν Λέοντα εἰς βασιλέα.

AN. CH. 757. PIPPINI R. 6.

Et Anaſtaſius. *Sequenti anno quartæ Indictionis, ſolemnitate ſancta Pentecoſtes coronauit Conſtantinus Imperator Leonem filium ſuum Imperatorem.* Annus igitur huius Leonis non quartus ſed ſextus cum menſe Februario anni poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimi quinquageſimi-ſeptimi conuenit. Et è Characteribus Priuilegio Stephani Papæ ſubiectis, dies tantùm & Indictio ſeruari ſic debent, IV *Kalendas Martias, Indictione* X. Aut ſi retineantur epochæ Imperatorum, eæ ſunt ſic reſtituendæ. IV *Kalendas Martias, imperante Domno piiſſimo Auguſto Conſtantino, à Deo coronato, Magno Imperatore, anno* XXXVII. *poſt eius Conſulatum anno* XVI. *ſed & Leone maiore Imperatore eius filio, anno* VI. *Indictione* X.

VI. CONSTRAMNVS ABB. A PIPPINO PRÆCEPTVM IMPETRAT PRO MON. S. DIONYSII.

Tunc Abbas San-Dionyſianus erat Conſtramnus, ad cuius poſtulationem Pippinus Præceptum hoc Regium tertio Nonas Aprilis emiſit [a]. *Pippinus Dei gratiâ Rex Francorum, omnibus Agentibus præſentibus & futuris. Cùm illa bonâ voluntate ſequimur & firmamus, quæ patres noſtri anteriores Reges propter Deum conſtituentes firmauerunt, credimus nobis ad ſalutem pertinere. Vnde ad deprecationem Domni Conſtramni venerabilis Abbatis Monaſterij Sancti & Domni Dionyſij Martyris, vbi ipſe in corpore quieſcit cum ſuis ſanctis ſociis Ruſtico & Eleutherio, nos in Dei nomine & propter Deum, ad poſtulationem præfati Abbatis conſtituentes firmamus, vt in omni Regno Francorum à Deo nobis commiſſo de ſeruis & ancillabus, & mancipiis Sanctorum Dei præfatorum Martyrum, vt vbicumque, ſiue maſculus, ſiue fœmina, de iſtorum iam dictorum Sanctorum familia ſeſe aliis alterius conditionis hominibus, lege matrimonij, ſiue connubij, quoquomodo, ſiue legitimo, ſiue furtiuo complexu miſcuerint, omnis omnino progenies eorum ad iſtorum præfatorum Sanctorum Martyrum poteſtatem, ſine vlla controuerſia alterius partis indiuidua, & ſine vllo participe integra perducatur atque ſubdatur, ſicut firmauerunt Reges anteriores noſtri. Si quis autem hanc Regalem Præceptionem, noſtrorum prædeceſſorum atque noſtram, deſtruere voluerit atque temptauerit, decem libras auri puriſſimi, & viginti pondo argenti, theſauris Regalibus ſoluere compellatur, & cum omni domo ſua, ſi anteà liber erat, de cetero ſeruus perpetualiter habeatur, & lege mancipiorum Eccleſiaſticorum conſtringatur; ſi verò ſeruilis conditionis fuiſſe dinoſcitur, multetur coram Iudicibus verberibus centum quinquaginta. Vt autem hæc noſtra Præceptionis firmior habeatur conſtitutio, noſtro ſubter aſſignari præcepimus anulo. Signum Pippini Glorioſiſſimi Regis. Ego Franco recognoui. Actum Sueſſionis Palatio, die 3. Non. Aprilis, Indict.* IIII. *anno verò Regni Domni noſtri Pippini 6. in Dei nomine feliciter.* Annus ſextus Pippini Regis per menſem Aprilem cum anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſeptimo coincidit. At ab illo anno longè recedit Indictio quarta, quæ partim anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo quo Pippinus regnare cœpit, partim anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-tertio illigatur, fuitque procul dubio per interpolationem addita, illis enim temporibus Franci publicis inſtrumentis Indictionem non apponebant. Subſcriptionem igitur Præcepti ſuprà deſcripti ſic repone. *Actum Sueſſionis Palatio, die 3. Non. Aprilis, anno verò Regni Domni noſtri Pippini 6.* In Diœceſi Sueſſionica ſitum Compendium. Pippinus, qui tertio Nonas Aprilis Sueſſione morabatur, proximis Kalendis Maij generalem Francorum apud Compendium celebrauit Conuentum, de quo plura dicemus infrà.

[a] In Antiquit. San-Dionyſ. l. 3. c. 5.

VII. STEPHANVS PP. LITERAS FVLRADO ABBATI SCRIBIT DE HOSPITALI ET DOMO IBI ROMÆ CONCESSIS.

Stephanus Papa, præter Priuilegium jam recitatum, Fulrado Abbati literas ſcripſit, quas Iacobus Sirmondus ex manuſcriptis ſchedis primus in hunc modum publicauit. *Stephanus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Fulrado amabili Presbytero & Abbati. Petentium deſideriis ita nos conuenit impertire aſſenſum, vt tamen ſequentibus temporibus nullis Eccleſiaſtica vtilitas valeat ſubmitti diſpendiis. Nam tunc petitorum poſtulatio congruum videtur ſuſcipere effectum, quando Eccleſiaſtica prædia congruè ordinata ad meliorem*

AN.CH. 757. PIPPINI R. 6.

fuerint ſine dubio ſtatum perducta. Igitur quia petiſtis à nobis, quatenus Hoſpitale poſitum infra Baſilicam Beati Petri, iuxta ſepulchrum Beati Leonis Papæ, quod tenuit Ratchis Monachus, iuris ipſius Baſilicæ B. Petri, necnon & Domum poſitam iuxta Monaſterium Beati Martini, cum inferioribus & ſuperioribus ſuis, cum metatu ſuo & horticello, quam tenuit Nazarius Monachus, iuris venerabilis Monaſtery Sancti Stephani, vobis ad tempus, emiſſà præceptione, concedere deberemus, inclinati precibus veſtris, per huius Præcepti ſeriem, ſupraſcriptum Hoſpitale & Domum, cum inferioribus & ſuperioribus ſuis, vel omnibus in integro pertinentibus à præſenti decima Indictione, diebus vitæ veſtræ vobis concedimus detinendum. Poſt verò obitum veſtrum, vtrumque, Hoſpitale & Domus, vt ſuperiùs legitur, ad ius ſupraſcriptorum piorum locorum, cuius & eſt proprietas, in integro nihilominùs reuertantur. Benè valete.

VIII. OBIIT. Sexto Kalendas Maias, eâdem Indictione decimâ, vitam clauſit Stephanus Papa, de quo ſic Anaſtaſius. *Sepultus eſt in Baſilica beati Petri Apoſtolorum Principis, ſexto Calendas Maij, Indictione 10. Et ceſſauit Epiſcopatus eius diebus triginta-duobus.* Primus Romanorum Pontificum potitus eſt aliquot ciuitatum prouinciarúmque Principatu, quas ex Pippini Francorum Regis munificentia ſibi collatas acceperat. Auditâ Stephani morte, Lullus Moguntiacenſis Archiepiſcopus ad Denehardum, Eanberthum, Vinbertum, Sigeherium, & Sigewaldum, Preſbyteros, has in Thuringiam literas [a] direxit. *Chariſſimis filiis, Denecardo, Eanbertho, Vinberto, Sigeherio, Sigewaldo, Lullus Antiſtes in Domino ſalutem. Admonemus vos, vt rogetis omnes vbique Deo ſeruientes tam ſeruos Dei, quàm ancillas Chriſti, in prouincia Thuringorum, vniuersámque plebem, vt in communi miſericordiam Domini deprecentur, quatenus ab imminenti pluuiarum flagello liberemur, id eſt, vt vnam hebdomadam abſtineant ſe ab omni carne, & ab omni potu, in quo mel*

IEIVNIA, PSALMI, MISSÆ,

ſit: ſecundâ feriâ, IV feriâ, & VI feriâ ieiunetis vſque ad veſperum: & vnuſquiſque ſeruorum Dei & ſanctimonialium, quinquaginta Pſalmos cantet omni die in illa ſeptimana; & illas Miſſas, quæ pro tempeſtatibus fieri ſoleant, celebrare vos, Presbyteri, recordamini. Miſimus vobis nomina Domini Romani Epiſcopi, pro quo vnuſquiſque veſtrum XXX Miſſas cantet & illos Pſalmos, & ieiunium iuxta conſtitutionem noſtram. Similiter pro duobus laicis, nomine Megenfrith & Hraban, X Miſſas vnuſquiſque veſtrum cantet. Valete in Domino ſemper. Ex his literis obſerua contra tempeſtates aduerſas, itémque pro defunctis, ieiunia fieri, preces fundi, Miſſas celebrari.

CONTRA TEMPESTATES,

Contra pluuias aliáſque tempeſtates aduerſas clariſſimus eſt textus in hiſce vocibus, *vt in communi miſericordiam Domini deprecentur, quatenus ab imminenti pluuiarum flagello liberemur*: & in iſtis, *illas Miſſas, quæ pro tempeſtatibus fieri ſoleant, celebrare vos, Presbyteri, recordamini.* Altera pars, quam de

ET PRO DEFVNCTIS.

ſuffragiis Eccleſiæ pro defunctis interpretamur, haud videtur adcò clara, tota enim in eo conſiſtit, quòd Lullus iiſdem Preſbyteris nomina Papæ duorúmque laicorum miſit, ac pro Romano Pontifice Miſſas cantari, Pſalmos recitari, ieiunia fieri, pro laicis Miſſas quoque celebrari præcepit, nullâ voce ſuperadditâ, quæ de mortuis potiùs quàm de viuis locutum apertè teſtaretur. *Miſimus vobis nomina Domini Romani Epiſcopi, pro quo vnuſquiſque veſtrum XXX Miſſas cantet, & illos Pſalmos, & ieiunium iuxta conſtitutionem noſtram. Similiter pro duobus laicis, nomine Megenfrith & Hraban, X Miſſas vnuſquiſque veſtrum cantet.* At hæc pro defunctorum procuranda requie ſcripta facilè capies, ſi collationem feceris cum aliis [b], quas ad eundem Lullum Cinehardus Wentanæ ciuitatis Epiſcopus direxit. *Et hoc*, inquit Cinehardus, *profitemur, quòd omnia, quæ tuâ Sanctitate ſuggerente mandata ſunt, ſtudioſiſſimè, Domino fauente, complere ſatagimus, non tantùm in ſpiritali orationum ſolatio, & Miſſarum ſolemnitate celebranda pro vobis, & pro illis, qui in veſtris regionibus in Chriſti con-*

[a] Ep. 62. inter Boniſac.

[b] Ep. 74. inter Boniſac.

feſſione obeunt, ſed etiam ſi qua ſecularis ſubſtantiæ ſolatia veſtris vſibus profutura in his regionibus adipiſci poterimus, veſtræ participationi parata erunt. Et paulò pòſt. *Nomina quoque Presbyterorum veſtrorum, Diaconorúmque, ac Monachorum, vel Monacharum, ſiue ceterorum, quæ miſiſtis, per Monaſteria & per Eccleſias noſtræ Diœceſis direximus ad celebranda pro eis Miſſarum ſolemnia & orationum ſuffragia. Idipſum facere veſtram Sanctitatem ſuppliciter exoramus pro eis, quorum nomina vobis habemus dirigenda, & nominatim cum perſonis ſuis ſcribenda, eorum ſcilicet, qui mihi propriè, atque huic Eccleſiæ, cui ſeruio, amiciſſimi, vel ſubditi fiebant, vel prælati.* Item cum hoc fragmento literarum [a], quas eidem Lullo Archiepiſcopo Gudberct Abbas inſcripſit. *Simul etiam nomina fratrum, quæ ad nos miſiſti, cum nominibus huius Monaſterij fratrum dormientium in Christo ſcripta continentur, itaut pro illis nonaginta & eo ampliùs Miſſas facere præceperim.*

[a] Ep. 95. inter Bonifac.

IX. In Annalibus Petauianis, præter obitum Stephani Papæ, Natiuitas Giſlanæ & prima organi aduectio ſic ad hunc annum referuntur. DCCLVII. *In eodem anno moritur Stephanus Papa, & Natiuitas Giſlanæ, ipſo anno organa in Franciam.* Nata Pippino Regi Giſlana ex Bertrada, redintegrati inter coniuges amoris pignus; laudandus ſanè Stephanus, quòd Pippinum obteſtatus eſt, vt vxorem Bertradam dimittere nequaquam præſumeret, at laudandus quoque Pippinus quòd piis obteſtationibus Stephani facilè obtemperauit; eſt certè cur dubius hæreas, vtrùm in illo negotio zelum Pontificis, an Regis pietatem magis commendes; habent exemplum illuſtre quod in Stephano Papæ & Epiſcopi prudenter atque intrepidè, in Pippino generosè ac Chriſtianè Reges & Magnates imitentur.

NASCITVR GISLANA PIPPINI ET BERTRADÆ FILIA

X. Annaliſtæ Nazarianus & Maſciacenſis de organo non aliter quàm Petauianus ſcribunt; *venit organa in Franciam.* Vtrique lucem Tilianus affert, ſic. *Miſit Conſtantinus Imperator Regi Pippino cum aliis donis organum, qui in Francia vſque peruenit,* ſiue, vt emendatiùs atque elegantiùs cum Loiſeliano loquamur, *quod in Franciam vſque peruenit.* Si fides eſt Annaliſtæ Laureſhamenſi, *Conſtantinus Imperator Pipino Regi multa miſit munera, inter quæ & organa, quæ ad eum in Compendio * villa peruenerunt, vbi tunc populi ſui generalem Conuentum habuit.* At cum hic Annaliſta ſuam auctoritatem à Loiſeliano mutuetur, Imperatoris dona priùs à Pippino videntur ſuſcepta, quàm Conuentus Francorum apud Compendium celebraretur. Annaliſta Loiſelianus ſuſceptionem Cæſareorum munerum & placitum Compendienſe ſic diſtinguit. *Miſit Conſtantinus Imperator Regi Pipino cum aliis donis organum, quod in Franciam vſque peruenit. Et Rex Pipinus tenuit placitum ſuum in Compendio cum Francis.* It in eandem quoque ſententiam Bertinianus, cui Metenſis ita ſuffragatur. *Anno Dominicæ Incarnationis* DCCLVII. *Conſtantinus Imperator miſit Regi Pippino inter cetera dona organum, quod anteà non viſum fuerat in Francia. Eodem anno Rex Pippinus tenuit Placitum ſuum in Compendio villa publica.*

ORGANVM PIPPINO CVM ALIIS MVNERIBVS MITTITVR AB IMPERATORE.

* Compiegne.

XI. Habitus hic Conuentus menſe Maio, ante biennium enim Pippinus decreto valdè memorabili ſtatuendum curarat, vt Comitia Francorum, quæ Kalendis Martiis quot annis celebrari conſueuerant, in Kalendas Maias imposterùm propter vtilitatem Regni reiicerentur. Interfuit Conuentui Compendienſi Taſſilo ſeu Daſilo Dux ſeu Præfectus Boioariæ, de quo ſic Annaliſta Tilianus. *Tenuit Rex Placitum ad Compendium. Ibique Daſilo venit, in vaſſatico ſe commendans ſacramenta multa iurauit, & fidelitatem promiſit Pippino & filiis * eius ſuper Sanctum Germanum & Sanctum Martinum.* Annaliſta Loiſelianus illud negotium paulò fuſiùs exponit, explicat quid ſit iurare ſuper Sanctos, addit & pleroſque Boioarios cum Taſſilone iuraſſe, nec tantùm ſuper SS. Germanum & Martinum, ſed etiam ſuper S. Dionyſium eiúſque ſocios. *Rex Pipinus tenuit Placitum ſuum in Compendio cum Francis. Ibique Taſſilo venit Dux Baioariorum, in vaſſatico ſe commen-*

THASSILO DVX BOIOARIÆ INTEREST CONVENTVI FRANCORVM.

* filios.

AN. CH. 757. PIPPINI R. 6.

SI VASSVM PIPPINI DICIT,

dans per manus: ſacramenta iurauit multa & innumerabilia, Reliquiis Sanctorum Martyrum manus imponens: & fidelitatem promiſit Regi Pipino & ſupradictis filiis eius Domno Carlo & Carolomanno, ſicut vaſſus rectâ mente & firmâ deuotione per iuſtitiam vaſſus Domino ſuo eſſe doberet. Sic confirmauit ſupradictus Taſſilo ſupra corpus Sanctorum, Dionyſij Ruſtici & Eleuthery, necnon & Sancti Germani, ſeu Sancti Martini, vt omnibus diebus vitæ ſuæ ſic conſeruaret, ſicut ſacramentis conſtrictus promiſerat. Sic & eius homines maiores natu, qui erant cum eo, firmauerunt, ſicut dictum eſt, in locis ſuperiùs nominatis, & in aliis multis. In hoc poſtremo textu duplex ſacratum Reliquiarum genus diſtinguitur. Aliæ ſunt, quibus Taſſilo Boioariique, cùm iurant, manus apud Compendium imponunt; aliæ ſunt, ſuper quas iidem ſuperiora ſacramenta confirmant in locis valdè diſſitis ac procul à Compendio. Prioris generis ſunt eæ, quæ quocumque Rex ibat, vt non ſemel obſeruauimus, illuc deferebantur, tangique conſueuerant ab iis, qui iureiurando quidpiam aſſerebant. Poſterioris generis ſunt corpora Sanctorum Martyrum, Dionyſij, Ruſtici, & Eleutherij, necnon Sanctorum Confeſſorum Germani & Martini, quæ diverſis in locis quieſcebant, atque à villa Compendio longè aberant. Hanc Reliquiarum diſtinctionem inſinuat etiam Annaliſta Laureshamenſis, cùm de Taſſilone ſic ſcribit. *Fidelitatem tam Regi Pipino, quàm filiis eius Karolo & Karolomanno, iureiurando ſuper corpus Sancti Dionyſij promiſit. Sed non ſolùm ibi, verùm etiam ſuper corpus Sancti Martini & Sancti Germani, ſimili ſacramento fidem ſe prædictis Dominis ſuis, diebus vitæ ſuæ ſeruaturum eſt pollicitus.* Et de Boioariis, ſic. *Similiter omnes Primores ac maiores natu Boioary, qui cum eo in præſentiam Regis peruenerant, fidem ſe Regi & filiis eius ſeruaturos in prædictis venerabilibus locis promiſerunt.* Id eſt, in Monaſterio San-Dionyſiano agri Pariſienſis, vbi corpora beatiſſimorum Martyrum, Dionyſij, Ruſtici, & Eleutherij, hodiéque cuſtodiuntur; in Monaſterio Sancti Germani prope muros Pariſienſes, vbi corpus Sancti Germani Pariſienſis quondam Epiſcopi etiamnum aſſeruatur; & in Turonenſi Monaſterio Sancti Martini, vbi tum corpus eiúſdem Sancti Martini Turonenſis olim Epiſcopi. De Thaſſilone conueniunt Auctores præcitati, quòd *in vaſſatico*, vel *in vaſſaticum* ſe commendauit, nec id omittendum hîc videtur, Boioaria enim ſpatioſiſſima erat prouincia, cuius ſupremum imperium cum Regio Titulo Duces ſibi vendicare nonnumquam conati. Annaliſtæ Tiliani hæc ſunt verba. *Daſilo in vaſſatico ſe commendans ſacramenta multa iurauit.* Addit *per manus* Annaliſta Loiſelianus, ſic. *Taſſilo in vaſſatico ſe commendans per manus, ſacramenta iurauit multa.* Morem illum tradendi ſe per manus in vaſſaticum clariùs adhuc Annaliſta Laureshamenſis ſic exponit. *Taſſilo Dux Baioariorum cum Primoribus gentis ſuæ venit, & more Francico in manus Regis in vaſſaticum manibus ſuis ſemeptipſum commendauit.* Ibi *vaſſaticum* interpretare ſeruitium ſiue obſequium, quod vaſſallus aut vaſſus Domino ſuo tenetur exhibere.

DATIS SACRAMENTIS SVPER RELIQVIAS SANCTORVM.

XII. Thaſſilo & Primates Boioariæ non tantùm Pippino præſtiterunt quod ei ſacramentum fidelitatis debebant, ſed his etiam temporibus authores Borutho Sclauorum Regi fuerunt, vt ſe ſuáque in eiuſdem Pippini clientelam committeret. De Sclauis actum Tomis ſecundo & tertio. Hunni ſiue Auares fœdiſſimâ ſeruitute Sclauos oppreſſerant. Samo Francus oriundus ex pago Senonago, cui Senna fluuius prope Sonegiam * ſeu Sennonegiam exortus nomen fecit Sclauis ducem ſe præbuit recuperandæ libertatis. Id cùm egregiis factis & obſecundante fortunâ fuiſſet aſſecutus, ſuffragiis totius gentis ad Regiam euectus eſt dignitatem, vt ex Fredegarij Chronico[a] ad annum Chriſti ſexcenteſimum viceſimum-tertium[b] probauimus. Regnum per annos triginta-quinque magna cum laude tenuit. Eo defuncto, ſucceſſere Reges, fortitudine & rebus geſtis longè impares, quorum

* *Soignies.*

[a] Cap. 45.

[b] Num. 34.

AN. CH. 757.

quorum ſiue infelicitate, ſiue inertiâ, res Sclauorum retrò lapſæ ſunt, quouſque Boruthus, Samonis exemplo, iacentem Principatum erexit. Hic imperitus ab Hunnis, quantas potuit è popularibus vires contraxit ſubitariis delectibus, auxilia quoque Boioariorum conduxit, auctúſque ſuppetiis à Thaſſilone ſubmiſſis hoſtes in fugam coniecit. Ingens eo facto Boioariis auxiliaribus parta eſt gloria, tantáque exiſtimatio, vt Sclaui eos, tamquam ſuæ ſalutis aſſertores, colerent, cum iis conſilia de publicis rebus agitarent, haberent benè ominata, quæ Boioariis auctoribus decernebantur. Quâ Boij vſi beneuolentiâ, perſuaſere Sclauis, vt, quando fortunam aduerſam toties experti, ſuis ſe viribus tueri non poſſent, Francorum ſe fidei permitterent, quibus deinceps defenſoribus res ſuas ſtabilirent. Placuit conſilium, & fœdus ictum cum Francis: dari ſimul obſides, è quibus Karaſtus Boruthi filius, & Chettumarus ex fratre nepos, quos Boruthus Chriſti leges edoceri, & ſacro lauacro tingi voluit. Lege Ioannem Adlzreitterum in Annalibus [a] Boicæ gentis. Hic Auctor, quos Sclauos appellamus, Carantanos vocat. Idem præſtat Andreas Brunnerus in Annalibus Boicis [b]. Rationem exponemus infrà. Brunnerus, vbi loquitur de fœdere à Carantanis ſeu Sclauis cum Francis icto, ſic horum gloriæ ſtylum ſuum accommodat, vt illius textum hîc omittere nequaquam debeamus. *Boij*, inquit, *occaſione vſi ſuadere Carantanis, ne breui præſentis victoriæ fructu ebrij, futuri temporis cogitationem dimitterent; victos ſcilicet fugatóſque nuper Hunnos eſſe, erepta iis ſigna, arma, multis etiam vitam; ne tamen crederent vnâ victoriâ debellatum; supereſſe etiam victis virorum & virium ſatis; iratum verò nimium quantùm; illa ipſa itinera, quæ nuper iis ad fugam patuerint, non eſſe clauſa rediturus; & redituros profectò, locóque ſuis cædibus infami ignominiam detracturos. Quod ſi eueniat, notas eſſe Carantanis vires ſuas, neque ſpem quidem victoriæ poſſe eos in aciem educere; porrò nihil eſſe miſerius exercitu ante pugnam deſperante. Sequerentur igitur tutiſſimum conſilium, & fortunas ſuas, quas propriis non poſſent, alienis viribus tuerentur. Francorum fidei ſe ſuáque permitterent, crederéntque aut nullam in humanis auxiliis ſpem, aut certè in Francis ſitam; vnum illum populum æternis triumphis tantùm exiſtimationis collegiſſe, vt iam vulgò feratur, cum Francis non niſi perituros pugnare; ſub horum ſcuto & ipſa nominis vmbra ſi velint deliteſcere, neminem inultum auſurum in illos telum mittere. Id ſe eò confidentiùs promittere, quòd domeſticum in hac cauſa exemplum habeant; Boios certè, quamdiu in fide & clientela Francorum fuerint, neque de patronis, neque de fortuna ſua iure potuiſſe conqueri. His rationibus permoti Carantani Francorum amicitiam fidémque vltrò amplexi ſunt*, &c. Id autem hiſce potiſſimùm temporibus videtur contigiſſe, poſtquàm Pippinus victricia Francorum arma per Saxoniam, per Septimaniam, per Hiſpaniam, per Italiam circumtulit, Saxonibus, Saracenis, ac Longobardis in triumphum ductis. Nec multò ſeriùs differri poteſt, quia Thaſſilonis defectionem ſiue annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-tertium obitus Boruthi Regis à quo fœdus cum Francis percuſſum, Karaſti Ducatus tirocinis, & Chettumari ad Ducarum ſeu Præfecturam prouectio anteceſſerunt.

PIPPINI R. 6.

BORVTHVS R. SCLAVORVM SE SVVMQVE REGNVM CLIENTELÆ PIPPINI COMMITTIT.

[a] P. 1. l. 7. nn. 39. 40.

[b] Lib. 3. n. 13.

XIII. Vt Regni, quo Boruthus potiebatur, ſitum noſcas, obſerua Samonem, qui tenuit eundem Principatum, Regem Sclauorum, Regémque Winidorum à Fredegario [c] vocari, eóque Regno in Ducatum pòſt redacto ſub Chettumari Ducis præfectura in vita Sancti Virgilij Carniolam & Carinthiam collocari protractis finibus Orientem verſùs ad locum vſque, *vbi Trabus* ſeu Drauus *influit Danubium*, nec alios extitiſſe limites Diœceſis Salisburgenſis, cùm Eccleſiæ Saliſburgenſi reſtituta eſt Metropolitana dignitas, Arnone primo Archiepiſcopo ſub Carolo Magno. Celebres etiamnum prouinciæ ſunt, Sclauonia, Carinthia, Carniola, Marchia Winidorum, quarum nomina ſatis docent, cur iidem Reges promiſcuè Reges

[c] Cap. 48.

SITVS ILLIVS REGNI.

Sclauorum, Reges Winidorum, Reges Carantanorum ſeu Quarantanorum fuerint appellati. Ioannes Lucius libro primo [a] de Regno Dalmatiæ & Croatiæ, Carantanos in Carnos, Stirios & Carinthios diſtinguit; eóſque cum finitimis Croatis, quorum nomen hodiéque Croatia retinet, imperio Francorum ſubditos fuiſſe non diffitetur. Ceterùm ne ſolis Brunnero & Adlzreittero, qui noſtrâ ſcripſerunt ætate, nos vſos arbitreris in Francorum Regno tot regionibus adaugendo, vetuſtiorem audi Auctorem in vita Sancti Virgilij Saliſburgenſis Epiſcopi hæc commemorantem *Cœperunt Huni eoſdem Quarantanos hoſtili ſeditione grauiter affligere, fuitque Dux tunc eorum Boruth nomine, qui Hunorum exercitum contra eos videns; interim Bauaris nunciare fecit, rogans eos ſibi in auxilium venire. At illi cum magna feſtinatione venientes expugnauerunt Hunos, & obfirmauerunt Quarantanos, ſeruitutique eos Regum ſubiecerunt, ſimiliter & confines eorum. Duxeruntque inde obſides ſecum in Bauariam, inter quos erat filius Boruth, nomine Karaſtus, quem pater eius more Chriſtiano nutriri & baptizari poſtulauit, quod ita factum eſt. Similiter de Chettumar filio fratris ſui fieri rogauit.*

a Cap. 11.

XIV. In generali Francorum apud Compendium Conuentu, de quo ſuprà locuti ſumus, ab Epiſcopis celebrata quoque Synodus, in qua Chrodegangus Epiſcopus pro Gorzienſi Monaſterio Priuilegium emiſit, vt ex hac ipſiuſmet Priuilegij ſubſcriptione mendis purgata liquet. *Actum in Compendio Palatio publicè in Synodo congregata, anno* VI *Regni Pippini glorioſi Regis, ſub die* X *Kal. Iunij.* Agemus infrà de Synodo Compendienſi. Priùs autem de prædicto Chrodegangi Priuilegio, déque Regula Metenſibus Canonicis ab eodem Epiſcopo præſcripta nobis hîc diſſerendum.

XV. Chrodegangus Metenſis Epiſcopus Gorziam *, illuſtre Monaſterium, de quo iam locuti ſumus, in Diœceſi Metenſi conſtruxit. Id apud omnes in confeſſo eſt. Audi ipſummet Chrodegangum, cuius Priuilegium à Godefrido Henſchenio in Diatriba de tribus Dagobertis iam citatum [b], Philippus Labbeus ab Alexandro Wilthemio ſibi Lucilíburgo * tranſmiſſum in poſtrema Conciliorum editione ſic publicauit. *In Dei Nomine Chrodegangus, ac ſi peccator, Metenſis vrbis Epiſcopus. Dum in voluminibus diuinarum ſeriem Scripturarum, iuxta poſſibilitatem ex mediocritate mei ſensûs, attonitis auribus & ſedulâ conſideratione inſpicerem, quid Dei filius diceret audiens, [date & dabitur vobis:] & alibi, [date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt * vobis,] idcircò cœpi mæſtus conquirere, quid pro anima remedio, quid pro abluendis ponderibus peccatorum facerem, vel in quibus imitarer exempla priſcorum Patrum, Epiſcoporum meorum anteceſſorum, in operibus, quibus credimus Deo placuiſſe, hinc per Dei adiutorium, vnà cum commeatu & voluntate Domini noſtri piiſſimi ac glorioſiſſimi Regis Pippini Francorum, atque conſenſu fratrum noſtrorum Canonicorum ſpiritualium, & Deum timentium laicorum fidelium Sancti Stephani, ædificaui Monaſterium in loco, qui dicitur Gorzia in pago Scarponinſe, in honorem beatiſſimorum Apoſtolorum Petri & Pauli, necnon & Sancti Stephani, ſeu & ceterorum Sanctorum, & fundans atque dotans ipſum Monaſterium de rebus & terris, quæ, propter venditionis commutationes mihi legibus obuenerant, eâ ſcilicet conditione, vt in Monaſterio Monachi ſecundùm ordinem & Regulam Sancti Patris noſtri Benedicti Abbatis à modò & ſemper perpetuis temporibus viuant, & ſicut ibi ſcriptum eſt, nihil penitus proprium habentes, ſed ſint illis communia omnia in omnibus, qualiter & pro ſe & pro aliis valeant exorare. Igitur compulit nos affectio charitatis atque dilectionis fratrum ipſorum, pro eorum quiete & ordine, qualiter Deo iuuante valeant implere Regulam & ordinem ſuum, & quod nobis ſucceſſoribúſque noſtris maneat ad mercedem, & à recto tramite inconuulſo limite terminare, quod perennem deinceps propitiante Deo obtineat firmitatem, ne quis nobis detrahendo æſtimet in id noua decernere, dum anti-*

* Gorze.
b Lib. 4. c. 6.
* Luxembourg.
CHRODEGANGI EP. METENSIS PRIVILEGIVM PRO MON. GORZIENSI.
* ſunt

AN. CH. 757.
PIPPINI R. 6.

quitus iuxta conſiderationem Pontificum videant cetera ſibi ſubiecta Monaſteria in omnibus eſſe conſeruata atque ſecura, ideóque pro diuino intuitu vel pro anima noſtra remedio ſeu ſucceſſorum noſtrorum Pontificum vnà cum commeatu & voluntate piiſſimi & glorioſiſſimi Pippini Regis, & conſenſu fratrum noſtrorum, conuenit nobis, illis conſeruare pro eorum quiete & tranquillitate, & neque à nobis, neque ab Archidiacono noſtro, neque à ceteris ordinatoribus Sancti Stephani, à quolibet homine inquietati, nec condemnati, vel de rebus eorum expoliati, contra rationis ordinem, eſſe non debeant, ſed inſpecta * eorum inſtrumenta *, iuxta conſtitutionem, quam eis inſtituimus, quieto ordine ipſas res teneant atque poſſideant, & de hoc quod nos ad ipſum Monaſterium dedimus atque firmauimus *, vel à * Deum timentibus hominibus donatum eſt atque firmatum, aut aliquid munere tranſmiſſum, vel in altario offertum, aut ſacris voluminibus ſeu quibuſcumque ſpeciebus, quod ad ornatum diuini cultus pertinet, ad præſens collata, vel deincept collatura fuerint *, non auferamus. Et ſupplici poſtulatione exoro, & poſtulo Dominis & ſucceſſoribus meis Epiſcopis, & ceteris ordinatoribus Sancti Stephani propter nomen Sanctæ Trinitatis, quod ſuperiùs intimatum eſt, perpetuis temporibus pro eorum mercede agenda, ipſis fratribus, qui in ipſo Monaſterio eſſe videntur, conſeruent, & ſit ipſum Monaſterium ſubiectum ſub mandeburde & defenſione Sancti Stephani Eccleſia Metenſis, ſicut in illo inſtrumento continetur, quod de ipſo Monaſterio ad Eccleſiam Sancti Stephani fecimus, vt libeat eis pro vita & incolumitate Regis & ſtabilitate Regni Francorum, & pro Pontificibus ſuis ſuiſque ſubiectis Domini miſericordiam exorare: & iuxta diſpenſationem diuinam, cùm Abbas de ipſo Monaſterio ad Dominum migrauerit, quem vnanimiter omnis illa Monachorum Congregatio optima Regulæ compertum & vita meritis congruentem elegerint vnà cum conſenſu & voluntate vrbis Epiſcopi, ipſum ſibi habeant Abbatem, &, ſi in ipſam Congregationem, quod abſit, non potuerint talem inuenire, qui eos regulariter regat, tum ipſe Pontifex cum conſenſu & voluntate eorum de alio Monaſterio eligat Abbatem, ſicut ſuperiùs diximus, qui eis regulariter & ſecundùm ordinem præſit, & memoratus Pontifex in ipſo Monaſterio per nullum ingenium nullamque occaſionem aut cupiditatem quemlibet Abbatem mittat, niſi qui eos ſecundùm ordinem regat, & ſi ipſe Pontifex aut qualibet alia poteſtas aliter fecerit, in diuino diſtricto iudicio ante Dei oculos cum beatiſſimo Petro Principe Apoſtolorum & Sancto protomartyre Stephano exinde reddet rationem, &, ſi præfatus Pontifex lucrandâ oratione aut viſitatione fratrum, quando ei placuerit, in ipſo Monaſterio venerit, vel aliquam moram pro lucrandis animabus fecerit, cùm exinde in Dei nomine vult habere regreſſum, abſque vllo munere terreno requiſito reuertatur, qualiter Monachi, qui ſolitarij nuncupantur, de perfecta quiete vel ſecuritate valeant Domino protegente per longa tempora exultare, & ſub ſancta Regula viuentes pro profectu Eccleſiæ & ſalute Regis vel patria valeant pleniùs Domini miſericordiam & attentiùs deprecari, &, ſi, quod abſit, ipſi Monachi de eorum Regula aut religione tepidi, aut negligentes reperti fuerint, ſecundùm eorum Regulam ab Abbate ſuo corrigentur; ſin autem ipſe Abbas non praualet, tunc præfatus Pontifex coercere debeat, quia nihil de canonica auctoritate conuellitur quidquid de Pontificibus fidei pro quiete tranquillitatis tribuetur, vt ob hoc firmiùs ſubſiſtat vigoribus, & nos & patres noſtri Domini Epiſcopi in Synodo ſubſcriptionem manibus noſtris decreuimus roborare, & fratres noſtri de Congregatione Sancti Stephani fideles ipſius conſentientes ſupſcripſerunt. Chrodegangus peccator Epiſcopus hanc firmitatem à me factam relegi & ſubſcripſi. Adalfridus peccator Epiſcopus ſubſcripſi. Lupus peccator Epiſcopus audiens ſubſcripſi. Ego Fulcharius vocatus indignus Epiſcopus ſubſcripſi Rothingo aduocato. Wulfrannus vocatus Epiſcopus in Chriſti nomine ſubſcripſi. Herineus Epiſcopus ſubſcripſi Sigemodo. Ego Mangandus Epiſcopus ſubſcripſi. Memorianus Chorebidianus ſubſcripſi. Deotmarus ac ſi peccator Epiſcopus ſubſcripſi. Rabigandus Abbat ſub-

* id eſt, inſpectis inſtrumentis,
* formauimus.
* ad
* fuerunt.

AN. CH. 757. PIPPINI R. 6.

ſcripſi. Iacob peccator Epiſcopus ſubſcripſi. Menſebius peccator Epiſcopus ſubſcripſi. Aude peccator Epiſcopus-ſubſcripſi. Chardobachius quamuis peccator Epiſcopus ſubſcripſi. Lendenaus Epiſcopus ſubſcripſi. Ego Lupus quamuis indignus Epiſcopus ſubſcripſi in Chriſti nomine. Tedecharius peccator Epiſcopus ſubſcripſi. Fortunus peccator Epiſcopus ſubſcripſi. Sadonius ac ſi peccator Epiſcopus ſubſcripſi. Deofridus Epiſcopus ſubſcripſi. Sadrius Epiſcopus ſubſcripſi. Ego Angilrannus ſubſcripſi. Sadebertus ac ſi indignus Epiſcopus ſubſcripſi. Rotelinus ſubſcripſi. Gontelmus. Braudomus. Sigilbertus. Zacharias. Rachinnatus. Ego Gonterius. Abbo. Adelelinus. Angelelinus. Sadrius. Ego Richerus ſiue Waſco ac ſi indignus Diaconus iuſſus hanc confirmationem relegi & ſubſcripſi. Actum in Compendio palatio publicè in Synodo congregata anno ab Incarnatione Domini DCCLVI. *Ind.* IX. *epact.* XV. *conc.* IV. *anno* VI. *Regni Pippini Glorioſi Regis ſub die* X. *Kal. Iunij.*

XVI. Hactenus Chrodegangi Priuilegium, vt editum a Philippo Labbeo, qui næuum quidem in Characteribus Chronologicis aduertit, & expuncto Pippini Regis anno VI. quaſi totus error ex literarum tranſpoſitione natus eſſet, reſcripſit IV. at malè, Pippinus enim anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo, menſe Martio, Rex eſſe cœpit, & annus Chriſti ſeptingenteſimus quinquageſimus-ſextus per menſem Maium nec cum quarto nec cum ſexto, ſed cum quinto Pippini Regis anno conuenit. Priuilegij ſubſcriptionem aliter corrigendam arbitramur. Regnante Pippino, nec annus Incarnationis Dominicæ, nec Indictio publicis Inſtrumentis apponebatur. Amputatis igitur duobus hiſce Characteribus, qui apud Francos in vſu nondum erant, ipſam Priuilegij ſubſcriptionem ſic repone. *Actum in Compendio palatio publicè in Synodo congregata anno* VI *Regni Pippini Glorioſi Regis, ſub die* X. *Kal. Iunij.* Hac emendatione factâ, prædictum Priuilegium in Synodo córam multis Epiſcopis, vt moris erat, datum apud Compendium exiſtima, decimo Kalendas Iunij, Pippini Regis anno ſexto, id eſt, hoc anno poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſeptimo.

XVII. In toto Priuilegio nihil occurrit, quod à Marculfi formulis videatur alienum. Monachis libera relinquitur Abbatis electio, Abbati correctio Monachorum cum hac clauſula, vt ius eos corrigendi redeat ad Epiſcopum, quotieſcumque Abbas corrigere vel neglexerit vel non potuerit. De pago Scarponenſi, vbi ſita Gorzia, ſermo ſæpiùs recurret. Chartæ ſubſcribunt Epiſcopi viginti, nomen Eccleſiæ ſuæ nullus apponit, quibus tamen Diœceſibus plerique præſint, aliunde vel certò diſcimus vel probabiliter coniectamus.

SVBSCRIPTIONES EPISCOPORVM.

XVIII. *Chrodegangus* Epiſcopus eſt Metenſis. Id initio Priuilegij ſic teſtatur. *In Dei Nomine Chrodegangus, ac ſi peccator, Metenſis vrbis Epiſcopus.* Illo de Pontifice multa iam ſcripſimus, eóſque redarguimus qui Pippini Regis nepotem ex Landrada ſorore conſtituunt. Quapropter obſerua quomodo ipſe in ſuo Priuilegio loquatur. *Per Dei adiutorium*, inquit, *vnà cum commeatu & voluntate Domini noſtri piiſſimi ac glorioſiſſimi Regis Pippini Francorum, atque conſenſu fratrum noſtrorum Canonicorum ſpiritualium, & Deum timentium laicorum fidelium Sancti Stephani, ædificaui Monaſterium.* Nec Pippini nepotem ſe dicit, nec Pippinum ſuum vocat auunculum. Ideóque apud Meuriſſium [a] emendatione indiget Charta, que ſic incipit. *Ego Grodegangus vnà cum voluntate illuſtriſſimi Pipini inclyti Francorum Regis auunculi mei, & cum conſenſu omnium*, &c.

[a] Lib. 2. in Epiſc. 37.

XIX. *Adalfridus* Epiſcopus eſt Nouiomenſis ac Tornacenſis. In Catalogis proximè ſuccedit Eliſæo, cui perperam octòdecim annos in Epiſcopatu plerique tribuunt.

XX. *Lupus* Epiſcopus eſt Auguſtenſis ſub Metropolitano Darantaſienſi. Illius Epiſcopi mentionem iam fecimus.

Fulcharius Leodienſis eſt Epiſcopus, annom agit in Epiſcopatu duudecimum. AN. CH.

Wulfrannus Epiſcopus eſt Meldenſis. In Catalogis ptuximus ſedet poſt Rumanum, ad quem extant literæ Zachariæ Papæ anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimu-octauo ſcriptæ. Ioter vtrumque Seuertius medium cullocat Sanctum Pyrminium, ſed hic nec Meldenſis, nec Metenſis, vt alij volunt, Epiſcopus vnquam fuit. 757. PIPPINI R. 6. XXI. XXII.

Herineus idem nobis videtur ac Herueus Epiſcopus Veſuntionenſis Metrupolitanus, de quu iam locuti ſumos. XXIII.

Iacob Epiſcopus eſt Tullenſis, vt Godefridos Heoſchenius in Diatriba de tribus Dagobertis iam obſeruauit [a]. XXIV.

Deotmarus ſeu Deomarus Epiſcopus eſt Namoetenſis, de quo nun ſemel locuti ſumus. Illi ſucceſſit in Epiſcopatum Odilardus, de quo plura ſub Carolo Magno. XXV.

Audo, fortè Godu Pictaoienſis Epiſcopus, qui ſoperſtes hoc annu puteſt eſſe. XXVI.

Lupus Epiſcopos eſt Auſcienſis. Auſcienſium Epiſcoporum Chronologiam ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſecundum perduximus, quo Tuntonius ubiit. Ab illo annu ad octingenteſimom ſexageſimum-ſeptimom, quu Airardus Epiſcopatum iniit, anni quindecim ſupra centum effluxerunt, quos partiri coouenit in decem Puntificatus, tot enim à Tontunio ad Aitardum numerantur Epiſcopi; atque eo quidem ordine in volgatis Catalogis, Auerius, Ernaldus, Lupus, Aſter, Aſnarius, Remelius, Galinus, Eliſæus, Ioannes, & Auluinus; at Auſcienſium Epiſcoporum ordinem in illis Indicibus ſæpè perturbari iam queſti ſumus, & ex ſubſcriptionibus Chartæ, quam examinamus, Lupum Aueriu atque Ernaldo præponimus. Apud Chenotium & Roberrum Lupus Epiſcopatum gerit annos ucto, id eſt, vt Chrunologiam noſtram inſtituimus, ab annu Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimu-ſecundu ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimom. XXVII.

Sedonius ſeu Sidooius Epiſcupus eſt Conſtantienſis ad Rhenom ſub Metropolita Muguotioo, annum in Epiſcupatu nunum agit. XXVIII.

Deofridus ſeu Deudefridus Epiſcopus eſt Pariſienſis, Ragneeapti, de quu ſuprà, ptuximus ſucceſſor. XXIX.

Sadrius idem nobis videtut ac Sacrius Andegauenſis Epiſcopus, anteceſſor Maurioli, qui Coouentum Attiniacenſem anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimu-quinto ſuâ ſubſcriptione communioit. Sedente alterutro, Pippinus erga Clericos in Andegauenſi Monaſterio Sancti Albini degentes munificum ſe præbuit, vt conſtat ex Regio Caroli Præcepto, quod ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-nonum deſcribemus. XXX.

Superſunt ſeptem Epiſcopi, Sadebertus, Mangaodus, Menſebius, Chardobachios, Lendenaus, Tedecharius, & Fortunus, quorum Sedes ignoramus, quoniam ſub Pippinu Rege mutili ſunt variarum Eccleſiarum Catalogi. Quempiam tameo eorum Sueſſionenſibus Epiſcopis accenſeodum putamus, quia Compendium, vbi Synodus habetur & Monaſteriu Gorzienſi Priuilegium à Chtudegango Metenſi Puntifice conceditur, in Diœceſi Soeſſiooica ſitum eſt. XXXI.

Prædictu Priuilegiu ſubſcribit vnus Abbas Rabigaodus, nec alius eſt à primo Abbate Gorzienſi, cuius nomen, vt alibi iam notauimus [b], variis mudis effertur, Droctegangus, Dtocgangus, Drocgangus, Rodigangus, Rodigandus, Rutdingandus, Rodiogandus, Drodigangus, Trottigangus, Oroctigangus, Ruutgangus, Rutgangus, Ruggangus, Rugrandus, Rodgangus, Rotgangus, Rudigangus, & Rutigangus. XXXII. ET ABBATIS GORZIENSIS.

Chtudegangus Metenſis Epiſcopus, vt Munachorum, ſic & Canonicorum ſingularem curam geſſit. Regulam enim Canooicorum edidit, quam XXXIII.

[a] Lib. 4. n. 6.

[b] Ad an. 753. n. 56.

AN. CH. 757. PIPPINI R. 6.

poſteri plurimùm commendarunt. *Hic*, inquit Paulus Diaconus in libro de Metenſibus Epiſcopis, *Clerum, adunauit, & ad inſtar Cœnoby iuxta claustrorum ſepta conuerſari fecit, normámque eis inſtituit, qualiter in Eccleſia militare deberent; quibus annonas vitáque ſubſidia ſufficienter largitus eſt, vt perituris vacare negotiis non indigentes, diuinis ſolummodò officiis excubarent.* Idem confirmat Chronographus Laureshamenſis, ſic. *Clerum quoque ſuæ Diœceſis à Religionis feruore iam tunc, vt & nunc, omnimodis exorbitantem, inſtar Cœnobiorum adunans, Regularia eis præcepta, qualiter in Eccleſia militare deberent, vitaque neceſſaria ſufficienter inſtituit.*

EIVSDEM CHRODEGANGI REGVLA PRO CONONICIS METENSIBVS. XXXIV.

Regulam illam Philippus Labbeus in vltima Conciliorum editione poſt Aquiſgranenſe Concilium ad annum Chriſti octingenteſimum decimum-ſextum publicauit, præmiſsâ hac obſeruatione. *Ex Codice manuſcripto vetuſtiſſimo è Palatina Heidelbergenſi Bibliotheca in Vaticanam tranſlato deſcriptum, miſſúmque Româ ſtudio Eminentiſſimi Principis Franciſci Cardinalis Barberini exemplar habuimus. Illud, Lector, collatum tibi offerimus, non ſalùm cum apographo noſtro ope R. P. Iacobi Sirmondi ex Codicibus Andegauenſi ac Fiſcanenſi iamdudum expreſſo, ſed etiam cum excuſis à D. Luca Dacherio O. B. tomo 1. ſpicilegij. Ex illa verò diligenti ſeduláque collatione didicimus, argumentíſque validiſſimis euincere parati ſumus, hanc, quam primi nos publica luce damus, Canonicorum, vt vulgò vocant, regularium normam, illam ipſam eſſe, quam Metenſibus ſuis Canonicis ſpecialiter Chrodegangus propoſuit. Vulgarem autem, quæ extat, ab anonymo quopiam, vt eſſet omnibus per Orbem Chriſtianum diffuſis Canonicis communis, nec vni dumtaxat ciuitati affixa, primùm quidem ſpoliatam fuiſſe iis omnibus, quæ ad ſolos Metenſes ſpectare videbantur, tum deinde adſcitis vndecunque mutatáque in pleriſque priori ordine non ſatis commodè aſſutis præceptionibus, regulari Canonicorum inſtituto congruentibus, præſertim ex Aquiſgranenſi Concilio anno 816 celebrato, locupletatam cenſea. Neque tu, ſi vtramque opellam conferre volueris, aliud, opinor, indicabis.* Huc vſque Labbeus. At incidimus in Codicem, cuius hoc initium. *In nomine Dei Summi. Incipit Prologus Regula Canonica iuxta Romanam Eccleſiam.* Hoc exemplar, quod Ioannes *Morin* noſtræ Congregationis Preſbyter ſuâ manu tranſcriptum Româ detulit, à Richardo *Simon* noſtræ quoque Congregationis Preſbytero, penes quem hodie eſt, commodatum, accuratè cum editionibus Dacheriana & Labbeana contulimus, deprehendimúſque præter diuerſas quaſdam lectiones, quarum varietates nullius ſunt momenti, duabus tantùm in rebus ab editione Dacheriana differre, primùm in Prologo quem habet parum conformem, deinde in duobus capitibus, quibus caret. Numerantur hæc duo capita in editione Dacheriana, quintum *de his qui in Congregatione ſibi commiſſa, ſolummodo ex familia Eccleſia Clericos aggregant*, & ſextum cui titulus, *qui Clerici in Congregatione Canonica inſtituti Eccleſiaſtica accipere debeant ſtipendia.* Atque inde fit vt manuſcriptus Codex capita tantùm quatuor & octoginta, editio verò Dacheriana ſex & octoginta complectatur. Ceterùm è duobus capitibus, quæ manuſcriptus Codex non habet, prius ſimillimum eſt capiti centeſimo decimo-nono Aquiſgranenſis Concilij, poſterius conuenit cum initio capitis viceſimi ſupra centeſimum eiuſdem Concilij, necnon etiam cum initio capitis quarti editionis Dacherianæ, ſícque rectè affirmari poteſt in Codice manuſcripto deeſſe tantùm ex editione Dacheriana caput quintum, quod eſt *de his, qui in Congregatione ſibi commiſſa, ſolummodo ex familia Eccleſia Clericos aggregant.* Hoc autem malum neque Auctor Regulæ iuxta Romanam Eccleſiam, nec Chrodegangus Epiſcopus in ſua lucubratione videtur prævidiſſe, ſed vbi graue fieri cœpit, illud Patres Concilij Aquiſgranenſis mox amputarunt promulgato decreto, quod eidem pòſt Regulæ inſertum eſt. Duas igitur Canonicorum Regulas diſtinguimus; vnam, quam manuſcriptus Codex *iuxta Romanam*

Eccleſiam eſſe teſtatur ; alteram, quam Chrodegangus Metenſibus Canonicis præſcripſit. Prior in manuſcripto Codice quatuor & octoginta capitibus, in editione Dacheriana ſex & octoginta ; poſterior, quæ multò breuior eſt, quatuor ac triginta conſtat. Vtraque plurimis Regulæ Benedictinæ capitibus innititur. Romam profectus eſt Chrodegangus, vbi vigebat Regula Canonicorum, hanc Metas reuerſus ſuo accommodauit Clero. Diſtinctionem huiuſcemodi probant diuerſi Prologi, quorum alterum ex manuſcripto Codice, alterum accipe ex editionibus Dacheriana & Labbeana.

AN.CH. 757. PIPPINI R. 6.

XXXV.

REGVLÆ CANONICORVM PROLOGVS EX MS. CODICE.

IN *Nomine Dei Summi. Incipit Prologus Regulæ Canonicæ iuxta Romanam Eccleſiam. Si trecentorum decem & octo reliquorúmque Patrum Canonum auctoritas inuiolata ſemper duraret, & Epiſcopus atque Clerus ſecundùm eorum rectitudinis normam viverent, ſuperfluum videretur à nobis exiguis ſuper hanc rem tam ordinatè diſpoſitam aliquid noui retractare aut dicere. Sed dum Paſtorum ſubditorúmque negligentia his temporibus nimiùm creuit, quid aliud agendum nobis eſt, qui in tam graui diſcrimine venimus, niſi vt quantùm poſſumus, ſi non quantùm debemus, ad rectitudinis lineam Deo inſpirante Clerum noſtrum reducamus? Igitur diuino fulti auxilio aggrediamur paruum decretulum facere, per quod ſe Clerus ab illicitis coerceat, & otioſa deponat, mala diu longéque vſurpata derelinquat, illius videlicet amore, qui nos, ſi emendemus in meliùs, ſuo ſancto & pretioſo redemit ſanguine. Vigilanti ergo ſtudio inſtitutionis formam colligere ſtudeamus, in qua planè contineatur, qualiter Prælati viuere, & ſubiectos regere, & in Dei ſeruitio conſtringere, & benè operantes ad meliora prouocare, proteruos & negligentes debeant corripere, quatenus formulâ hac viuendi inſpectâ, & Deo ſibi adiutorium præbente, humiliter ſuſceptâ, & efficaciter impletâ, cum bonorum operum lampadibus ve-*

REGVLÆ CANONICORVM PROLOGVS EDITVS A DACHERIO ET LABBEO.

TEMPORIBVS *Piiſſimi ac Sereniſſimi Regis* [1] *Pippini, Chrodegangus ſeruus ſeruorum Dei, Metenſis vrbis Epiſcopus. Si trecentorum decem & octo reliquorúmque Sanctorum Patrum Canonum auctoritas inuiolata perduraret, & Clerus* [2] *atque Epiſcopus ſecundùm eorum rectitudinis normam viuerent, ſuperfluum videretur, à nobis exiguis minimiſque, ſuper hac re tam ordinatè diſpoſita aliquid* [3] *retractari, & quaſi quidem noui aliquid dici. Sed dum Paſtorum ſubditorúmque negligentia &* [4] *his temporibus nimiùm creuit, quid aliud agendum nobis eſt, qui in tam graui diſcrimine venimus, niſi vt quantùm poſſumus, ſi non quantùm debemus, ad rectitudinis lineam, Deo inſpirante, Clerum noſtrum reducamus? Igitur quamuis* [5] *indignus adeptam huius Sedis Pontificalem Cathedram, eúmque officij mei Paſtoralis curam inuigilare cœpiſſem, & in tantam negligentiam Clerum plebémque deueniſſe conſpicerem, cœpi mæſtus conqueri* [6]*, quid agere deberem. Sed diuino fultus auxilio fratrúmque ſpiritualium* [7] *conſolatione adiutus* [8]*, volui neceſſitate compulſus paruum decretulum facere, per quod ſe Clerus ab illicitis coerceat, vitioſa deponat, mala diu longéque vſurpata derelinquat, vt dum mens ab aſſuetis vitiis vacuatur, faciliùs* [9] *quæ bona optimáque ſunt, inſerantur. Scripturis enim Sacris nitentes* [10] *decernimus,*

[1] Dacher. deeſt Regis

[2] Dacher. Epiſcopus atque Clerus

[3] Dacher. aliquid noui retractare aut dicere

[4] Dacher. ex his

[5] Dacher. quamuis adeptâ huius Sedis Pontificalis Cathedrâ,

[6] Dacher. conquerere.

[7] Dacher. ſpiritualium

[8] Dacher. atque recuperatione prouocatus.

[9] Dacher. faciliùs bona & optima quæque ſunt, inferantur.

[10] Dacher. intents

AN. CH. 757. PIPPINI R. 6.

nienti ſponſo apparere, atque eius thalamum ingredi mereantur. Quia nec infelix poteſt indicari, cui contigerit qualemcumque partem in paradiſum habere, ſed illis ibidem ſors datur, qui, in quantùm poſſunt, per vitæ meritum ad hoc in huius temporis curriculo, dum licèt, currere feſtinant.

Explicit Prologus.

vt omnes ſint vnanimes, officiis diuinis lectionibúſque ſacris aſſidui, atque ad obedientiam Epiſcopi ſui, Præpoſitíque, vt ordo Canonicus depoſcit, parati, caritate connexi, zelo bono feruentiſſimi [11], *amore coniuncti, à litibus vel ſcandalis ſeu odiis ſemoti. Paſtor eorum quilibet fuerit, non ſolùm de carnalibus, ſed etiam de ſpiritualibus* [12] *curam gerat, & in vtraque parte ſagaciſſimam ſollicitudinem, in quo facultas fuerit, habeat, vt & vitia reprimat, & ea radicitus, vt oriri cœperint, vt præualet, amputare feſtinet, & quod* [13] *vſibus humanis, iuxta formam ſubter diſpoſitam, neceſſarium* [14] *fuerit, eis præbere ſtudeat, vt cum Paſtor Paſtorum Iudéxque viuorum & mortuorum Chriſtus in vltimo tremendóque die, in Sede Maieſtatis ſuæ diſceptaturus cum omnibus gentibus, ſederit, & omnis Clerus eum reuelatâ facie conſpexerit, & ſi non cum ſummis Paſtoribus & gregibus ſibi commiſſis, pro diſpenſatis talentis, multiplicatíſque ſpiritualibus* [15] *lucris, audire merebimur, [euge ſerue bone & fidelis,] ſaltem hoc concedatur, vt delictorum venia ad integrum tribuatur. Quia manifeſtum eſt, quibus peccatorum venia ad integrum tribuitur, Regni* [16] *introitus non negatur, quia nec infelix poteſt iudicari, cui contigerit qualemcumque partem in paradiſo habere; ſed illis ibidem ſors datur, qui, in quantùm poſſunt, per vitæ meritum, ad hoc in huius temporis curriculo, dum licet, currere feſtinans* [17]. *Intendamus ergo ad hoc animum, quantùm poſſumus, quia non poſſumus quantùm debemus, & vita* [18] *noſtra ad tempus amareſcat in pœnitentia, ne vltio diuina, quæ nunc mitis eſt, & expectat, pòſt ſæuiat ad vindictam.*

[11] Dacher. *feruentiſſimóque amore,*

[12] Dacher. *ſpiritalibus*

[13] Dacher. *quæ*

[14] Dacher. *neceſſaria fuerint*

[15] Dacher. *ſpiritalibus*

[16] Dacher. deeſt *Regni introitus non negatur*

[17] Dacher. *feſtinent.*

[18] Dacher. *noſtra vita amareſcat*

XXXVI. Vt Prologorum, ſic & Regulæ duo ſunt exemplaria valdè diuerſa, duplicémque diſtinguunt Regulam Canonicorum; vnam iuxta Romanam Eccleſiam, cui Prologus præfigitur è manuſcripto Codice ſuprà recitatus cum ipſiſſimis verbis, *iuxta Romanam Eccleſiam*; alteram iuxta Metenſem Eccleſiam, cui Prologus præponitur editus à Labbeo ſub ipſo nomine Chrodegangi Metenſis Epiſcopi. Quapropter vtrique editioni, Dacherianæ ſcilicet & Labbeanæ, ſeu Regulis Romanæ, ac Metenſi, perperam idem attribuitur Chrodegangi Prologus, qui ſoli Regulæ Metenſi ſeu ſoli editioni Labbeanæ conuenit, & editioni Dacherianæ reſtituendus eſt alter Prologus, quem manuſcriptus Codex nobis ſuppeditauit. Sinceram hîc Chrodegangi Regulam dabimus.

In

AN. CH. 757. PIPPINI R. 6.

In ipſo Prologo hæ voces, *Clerum noſtrum*, & *huius Sedis*, ſatis indicant Chrodegangum de Clero tantùm Metenſi cogitaſſe, cui præſidebat, cùm Regulam promulgauit. Et iſte textus de Paſtore, *vt & vitia reprimat, & ea radicitus, vt oriri cœperint, vt prævalet, amputare feſtinet*, deſumptus videtur ex Regula Sancti Benedicti, qui capite ſecundo, cui titulus, *qualis debeat Abbas eſſe*, de ipſo Abbate inter alia multa id ſtatuit. *Neque diſſimulet peccata delinquentium, ſed mox, vt cœperint oriri, radicitus ea, vt prævalet, amputet.* XXXVII.

Capur primum de humilitate. *Clamat nobis Scriptura diuina. [Omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur; &, qui ſe humiliat, exaltabitur.] Quantùm* [11] *enim humilior fueris, tantùm te ſequitur gloriæ altitudo. Et [quia ſuperbis Deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.] Omniſque* [12] *arrogans, immundus eſt coram Domino: quemcumque enim ſuperbum videris* [13], *filium diaboli eſſe non dubites; & quemcumque* [14] *humilem perſpexeris, Dei filium eſſe omnino credere debes. De multis enim pauca perſtringimus* [15] *vt animos veſtros ad amorem humilitatis prouocemus, &* [16] *à deteſtabili inimicâque Deo ſuperbiâ retrahamus. Nam dum omne genus* [17] *humanum humilitatem habere conuenit, nimis iniquum peſſimúmque ac deteſtabile eſt, vt qui ſeruitio Dei peculiariùs ſe iunxerunt, humilitatem derelinquant, & ſuperbiæ* [18], *vel diabolicæ tyrannidi ſe ſocient. Chriſtus* [19] *in humilitate, diabolus in ſuperbia ſedet. Idcircò neceſſe eſt, vt qui ſuadente diabolo vſque nunc ſuperbus atque elatus, &* [20] *vultu rigidus vixit, inanteà* [21], *per humilitatem atque caritatem vel obedientiam, ſeu per reliqua bona Dei præcepta reſurgat; quia multò* [22] *melius eſt per humilitatem cum Chriſto in* [23] *cæleſtibus regnare, quàm cum Diabolo per ſuperbiam in inferno* [24] *cum reliquis contemptoribus demergi.* Initium huius capitis deſumptum eſt ex capite ſeptimo Regulæ Benedictinæ, quod pariter inſcribitur *de humilitate*, ſícque incipit. *Clamat nobis Scriptura diuina, fratres, dicens. [Omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur; & qui ſe humiliat, exaltabitur.]* XXXVIII.

Caput ſecundum eſt de ordine Congregationis Canonicorum. *Ordines ſuos Canonici ita conſeruent, vt ordinati ſunt in gradibus ſuis, ſecundùm legitimam inſtitutionem Romanæ Eccleſiæ, in omnibus omnino locis, id eſt, in Eccleſia, vel vbicúmque ſimul ſe coniunxerint, & ratio præſtat; exceptis his, quos Epiſcopus in altiore gradu conſtituerit, aut degradauerit, certis de cauſis; reliqui omnes, vt diximus, ita vt ordinati ſunt, ordines ſuos cuſtodiant. Iuniores igitur priores ſuos honorent, priores iuniores* [25] *ſuos in Deum diligant. In ipſa autem appellatione nominum, nulli liceat alium puro nomine appellare, ſed, ſecundùm conſtitutionem Sanctæ* [26] *Sedis Apoſtolicæ, vocet eum nomen ſuum, priùs addito & miniſterij ſui gradu, qualiſcumque fuerit. Vbicumque autem ſe obuiauerit Clerus, iunior inclinatus* [27] *à priore benedictionem petat; &, ſi ſedentem inuenerit, tranſeunte maiore minor ſurgat, & det ei locum ſedendi, nec præſumat iunior conſedere, niſi ei præcipiat ſenior ſuus, vt fiat, quod ſcriptum eſt. [Honore inuicem præuenientes.] Pueri parui vel* [28] *adoleſcentes, in Oratorio, vel ad menſam cum diſciplina ordines ſuos cuſtodiant, foris autem & vbi vbi cuſtodiam habeant & diſciplinam.* XXXIX. Hoc caput, quod etiam ſecundum eſt in editione Dacheriana, deſumptum eſt penè ad verbum ex capite ſexageſimo-tertio Regulæ Benedictinæ, quod Tomo primo ad annum Chriſti quingenteſimum quadrageſimum-quartum [a] recitauimus. Idcircò nonnumquam, cùm editiones Labbeana & Dacheriana differebant, Holſtenianum textum Regulæ Benedictinæ ſeruauimus. Habebat editio Labbeana *in ipſius autem appellatione nominum*; Dacheriana, *in ipſorum autem appellatione nominum*; retinuimus Holſtenianam ſic, *in ipſa autem appellatione nominum*. Item habebat editio Labbeana, *in Oratorio, vel ad menſas*; Dacheriana, *in Oratorio, aut ad Miſſas*; ſcripſimus cum Holſtenio, *in Oratorio vel ad menſam*. Denique habebat editio Labbeana, *foras autem, vbi & vbi cuſtodiam habeant*, Dacheria-

[11] Labb. & quantùm
[12] Labb. omnis qui
[13] Labb. videns,
[14] Labb. quem
[15] Labb. perſtrinximus
[16] Dacher. & deteſtabilem inimicámque Dei ſuperbiam ab ea retrahamus,
[17] Labb. genus humanum Chriſtianorum, atque omne vulgus humilitatem habere conuenit
[18] Dacher. ſuperbia diabolica ſe ſocient.
[19] Labb. deeſt Chriſtus, &c. vſque ſedet.
[20] Labb elatus vultu vixit,
[21] Dacher. deeſt, inanteà.
[22] Dacher. multùm.
[23] Dacher. in regna cæleſtia
[24] Dacher. in infernum demergere
[25] Dacher. minores, ex Reg. Benad.
[26] Dacher. Sanctæ Eccleſiæ Sedis,
[27] Dacher. inclinetur, & à priore
[28] Dacher. &
[a] Num. 78.

AN.CH. 757. PIPPINI R. 6.

na, *& vbicumque fuerint, cuſtodiam habeant*, ſeruauimus Holſtenianam, *foris autem, & vbi vbi cuſtodiam habeant*, nam *vbi vbi* idem eſt ac *vbicumque.*

XL. Caput tertium præcipit, vt omnes Canonici in vnu dormiant dormitorio. *Ita inſtitutum eſt, vt in illa clauſtra ille Clerus Canonicus, qui ſub ipſo ordine, Deo adiuuante, viuere debent, vt omnes in vno dormiant dormitorio, præter illos, quibus Epiſcopus licentiam dederit, ſecundùm quod ei rationabiliter viſum fuerit. Et* [29] *in ipſa clauſtra per diſpoſitas manſiones dormiant ſeparatim, & per ſingula lecta ſingulè dormiant, & in dormitorio ſimiliter ſeparatim dormiant mixti cum ſenioribus, propter prauidentiam bonam, vt ſeniores prauideant quid* [30] *iuniores ſecundùm Deum agant. Et in ipſa clauſtra nulla fœmina introeat, nec laicus homo, præter tantùm, ſi Epiſcopus, aut Archidiaconus, vel Præpoſitus* [31] *iuſſerint. Vt in refectorio pro refectionis cauſa veniant, relinquant arma ſua ante refectorium, & ſtatim cum exierint de refectorio, ducantur foras clauſtra. Et, ſi neceſſe fuerit ad opera facienda, intrent ibi laici homines; at vbi perfectum habuerint opus ſuum, cum ſumma feſtinatione egrediantur foras. Et, præter cauſam neceſſitatis, ſi coqui Clerici deſunt, & opus fuerit, laici coqui ad coquinandum tantùm ingrediantur, & expleto miniſterio ſuo cum celeritate exeant foras. Et per illas manſiones ipſi Clerici Canonici nullum Clericum eorum habeant ſine præcepto Epiſcopi ſui, &, ſi permiſerit vt habeant, ſic ſit conuerſatio illorum cum humilitate & Dei timore, qualiter nec Deo, nec Epiſcopo diſpliceant, nec illis, qui ſub ſua manu ipſam Congregationem regunt. Et, ſi aliter fecerint, ille, qui præeſt, aut excommunicet eos, aut corporalem diſciplinam accipiant. Et in ipſas manſiones, intra ipſa clauſtra, nec Clericus, nec laicus bibere, nec manducare, nec dormire non præſumant, niſi ipſi Clerici, qui in ipſa Congregatione ſunt, aut illi Clerici, qui ibidem in ipſo clauſtro per iuſſionem Epiſcopi ſui ſenioribus ſuis deſeruiunt. Et qui de ipſo Clero vnum Clericum in ipſa clauſtra, vt diximus, habuerit, hoc prauideat, vt planetam cum reliquis veſtimentis habeat, & diebus Dominicis, vel reliquis feſtiuitatibus, in Eccleſia Dei veſtiti in ordinibus ſuis ſtent.* Prior pars huius capitis, *omnes in vno dormiant dormitorio*, vſque ad hæc verba, *cum celeritate exeant foras*, legitur in editione Dacheriana, capite decimo-tertio, & ex parte nititur capite viceſimo-ſecundo Regulæ Benedictinæ, quod ſic habet. *Singuli per ſingula lecta dormiant.* Item. *Si poteſt fieri, omnes in vno loco dormiant.* Et, *Adoleſcentiores iuxta ſe non habeant lecta, ſed permixti cum ſenioribus.* Pars autem poſterior huius capitis ab illis vocibus, *& per illas manſiones*, &c. nec eſt in editione Dacheriana, nec in manuſcripto Codice, cenſerique debet peculiaris Chrodegangi præceptio.

29 Labb. *vt*

30 Labb. *quod*

31 Labb. *Primicerius*

XLI. Caput quartum eſt de Completorio & taciturnitate. *Vt ad Completorium omnis Clerus, qui in ipſa Congregatione eſt, veniat, & omnino omni tempore, incipiente nocte, primum ſignum ad Completorium ſonet, & cùm primitus illud ſignum, qui ad hoc ordinatus fuerit, auditum fecerit, ſtatim vbicumque fuerint ad eorum clauſtra veniant, & cùm iterum ipſum ſignum audierint, ſic omnes in Eccleſia Sancti Stephani ſint, & tunc in Dei nomine Completorium cantent. Et poſtquàm Completorium cantatum habuerint, poſteà non bibant, nec manducent, neque in craſtinum legitimâ horâ, & omnes ſilentium teneant, & nemo cum altero loquatur vſque mane poſt Primam cantatam, niſi ſi neceſſe fuerit, & hoc cum ſuppreſſione vocis cum grandi cautela, vt de alia manſione, quæ iuxta eſt, ſua vox non audiatur. Et qui de illis ad Completorium non fuerit, poſteà illam noctem non præſumat illa oſtia tundere, nec per vllum locum in ipſa clauſtra ingredi, antequam ad Nocturnas veniant. Nec Archidiaconus,* [illegible] *Primicerius, nec ille oſtiarius vllum commeatum exinde donare poſſint, vt poſt Completorium aliquis ibi ingrediatur, niſi ad Nocturnas, niſi tantùm ſi talis cauſa euenerit, quòd neceſſe ſit, vt hoc ille Archidiaconus, vel Pri-*

micerius, vel qui tunc temporis exinde prauiderit, ad Epiſcopum poſſit dicere pro qua cauſa hoc factum fuiſſet, & ſi ita eſt quòd neceſſe ſit, tunc licentiam habeant introeundi & exeundi. Et, ſi contigerit vt opus ſit, poſt Completorium aliquâ cauſâ in clauſtra nunciare, tunc ad illum cuſtodem de Sancto Stephano veniat, & illi patefaciat, & ipſe hoc in clauſtra nunciet. Et ſi (quod abſit) euenerit, vt vllus de ipſo Clero, qui ante Completorium in ciuitate venerit, aut anteà ibidem fuerit; quòd ſi onſus vel præſumptuoſus aut negligens ſuadente diabolo fuerit, vt in ciuitate aliquâ nocte alicubi maneat niſi in ſua clauſtra; ſi vnâ vice hoc fecerit, ſi pro vitio factum non eſt, verbis corripiatur; &, ſi iterauerit ipſe Clericus, tunc ipſo die ſit in pane & aqua; &, ſi tertiâ vice hoc fecerit, tres dies in pane & aqua ſit; &, ſi ampliùs hoc facere præſumpſerit, corporali diſciplinæ ſubiiciatur, ſic, vt ceteri timeant; &, ſi aliqui ſuadente diabolo retardauerint, vt ante Completorium in ciuitatem non veniat, vt licentiam haberet foras clauſtra eſſe, & hoc Epiſcopus, aut Archidiaconus, vel Primicerius inueſtigare potuerint, ille Clericus, qui hoc vitium fecerit, aut excommunicetur, aut corporali diſciplina ſubiaceat. Hoc caput ad ſolos Metenſes Canonicos ſpectat, ibi enim Chrodegangus agit de Sancto Stephano, ſiue de Eccleſia Sancti Stephani, quæ primaria Metenſis vrbis eſt Baſilica. Quapropter hoc idem caput deſideratur in editione Dacheriana & in manuſcripto Codice. Sunt autem in eadem editione Dacheriana duo capita, viceſimum-tertium & vndequinquageſimum, vt & in manuſcripto Codice viceſimum-primum & quadrageſimum-ſeptimum, quæ verſantur in eadem materia, vnum enim eſt *de recepto ſilentio poſt Completum*, & alteri præfigitur hic titulus, *vt omnes Canonici ad Completorium conueniant.* Vtrumque deſcribemus, vt factâ collatione cum genuino Chrodegangi præcepto proximè recitato meliùs diſtinguas ea, quæ ſpeciatim de Canonicis Metenſibus ſcripſit. Caput igitur manuſcripti Codicis viceſimum-primum, ſeu viceſimum-tertium editionis Dacherianæ tale eſt. *Expleto Completo ſummum ſilentium fiat, & orationes ſecreta * fiant cum recordatione peccatorum, & poſteà gratias agant Deo, dicentes. Gratias ago tibi, Domine, Sancte Pater Omnipotens æterne Deus, qui me dignatus es in hac die cuſtodire, per tuam ſanctam miſericordiam concede mihi hanc noctem mundo corde & corpore ſic pertranſire, qualiter mane ſurgens, gratum tibi ſeruitium exoluere poſſim, per * Chriſtum Dominum noſtrum, Amen. Et cum magna cautela ambulent in Eccleſia, & in dormitorio. Et cùm ad proprium ſtratum venerint, dum ſe collocauerit Clerus, dicat Pſalmum, Deus in adiutorium meum intende, totum cum gloria, & poſt dicat Verſum, [pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ labiis meis.] Sicut mane ſurgens poſtulauit ſibi labia à Domino aperiri, ſic requieſcens roget poni ori ſuo à Domino cuſtodiam.* Et caput quadrageſimum-ſeptimum manuſcripti Codicis, ſeu quadrageſimum-nonum editionis Dacherianæ, ſic habet. *Expletis religioſiſſimo obſequio, horis competentibus, diurnis officiis, ab omnibus Canonicis, dato ſigno, deuotiſſimè * ad Completorium veniendum eſt incipiente nocte. Quo completo, non oportet, vt epulis, & potationibus, vaniſque inſeruiant loquelis, ſed his penitus poſtpoſitis, humiliter & honeſtè dormitorium petant, & nequaquam duo in vno lectulo, ſed ſinguli in ſingulis lectis quieſcant. Lucerna quoque in eodem dormitorio noctis tempore iugiter ardeat. Nihil denique inhoneſtum aut indecens in dormitorio geratur ab aliquo, nec quiſpiam aliquem inquietare præſumat, nec ad verba inutilia & otioſa prorumpere cogat. Huius capituli contemptor ſpecialiter à Prælatis & Magiſtris ſeueriſſimè corripiatur.* Quod ſtatutum audis de lucerna in dormitorio per totam noctem ardente, id ſumptum eſt ex Regula Benedictina, in cuius capite viceſimo-ſecundo hæc habes. *Si poteſt fieri, omnes in vno loco dormiant, ſin autem multitudo non ſinit, deni aut viceni cum ſenioribus, qui ſuper eos ſolliciti ſint, pauſent. Candela iugiter in eadem cella ardeat vſque mane.*

* Dacher. ſecretò

* MS. Cod. deeſt per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

* MS. Cod. deeſt deuotiſſimè.

AN. CH. 757. PIPPINI R. 6.

XLII. Caput quintum, quod eſt de diuinis officiis in noctibus, ponitur decimum-tertium in manuſcripto Codice, decimum-quintum in editione Dacheriana, habétque multa capiti octauo Regulæ Benedictinæ valdè conformia. *Hyemis temporibus, id eſt, à Kalendis Nouembris vſque in Paſcha iuxta conſiderationem rationis, ampliùs de media nocte pauſetur* (ſiue vt editio Dacheriana, manuſcriptus Codex, & Regula Benedictina clariùs habent) *octauâ horâ noctis ſurgendum eſt, vt modicè ampliùs de media nocte pauſetur, & iam digeſti ad Vigilias ſurgant. Finitis nocturnis dicant verſum, Kyrie eleyſon* (magis placent manuſcriptus Codex & editio Dacheriana, *dicant verſum.* [*Exultabunt Sancti in gloria.*] *Aut,* [*Exultent iuſti in conſpectu Dei.*] *Deinde, Kyrie eleyſon) & orationem Dominicam, & faciant interuallum, excepto diebus Dominicis, & feſtiuitatibus Sanctarum, iuxta conſiderationem Epiſcopi, vel qui ſub eo ſunt, id eſt, quadraginta, vel quinquaginta Pſalmos poſſit cantare, qui hoc ordinat, aut cum ei viſum fuerit, & hora permiſerit.* Hoc quoque loco clariores ſunt manuſcriptus Codex & editio Dacheriana, ſic. *Iuxta conſiderationem Epiſcopi, vel qui ſub eo eſt, id eſt, vt quadraginta, aut quinquaginta Pſalmos poſſint cantare, ſecundùm quod viſum fuerit, & hora permiſerit.* Obſcura quoque ſunt, quæ ſequuntur in editione Labbeana. *Et qui Pſalterium, vel Lectianem aliquid indigent, meditationem inſeruiant, & meditent in ipſo interuallo, qui poſſunt capere, & qui non poſſunt, in Eccleſia omnes aut cantent, aut legant; & non præſumat aliquis in ipſo interuallo dormire, niſi infirmitate cogente, & hoc per commeatum faciant; & qui aliter fecerit, excommunicetur; reliqui omnes ordinem Vigiliarum teneant vſque ad matutinas dictas.* Textus manuſcripti Codicis breuior eſt ac dilucidior. *Et qui Pſalterij vel Lectionum aliquid indigent, meditationi inſeruiant *. Et non præſumat aliquis in ipſo interuallo dormire (niſi quem infirmitas cogit, & hoc per commeatum fiat) & qui aliter fecerit excommunicetur. Reliqui omnes ordinem Vigiliarum teneant vſque * Matutinas dictas.* Illi conſtitutioni plurimùm lucis afferet apertiſſimus hic Sancti Benedicti textus. *Quod verò reſtat poſt Vigilias, à fratribus, qui Pſalterij vel Lectionum aliquid indigent, meditationi inſeruiatur.* Senſus igitur Chrodegangi hic eſt. Interſtitium, quod à fine Vigiliarum vſque ad Matutinas, id eſt, vſque ad Laudes, intercedit, Canonici, qui Pſalterij & Lectionum ignari ſunt, in earumdem rerum meditatione ſeu lectione inſumant, vt rudiores diſcant rectè legere & pronuntiare Lectiones & Pſalterium, atque etiam interpretari, imò & ipſum Pſalterium memoriæ mandent, ſi poſſint. Nullus autem eo tempore dormire præſumat, niſi cogatur ob infirmitatem, ídque *per commeatum*, id eſt, per licentiam, faciat. Lege quæ Tomo primo [a] dicta ſunt ad caput octauum Regulæ Benedictinæ, & obſerua ſynonymas voces eſſe *meditationem* & *lectionem*, item *meditari* & *legere* ſeu *diſcere*, vt eodem Tomo [b] variis locis probatum. Denique hoc idem caput hac clauditur clauſulâ. *Horâ primâ omnes in Eccleſia Sancti Stephani cantent Primam.* Hæc ſanctio, quæ ſpectat ad Merenſes tantùm Canonicos in S. Stephani Baſilica Deo ſeruientes, in manuſcripto Codice & in editione Dacheriana deſideratur, eiúſque loco ponitur periodus ſatis longa, quâ ſilentium à fine Vigiliarum vſque ad Matutinas, ſiue, vt hodie loquimur, à fine Matutini vſque ad Laudes, ſtrictiſſimè præcipitur, olim enim inter Matutinum & Laudes erat interuallum aliquot horarum, de quo ſæpè quoque locuti ſumus Tomis primo & ſecundo, cùm diuerſas Monaſteriorum Gallicanorum Regulas exponeremus.

* Dacher. *inſerantur.*

* Dacher. *vſque ad*

[a] Ad an. 544. n. 23.

[b] An. 496. n. 130. 20. 536 nn. 206, 208.

XLIII. Caput ſextum, quo decernitur, vt horas Canonicas Canonici religioſè obſeruent, eſt viceſimum-ſecundum in manuſcripto Codice & viceſimum-quartum in Spicilegio Dacheriano. Inter vtramque editionem Dacherianam & Labbeanam nulla penè diſcrepantia, niſi quòd Dacheriana ſub finem nonnihil habet, quod abeſt à Labbeana. *Ad horam diuini Officij,*

max vt auditum fuerit ſignum, relictis omnibus, qualibet fuerint in manibus, qui ſic propinquò de illa domo ſunt, vt ibidem occurrere poſſint, cum ſumma feſtinatione veniant; & , ſi longè ab ipſa Eccleſia aliquis fuerit, ita vt ad opus Dei per horas Canonicas occurrere non poſſit, & Archidiaconus ita eſſe perpendit, agat opus Dei cum tremore diuino, vbi tunc fuerit; & prauideat Archidiaconus, vel Primicerius, vel Cuſtos Eccleſia, vt illa ſigna horis competentibus ſonent. Conſule etiam caput quinquageſimum Regulæ Benedictinæ, quod eſt *de fratribus, qui longè ab Oratorio laborant, aut in via ſunt.*

Caput ſeptimum penè totum ſumitur ex capitibus decimo-nono ac viceſimo Regulæ Benedictinæ, inſcribitúrque *de diſciplina pſallendi* in editione Labbeana, in Dacheriana verò *de diligentia pſallendi*, ſed Labbeanæ fauet titulus capiti decimo-nono Regulæ Benedictinæ præfixus. *Vbique credimus diuinam eſſe praſentiam, & oculos Domini ſpeculari bonos & malos, maximè tamen hoc ſine aliqua dubitatione credamus, cùm ad opus diuinum adſiſtimus, & ideo ſemper memores ſimus, quod ait Propheta. [Seruite Domino in timare., & exultate ei cum tremore.] Et iterum. [Pſallite ſapienter.] Et;].In conſpectu Angelorum pſallam tibi.] Nam ſi cùm hominibus potentibus volumus aliqua ſuggerere, non præſumimus niſi cum humilitate & reuerentia, quantà magis Domino Deo vniuerſorum cum omni humilitate & puritatis deuotione ſupplicandum eſt?* Huc vſque editio Labbeana, quæ capiti viceſimo-quinto Dacherianæ, capitibúſque Regulæ Benedictinæ ſuprà citatis ſimillima eſt. Addit editio Labbeana. *Illud in timore curauimus, ſecundùm quod Romana Eccleſia tenet, & noſtra Synodus iudicauit, vt Clerus noſter in Eccleſia, quando ad opus diuinum adſiſtit, niſi infirmitate cogente, baculos in Eccleſia manibus non teneant.* Capite ſimiliter viceſimo-ſexto editionis Dacherianæ, Canonicis inhibetur, ne *cum baculis in choro* ſtent & pſallant, *exceptis debilibus.* XLIV.

Caput octauum, cui titulus, *vt ad Capitulum quotidie veniant*, ſic editum inuenitur. *Neceſſe eſt, vt quotidie omnis Clerus Canonicus ad Capitulum veniant, & ibidem Dei verba audiant, & iſtam inſtitutiunculam noſtram, quam propter illorum vtilitatem ad eorum animas ſaluandas, Deo auxiliante, fecimus, vnoquoque die aliquod Capitulum exinde relegant, præter tantùm die Dominico, & ferià quartà & ſextà, Tractatus & alias Homilias, vel quod ædificet audientes ad Capitulum relegant. Ideo autem quotidie ad Capitulum omnes venire conſtituimus, vt & anima verbum Dei audiat, & quod Epiſcopus, vel Archidiaconus, vel quilibet tunc praeſſe videtur, ibidem, quod iubere debet, iubeat; & quod corrigere, corrigat; vel quod faciendum ſit, ordinare ſtudeat. Ipſi autem Clerici cùm de Prima cantata ad manſiones vadunt, ſtatim ſibi parare feſtinent, vt, quando ſignum audierint, ad Capitulum parati cum celeritate veniant; & omnis Clerus, qui foras clauſtra eſſe videtur, & in ipſa ciuitate conſiſtunt, omnibus diebus Dominicis ad Capitulum veniant paratì cum planetis vel veſtimentis officialibus, ſicut habet ordo Romanus. Et in ipſis diebus Dominicis, vel feſtiuitatibus Sanctorum præclaris, omnis ipſe Clerus, vt diximus, qui foras clauſtra eſt, ad nocturnas & ad matutinas veniant, & ipſis diebus, ſtationibus ſuis parati cuſtodiant, vt vnuſquiſque in officio ſuo ſtet, donec Miſſa peragitur, & ſi aliter fecerint, ab Archidiacono vel Primicerio excommunicentur, aut etiam, ſi neceſſe fuerit, corporali diſciplina ſubjaceant. Et in ipſis diebus Dominicis, vt diximus, & feſtiuitatibus Sanctorum præclaris, omnes in refectorio cum alio Clero reficiantur ad menſas, quæ eis ordinata fuerint.* Abeſt hoc caput à Codice manuſcripto & ab editione Dacheriana, ſpeciatim enim pro Metenſibus Canonicis publicatum eſt à Chrodegango, qui, dum citat ordinem Romanum, viſam à ſe Regulam Canonicorum iuxta Romanam Eccleſiam non obſcurè teſtatur. XLV.

AN. CH. 757. PIPPINI R. 6.

XLVI. Caput nonum eſt de opera manuum quotidiana. *Otioſitas inimica eſt animæ. Propterea decernimus, vt ad iuſſionem Epiſcopi, vel Archidiaconi, ſeu Primicerÿ, vel qui ab ipſis ordinantur, Clerus de Capitulo ad opera, vbi eis iniungitur, exeant, & cum bono animo abſque murmuratione obedientiam ſuam expleant, & quando communem operam non eſt neceſſe facere, poſtea vnuſquiſque quod opus habet faciat.* Lege caput decimum-nonum editionis Dacherianæ, cui ſimillimum eſt decimum-ſeptimum manuſcripti Codicis.

XLVII. Caput decimum eſt de proficiſcentibus in itinere. *Quicumque ex Clero in itinere cum Epiſcopo, vel alicubi* (ſiue *cum alio*, vt habent manuſcriptus Codex capite viceſimo-quinto & editio Dacheriana capite viceſimo-ſeptimo) *proficiſcuntur, ordinem ſuum, in quantum iter vel ratio permiſerit, non negligant. Et non eos debent præterire horæ conſtitutæ, tam de Officiis diuinis, quàm aliunde.* Sanctus Benedictus rem eandem capite quinquageſimo ſuæ Regulæ ſic præcipit. *Similiter qui in itinere directi ſunt, non eos prætereant horæ conſtitutæ, ſed, vt poſſunt, agant ibi, & ſeruitutis penſum non negligant reddere.*

XLVIII. Caput vndecimum eſt de zelo bono, quem ſerui Dei debent habere, conuenitque cum capite triceſimo-ſeptimo manuſcripti Codicis, ſiue cum triceſimo-nono editionis Dacherianæ, necnon magna ex parte cum capite ſeptuageſimo-ſecundo Regulæ Benedictinæ. *Sicut eſt Zelus amaritudinis malus, qui ſeparat à Deo, & ducit ad infernum, ita eſt zelus bonus, qui ſeparat à vitio, & ducit ad Dominum & vitam æternam. Hunc ergo Zelum feruentiſſimo amore exerceant ſerui Dei, id eſt, vt honore ſe inuicem præueniant, & infirmitates ſuas ſiue corporum ſiue morum patientiſſimè tolerent.* Prior pars huius capitis Regulæ Benedictinæ ſimillima eſt, excepto quòd à Sancto Benedicto Abbate *Monachi*, à Chrodegango Epiſcopo erudiuntur *ſerui Dei*, quorum nomine Canonicos hic intelligit. Pars poſterior ita ſequitur. *Et ſi quæ vitia reprimenda ſunt, vel caſtigatio adhibenda, cum his quibus hoc commiſſum eſt* [1] *videre in bonitate conſentiant, & adiutores Dei, vt ait Apoſtolus, exiſtant, qualiter vitia ſi orta fuerint, poſſint deſtruere, ad meliorem ſtatum vnumquemque prouocare, quia ſcriptum eſt.* [*Qui diligitis Dominum, odite malum.*] *Nam,* [*Qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam.*] *Nam ille animam ſuam benè diligit, qui ſe cuſtodit, & alios ad exemplum bonæ conuerſationis, verbis, & operibus trahit* [2].

1 Ap. Dacher. ſenſus eſt imperfectus.

2 Dacher. tradit.

XLIX. Caput duodecimum, cui triceſimum-ſeptimum editionis Dacherianæ ſeu triceſimum-quintum manuſcripti Codicis perſimile eſt, vetat ne quis alterum cædere aut excommunicare præſumat, idémque Titulus capiti ſeptuageſimo Regulæ Benedictinæ præfigitur. *Vetetur* [3] *in hoc Canonico ordine omnis præſumptionis occaſio. Iubemus atque inſtituimus, vt nulli liceat quemquam parem ſuum excommunicare aut cædere, quamuis aliquis ſuâ præſumptione ipſum ad hoc irritet* [4], *aut in verbis, aut in factis non eſt ſuum adiudicare* [5], *ſed ad Priorem veniat, &* [6] *ille ſecundùm ordinem ipſam cauſam definiat. Et qui hoc facere præſumpſerit, ab Epiſcopo, vel ab eo, qui ſub eo eſt, iudicetur.*

3 Dacher. vitetur

4 Dacher. incitet.

5 Dacher. ad-iudicare,

6. Dacher. deeſt &.

L. Caput decimum-tertium, cui quoque perſimile eſt triceſimum-ſextum manuſcripti Codicis ſeu duodequadrageſimum editionis Dacherianæ, vetat in Congregatione Canonicorum, ne quis alterum defendere præſumat, idem etiam in Aſceterio Monachorum prohibet Sanctus Benedictus capite vndeſeptuageſimo ſuæ Regulæ. *Omnimodis cauendum eſt, vt pro nulla occaſione præſumat alter alterum defendere, nec quaſi parentelæ obtentu, aut aliquâ amicitiâ, aut familiaritate, id à Canonicis præſumatur, quia grauis occaſio ſcandalorum in Congregatione ex hac cauſa oriri ſolet. Quòd ſi quis hac* [7] *tranſgreſſus fuerit, acriùs coerceatur, vt cæteri timorem habeant.*

7 Dacher. deeſt hac.

LI.

Caput decimum-quartum eſt de Confeſſionibus. *Hortatur nos Scriptura dicens. [Reuela Domino viam tuam, & ſpera in eum.] Et iterum dicit. [Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in ſæculum miſericordia eius.] Et iterum propheta ait. [Delictum meum cognitum tibi feci, & iniuſtitias meas non abſcondi.] Et iterum. [Dixi, pronuntiabo aduersùm me iniuſtitias meas Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei.] Et item. [Confitemini alterutrum peccata veſtra, vt deleantur.] Et alibi. [Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur : qui autem ea confeſſus fuerit, ſaluauit animam ſuam à morte.] Et Dominus in Euangelio dicit. [Agite pœnitentiam, adpropinquat enim Regnum cælorum.] Ergo neceſſe eſt, vt dum modò ſuadente diabolo multa contra voluntatem Dei vel contra Dei præceptum commiſimus, vt per veram confeſſionem, & veram emendationem* [8]*, ſicut Scriptura docet, emendare debeamus. Sancti Patres, qui perfecti fuerunt, ita conſtituerunt, vt de* [9] *præſente, cùm aliqua cogitatio mala in corde ſeruorum Dei, ſuadente Diabolo, euenerit, ſtatim per humilem confeſſionem ſuo* [10] *Priori confiteri deberent. Nos modò deſidioſi & fragiles, quamuis per totum eorum veſtigia non ſequamur, neceſſe eſt, vt vel ex aliqua parte, iuxta quod Deus poſſibilitatem nobis dederit, eorum veſtigia imitemur, vt per veram confeſſionem Regnum Dei habere mereamur. Ita conſtituimus, vt in anno vel binas vices Clerus noſter confeſſiones ſuas ad ſuum Epiſcopum purè faciat, eis temporibus, vnâ vice initio Quadrageſimæ ante Paſcha, illâ aliâ vice à medio menſe Auguſto vſque Kalend. Nouembris; inter his* * *diebus cùm Epiſcopus licentiam habuerit; & cui neceſſe fuerit, alio tempore ſuam confeſſionem ad Epiſcopum, vel ad alium Sacerdotem, cui Epiſcopus decreuerit facere, quandocumque voluerit & opus habet, faciat. Et cui peccata non impediunt de Clero, omnibus diebus Dominicis, & feſtiuitatibus præclaris, debet Corpus & Sanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti accipere, quia Dominus in Euangelio dicit. [Qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in eo.] Nam ſi indignè quis ſacroſancta myſteria ſumpſerit, hic [iudicium ſibi manducat & bibit.] Et ſi vllus de Clero, quod abſit, quando ſuam confeſſionem ſuo Epiſcopo facit, ſic repletus ſit ſpiritu diabolico, quòd auſus ſit de ſuis peccatis aliqua ſuum Epiſcopum celare, & vadit quaſi per alios Sacerdotes ſuas confeſſiones donando, & vult ſuum Epiſcopum abſcondere ſcelera ſua, quia timet vt remoueat eum Epiſcopus de gradu, & ſi adhuc in gradu non eſt, non accedat ad gradum, vel ad corpus Domini promoueat eum* (vel potiùs vt Labbeus in marginali notatiuncula legendum inſinuat, *à corpore Domini remoueat eum*) *aut illa vitia debeat perſequi. Si Epiſcopus hoc per quodlibet ingenium inueſtigare potuerit, & adprobatum ei fuerit, corporalem diſciplinam vel carcerem patiatur, vel aliud quod Epiſcopo viſum fuerit, iuxta modum culpæ, vt ceteri metum habeant, & in tale ſcelus non cadant, quia nimis improbus eſt qui ante Dei oculos peccat, & homini confiteri erubeſcit, vbi Deo miſerante de ipſo peccato debet accipere conſilium ſanitatis.* Huius capitis partem tantùm complectitur, quod in eadem materia verſatur caput triceſimum-primum editionis Dachetianæ, ſeu viceſimum-nonum manuſcripti Codicis.

8 Dacher. *humilitatem*, 9 Dacher. *deinceps*, 10 Dacher. *citò Epiſcopo, vel Priori*

* *hos dies.*

LII.

Caput decimum-quintum eſt de grauioribus culpis, idémque fermè cum viceſimo-ſeptimo manuſcripti Codicis ſiue cum viceſimo-nono editionis Dachetianæ. *Si quis Clericus de ordine Canonico grauiores* [11] *culpas commiſerit, id eſt, homicidium, fornicationem, adulterium, furtum, vel his ſimile* [12] *vnum ex principalibus vitiis commiſerit, corporali caſtigationi primitus ſubiaceat. Deinde quanto tempore vult* [13] *Epiſcopus, vel qui ſub eo ſunt, carcerem* [14] *vel exilium patiatur, ſciens illam terribilem ſententiam Apoſtoli dicentis, [tradere huiuſmodi hominem in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini.] Et dum in ipſo carcere fuerit* [15]*, nullus ei* [16] *ex Clero in vllo iungatur conſortio, neque in colloquio, niſi cui Prior iuſſerit;*

11 Dacher. *grauioris culpæ crimen* 12 Dacher. *ſimilia ex* 13 Dacher. *voluerit* 14 Dacher. *carcere vel exilio* 15 Labb. *eſt*. 16 Labb. *nullus ex Clero in nullo ei iungatur*

& [17] hic ſolus perſiſtet [18] in pænitentia [19] luctu, quandiu Priori viſum fuerit. Egreſſus de carcere, ſi Epiſcopo, vel his [20] qui ſub eo ſunt, viſum fuerit, agat adhuc publicam pœnitentiam, id eſt, ſuſpendatur ab Oratorio ſimul & à Miſſa [21], & omnibus Canonicis horis veniat ante oſtium Eccleſiæ, vbi Prior iuſſerit, iacens proſtratus [22] omni corpore ante ipſum limen [23] Eccleſiæ, vſque dum ingrediuntur omnes, & poſteà erigat [24] ſe, ſtet foras Eccleſiam ante ipſum oſtium, impleat ibi officium ſuum in quantùm poteſt. Egredientibus de Eccleſia ſimiliter proſtratus iaceat, vſque dum omnes egrediuntur foras, & iacens vel ſtans ante ipſum limen [25] cum nullo homine loquatur. De abſtinentia verò quandiu vel qualiter Epiſcopo viſum fuerit, vel his [26] qui ſub eo ſunt, menſurâ vel horâ, quâ ei viderint [27] competere; neque à quoquam benedicatur, vſque dum reconcilietur. Quæ ſequuntur de reconciliatione, nec in manuſcripto Codice, nec in editione Dacheriana reperiuntur. *Qui dum vocatus venerit ad reconciliandum, ante Epiſcopum vel Clerum cum omni humilitate proſtratus omni corpore in terra petat ab omnibus veniam, & Epiſcopus ſecundùm ordinem Canonicum eum reconciliet.* Specialis igitur eſt hæc Chrodegangi ſanctio de modo teconciliationis.

Caput decimum-ſextum eſt de his, qui ſine iuſſione iunguntur excommunicatis. *Si quis frater præſumpſerit ſine iuſſione Epiſcopi, vel qui ſub eo ſunt, Clerico excommunicato quolibet modo ſe iungere, aut loqui cum eo, aut mandatum ei dirigere, aut literas, ſubiiciatur excommunicationis vindictæ.* Huius capitis nullum eſt veſtigium in manuſcripto Codice & in editione
LIII. Dacheriana, eſt autem in capite viceſimo-ſexto Regulæ Benedictinæ.

LIV. Caput decimum-ſeptimum, quod eſt de excommunicatione culparum, ſumitur ex viceſimo-tertio Regulæ Benedictinæ, éſtque triceſimum-primum in Codice manuſcripto & triceſimum-tertium in editione Dacheriana. *Si quis Clericus contumax, aut inobediens, aut ſuperbus, aut ebrioſus, aut rebellis, aut contentioſus, aut murmurans, aut indictum ieiunium tranſgreſſus fuerit, aut ad Crucem ſtare iuſſus contempſerit, aut increpatus veniam non petierit, aut in aliquo contrario conſiſtens, huic paruulæ inſtitutiunculæ & præceptis Epiſcopi vel eorum [28] qui ſub eo ſunt, contemptor repertus fuerit, hic ſecundùm Domini noſtri præceptum admoneatur ſemel & ſecundò ſecretò à ſenioribus ſuis. Si non emendauerit, obiurgetur publicè coram omnibus. Si verò neque ſic ſe correxerit, ſi intelligit qualis pœna ſit, excommunicationi ſubiaceat. Sin autem improbus eſt, aut minùs intelligens, vel incorrigibilis, vindictæ corporali ſubdatur.* In nonnullis vocibus Codex manuſcriptus & editio Dacheriana differunt ab editione Labbeana, ſed hæc multò magis accedit ad Regulam Benedictinam, quam Chrodegangus conſuluit.

LV. Caput decimum-octauum, quod eſt de his, qui in quibuſdam leuioribus culpis delinquunt, partem efficit viceſimi-ſexti in Codice manuſcripto, ſeu duodetriceſimi in editione Dacheriana, videtúrque inniti quadrageſimo-ſexto Regulæ Benedictinæ. *Si quis ex [29] Clero ad opus Dei, vel ad menſam, tardè occurrerit; aut pro aliqua cauſa ſenior ſuus Pſalmodiam vel Miſſas cantare ordinauerit, & hoc minimè impleuerit; &, ſi fregerit quidpiam, aut perdiderit, vel aliud [30] quid exceſſerit, & non veniens continuò ante Epiſcopum, aut ante [31] eos qui ſub eo ſunt, ipſe vltrò ſatisfecerit; & [32] prodiderit delictum ſuum, dum per alium cognitum fuerit, maiori ſubiaceat emendationi, ſecundùm modum culpæ, ſicut Epiſcopo, vel qui ſub eo ſunt, viſum fuerit; nam ſi ipſe ſponte confeſſus fuerit, leuiori ſubiaceat emendationi, vt diximus, ſecundùm modum culpæ.*

LVI. Caput vndeuiceſimum in hoc titulo, *qualis debeat eſſe modus excommunicationis*, vt & in prima periodo, quæ ſummam præceptionis complectitur, conforme eſt viceſimo-quarto Regulæ Benedictinæ, Abbate tantùm in Epiſcopum conuerſo. *Secundùm modum culpæ, excommunicationis vel diſciplinæ debet extendi menſura; qui culparum modus in Epiſcopi pendet iudicio,*

vel

17 Labb. deeſt *& hic*
18 Labb. *perſiſtens*
19 Dacher. *in pænitentia luctuum.*
20 Labb. deeſt *his*
21 Dacher. *menſa.*
22 Dacher. *proſtrato omni corpore ſuo*
23 Dacher. *limitem*
24 Dacher. *eriget*
25 Dacher. *limitem*
26 Labb. deeſt *his*
27 Labb. *viderit*
28 Labb. deeſt *eorum*
29 Labb. *in*
30 Dacher. *aliquid*
31 Labb. deeſt *ante eos*
32 Dacher. *vel celauerit*

vel qui ſub eo ſunt. Neque enim ij, qui in granibus peccatis incedunt, vel hi, qui in leuibus quibuſdam delinquunt, æqualiter iudicandi ſunt; ſed ſecundùm morbum adhibenda eſt medicina, quia, nec pius medicus ſanat vulnera; nec qui accipere ſpiritnale medicamentum renuerit, ſanitatem ſpiritualis medicamenti conſequi poteſt. AN. CH. 757. PIPPINI R. 6.

LVII. Caput viceſimum, cui Titulus *de Quadrageſima obſeruationibus*, duo editionis Dacherianæ, nempe triceſimum-quartum cui Titulus *de Quadrageſima obſeruationibus*, & triceſimum-quintum cui Titulus *de temporibus in quibus ſemel aut bis in die Clericis reficiendum eſt*, ſeu capita triceſimum-ſecundum & triceſimum-tertium manuſcripti Codicis ita complectitur. *Licèt omni tempore vita Chriſtianorum ſimplex debet eſſe & ſobria, maximè tamen religioſis mentibus conuenit, vt his diebus continentiùs viuant, & ſedulâ ſeruitute adhærere Deo contendant. Ideóque decernimus, vt in illis quadraginta diebus ante Paſcha cum omni puritate mentis & corporis noſter Clerus, Deo iubente, in quantùm potuerit, ſe cuſtodiat. De cibi autem & potûs perceptione, in quantùm Deus auxilium dederit, parcitatem habeat, id eſt, vt quotidie, exceptis diebus Dominicis, à capite Quadrageſima vſque ad Sanctum Paſcha, poſt dictam Veſperam in refectorio ſemper reficiat, & ab illis cibis ſe abſtineat vel potu, ſicut Epiſcopus cum ratione conſtituerit. Et alibi, neque in ipſa ciuitate, neque in Monaſteriis, vel quibuſlibet locis, vel domibus propriis, his quadraginta diebus reficiat, niſi fortè, ſi longè fuerit, vt horâ competente ad cibum ſuum accipiendum cum fratribus adeſſe non potuerit, tunc, propter illam neceſſitatem, licentiam habeat talem cibum ſumere, ſicut reliquus Clerus, & hoc prouideat, vt horas competentes non antecedat. Lectioni verò fratres*[1] *in hac Quadrageſima, à Prima dicta vſque ad Tertiam plenam vacent, & foras clauſtra, niſi tantùm per illas Eccleſias quæ infra domum ſunt, non egrediantur, niſi ſi neceſſe fuerit, & Epiſcopus, aut qui ſub ipſo eſt, indicauerit vt fiat quod fiendum eſt. Et poſt Tertiam tunc temporis Capitulum habeant. A Paſcha autem vſque ad Pentecoſten bis in die reficiant, & carnem manducandi licentiam habeant, niſi pœnitentes, præter tantùm ſextâ*[2] *feriâ. A Pentecoſte verò vſque ad Natiuitatem Sancti Ioannis Baptiſtæ ſimiliter bis in die reficiant, & in carne abſtineant vſque*[3] *ad ipſam Miſſam. A Natiuitate verò Sancti Ioannis vſque ad tranſitum Sancti Martini, ita ſicut anteà bis in die reficiant, quartâ & ſextâ feriâ à carne abſtineant. Ab ipſo verò tranſitu Sancti Martini vſque ad Natalem Domini à carne omnes abſtineant, & vſque ad Nonam ieiunent omnibus his diebus, & in refectorio reficiant. Poſt Natalem Domini vſque in caput Quadrageſimæ, ſecundâ, & quartâ, ſextâque feriâ in refectorio ad Nonam reficiant; reliquis his diebus duabus vicibus in refectorio reficiant, à carne verò quartâ & ſextâ feriâ his temporibus abſtineant, & ſi dies feſtus in his duabus feriis venerit, ſi permiſerit Prior, carnem manducent.* Quæ ſequuntur deſiderantur in manuſcripto Codice & in editione Dacheriana. *Pro infirmitate verò Cleri noſtri conſiderauimus, vt ſi in quarta vel ſexta feria, ſeu in reliquis aliis temporibus, quales conſtituimus vt à carne abſtineant, neceſſe eſt, licentiam habeat Epiſcopus, aut qui ſub ipſo ſunt, pro eorum infirmitatibus, vel neceſſitatibus, aut feſtiuitatibus, conſiderationem mittere, ſicut ille prauiderit quod benè ſit.* Denique hoc caput auxit Angilramnus Metenſis Epiſcopus, Chrodegangi proximus ſucceſſor. Additamentum illud, quod ex Codice quoque Vaticano deſcriptum eſt, & ad Metenſes tantùm Canonicos pertinet, ſub eodem Angilramno infrà recitabimus.

[1] Dacher. *Clerici in his quadraginta diebus, exceptis diebus Dominicis ſun.*

[2] Dacher. *quartam ſextámque feriam.*

[3] MS. Cod. & Dacher. *deeſt vſque ad ipſam Miſſam.*

LVIII. Caput viceſimum-primum abeſt à Codice manuſcripto, & ab editione Dacheriana, inſcribitúrque de menſis ordinandis. *Prima menſa Epiſcopi cum hoſpitibus & cum peregrinis ſit; & ibidem Archidiaconus, vel quibus Epiſcopus iuſſerit, ſedeant. Secunda menſa cum Presbyteris. Tertia cum Diaconibus. Quarta cum Subdiaconibus. Quinta cum reliquis gradibus. Sexta cum Abbatibus vel quos iuſſerit Prior. In ſeptima reficiant Clerici Canoni-*

AN. CH. 757. PIPPINI R. 6.

ci, qui extra clauſtra in ciuitate commanent, in diebus Dominicis, vel feſtiuitatibus præclaris. Cùm autem hora reficiendi venerit, & ſignum ad refectorium ſonuerit, tunc fratres cum feſtinatione illuc aduenіant, & ſimul in refectorium introeant, ſimúlque orent, & Verſum dicant; & cùm Epiſcopus vel alius Sacerdos benedictionem ſuper menſas tradiderit, omnes, Amen, reſpondeant; &, vt diſpoſitus ordo eſt, vnuſquiſque ad ſuam menſam accedat. Clerus verò in refectorio omnino ſilentium teneat interim quòd exinde foras egrediuntur, qualiter illam lectionem diuinam poſſit audire, & in corde meditari. Quia ſic eſt neceſſe, vt quando cibum corporalem recipit, & tunc anima cibo ſpirituali reficiatur. Et Lector, & Cellerarius, & Portarius, vel Septimanarius, vel qui miniſtrant quando Epiſcopus cum Clero in refectorio reficit, antequam fratres in refectorium veniant, mixtum de pane & potu accipiant, vt graue eis non ſit ieiunium ſuſtinere interim quòd Clerus reficit, nam Lector legat, vſque dum iuſſerit Prior, vt expleat lectionem. Sanctus Benedictus capite duodequadrageſimo ſuæ Regulæ, vbi agit de hebdomadario Lectore, ſtatuit, vt *accipiat mixtum, priuſquàm incipiat legere.* Super *mixti* ſignificatione non omnes conſentiunt. Varias opiniones protulimus Tomo primo [a], & *mixtum* pro hauſtu vini fruſtóque panis accipiendum diximus. Hanc ſententiam non inualidè confirmat hoc loco Chrodegangus, dum præcipit, vt Lector, Cellerarius, aliíque qui miniſtrant, *mixtum de pane & potu* priùs accipiant, quàm fratres ſeu Canonici veniant in refectorium. Pergit autem ſic idem Chrodegangus. *Illud omnino cauendum eſt, vt neque Sacerdotes, neque Diaconi, neque Subdiaconi, vel quilibet de Clero cibum, nec aliud, quod ad manducandum vel bibendum pertinet, ſine iuſſione Epiſcopi, de refectorio portet. Et hoc cauendum eſt, vt ante legitimam horam, niſi illi, qui hoc prouidere debent, neque ad manducandum neque ad bibendum in refectorium intrare non debent ſine iuſſione Epiſcopi, aut qui tunc tempore præeſt, neque Cellerarium contra rationem inquietare, ſed horis competentibus petant quæ petenda ſunt, & dentur quæ danda ſunt. In ipſo autem refectorio, neque laicus, neque Clericus, niſi qui in ipſa Congregatione ſunt, manducent aut bibant ſine iuſſione Epiſcopi aut qui ſub eo ſunt. Et in clauſtro, vbi Clerus ad Capitulum venit, vel in refectorio, nullus de Clericis ſeruitoribus, qui ſuo ſeniori ibi ſubiecti ſunt, ingrediatur, niſi ſi neceſſe fuerit, aut Epiſcopus, vel qui ſub eo ſunt, iuſſerit.*

[a] Ad an. 544. n. 53.

LIX. Caput viceſimum-ſecundum eſt de menſura cibi. *Quando Clerus noſter bis in die reficit per tempora conſtituta, ſicut ſuperiùs ſcriptum eſt, panem, quod ſufficiet, accipiat. Pulmentum verò ad Sextam. Carnem inter duos miniſtrationem vnam, & cibaria vna accipiant; & ſi cibaria non habent, tunc duas miniſtrationes de carne aut de lardo habeant. Ad cœnam autem, aut vnam miniſtrationem de carne inter duos, aut vna cibaria habeant. Illo tempora quando Quadrageſimalem vitam debent ducere, tunc ad Sextam inter duos fratres portionem de formatico, & cibaria accipiant; & ſi piſces habuerint, aut legumen, vel aliud quid, addatur & tertium. Et ad cœnam inter duos cibaria vna, aut portionem de formatico accipiant, & ſi Deus ampliùs dederit, cum gratiarum actione percipiant. Quando autem in die vna refectio fuerit, tunc cibaria vna inter duos, & portionem de formatico*, id eſt de caſeo, *& miniſtrationem vnam de legumine, aut aliud pulmentum accipiant; & ſi contigerit, quòd illo anno glandis vel fagina non eſt, & non habent vnde liceat menſuram de carne implere poſteà, prouideat Epiſcopus, iuxta quam Deus poſſibilitatem dederit, aut de Quadrageſimali aut aliunde, vnde conſolationem habeant.* In editione Dacheriana caput octauum, ſeu ſextum in manuſcripto Codice eſt *de menſura cibi & potûs.* Prior pars capiti editionis Labbeanæ proximè deſcripto valdè conformis eſt. Pars poſterior non ita reſpondet editioni Labbeanæ de menſura potûs. In Regula quoque Benedictina caput triceſimum-

nonum eſt de menſura ciborum, vt & proximum de menſura potûs.

LX. Caput viceſimum-tertium eſt de menſura potûs. *Quando bis in die edendum fuerit, Presbyteri ad Sextam tres calices accipiant, ad cœnam duos; Diaconi, qui in gradu ſunt, ad Sextam tres, ad cœnam duos; Subdiaconi ad Sextam duos, ad cœnam duos; reliqui gradus ad Sextam duos, ad cœnam vnum. Quando autem in die vna refectio fuerit, ſicut anteà in hora Sexta quando bis manducabant, tantos calices accipiant, & quod ad cœnam accipiebant de potu, hoc Cellerario remaneat, & omnino caueant ebrietatem. Si verò contigerit, quòd vinum minùs fuerit, & iſtam menſuram Epiſcopus implere non poteſt, iuxta quod praualet, impleat, illi autem fratres non murmurent, ſed Deo gratias agant, & æquanimiter tolerent. Nam ſi eſſe poteſt, vt tantùm habeant, tunc pro nullo modo nan remaneat. Et illis, qui ſe à vino abſtinent, prouideat Epiſcopus, vel qui ſub eo eſt, vt tantùm habeant de ceruiſia, quantùm de vino habere debuerant. Et ſi Epiſcopus voluerit ad ſupraſcriptam menſuram aliquid potûs addere, in eius poteſtate conſiſtat, & de ceruiſia eis conſolationem faciat. Nam quando aliqua refectio cauſis exigentibus venerit, non ampliùs conſentimus ad vnam refectionem, quàm vt ſupraſcriptam menſuram tres calices accipiant, & hoc ſuperfluum nobis videtur, quia [vinum apoſtatare facit etiam ſapientes,] quia vbi ebrietas, ibi flagitium atque peccatum eſt. Et hoc admonemus, vt Clerus noſter ſobriam omnino ducat vitam, & quia perſuadere non poſſumus, vt vinum non bibant, vel hoc conſentiamus, vt ſaltem in illis ebrietas nan dominetur, quia omnes ebrioſos Apoſtolus à Regno Dei extraneos eſſe denuntiat, niſi per dignam pœnitentiam emendauerint.*

LXI. Caput viceſimum-quartum, quod eſt de Septimanariis coquinæ, habet multa conformia capiti triceſimo-quinto Regulæ Benedictinæ, & capiti ſeptimo manuſcripti Codicis ac nono editionis Dacherianæ. *Clerici Canonici ſic ſibi inuicem ſeruiant, vt nullus excuſetur à coquina officio, niſi ægritudine, aut cauſâ grauis vtilitatis præoccupatus fuerit, quia exinde maior merces & caritas adquiritur. Imbecillibus autem procurentur ſolatia, vt non cum triſtitia hoc faciant, ſed habeant omnes ſolatia ſecundùm modum Congregationis aut poſitionem loci. Archidiaconus verò & Primicerius, vel Cellerarius, ſeu illi tres Cuſtodes Eccleſiarum, vnus de Sancto Stephano, alius de Sancto Petro, tertius de Sancta Maria, qui in maioribus vtilitatibus occupati ſunt, iſti excuſentur à coquina, ceteri autem ſibi ſub caritate inuicem ſeruiant. Egreſſurus de ſeptimana Sabbata munditias faciat, vaſa miniſterij ſui, quæ ad miniſtrandum accepit, ſana & munda Cellerario reconſignet; &, ſi aliquid ex illis minuatum fuerit, ad Capitulum die Sabbati veniam petat, & vaſa, vel quod minuatum eſt, in loco reſtituat, & iuxta quam Epiſcopus vel qui ſub ipſo eſt, indicauerit, pœnitentiam agat.* In hoc capite habes nonulla, quæ ſpeciatim ad Diœceſim Metenſem pertinent.

LXII. Caput viceſimum-quintum eſt de Archidiacono, & Primicerio, qui promiſcuè Præpoſitus & Primiciarius capite octauo manuſcripti Codicis ac decimo editionis Dacherianæ nuncupatur. *Oportet eos eſſe prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbas, id eſt, vt ſint ſapientes in bonum, & ſimplices in malum, & docti * Euangelia & Sanctorum Patrum inſtituta Canonum, vt poſſint docere Clerum in lege diuina, & huius paruæ inſtitutionis. Et ſic ſe conforment Clero, vt non tantùm verbis, capacibus; ſed etiam exemplo, ſimplicioribus diuina præcepta demonſtrent, quia Apoſtoli debent ſemper ſeruare formam, in qua dicit.* [*Argue, obſecra, increpa,*] *id, eſt miſcens * temporibus tempora, terroribus blandimenta; id eſt, indiſciplinatos & inquietos debent duriùs arguere; obedientes autem, & mites, & patientes, vt in melius proficiant, obſecrare; negligentes, & contemnentes, & ſuperbos vt increpent & corripiant; neque diſſimulent*

* Dacher. in Euangelica præcepta

* Dacher. immiſcens

AN. CH. 757. PIPPINI R. 6.

*peccata delinquentium, ſed mox vt cœperint oriri, radicitus vt prævalent amputent, memores periculi Heli Sacerdotis de * Silo. Et honeſtiores quidem atque intelligibiles primâ & ſecundâ admonitione verbis corripiant; improbos autem, ac duros corde, ac ſuperbos, vel inobedientes, verbere & corporis caſtigatione in ipſo initio peccati coerceant, ſcientes ſcriptum. { Stultus verbis non corrigitur.] Et iterum. { Percute filium tuum virgâ, & liberabis animam eius à morte.] Et quidquid per ſe iuſtè & rationabiliter ſecundùm Canonicam inſtitutionem non potuerint definire, omnino Epiſcopo patefaciant, & ipſe ſecundùm Dei voluntatem, quod caſtigandum eſt, caſtiget, &, quod corrigendum eſt, corrigat. Qui Archidiaconus vel Primicerius * in omnibus omnino actibus vel operibus ſuis ſint Deo & Epiſcopo fideles & obedientes, & non ſint ſuperbi, neque rebelles, vel contemptores, ſed caſti, & ſobrij, patientes, benigni, atque miſericordes, & ſemper ſuperexaltet miſericordia iudicium, vt ipſi idem conſequantur. Diligant Clerum, oderint vitia, in ipſa autem correptione prudenter agant, & ne quid nimis, ne dum cupiunt eradere æruginem, frangatur vas. Meminerint calamum quaſſatum non conterendum. In quibus non dicimus, vt permittant nutrire vitia, ſed prudenter & cum caritate ea amputare feſtinent. Caueant ne dum aliis prædicauerint, ipſi reprobi efficiantur, intendentes illud Dominicum præceptum; & qui in oculo fratris tui feſtucam videbas, in tuo trabem non vidiſti; eiice primùm trabem de oculo tuo, & tunc perſpicies, vt educas feſtucam de oculo fratris tui. Qui Archidiaconus vel Primicerius *, ſi reperti fuerint, quod abſit, ſuperbi, aut elati, aut contradictores, vel contemptores Canonicæ & huius paruæ inſtitutionis, ij ſecundùm Dominicum præceptum admoneantur ſemel & iterum; ſi non emendauerint, ab Epiſcopo ſecundùm modum culpæ iudicentur. Quòd ſi neque ſic correxerint, de ordinibus ſuis eiiciantur, & alij qui digni ſunt, & voluntatem Dei vel Epiſcopi ſui, ſecundùm diuinum præceptum impleuerint, in locis illorum ſubrogentur.* Hoc caput habet non pauca, quæ ſumpta ſunt ex capite ſecundo Regulæ Benedictinæ, cui Titulus, *qualis debeat Abbas eſſe*, & ex ſexageſimo-quinto, qui inſcribitur *de Præpoſito Monaſterij*.

* Dacher. de filiis ſuis.
* Dacher. Primitiarius.
* Dacher. Præpoſitus.

LXIII. Caput viceſimum-ſextum eſt de Cellerario. *Cellerarius verò debet eſſe timens Deum, ſobrius, non vinolentus, non contentioſus, non iracundus, ſed modeſtus, moribus cautus & fidelis, & quidquid acceperit ſub cura ſua ad opus Clericorum cuſtodiat, & ſine iuſſione Epiſcopi ſui, aut qui ſub ipſo eſt, nihil faciat, & non ſit prodigus, nec extirpator ſubſtantiæ Clericorum, quia, ſi fuerit, ſine dubio in die iudicij redditurus erit Deo rationem. Nam ſi benè miniſtrauerit, gradum bonum ſibi adquiret.* Cum hoc capite confer triceſimum-primum Regulæ Benedictinæ, necnon vndecimum editionis Dacherianæ, cui ſimillimum eſt nonum manuſcripti Codicis.

LXIV. Caput viceſimum-ſeptimum eſt de Portario. *Portarius vnus cum ſuo iuniore annum, aut ampliùs, ſi Epiſcopo placuerit, portas, clauſtra, vel oſtia cuſtodiat. Qui Portarius ſit ſobrius, patiens, qui ſciat accipere reſponſum & reddere, & fideliter cuſtodiat portas, ſiue oſtia clauſtri, & contra hunc tenorem facere non præſumat; quòd ſi fecerit, excommunicetur. Claues verò portarum ad Completorium Archidiacono reddat, &, ſi Archidiaconus alicubi eſt, qui ſub ipſo eſt, ipſas claues recipiat. Cuſtodes verò Eccleſiarum, qui ibi dormiunt, vel in manſiones iuxtà poſitas, teneant ſilentium, ſicut cæteri Clerici, in quantùm poſſunt; & poſt Completorium non manducent nec bibant, & non permittant ingredi eos, qui foras clauſtra poſt Completorium remanſerint, nec eos, qui intra clauſtra ſunt, egredi per oſtia ſibi commiſſa. Quòd ſi fecerint, ab Epiſcopo, vel qui ſub eo ſunt, iudicentur.* Habet multa conformia caput decimum manuſcripti Codicis, quod eſt duodecimum editionis Dacherianæ. Lege & caput ſexageſimum-ſextum Regulæ Benedictinæ, quod eſt *de Oſtiario Monaſterij*.

LXV. Caput viceſimum-octauum eſt *de infirmis Clericis Canonicis, qui ſe peculiariùs ad iſtum ordinem iunxerint, & non habent, vnde in infirmitate ne-*

ceſſitatibus ſuis poſſint implere. Sanctus Benedictus caput triceſimum-ſextum ſuæ Regulæ inſcripſit *de infirmis fratribus.* Ex illo capite multa tranſierunt in triceſimum-octauum manuſcripti Codicis, ſiue in quadrageſimum editionis Dacherianæ, quod eſt *de infirmis Canonicis.* At Chrodegangus, vt in Titulo, ſic & in ipſa ſanctione multò prolixior eſt. *Si aliqui,* inquit, *ex Clero infirmantur, qui ad hunc ordinem ſe peculiariùs iunxerint, & non habuerint vnde in infirmitate neceſſitatibus ſuis poſſint implere, poſt Epiſcopum habeant de illis maximam curam Archidiaconus & Primicerius, & caueant, ne negligantur infirmi, ſed ſicut reuerà Chriſto, ita eis ſeruiatur. Quia ipſe dixit. [Infirmus fui, & viſitaſtis me.] Et. [Quamdiu feciſtis vni è minimis iſtis, mihi feciſtis.] Ergo omnia neceſſaria, quidquid ipſis infirmis expedierit, & opus fuerit, eis omnino & abſque vlla retardatione adimpleri curentur, quia in ipſis reſpicit, quidquid ipſi minus habuerint aut neglecti fuerint. Et ſine dubio in diem tremendum iudicij, quando ſederit Rex viuorum & mortuorum in Sede Maieſtatis ſua, de omnibus his rationem erunt reddituri, qualiter eis miniſtrauerunt. Et, ſi ipſe Archidiaconus vel Primicerius ad plenum non habeant, vnde poſſint procurare neceſſitatibus eorum, hoc omnino Epiſcopo innoteſcant, & ipſe ſecundùm Dei timorem & amorem prouideat, vt hoc, quod expedit ipſis infirmis, habeant vnde eis neceſſitatibus illorum procurent. Quibus infirmis ſint manſiones deputatæ ſuper ſe rationabiliter diſpoſitæ condignæ & aptæ, vbi eſſe poſſint, dum de infirmitatibus ſuis conualeſcunt. Et ſit vnus ex Clero deputatus, timens Deum, qui circa ipſos infirmos maximam curam gerat de omnibus neceſſitatibus eorum, & habeat ſolatium, ſi opus eſt, iuxta quod conſtituerit Prior, vt abſque murmuratione & negligentia ſeruiatur infirmis. Et ſciat, ſi benè miniſtrauerit, gradum bonum ſibi adquiret. Sed & ipſi infirmi conſiderent in honore Dei ſibi ſeruiri, & non ſuperfluitate ſuâ contriſtent ſeruientes ſibi. Qui tantùm infirmi portandi ſunt; at, vbi meliorati, redeant ad ordines ſuos.*

Capue viceſimum-nonum eſt *de veſtimentis Clericorum, vel calceamentis,* LXVI. *vel ligna,* id eſt, de lignis. In Codice manuſcripto caput vndequadrageſimum, vt in editione Dacheriana quadrageſimum-primum, eſt *de veſtimentis & calceamentis Clericorum.* Vtrobique verò nulla comparandorum lignorum mentio. Regulam igitur Canonicorum, quæ iuxta Romanam Eccleſiam priùs edita eſt, in hoc capite non parum auxit Chrodegangus, adiecítque ſpeciatim à Clericis Metenſibus ligna eſſe comparanda, quia hyems in Diœceſi Metenſi multò aſperior eſt quàm in Romana. *Illa media pars Cleri, qui ſeniores fuerint, annis ſingulis accipiant cappas nouas, & veteres, quas præterito anno acceperunt, ſemper reddant, dum accipiunt nouas. Et illa alia medietas Cleri, illas veteres cappas, quas illi ſeniores annis ſingulis reddunt, accipiant, & illi ſeniores illas cappas, quas reddere debent, non commutent. Sarciles accipiant illi Presbyteri, qui ibidem in domo aſſiduè deſeruiunt, & illi Diaconi* VII *qui in eorum gradu conſiſtunt, aut lanam vnde ipſos ſarciles binos in anno habeant, & ille alius Clerus vnuſquiſque ſingulos. Camiſiles autem accipiant illi Presbyteri & Diaconi annis ſingulis binos; Subdiaconi camiſilo & dimidio; & illi, qui in reliquis gradibus ſunt, ſingulos. Calceamenta verò omnis Clerus annis ſingulis pelles baccinas accipiant, ſolas paria quatuor. De ligna conſiderauimus, vt de quatuor libras de denarios poſſint comparare ligna ſufficienter ad annum. Ipſa ligna de illos telloneos, quod eis in ciuitate, vel in villabus ſuis ſint comparata, hoc eſt, quatuor libra ad hoc mittantur. Et Kal. Maiis ipſum telloneum accipiant, & tunc ipſi ligna comparent. Et illas cappas, & illos ſarciles, & illa calceamenta de illos telloneos ſuperiùs nominatos quod exinde ſuperat, & de illo calciatico, quod ille Epiſcopus annis ſingulis ad illum Clerum reddere conſueuit, & de eorum eleemoſyna, quod ad ipſum Clerum Deus ſpecialiter dederit, ſint comparata. Et, ſi aliquid exinde fuerit aliud, quod eis neceſſe eſt,*

AN. CH. 757. PIPPINI R. 6. *comparent, aut in eorum camera recondant. Et, ſi ibidem ad hoc comparandum ſufficienter non habuerint, ille Epiſcopus hoc præuideat & mittat, vnde hoc totum adimpletum ſit ad eorum neceſſitatem, ſicuti ſuperiùs ſcriptum eſt. Ipſa autem veſtimenta, illas cappas, & ſarciles, ad tranſitum Sancti Martini accipiant; illos camiſiles, viginti dies poſt Paſcha accipiant; illa calciamenta Kal. Septembris habeant, etſi aliquis ex ipſo Clero de Eccleſia tale beneficium acceptum ab Epiſcopo habet, vt exinde poſſit procurare neceſſaria ſua, id eſt, cappas & calceamenta.* In hac ſanctione, vbi de lignis comparandis agitur, occurrunt phraſes multùm barbaræ, earum tamen vt & ſingularum vocum aperta ſignificatio, ſecus eſt de duabus aliis partibus, quarum vna de veſtimentis, altera de calceamentis. Veſtimenta ſunt *cappæ, ſarciles*, & *camiſiles*. Cappatum multiplices diſtinguuntur formæ, cùm ad capitis, tum ad corporis tegumen; cappas hoc loco pro vtroque tegumento, id eſt, pro capitio ſeu pileo & pro pallio ſeu mantello fortè non malè accipies. *Sarciles* nec in manuſcripto Codice, nec in editione Dacheriana nominantur; fiebant è lana, vt patet ex textu ſuprà citato; videntur veſtes hyemales fuiſſe, quia in feſto Sancti Martini, ſeu tertio Idus Nouembris diſtribuebantur. *Camiſiles*, in manuſcripto Codice *canſiles*, in editione Dacheriana *campſiles*, dicuntur, æſtiuales videntur veſtes fuiſſe, quia Clericis miniſtrabantur *in Paſcha*, vt manuſcriptus Codex & editio Dacheriana teſtantur, aut viceſimo poſt Paſcha die, vt textus proximè deſcriptus aſſerit. Quod attinet ad calceamenta, quas pelles editio Labbeana *baccinas*, manuſcriptus Codex *bucinas*, editio Dacheriana *buccinas* vocat, Labbeus ad oram textûs, quem examinamus, *vaccinas* dicit, quæ conficiendis calceis aptiſſimæ ſunt; deinde vbi idem textus *ſolas* habet, in margine Dacherius & Labbeus *ſoleas* reponunt, habétque *ſoleas* etiam Codex manuſcripus.

LXVII. Caput triceſimum eſt de feſtiuitatibus Sanctorum. *Illud intimare complacuit, vt nos & Clerus noſter in feſtiuitatibus Domini & Sanctæ Mariæ, vel duodecim Apoſtolorum, ſeu & reliquorum Sanctorum, quas vſus eſt in iſta prouincia annis ſingulis celebrare, in quantùm Deus poſſibilitatem dederit, illud officium diuinum die noctúque facere procuremus. Et Epiſcopus in Natiuitate Domini, & Paſcha Domini, in domo ipſis Clericis refectionem faciat, ſi ad præſens eſt, &, ſi abſens his diebus eſt, tunc in eorum refectorio habeant refectionem ſufficienter, ſicuti ſuperiùs ſcriptum eſt*, capitibus videlicet viceſimo-ſecundo & viceſimo-tertio. *Et poſtquàm de refectorio exierint, in caminata*, id eſt, in camino, vt Henſchenius vocem illam interpretatur in Indice onomaſtico, quem Tomo tertio menſis Martij ſubiecit, *bibant duas vices, aut tres, qualiter conſolatio ſit, & ebrietas non dominetur. Et Epiphaniâ, & mediâ Paſchâ, & clauſo Paſcha, & Aſcenſione Domini, & Pentecoſte, & Natalitiis Epiſcopi, iſtos dies Epiſcopus eis in refectorio, ad Sextam, refectionem faciat. Et de illis feſtiuitatibus, vnde Abbatias in iſta ciuitate vel foras propinquas habemus, ſicut conſuetudinem habuerunt refectionem ad Clerum facere, hoc omnino non remaneat, in quantùm poſſibilitas fuerit. Et ille Archidiaconus, vel qui tunc ſub manu Epiſcopi praeſſe videtur, hoc recipiat, & ille Clero exinde in refectorio refectionem faciat, & quod ſupereſt, ad eorum opus Cellerario reſeruetur. Et ille Archidiaconus de ſua actione, quod ipſe ad eorum opus præuidet, Purificationem Sanctæ Mariæ, & omnium Apoſtolorum, & Sancti Ioannis Baptiſtæ, & Sancti Remedij*, ſeu Remigij Remenſis quondam Metropolitæ, *eis refectionem faciat, ad Sextam, in refectorio.*

LXVIII. Caput triceſimum-primum inſcribitur *de eo, quòd, qui ad hunc Canonicum ſpecialem ordinem huius Congregationis ſe ſociare vult, de rebus, quas poſſidet, ad Eccleſiam B. Pauli Apoſtoli ſolemnem Donationem per præſentem faciat, reſeruato tamen, tempore vitæ ſuæ, vſufructuario ordine.*

AN. CH. 757. PIPPINI R. 6.

Abeſt à manuſcripto Codice & ab editione Dacheriana, quia ſpectat ad Canonicos tantùm Metenſes, quos per Eccleſiam Sancti Pauli deſignat. Illis enim temporibus, vt Meuriſſius obſeruauit [a], Epiſcopi menſa iam diſtinguebatur à menſa Capituli, & in veteribus chartis vtraque menſa per Sanctum Staphanum & Sanctum Paulum diſcernitur, quoniam Epiſcopi menſa per Sanctum Stephanum ſeu per partes Sancti Stephani, menſa verò Capituli per Sanctum Paulum ſeu per partes Sancti Pauli connotatur, & ſecundùm illam diſtinctionem explicanda ſunt inſtrumenta Donationum, quæ Sancto Stephano ſeu partibus Sancti Stephani, vel Sancto Paulo ſeu partibus Sancti Pauli factæ leguntur, nam quæ Sancto Stephano ſeu partibus Sancti Stephani fiebant, eæ pertinebant ad menſam Epiſcopi, quæ verò fiebant Sancto Paulo ſeu partibus Sancti Pauli, ſpectabant ad menſam Capituli, cuius ſigillo etiamnum imago Sancti Pauli impreſſa conſpicitur. Hac annotatione præmiſsâ ſanctionem Chrodegangi nunc audi. *Licèt legamus antiquam Eccleſiam ſub tempore Apoſtolorum ita vnanimem concordémque extitiſſe, & ita omnia reliquiſſe, vt ſinguli prædia ſua vendentes ad pedes Apoſtolorum pretia ponerent, vt nullus eorum ſibi aliquid proprium dicere auderet, ſed erant illis omnia communia. Vnde & habere dicebantur cor vnum & animam vnam. Quotidie enim circa domus panem frangentes, quod in commune accipiebant tam viri quàm fœminæ, ſeu paruuli, omniſque vulgus ardore fidei accenſi, atque in amore Religionis prouocati, cunctis cum gratiarum actione ſufficientiam præbebant. Sed, quia noſtris temporibus perſuaderi non poteſt, ſaltem vel hoc conſentiamus, vt ad aliquantulamcumque ſimilitudinem conuerſationis eorum noſtros animos contrahamus, quia nimis inertes, tepidæque ac remiſſæ deuotionis eſt, vt quod, ſicut diximus, omne vulgus pro Deò nomine conſenſit, nos qui peculiariùs Canonicis ordinibus inſeruire debemus, quantulamcumque in partem in hanc perfectionem non conſentiamus. Et, ſi omnia relinquere non poſſumus, ſic ad vſum tantùm noſtra teneamus, vt dimiſſa volumus nolumus fuerint, non ad hæredum noſtrorum carnalium atque parentum, ſed ad Eccleſiam, cui, Deo auctore, in commune deſeruimus, de cuius rebus ſtipendia habemus, loco hæreditario relinquamus, vt, ſi cum illis perfectis pro perfecta abrenuntiatione ſeculíque huius contemptu corona non tribuitur, vel peccatorum venia ſicut minimis miſericordiâ diuinâ concedatur. Quia Sanctus Proſper, vel alij Sancti Patres, ſecundùm diuinam auctoritatem ſanxerunt, vt illi Clerici, qui de rebus Eccleſiæ viuere cupiunt, res proprias, quas habent, per inſtrumenta chartarum, Deo, & Eccleſiæ, cui deſeruiunt, condonent, & ſic rebus Eccleſiæ licentiùs abſque maxima culpa vtantur; vt, ſicut de rebus Eccleſiæ ipſi Clerici gaudent, ita & Eccleſia de rebus ipſorum Clericorum cum pauperibus ſuis ſic aucta atque meliorata gratuletur. Ita tamen vt ipſi Clerici, dum aduiuent, ſi ita placuerit, res ſuas vſufructuario ordine per beneficium Eccleſiæ habeant, vt omnia ſint communia, & propter obitum eorum ad Eccleſiam vel ad Canonicum ordinem, cui antè data fuerant, reuertantur. Similiter indicantes vt illi Clerici, qui de facultatibus ſuis ſufficientiam habent, de ipſis rebus propriis viuere debeant, ſi tamen infirmi fuerint, vt in omnibus ad integrum Eccleſiæ Dei, cui deſeruiunt, dare noluerint, & ſic ipſius Eccleſiæ in amore Chriſti gratuitâ ſeruitute ſedulâque modulatione impendant, & ſciant ſe pro hac re, quia rebus Eccleſiæ ſicuti ceteri Canonici vtuntur, ſpecialem miſericordiam à Deo recepturos, cum de propriis rebus inſeruiunt, quia ſi ea, quæ accepturi erant, pro eorum ordinibus de eleemoſyna diſpenſatori reliquerint nihil habentibus conferenda, ſine peccato poſſident ſua, quia & ipſi quodammodo relinquunt ſua, quando propriis contenti rebus, nihilque * iure debere arbitrantur recipi. Quòd ſi putant ideò accipi debere eorum, quæ conferuntur Eccleſiæ, portionem, nec eam videantur abiicere, quia non poſſunt ſua relinquere, quòd eis deforme*

[a] Lib. 2. in Chrodegang. Ep. 37.

* ſe iure.

AN. CH. 757. PIPPINI R. 6.

ſit inter ſuos, pauperes teddi, nouerint eſſe deformius poſſeſſuros de eleemoſynis pauperum paſci. Hoc enim prouidendum eſt, vt non grauetur mater Eccleſia, quam conſtat quotidie ſubuentioni pauperum, viduarúmque, atque orphanorum, ſimúlque egentium, Canonum iuſſione conſtrictam, debere eſſe ſemper intentam. Igitur quicumque ſe ad hunc ordinem Canonicum, quem modò vtcumque recuperare cupimus, ſicut in paruulo decretulo, quod digeſſimus, intimauimus, ſe ſociare voluerit, & de rebus, quas habet, ſolemniter Donatione per præſentem donet ad Eccleſiam beati Pauli ad opus Dei vel Clericis ibidem deſeruientibus, faciat & precariam, ſi ita ei placuerit, exinde ab Epiſcopo accipiat, in ea ratione, vt, dum aduiuet, ipſas res
*vſufructuario ordine habeat, & poſt obitum * eius cum omni integritate* [* obiectum]
omnique ſuperpoſito ad Eccleſiam cui datæ fuerint, vel ipſius Congregationis ipſas res, abſque vllius conſignatione vel expectata traditione reuertantur. Et liceat ei de omni mobili ex ipſis rebus, quamdiu viuit, & in ipſo ordine conſiſtit, eleemoſynas tam in pauperes quàm ad ipſam Congregationem, quàm etiam vbicumque voluerit, facere, & neceſſitates ſuas explere. Et, ſi aliquod de ipſo mobili poſt obitum eius ſuperfuerit, media pars in eleemo-
*ſyna eius * in pauperes vel promiſſas eius, aut vbi voluerit, ambulet, Archi-* [* eis]
*diacono aut Primicerio, vel cui ipſe viuens rogauerit, diſpenſante; & illa * me-* [* id eſt, alia]
dia pars in ipſius eleemoſyna ad Clerum vel ad ipſam Congregationem reuertatur. Et ipſi Clerici de ipſis rebus, quas in precarias habent, neque de terris, neque de vineis, aut ſyluis, pratis, domibus, ædificiis, mancipiis, accolabus, vel quibuſlibet rebus immobilibus, minuendi, aut vendendi; aut communicandi poteſtatem non habeant, excepto, vt diximus, de illa fructa ſiue vſufructu, *vel quod ibidem laborare potuerint, viuentes faciant quod voluerint. Quòd ſi contigerit ſuadente diabolo, vt aliquis ex his fratribus, qui ipſas res per pre-*
*carias habuerint, in aliquod * crimen graue aut leue incidat, pœnitentiam iux-* [* aliquo crimine]
ta quod Epiſcopus ei iudicauerit agat, tamen de rebus, quas per precarias poſſidet, expoliatus pro hac re eſſe non debeat. Si quis autem eodem modo, quo ſuprà inſtituimus, ad hanc Congregationem tam vnus ex Abbatibus noſtris quàm
*quilibet ex * extraneis Clericis ſe ſociare deſiderauerit, eo tenore, vt alij fra-* [* &]
tres fecerunt, faciant. Quòd ſi alter fuerit, qui ſe eis voluerit ſociare, & om-
*nia ad integrum perfectionis gratiâ derelinquere, Epiſcopus prouideat ei * neceſ-* [* eis]
ſaria, qualiter opus bonum, quod Deo inſpirante cœpit, adimplere valeat.

LXIX. Caput tricesimum-ſecundum inſcribitur *de eleemoſynis*. Huic valdè conformia ſunt in manuſcripto Codice capita quadrageſimum & quadrageſimum-primum, vt in editione Dacheriana capita quadrageſimum-ſecundum & quadrageſimum-tertium, quorum prius eſt *de eleemoſynis accipiendis*, poſterius *de menſura Sacerdotibus de eleemoſynis accipiendis facienda*, ſiue *de eleemoſynis menſuratè à Sacerdotibus accipiendis*. Sic autem decernit Chrodegangus. *De eleemoſynis accipiendis ita conſtituimus, vt ſi aliquis vni Sacerdoti pro Miſſa ſuo, vel pro Confeſſione, aut infirmitate, ſeu pro quolibet choro ſuo aut viuente aut mortuo aliquid in eleemoſyna dare voluerit, hoc Sacerdos à tribuente accipiat, & exinde quod voluerit faciat. Si autem ad omnes Sacerdotes ſub tali conditione, ſeu pro quolibet modo aliquid in eleemoſyna dare voluerit, hoc omnino tam ad omnes Sacerdotes quàm ad omnes Canonicos veniat; & omnes hanc eleemoſynam communem habeant. Similiter & illa eleemoſyna, quæ in commune ad omnem Clerum veniunt, omnes in commune habeant, & Pſalmodiam vel Miſſas pro ipſis eleemoſynis, vt Epiſcopus inſtituerit, faciant. Ideo autem menſuram Sacerdotibus de eleemoſynis recipiendis*
*ad opus proprium fecimus, quia nimis * graue pondus exiſtimauimus eis eſſe;* [* animis]
ſi tam ingentia onera peccantium ſolis illis Sacerdotibus contingeret portare, quia faciliùs Dei miſericordiam plures impetrant pro peccatoribus, quàm vnus, quamuis ſtudioſus, & vnuſquiſque de propria conſcientia debet metuere, quantò magis de alienis peccatis non debet ſibi ſupra vires ſarcinam peccatorum cumulare.

mulare. Sequens periodus nec in manuſcripto Codice nec in editione Dacheriana legitur. *Has eleemoſynas Archidiaconus aut Primicerius recipiant, & in neceſſitatibus fratrum, vt eis opus fuerit, & Epiſcopus iudicauerit, ipſas expendant; &, ſi aliquid exinde ſuperfuerit, in veſtiariis fratrum recondant.*

Caput tricesimum-tertium, *diebus Dominicis vel feſtiuitatibus Sanctorum, qualiter* Canonici *ad Capitulum ſeu ad Miſſam occurrant*, ſic edocet. *In diebus Dominicis vel feſtiuitatibus Sanctorum, aut quando iuſſerit Pontifex, vel qui ſub eo ſunt, mane poſt Primam cantatam omnes induantur veſtimenta, officiales cum planetis, ſicut ordo Eccleſiaſticus habet, & ſint parati, & abſque mora ad officium cum feſtinatione occurrant. Vt autem auditum fuerit primum ſignum, omnes ad Capitulum veniant, & auditâ lectione, ſub vno accedant ad Eccleſiam, & facto ſecundo ſigno cantent Tertiam, & reſidentes in ordinibus ſuis expectent Pontificem ſicut mos eſt Romana Eccleſia; & nullus poſteà exinde ordine ſuo exeat, vſque dum omnia expleuerit, niſi qui cum Pontifice comitantur in obſequio, aut illi, qui in aliqua vtilitate occupati fuerint, ſi talis eſt, quod omnino non poſſit dimitti, & hoc innoteſcant Epiſcopo, vel qui ſub eo ſunt. Si quis de Clero de quolibet ordine, tam Sacerdotum, quàm Diaconorum, aut Subdiaconorum, vel Acolytorum, tunc praſens non fuerit paratus, vt officium ſuum impleat, & aliqua negligentia vel retardatio per ipſum acciderit, niſi ob cauſam grauis infirmitatis, in craſtino à vino vel potu priuetur; ſi autem per deſidiam aut contemptum iterauerit, ab Epiſcopo vel qui ſub eo ſunt acriùs coerceatur, itaut ceteri timorem habeant. Nam reliquis diebus ad Capitulum, vt ſuprà in iſto tenore*, capite videlicet octauo, *præfiximus*, *ita veniant. Si autem ſtatio publica fuerit per illas Eccleſias forenſes, & fratres ibidem vigiliam celebrauerint, peractâ vigiliâ cum omni decore mane reuertant in clauſtra, vt omnino ad Capitulum veniant: ſi autem negligens retardauerit, & ad Capitulum non fuerit, primâ & ſecundâ vice pro hoc caſtigetur: ſi autem non emendauerit, illâ die quando ad Capitulum non venerit, à vino abſtineat vſque in craſtinum.* Hoc caput, & quod proximè ſequitur de Matriculariis, abſunt à Codice manuſcripto & ab editione Dacheriana. LXX.

Caput tricesimum-quartum non pertinet ad Canonicos ſed ad Matricularios Eccleſiarum, cùm Cathedralis, tum ſuburbanarum, quibus præcipit Chrodegangus, vt ad publicam veniant ſtationem, & in Domo, id eſt, in Eccleſia Cathedrali verbum Dei ſeu lectionem diuinam audiant. Eccleſiæ enim Cathedrales in multis prouinciis Domus * nuncupantur, & Michael Antonius *Frances* de *Vrrutigoyti* Cæſarauguſtanus * Archidiaconus in Tractatu de Eccleſiis Cathedralibus, capite decimo-quinto, vbi de variis Eccleſiarum Cathedralium nominibus agit, illam appellationem non diſſimulat, ex eóque profectam cenſet, quòd ſicut *Palatium* abſque alia expreſſione per excellentiam de Principis habitaculo intelligitur, ita Domus Domini, quæ eſt Eccleſia Cathedralis & Palatium ſupremi Principis ac Domini Dominantium, ſatis per *Domum* ſimpliciter ſignificatur. Titulus, qui ſanctioni præfigitur, eſt *de matricolariis, vt ad lectionem diuinam audiendam veniant in ſtatuta Eccleſia in Domo.* Sequitur conſtitutio. *Dum de corrigenda vita Clericorum & Canonicorum rebus perneceſſariis, vt nobis iuxta mediocritatem noſtram & capacitatem ſensûs per Dei adiutorium viſum fuit, deſcripſimus, venimus ad matricolarios tam Domi quàm & in ſuburbanis quia non ſecundùm inſtitutionem antiqua Eccleſia eorum eſſet conuerſatio, ſed ſub magno quodam periculo & negligentia, &, vt ita dixerim, abſque prædicatione & confeſſione erant in quadam ſecuritate poſiti, neque ad Domum ad ſtationem publicam ad audiendum verbum Dei veniebant, neque in reliquis ſtationibus, ſed erant omnes ſedentes vnuſquiſque in loco ſuo. Propterea vnà cum conſenſu fratrum ſpiritualium conſtituimus, vt bis in menſe per totum annum de quatuordecim in quatuordecim dies in Sabbato omnes Matricularij, tam* LXXI.

* Le Dome.

* De Saragoce.

AN. CH. 757. PIPPINI R. 6.

qui in Domo ſunt, quam illi, qui per ceteras Eccleſias infra ciuitatem, vel vlcis, matriculas habent, ad conuentum ſtatutum omnes in Eccleſia in Domo veniant, mane primo expectantes in ordinibus ſuis, vſque dum ſignum pulſauerit hora Tertia. Tunc veniens Epiſcopus, ſi in aliis vtilitatibus occupatus non fuerit, & iubeat legere lectionem de tractatibus, vel homilias Sanctorum Patrum congruas, quæ ædificent audientes, & doceat eos viam ſalutis, qualiter ad vitam æternam, Deo auxiliante, perueniant. Dictâ Tertiâ, ſi Epiſcopus non venerit, tunc Presbyter cuſtos Eccleſiæ Sancti Stephani in vices illius iuxta capacitatem ſuam & legat & doceat eos viam ſalutis, & videat omnino Presbyter, vt horâ conſtitutâ, ſi Epiſcopus ibidem non venerit, non prætereat, vt hoc adimpleat, quod hic ſcriptum eſt, & ipſi Presbytero confeſſiones ſuas bis in anno faciant ipſi Matricularij, vnâ vice in Quadrageſima, aliâ in Miſſa Sancti Remedij vſque in tranſitum Sancti Martini. Et, ſi ſuadente Diabolo aliqua vitia, ſcandala inter eos orta fuerint, vt neceſſe ſit confeſſionem ſuam dare, qui hoc perpetraverit, in proximo conuentu, vbi lectionem audiunt, finitâ lectione faciat confeſſionem ſuam puriter ipſi Presbytero, & ſi ipſe non vult confiteri peccatum ſuum, & hoc celauerit, & ſi per alium inuentum fuerit, ille qui delictum abſcondit, à Presbytero qui eis verbum Dei annunciat, ſecundùm modum culpæ, aut excommunicetur, aut corporali vindictæ ſubdatur. Et per ſingulas matriculas ſit Primicerius matricularum de ipſis, qui ſuper eas curioſè agat; &, ſi aliquis ex ipſis celare voluerit ſcelera ſua, & Primicerius ipſorum hoc inueſtigare potuerit, nullatenus abſcondat Presbytera, qui eis lectionem legit; &, ſi fecerit ſimiliter ille qui hoc cammiſerit, ab ipſo Presbytero iudicandus eſt; &, ſi hoc ipſe Presbyter per ſe emendare non potuerit, innoteſcat Archidiacono, vel Primicerio, vt ipſi hoc corrigant ratianabiliter ſecundùm modum culpæ, &, ſi opus fuerit, in notitiam Epiſcopi veniat, vt ipſe hoc emendet. Vt diximus, omnes omnina Matricularij ſtatutis diebus ad lectionem veniant, & neceſſitates ſuas tam animæ quàm corporis ipſi Presbytero patefaciant, & ipſe hoc aut per ſe emendes, aut Priores ſuos innoteſcat .... Et, ſi aliquis de ipſis Matriculariis remanſerit, qui non venerit ad lectionem, niſi infirmitate cogente, corripiatur ſemel & ſecundò, &, ſi non emendauerit, excommunicetur; & ſi ampliùs hoc ex contemptu fecerit, eiiciatur de matricula, & alius, qui verbum Dei vult audire, mittatur in loco ipſius. Et conſtituimus eis, vt in eleemoſyna noſtra, vel ſucceſſorum noſtrorum de Domo accipiant omni tempore, quando ad illam lectionem audiendam venerint, ſinguli ſingulos panes, & portionem de lardo illâ vnâ vice, illâ aliâ vice portionem de formatico, per totum annum ſic faciant, vt diximus, qui ibidem de ipſis Matriculariis venerint. Et in Quadrageſima duas vices accipiant vinum cum pane inter quatuor ſextarium vnum. In Cœna Domini accipiant vinum cum pane ſupradictâ menſurâ, & portionem de lardo, & formatico. Et conſideravimus quòd octo modia de pane cocto ad vnamquamque vicem ad hoc habeat, & illâ vice quando lardum debent accipere, accipiant baccones ſex; & quanda formaticum accipiunt, in vnaquaque vice penſa vna. Hoc colligit de frumento per annum modia CC. de illo frumento ſit qui de Warmacinſe venit, & accipiat illud, quando exinde venit. De lardo baccones LX accipiat ipſis Kal. Ianuar. De formatico penſas XII accipias ipsâ Miſſâ Sancti Martini. De vino modia XXIV accipiat ipsâ Miſſâ Sancti Martini. Et hoc totum accipiae Archidiaconus, vel Primicerius, & videant quòd hoc ſic diſpenſent, qualiter Deo placeat, & conſtitutum habemus. Et merces noſtra, vel ſucceſſorum noſtrorum, vel qui hoc faciunt, exinde decreſcat, & ad ligna comparandum, vnde ipſum panem faciant, donet Epiſcopus de denariis vncias duas & dimidiam Kal. Maias. Et, ſi aliquid ſuperauerit de hoc, quod ſuperiùs diximus, aliis pauperibus, cui neceſſe eſt, Archiepiſco-

AN. CH. 757. PIPPINI R. 6.

pus, vel Primicerius, aut cui iuſſerint, tribuat. Chrodegangus Archiepiſcopi meminit, quia ſe Metenſem Archiepiſcopum dicebat, vt alij quidam Metenſes Epiſcopi præſtiterunt, de quibus infrà.

LXXII. Vixit Chrodegangus ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-ſextum, obiítqne pridie Nonas Martij, labente tum Pippini Regis anno decimo-quarto. De tempore, quo Regulam Canonicorum edidit, nibil determinatè ſtatui poteſt, niſi quòd illam regnante Pippino ſcripſerit, poſtquàm Româ reuerſus eſſet, vbi vigebat antiquior Canonicorum Regula, quam ſummoperè laudauit, & Clero ſuo ſtuduit accommodare. Captâ occaſione, quòd hoc anno Priuilegium Monachis Gorzienſibus in Synodo Compendienſi conceſſerit, eidem Priuilegio Regulam Canouicotum proximè ſubiunximus.

LXXIII. SYNODVS CONPENDIENSIS. Quod attinet ad Synodum Compendienſem, quam hoc anno celebratam fuiſſe iam diximus, Canones illius duodeuiginti publicauit Iacobus Sirmondus ex Metenſi Codice, pleroſque ſuæ inſeruit Collectioni Regino. Sunt autem omnes fetè de mattimonio, & in illis conſulenda ſæpè obſeruatio, quam Synodo Vermerienſi præmiſimus. Vtrobique enim præuio culparum examine, quas vel maritus vel vxor commiſit, Patres non ſemel decernunt, vtrùm vir, ſi coniugi ſuperſit, aliam ducere; ſimiliter vtrùm vxor, ſi viro ſuperſit, alteri legitimè poſſit nubere. Georgius Epiſcopus & Ioannes Sacellarius, quos Stephanus Papa Pippino Regi pet literas anno priori recitatas commendarat, Synodo apud Compendium interfuerunt. Id conſtat ex vndecimo Canone, cui Georgius Epiſcopus Romanus, id eſt, Epiſcopus Româ, miſſus à Papa, & Ioannes Sacellarius conſenſiſſe ſic dicuntur. *Conſenſerunt Georgius Epiſcopus Romanus & Ioannes Sacellarius.* Singulos Canones nunc inſpiciamus.

LXXIV. EIVS DECRETA. Primo Canone, coniuges in quarto conſanguinitatis gradu non ſeparantur; in tertio autem, vel ex tertio & quarto mixti ſeparantur. *Si in quarta progenie reperti fuerint coniuncti, non ſeparamus; in tertia verò ſi reperti fuerint, ſeparentur. Et eos, qui vnus in quarta, alius in tertia ſibi pertinent, & coniuncti inueninntur, ſeparamus.*

LXXV. Secundo Canone idem quod primo ſtatuitur aduerſùs eos, qui in tertio affinitatis gradu, vel in tertio & quatto coniuncti ſunt, additúrque inſuper, vt alteri ſuperſtes nouum matrimonium contrahendi licentiam non habeat. *Si duo in tertio loco ſibi pertinent, ſiue vir, ſiue fæmina; aut vnus in tertio & alter in quarto; vno mortuo, non licet accipere vxorem eius: & ſi inventi fuerint, ſeparentur: vna lex eſt de viris, & de fæminis.*

LXXVI. Tettio Canone vxorem, quæ ſine viri ſui conſenſu velata eſt, vir repetere poteſt, ſi velit. *Mulier, ſi ſine commeatu viri ſui velum in caput miſerit, ſi viro placuerit, recipiat eam iterum ad coniugium.*

LXXVII. Quarto Canone declaratur, quòd priuigna libera, ſi à vitrico contra ſuam ſuorúmque voluntatem viro data eſt, illo relicto poteſt alteri nubere. *Si quis francam filiaſtram ſuam, contra voluntatem ipſius, & matris, & parentum, dederit viro ingenuo, aut ſeruo, vel Eccleſiaſtico, & illa noluerit habere ipſum, & reliquerit eum; poteſtatem habent parentes ipſius dare ei alium maritum: &, ſi ipſa alium habet, quem poſteà accepit, non ſeparentur.* In hoc Canone *Eccleſiaſticum* interpretare ſeruum Eccleſiæ, vel vnum ex infimis Eccleſiæ miniſtris, quibus licitum matrimonio coniungi.

LXXVIII. Quintus Canon eſt de coniugibus, qnorum alter ſeruilis eſt conditionis. *Si francus homo accepit mulierem, & ſperat quòd ingenua ſit; & poſteà inuenit quòd non eſt ingenua, dimittat eam ſi vult, & accipiat aliam. Similiter ſi fæmina ingenua accepit ſeruum, & ſciebat tunc quòd ſeruus erat, habeat interim quo viuit: vna lex eſt de viris & fæminis.*

AN.CH. Sextus Canon eſt de vaſſallo, qui relictâ vxore, quam in alterius bene-
757. ficio duxerat, alteri apud ſeniorem ſuum coniungitur. *Homo francus acce-*
PIPPINI *pit beneficium de ſeniore ſuo, & duxit ſecum ſuum vaſſallum; & poſteà fuit ibi*
R. 6. *mortuus, & dimiſit ibi ipſum vaſſallum: & poſt hoc accepit alius homo ipſum*
LXXIX. *beneficium; & pro hoc vt meliùs potuiſſet habere illum vaſſallum, dedit ei mulierem de ipſo beneficio, & habuit ipſam aliquo tempore: & dimiſsâ illâ reuerſus eſt ad parentes ſenioris ſui mortui, & accepit ibi vxorem, & modò habet eam, diffinitum eſt, quòd illam, quam poſteà accepit, ipſam habeat,* id eſt, ipſam dimittere non teneatur, poſito quòd mortua ſit ea, quam priùs duxit.

LXXX. Septimus Canon eſt de viro, qui vxorem, quam virgo duxit, corruptam inueniens, alteram ducit, & hac item ob eandem cauſam relictâ, tertiam accipit. *Si quis vxore acceptâ inuenit eam à fratre ſuo contaminatam, ipſam dimittens accepit aliam, ipsámque contaminatam inuenit, vxor illius legitima eſt, propterea quia nec ipſe virgo fuit illo tempore. Quòd ſi tertiam poſteà acceperit, reuertat ad medianam; & ipſa poſterior poteſtatem habeat alio viro ſe coniungere.*

LXXXI. Octauus Canon eſt de viro, cuius vxor cum ipſius fratre mœchata eſt. *Si quis homo habet mulierem legitimam, & frater eius adulterauit cum ea, ille frater, vel illa fœmina, qui adulterium perpetrauerunt, interim quo viuunt nunquam habeant coniugium. Ille, cuius vxor fuit, ſi vult, poteſtatem habet accipere aliam.* Apud Yuonem, qui Canonem hunc allegat octauâ parte [a] de tranſgreſſione coniugij, pars hæc poſterior, *ille cuius vxor fuit, ſi vult, poteſtatem habet accipere aliam*, non inuenitur, legitur autem in Capitulis [b] Regum Francorum, ſicque videtur interpretanda, vt ille, cuius vxor fuit, eâ mortuâ poteſtatem habeat aliam ducendi, ſi velit, eóque modo melior ſit illius viri conditio quàm mulieris adulteræ, & eius qui cum illa commiſit adulterium. Horum enim, quia perpetrauerunt adulterium, neuter coniugium inire poteſt, etiamſi ſuperſtes alteri viuat.

[a] Cap. 256.

[b] Lib. 5. c. 19.

LXXXII. Nonus Canon eſt de eo, qui à Presbytero non baptizato baptizatus eſt. *Si quis baptizatus eſt à Presbytero non baptizato, & Sancta Trinitas in ipſo Baptiſmo inuocata fuerit; baptizatus eſt, ſicut Sergius Papa dixit. Impoſitione tamen manuum Epiſcopi indiget. Georgius Epiſcopus Romanus, & Ioannes Sacellarius ſic ſenſerunt*: Hic Georgius *Epiſcopus Romanus* non ideò dicitur, quòd Papa ſit & Epiſcopatum Romanum gerat, ſed quòd Româ in Franciam cum Ioanne Stephani Papæ Sacellario directus ſit ab eodem Papa, vt dictum ſuprà.

LXXXIII. Decimo Canone Synodus vetat, ne, poſt vxoris legitimæ mortem, aliam ducat pater, qui filij ſui ſponſam oppreſſerit, quam poſteà filius acceperit. Vetat quoque, ne eadem fœmina, poſtquàm ſeparata fuerit, alteri nubat. Liberum autem innocenti filio relinquit, vt aliam vxorem ducat, ſi velit. *Si pater ſponſam filij ſui oppreſſerit, & poſteà filius ipſam acceperit, pater eius poſteà non habeat vxorem, & ipſa fœmina non habeat virum, quia non dixit, quòd pater eius cum ipſa manſiſſet: filius verò eius, qui neſciens fecit, accipiat mulierem legitimam.*

LXXXIV. Vndecimus Canon eſt de muliere, quæ velum accepit. *In qualicumque modo mulier velum acceperit, in eo permaneat, nec dimittat. Conſenſerunt Georgius Epiſcopus Romanus & Ioannes Sacellarius.* Hic Canon intelligitur de muliere, quæ non eſt alligata viro, liberámque capiendi veli facultatem habet, vxorem enim, quæ ſine conſenſu viri ſui velata eſt, vir repetere poteſt ſi velit, vt Canone tertio definitum eſt ſuprà.

LXXXV. Duodecimus Canon eſt de eo, qui filiaſtrum aut filiaſtram ante Epiſcopum ad Confirmationem tenuit. *Si quis filiaſtrum aut filiaſtram ante Epiſcopum ad Confirmationem tenuerit, ſeparetur ab vxore ſua & alteram non accipiat. Similiter fœmina alterum non accipiat. Georgius conſenſit.*

Decimo-tertio Canone vir, qui coniugem ſuam dimiſit, & in Monaſterium ingredi aut velari permiſit, eâ mortuâ poteſt aliam ducere; ſimiliter & mulier quæ virum ſuum in Monaſterium ingredi permiſit, eo mortuo poteſt alteri nubere. *Si quis vir mulierem ſuam dimiſerit, & dederit commeatum pro Religionis cauſâ infra Monaſterium deſeruire, aut foras Monaſterium dederit licentiam velare, ſicut diximus, propter Deum, vir illius accipiat mulierem legitimam. Similiter & mulier faciat. Georgius conſenſit.* AN. CH. 757. PIPPINI R. 6. LXXXVI.

Decimus-quartus Canon eſt de eo qui cum matre & filia mœchatus eſt. *Si quis cum matre & filia in adulterio manſit, neſciente matre quòd cum filia ſua manſiſſet, ſimiliter & filia neſcinit quòd cum matre ſua eſſet; poſteà ille vir ſi acceperit vxorem, dimittat, vſque in diem mortis ſuæ non habeat vxorem: & illa mulier, quam reliquerit, accipiat virum: & illa mater & filia, cum quibus in adulterio manſit, ambabus neſcientibus, quòd cum matre & filia manſiſſet, habeant viros. Nam ſi in notitiam illarum venerit hoc ſcelus, dimittant maritos, & agant pœnitentiam, & illarum mariti poſteriores accipiant vxores.* Hunc Canonem breuiùs clariúſque ſic edidit Gratianus [a]. *Si quis cum matre & filia fornicatus eſt, ignorante matre de filia, & filiâ de matre, ille numquam accipiat vxorem: illæ verò, ſi voluerint, accipiant maritos. Si autem hoc ſcierint ipſæ fœminæ, abſque maritis perpetuò maneant.* LXXXVII.

[a] C. 35. q. 2. cap. 5.

Decimo-quinto Canone eadem pœna decernitur aduersùs eum, qui cum vna ſororum mœchatus alteram in vxorem ducit. *Similiter & de duabus ſororibus; qui cum vna in adulterio manſit, & alteram in publico accepit, non habeat mulierem vſque in diem mortis; & illæ duæ ſorores, ſi neſcierunt, habeant maritos; &, ſi in notitiam eis venit, ſuperiorem formam ſeruent.* LXXXVIII.

Decimus-ſextus Canon eſt de leproſis. *Si vir leproſus mulierem habeat ſanam, ſi vult ei donare commeatum, vt accipiat virum, ipſa fœmina, ſi vult, accipiat. Similiter & vir;* id eſt ſimiliter & vir ſanus, ſi mulierem habet leproſam, & ea vult illi donare commeatum vt accipiat fœminam, fœminam, ſi vult, accipiat. LXXXIX.

Decimo-ſeptimo Canone, quia mulier negat ſibi fuiſſe cum marito commercium, & maritus contrà fuiſſe adfirmat, Synodus decernit aſſertioni viri ſtandum eſſe, quia caput eſt mulieris. *Si quis accepit mulierem, & habuit ipſam aliquo tempore, & ipſa fœmina dicit quòd non manſiſſet cum ea, & ille vir dicit quòd ſic fecit; in veritate viri conſiſtat, quia caput eſt mulieris. De muliere, quæ dicit, quòd vir ſuus ei commercium maritale non reddidit, Georgius conſenſit.* XC.

Poſtremus Canon eſt de iis, qui propter inimicitias in alias regiones fugiunt dimiſſis vxoribus. *Si qui propter faidam fugiunt in aliam patriam, & dimittunt vxores ſuas, nec illi viri, nec illæ fœminæ accipiant coniugium. Georgius conſenſit.* Porrò faida ſeu feida non quælibet eſt inimicitia, ſed grauis, eáque potiſſimùm, quæ oritur ex homicidio, pérque cognationes hinc inde diffunditur, conſanguineis eius, qui interfectus eſt, vltionem repoſcentibus, & conſanguineis eius, qui interfecit, collaborantibus ne quid detrimenti capiat. In multis prouinciis, quæ Meroueadis Regibus, deinde Pippino paruerunt, olim homicidia non Iudicis ſententiâ, ſed dextrâ & furore conſanguineorum eius, qui interfectus fuerat, pœnas pro arbitrio depoſcentium, luebantur. Latæ à Regibus pleræque leges, vt homicidæ ſi non vltimo ſupplicio, ſaltem mulctâ pecuniæ plecterentur, vnde dicti faidam componere, qui de ſoluenda pecuniæ mulcta cum interfecti conſanguineis conuenerunt, &, quoniam pecuniaria illa mulcta vocata eſt Wera, vſurpata quoque Werefaccio pro homicidio. XCI.

Poſt octodecim hoſce Canones, in Codice Metenſi, quem Sirmondus conſuluit, tres alij ſequuntur, quos teſte Holſtenio habet etiam attribuítque Synodo Compendienſi Codex Palatinus in Bibliotheca Vati- XCII.

AN.CH 757. PIPPINI R. 6.

cana. Leguntur & tres hi Canones proximè poſt decimum-octauum Compendienſem in Capitularibus [a] à Benedicto Leuita collectis. Ideóque hîc tanquam ſuo in loco à nobis ponuntur. Dno priores ſunt de inceſtis. Primus ſic habet. *Si homo inceſtum commiſerit de iſtis cauſis, de Deo ſacrata, aut commatre ſua, aut cum matrina ſpiritali de fonte & confirmatione Epiſcopi, aut cum matre & filia, aut duabus ſororibus, aut cum fratris filia, aut ſororis filia, aut nepte, aut cum conſobrina atque ſobrina, aut cum amita vel matertera. De his criminibus pecuniam ſuam perdat ſi habet, & ſi emendare ſe noluerit, nullus eum recipiat, nec cibum ei donet; &, ſi hoc fecerit, LX ſolidos Domno Regi componat, vſquedum ſe ipſe homo correxerit; &, ſi pecuniam non habet, ſi liber eſt, mittatur in carcerem vſque ad ſatisfactionem; ſi ſeruus aut libertus eſt, vapuletur plagis multis; & ſi Dominus ſuus permiſerit eum amplius in tale ſcelus cadere,* id eſt, inceſtuoſum recipere, vel cibum ei donare, *ipſos LX ſolidos Domno Regi componat.* Secundus ſic habet. *De Eccleſiaſticis verò qui ſupradicta facinora commiſerint, ſi bona,* id eſt, honorabilis, *perſona fuerit, perdat honorem ſuum: minores verò vapulentur, aut in carcerem recludantur.* Tertius eſt de Preſbyteris & Clericis ad Synodum per Archidiaconum conuocandis. *De Presbyteris & Clericis ſic ordinamus, vt Archidiaconus Epiſcopi eos ad Synodum commoneat vnà cum Comite, &, ſi quis contempſerit, Comes eum diſtringere faciat, vt ipſe Presbyter aut defenſor ſuus, LX ſolidos componat, & ad Synodum eat, & Epiſcopus ipſum Presbyterum vel Clericum iuxta Canonicam auctoritatem diiudicari faciat. Solidi verò LX de ipſa cauſa in Sacellum Regis veniant. Et, ſi aliquis per violentiam Presbyterum, aut Clericum, aut inceſtuoſum contradixerit, tunc Comes ipſam perſonam per fideiuſſores poſitam ante Regem faciat vnà cum Miſſo Epiſcopi venire, & Domnus Rex diſtringat, vt ceteri emendentur.*

[a] Lib. 5. cc. 7. & ſeqq.

XCIII. Non deſunt, qui Synodum quandam Metis habitam ſub Pippino Rege contendant, eique attribuant octo Canones. At vt tres priores proximè recitatos Synodo Compendienſi, ſic & quinque poſteriores in eodem Palatino Codice Synodo Vernenſi Lucas Holſtenius adſcribi teſtatur. Lege quæ ſuo loco de Concilio Vernenſi dicta ſunt ante biennium.

XCIV. PAVLVS PONTIFEX ELECTVS. Cùm Sedes vacaſſet dies triginta-duos poſt obitum Stephani Papæ, Paulus illius frater creatus eſt Pontifex. Iiſdem diebus Romam venit Immo à Pippino Rege illuc miſſus. Paulus, qui tum Diaconus erat, Immonem Romæ ſtatuit detinere, donec ipſe ordinaretur Epiſcopus, atque Apoſtolicam benedictionem perciperet. Interim tamen his ad Pippinum literis [b] electionem ſuam ſignificavit, tantique Regis amicitiam & auxilium ſic expetiit. AMICITIAM PIPPINI PER LITERAS POSCIT. *Domno Excellentiſſimo filio Pippino, Regi Francorum, & Patricio Romanorum, Paulus Diaconus, & in Dei nomine electus Sanctæ Sedis Apoſtolicæ cum graui gemitu & immenſo mærore cordis. Innoteſcimus à Deo protectæ Excellentiæ tuæ, potentiſſime victor Rex, Dei vocatione de hac luce ad æternam requiem eſſe ſubtractum Sanctæ recordationis Dominum & germanum meum Stephanum Papam, in cuius etiam tranſitu & ipſi lapides, ſi dici poteſt, nobis conflentes lacrymauerunt. In cuius Apoſtolatûs ordinem à cuncta populorum caterua mea infelicitas electa eſt, & dum hæc agerentur, conuenit Romam Immo Chriſtianiſſimæ Excellentiæ tuæ Miſſus, & cum eo loquentes, vnà cum noſtris Optimatibus, aptum preſpeximus eum hîc detineri, donec, Dei prouidentiâ, ſacrâ Apoſtolicâ benedictione illuſtrati fuiſſemus, & tunc pleniùs ſatisfactus de noſtra vel cuncti populi puritate & dilectione, quam erga tuam benigniſſimam Excellentiam & cunctam gentem Francorum gerimus, eum ad vos repedandum, cum noſtris Miſſis Apoſtolicis abſolueremus. Quoniam nos pro certo agnoſcas, Excellentiſſime & à Deo protecte noſter poſt Deum auxiliator & defenſor Rex, quòd*

[b] In Cod. Carol. ep. 13.

AN. CH. 757. PIPPINI R. 6.

firmi & robuſti vſque ad animam & ſanguinis noſtri effuſionem, in ea fide & dilectione, & caritatis concordia, atque pacis fœdere, qua præfatus beatiſſima memoria Dominus & germanus meus ſanctiſſimus Pontifex vobiſcum confirmauit, permanentes, & cum noſtro populo permanebimus vſque in finem. Vnde & indeſinenter extenſis palmis ad cælum pro vita incolumitate Excellentia tuæ atque dulciſſimorum filiorum & Excellentiſſima Reginæ ſoſpitate, Domini Dei noſtri exoramus clementiam, vt ſemper tuum auxilium & firmiſſima protectio extendatur ſuper nos. Incolumem Excellentiam tuam gratia ſuperna cuſtodiat.

XCV. Tunc apud Turonos inſignia florebant Monaſteria, Maius & Martinianum. Martiniano præerat Wulfardus Abbas, de quo ſermonem non ſemel faciemus. Maiori præerat Robertus, quantùm ex Abbatum Catalogo colligere poſſumus, poſt Hamticum enim, quem anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo ſuperſtitem diximus, enumerantur Robertus, Alexander, Bertharius, Gandegiſilus, aliíque ſolis nominibus noti. Pippinus auditâ Pauli electione gratulatus eſt ei Pontificatum, & per Wulfardum iam laudatum Sancti Martini Turonenſis Abbatem tranſmiſit ſabanum, ſeu linteum illud, quod Giſlanæ iamiam baptizatæ tegumentum præbuerat. Hoc Paulus frequente populo inter Miſſarum ſolemnia iuxta corpus beatæ Petronillæ depoſuit, gauiſúſque eſt haud ſecus ac ſi præſens Regiam puellam è ſanctiſſimo lauacro ſuſcepiſſet. Abhinc Pippinum compatrem, Bertradam Reginam commatrem, Giſlanam ſpiritalem ſuam filiam dixit. Teſtes hæ literæ [a], quas Pippino per eundem Wulfardum deferendas curauit. *Domno Excellentiſſimo filio, & noſtro ſpiritali compatri, Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum, Paulus Papa. Lator præſentium literarum ſolertiſſimus Wulfardus, Eximietatis veſtræ fideliſſimus, plenas iocunditate nobis attulit literas, quas & cum ingenti lætitia mancipantes atque lectioni reſerantes, magnâ exultatione ouantes, releuati ſumus; agnito ſcilicet per eas præfulgida Excellentia veſtræ dilectionis affectu erga Apoſtolicam Sanctam Romanam Eccleſiam, atque fautorem veſtrum cælorum Regni Ianitorem, Principem Apoſtolorum, Beatum Petrum, à vobis exhibito. Qua de re inges Omnipotenti Deo efficaciùs grates perſoluimus profectò, dum tam præcipuum fortiſſimúmque virorum his in diebus ſancta ſua contulit Eccleſia tutorem. Intereà, Chriſtianiſſime Dei prouidentiâ victor Rex, gemina feſtiuitatis peregimus gaudia, in eo quòd optata cordis adepti deſideria in vinculo ſpiritalis fœderis pariter ſumus aduexi. Præfatus nempe ſodalitatis veſtræ illuſtris Miſſus pretioſiſſimum nobis ſuperna gratia munus attulit, ſabanum videlicet, in quo noſtra dulciſſima atque amantiſſima ſpiritalis filia, ſacratiſſimo lauacro abluta, ſuſcepta eſt, quem & cum magna iocunditate, aggregatâ populi coherte, infra aram ſacrati corporis auxiliatricis veſtræ beatæ Petronillæ, quæ pro laude æterna memoriæ nominis veſtri nunc dedicata dinoſcitur, celebrantes Miſſarum ſolemnia, cum magno gaudio ſuſcepimus, & per allatum eundem ſabanum, eam tamquam præſentaliter nos ſuſcepiſſe gaudemus. Vnde quia amor fidei veſtrum benignum igniuit cor, nobis per vinculum ſpiritalis fœderis adhærendum, iuxta quod Domno & germano meo beatæ recordationis ſanctiſſimo Stephano Papa ſpopondiſtis, magnas gratiarum actiones à Deo protecta Excellentia veſtræ perſoluimus, implorantes crebrò diuinam miſericordiam, vt longæuis vos ac proſperis in ſolio Regni conſeruans tueatur temporibus, & magno gaudio de ipſius ſpiritalis noſtræ filia perfecta ætate vos iocundari permittat, ad exaltationem Sanctæ ſuæ Eccleſiæ. Et quia copioſa nobis, ipsâ Spiritûs Sancti ſcilicet compaternitatis gratiâ, quæ, opitulante Deo, inter nos rata conſiſtit, auctoritas fiduciam contulit, peto & deprecor, benigniſſime ſpiritalis compater, optime Rex, vt cœptum redemptionis Dei Eccleſiæ & plenariæ iuſtitiæ beati Petri perficere iubeas bonum opus. Direxit quippe nobis inſignis Bonitas veſtra, per ſuos affatus ſibi innoteſcere ad-*

LINTEVM, IN QVO GISLANA PIPPINI FILIA BAPTIZATA, SVSCIPIT CVM MAGNO GAVDIO,

[a] In Cod. Carol. ep. 27.

DEPONITQVE IVXTA CORPVS S. PETRONILLÆ.

AN. CH. 757. PIPPINI R. 6.

QVERITVR DE REGE LONGOBARD.

verſantium cauſarum euentus. Vnde certam à Deo protectam Eximietatem veſtram reddimus, nihil nos vſque hactenus recepiſſe de his, per noſtros quæ Legatos Excellentiæ veſtræ petendò mandauimus. Solitè namque perfidi & maligni illi in magna arrogantia cordis permanentes, nequaquam inclinantur iuſtitiam beati Petri reſtituere. Tamen omnia qualiter acta ſunt, referentibus veſtris Miſſis, agnoſcere poteſtis, & ſubſequentem noſtrum Miſſum ad vos dirigimus, dignas vobis gratias de omnibus referentes, & cuncta per eum Eximietati veſtræ dirigimus in reſponſis de his, quæ inantea prouenerint. Sergio verò Archiepiſcopo Rauennati, *iuxta id, quod veſtræ innotuit Excellentia, indeſinenter imminemus, vt ſua reſtituatur Eccleſia. Petimus autem Excellentem Bonitatem veſtram, vt reuerentiſſimum & ſanctiſſimum fratrem & Coepiſcopum noſtrum Wulcharium, ſicut præfatus beatæ recordationis Domnus & germanus meus ſanctiſſimus Stephanus Papa eum benignæ Eximietati veſtræ commendauit, in omnibus commendatum habere iubeatis. His prælibatis, trinus & vnus Deus noſter ſuâ vos extenſionis dexterâ protegat, cum dulciſſima coniuge, Excellentiſſima Regina, ſpiritali noſtra commatre, atque amantiſſimis veſtris meiſque filiis, in ſolio Regni ſoſpites permanentes, & in præſenti vita, & in æterna beatitudine vberrimè concedat valere. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.*

SERGIVM ARCHIEP. RAVENNATEM SVÆ CVPIT ECCLESIÆ RESTITVI.

XCVI. Encomium Sergij Rauennatis Archiepiſcopi ſic auſpicatur Auctor Italiæ Sacræ [a]. *Sergius è nobiliſſima gente Ioanni* Archiepiſcopo *ſuffectus eſt anno 748. qui non modò ſacris Ordinibus non erat initiatus, ſed etiam Euphæmiam nobiliſſimam fœminam habebat in matrimonio, quam deinde Sergius ad id faſtigij electus in clauſtro clauſam Diaconiſſam ordinauit. Tametſi autem Sergius ſanctiſſimis moribus erat, ab inuidis tamen diuturnam perſecutionem dicitur pertuliſſe. Siquidem accuſatus, quòd vxoratus eſſet, Romam conceſſit, antè Pontificem cauſam dicturus.* Hæc Sergij calamitas literis proximè recitatis lucem affert ad locum, vbi Paulus valdè ſollicitum ſe teſtatur, *vt* Sergius *ſua reſtituatur Eccleſia.* Vix autem Paulus illas literas ſcripſerat, cùm alias ab eodem Sergio accepit, quarum exemplar Pippino ſtatim direxit, vt eum de rebus, quæ tunc in Italia gerebantur, certiorem faceret. Conſtantinus Imperator, vt Rauennam totúmque Exarchatum ad defectionem ſollicitaret, Leonem Miſſum Imperialem cum literis eò direxit. Exemplar illius epiſtolæ Sergius Romano Pontifici deferendum curauit. Paulus acceptum tranſmiſit Pippino cum literis ipſius Sergij, rogauítque eundem Regem, vt Deſiderium Longobardorum Regem hortaretur ad auxilium Rauennæ ciuitatibúſque maritimis Exarchatûs ferendum, ſi quid aduersùs eas Græci molirentur. Initium literarum [b] tale eſt. *Domno Excellentiſſimo, & noſtro ſpiritali compatri, Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum, Paulus Papa. Præcelſæ & à Deo ſeruatæ Chriſtianitati tuæ, eximie fili, & ſpiritalis compater, ſicut noſtro poſt Deum liberatori, ea, quæ ſuperueniunt vel aguntur in his partibus, quantocyùs ſignificare vobis procuramus, & ideo his Apoſtolicis relationum ſyllabis melliflua & à Deo inſtitutæ Regalis veſtræ potentiæ culmini innoteſcimus, ſuſcepiſſe nos, poſt abſolutionem noſtrarum literarum, ſyllabas à ſanctiſſimo fratre noſtro Sergio Archiepiſcopo Rauennate, quas,* &c. Epiſtolæ pars poſterior à nobis omittitur, quia & obſcurior eſt, & deprauata; non alius tamen ex ea ſenſus elici poteſt, quàm qui ſuprà prolatus eſt, & ex embolo ipſis literis ſubiecto præualidè ſic confirmatur. *Exemplar denique epiſtolæ ſecretò directæ à quibuſdam fidelibus Veneticis ſanctiſſimo fratri noſtro Sergio Archiepiſcopo, ſimul & ex literis, quas idem ſanctiſſimus vir nobis direxit, infra hæc noſtra ſcripta vobis miſimus, & peto, & tanquam præſentaliter deprecor, atque per Omnipotentem Deum coniuro Excellentiſſimam Chriſtianitatem veſtram, vt nimis velociter dirigere iubeatis veſtram Præceptionem Deſiderio Regi Langobardorum, vt ſi neceſſe exegerit, auxilium præſtare debeat, tam Rauennæ quàm Pentapoleos maritimis ciuitatibus ad dimicandum contra inimicorum impugnationem.*

AVXILIVM POSCIT ADVERSVS GRÆCOS RAVENNAM ET EXARCHATVM AD DEFECTIONEM SOLLICITANTES.

[a] Tom. 2. in Archiep. Rauennat. n. 43.

[b] In Cod. Carol. ep. 28.

Paulus

AN. CH. 757. PIPPINI R. 6.

XCVII.

Paulus epiſtolas ſuas tempori ſapienter accommodauit. In prioribus literis, quia Græci tunc quieſcebant, de Longobardorum Rege queſtus eſt, quòd nequaquam inclinaretur *iuſtitiam beati Petri reſtituere*; in poſterioribus verò, quia Græci bellum minantur, agit apud Pippinum, vt eundem Longobardorum Regem hortetur auxilium præſtare *tam Rauennæ quàm Pentapoleos maritimis ciuitatibus*. Pippinus anteà per literas Paulo ſuaſerat, vt pacem cum Deſiderio ſeruaret, idque ex hoc reſponſionis ab eodem Pontifice factæ fragmento conſtat. *Quia magno amoris affectu circa veſtram à Deo protectam eximiam Excellentiam ferueſcimus, debitum viſitationis & ſalutationis grauiter procurauimus Sublimitati veſtræ perſoluere, eximie fili & ſpiritalis compater. Hoc intereà veſtram meminiſſe volumus Excellentiam, nuper nobis direxiſſe, quatenus in pacis dilectione cum Deſiderio Langobardorum Rege conuerſari ſtudeamus. Quod quidem, ſi ipſe Excellentiſſimus Vir in vera dilectione & fide, quam veſtræ Excellentiæ & ſanctæ Dei Romanæ Eccleſiæ ſpopondit, permanſerit, vtique & nos in charitate firma & ſtabili pace cum eo permanſuri erimus, obſeruantes illud Dominicæ Præceptionis.* [*Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.*] *Hoc itaque innoteſcimus Chriſtianiſſimæ Eximietati veſtræ, eà quòd conuenit inter nos & eundem Langobardorum Regem, vt pariter nos in Rauennatium vrbe præſentare ſtudeamus ad perficiendas quaſdam vtilitates ſpiritalis matris veſtræ ſanctæ noſtræ Eccleſiæ, & pertractandum pro Græcorum malitia qui cotidie imminent in ipſam Rauennam ingredi ciuitatem. Dúmque pariter præſentati quicquid collocuti fuerimus, vel rei exegerit meritum, Excellentiſſimæ & à Deo protectæ Eximietati veſtræ innoteſcemus.* Lege in Codice Carolino epiſtolas triceſimam & triceſimam-tertiam, quæ ſimillimæ ſunt. Porrò colloquium inter Papam & Regem Longobardorum Rauennæ non eſt habitum. At Deſiderius ſub Autumnum Romam venit ad Apoſtolorum limina, promiſitque Romano Pontifici Imolam ſe redditurum, modò Pippinus quos acceperat obſides redderet, pacémque cum Longobardis confirmaret. Hæc conſtant ex aliis literis [a], in quibus Pippinum Paulus ſic alloquitur. *Agnoſcat Excellentiſſima Bonitas tua, quia perueniens ad limina Apoſtolorum Excellentiſſimus filius noſter Deſiderius Rex pacificè atque cum magna humilitate, cum quo ſalutaria vtrarumque partium locuti ſumus, & pollicitus eſt nobis reſtituere ciuitatem Immolas, eà videlicet ratione, vt noſtros ad tuam Excellentiam dirigere debeamus Miſſos; & ſuos obſides, quos ad vos habere videtur, recipere debeat, & pacem cum eo confirmare ſtudeatis. Vnde petimus te, Excellentiſſime fili & ſpiritalis compater, vt iubeas ipſos obſides prædicto filio noſtro Deſiderio Regi reſtituere, & pacis fœdera cum eo confirmare, & in magna amicitia cum eo conuerſari; vt, annuente Deo, tuis lætabundis temporibus populus Dei vtrarumque partium in magna ſecuritate & pacis quiete degere valeat, quatenus longæuum te Omnipotens Deus in ſolio Regni conſeruare dignetur. Ideo enim direximus reuerentiſſimum & ſanctiſſimum fratrem & Coepiſcopum noſtrum Georgium, atque dilectum filium noſtrum Stephanum Presbyterum, vnà cum Rodberto veſtro Miſſo, ad veſtram à Deo ſeruatam Excellentiſſimam Prudentiam, vt ea ipſa Eximietati veſtræ enarrare debeant.*

DESIDERIVS IT ROMAM.

[a] In Cod. Carol. ep. 29.

PROMITTIT IMOLAM SE PP. REDDITVRVM CERTIS CONDITIONIBVS.

Georgius Epiſcopus, cuius hîc mentio, non alius videtur à Georgio Epiſcopo, qui Synodo Compendienſi, vt obſeruatum ſuprà, præſens interfuit, & paulò pòſt Romam remiſſus eſt à Pippino. XCVIII.

Rodbertus Pippini Miſſus, qui reuerſus eſt eodem in Franciam tempore, quo Georgius Epiſcopus & Stephanus Presbyter illuc à Paulo Papa directi ſunt, idem nobis videtur ac Ratbertus, qui Romam cum Wichario Epiſcopo & Felice Religioſo nuperrimè venerat, vt idem Paulus hoc initio ſuarum ad Pippinum literarum [b] teſtatur. *Præcelſæ & à Deo ſeruatæ Chriſtianitati veſtræ his noſtris Apoſtolicis innoteſcimus apicibus, quòd iam abſolutis veſtris Miſſis, qui nuper ad nos coniunxerunt, Wlchario vi-* XCIX.

[b] In Cod. Carol. ep. 14.

AN. CH. *delicet ſanctiſſimo fratre & Coepiſcopo noſtro, & Felice Religioſo, & Ratberto Viro Illuſtri, coniunxit ad nos nuntius miſſus*, &c.

757. PIPPINI R. 6. C. De Wlcharij ac Felicis reditu in Franciam agemus anno proximo. Hîc tantùm obſeruâ Wlcharium ſeu Wicharium Epiſcopum anno ſuperiore à Stephano Papa iam expetitum. *Et hoc obſeruamus Bonitatem tuam*, inquiebat Stephanus [a] in ſuis ad Pippinum literis, *vt nimis celeriter ad nos coniungendum abſoluere præcipias reuerentiſſimum fratrem & Coepiſcopum noſtrum Wicharium.* Hunc enim idem Stephanus in Franciam anteà direxerat, vt ſuo loco dictum.

[a] In Cod. Carol. ep. 8.

CI. Præter Miſſos, de quibus ſuprà, Pippinus alios quoque Romam direxit, quibuſcum Pontificij Conſtantinopolim ad Imperatorem profecti ſunt, vt patet ex Pauli Papæ literis [b], quas anno ſequenti deſcribemus.

[b] In Cod. Carol. ep. 31.

CII. Porrò Deſiderius Longobardorum Rex priuſquàm Romam veniret, multa nefariè peregit, igne ferróque vaſtauit prouinciam Pentapoleos cum Ducatibus Spoletano & Beneuentano; Albinum Ducem Spoletanum, nonnullóſque Proceres, qui ſe beato Petro Pippinóque Regi ſummiſerant, grauiſſimis vulneribus excepit, atque in vincula detruſit. Quia verò Dux Beneuentanus fugit Otorantum *, nec induci potuit vllis artibus, vt ex ipſa ſua ciuitate pedem efferret, Beneuentanis Ducem præfecit Argem. Prætereà Georgium Conſtantini Legatum, qui priùs in Franciam directus fuerat, accerſiuit Neapoli, communicatóque conſilio Imperatorem literis ſollicitauit, vt Rauennatibus bellum directo in Italiam exercitu, Otorantinis Siculâ claſſe gereret, ſéque ſubſidiarias copias vtrôque pro viribus miſſurum ſpopondit eâ tantùm lege, vt poſtquàm Rauenna & Otorantum in poteſtatem Auguſti veniſſent, ſibi dederentur Dux Beneuentanus & Ioannes eius nutritor, qui capto Beneuento ſe receperant Otorantum. Sciebat ſanè hæc non latere Pontificem, nihilominùs ad eum Romam venit, rogantíque reſtitueret Imolam, Bononiam, Auximum, Anconam, & alias ciuitates, quas præſentibus Franciæ Legatis, Folrado Abbate & Rodberto, ſe redditurum promiſerat, haud acquieuit, inuentâque ſtrophâ ſimulatè reſpondit ſe pacem vltrò amplexurum cum Sede Apoſtolica, modò ſibi remitterentur obſides, quos Pippino Regi tradiderat. Papa periculum ratus in mora Pippino ſcripſit ſemel atque iterum, veritúſque ne vtræque literæ cecidiſſent in manus Longobardorum, tertias exarauit, tranſmiſitque per Georgium Epiſcopum & Stephanum Preſbyterum, quos in Franciam Legatos deſtinabat, & per Robertum Pippini Regis Oratorem, qui res nefariè commiſſas à Deſiderio teſtis oculatus viderat. Vt autem tutiùs ad Pippinum deferrentur, has accommodauit ad mentem Deſiderij pro reddendis obſidibus, ſed aliud agendum verbo Legatis præcepit, imò contrarias prioribus ſuprà recitatis literas dedit, quibus auxilium à Pippino popoſcit ad repetendas ciuitates, quas Rex Longobardorum Apoſtolicæ Sedi nondum reſtituerat. Has accipe literas ex Codice Carolino [c].

* Otrante.

PAVLVS DETECTA DESIDERII FRAVDE, QVI GRÆCOS AD FOEDVS SOLLICITABAT, OPEM PIPPINI R. IMPLORAT.

[c] Ep. 25.

CIII. *Domno Excellentiſſimo filio, & noſtro ſpiritali compatri, Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum, Paulus Papa. Quotiens perſpicua Eximietatis veſtræ merita, myſticâ conſideratione cernens, cordis oculis confero, oppidò me admirari conuenit intemeratam ſuperfluámque Excellentiæ tuæ mentis conſtantiam, & feruentiſſimum affectum, quem * circa Dei amorem & eius Principis Apoſtolorum inceſſanter geſtas, quoniam Deo magis quàm hominibus fauere niteris. Vnde perſpicuum eſt, vos, præ omnibus Regibus & Potentibus, piis pollere operationibus, quia aſſumpto * cæleſti triumpho vltrò te, Excellentiſſime fili & ſpiritalis compater, ad liberandam Dei Eccleſiam adhibuiſti. Et ideo, vt ipſum piæ operationis veſtræ certamen effectui mancipetur, crebrò nos congruit, ſicut liberatori ipſius Sanctæ Dei Eccleſiæ & eius peculiaris populi, Apoſtolicos dirigere apices. Primum omnium, nobis ſuper*

* quod

* abſumpto.

omnia nectarea dulcia exiſtunt & deſiderabilia proſperitatis veſtræ gaudia ad-
diſcere. Deinde verò, quæ Sanctæ Eccleſiæ Dei & nobis conſiſtunt neceſſaria,
quantocyùs intimare. Vt verò, Excellentiſſime fili & noſter ſpiritalis com-
pater, agnoſcas non pridem per Apoſtolicas literas Eximietati tuæ innotuiſſe,
quæ * in his partibus à Deſiderio Langobardorum Rege impiè peracta ſunt, * quia
atque crudeliter perpetrata. Igitur dum tam pernicioſam eius operationem cer-
neremus, aptum proſpeximus, præſentem fideliſſimum veſtrum Miſſum Rod-
bertum hîc apud nos detinere, quatenus quid cœpta iam fati Deſiderij Regis
vel Langobardorum populi malitia pareret, præſentialiter agnoſcens atque
conſpiciens veſtram certiorem reddidiſſet eximiam Præcellentiam. Etenim ſicut
pridem, ecce & nunc, innoteſcimus à Deo ſeruata Excellentia veſtræ, quòd
præfatus Langobardorum Rex Pentapolenſium per ciuitates tranſiens, quas
beato Petro pro magna anima veſtra mercede contuliſtis, ferro & igne omnia
ſata, & vniuerſa, quæ ad ſumptus hominum pertinent, conſumpſit, ſicque
Spoletinum & Beneuentanum, qui ſe ſub veſtra à Deo ſeruata poteſtate con-
tulerunt, ad magnum deſpectum * Regni veſtri deſolauit, atque ferro & igne * ſpretum
eorumdum Ducatuum * loca & ciuitates deuaſtauit, & comprehenſum Albinum * Ducatum
Ducem Spoletinum, & * cum eo Satrapas, qui in fide beati Petri & veſtra ſa- * cum eo Satrapibus.
cramentum præbuerunt, infixis in eis peſſimis vulneribus, in vinculis deti-
net. Appropinquante autem eo Beneuento, illicò Dux Beneuentanus fu-
gam arripuit in Otorantinam ciuitatem, &, dum diu immineret, vt ex
ipſa ſua ciuitate exire eumdem Ducem ſuaderet, & nequaquam in eo ſuam
adimplens voluntatem, conſtituit Ducem alium in eodem Beneuentano Du-
catu, nomine Argis. Et confeſtim dirigens Neapolim idem Deſiderius Rex
accerſiuit Georgium Imperialem Miſſum, qui ad vos Franciam directus fuerat,
cum quo nefariè clàm locutus eſt, iniens cum eo conſilium, atque ſuas Impera-
tori dirigens literas, adhortans eum, vt ſuos Imperiales dirigat exercitus
in hanc Italiam Prouinciam, & ipſe Deſiderius cum vniuerſo Langobardo-
rum populo profeſſus eſt, Deo ſibi contrario, auxilium præfatis Imperialibus
exercitibus impertire, quatenus ex vna parte, ipſius exercitus, & ex alia,
iſdem Deſiderius cum vniuerſo Langobardorum populo, vtrique dimicantes,
Rauennatium ciuitatem comprehendere queant, ſuámque Imperator, quod Do-
minus non permittat, adimplere valeat in quocumque voluerit voluntatem. Nam
& cor cum eodem Georgio Imperiali Miſſo conſtituit, vt Dromonum * Sici- * Dromonorum
liæ iſtorum in Otorantina ciuitate dirigatur, vt tam Græci quàm Langobar-
di ipſam obſidentes comprehendere valeant ciuitatem, eámque concedat Impe-
ratori cum hominibus & facultatibus, quæ in ea conſiſtunt, & tantummodo
Ducem illum atque eius nutritorem Iohannem prædicto Regi reſtituat. Poſt
verò diſſolutionem eorundem Ducatuum coniunxit hîc ad nos Romæ itidem Lan-
gobardorum Rex, & cum eo loquentes, nimis eum adhortati ſumus, & per
ſacratiſſimum corpus beati Petri atque etiam per tuam à Deo protectam Excel-
lentiam fortiter illum coniurauimus, vt ciuitates illas, Immolam *, Bononiam, * Immulas.
Auſimum, & Anconam, quas nobis præſentialiter, ſimul per veſtros Miſſos, id
eſt, Folradum Deo amabilem Abbatem & Presbyterum, atque Rodbertum, Ex-
cellentiſſimæ Chriſtianitati tuæ, & per te etiam beato Petro Apoſtolorum Prin-
cipi pollicitus eſt redditurum, reſtituere deberet. Quod minimè adquieſcere in-
clinatus eſt, ſed ſimulans, vt certè ſtrofarius varias occaſiones adhibuit, in-
quiens, vt ſi ſuos, quos illic Francia habere videtur, obſides reciperet, tunc
in pacis concordia nobiſcum conuerſaretur. Vnde petimus te, Excellentiſſime
fili & ſpiritalis compater, & obnixè deprecamur à Deo inſpiratam Eximietatem
tuam, vt iubeas perfectam liberationem Sanctæ Dei Eccleſiæ & eius peculiaris
populi exercere, & ita id, quod magnâ animæ tuæ mercede beato Petro pol-
licitus es, firmiter permanere, ipsúmque Deſiderium Langobardorum Regem
fortiter conſtringere digneris, vt prolatam à Deo promiſſionem beato Petro
protectori veſtro reſtituere debeat, atque in omnibus adimplere, tuique ſtudij

AN. CH. 757. PIPPINI R. 6.

*ſit benè, potentiſſime Rex, ſicut cæpiſti, perfectiùs hanc Sanctam Dei Eccleſiam & eius peculiarem populum de hoſtium incurſione eruere, vt, annuente Deo, certamen benignæ operationis tuæ vberrimè fæcundetur, quatenus in die aduentûs Domini Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti luceas, ſicut radiantiſſimus Sol, inter vniuerſos Reges & Potentes, atque merearis ipſam Sanctam Dei Eccleſiam, & eius populum tuo adminiculo ereptum, diuinæ Maieſtati abſque vlla læſionis ſænitia offerre, & tunc centuplum remunerationis ab eodem Domino Deo noſtro iuſto Iudice percipere, & vitam æternam poſſidere merearis. Coniuro te, fili Excellentiſſime, per Omnipotentem Deum & eius Principem Apoſtolorum beatum Petrum, vt benigno intuitu & libentiſſimo animo noſtras preces audire iubeas, vt Deus tibi Omnipotens in his, quæ eius potentiam deprecatus fueris, ſuæ Diuinitatis aures inclinet, & victorem te ſuper omnes barbaras nationes faciat. Omnes enim omnino gentes, quæ ſuper faciem vniuerſæ terræ conſiſtunt, compertum habent tuum certamen, quod ad defenſionem Sanctæ Dei Eccleſiæ adhibuſti, & magnum te ac præcipuum Regem laudabiliter aſſerunt. Sed & nos bonam tuam famam longè latéque protelare atque dilatare non deſiſtimus in eo, quòd certè, poſt Deum ſicut murum inexpugnabilem, tuam firmiſſimam fidem in noſtro pectore conferimus, magnam in te, poſt Dei præſidium, poſſidentes ſpei fiduciam, quod & plerumque ob tuæ immaculatæ promiſſionis fideíque meritum conſecuti ſumus. Etenim magnoperè præſentes noſtros Miſſos, id eſt, reuerendiſſimum & ſanctiſſimum fratrem & Coepiſcopum noſtrum Georgium, atque dilectum filium noſtrum Stephanum Presbyterum, ad veſtram à Deo cuſtoditam Excellentiam miſimus, dúmque veſtris Deo amicabilibus veſtigiis fuerint vnà cum Rodberto fideliſſimo veſtro Miſſo præſentati, cuncta vinâ voce Chriſtianiſſimæ Excellentiæ tuæ, quæ acta ſunt, vt rei exigit meritum, nobíſque neceſſaria exiſtentia intimabunt. Maximo namque deſiderio noſtro anhelabat animus, Apoſtolicas Excellentiæ veſtræ dirigere literas ſalutationis ac viſitationis, ob cauſam rerum euentûs ſignificandum, & minimè valuimus imminentibus circumquaque Langobardorum Regis inſidiis. Attamen ecce iam duas Apoſtolicarum literarum adſertiones Excellentiæ veſtræ clàm per maximam induſtriam miſimus, & ignoramus ſi ad vos ipſæ peruenerint literæ. Vnde ambigimus, ne à Langobardis comprehendantur. Pro quo & nunc per prænominatos noſtros Miſſos alias vobis literas miſimus, quaſi obtemperantes præfati Deſiderij Regis voluntati ad ſuos obſides * abſoluendum, & pacem confirmandum. Sed, bone Excellentiſſime fili & ſpiritalis compater, ideo iſtas literas tali modo exarauimus, vt ipſi noſtri Miſſi ad vos Franciam valerent tranſire, quoniam, ſi hoc non egiſſemus, nullâ penitus ratione per Langobardorum fines tranſire valuiſſent. Sed ſuſceptis ipſis literis, earum ſeriem nullomodo perficiatis, neque præfatos obſides * permittatis parti Langobardorum reſtituere. Potiùs autem coniuramus te, Excellentiſſime fili & ſpiritalis compater, per Deum viuum, & corpus beati Petri, vt fortiter ipſum Deſiderium vel eius Langobardorum gentem conſtringere iubeas, quatenus præfatas, quas pollicitus eſt, ciuitates tuæ melliflua Excellentia, & per te beatu Petro fautori tuo reſtituat, quoniam nullam, vt præfatum eſt, de his, quæ primitus pollicitus eſt, cum eo firmam valuimus ſtabilire conuenientiam. Oramus autem Omnipotentem Deum, vt pio intuitu de throno Maieſtatis ſuæ ſuper vos veſtrúmque Regnum reſpiciat, & ſuâ dexterâ Excellentiam veſtram circumtegat atque in omnibus muniat, & præſentis vitæ curſum ſalubriter exequi & Regni potentiam gubernare permittat per plures annorum metas, vnà cum Excellentiſſima & à Deo ſeruata filia & ſpiritali noſtra commatre, atque amantiſſimis veſtris meíſque filiis, & gaudeatis de eorum florigero germine, & permittat * Omnipotens Deus, vt ſemen veſtrum ſplendidiſſimum vſque in finem mundi idem Regni fruatur culmen. Etiam venturo in ſeculo infinita gaudia cum Sanctis & electis ſuis vobis concedat, quatenus ſicut in*

* Hoſpites

* Hoſpites

* mittat

AN. CH. 757.

PIPPINI R. 6.

præſenti vita, & in futura beatitudine adepti promiſſam vobis mercedis coronam, cum Chriſto regnare mereamini. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat. Quod ſequitur embolum, lubenter omittimus, quia totum eſt de muneribus, quæ Paulus cùm Pippino Regi, tum filiis eius Carolo & Carolomanno per eoſdem Nuncios tranſmiſit.

CIV.

SCRIBIT ETIAM OMNIBVS FRANCIS.

At ſilentio præterire non debemus hoc anno ſcriptas etiam à Paulo Pontifice ad omnes Francos literas [a], in quibus & gratiarum actiones, & benedictiones vbertimæ continentur. Titulus talis eſt. *Paulus ſeruus ſeruorum Dei, omnibus dilectis nobis Epiſcopis, & venerabilibus Presbyteris & Abbatibus, atque religioſis Monachis, glorioſis etiam Ducibus & Comitibus, ſeu vniuerſæ Chriſto dilectæ Generalitati exercitûs à Deo protecti Regni Francorum conſtitutis.* In illis literis, inter alia, hæc ad commendationem Pippini gentiſque Francicæ commemorantur. *Verè eleuatum eſt nomen gentis veſtræ ſuper multas generationum nationes, & Regnum Francorum vibrans emicat in conſpectu Domini, quòd talibus benigniſſimis Dei Catholica & Apoſtolica Sancta Eccleſia liberatoribus præornatur Regibus. Nouus quippe Moyſes, nouiſque Dauid, in omnibus operibus ſuis effectus eſt Chriſtianiſſimus & à Deo protectus filius & ſpiritalis compater Dominus Pippinus, Dei nutu victoriſiſſimus Rex, per quem exaltata Dei Eccleſia triumphat, & fides Catholica ab hæreticorum telo illibata conſiſtit. Et vos quidem, chariſſimi, gens Sancta, Regale Sacerdotium, populus adquiſitionis, cui benedixit Dominus Deus Iſrael, gaudete & exultate, quia nomina veſtra Regúmque veſtrorum exarata ſunt in cælis, & merces veſtra magna eſt coram Deo & Angelis eius. Firmum quippe beatiſſimum Petrum Apoſtolorum Principem, cui à Redemptore noſtro ligandi ſoluendíque peccata in cælo ac in terra conceſſa eſt poteſtas, adepti eſtis protectorem. Sed Omnipotens Dominus, eiuſdem ſui Apoſtoli interceſſionibus, benedicat, protegat, atque confortet & corroboret Deo amabilem communitatem veſtram, actúſque veſtros in beneplacito ſuo diſponat, tribuens vobis à cælo victoriam, fines veſtros dilatet, ſubiiciens Excellentiſſimis Regibus veſtris omnes barbaras nationes ad perfectam liberationem & exaltationem Sanctæ vniuerſalis Dei Eccleſiæ, & fidei Orthodoxæ integritatem.*

[a] Cod. Carol. ep. 22.

CV.

LITERÆ SENATÛS ET POPVLI ROMANI AD PIPPINVM.

Paulus, vt omnibus Francis in hunc modum ſcriberet, impulſus certè videtur literis, per quas Pippinus Senatum ac populum Romanum cohortatus eſt, vt fidem erga Romanam Eccleſiam & eundem Pontificem religioſiſſimè cuſtodirent. Extat ad illas Pippini literas reſponſio [b] cum hoc titulo. *Domno Excellentiſſimo atque Præcellentiſſimo, & à Deo inſtituto, Magno, Victori, Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum, omnis Senatus atque vniuerſa Populi Generalitas à Deo ſeruata Romanæ Vrbis.* Eiuſdem reſponſionis accipe fragmentum, vt meliùs intelligas, quis Regiarum literarum tenor extiterit. *Directas Præcellentiſſimæ ac Chriſtianiſſimæ Benignitatis veſtræ literas magno honoris affectu acceptantes ſuſcepimus, & ita in earum ſuſceptione lætati ſumus, tanquam ſi veſtram Excellentiam præſentialiter conſpiceremus, gemina feſtiuitatis gaudia nobis inferentes, dum veſtram lætitiam ampliſſimè comperimus, quoniam nihil nobis dulcius, Domine Rex, in hac vita exiſtit, quàm de veſtris proſperitatibus gratulari, dum veſtra ſalus noſtra poſt Deum eſt ſecuritas. At verò in ipſis veſtris mellifluis apicibus nos ſalutari prouidentiâ veſtrâ ammonere Præcellentia veſtra ſtuduit, firmos nos ac fideles debere permanere erga beatum Petrum Principem Apoſtolorum & Sanctam Dei Eccleſiam, & circa beatiſſimum & coangelicum ſpiritalem Patrem veſtrum à Deo decretum Dominum noſtrum Paulum ſummum Pontificem & vniuerſalem Papam. Pro quo omnino lætati ſumus in tam veſtra prudentiſſima admonitione. O quantâ diuinâ adſpiratione interna viſcerum noſtrorum præcordia in nobis veſtris fidelibus redundant! Verè enim, Domine Rex, profectò ſpiritus Dei in veſtro mellifluo inhabitat corde, & ideo tam ſalutari conſilio veſtros benè cupientes admonere ſtuduiſtis,*

[b] In Cod. Carol. ep. 36.

AN.CH. 757. PIPPINI R.6.

Nos quidem, Præcellentiſſime Regum, firmi ac fideles ſerui ſancti Dei Eccleſiæ & præfati ter beatiſſimi & coangelici ſpiritalis Patris veſtri, Domini noſtri, Pauli ſummi Pontificis & vniuerſalis Papæ conſiſtimus, quia ipſe noſter eſt Pater & Optimus Paſtor, & pro noſtra ſalute decertare cotidie non ceſſat, ſicut & eius germanus ſanctæ recordationis beatiſſimus Domnus Stephanus Papa, fouens nos & ſalubriter gubernans, ſicut reuerà rationales ſibi à Deo commiſſas oues, dum nimirum & mitiſſimus & verè in omnibus miſericors exiſtit, imitator effectus beati Petri, cuius vices gerit, & dum eius vicarius conſiſtit. Nos quidem, Excellentiſſime ac Chriſtianiſſime Domine Rex, firmam fiduciam in huiuſmodi veſtra habemus pollicitatione, ſed obnixè deprecamur, & tanquam præſentialiter veſtris Regalibus prouoluti veſtigiis, petimus, etiam & per nos beatus Petrus veſtram adgreditur Excellentiam, vt iubeas, benigniſſime Regum noſterque poſt Deum defenſor, ita ſolitò decertare ac diſponere, vt perfecta Sancta Dei Eccleſia exaltatio, & fidei noſtræ Orthodoxæ omniúmque noſtrum procuretur defenſio. Petentes & hoc coram Deo viuo, qui vos in Regem per ſuum Apoſtolum beatum Petrum vngui præcepit, vt dilatationem huius prouinciæ à vobis de manu gentium ereptæ perficere iubeatis, & in eo, quod cœpiſtis, bono permaneatis opere; quatenus in magna ſecuritatis quiete degere valeamus, & ex hoc æternam vobis in cælo exoratam retributionis mercedem recipiatis, quoniam maximam, poſt Deum & beatum Petrum, in veſtri fortiſſimi Regni brachio poſſidemus ſpem. Credimus in Omnipotentis Dei noſtri miſericordiam, quòd ampliſſimè nobis ea noſtra ipſa ſpes operum veſtrorum inferat fructum.

CVI. Hoc anno, qui Pippini Regis ſexrus numerabatur, idem Rex, vt Auctor Annalium Bertinianotum teſtatur, Naralem Domini celebrauit *in Corbonaco*, &, vt varia docent Diplomata, Hippolytus abdicato Epiſeopatu Bellicenſi totum ſe deinceps adminiſtrando Condateſcenſi Monaſterio penitus addixit. Præerat Hippolytus ab annis duobus Eeeleſiæ Bellieenſi, Monaſterio Condateſeenſi ab annis ſexdeeim; Autfredo in præfecturam Monaſterij Condareſcenſis anno Chriſti ſepringenteſimo quadrageſimo-primo, Agiſlo in Epiſcopatum Bellicenſem anno quarto Pippini Regis, id eſt, anno Chriſti ſepringenteſimo quinquageſimo-quinto ſucceſſerat. Epiſeopatum aurem anno ſexto Pippini Regis ab eo dimiſſum aſſerimus, quia ſeptimo Pippini Regis anno, ae deinceps, vt anno eiuſdem Regis duodeeimo, & anno ſexto Caroli Regis, in variis Diplomatibus, quæ eitantur à Sammarthanis [a], Abbas tantùm vocatur. Ei ſubrogatus eſt qui Bellicenſem Epiſeopatum regerer Eulogius ſiue Eulagius, tum Adorepertus ſiue Adeonpertus. Hos vulgati indices Agiſlo proximè ſufficiunr, Epiſeoporum ordine per hæc tempora, vt alibi iam monuimus, interturbaro.

HIPPOLYTUS ABDICAT EPISCOPATUM BELLICENSEM.

[a] Tom. 4. Gall. Chriſt. in Abbat. Iurenſ.

SVCCEDIT EVLOGIVS.

CVII. In noſtras manus deuenit manuſcriptus Codex de honoribus Eecleſiæ Briuatenſi Sancti Iuliani collatis, in quo Chartæ reperiuntur quadringentæ quadraginta-nouem. Quæ numero eſt vieeſima-ſexta, legitur *facta menſe Septembris*, XII *anno, Domno Wayfario Principe*, nec vllam Pippini Regiſue nominis notam præfefert, idque præeipuè obſeruamus, vt Aquitaniæ ſtatum meliùs agnoſcas, cuius Præfecti ſeu Duces Regi Francorum parere penitus detrectabant.

WAIFARIVS DVX AQVITAN.

CVIII. Apud Goldaſtum, Tomo tertio rerum Alamannicarum, occurrit Charta pro Monaſterio San-Gallenſi, quæ noſtram de Pippini Regis annis Chronologiam egregiè confirmat. Podalus Donator ita loquitur. *Ego in Dei nomine Podalus, in amore Domini noſtri Ieſu Chriſti & remiſſione peccatorum meorum, vt veniam delictis meis conſequi merear in futuro, dono atque trado de iure meo in iure & dominatione ad Sanctam * Eccleſiam, quæ eſt conſtructa in honore Sancti Gallonis, vbi ipſe requieſcit corpore ſuper fluuiolum Stainahá, in ſolitudine, in pago Durgauenſi, vbi in Dei nomine Audo-*

CHRONOLOGIA CONFIRMATVR.

* Ad ſancta Eccleſia.

marus Abbas praeſſe videtur: dono ad ipſum locum ſanctum donatúmque in perpetuum vt permaneat volo, hoc eſt, in pago Alſazas, ſitas villas denominatas, &c. *Actum in villa Chambetz publicè. Ego Podalus Donationem hanc à me factam ſcribere rogaui. Ego Arnulphus rogitus * anno ſexto Pipini Rgis, die Mercury*, XII *Cal. Ian. ſcripſi & ſubſcripſi*, id eſt, die vicesimâ-primâ Decembris, anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſeptimo, qui præditus fuit literâ Dominicali B. Ergo Conuentus menſe Martio Sueſſione celebratus, in quo Pippinus Rex eleuatus eſt, anno Chriſti ſeptigenteſimo quinquageſimo-ſecundo conſignari debet. AN. CH. 757. PIPPINI R.6.

* id eſt, rogatus

Chenutius & Robertus, vt alibi iam monuimus, Valdonem Epiſcopum Niuernenſem hoc anno memorant. Illo de Epiſcopo, quoniam Acta perierunt, id vnum aſſerere poſſumus, quòd in Epiſcoporum Niuernenſium Catalogis locum inter Ridelenum & Euarcium obtinere debet. Lege infrà quæ dicentur ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-ſextum [a]. CIX. VALDO EP. NIVERNENS.

[a] Num. 9.

ANNVS CHRISTI 758. PIPPINI R. 7.

AN. CH. 758. PIPPINI R.7.

POSTRIDIE Kalendas Aprilis, anno Chriſti ſeptingenteſimo duodeſexageſimo, Pippinus *in Corbonaco* Paſcha celebrauit, vbi proximum Natalem Domini celebrarat. Vtrumque legere eſt in Annalibus Bertinianis. Poſteà profectus eſt cum exercitu contra Saxones, quibus deuictis tributum trecentorum equorum impoſuit. De anno, quo bellum Saxonicum geſtum eſt, conueniunt antiqui omnes Annaliſtæ. Tilianus breuiter illud ita deſcribit. *Pippinus in Saxonia iuit, & cepit ciuitates eorum, & polliciti ſunt ei dare equos* CCC *per ſingulos annos.* Paulò fuſiùs multóque clariùs Laureshamenſis, ſic. *Pipinus Rex cum exercitu Saxoniam aggreſſus eſt; & quamuis Saxonibus validiſſimè reſiſtentibus, & munitiones ſuas tuentibus, pulſis prælio propugnatoribus, per ipſum, quo patriam defendere conabantur, vallum, intrauit. Commiſſiſque paſſim præliis, plurimam ex ipſis multitudinem cecidit, coegítque vt promitterent ſe omnem voluntatem eius facturos, & ſingulis annis honoris causâ ad generalem Conuentum equos* CCC *pro munere daturos. His ita compoſitis, & more Saxonico, vt rata eſſe deberent, confirmatis, in Galliam ſeſe cum exercitu ſuo recepit.* Prælium omnium atrociſſimum fuit ad locum, quem Sithimam, Sitniam, Situnnam, Sitmam, & Sitinum vocatum reperies. *In iſto congreſſu*, inquit Fabricius [b], *Edelhardus inter primos dimicans vulneratur, & tertio die poſt è viuis excedit, vt teſtantur Origines.* Idem Edelhardus apud eundem Fabricium *Angariorum *, Iburgi *, & Oſnabrugi **, Dux ſeu Satrapa ſcribitur, vt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum duodequadrageſimum [c] aliâ occaſione iam obſeruauimus. Filium reliquit Albronem, de quò plura inferiùs. Porrò cùm equos trecentos à Saxonibus in generali Francorum Conuentu quot annis *honoris causâ* tribuendos audis, illis eaſdem à Pippino victore leges impoſitas arbitrare, quas ante quinquennium quoque deuictis præſcriptas retulimus [d]. Tunc Sturmius Fuldenſis Abbas per calumniam à tribus Monachis apud Pippinum accuſatus, quòd inimicitias aduersùs eum exerceret, in exilium miſſus eſt; & Lullus Moguntiacenſis Archipiſcopus obtinuit, *vt Monaſterium Fulda in ſuum dominium donaretur, acceptáque Iuriſdictione Abbatem ibi, qui ſibi per omnia obtem-* I. BELLVM SAXONICVM. STVRMIVS ABB. FVLDENS. EXVLAT.

[b] Lib. 1. Orig. Saxon.

* Engheren.

* Iburg.

* Oſnabrug.

[c] Num. 18.

[d] ad an. 753. nn. 16. 17.

AN. CH. 758. PIPPINI R. 7.

peratet., conſtituit familiarem quendam ſuum, qui dicebatur Marcus. Sed quoniam fratres animos ſuos ab illo, propter prioris amorem, auertebant, erat eis quaſi extraneus, & non conueniebant mores eorum. Lege eiuſdem Sturmij vitam ab Ægile illius diſcipulo conſcriptam.

II. In Codice Carolino multæ Pauli Papæ leguntur epiſtolæ, quæ res hoc anno geſtas complectuntur. Sub initium huius anni Romanus Pontifex Wlcharium Epiſcopum & Felicem Religioſum, qui Romam anno ſuperiore cum Ratberto ſeu Rodberto Viro Illuſtri venerant, eóque ad Pippinum reuerſo remanſerant in ciuitate Romana, remiſit etiam in Franciam, ac paulò pòſt aduersùs Græcos auxilium ab eodem Pippino ſic poſtulauit [a]. *Domno Excellentiſſimo filio, & noſtro ſpiritali compatri, Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum, Paulus Papa. Præcelſa & à Deo ſeruatæ Chriſtianitati veſtræ his noſtris Apoſtolicis innoteſcimus apicibus, quòd iam abſolutis veſtris Miſſis, qui nuper ad nos coniunxerunt, Wlchario videlicet Sanctiſſimo fratre & Coepiſcopo noſtro, & Felice Religioſo, & Ratberto Viro Illuſtri, coniunxit ad nos nuntius miſſus à fidelibus Sanctæ Dei Eccleſiæ, ſpiritalis matris veſtræ, qui vera nobis ſemper adſolent indicare, ſignificans nobis, quòd nefandiſſimi Græci, inimici Sanctæ Eccleſiæ Dei & Orthodoxæ fidei expugnatores, Deo ſibi contrario, ſuper nos & Rauennatium partes irruere cupiunt, atque motionem facere. Vnde quia alibi poſt Deum & beatum Petrum noſtra ſpes non eſt, niſi apud veſtram Nobiliſſimam Excellentiam, ideo obnixis deprecationibus petimus te, Excellentiſſime fili & ſpiritalis compater, vt iubeas propter Deum & reuerentiam beati Petri, ſalutem iſtius prouinciæ à vobis redempta procurare, & confeſtim veſtrum dignemini dirigere Deſiderio Langobardorum Regi Miſſum, vt, ſi neceſſitas fuerit, ſignificatum auxilium nobis pro incurſione eorundem inimicorum impertire debeat, præcipiens Beneuentanis, atque Spoletinis, ſeu Tuſcanis, nobis è vicino conſiſtentibus, vt ipſi noſtro occurrant ſolatio. Deprecantes & hoc à Deo inſtitutam Excellentiam veſtram, vt ad nos, hoc adueniente Martio menſe, veſtrum dirigere iubeatis Miſſum, qui hîc Romæ nobiſcum demorari debeat, & ipſe, ſi neceſſitas exigeret, apud Deſiderium imminere debeat Regem pro eodem nobis tranſmittendo ſolatio, quia, vt pleniſſimè ſatisfacta eſt veſtra Excellentia, non ob aliud ipſi nefandiſſimi nos perſequuntur Græci, niſi propter Sanctam & Orthodoxam fidem, & venerandorum Patrum piam traditionem, quam cupiunt deſtruere atque conculcare. Pro quo iubeat ſolitè veſtra benigna diſponere Excellentia, vt eorundem inimicorum ad nihilum redigatur veſania, & perfectiùs hæc prouincia, veſtro certamine redempta, & à vobis beato Petro pro remedio animæ veſtræ conceſſa, ab æmulorum inſidiis veſtrâ conſuetâ permaneat protectione, vobíſque copioſa in cælis adſcribatur merces, & nominis veſtri laus, & vniuerſæ gentis exaltatio, ſicut etiam factum eſt, & nunc multò ampliùs in vniuerſo Orbe terrarum diuulgetur, atque intercedente beato Petro, victoriæ triumphum è cælo vobis Dominus ſuper omnes tribuat gentes, dum veſtro auxilio confuſis expugnatoribus Sanctæ Orthodoxæ fidei, pax & lætitia, & obſeruatio Chriſtianorum fidei in omnibus prædicata fuerit Eccleſiis, meritóque ex hoc cæleſtia vobis à Deo conferantur gaudia. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.* Per alias literas [b] Pippinum, vt Nuntium Romæ demoraturum mitteret, rurſum rogauit.

PAVLVS PP. OPEM PIPPINI CONTRA GRÆCOS IMPLORAT.

[a] In Cod. Carol. ep. 34.

[b] In Cod. Carol. ep. 37.

III. Paulus hoc intendebat potiſſimùm, vt contra Græcos Orthodoxam fidem ſuúmque Principatum tueretur; neque ſibi videbatur quicquam acturus magis opportunè, quàm ſi Pippinum Regem ab Imperatore Conſtantino diſſociaret. Vt id aſſequeretur, nihil omiſit aut intentatum reliquit; amorem ſingularem erga Pippinum, odium vehemens aduersùs Conſtantinum ſignificauit; palàm teſtatus eſt in Pippino poſt Deum ſpem omnem ſe collocaſſe, ſibi ab vno Conſtantino metum ac terrorem incuti. Ne literas

EI LITERAS TRANSMITTIT PATRIARCHA ALEXANDRINÆ.

AN. CH. 758.

PIPPINI R. 7.

teras quidem ab Alexandrino Patriarcha per Monachum Acoſmam accepit, quin earum exemplar Pippino vt Orthodoxo Regi & defenſori Catholicæ fidei tranſmitteret. Teſtis epiſtola [a], quam eodem penè tempore quo ſuperiorem ſcripſit, poſtquàm Wlcharium Epiſcopum & Felicem Religioſum Româ iam dimiſiſſet. *Innoteſcimus*, inquit, *iam abſolutis veſtris Miſſis, coniunxiſſe ad nos nauigium à partibus Africa, in quo quidam Monachus Acoſma ab Alexandrino Patriarcha cum literis directus aduenit, quarum inſtar præfulgida Excellentia veſtra miſimus intuendum, vt ea, qua nobis pro integritate fidei ab Orientalibus Præſulibus & ceteris nationibus diriguntur, agnoſcatis; & lætetur cor veſtrum in huiuſcemodi eorum affectu, quem in mandatis Dei habere videntur, quia dum pia conſiderationis ſtudio mens veſtra intenta exiſtit, nimirum oppidò gaudere vos credimus, ſi ea vobis, qua pro integritate fidei pertinent, innoteſcimus, ſed ipſa Sancta Orthodoxa, quam venerando colitis, fides vos & in præſenti vita longæuiter cum victoria foueat, & æterna cum Sanctis tribuat gaudia poſſidenda.* Eodem quoque conſilio Paulus de Marino Preſbytero ſuo, quòd in Francia degens ibi familiaritatem cum Georgio, qui Conſtantino erat à ſecretis, iniret, conqueſtus eſt, atque inde nefarias molitiones contra Sedem Romanam Regnúmque Franciæ ſuſpicatus, Pippinum, quatenus Marinum illum in Regno ſuo Epiſcopum per Wlcharium vice Apoſtolicâ ordinari juberet, multis precibus rogauit, ſic enim arbitratus eſt fore, vt eum perpetrati ſceleris pœniteret. Literas [b], quibus iſta continentur, integras deſcribemus. *Domno Excellentiſſimo filio & noſtro ſpiritali compatri, Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum, Paulus Papa. Omnino compertum habet veſtra Chriſtianiſſima Excellentia, qualiter Marinus Presbyter noſter ibidem ad vos moratur, iniquâ operatione contra Sanctam Dei Eccleſiam fidémque Orthodoxam, Deo ſibi contrario, cum Georgio quodam Imperiali à ſecretis, conſilia Sedi noſtra contraria & veſtra ſimili modo ingerere cupiens. Quod quidem & idem Imperator veſtra à Deo protecta Excellentia per ſuas innotuit literas. Vnde, quia defenſorem fidei Orthodoxa atque propugnatorem gregis ſui, vel populi Chriſtiani liberatorem, Chriſtianiſſimam Bonitatem veſtram beatus Apoſtolus & Princeps Apoſtolorum Petrus eligere & confirmare dignatus eſt. Idcircò adoptamus atque deprecamur eximiam Bonitatem veſtram, optime Rex & ſpiritalis compater, vt iubeas ſanctiſſimo fratri noſtro Wulchario Epiſcopo præcipere, quatenus ipſe eundem Marinum Presbyterum, noſtrâ vice, Epiſcopum conſecrare debeat, & in vna ciuitatum veſtrarum illis in partibus conſtituta, in qua præuiderit veſtra ſapientiſſima Eximietas, eum ordinare diſponite, quatenus perpetrati ſceleris ſui recordans, ſe iniquè egiſſe pœniteat, ne in eo, quod abſit, antiquus humani generis hoſtis mentem illius vagantem inueniens quaſi in ſublime extollat, ſæuiſſiméque quoquomodo valeat funditus diſperdere. Sed magis, vt confidimus in veſtram benigniſſimam Excellentiam, atque à Deo præclaram cordis veſtri dilatationem, huic noſtra poſtulationi veſtra præclara Excellentia aurem adcommodare dignetur, quatenus & ille ſecurus de huiuſcemodi re perſiſtat, & nos pro veſtra immenſa lætitia atque ſoſpitatis gaudio indeſinenter Dominum Deum cæli exorare iubeamus. Benè valete.*

[a] In Cod. Carol. ep. 35.

DAMNAT MARINI PRESBYTERI FAMILIARITATEM CVM GEORGIO IMPERATORIS SECRETARIO.

[b] In Cod. Carol. ep. 39.

IV. Frequentes illis temporibus vltrò citróque curſitabant Nuntij, cùm Pontificij, tum Regij. Paulus, quantùm conijcere eſt, literas poſtremò recitatas, in quibus meminit Marini Preſbyteri, ſcripſit menſe Ianuario. Vix autem has emiſerat, cùm alias à Pippino accepit poſtulante, vt Titulus beati Chryſogoni Martyris eidem Marino Preſbytero concederetur ſeu redderetur. Extat enim reſponſio [c], quæ gratiarum actiones & benedictiones vberrimas pro incolumitate Pippini Regis, ac Bertradæ Reginæ, triúmque liberorum, Caroli, Carolomanni, & Giſelæ, complectitur, ſubiectúmque habet embolum, in quo Romanus Pontifex ſic Pippino reſcribit. *Per aliam*

[c] In Cod. Carol. ep. 35.

AN. CH. 758. PIPPINI R. 7.

epiſtolam ſuam à Deo protecta Eximietas veſtra ſicut certè ſuo benè cupienti Patri direxit, quatenus Titulum protectoris veſtri beati Chriſti Martyris Chryſogoni cum omnibus ſibi pertinentibus dilectiſſimo atque fideliſſimo vobis Marino Presbytero cancedere deberemus. De quo & præceptum vobis dirigi petiſtis, quod nempe ab veſtram dilectionem, & in eo, quòd fidelis veſter noſtérque idem ſanctiſſimus atque dilectiſſimus Marinus Presbyter exiſtit, præfati Tituli præceptum, cùm omnibus locis & poſſeſſionibus ſibi pertinentibus vrbanis vel ruſticis, vobis exaratum, atque manu noſtrâ roboratum, per harum latorem direximus Eximietati veſtræ deportandum. Hæ quoque literæ cum ſuo embolo ſcriptæ videntur prædicto menſe Ianuario, quia Pippinus lectis hiſce literis eidem Papæ pòſt reſcripſit, *quòd* iuxta eius præceptum Marinus *demùm in priſtino eſſet conſtitutus honore*, Pippinóque Regi ſuper eo negotio reſponſum fecit Romanus Pontifex menſe Martio, hyeme nondum tranſactâ, vt mox dicturi ſumus.

V. PIPPINO LIBROS GRÆCOS MITTIT CVM ANTIPHONARIIS.

In prænotato embolo, Papa mentionem quoque fecit quorumdam librorum, quos Pippino Regi loco muneris tranſmiſit. *Direximus etiam Excellentiſſimæ Præcellentiæ veſtræ & libros, quantos reperire potuimus, id eſt, Antiphonale & Reſponſale, inſimul artem Grammaticam* (Ducheſnius in margine *Dialecticam* reponit) *Ariſtotelis, Dionyſij Areopagitæ * libros, Geometricam, Orthographiam, Grammaticam, omnes Græco eloquio Scriptores, necnon & horologium nocturnum.* De libris Dionyſij Areopagitæ commodiùs agemus alio loco. Quod attinet ad *Antiphonale & Reſponſale*, libros huiuſcemodi Româ ſæpè tranſmiſerunt in Franciam Romani Pontifices, ex quo diuina Officia Romana cum Romano cantu in Galliam ſunt introducta Stephano Tertio tum Pontifice ac Pippino Rege, vt obſeruatum ſuprà. Frequenter è Gallia Romam, viciſſim Româ in Galliam directi ſunt Nuncij, qui libros iſtius generis aut à Romano Pontifice poſtularent, aut ab eodem Pontifice Regi Francorum tranſmiſſos deferrent. In ea materia non ſemel verſabimur. Exiſtimauit aliquando Melchior Hittorpius Ordinem Romanum à magiſtris Romanæ Eccleſiæ tunc eſſe conſcriptum. Sed vbi rem accuratiùs examinauit, mutatâ mox opinione librum illum ætate Pippini Regis antiquiorem cenſuit, adiecítque multis in locis interpolatum ſibi videri. In eandem imus ſententiam. Ordinem Romanum regnante quidem Pippino ſuſceptum à Gallis, at multò citiùs conſcriptum arbitramur, nec inficiamur interpolatum poſteà fuiſſe, vt libris eiuſdem generis ſæpè contigit. Quod ſpectat ad cantum Romanum, vt à Gallis ediſceretur, plurimùm allaborarunt Paulus Pontifex & Remigius Rotomagenſis Archiepiſcopus, vt hæ Pauli Pontificis ad Pippinum Regem literæ [a] teſtantur. *Domno Excellentiſſimo filio & noſtro ſpiritali compatri, Pippino Regi Francorum & Patricio Romanorum, Paulus Papa. Cùm charitatis amor, quem erga veſtram à Deo illuſtratam inſignem gerimus Excellentiam, noſtro enucleatiùs vigeat cordi, cura idcircò noſtra exiſtit, Excellentiſſime Regum, veſtræ gnaniter & præclara totis obtemperare niſibus voluntati, præſertim dum & ampliſſimo veſtræ Excellentiæ præſidio releuati, & poſt Deum, ab inſidiatorum videamur ſæuitia erepti. Et ideo quotiens nobis relationum veſtrarum apices perferuntur, gratuito acceptantes animo, confeſtímque quod eorum textus eloquitur, effectui ſatagimus mancipandum. Vnde ſuſceptis in præſenti à Deo protectæ Excellentiæ veſtræ ſyllabis, nempe relectis protinus, cuncta, quæ ferebantur in illis, libenter adimplenimus. In eis ſiquidem comperimus exaratum, quòd præſentes Deo amabilis Remedij germani veſtri Monachos Simeoni Scholæ Cantorum Priori contradere deberemus, ad inſtruendum eos in Pſalmodiæ modulatione, quam ab eo adprehendere, tempore quo illic in veſtris regianibus extitit, nequiuerant. Pro quo valdè ipſum veſtrum aſſeritis germanum triſtem effectum in eo, quòd non eius perfectè inſtruxiſſet Monachos. Et quidem, benigniſſime Rex, ſatisfacimus Chriſtianitati tuæ,*

* Areopagita.

[a] In Cod. Carol. ep. 43.

quòd niſi Georgius, qui eidem Scholæ præfuit, de hac migraſſet luce, nequaquam eundem Simeonem à veſtri germani ſeruitio abſtrahere niteremur. Sed defuncto præfato Georgio, & in eius idem Simeon, vtpote ſequens illius, accedens locum, ideo pro doctrina Scholæ eum ad nos accerſiuimus. Nam abſit à nobis, vt quidpiam, quod vobis veſtriſque fidelibus oneroſum exiſtit, peragamus quoquomodo. Potiùs autem, vt præfatum eſt, in veſtræ charitatis dilectione firmi permanentes, libentiſſimè, in quantum virtus ſuppetit, voluntati veſtræ obtemperandum decertamus. Propter quod & præfatos veſtri germani Monachos, ſæpedicto contradidimus Simeoni, eóſque optimè collocantes, ſolerti induſtriâ eandem Pſalmodiæ modulationem inſtrui præcepimus, & crebrò in eadem, donec perfectè eruditi efficiantur, pro ampliſſima veſtra Excellentia atque nobiliſſimi germani veſtri dilectione, Eccleſiaſticæ doctrinæ cantilena diſpoſuimus efficaci curâ permanere; optantes de reliquo Excellentiam veſtram longæuis ac proſperis temporibus in Domino valere, & Regni perfrui ſceptro, atque triumphales de hoſtibus, intercedente beato Petro, conſequi victorias. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Reſponſorias autem Pauli Papæ literas [b] ad Pippinum, poſtquàm Marinus Preſbyter in priſtino conſtitutus eſt honore, ſeu Titulum Sancti Chryſogoni Martyris ex Pontificio præcepto recuperauit, datas arbitramur menſe Martio, quia Paulus ait ſe propter hyemis aſperitatem nihil adhuc audiiſſe de ſuis Regiíſque Nunciis, qui Conſtantinopolim ſimul anno ſuperiore profecti ſunt. Illas literas, quas, vt ſuperiores, Romanus Pontifex *Excellentiſſimo filio, ſpiritali compatri Pippino Regi Francorum & Patricio Romanorum* inſcripſit, in octo partes opportunè pro varietate materiæ diſtribues. VI.

a In Cod. Carol. ep. 12.

Primò, Paulus maximam teſtatus eſt lætitiam, quòd Pippinum cum vxore ac liberis ſoſpitem eſſe reſciiſſet. *Eximia & à Deo protecta Excellentia veſtra, harum deferente portitore, deſtinatos apices omni plenos dulcedine ac amore, quos cum magno venerationis affectu acceptantes, liquidiùs cuncta in eis inſerta agnouimus. Inter hæc quippe, Excellentiſſime fili, veſtra nobis præcelſa innotuit Benignitas, qualiter diuinâ Dei noſtri fauente miſericordiâ, ſani atque ſoſpites & illæſi exiſtentes ſitis, ſimul cum Excellentiſſimis natis veſtris, ſpiritalibus noſtris filiis, Carolo & Carlomanno, magnis Regibus, atque Domna Bertrada Regina, dulciſſima coniuge veſtra, ſpiritali commatre noſtra, necnon & Giſila nobiliſſima noſtra filia. Quibus agnitis, magnas ac innumerabiles polorum arbitro ac Regi Regum Domino Deo noſtro retulimus laudes, quoniam iuxta id, quod anhelantiùs optantes deſideramus, veſtram addiſcere meruimus ſoſpitatem. Pro quo Dominum Deum noſtrum ſedulis deprecationibus imploramus, qui nos per multorum curricula annorum de veſtra integra ſoſpitate faciat exultore, eò quòd veſtra ſalus, noſtra eſt exultatio, & veſtra proſperitas noſtrum procul dubio exiſtit gaudium.* VII. LÆTATVR OB EIVS REGIÆQVE FAMILIÆ SOSPITATEM.

Secundò, Paulus Pippino ſciſcitanti, vtrùm circa Sanctam Dei Eccleſiam, circa Papam, circa populum Romanum proſpera eſſent omnia, ſic reſpondit. *De hoc magnas & innumerabiles gratias Deo Omnipotenti, & veſtra Excellentia referimus, quia, ſicut reuerà Chriſtianiſſime & vere Dei cultor Eccleſiam Dei & populum veſtra Excellentia viſitare non piget, ſed hoc non noſtris meritis, ſed diuinâ præueniente miſericordiâ agitur, dum omnia proſpera circa Sanctam Dei Eccleſiam atque noſtram mediocritatem vel nobis commiſſum populum exiſtunt. Pro quo Deum cæli, penitus omnium bonorum largitorem, rogabimus, vobis pro hoc præcipuo ac pio opere ſit retributor, ob tantam benignitatem & ſollicitudinem, quam circa Sanctam Dei Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam, vel eius familiarem populum habere dinoſcimini.* VIII. GRATIAS AGIT OB EIVS SOLLICITVDINEM ERGA R. ECCLESIAM, ET PP.

Tertiò, Paulus Pippino ſcribenti, quòd per ſuos Nuntios, qui Româ redierant, accepiſſet maleuolos in eadem Vrbe verſari, qui Romano Pon- IX.

AN. CH. 758. PIPPINI R. 7.

ASSERIT SE NIHIL REMISISSE DE FIDVCIA QVAM IN EIVS AVXILIO COLLOCAVIT.

tifici, ſi quid diſcriminis ab hoſtibus experiretur, nullam opem ſe laturum falsò ſpargerent, reſpondit ſe nihil vnquam remiſiſſe de fiducia, quam in eius auxilio collocauit. *Et hoc*, inquit, *in ipſis veſtris relationum apicibus continebatur, per veſtros vobis fuiſſe nuntiatum Legatos, quòd à quibuſdam malignis & mendacium proferentibus, in iſtis partibus diuulgatum eſſet, quia ſi aliqua nobis neceſſitas eueniret, nullum nobis auxilium præbere volueritis. De quo nefario dicto nequaquam nobis fuit, aut eſt hæſitatio, quia, diuinâ faciente miſericordiâ, magnam in vobis, poſt Deum, ſpem & fiduciam habemus. Agnoſcentes, quòd, Deo propitio, nullum de quacumque parte erit impedimentum, vobis defenſionem atque auxilium Sanctæ Dei Eccleſiæ, vel eius peculiaris populi impertiendi, iuxta id quod beato Petro Apoſtolo per beatæ memoriæ prædeceſſorem Domnum & germanum noſtrum, ob remedium animæ veſtræ & veniam delictorum veſtrorum, pollicentes ſpopondiſtis. Quod in perpetuis temporibus, Domino annuente, firmum ac robuſtum credimus permanere.*

X. EIVS CVM HOSTES, TVM AMICOS, SVOS ET ECCLESIÆ CVM HOSTES, TVM AMICOS DICIT.

Quartò, Paulus per literas rogatus, vt nullam cum eis omnino ſocietatem iniret, qui Pippinum Regem aut oderant aut ſpernebant, egregiam hanc reſponſionem fecit, quâ vt quoslibet Pippini Regis hoſtes ſuos etiam & Eccleſiæ hoſtes dixit, ſic & quoslibet amicos Pippini, ſuos etiam & Eccleſiæ amicos pronuntiauit. *Nobis Chriſtianiſſima veſtra direxit Excellentia, quòd ſi quis è veſtris aduerſariis aut contemptoribus ad nos venerit, nullo modo cum eis nos, aut in eorum ſocietate miſceri; abſit à nobis, vt hanc rem faciamus, dum profectò veſtri inimici Sanctæ Dei Eccleſiæ & noſtri exiſtunt. Quapropter teſtatur veritas, quia vbi veſtros amicos agnouerimus, tanquam amicos & fideles Sanctæ Dei Eccleſiæ oblectare & amplecti cupimus; & vbi veſtros inimicos inuenerimus, veraciter tanquam inimicos Sanctæ Dei Eccleſiæ & noſtros proprios, ita eos reſpuimus atque perſequimur, quia veſtri amici, Sanctæ Dei Eccleſiæ & noſtri exiſtunt, & qui inimicitias contra vos machinantur, profectò inimici Sanctæ Dei Eccleſiæ & noſtri eſſe comprobantur.*

XI. PROPTER HYEMIS ASPERITATEM NIHIL SE DE NVNCIIS CONSTANTINOPOLIM DIRECTIS AVDIISSE SIGNIFICAT.

Quintò, Paulus Pippino ſcripſit ſe propter hyemis aſperitatem nihil audiiſſe de ſuis Regiiſque Nunciis Conſtantinopolim ſimul anno ſuperiore profectis. *De Miſſis verò veſtris ac noſtris, quia ad Regiam Vrbem ſimul properauerunt, de quibus petiit nos veſtra præclara Excellentia, ſibimet à nobis ſignificari, ſi quid ex eis addiſcere potuimus, cognoſcat veſtra à Deo protecta Eximietas, quòd in his diebus nihil ab ipſis cognoſcere potuimus, dum profectò vobis incognitum non eſt, quòd pro tam ſæuâ huius hyemalis temporis aſperitate nullus de illis partibus adueniens nobis adnunciauit, qualiter circa eos agatur. Et ideo ad præſens ignoramus, quid vobis de eis veraciter ſignificemus.*

XII. CAVSAM EXPONIT MARINI PRESBYTERI.

Sextò, Paulus cauſam Marini Preſbyteri ſic expoſuit. *De Marino Preſbytero ſcripſit nobis Chriſtianiſſima Excellentia veſtra, quòd demùm in priſtino eſſet conſtitutus honore, ſecundùm qualiter vobis poſtulantes direximus, niſi propter lachrymas & cotidianas lamentationes, quas eius genitrix effundere non ceſſat, quæ & orbata lumine exiſtit, & ideo vobis direximus, vt apud vos eum abſoluere debuiſſetis, quia nihil de eo vobis fuit aut eſt, ſed nec nobis, niſi tantummodo de eius iniqua malitia, quam contra Sanctam Dei Eccleſiam malignâ atque peruerſâ motus audaciâ agere præſumpſit. Sed de hoc, ſicut per anteriores noſtras literas Excellentiæ veſtræ direximus, in veſtro ſit arbitrio vel poteſtate, quid de eodem diſponere volueritis. Nulla nobis de eo cura eſt, niſi, vt prædiximus, qualiter veſtra fuerit voluntas, ita de eo diſponere debeatis. At verò nobis direxit Excellentia veſtra, vt vobis intimare debeamus, ſi nobis idem Marinus ſuas direxit literas, de quo, teſte veritate, dicimus: nunquam nobis ſuas direxit literas, ex eo, quando illuc apud veſtram Excellentiam properatus eſt. Nam nullo modo vobis vetare habuimus, ſi factum fuiſſet.*

XIII. PIPPINVM HORTATVR, VT OPVS INCHOATVM COMPLEAT.

Septimò, Paulus Pippinum hortatus eſt, vt opus, quod cœperat, ſtrenuè compleret. *Ea, quæ à fidelibus Sanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris, id eſt, de partibus Rauennæ, ad nos peruenerunt, aptum proſpeximus veſtræ Excellentiæ intimanda, eò quòd æmuli Sanctæ Dei Eccleſiæ & noſtri atque veſtræ Excellentiæ die noctúque non deſinant pertractare, qualiter nos ſibi Deo contrario præualere ac ſuperare poſſint. Tamen & ea ſcripta, quæ exinde ſuſcepimus, infra has noſtras literas Excellentiæ veſtræ direximus, quatenus rei meritum addiſcentes agnoſcatis, quòd illi à ſuo maligno propoſito & ſolita nequitia nequaquam deſiſtunt. Pro quo, Chriſtianiſſime bone fili, & ſpiritalis compater, enixiùs elaborare atque decertare iubeas, quatenus bonum opus, quod cœpiſti, per te compleatur, & vt Sancta Dei Eccleſia & eius peculiaris populus perfectam habeant liberationem, & ſecuri ab inimicorum inſidiis permaneant.*

XIV. REGIÆ FAMILIÆ BENE PRECATVR.

Poſtremò, Paulus Pippino Regi, Bertradæ Reginæ, eorúmque liberis, Carolo, Carolomanno, & Giſilæ ſeu Giſlanæ, proſpera ſic precatus eſt. *De reliquo verò petimus diuinam Dei noſtri miſericordiam, vt vos per multorum annorum curricula in ſolio Regni veſtri conſervare dignetur, vnà cum Excellentiſſimis veſtris natis noſtríſque ſpiritalibus filiis, Carolo & Carlomanno, Regibus Francorum, & Patriciis Romanorum, necnon Domna Bertrada Excellentiſſima Regina, ſpiritali noſtra commatre, veſtra coniuge, ſimúlque & Giſila nobiliſſima puella, noſtra ſpiritali filia, ad exultationem & defenſionem Sanctæ Dei Eccleſiæ, ſimúlque & eius peculiaris populi, optantes diu veſtræ proſperitatis gaudia addiſcere, atque immenſam pro vobis diuinam implorare clementiam.*

XV. CAROLVM ET CAROLOMANNVM HORTATVR, VT PATRIS ET AVI PIETATEM IMITENTVR.

Paulus non illas tantùm literas per Petrum primum Eccleſiæ Defenſorum Pippino Regi, ſed alias [a] etiam per eundem Petrum deferendas curauit Carolo & Carolomanno, quos vehementer hortatus eſt, vt in ſuſcipienda Eccleſiæ defenſione parentibus ſuis Pippino & Bertradæ auóque Carolo pares ſe præſtarent. In exemplaribus legitur proauus, ſed proaui loco reſtituendus eſt auus, id eſt, Carolus cognomento poſteà Martellus ad quem extant epiſtolæ Gregorij Tertij Papæ, nuſquam enim ſe rebus Italicis immiſcuit Pippinus Herſtallius eiuſdem Caroli pater. Petrus Romam reuerſus prædictorum Caroli & Carolomanni literas obtulit Papæ, qui denuò ſuis eos literis [b] hortatus eſt, vt in Eccleſia protegenda virtutem Pippini patris æmularentur. Extant etiam ad illos in eadem materia tertiæ Pauli literæ [c], quas Droctegangus & Wulfardus Abbates in Franciam attulerunt, poſtquàm Romæ innotuit Pippinum iter in Saxoniam ſuſcepiſſe. Tunc Pontifex per eoſdem Abbates literas ad Pippinum direxit, de cuius ſalute plurimùm ſollicitus erat, deinde & has [d] ei tranſmiſit, poſtquàm felicem illius è Saxonia reditum ex relatione peregrinorum reſciuit. *Domno Excellentiſſimo filio, & noſtro ſpiritali compatri, Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum, Paulus Papa. Præmiſſis noſtris apicibus & affatibus per Droctegandum* ſeu Droctegangum *& Wulkardum* ſeu Wulfardum, *Deo amabiles, fideliſſimos veſtros Miſſos, ſumus impenſiùs deprecati Excellentiam veſtram, vt nos certiores atque lætiores reddere annueritis de veſtra ampliſſima ſoſpitate, & de eo quo profecti eſtis itinere, qualiter erga vos Dominus eſſet operatus. Et dum tanto euoluto tempore nullam à vobis reſponſionis ſeriem de huiuſcemodi re agnouimus, vehementer noſter attritus eſt animus. At verò per diuerſos, ex ipſis regionibus, liminibus Apoſtolorum aduenientes peregrinos didicimus ſoſpitem te ad propria, præcellentiſſime fili & ſpiritalis compater, eſſe annuente Deo reuerſum. Vnde magno gaudio noſter animus releuatus eſt. Quapropter deſtinatis præſentibus noſtris Apoſtolicis ſyllabis, viſitationis causâ, obnixè petimus, vt dignetur ſublimis veſtra Excellentia quantocyùs nos de ampliſſima incolumitatis veſtræ ſoſpitate lætos reddere, ſignificans, Chriſtianiſſime fili & ſpirita-*

PIPPINO QVOQVE SCRIBIT, POST FELICEM EIVS E SAXONIA REDITVM.

[a] In Cod. Carol ep. 42.

[b] In Cod. Carol. ep. 40.

[c] In Cod. Carol. ep. 41.

[d] In Cod. Carol. ep. 38.

AN. CH. 758. PIPPINI R. 7.

lis compater, qualiter erga vos, & Excellentiſſimam filiam & ſpiritalem noſtram commatrem, & eximios filios agatur, vt noſter animus maximâ iocunditatis exultet lætitiâ, quoniam nimio deſiderio ferueſcimus veſtram ſeduló addiſcere ſoſpitatem, & de veſtro gaudio exultare, quoniam veſtra ſalus exaltatio eſt ſanctæ matris veſtræ Eccleſiæ, & proſperitas veſtra noſtra eſſe probatur lætitia. Itaque, præcellentiſſime fili & ſpiritalis compater, bone & optime Rex, ecce hactenus nullam rei veritatem de noſtris Miſſis, qui à Regia profecti ſunt vrbe, addiſcere valuimus, quid erga eos ageretur, & ideo nequaquam vobis quippiam de eis ſignificare valuimus. Dum verò rei agnoſcere potuerimus veritatem, confeſtim eximia Excellentia veſtra dirigemus in reſponſis. His præmiſſis, Deum cæli petimus, vt vobis & præſentis vitæ longanitatem, & Regni gubernacula, cum Excellentiſſima Regina filia & ſpiritali noſtra commatre Chriſtianiſſima Regina veſtráque dulciſſima coniuge, atque amantiſſimis veſtris natis noſtríſque filiis iiſdem eximiis Regibus & Patriciis Romanorum, perfruendum concedat, & cæleſtis Regni participes faciat, nóſque permittat de veſtra ampliſſima ſoſpitate ſemper gratulari. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.
De Droctegango Abbate Gorzienſi, déque Vulfardo Abbate Sancti Martini Turonenſis, iam locuti ſumus. Porrò, ne gratis eos à nobis Abbates dici ſuſpiceris, quia neuter in literis proximè recitatis tali Titulo decoratur, lege hoc aliarum literarum [a] initium. *Domnis Excellentiſſimis filiis, Carlo & Carlomanno, Regibus Francorum, & Patriciis Romanorum, Paulus Papa. Miſſam relationem Excellentiæ veſtræ, deferentibus harum gerulis, Droctegango ſcilicet & Wulfardo, Religioſis Abbatibus, ſuſcipientes, votiuo ſumus incolumitatis veſtræ nuntio releuati.*

[a] In Cod. Carol. ep. 41.

XVI. Autumnali tempore Deſiderius Longobardorum Rex adiit Apoſtolorum limina, colloquium habuit cum Romano Pontifice, déque reſtituendis Eccleſiæ quibuſdam in Tuſcia & alibi patrimoniis cum eo conuenit. Paulò pòſt Petrus Notarius Regionarius & Ioannes Manſionarius Confeſſionis Baſilicæ Sancti Petri, quos Papa in Franciam direxerat, Romam reuerſi ſunt cum Regiis Nunciis, Wulfardo iam laudato, & altero cuius nomen in Codice Carolino reticetur. Tunc Paulus è Pippini literis accepit ſuos Nuncios, qui ſimul cum Francis anno ſuperiore Conſtantinopolim perrexerant, in Franciam appulſos eſſe cum Græcis, ibíque à Rege vtroſque detineri, mox epiſtolam [b] ad eundem Pippinum miſit benè longam, in qua poſt vberrimas laudes hæc ſubiunxit. *Direxit nobis Excellentia veſtra Chriſtianitas, ſignificans de Miſſis noſtris, veſtríſque, atque Græcorum, qui à Regia Vrbe reuerſi ſunt, eos apud vos eſſe detentos, interim quòd aggregatis veſtris Sacerdotibus, atque Optimatibus, coniicere ſeu perpetrare valeatis, quid de his, quæ vobis directa ſunt, reſpondendum ſit. Et quidem nobis hac de re aliter confidendum non eſt à vobis reſponderi, niſi quæ ad exaltationem ſacroſanctæ ſpiritalis matris veſtræ Romanæ Eccleſiæ * atque Orthodoxæ fidei pertinere noſcuntur, & quia quod ſemel beato Petro & pro æterna vitæ retributione obtuliſtis, nulla vos deberet ratio ab eius iure & poteſtate ſeparare. Scimus enim, quòd nulla apud vos ſuaſionis fabulatio præualet, dum diuina verba & Apoſtolica documenta firmiter in veſtro corde retinetis adnexa. Et ecce ſicut nobis per veſtras literas & noſtros veſtróſque Miſſos maximam confidendi materiam intuliſtis, præſtolamur lætabunda hæc de re nuntia à vobis ſuſcipi, & ſolitè de veſtro benigno mentis propoſito gratulari. Et hoc præcelſa Chriſtianitas veſtra per eaſdem ſuas à nobis petiit ſyllabas, Georgium Epiſcopum & Petrum Presbyterum in veſtro permanere ſeruitio, nos debere concedere. Et quidem præcellentiſſima veſtra Benignitas agnoſcat nos iamdudum de hoc veſtræ obtemperaſſe voluntati. Per Andream quippe religioſiſſimum Miſſum veſtrum, ſicuti popoſciſtis, in exaratis deſtinaſtis Apoſtolicis ſyllabis eos vobis dignoſcimur conceſſiſſe, intimantes, vt ſiue retinendos, ſiue etiam abſoluendos eſſe veſtra fuiſſet voluntas, ita de eis peragere debe-*

[b] In Cod. Carol. ep. 26.

* caput & omnium Eccleſiarum Dei.

AN. CH. 758. PIPPINI R. 7.

retis. Vnde etiam & nunc in veſtro voluntatis arbitrio relaxamus, vt * *qualiter vobis de eis placuerit tam retinendos quàm abſoluendos faciatis, dum ſemel à nobis vobis conceſſi ſunt. Sed vtinam ipſi placabiles in veſtro poſſint eſſe ſeruitio! Pro quo dirigite nobis, quid de Epiſcopatu prædicti Georgij, & de Eccleſia, quæ prænominato Petro commiſſa eſt, peragere debeamus, ne ampliùs, illis admonitis, in nimiam neglectûs incuriam deueniant. Intereà duos veſtros Miſſos, id eſt, Wulfardum & eius ſocium, ſecundùm veſtram præceptionem, pro vtilitatibus Sanctæ noſtræ Eccleſiæ ſpiritalis matris veſtræ, in his partibus retinuimus. Illud prætereà Excellentia veſtra innotuit, Deſiderio vos Langobardorum Regi direxiſſe, vt Saxulum puerum noſtrum, qui à nobis fugam arripuerat, reddere deberet. Sed agnoſcat Chriſtianitas veſtra, quod etiam vos creditum cognitum habere puto, coniunxiſſe hoc præterito autumni tempore eundem Deſiderium Langobardorum ad Apoſtolorum limina, causâ orationis, eundémque noſtrum puerum ſecum deferens nobis contradidit. Cum eodem quippe Rege pro iuſtitiis inter partes perficiendis loquente conſtitit, vt, veſtris eiúſque Miſſis per diuerſas ciuitates progredientibus, ipſæ præparatæ fuiſſent iuſtitiæ. Et ecce, Deo propitio, de partibus Beneuentanis atque Tuſcanenſibus & fecimus & ad inuicem noſtras recepimus. Nam de Ducatu Spoletino, noſtris vel Langobardorum Miſſis illic adhuc exiſtentibus, ex parte iuſticias fecimus ac recepimus. Sed & reliquas, quæ remanſerunt modis omnibus, pleniſſimè inter partes facere ſtudent.* Deinde inter alia, hæc addidit in embolo. *Direxit nobis à Deo protecta Excellentia veſtra, præfatum vos Deſiderium admonuiſſe Regem* *, *Neapolitanis ac Caietanos conſtringere, ob reſtituenda patrimonia protectori veſtro beato Petro illic Neapoli ſita, & largiri licentiam electis ſolitè ad ſuſcipiendam Epiſcopalem conſecrationem ad hanc Apoſtolicam properandi Sedem. Quapropter maximas de hoc, & de omnibus, Excellentiæ veſtræ referimus grates.*

* aut

DESIDERIVS IT ROMAM.

COLLOQVITVR CVM PP.

XVI.

* Regi.

XVII. Patrimoniola, quæ in Ducatibus, Beneuentano, Spoletano & Tuſco, necnon in territoriis, Neapolitano & Caietano, ſita perhibet hæc epiſtola, non ſpectant ad noſtros Annales, quoniam ad Donationem Pippininam nullomodò pertinent. Quod attinet ad Georgium Epiſcopum, is in Franciam bis iam venit, ſemel à Stephano Tertio Papa, iterum à Paulo Stephani ſucceſſore directus, imò rediit & hoc anno Romam, anno enim proximo in Franciam tertiò veniet cum literis, per quas Paulus auditâ Regij pueri Natiuitate patrinus eius fieri poſtulabit. Rediit & Romam Petrus Preſbyter, poſt biennium enim in Franciam cum literis Romani Pontificis ad Pippinum Regem reuertetur.

XVIII. Orientalium Nunciorum cum muneribus in Franciam aduentus Romano Pontifici plurimùm diſplicuit, verito, ne Pippinus amicitiam arctiſſimè cum Imperatore necteret. Quid ſecutum ſit, paucis Anonymus in Hiſtoria iuſſu Nibelungi conſcripta ſic aperit. *Rex Pipinus Legationem Conſtantinopolim ad Conſtantinum Imperatorem pro amicitiæ cauſa & ſalute patriæ ſuæ mittens, ſimiliter & Conſtantinus Imperator Legationem præfato Regi cum multis muneribus mittens, & amicitias & fidem per Legatos eorum viciſſim inter ſe promittunt. Neſcio quo faciente, poſteà amicitia, quam inter ſe mutuò promiſerant, nullatenus ſortita eſt effectum.*

FRANCORVM ET GRECORVM LEGATIONES IRRITÆ.

XIX. His circiter temporibus, vt literas ediſceret, Vltraiectum à parentibus miſſus eſt Ludgerus, cuius nomen variis modis effertur, Ludgerus, Liudgerus, Luidgerus, Ludger, Lutgherus, Ludigerus, Luidigerus. Triplex eius vita legitur eodem, quo mortuus eſt, exarata ſeculo. Primæ, quam Henſchenius publicauit [a], Auctor Altfridus; ſecundæ, quam Browerus edidit, Auctor ignoratur; tertiæ, cuius ſtylum Surius nonnihil mutauit, Auctores Monachi Werthinenſes.

LVDGERVS.

[a] Die 26. Mart.

XX. Eccleſiæ Mimigardeuordenſis primus Epiſcopus fuit Ludgerus, ſecundus Gerfridus eius nepos, tertius Altfridus. Hic, vt ex vetere patet inſ-

AN.CH. 758. PIPPINI R. 7.

trumento, quod ſuo loco recitabimus, ſuperſtes in viuis erat *tertio-decimo* *Kal. Auguſti anno Incarnationis Dominicæ* DCCCXLVIII, *regnante Hludowico Iuniore anno* IX, *Indictione* XI, *feriâ* VI &c., vt eſt apud Cincinnium, obiit decimo Kalendas Maias, anno Chriſti octingenteſimo vndequinquageſimo. Inde colligere eſt ætatem, quâ Sancti Ludgeri vitam in literas retulit. Opus ſuum duas in partes diſtribuit; vnâ vitam, alterâ virtutes ſeu miracula Sancti Ludgeri complexus eſt; magnâ ſanè differentiâ, nam quæ priore libro de vita conſcripſit, ea non viſu ſed auditu didicit; quæ verò poſteriore libro de miraculis ſubiecit, ea vel viſu deprehendit, vel facta certè cognouit. Vtrumque docet in ſuo Prologo. Primum, ſic. *Exempla & Actus S. Liudgeri ideò plenè comprehendere nequeo, quia non ea viſu ſed auditu didici, illis adteſtantibus, qui ab infantia illum nouerant, atque ab eo eruditi fuerant, Hildigrimo ſcilicet Epiſcopo fratre eius, & Gerfrido Epiſcopo nepote eius; ſed & Sanctimoniali fœminâ Heriburgâ germanâ eius, necnon & venerabilibus eius Presbyteris, Altuberto, Atinga, & Thiatbaldo.* Alterum, ſic. *Virtutibus multis atque ſignis, quæ per illum Dominus operatus eſt, per negligentiam prætermiſſis, ea ſola huic libello inſcribi feci, quæ vnà vobiſcum aut viſu deprehendi, aut facta certè cognoui.*

XXI. Browerus, inter Sidera illuſtrium & Sanctorum virorum, qui Germaniam præſertim Magnam olim geſtis rebus ornarunt, è Codice Fuldenſi vitam Sancti Ludgeri publicauit, cuius Auctorem dixit Othelgrimum eiuſdem Sancti Ludgeri familiarem. Certè Monachus Werthinenſis, qui circa annum Chriſti milleſimum centeſimum quadrageſimum-primum, ſeu iuſſus ſeu rogatus ab Abbate Bernardo, vitam Sancti Ludgeri, metro rhythmico, ſerie triplicis Litaniæ, conſcripſit, *tres idoneos Scriptores*, eam ante ſe literis eſſe complexos fatetur, *Othelgrimum diſcipulum eius, Altfridum Monaſterienſem* ſeu Mimigardeuordenſem *Epiſcopum, Vffingum Cænobitam Werthinenſem.* At Auctor editus à Browero, ne quidem è diſcipulis Sancti Ludgeri videtur fuiſſe, quodam enim modo ab eorum numero ſe ſecernit, cùm caput viceſimum-ſextum libri primi ſic orditur. *Ferebant autem veraciſſimi viri, de diſcipulis eius, quòd quodam tempore*, &c. Item, cùm caput duodetriceſimum eiuſdem libri ſic claudit. *Ferunt & alia multa miranda, venerabiles viri de diſcipulis eius, à B. Ludgero geſta vel dicta, quæ cuncta ponere immoderatioris fortaſsè prolixitatis videbitur.* Idem Auctor capite duodeuiceſimo, vbi de Foſeteſlandia Inſula loquitur, ætatem ſuam non obſcurè ſic prodit. *Tantam autem Deus potentiam verbis eius*, nempe Ludgeri, *tribuit, vt omnes Inſulanos fidem Chriſti confeſſos in vno illic fonte babtizauerit, Foſetis fana deſtruerentur, fabricarentur Eccleſiæ, ipſe Princeps Inſulæ filium ſuum de fonte ſacro leuandum illi obtulerit, vocabulo Landricum, quem poſteà in Freſonum gente religioſum Presbyterum vidimus.* Hoc textu æqualem Altfrido ſe oſtendit, calamo tamen manum poſt Altfridum admouit. Altfridus enim, vt ipſemet in ſuo Prologo teſtatur, animum ad ſcribendum appulit, *quia nefas* putabat *tanti viri*, videlicet Ludgeri, *latere virtutes*, quæ profectò minimè latuiſſent, ſi vita Sancti Ludgeri priùs à quopiam fuiſſet conſcripta. Duo de Sancto Ludgero libri, quos Browerus excudendos curauit, non eâdem ſunt exarati manu, ſed ſinguli ſingulos habuerunt Auctores. Id rectè Voſſius iam obſeruauit, at Othelgrimum, cui primum librum adſcripſit, cum Hildegrimo Sancti Ludgeri fratre perperam confudit. Iſtius Lucubrationis Auctor nec Hildegrimus fuit, nec Othelgrimus. Hic ex Clericis Sancti Ludgeri fuit, & ab eo ad tractanda negotia adhibitus, etiam antequàm fundata eſſet Werthina, ſic vt capeſſente Epiſcopatum Mimigardeuordenſem Altfrido, maior ſeptuagenario fuiſſe videatur, priúſque mortuus quàm vita Sancti Ludgeri ſcripta ſit ab eodem Altfrido, qui, dum virtutes Sancti Ludgeri latere nefas exiſtimat, eas literis

nec

nec ab Othelgrimo nec ab alio quoquam priùs commendatas oſtendit. Hildegrimus, teſte Altfrido, frater Sancti Ludgeri fuit, ergo non ſcripſit eius vitam, quæ multis apud Browerum parachroniſmis ſcatet. Lege Commentarium [a] Henſchenij præuium vitæ Sancti Ludgeri [b]. Quoties igitur Sancti Ludgeri vitam ex editione Broweri citabimus, eam allegabimus Auctore incerto & anonymo. AN. CH. 758. PIPPINI R. 7.

[a] §. 2.
[b] D. 26. Mart.

Tertiam Sancti Ludgeri vitam, quæ legitur apud Surium, compoſuerunt Monachi Werthinenſes, vt Henſchenius loco proximè citato teſtatur, *ſub annum* DCCCXC *aut fortaſſis* DCCCC. Vt autem ex Altfrido Anonymus multa[a], ſic & ex vtroque pleraque mutuati ſunt Werthinenſes Monachi. XXII.

Ceteros Auctores, qui ſuam operam in deſcribenda Sancti Ludgeri vita collocarunt, hîc omittimus, antiquioribus vti, quantùm licet, aſſueti. XXIII.

Omnium vetuſtiſſimus Altfridus de Sancto Ludgero Vltraiectum à parentibus miſſo ſic ſcribit. *Rogauit parentes, vt ſe alicui viro Dei committerent erudiendum. At illi, cùm eſſent benigni glorificauerunt Deum, videntes intentionem iuuenis, commendaueruntque eum viro venerabili Gregorio, diſcipulo & ſucceſſori S. Bonifacij Martyris, Domino nutriendum: qui libenter eum ſuſcepit, & compertâ ſagacitate pueri, ſtudioſè illum erudiebat.* Habet eadem Anonymus [c] apud Browerum, additque de Gregorio, quòd *Traiectenſi Sedi Presbyter, Epiſcopi vice, præerat*, vt expoſuimus ſuprà. XXIV. SVB GREGORII DISCIPLINA ERVDIENDVS VLTRAIECTVM MITTITVR

[c] Lib. 1. c. 4.

Tunc primùm Ludgerus in Friſiam citeriorem ſeu Francicam venit, natus eſt enim in vlteriore Friſia, quæ trans Regni Francici limites erat. Virumi ſeu Viromi natus creditur. Friſij pagum illum haud longè diſtantem Doccomio, vbi Martyrium Sancti Bonifacij contigit, Wirum ſeu Wiorum appellant. Ipſemet in vita Sancti Gregorij viſum à ſe teſtatur Sanctum Bonifacium Traiectenſem tunc Epiſcopum. *Succeſſit, inquit, S. Bonifacius idem Archiepiſcopus & Martyr, quem oculis meis ipſe vidi candidum canitie & decrepitum ſenectute, plenum virtutibus & vita meriti*, eo videlicet tempore, quo Bonifacius Martyrio proximus Euangelium paganis in vlteriore Friſia prædicabat. XXV. E FRISIA VLTERIORE.

Ludgero pater fuit Thiadgrimus, mater Liafburga, auus Vrſingus cognomento Ado, auia Adalgarda, patruus Nothgrimus, auus maternus Nothradus, auia materna Adelburga, proauunculi Willibrahtus & Thidbrahtus. De ſingulis agemus auctore Altfrido. XXVI.

Fuit in diebus Radbodi Regis Freſonum vir quidam nobilis in ea gente, Vrſingus nomine, altis Wirſingus, Worſingus, Wiriſingus & Werſingus [illegible], cognomento Ado, qui quamuis fidem Sanctæ Trinitatis necdum ſciret, [illegible] erat tamen adiutor pauperum, ac defenſor oppreſſorum, in iudicióque [illegible], multa. Sed quia gens illa eo tempore in errore infidelitatis erat excæcata, Alias enim multi iniuſta à Rege crudeli & ab eius miniſtris [illegible] tunc perpeſſi, alios vero Rex idem inſidiando necauerat, & hereditates illorum poſſidebat, [illegible] vendi[illegible] ro extra terminos effugabat, & nihilominùs ſibi hereditatem [illegible] iuſtè & [illegible] cabat. Sed vir præfatus ſe minimè ſubtrahens, [illegible] minùs veritatem [illegible] à Rege Rego & eius Principibus defenderet, nullius perſonam [illegible] in iudicando [illegible] familia amplectendo veritatem, reſpiciebat. Qua de re [illegible] [illegible], ut magis [illegible] Regis crudelis inſidias pateretur, itaut iuberet illum callidè interficere, [illegible] cum [illegible] tes ſuas tolli. Quod lethale conſilium illi continuò [illegible] ex Conſilio [illegible] & nuntiare curauit, eò quòd à pluribus diligeretur. Tunc Vrſingus [illegible] nomine coniuge ſua Adalgarda & filio vno quem habebat [illegible], Nothgrimo nomine [illegible] cum paucis domeſticis ſuis occultè fugiens, ad [illegible] Francorum [illegible] habitauit in Grimoldum, peruenit. Qui benignè ab eodem [illegible] ſuſceptus [illegible] regione Francorum, & imbutus fide Catholicâ [illegible] Baptiſmi conſecutus eſt gratiam vnà cum coniuge ſua & filio ac domo [illegible] eius.

XXVII. EIVS AVVS [illegible]

Tomus V.

AN.CH. Radbodus apud Friſios ab anno Chriſti ſexcenteſimo octogeſimo ad annum vſque Chriſti ſeptingenreſimum decimum-nonnm regnauit; Friſiâ ci-
758. teriore, vbi Vltraiectum, à Francis, quibuſcum temerè bellum geſſerat,
PIPPINI ſpoliatus eſt anno Chriſti ſexcenreſimo vndenonageſimo; filiam ſuam, no-
R. 7. mine Theutſindam, Grimoldo ſeu Grimoaldo Pippini Herſtallij filio, qui
XXVIII. priorem vxorem amiſerat, in matrimonium collocauit anno Chriſti ſeptingenteſimo vndecimo, rertióque pòſt anno eundem Grimoaldum per Rangarium hominem Friſium è viuis ſuſtuliſſe creditur. Hæc ſuis locis probata. Poſt *præfati verò* Grimoaldi *Ducis obitum*, inquit Altfridus, *ſinguli Duces Francorum venerabilem Vrſingum honoratum beneficiis retinuerunt ſecum. Vxor verò eius in peregrinatione genuit ei filium alterum, nomine Thiadgrimum*, ſeu Thietgrimum, vel Thitgrimum, aut Tiatgrimum, *& filias nouem, & defuncta obiit in pace, necnon & ſex filiæ eius in virginitate ab hac luce ſubſtractæ ſunt. Pater igitur filios duos cum filiabus tribus, quæ remanſerant, cum timore Dei nutriens; ſeruauit caſtitatem ſuam reliquum tempus vitæ ſuæ.*

XXIX. Vrſſingus Friſiâ citeriore nondum à Francis ſubactâ profugit in Franciam, ibique ad obitum vſque Radbodi permanſit. Diuturnâ illâ, quam in Francia fecit, morâ, decem ex vxore Adalgarda ſiue Adelarde liberos ſuſcepit, marem vnum, fœminas nouem; ſex è filiabus amiſit cum ipſa Adalgarda coniuge, vt habet textus proximè citatus. Poſteà *Rex Radbodus infirmari cœpit infirmitate quâ & mortuus eſt, & ſex annis continuis ante diem mortis ſuæ paulatim traxit dolorem. Infirmatus autem miſit ad virum memoratum Vrſingum, poſtulans vt ad ſe rediret, recepturus hæreditatem ſuam, inſuper & alia multa ſe daturum ei ſpopondit, ſi pacem ſecum tenere voluiſſet. Sed vir Catholicus precibus eius non adquieuit ſciens perfidiam eius ſibi non eſſe cautam. Iterum autem Radbodus miſit ad eum poſtulans, vt, ſi ipſe venire noluiſſet, ſaltem filium ſuum ad ſe mitteret, & iurauit ſe ei daturum quicquid ſibi promiſerat. Igitur Vrſſingus tandem precibus victus miſit ad eum filium ſuum iuniorem* Thiadgrimum, *quem ille benignè ſuſcipiens fecit honorificè habitare ſecum, & reſtituit ei hæreditatem patris. Ipſe tamen pater cum ſeniore filio & filiabus tribus habitauit in regione Francorum vſque ad obitum Rhadbodi.* De Thiadgrimi ætare non liquet, ab Altfrido enim nominatus ante ſorores videtur honoris cauſâ propter ſexûs maſculini dignitatem, licèt multas è ſororibus ætate ſe grandiores nactus eſſet. Eum natum putamus poſt annum Chriſti ſeptingenteſimum, adhúcque puerum in diriones Radbodi remiſſum eſſe, filiorum enim alter Hildegrimus anno Chriſti octingenteſimo viceſimo-ſeptimo traditur obiiſſe. Rectè apud Altfridum *Radbodus ſex annis continuis ante diem mortis ſuæ paulatim dolorem* traxiſſe dicitur, perperam autem apud Cincinnium annis ſex ante obitum decubuiſſe fertur, anno enim Chriſti ſeptingenreſimo decimo-ſexto, ſiue anno tertio ante mortem, pugnam cum Carolo conſeruit, victórque exercitum Coloniam vſque duxit. Nec etiam ipſemet Altfridus approbari poteſt, cùm annos ſex illos continuos, quibus Radbodus ante diem mortis ſuæ paularim dolorem traxit, ideò memorabiles ait, quòd illis temporibus *cœpit Regnum ſuum*, id eſt, Radbodi, *deficere; Regnum quoque Francorum augmentando proficere.* Ab anno enim Chriſti ſeptingenteſimo decimo-tertio ad annum Chriſti ſeptingenreſimnm decimum-nonum quo Radbodus obiit, nec imminutam ipſius Radbodi ditionem, nec auctum Francorum Regnum nouimus. Hæc mutatio pertinet ad annum Chriſti ſexcenteſimum vndenonageſimum, quo Franci pœnas de Radbodi Regis audacia ſuperbiâque ſumpſerunt citeriore Friſiâ potiri. Vnde rurſum eundem Altfridum redarguas, cùm Freſiam poſt Radbodi mortem imperio Francorum à Carolo Pippini Ducis filio adiectam ſic ait. *Contigit autem Pippinum Ducem Francorum de hac luce migraſſe, &*

filium eius Carolum regno ſeu Maioratu *potiri patris; qui multas gentes ſceptris adiecit Francorum, inter quas etiam cum triumphi gloria Freſiam, extincta Radbodo, paterno addidit imperio.* Carolus longè poſt Radbodi Regis obitum bis Friſios aggreſſus eſt, vicitque, ſemel anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-tertio in Weſtergoa, iterum anno proximo in Oſtergoa, ſed è duabus hiſce prouinciis Friſionum ne vicum quidem retinuit, qui Franciæ cum citeriore Friſia deinceps accenſeretur. Id manifeſtiſſimè declarat Auctor Synchronus in Appendice ad Hiſtoriam iuſſu Childebrandi conſcriptam. *Poponem*, inquit, *gentilem Ducem illorum fraudulentum Conſiliarium interfecit, exercitum Friſionum proſtrauit, fana eorum idololatriæ contriuit atque combuſſit igni, cum magnis ſpoliis & prædis victor reuerſus eſt in Regnum Francorum.* AN. CH. 758. PIPPINI R. 7.

Eodem Carolo Maiore-domûs, Vrſſingus domicilium ſuum mutauit, rediit enim in Friſiam, id eſt, in citeriorem Friſiam, ſiue in eam Friſiæ partem, quæ Francis ab anno Chriſti ſexcenteſimo octogeſimo nono parebat, nuſquam verò in vlteriorem Friſiam, Radbodi Regis hæredibus obnoxiam, vbi Oſtergoa & Weſtergoa ſuprà nominatæ. Ratio migrationis hæc fuit, Carolus Vrſſingo beneficium ſeu feudum prope Vltraiectum conceſſit. *Dedit Carolus memorato Vrſſingo beneficium in confinio Freſonum, & direxit eum ad patriam ſuam cauſâ fidei roborandæ. Qui veniens acceptâ hæreditate propriâ habitauit in loco, qui dicitur Suabſna* ſeu Suahſna *iuxta Traiectum, & cœpit eſſe adiutor S. Willibrordi, cum filiis & propinquis ſuis, in quibuſcumque poterat. Diligebat eum S. Willibrordus valdè, eò quod eſſet vir bonus, & plenus fide, & acceptabilis vniuerſæ plebi, & caſtitatem ſeruans.* Plura de Vrſſingo non ſcripſit Altfridus, in cuius textu patriam eiuſdem Vrſſingi Friſiam interpretare latiori modo ſumptam, ſeu Francorum Regi, ſeu Radbodi nepotibus morem gerit; Vrſſingus enim patriâ Friſius fuit, natúſque in vlteriore Friſia, regnante tum Adalgiſo penes quem erat totius Friſiæ dominatio, nec aliud innuit Radbodus Adalgiſi filius, cùm longè poſt amiſſam citeriorem Friſiam eundem Vrſſingum per nuncios hortatur, vt in patriam cum familia ſua redeat *recepturus hæreditatem ſuam.* Ex his liquet corrigendam apud Browerum Sancti Ludgeri vitam, cuius Auctor in fine capitis primi ſic de Vuriſingo ſiue Vrſſingo loquitur. *A Rege maligno Freſonum Radbodo, ob iuſtitiæ defenſionem quâ licèt paganus impauidè oppreſſis ſubueniebat, à patria effugatus, & in Franciam pulſus eſt. Ibi Religionem Chriſtianam ediſcens, mortuo impio Rege, à glorioſo Francorum Principe ad gentem ſuam denuò remiſſus eſt, & ſuæ patriæ fidem Chriſti intulit, & ab eius primùm familia Chriſtianitatem percepit.* Vrſſingus quidem *à* Carolo *glorioſo Francorum Principe* ſeu Maioredomûs, qui feudum prope Vltraiectum ei dedit, *ad gentem ſuam denuò remiſſus eſt*, id eſt, ad Friſios, quia Vltraiectum in Friſia citeriori ſitum, ſed *ſuæ patriæ* ſeu loco natiuitatis ſuæ, qui pertinebat ad vlteriorem Friſiam, fidem Chriſti non intulit, illuc enim numquam reuerſus eſt, nec etiam Friſia citerior, quam poſt acceptum à Carolo feudum ad vltimum vſque vitæ ſpiritum incoluit, *ab eius primùm familia Chriſtianitatem percepit*, in ea enim prouincia longè ante Radbodi vlterioti tantùm Friſiæ dominantis obitum inſtitutus Epiſcopatus fundatáque Eccleſia Vltraiectina copioſo Chriſtianorum numero. XXX.

E duobus Vrſſingi filiis, ſenior Nothgrimus natus eſt in vlteriore Friſia, ſed ex quo puer in citeriorem cum parentibus venit, ibi cum eodem patre ſororibúſque degit; vxorem duxit Chriſtianam, ſorores viris ſimiliter Chriſtianis nupſerunt, habuerúntque omnes magnam cum beatiſſimis Epiſcopis Willibrordo & Bonifacio familiaritatem. Qua de re ſic Alfridus. *Nothgrimus filius eius*, nempe Vrſſingi, *ſenior duxit vxorem fidelem: ſimiliter & filiæ tres cum timore Domini coniugio copulatæ ſunt, vi-* XXXI. PATRVVS NOTHGRIMVS.

AN. CH. 758. PIPPINI R. 7. *nente patre. Habuítque progenies illa magnam familiaritatem cum S. Willibrordo, necnon & cum S. Bonifacio, qui poſt eum partibus illis Doctor ſerenus illuxit.*

XXXII. PATER THIADGRIMVS. Thiadgrimus iunior Vrſingi filius in citeriore Friſia ditionis iam Franciæ natus eſt parentibus tum Chriſtianis, à patre miſſus eſt in vlteriorem Friſiam Radbodo Rege nondum mortuo, ibíque reliquam vitam duxit. Vxorem ſibi ſociauit Liafburgam Nothradi & Adelburgæ filiam, & ex ea duos ſuſcepit filios futuros Epiſcopos, itemque filias matres Epiſcoporum futuras. *Poſt obitum verò patris*, inquit Altfridus, *Thiadgrimus, iunior filius memorati Vrſingi, duxit vxorem, nomine Liafburg, filiam cuiuſdam Nothradi & Adelburgæ.* Et paulò pòſt. *Hanc fortitudinem tenerrima puella* Liafburgæ *ex diuina credimus actam prædeſtinatione, eò quòd ex ea duo Epiſcopi fuiſſent oriundi, Sanctus videlicet Lindgerus & Hildigrimus, ceterorúmque Epiſcoporum genitrices futuræ.*

XXXIII. NOTHRADVS AVVS MATERNVS. ADELBVRGA AVIA MATERNA. De Nothrado Ludgeri auo materno nihil aliud legimus, de Adelburga Nothradi vxore obſeruat Altfridus, *quòd ſuos duos germanos fratres Sancto commendauit Epiſcopo Willibrordo, de quo ſuperiùs diximus, Domino nutriendos: quorum maior Willibraht, minor autem Thidbraht vocabatur; qui etiam primi omnium gentis Freſonum Clericatûs acceperunt officium. Horum prior in Leuitarum obiit gradu: iunior non peruenit ad gradum, ſed ita in iuuentute de luce migrabat.*

XXXIV. Fuit Nothrado mater gentilis, cuius nomen Altfridus poſteris ne quidem nominandum ob mores nimium crudeles barbaróſque cenſuit. Hæc cùm nurui ſuæ plures filias, nullum filium eſſe cerneret proli fœminei ſexûs, ſi quam deinceps Adelburga pareret, vitam adimere ſtatuit. Apud Friſiones paganos ea barbaries inualuerat, vt liberam ſibi licentiam eſſe putarent infantes occidendi qui nihil cibi guſtaſſent. Reges tamen illius gentis, licèt ethnici, tantum flagitium deteſtati videntur, in Lege enim Friſionum Titulo quinto, vbi agitur *de hominibus, qui ſine compoſitione occidi poſſunt*, in eorum numero ponuntur, *qui fanum effregit, & infantem ab vtero matris ſublatum enecat.*

XXXV. MATER LIAFBVRGA. Periculum, quod ipſo die ſuæ natiuitatis incurrit euaſítque diuinitus Liafburga, ſic deſcribitur ab Altfrido. *Memorata Liafburg cùm nata eſt, habebat auiam gentilem, matrem videlicet patris ſui* Nothradi, *abrenuntiantem omninò fidei Catholicæ, quæ non nominanda in furorem conuerſa, eò quòd prænominata coniunx* Adelburga *filias tantùm genuiſſet, & filium viuentem non haberet, miſit lictores qui raperent eandem filiam, tunc natam, de ſinu matris, & necarent, priuſquàm lac ſugeret matris, quia ſic erat mos paganorum, vt ſi filium aut filiam necare voluiſſent, abſque cibo terreno necarentur. Lictores autem, ſicut illis fuerat imperatum, rapuerunt eam, & portauit illam vnum mancipium ad ſitulam aquâ plenam, cupiens in eam aquam ipſam immergere, vt vitam finiret. Sed miro Omnipotentis dono actum eſt, vt puella, quæ needum ſuxerat vbera matris, extentis brachiolis ſuis, vtrâque manu apprehenderet marginem ſitulæ, renitens ne mergeretur. Hanc ergo fortitudinem tenerrimæ puella ex diuina credimus actam prædeſtinatione, eò quòd ex ea duo Epiſcopi fuiſſent oriundi, Sanctus videlicet Lindgerus, & Hildigrimus, ceterorúmque Epiſcoporum genitrices futuræ. In hac igitur colluctatione mirabili, iuxta miſericordis Dei diſpoſitionem, ſuperuenit vicina mulier, & miſericordiâ mota eripuit puellam de manu præfati mancipij, cucurrítque cum ea ad domum ſuam, & claudens poſt ſe oſtium, peruenit ad cubiculum in quo erat mel, & miſit ex melle illo in os iuuenculæ, quæ ſtatim ſorbuit illud. Venerunt intereà prædicti carnifices iuſſa Dominæ ſuæ expleturi, dominabatur enim illa furibunda in tota domo filij ſui. Mulier autem quæ infantem rapuerat, occurrens lictoribus dixit, mel comediſſe puellam, & ſimul oſtendit eis illam adhuc labia ſua lingentem, & propter hoc illicitum erat iuxta morem gentilium necare illam. Tunc lictores dimiſerunt eam, &*

AN. CH. 758. PIPPINI R. 7.

mulier, quæ eam rapuerat, occultè nutriuit illam mittendo lac per cornu in os eius. Mater quoque occultè miſit ad eam nutricem puella afferentem quæ neceſſaria fuerant, quoadvſque præfata ferox illa vitam finiret. Et tunc demùm accepit mater filiam ſuam nutriendam

Aliud periculum, paucis diebus antequàm Ludgerus naſceretur, ſubiit XXXVI.
mater eius Liafburga, quod ab eodem Altfrido ſic deſcribitur. *Cùm veniſſet Thiadgrimus pater eius de quodam itinere, & mater eius prægnans eſſet vicináque partui, geſtans in vtero eundem futurum Epiſcopum, audito quòd vir eius veniret, immoderatè gaudens properauit ad eum, & offenſo pede corruit, intrauitque palus per latus eius, & ablata eſt mortua, itaut nullus putaret, vel eam vitæ præſenti reſtituendam, vel filium quem geſtauit in vtero. Sed miſerante diuinâ clementiâ reuixit ſpiritus eius, & benè fuerat curata: in puero quoque poſt paucos dies edito nulla læſionis apparuit macula. Baptizatus autem accepit vocabulum Liudgerus.*

Hæc omittere non debuimus de illuſtri proſapia & ortu Ludgeri, *qui* XXXVII.
ſtatim vt ambulare & loqui poterat, cæpit colligere pelliculas & cortices arborum, quibus ad luminaria vti ſolemus, & quicquid tale inuenire poterat, ludentibúſque pueris aliis, ipſe conſuit ſibi de illis collectionibus quaſi libellos; cúmque inueniſſet ſibi liquorem cum fiſtucis, imitabatur ſcribentes, & offerebat nutrici ſua quaſi vtiles libros cuſtodiendos. Et cùm ei quis diceret, quid feciſti hodie? dixit ſe per totum diem aut componere libros aut ſcribere, aut etiam legere. Cúmque iterum interrogaretur, quis te docuit? reſpondens ait, Deus me docuit. Meditabatur autem in tenera ætate, quod poſtcà deuotus impleuit. Manebat tunc in vlteriore Friſia, vbi quoque verſabatur, cùm Sanctus Bonifacius Martyrium illic conſummauit; elapſis verò tribus exinde circiter annis; in citeriorem Friſiam ditionis Francicæ directus eſt, vt Vltraiecti literas à Gregorio Preſbytero & Vltraiectinæ Diœceſis Rectore perdiſceret.

Hoc anno, Wunibaldus Heidenheimenſis Abbas, qui *etiam olim à* XXXVIII.
primo iuuentutis flore per multa annorum ſpatia valdè conſtrictos atque retentos habebat corporis artus, in grauem morbum incidit; nec vnquam deinceps benè conualuit, *iam tunc tribus annorum interuallis, antequàm de mundo pergeret, tam infirmus, tam imbecillus habebatur, vt pergere non poterat, niſi vix ad villas, quæ iuxta erant ibi ſita.* Vixit ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-primum, vt ex illius vita liquet apud Henricum Caniſium [a].

WVNIBALDVS HEIDENHEIM. ABB. ÆGROTAT.

[a] Tom 4. antiq. lect.

Ilſungus ex Inferioris Altaichij Monacho factus eſt hoc anno Weſſo- XXXIX.
brunnenſis Abbas in Diœceſi Friſingenſi. Weſſobrunnam, id eſt, Weſſonis fontem, illuſtre Monaſterium ab anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-tertio ædificare atque exornare ſtudebat Thaſſilo Dux Buioariæ. Rebus omnibus, quæ neceſſariæ erant, ritè paratis, munus Abbatiale ſuſcepit Ilſungus, de quo ſic Gewoldus [b] in additionibus ad Hundium. *Ilſungus Abbas intrauit Abbatiam anno 758. præfuit 41 annos*

ILSVNGVS FIT PRIMVS ABB. WESSOBRVNN.

[b] Tom. 3. Metrop. Saliſb.

Iſo Monachus San-Gallenſis, qui vitæ Sancti Othmari à Walafrido XL.
ſcriptæ librum de Miraculis eiuſdem Sancti Othmari ſubiunxit, illius obitum hoc anno, Pippini Regis ſeptimo, ſic conſignauit [c]. *Septimo anno, regnante Pipino, Warini & Ruadhardi potentiâ iniuſtè oppreſſus, plenus dierum, plenus etiam Sanctitate meritorum, de anguſtiis huius vitæ eripitur, & pro bonorum ſtudiis operum ad æterna beatitudinis gaudia perducitur.* Grauis præceſſit perſecutio, quam Walafridus ita deſcripſit [d]. *Warinus & Ruadhardus, qui, tunc temporis, totius Alemanniæ curam adminiſtrabant, diabolo ſuadente, immaniſſimo auaritiæ morbo prauenti, res Eccleſiarum ſub ſua poteſtate ſitarum, magna ex parte in proprietatis ſuæ dominium per vim contraxerunt. Qui cùm ſibi de poſſeſſionibus beati Galli perplura eodem violentia auſu vendicaſſent, vir Dei Othmarus non poſſeſſionibus terrenis inhians,*

[c] Cap. 5.

[d] Capp. 4 5. 6.

AN. CH. 758. PIPPINI R. 7.

ſed Cœnobialis vitæ, in eodem loco rerum ingruente penuriâ, defectum præmetuens, Pipinum Regem adiit, ipſi tyrannicam eorum preſumptionem expoſuit, pariter proteſtatus, graue eum crimen incurſurum, ſi eorum actibus conſentiendo faueret. Quo pro cauſa beneuolus Princeps vtrunque conueniens, interminatus eſt eis, gratiâ ſuâ illos omnimodis caruturos, ſi non Eccleſijs Dei, quæ iniuſtè abſtraxerant, abſque procraſtinatione reſtituerent. At illi patriam repetentes, vitio rapacitatis infecti, & beſtiali ſæuitiâ efferati, iuſſionem Regiam neglexerunt. Virum etiam Dei Othmarum, cùm pro hac re iterum Principem adire vellet, miſſis clanculùm poſt eum militibus, vinculis iniectum per vim reduci fecerunt. Necnon & Lamberto cuidam, qui fratribus eius profeſſione connumeratus erat, non vita ſanctitate, perſuaſerunt, vt ei fictâ quadam machinatione luxuriæ crimen impingeret, id elaborantes, vt ſanctitate eius huiuſmodi ſuſpicionibus infamatâ, deponendi eum occaſionem inuenirent. Quâ causâ plurimi, tam doloſæ factionis ignari, ad Concilium euocantur. Itaque vir venerabilis, caſtitate integer, vita ac morum maturitate grandæuus, in medio collocatur, & in eius occaſionem Lambertus falſitatis miniſter coram omnibus præſentatur. Acceptâque loquendi licentiâ, veritatis oblitus, falſitatis aſſertor, dixit ſe quandam fœminam noſſe, quæ à beato viro vim pollutionis fuiſſet perpeſſa. Ad quod nullum penitus dediſſe fertur reſponſum. Cúmque à plurimis reſpondere cogeretur obiectis, huiuſmodi dicto temperauit eloquium. Fateor me quidem ſupra modum in multis peccaſſe, de huius autem obiectione criminis, ſecreti mei inſpectorem, Deum inuoco teſtem. Illis autem, vt huius facti ſe excuſatione purgaret, attentiùs ei inſiſtentibus, mente ſecurus, conſcientiâ liber, tacitus perdurauit. Et quia accuſandi licentiam apud Iudices patere cognouit, maluit pro ſinceritate ſui pectoris diuino quàm humano pro excuſatione criminis placere iudicio. Mox ergo vt cunctis clareſceret ipſius caſtimoniam falsò fuiſſe infamatam, Lambertum vltio diuina corripuit. Nam febrium vexatione peruaſus, paulatim reſoluto membrorum vigore, contrahi cœpit. Sícque omnibus membris ſtatûs ſui amittentibus rectitudinem vel formam, capite ad terram more quadrupedum inclinato, non ſolùm deformitate figuræ terribilis, verùm etiam viuâ voce in Sanctum Dei peccaſſe, omni tempore fatebatur. Concilio autem iniquè inchoato, & iniquiùs terminato, vir Dei Othmarus apud villam Potamum Palatio incluſus eſt. Quod cùm nullus intrare, vel colloqui cum eo permitteretur, aliquot dies abſque corporalis ſuſtentaculo victûs tranſegit. Cúmque diuturnâ vexatione famis laboraret, Perpetuus quidam è fratribus eius noctu aduenire ſolebat, & ei victûs ſolatia miniſtrare. Poſtmodum verò Gozbertus quidam, vir potens, dum ſibi virum Dei commendari ab iniquis Principibus impetraſſet, in quadam Rheni fluminis Inſula, nomine Stein, iuxto prædium ſuum cuſtodia illum deputauit. Vbi idem Sanctus Pater ſpiritali tantummodò exercitio, id eſt, orationibus ac ieiuniis vacans, eò liberiùs Domino deſeruiuit, quò ab humana frequentatione curiſque ſecularibus fuerat abſolutus. His & ſimilibus notæ deuotionis inſiſtens operibus, exacto non multi temporis ſpatio, ab his mundanæ perturbationis anguſtiis ad cæleſtis latitudinem gaudij, XVI Calend. Decembrium die commigrauit, & corpus eius in eadem Inſula tumulatum, multis deinceps diebus ibidem ſine corruptione permanſit.

OTHMARVS ABB. S. GALLI CALVMNIAM PATITVR.

OBIT.

XLI. SVCCEDIT SIDONIVS CONSTANTIENS. EP.

Othmaro mortuo, Sidonius, qui Conſtantienſis iam Epiſcopus & Abbas Augienſis erat, Sancti Galli Monaſterium occupauit. In libro de diuerſis caſibus Monaſterij San-Gallenſis, Ratpertus illius loci Monachus id ita teſtatur. *Sidonius Conſtantienſis Præſul, qui & Monaſterium, quod Owa nominatur in ſua poteſtate habebat, inſtigantibus præfatis Comitibus cœpit inquirere Monaſterium noſtrum, & in poteſtatem Epiſcopatûs redigere. Quibus, vt illi ſolatio eſſent, beneficia promiſit, atque donauit; Warino videlicet, Vino & Turingo & Engi; Ruadhardo verò, Antoluinga & Vxinbaba; Miloni autem Aduocato ipſius Monaſtery, vt illi ſolatium ſubtraxiſſet,*

AN. CH. 758. PIPPINI R. 7.

ſextam villam, quæ Heimbach nuncupatur, contradidit. Quamobrem præfatus Sidonius, quod nequiter cœpit, auxiliantibus iniquis Principibus, peſſimè ad ſui, vt poſteà res docuit, damnationem perfecit, Monaſteriúmque ipſum in ius Epiſcopatûs redegit.

XLII. Auctor Chronici Conſtantienſis Sidonium, quia per vim Monaſterium inuaſerat, Abbatibus San-Gallenſibus annumeratum ſic negat. *In loco,* inquit, *Monaſtery S. Galli capitulari de iſto Sidonio, ſub ipſa imagine ſua ita ſcriptum comperi. Hic, quoniam more latronis & furis Sancto Othmaro mortuo Diui Galli Cœnobium occuparat, noſtris minimè inuenitur eſſe Abbatibus inſertus.* In eadem verſantur opinione Cunradus de Fabaria, Ioachimus Vadianus, & Gabriel Bucelinus, qui Ioannem Sancto Othmaro proximè ſufficiunt. Ratpertus verò, Bruſchius & Sammarthani Sidonium Othmari ſucceſſorem ac deceſſorem Ioannis opinantur. Sancto Othmaro, cuius obitus decimo-ſexto Kalendas Decembres contigit, aliquot tantùm menſes ſuperuixit Sidonius, vt patebit ex iis, quæ dicemus anno proximo. Vtroſque igitur Auctores ita conciliandos arbitramur. Othmaro mortuo Monaſterium San-Gallenſe Sidonius Conſtantienſis iam Epiſcopus & Augienſis Abbas occupauit, annóque nondum reuoluto miſerrimè periit. In quibuſdam Abbatum San-Gallenſium Catalogis locum habet, quia quandiu ſuperſtes Othmaro fuit, Abbatis San-Gallenſis titulum geſſit nemine illum ſibi arrogante, in aliis Indicibus omittitur, quia prædictum Monaſterium per vim breuiſſimóque tempore tenuit. Ne verò Chronologia vacillare videatur, eundem Ioannem San-Gallenſibus Abbatibus annumeramus, quamuis eiuſdem loci Monachos laudemus, qui, quoniam Sancti Galli Cœnobium *more latronis & furis* inuaſit, eum ſuis Abbatibus inſerere noluerunt.

XLIII. Scimus Auctores inueniri, qui mortem Sancti Othmari in annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-nonum, necnon in annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum, atque etiam in ſequentem reiiciant. Noſtram autem opinionem auctoritate Monachorum San-Gallenſium Iſonis & Hepidanni ſic tuemur. Iſo Sanctum Othmarum ad æternæ beatitudinis gaudia perductum ait *ſeptimo anno, regnante Pipino,* id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-octauo. Nec alium Dominicæ Incarnationis annum notat in ſuis Annalibus Hepidannus. DCCLVIII. *Warinus & Ruodhardus beatum & ſanctum virum Othmarum multis iniuriis affligebant, ipſe verò plenus dierum, plenus etiam ſanctitate meritorum, de anguſtiis eius vitæ eripitur, atque in Inſula Rheni fluminis, quæ vocatur Stein, ſepultus eſt.* Noſtram quoque ſententiam confirmabunt multa, quæ cùm de morte Sidonij Conſtantienſis Epiſcopi dicentur anno proximo, tum de Ioanne Sidonij ſucceſſore poſt biennium narrabuntur.

XLIV. VICTOR EP. CVRIENSIS OBIT. Victor Epiſcopus Curienſis hoc eodem quo beatus Othmarus anno vitam clauſit vndecimo Kalendas Decembris. Bucelinus, cuius opinionem biennio præuertendam iam probauimus, eiuſdem Victoris obitum in annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum perperam reiicit, atque ad illum annum in Chronologia Rhætiæ ſic ſcribit. *Breuem Pontificatum illuſtrem fundatione & abſolutione Catzienſis Monaſterij Victor Epiſcopus Curienſis reddidit, quod non multò poſtquàm ad ſupremum faſtigium deduxit & conſecrauit, eique ſororem ſuam Veſpulam Abbatiſſam præfecit, è viuis migrauit 21 Nou. in eodem Cœnobio ſepultus. Cuius ibidem in Choro memoria his verbis exprimitur.* MONAST. CATZIENSE.

VICTOR EPISCOPVS CVRIENSIS VNA CVM MATRE SVA FVNDATOR HVIVS MONASTERII ET CVM EO PASCHALIS EPISCOPVS CVRIENSIS GENITOR ET ANTECESSOR EIVS. VESPPVLA PRIMA ABBATISSA. Addit Bruſchius filiam quoque Paſchali fuiſſe, nomine Vrſicinam, quæ Congregationi Monialium Catzienſium adſcripta ſub Veſpulæ ſororis diſciplina vixit. Illo enim de Monaſterio VRSICINA MONIALIS.

AN.CH. 758. PIPPINI R. 7. in Paſchale Epiſcopo ſic ſcribit. *Eius Cænobij fundatores fuerunt, iſte Paſchalis Epiſcopus, & eius filius Victor ſucceſſor patris in Epiſcopatu. Prima eiuſdem Abbatiſſa legitur Domina Veſpula, Paſchalis Epiſcopi ex Eſopeia coniuge filia, cuius ſoror Vrſicina eiuſdem loci Monialis fuit.*

XLV. TELLO FIT EP. CVRIENSIS. Victori Vigilium ſubrogat Bruſchius in Epiſcoporum Curienſium Catalogo. Suffragatur Bruſchio Bucelinus parte primâ Germaniæ Sacræ, ſed in Chronologia Rhætiæ Vigilio Tellonen præponit. Vt poſteriorem ſententiam ſequamur, tres hæ res ſuadent, ſuis locis infrà fuſiùs exponendæ. Tello Curienſis Epiſcopus Sidonium Conſtantienſem Epiſcopum, qui vitam anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-nono miſerrimè clauſit, per nuncium rogauit, vt Monachos San-Gallenſes vexare deſineret; deinde anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-primo, die decimâ-quintâ Decembris, munificum erga Diſertinenſe Monaſterium ſe præbuit; anno denique Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-quinto Placitum Attiniacenſe cum multis aliis Epiſcopis & Abbatibus ſuâ ſubſcriptione communiuit.

XLVI. Tello *Victoris Rhetici tyranni, qui Sanctum Placidum apud Diſertinam interfici fecit, filius* appellatur à Bruſchio, ſed malè, quia teſte eodem Auctore, *vixit Pipini Galliarum Regis temporibus*, & Sancto Placido nex illata eſt anno Chriſti ſexcenteſimo triceſimo, vt Bucelinus ad illum annum teſtatur. Meliùs igitur apud eundem Bucelinum vocatur *Victoris tyranni, qui Sanctum Placidum Martyrio affecit, abnepos.* Omittitur in Tabula Genealogica de poſteris eiuſdem Victoris à Bucelino ad annum Chriſti ſexcenteſimum triceſimum exhibita. Ne confundatur cum altero Tellone, qui ſeriùs in Cathedra Curienſi ſedit, aliam placet ſubnectere Tabulam, quæ duos diſtinguet Tellones; quinque Curienſes Epiſcopos, Paſchalem, Victorem, Tellonem primum, Vigilium, & Tellonem ſecundum, poſteris ſupradicti Victoris accenſebit, eóſque oſtendet inter ſe conſanguinitate coniunctiſſimos fuiſſe.

Victor, Præfectus Rhætiæ, S. Placidum Martyrio affecit a. 630.

* Victoris filius, cuius nomen ignoratur.

Vigilius Comes Brigantij, Præfectus ſeu Præſes Rhætiæ Curienſis. — Victor, cuius mentio fit in vita S. Othmari.

PASCHALIS Comes Brigantij ex vxore Eſopeia liberos ſuſcepit, poſteà factus eſt Epiſcopus Curienſis. — Victor Præfectus Rhætiæ Curienſis.

VICTOR Epiſcopus Curienſis poſt patrem. — Veſpula prima Abbatiſſa Catzienſis. — Vrſicina Monialis Catzienſis. — Iactatus Præfectus Rhætiæ Curienſis. — TELLO I. Epiſcopus Curienſis poſt Victorem.

VIGILIVS Epiſcopus Curienſis poſt Tellonem I. — Victor Præfectus Rhætiæ Curienſis.

TELLO II. Epiſcopus Curienſis.

Hoc

AN. CH. 758. PIPPINI R. 7.

Hoc circiter anno Pyrminius Epiſcopus quondam regionarius ac multorum Cœnobiorum conditor, de quo ſæpè locuti ſumus, *tertio Nonas Nouembris* in cælum feliciter migrauit. Dies in eius vita notatur. Annus manet incertus, ab hoc tamen multùm remotus non videtur, quia Pyrminius ex eadem vita Bonifacio Martyrium ante triennium paſſo ſuperuixiſſe colligitur. Sepultus eſt in Cœnobio Hornbacenſi. Varia Monaſteria, quæ vel erexit vel excoluit, ſuis locis celebrauimus. Trithemius [a] Amerbachium addit in Diœceſi Wirceburgenſi inter Necearum & Mœnum fluuios, at Browerus *his fortè donatis* Cœnobij *principiis, aut ſanè obſcuris, Richardum Abbatem Fuldenſem* vndecimo ſeculo *ſuperſtruxiſſe paria, & condidiſſe de nouo Monaſterium* luculentè teſtatur in Antiquitatibus [b] Fuldenſibus. Plura non occurrunt hoc de Cœnobio, cuius fundatores à ſe fruſtrà quæſitos teſtatur Bucelinus parte ſecundâ Germaniæ Sacræ. XLVII.

PYRMINIVS OBIT. — AMERBACHIVM MON.

[a] Lib. 1. Compend. Annal.

[b] Lib. 1. c. 20 l. 2. c. 20.

Poſt obitum Sancti Pyrminij, regimen Hornbacenſis Monaſterij penes Dotonem ſeu Dotonum fuit. Hic enim ſuo ſuæque Congregationis nomine Lullono ſeu Lullo Archiepiſcopo Moguntiacenſi ſcripſit epiſtolam, quam inter Bonifacianas [c] reperies. Titulus talis eſt. *Domino ſancto,* &c. *Lullono Epiſcopo, Doto ſeruus ſeruorum Dei, etiam & omnes Monachi Sancti Petri Apoſtolorum Principis degentes ſub norma ſanctæ Regulæ.* Et hos Sancti Petri Monachos ab Hornbacenſibus ſiue Horbacenſibus haud diſtinguit alia literarum [d] inſcriptio, quæ ſic habet. *Domino & Patri Riculfo Archiepiſcopo, quem gratia æterni Regis perpetualiter ad ſalutem multorum, & Eccleſiæ Catholicæ defenſionem, conſeruare dignetur, Amalardus & Vido, omniſque Congregatio Sancti Petri ex Monaſterio Horbach.* XLVIII.

DOTO ABB. HORNBAC.

[c] Ep. 54.

[d] Ep. 113. inter Bonifac.

Obiit hoc anno Reginaldus Epiſcopus Aletenſis, cùm annos ſediſſet octodecim. Succeſſit Menſenicus, cui tribuuntur anni in Pontificatu duo ſupra viginti. Lege Armoricam Sanctam. XLIX.

EPISCOPI ALETENSES.

A Sammarthanis in Gallia Chriſtiana [e] laudatur Diploma hoc anno Pippini Regis ſeptimo datum, in quo Hippolytus, qui priùs Epiſcopus & Abbas appellabatur, Abbas tantùm dicitur. Atque inde patet dimiſſum iam ab eo, vt anno ſuperiore notauimus, Epiſcopatum Bellicenſem, quem anteà cum Monaſterio Condateſcenſi regebat. L.

HIPPOLYTVS ABB. CONDATISCENSIS.

[e] Tom. 4. in Mon. Iurenſi.

AN. CH. 759. PIPPINI R. 8.

ANNVS CHRISTI 759.

PIPPINI R. 8.

ANNO DCCLIX *mutauit Rex Pippinus nomen ſuum in filium ſuum.* Hoc Annaliſta Nazarianus, cui ſuffragantur Petauianus & Tilianus. At Loiſelianus, cuius phraſi Laureshamenſis, Bertinianus, & Metenſis, cum Reginone vtuntur, rem eandem clariùs ſic effert. DCCLIX. *Natus eſt Pippino filius, cui impoſuit nomen ſuum.* I.

NASCITVR PIPPINVS PIPPINI R. FILIVS.

Ortus Regij pueri ſummâ lætitiâ Romanum affecit Pontificem, qui, vt eum à ſacratiſſimo Baptiſmatis lauacro ſuſcipere mereretur, Pippinum mox per literas [f] ſic enixè rogauit. *Sublimiſſime Regum, noſtra perlatum eſt notioni, quòd nouum Regem ex veſtris viſceribus, ad exaltationem Sanctæ ſuæ Eccleſiæ Omnipotens Deus contulit, de cuius Natiuitate maximo gaudio ſumus releuati. Vnde obnixè te petimus, vt à ſacratiſſimo Baptiſmi lauacro eundem maximum veſtrum filium ſuſcipere mereamur, quatenus duplex Spiritûs Sancti gratia in medio noſtrum & gemina feſtiuitatis nobis oriatur lætitia.* II.

PAVLVS PP. REGII PVERI PATRINVS OPTAT FIERI.

[f] In Cod. Carol. ep. 23.

AN. CH. 759. PIPPINI R. 8.

III. Hoc anno, *Pippinus*, vt Annaliſta Metenſis obſeruat, *præter domeſticas interiùs Regni ſui cauſas nullum exercuit iter.* Nullum quoque expeditioois hoc anno ſuſceptæ veſtigium in antiquiſſimis Annalibus ſuprà citatis apparet. Celebrauit Pippinus diem Natalem Domini *in Longlare.* Id teſtanrur Annaliſtæ Loiſelianus, Laureshamenſis, Tilianus, Bertinianus, & Metenſis. Interim hoc anoo, vt Annaliſta Fuldenſis ſcribit, *Waipharius Dux in Aquitania tyrannidem exercens, preſſuras Eccleſiarum Dei mouit, depradationes & iniuſtitias multas fecit.* Inde orta grauiſſimi belli cauſa, quod anno ſequenti geſtum eſt, ſæpiúſque rediotegratum, Waifario fidem datam toties fraogente. Bello illo Aquitanico vaſtata pleraque Monaſteria. De Mariaco *, quod à Sancto Iuniano in Epiſcopatu Pictauienſi conditum fuerat, ita teſtatur Menardus [a]. *Corpus Sancti Iuniani in eodem loco multis annis requieuit, qui bello deflagrante inter Francorum Reges & Aquitaniæ Duces, vaſtatus eſt non ſine magna vita Monaſticæ iactura.*

WAIFARIVS ECCLESIAS AQVITANIÆ VEXAT.

* *Mairé.*

a Lib. 2. Obſeruat. d. 13. Aug.

IV. Iiſdem temporibus, cùm Waifarius Eccleſias bonis ſuis ſpoliabat, Ambroſius * Caducenſis Epiſcopus cauernæ ſe incluſit. Huius Sanctiſſimi Præſulis vitam in lucem primus emiſit [b] ex Sanctorali Cadurcenſi Guillelmus à Cruce, non omiſit encomium Andreas Sauſſaius [c], duplicem quoque vitam publicauit Philippus Labbeus [d]. E tribus hiſce Scriptoribus epitomen hanc accipe. Ambroſius regnante Pippino Caducenſem Epiſcopatum geſſit, die noctúque vigiliis & orationibus iuſtitit, ſpem omnem in Dei miſericordia poſitam habuit, facultates ſuas & prouentus alendis Chriſti pauperibus impendit. In contemptum venit apud pleroſque ciuium, quòd inſtantiùs opes Eccleſiæ Cadurcenſis in ſolatium egenorum erogaret, & quia deſpectui facilè coniungitur odium, vtrumque mox agnouit in ſe concitatum. Ea de cauſa ſe recepit in ſpeluncam quingentis circiter à Cadurco paſſibus diſſitam, nec longe à ponte ſuper Oltam * fluuium ſito, ibíque per trienoium à renibus vſque ad verticem cateoâ ferreâ conſeratus delituit, ſolo Agrippino Archidiacono, qui quolibet triduo cibum ſubminiſtrabat, tantæ pœnitentiæ conſcio. Variis tandem prodigiis detectus eſt, oullis tamen ciuium Clericorúmue vel etiam Epiſcopi, qui poſt eius ſeceſſum ordinatus fuerat precibus flecti potuit, vt regimen Eccleſiæ denuò ſuſciperet. Maluit Romam proficiſci, oe videretur ad Præſulatum ob miracula reuocatus. Româ Turonos ſe contulit ad Baſilicam Sancti Martini. Poſt huiuſcemodi peregrinationes, in pago tandem Biturico, in vico Ernotro ſiue Arnotio, ſecundo ab vrbe Biturica milliario, vitam clauſit decimo-ſeptimo Kalendas Nouembris, ibíque ſepultus plurimis miraculis ioclaruit. Succeſſit in Epiſcopatum Aymatus, de quo potior nobis erit ſermo ſub Carolo Magno.

* *Ambrois.*

b In Hiſt. Epiſcop. Cadurc. nn. 44. & ſeqq.

c In Martyrol. Gall. d. 16. Octobr.

d Tom. 2. Biblioth.

AMBROSIVS EP. CADVRCENS.

* *le Lot.*

V. Obiit hoc anno Ioannes Saliſburgienſis Epiſcopus, Pontificatum enim, vt Hundius teſtatur, annis viginti tenuit. Secutum eſt Interpontificium aliquot annorum, vt in Virgilio ſucceſſore dicturi ſumus. Fuit vnus è quatuor Epiſcopis, quos Bonifacius Boioariæ quatuor in Diœceſes anno Chriſti ſeptingenteſimo vndequadrageſimo diſtributæ præfecit. Chriſtophorus Browerus in Aoriquitatibus [e] Fuldenſibus, vbi agit de pietate & beneficentia, quâ populi ab eodem Bonifacio conuerſi Fuldenſe Monaſterium proſecuti ſunt, primum documeotum à quatuor Cathedralibus Eccleſiis Boioariæ deſumit. Omiſſo procemio, munificentiam ſingularum Eccleſiarum hîc deſcribemus. *Obtulit ergo primùm Saltzburgenſis Eccleſia matri ſuæ Fuldenſi Eccleſiæ, in oppido ſuo Halla nuncupato, domum & fontem ſalis cum compertinentiis & vtenſilibus ſuis, vnde ſingulis annis* XII *talenta perſolui poſſunt.* Hæc Ioannem Saliſburgienſem Epiſcopum, cuius obitum hoc anno conſignamus, plurimùm commendant. *Obtulit etiam Ratisbonenſis Eccleſia quatuor vineas, & quatuor Regales manſos, cum cur-*

IOANNES EP. SALISBVRG. OBIT.

e Lib. 3 c. 11.

MON. FVLD. DITATVR.

AN. CH. 759. PIPPINS R. 8.

tibus & compertinentiis ac famulis ſuis, vnde ſingulis annis tranſmittere debent ad Fuldenſem Eccleſiam fratribus Deo & B. Bonifacio ſeruientibus, piſcem magnum Huſen nuncupatum, & de oleo arborum, quantùm equi duo in logenis deferrent. Ratiſbonenſem Eccleſiam regebat Garibaldus Epiſcopus, de cuius obitu poſt biennium verba faciemus. *Huſen*, vel vt noſtra loquitur ætas, *Hauſen*, ſemilatinis Huſo, piſcis eſt præcipuâ magnitudine quem Exoſſem plerique & Eſocem interpretantur, hoſpes eſt Danubij ac Danubianus audit. Apud Albertum Magnum in libro de natura animalium, vicenûm quatuor pedum longitudine porrigitur, vbi adoleuit maximè, nullis planè oſſibus interſitus. Ratiſbona Danubio adſidet, adſidet & Patauia. Par vtriuſque fuit erga Fuldam munificentia, de Patauienſi enim ſeu Batauenſi Eccleſia hæc in prædicto documento ſubiiciuntur. *Similiter de oleo & de piſce ſolebat Batauenſis Eccleſia idem, dum viueret Viuulus Epiſcopus, fratribus Fuldenſis Monaſterij ſingulis annis in oblationem tranſmittere. Quo defuncto, paulatim per negligentiam & incuriam, ſiue per viæ longinquitatem, ſubtractum eſt.* Anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quinto Viuulus Patauienſis ſeu Batauenſis Epiſcopus obiit. Qui proximè ſucceſſerunt, Sidonius, Anthelmus, & Wiſericus, hi Rege Pippino Pontificatum geſſerunt, reóſque ſe præſtiterunt negligentiæ & incuriæ ſuprà Batauenſibus Epiſcopis exprobratæ. Dicti ſunt autem promiſcuè Patauienſes ac Batauenſes Epiſcopi, quoniam eidem loco duplex inditum nomen, Patauia, & Batauæ ſeu Bataua Caſtra. *Friſingenſis verò Eccleſia, cui præerat Erimbertus Epiſcopus, quæ iuxta Alpes & montana Italiæ ſita eſt, ſingulis annis caſeos grandes, Bergkeeſe vocatos, Fuldenſibus fratribus in oblationem tranſmittebat.* Hic Erimbertus Eccleſiam Friſingenſem ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-ſeptimum adminiſtrauit.

VI. BORVTHVS R. SCLAVORVM MORITVR.

Boruthus Rex Sclauorum ſeu Carantanorum, qui ſe, ſuáſque ditiones, Boioariæ conterminas, in clientelam Pippini Regis ante biennium commiſerat, his circiter temporibus è vita ſublatus eſt. Baptiſmum ſuſcepiſſe nuſquam proditur, licèt Caraſtum filium ſuum & Chettumarum ſuum nepotem ex fratre, poſt ictum cum Francis fœdus, obſides in Boioaria *more Chriſtiano nutriri & baptizari* voluerit. Regio Titulo ad obitum vſque gauiſus videtur, at eo mortuo, Caraſtus filius Dux ſeu Præfectus appellari cœpit ademptâ Regis nuncupatione. *Mortuo Baruth*, inquit Anonymus in vita Sancti Virgilij Saliſburgenſis Epiſcopi, *iuſſu Francorum, Bauari Karaſtum Chriſtianum factum petentibus eiſdem Sclauis remiſerunt, & illi eum Ducem fecerunt.* Deinceps igitur Sclaui ſeu Carantani ſuos vt Boioarij Duces habuerunt Regibus Francorum obnoxios, & Caraſtus Chriſtianam Religionem, quam in Boioaria ſuſceperat, primus in patriam ſuam ætate Pippini Regis inuexit.

CARASTVS PRIMVS DVX ILLIVS PROVINCIÆ CHRISTIANVS.

VII. MARCVS PSEVDO-ABB. FVLDENSIS EIICITVR.

De diſcordia, quæ, pulſo in exilium Sturmio Abbate, Monaſterium Fuldenſe diuexauit, actum iam anno ſuperiore, quo cœpit. *Cùm fratres ſemper meditarentur, qualiter iterum, per Dei gratiam, Sturmen Abbatem ſuum adſciſcere potuiſſent, Marcum, quem inuiti, Lullo* Moguncіacenſi Archiepiſcopo *faciente, ſuper ſe acceperant, eius vlteriùs controuerſiam ferre non valentes, bonum conſilium inierunt, & eum abiecerunt, & ne illorum vlteriùs Abbas fieret, vnanimiter contradixerunt. Quo amoto, omnes fratres de Monaſterio voluerunt exire, & ad Regis Pippini Palatium pergere, Abbatem ſuum à Rege Sturmi poſtulare. Quod cùm Lullus audiret, mitigare eos blandis perſuaſionibus ſtuduit, promittens eis, vt ipſi ſibi de propriis inter ſe Abbatem, qui eis placeret, conſtituerent. Quod cùm omnibus placuiſſet, fratres bonum ex ipſis omnino fratrem, & verè Dei ſeruum, omnibus bonis moribus ornatum elegerunt, nomine Preſzoldum, quem ab infantia ſua B. Sturmi edocuit, & multùm amauit illum, ipſum ſuper ſe*

AN. CH. 759. PIPPINI R. 8.

Abbatem ordinauerunt ; ad hoc tantùm , vt illi cum ipſo , & ipſe pariter cum eis quotidie tractarent , quomodo cum adiutorio S. Martyris Bonifacij , & cum Omnipotentis Dei gratia , ad hoc peruenire potuiſſent , vt priſtinum ſuum Magiſtrum Sturmen à Rege Pippino ſibi concedi poſtularent. Hæc Ægil in vita Sancti Sturmij. Quid ſecutum ſit, anno ſequenti dicemus ex eodem Auctore.

VIII. Hoc anno, Sidonius Conſtantienſis ad Rhenum Epiſcopus necnon Abbas Augienſis & San-Gallenſis miſerrimè mortuus eſt. De tempore non conueniunt editiones Hermanni Contracti. Caniſianam ceteris hoc loco præferendam docet Charta [a] pro Monaſterio San-Gallenſi data Conſtantiæ die decimâ-quintâ Ianuarij, anno Pippini Regis octauo, Ioanne poſt Sidonium Epiſcopo iam Conſtantienſi & San-Gallenſi Abbate. Annus enim Pippini Regis per menſem Ianuarium octauus cùm anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo componitur. Vnde redarguas eos qui Sidonium ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-primum vixiſſe volunt. Hermannus apud Caniſium [b] ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-nonum ſic ſcribit. *Abbatiam* San-Gallenſem *cùm Sidonius Epiſcopus & Abbas temerario auſu inuaſiſſet , ante altare Sancti Galli, profluuio ventris percuſſus interiit.* Luctuoſiſſimam eius mortem in libro [c] de Miraculis Sancti Galli Walafridus ſic exponit. *Epiſcopus ad Monaſterium veniens , dum quadam violentiâ eundem locum Epiſcopio ſubiicere , ſuaque tyrannidi non conſentientes Monachos , quaſi iuſto rebelles , iniuriis multiformibus afficere tentauiſſet , Tello quidam Curienſis Eccleſia Præſul miſit ad eum , humiliter deprecans , vt ſui amoris causâ , quoniam eorundem fratrum aliqui conſanguinitatis vinculo illi erant coniuncti , ab eorum ceſſaret iniuriis , nihilque incommodi Dei famulis irrogaret. Quam petitionem , furore dictante , ſuperbè contemnens remandauit ſe illius precibus nullo pacto conſenſurum , verùm reſiſtentibus ſibi celerem pro contemptu illaturum vindictam. Et mox Oratorium beati Galli Confeſſoris quaſi oraturus ingreditur, & ante aram ipſius nomini conſecratam conſiſtit, quique ad ſalutem non merebatur audiri, afflictiones , quas aliis ſe irrogaturum iurauerat, conuenienti ſatis talione recepit. Nam inteſtina eius , more ſartaginis igni ſuperpoſita , feruere cœperunt , & tam dira viſcerum torſiones illum inuaſerunt extemplò, vt ſine aliorum adminiculo nequaquam egredi potuiſſet , ſed , quod dicere pudet , egeſtio natura turpi impetu prorumpens , cùm adſtantes nimio fætore grauaret , ſine mora ab Eccleſia eiectus , vehiculo , quo decedere Monaſterio poſſet , ſicut rogauerat , eſt impoſitus. Sícque immoderato fluore , natura conſuetudine carens, vaſi, in quod egeſta deſluerent , ſuperſedens , egreſſus eſt, & ad vicinum Monaſterium , quod Auua* ſiue Augia *nominatur, cui & tunc praerat , perductus eſt. Vbi etiam ingraueſcente languore , tantùm ſibimet famulantibus ob nimium fætorem intolerabilis factus eſt , vt etiam penè nullus obſequia impendere ſolitò potuiſſet. Tali itaque pœnâ mulctatus , cum hoc factionum ſuarum præmio , poſt aliquot dies de cloaca corporis ſpiritum exhalauit.* Ernfrido Epiſcopo Conſtantienſi atque Abbati Augienſi in vtrumque munus, cùm Epiſcopale tum Abbatiale , anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-octauo ſucceſſerat ; deinde Sancti Galli Monaſterium poſt obitum Sancti Othmari per vim occuparat anno Chriſti ſeptingenteſimo duodeſexageſimo. Apud Hermannum dicitur Epiſcopatum annis geſſiſſe tredecim, vel ab anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſexto ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-nonum, vel ab anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-octauo ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-primum, variæ ſunt enim ac diſcrepantes illius Auctoris editiones, vt Tomo ſuperiore iam monuimus. In Chronico quoque Conſtantienſi Sidonius *Conſtantia Epiſcopus factus* præeſt *annis* XIII. At ex iis, quæ ſuperiùs dicta ſunt, alia ſtabilitur Chronolo-

[a] Ap. Goldaſt. Tom. 2. rer. Alamann. part. 1. chart. 59.

[b] Tom. 1. antiq Lect.

[c] Cap. 17.

SIDONIVS EP. CONSTANT. PRECES TELLONIS EP. CVRIENSIS RESPVIT.

MORITVR MISERRIME.

AN. CH. 759. PIPPINI R. 8.

gia. Sidonius anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-octauo fit Epiſcopus Conſtantienſis & Augienſis Abbas, anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-octauo San-Gallenſe Monaſterium inuadit, obitque anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-nono. Fuit igitur Epiſcopus annis duntaxat vndecim; annis totidem Abbas Augienſis, San-Gallenſis Abbas anno non integro.

IX. SVCCEDIT IOANNES.

Succeſſit in Epiſcopatum & in regimen vtriuſque Cœnobij Ioannes anteà Monachus Augienſis. Qua de re ſic Ratpertus in libro de caſibus Monaſterij San-Gallenſis. *Poſt cuius*, nempe Sidonij, *obitum Iohannes Monachus Augenſis Conſtantiæ Epiſcopus ordinatus, amborum regimen ſuſcepit Cœnobiorum.* Et Hermannus apud Caniſium, ſic. *Pro quo Ioannes, Augienſis item Monachus, Epiſcopatum & vtramque Abbatiam accipiens, præfuit annis 21.* Ioachimus Vadianus, præter annos vnum ac viginti completos, addit menſes ſex dieſque vnum ac viginti. Nec aliò abit Hermanni editio Caniſiana, quæ vitam Ioannis ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum octogeſimum-primum producit.

X. S. GANGVLPHVS MARTYR.

In Tabulis Eccleſiaſticis quinto Idus Maij celebratur memoria *Sancti Gangulphi * Martyris.* Floruit in Pippini Regis aula Gangulphus ſeu Gengulfus, militiâ plurimùm laudis ſibi comparauit, Martyrium paſſus eſt hoc vtique, vt poſt Sigebertum exiſtimamus, anno, cùm Pippinus à bello quieſcebat. Epitomen vitæ paucis accipe. Ortus eſt præclaris in Burgundia natalibus; vxorem duxit; ab ea pòſt adultera receſſit; Varennis, vbi morari conſueuerat, relictis, ad prædia ſua in Aualenſi territorio ſita profectus eſt; illic à Clerico, quocum vxor miſcebatur, atrociter per inſidias vulneratus, *aliquot dies superuixit, & vt ſenſit adeſſe viuendi finem, Dominici Corporis & Sanguinis perceptione ſuum muniuit exitum.* Duas habuit amitas Wildetrudem & Willegoſam, religioſas fœminas, *ſanctitatis & caſtitatis ſtudiis* deditas; earum curâ Varennas cum funebri pompa delatus eſt, ibique ſepultus *in Baſilica, quam in Sancti Petri Apoſtolorum Principis honorem conſtruxerat.* Cædis authores vltione diuinâ puniti ſunt; miſerrimâ ſtatim morte ſublatus eſt Clericus; inauditam animaduerſionem, quæ legi poteſt apud Surium [a] experta eſt vxor adultera. Nuperus Auctor, qui vitam Sancti Gangulphi vernaculè conſcripſit, eius Martyrium feriâ ſextâ conſignauit. At in textu Suriano ſexta feria non diem notat quo beatus Gangulphus Martyrium ſubiit, ſed diem declarat, quo coniux pœnas ſuorum flagitiorum luere cœpit. Hunc Gangulphum Iacobus Vignerius in Chronico Lingonenſi Gengulfum vocat, & alterius Gengulfi, qui Beſuenſis Manaſterij Defenſor & Aduocatus anno Chriſti ſexcenteſimo ſexageſimo-quinto à Clotario Tertio Rege tunc annum Regni decimum agente conſtitutus eſt, nepotem facit, nos examinatâ temporis intercapedine pronepotem potiùs dixerimus.

* S. Gengon.

[a] D. 11. Maij.

XI. EPISCOPI VENETENSES.

Obiit hoc anno Iacutus Venetenſis Epiſcopus. Succeſſit in Epiſcopatum Calgonus. De vtroque conſule Armoricam Sanctam.

AN. CH. 760. PIPPINI R. 9.

ANNVS CHRISTI 760. PIPPINI R. 9.

I. OCTAVO Idus Aprilis, anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo Pippinus Paſcha celebrauit *in Iopilo* [b] prope Leodium; & decimo-quinto Kalendas Iulij, cùm apud Tulbiacum verſaretur, pro Treuirenſi Eccleſia,

[b] Annal. Loiſel. Til. Bertin. Met.

AN. CH. 760. PIPPINI R. 9.

PRÆCEPTVM REGIVM PRO ECCLESIA TREVIRENSI.

cui Weomadus tunc Archiepiſcopus præſidebat, hoc Præceptum emiſit. *In Nomine Domini Dei æterni & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti; Pippinus diuinâ ordinante prouidentiâ Rex Francorum. Si liberalitatis noſtræ munere locis Deo dicatis quicquam conferimus beneficij, & neceſſitates Eccleſiaſticas ad petitiones Sacerdotum noſtrorum relenamus innanine; atque eadi, tpeamur munimine, Id nobis & ad mortalem vitam temporalem tranſigendam & ad æternam felicitatem obtinendam profuturum liquidò credimus. Proinde nouerit omnium fidelium noſtrorum tam præſentium quàm futurorum ſagacitas, quia vir venerabilis Weomadus Sanctæ Treuer. Eccleſiæ Archiepiſc. obtulit obtutibus noſtris Præceptum anteriorum Regum Francorum, in quo erat inſertum, quòd prædeceſſores noſtri, Reges videlicet Francorum, omnes res, quaſcumque boni & Sancti viri pro diuinæ contemplationis intuitu ad partem Sancti Petri Treuer. Eccleſiæ delegauerunt, ſuorum auctoritatibus confirmauerunt, quatenus eorum Regnum ſuperno auxilio tueretur, & poſtmodùm cum Chriſto Rege Regum regnarent in cælis. Pro rei verò firmitate idem præfatus Præſul Weomadus poſtulauit Celſitudinem noſtram, vt paternum ſeu prædeceſſorum noſtrorum Regum morem ſequentes, huiuſcemodi noſtræ auctoritatis Præceptum ob amorem Dei & venerentiam Sancti Petri de iiſdem rebus fieri iuberemus. Cuius petitioni libenter conſenſum præbuimus, & hoc noſtræ auctoritatis Præceptum erga ipſam Eccleſiam pro diuini cultûs amore & animæ noſtræ remedio fieri decreuimus. Per quod præcipimus atque iubemus, vt omnes facultates vel res ad Eccleſiam Sancti Petri Treuericæ vrbis pertinentes, ſcilicet Cellam Sancti Maximini, quæ eſt in territorio Sancti Petri Principis Apoſtolorum conſtructa, & Eccleſiam Sancti Paulini & Sancti Eucharij, & Monaſterium Sanctæ Mariæ quod vocatur Horrea, & Baſilicam Sancti Martini ſitam in pago Maiginenſe, & ceteras Baſilicas, caſtella, vicos, villas, vineas, ſyluas, homines, vel quicquid largiente diuinâ clementiâ deinceps ad eandem augmentetur Eccleſiam, circa Rhenum & Ligerim fluuium conſiſtentia, omnia ſub iure & poteſtate Sancti Petri Treuerenſis Eccleſiæ eiúſque Pontificis perpetualiter mancipatura permaneant. Præterea pari modo etiam ſtatuimus, vt nullus ex publicis Iudicibus vel aliquis ex iudiciaria poteſtate, in Monaſteria, Eccleſias, caſtella, vicos, vel agros, loca ſeu reliquas poſſeſſiones prædictæ Eccleſiæ tam vltra quàm citra Rhenum vel Ligerim fluuium, in pagis vel territoriis, quæ infra poteſtatem Regni noſtri memorata poſſidet Eccleſia, vel quæ deinceps in iure ipſius Sancti loci voluerit diuina poteſtas augeri, ad cauſas audiendas, vel freda, vel tributa, aut coniectos aliquos exigendos, aut manſiones vel paratas faciendas, aut fideiuſſores tollendos, aut homines ipſius Eccleſiæ diſtringendos, vel iniuſtas exactiones requirendas, vel theloneum exigendum noſtris & futuris temporibus ingredi audeant, & ea, quæ ſuprà memorata ſunt, nequaquam penitus exigere præſumant. Sed liceat memorato Præſuli ſuiſque ſucceſſoribus omnia præfata Monaſteria, villas, vicos, & caſtella cum ſuis adiacentibus integrum perpetuo tempore pro remedio animæ noſtræ ſeu parentum noſtrorum quieto ordine poſſidere & noſtro fideliter parere imperio, atque pro incolumitate noſtra & coniugis & prolis, ſeu etiam totius Regni à Deo nobis collati, & eius clementiſſimâ miſeratione per immenſum conſeruandi, vnà cum Clero & populo ſibi ſubiecto Dei immenſam clementiam iugiter exorare. Et quicquid de præfatis rebus Eccleſiæ ius fiſci exigere poterat, integrum eidem conceſſimus Eccleſiæ, ſcilicet vt perpetuo tempore ei ad peragendum Dei ſeruitium, augmentum & ſupplementum fiat. Hanc itaque auctoritatem noſtri Præcepti, vt pleniorem in Dei Nomine obtineat vigorem, & à fidelibus Sanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris, videlicet præſentibus & futuris temporibus, verius credatur, & diligentiùs à ſucceſſoribus noſtris conſeruetur, manu propriâ ſubter firmauimus, & annuli noſtri impreſſione ſignari iuſſimus. Signum Pippini præcellentiſſimi Regis. Ego Ioſeph Subdiaconus ad vicem Wolfardi recognoui. Datum XV Kal. Iulij, anno IX. regnante Pippino inclyto Rege. Actum Tulpiaco.*

Kyriander [a] hoc Præceptum *in Geſtis Trever. lib. 2. cap. 13.* tenore, quo ſuprà, perſcriptum teſtatur adiectâ *Indict.* IV. cuius loco reponit XIV. vt & Labbeus [b]; at vterque malè, quia Pippini Regis annus nonus per menſem Iunium cum anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo & Indictione XIII componitur. Browerus [c] hoc quoque Præceptum laudat ſuppreſſâ, quam deleuimus, Indictione, rectéque monet aliud eſſe à commentitio, quod cum pleriſque non melioris notæ fronti Stemmatum Lotharingiæ præfixum reperies.

[a] Part. 9.
[b] In Cancell. Pippini R. n. 6.
[c] Lib. 7. nn. 197. 198.

II. BELLVM AQVITANICVM.

Pippinus, poſtquàm hoc Præceptum emiſit, in Aquitaniam ſtatim contendit aduerſus Waifarium Ducem, iter habuit Trecis & Autiſſiodoro, Ligerim in territorio Autiſſiodorenſi ad Maſuam vicum traiecit, & per agrum Bituricenſem in Aruerniam contendit. Belli ſuſcipiendi hæc apud Annaliſtam Fuldenſem cauſa proditur. *Waipharius Dux in Aquitania tyrannidem exercens, preſſuras Eccleſiarum Dei monit, depradationes & iniuſtitias multas fecit.* Sciebat Pippinus id ſummoperè Deo diſplicere, ſimilis enim flagitij reus diuinam expertus fuerat vltionem, quam Hincmarus in vita Sancti Remigij & Flodoardus in Hiſtoria Remenſis Eccleſiæ ſic euulgarunt. *Pippinus Rex, Caroli Magni pater, Epiſcopy Laudunenſis villam, quæ dicitur Aniſiacus, accipere niſus, quaſi ſub cenſu, velut alias quaſdam fecerat, venit in eam. Vbi cùm dormiret, apparuit ei Sanctus Remigius* Remenſis olim Epiſcopus, *dicens. Tu quid hic facis? quare in hanc villam intraſti, quam mihi homo te deuotior dedit, & quam ego Eccleſiæ Dominæ meæ Dei genitricis donaui? Et flagellauit eum ſatis acriter, itaut liuores in eius poſteà corpore parerent. At vbi diſparuit Beatus Remigius, ſurrexit Pippinus, & correptus validâ febre quantocyùs ab ipſa villa receſſit. De qua febre non paruo tempore laborauit.* In Hiſtoria iuſſu Nibelungi Comitis conſcripta, bellum, quod hoc anno geſtum eſt in Aquitania, ſic exponitur. *Rex Pipinus Legationem ad Waifarium Aquitanicum Principem mittens, petens ei per Legatos ſuos, vt res Eccleſiarum de Regno ipſius, quæ in Aquitania ſita erant, redderet, & ſub immunitatis nomine, ſicut ab anteà fuerant, conſeruatas eſſe deberent, & Iudices ac exactores in ſupradictas res Eccleſiarum, quod à longo tempore factum non fuerat, mittere non deberet; & Gothos prædicto Regi, quos dudum Waifarius contra legis ordinem occiderat, ei ſoluere deberet. Hæc omnia Waifarius, quæ prædictus Rex per Legatos ſuos ei mandauerat, hoc totum facere contempſit. Igitur Pipinus Rex inuitus coarctatus vndique contraxit exercitum, & partibus Aquitaniæ per pagum Trecaſſinum vſque Autiſiodorum vrbem acceſſit. Inde ad Ligerem fluuium, cum omni exercitu Francorum, ad Maſuam vicum in pago Autiſioderenſi Ligerem fluuium tranſmeauit. Per pagum Bitorinum vſque Aruernico acceſſit, regionem illam peruagans, & maximam partem Aquitaniæ igni concremauit.* Annaliſta Tilianus author eſt Pippinum in Aquitaniam perrexiſſe, *vſque ad locum qui dicitur Tedoad.* Locus ille alus eſt *Todoad, Thedoad & Theodoad*, atque in confiniis Biturigum & Aruernorum poſitus videtur. Tunc Waifarius, cùm ſe viribus imparem videret, pacem popoſcit, impetrauitque datis obſidibus. *Waifarius Princeps Aquitaniæ*, inquit Anonymus iam laudatus, *per Legatos ſuos pacem ſupplicans, ſacramenta vel obſides ibidem donat, vt omnes iuſtitias, quas præfatus Rex Pipinus per Legatos ſuos ei mandauerat, in placito inſtituto facere deberet. Rex Pipinus cum omni exercitu ſuo illæſo reuerſus eſt ad propria.* Annaliſta Loiſelianus de Nuntiis & obſidibus Waifarij diſtinctiùs agit. *Pipinus Rex cernens Waifarium Ducem Aquitaniorum minimè conſentire iuſtitias Eccleſiarum partibus, quæ erant in Francia, conſilium fecit cum Francis, vt iter ageret ſupradictas iuſticias quærendo in Aquitania. Et peruenit vſque in locum, qui dicitur Theodoad. Et cùm hæc vidiſſet Waifarius, miſit Miſſos ſuos Adotbertum & Dadinum; & dedit obſides Adalgarium & Aiterium ſiue*

AN. CH. 760. PIPPINI R. 9.

Itherium *Regi Pipino, vt omnia redderet,* * *& quicquid ſupradictus Rex quærebat in cauſis Eccleſiaſticis.* E Waifarij Nunciis, quem hic Annaliſta vocat *Adotbertum*, Bertinianus *Autbertum* appellat, eidémque Adotberto ſiue Autberto & Dadino tertium adiungit Adalgarium, nec refragari quidquam videtur, quominùs idem Adalgarius, quem Regino propinquum Waifarij dicit, è Nuntiis primùm ſeu Miſſis eiuſdem Waifarij, deinde ex obſidibus fuerit.

III. Annaliſtæ, Nazarianus, Petauianus, Maſciacenſis, Loiſelianus, Laureshamenſis, Fuldenſis, Tilianus, Bertinianus, & Metenſis, necnon Regino, bellum illud Aquitanicum anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo geſtum conſtanter affirmant. Et Anonymus, qui, iubente Nibélungo Comite, Geſta Pippini Regis in literas retulit, annum proximè ſequentem, quo Pippinus denuò contra Waifarium profectus eſt, annum eiuſdem Pippini Regis decimum numerat. Atque inde argumentum ad noſtræ Chronologiæ confirmationem præualidum eruitur, vt annus Chriſti ſeptingenteſimus quinquageſimus-ſecundus, quo Pippinum in Regio ſolio collocatum menſe Martio diximus, eiuſdem Regis annus primus cenſeatur. Multis annis redintegratumeſt bellum Aquitanicum. Id patebit infrà. Non defuerunt ex Aquitanis, qui relicto natali ſolo, ne rebellionis in Regem participes fierent aut opprimerentur à Waifario, Pippinum adierunt, à quo benigniſſimè ſuſcepti ſunt ampliſſimiſque muneribus cumulati. Præ ceteris memoratur Wibertus è pago Pictauienſi, Sanctæ Hiltrudis pater, Monaſterij Leſcienſis ſeu Letienſis ad Helpram in Hannonia conditor, de quo ſic Anonymus in eiuſdem Sanctæ Hiltrudis vita [a]. Inter Primates & Optimates Pippini Regis *erat Comes quidam, nomine Wibertus, genere nobilis & actibus, pago Pictauienſi ex nobiliſſima proſapia ortus: & vxor illi, nomine Ada, ex nobilioribus Francorum. Is hoſtilibus preſſuris nimiùm circumdatus Regem adiit, cuius maximè præſumebat de gratia, & iuuabatur munificentiâ; precibus exegit, quatenus de Regio iure locum ſibi concederet, in quo ſaluâ pace manſionem ſibi collocans ab hoſtibus ſecederet. Cui Rex, vt erat liberalis munificentiæ, ad petita annuit, amplas de iure patrimonij ſui impertitas ſibi poſſeſſiones inter Theoracenſem & Hannonienſem pagum ſuper fluuium Helpram adiacentes, frugum fertiles, pecoris abundantes, paſcuis vberrimas, & ſyluarum denſitate opacas, venatione & piſcatione plurimùm præſtantes, adeò vt Regium id eſſe donatiuum perſpicuum appareat, accepit.* Illic ſtatim Eccleſiam & Monaſterium erexerunt, de quibus fuſiùs agemus ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-quintum, quo facta loci dedicatio.

[a] Tom. 2. Sec. 3. Benedict. a. circ. 790.

WIBERTVS RELICTA AQVITANIA PIPPINVM ADIT.

IV. Sub initium huius anni peruenerunt in Italiam Remodius ſiue Remigius Archiepiſcopus Rotomagenſis Pippini Regis frater & Autharius ſiue Andegarius Dux, eiuſdem Pippini Regis Oratores, quibus Deſiderius Longobardorum Rex ſpopondit ſe Paulo Romano Pontifici omnia beati Petri patrimonia, intra etiam, loca, fines, & territoria diuerſarum ciuitatum, * quæ Reipublicæ Romanorum fuerant, pleniſſimè reſtituturum hac ipſâ Indictione decimâ-tertiâ, menſe Aprili. Atque reipsà partem reddidit; aliam partem pollicitus ſe paulò pòſt quoque redditurum. Rogauit inſuper Romanum Pontificem, vt Pippinum de rebus illis certiorem faceret, quod quidem Paulus legitur præſtitiſſe literis, miſſóque in Franciam Petro Preſbytero, ita tamen vt Regi Francorum ſupplicaret, ne deſiſteret à ſollicitando Deſiderio, donec is ritè ſuas omnes pollicitationes exſoluiſſet. Epiſtolæ Pontificiæ [b] partem poſteriorem accipe, quâ prædictum negotium ſic continetur. *Innoteſcimus præcelſæ Chriſtianitati veſtræ, quòd nuper dum ad nos coniunxiſſent fideliſſimi veſtri, ſcilicet Deo* * *amabilis Remedius veſter* (deeſſe videtur vox *germanus*, hic enim Remedius Pippini frater extitit) *atque Autharius glorioſiſſimus Dux, conſtitit inter eos & Deſiderium*

DESIDERIVS LONGOBARD. R. PARTEM PROMISSORVM EXEQVITVR, ALTERAM PARTEM EXECVTVRVM SE POLLICETVR.

[b] In Cod. Carol. ep. 21.

* à Deo

ſiderium Langobardorum Regem, vt per totum inſtantem Aprilem menſem * *iſtius* XIII *Indictionis, omnes iuſtitias fautoris veſtri, beati Petri Apoſtolorum Principis, omnia videlicet patrimonia, iura etiam, & loca, atque fines, & territoria diuerſarum ciuitatum noſtrarum Reipublicæ Romanorum, nobis pleniſſimè reſtituiſſes. Vnde ex parte quidem easdem iuſtitias ſe profitatur atque omnino ſpondet nobis eſſe facturum. Quapropter impenſiùs nos præfatus Deſiderius Langobardorum Rex obſecratus eſt, vt veſtræ à Deo protectæ Excellentiæ noſtris Apoſtolicis relationibus intimare debuiſſemus, & ecce ſicut noſtro poſt Deum liberatori hoc ipſum eximiæ atque ſublimiſſimæ & à Deo protectæ Chriſtianitati veſtræ per has Apoſtolicas noſtras innotuimus ſyllabas. Dirigentes magnoperè ad veſtram à Deo inſpiratam præcelſam Sublimitatem præſentem dilectum filium noſtrum Petrum Presbyterum, quem petimus benigno ſolitè aſpectu à vobis ſuſcipi, & cum effectu atque proſpero nuntio, de perfecta plenariâque iuſtitia diuerſarum cauſarum fautoris veſtri beati Petri Apoſtolorum Principis, ad nos remeandum abſoluere dignemini. Si verò in ea, quam præfatus Deſiderius Rex vel eius Langobardorum gens profitentes pollicentur, permanſerint ſponſione, nobiſque omnia, ſecundùm vt conſtitit, & prædictorum fœdera continent, reſtituta ab eis nobis fuerint, tunc à Deo conſeruanda Excellentiæ veſtræ meritum intimantes innoteſcemus ei. Vnde obſecrantes petimus, & obnixè deprecamur, imò & coniuramus te, Excellentiſſime atque Chriſtianiſſime Rex, amantiſſime fili & ſpiritalis compater, per Omnipotentem Deum, & beatum Petrum, qui te in Regem vnxit, vt perfectiùs ea, quæ pertinent ad exaltationem & ad ampliatam liberationem Sanctæ Dei Eccleſiæ, & iſtius à vobis redemptæ prouinciæ, ſicus beato Petro, & noſtro prædeceſſori Pontifici ſanctæ recordationis Domno & germano noſtro beatiſſimo Stephano Papa polliciti eſtis, cuncta perficere & adimplere iubeatis, quatenus promiſſam & expoſitam vobis mercedis coronam de manu Omnipotentis Dei noſtri miſericordis, vt ſua vos circumtegat gratia, vnà cum dulciſſima coniuge Excellentiſſima Regina filia & ſpiritali noſtra commatre, atque amantiſſimis natis, id eſt, præcelſis Regibus, & præſentis Regni culmen & triumphum victoriæ poſſidere, & æterna gaudia in cæleſtibus Regnis cum Sanctis perfrui concedat.*

* menſi

In hiſce literis Remedius non alius eſt ab Archiepiſcopo Rotomagenſi, Pippini Regis fratre. Ita iam cenſuit Dubouchetus [a] in vera Origine Domûs Francicæ. Textus, quem recitauimus, in vulgatis exemplaribus ſic exhibetur, *à Deo amabilis Remedius veſter*, atque ita reſtitui debet, *Deo amabilis Remedius germanus veſter*. Inſinuant hanc emendationem aliæ literæ [b], in quibus idem Paulus Papa Pippinum Regem ſic alloquitur. *Comperimus exaratum, quòd præſentes Deo amabilis Remedij germani veſtri Monachos Simeoni Scholæ Cantorum Priori contradere deberemus.* Neutrobique Papa Remedium aut Abbatem aut Epiſcopum vel Archiepiſcopum vocat, ratus ad eius commendationem ſatis eſſe, ſi germanum ſeu fratrem Regis dicat. Epiſtolæ tamen, de qua nunc agimus, argumentum præfigitur *de Actis Remedij Epiſcopi & Autcharij Ducis Miſſorum Pippini cum Deſiderio Rege.* V.

[a] pârt. 1. c. 9.

[b] In Cod. Carol. ep. 43.

In his iiſdem literis patrimonia diſtingue à iuribus, locis, finibus, ac territoriis ciuitatum. Nam iura, loca, fines, ac territoria ciuitatum pertinent ad Donationem Pippininam, partémque conſtituunt Principatûs à Pippino Rege Pontifici Romano, ſingulari prorſus anteáque inauditâ munificentiâ, collati. Patrimonia verò cùm intra tum extra Donationem Pippininam conſiſtunt *pro ſubſidio* tantùm *& alimento pauperum Chriſti, ſeu luminariorum concinnatione*, vt Gregorius Tertius Papa in literis [c] ad Carolum Maiorem-domûs patrem Pippini Regis loquitur. Lege obſeruationem ante biennium [d] factam de patrimoniis beati Petri, quæ Paulus Papa ſuis literis in Ducatibus, Beneuentano, Spoletano & Tuſco, VI.

[c] Vid. an. 741. n. 9.

[d] Ad an. 758. nn. 16. 17.

AN.CH. 760. PIPPINI R. 9.

necnon in territoriis, Neapolitano & Caietano, ſita tunc teſtabatur [a] procul à Donatione Pippinina.

VII. Notandum hîc quoque nobis videtur, quòd Paulus Pontifex in literis, quas eo ſcripſit anno, quo menſis Aprilis Indictioni decimæ-tertiæ illigabatur, non ſingulos Pippini filios vt anteà nominauit, ſed eos collectiuè complexus eſt fuſis ad Deum precibus, vt ipſum Pippinum cum vxore *atque amantiſſimis natis, id eſt, præcelſis Regibus*, ſuâ gratiâ circuntegeret. In dubium quidem vocari non poteſt, quin Indictio decimatertia per menſem Aprilem ſub Pauli Pontificatu cum anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo coincidat. Aſt Pontifex ab ea viſus fuiſſet epocha recedere, ſi ſolis Pippini filiis, Carolo & Carolomanno, vt olim, benè precatus eſſet, ſuperſtes enim in viuis erat eorum frater Pippinus, quem nec omittere debuit, nec omiſit vſus generali vocabulo, quo filios omnes Pippini Regis, Carolum, Carolomannum & Pippinum, comprehendit.

[a] In Cod. Carol. ep. 26.

PAVLVS PP. PIPPINO EX AQVITANIA REVERSO GRATVLATVR.

VIII. Idem Paulus Pippino ex Aquitania reuerſo literas [b] ſcripſit, quarum fragmentum hîc recitabimus, vt intelligas quantùm de ſoſpitate eiuſdem Regis ſollicitus eſſet. *Dum huius euoluto temporis ſpatio, quo nos nec veſtræ ſoſpitatis relationem meruimus ſuſcipere, nec penitus agnoſcere quid circa vos ageretur, vel qualiter in itinere, quo profecti eſtis, peregiſtis, nimis anxietatis feruore deſiderij noſtri affectio in hoc ipſum ad deſcendum ſedulò prouocatur, præſertim dum & à noſtris veſtríſque inimicis aduerſa nobis de ipſis partibus adnuntiantur. Vnde deſiderium magnum nobis inhæret veſtræ ſoſpitatis gaudia addiſcere, & veſtris ſalutaribus profectibus gratulari, & contrà inimicorum contritionem agnoſcere. Pro quo, quæſumus, vt certos nos, ſicut deſideramus, per veſtros Nuntios, de veſtra proſperitate & lætitia reddere iubeatis, quoniam veſtra ſalus noſtra eſt proſperitas, & veſtra exaltatio noſtrum procul dubio eſt gaudium & immenſa ſecuritas.*

[b] In Cod. Carol. ep. 31.

WALANVS EP. BASILEENSIS OBIT: SVCCEDIT BALDEBERTVS.

IX. In Baſilea ſacra, poſt Walanum, quem anno Chriſti ſeptingenteſimo duodequinquageſimo primum Epiſcopum Baſileenſem conſtituimus, Baldebertus collocatur, Vrſtitio & Stumphio ſic allegatis. *Baldebertus Baſileenſis Epiſcopus. Et hic circiter annum 760. Pipino Regnum Galliæ adhuc moderante, Baſileenſi Sedi præfuit. Vrſtitius l. 2. c. 8. Stumpf. l. 12. c. 2. ſediſſe ait, Pontifice Paulo I. Stephano IV. Adriano I.* De illo recurret ſermo. Vtrùm autem Walano Baſileenſi Epiſcopo Adelricus Abbas Gregoriouallenſis, an Adelrico Gregoriouallenſi Abbati Walanus Baſileenſis Epiſcopus ſuperfuerit, haud conſtat. Vterque vitam clauſit Pippino Rege, Bucelinus [c] Adelrico Heddonem Straſburgenſem Epiſcopum, huic Remigium ſubrogat. At Heddonem eradendum ex albo Gregoriouallenſium Abbatum non ſemel iam monuimus. Succeſſit igitur Adelrico Remigius, de quo plura dicturi ſumus infrà, quia poſt Heddonem in Straſburgenſi Cathedra ſedit.

[c] In Monaſteriol. Imp. Germ.

WVNIBALDVS ABB. HEIDENHEIM. ADIT MEGINGAVDVM EP. WIRCEBVRG.

X. Wunibaldus Abbas Hildenheimenſis, qui *tribus annorum interuallis, antequàm de mundo pergeret, tam infirmus, tam imbecillus habebatur, vt pergere non poterat, niſi vix ad villas, quæ iuxta erant ibi ſitæ*, hoc anno Megingaudum ſeu Megingozum Epiſcopum Wirceburgenſem adiit magno cum labore. Leguntur enim in illius vita [d] quæ ſequuntur. *Vnâ vice pergebat in Francios ad Megingozo, & tùm veniebat ad Fulda, vbi requieſcit S. Bonifacius, ſtatim monebat illum valdè infirmitas eius, & ibi iacebat tres hebdomadas, ita * etiam tunc obitûs ſui diem imminere æſtimabat. Et tunc poſt tres hebdomadas meliùs habebat, inde pergebant, & venerunt ad villam vnam; & ibi manebant vnâ hebdomadâ, quia non poterat adhuc pergere inde, quia ægritudo eius iterum valdè affligebat illum, & ibi erat vnâ hebdomadâ, & tunc, prout poterat, pergebat inde, & venit ad vrbem, quæ vocatur Wirzburch, & ibi alloquebatur Epiſcopum Megingozum, & ibi manebat tres dies, & iterum tunc ad propria*

[d] Ap Caniſ. Tom. 4. antiq. lect.

* ita vt iam.

remeauit. Agemus de illius obitu anno ſequenti. Hæc autem adeò ac- AN.CH.
curatè de Wunibaldo Abbate obſeruamus, vt meliùs intelligas eos gra- 760.
uiter errare, qui Sancto Burchardo Megingaudum ſeu Megingozum an- PIPPINI
te annum Christi ſeptingenteſimum nonageſimum-primum in Epiſcopa- R. 9.
tum Wirceburgenſem ſucceſſiſſe nolunt.

In Centuria veterum Inſtrumentorum Alamannicorum ſæpè iam cita- XI.
ta, quam Tomo ſecundo [a] rerum Alamannicarum Goldaſtus inſeruit, [a] Part. 1.
Charta quinquageſima-nona ſub Titulo *de traditione precaria* legitur emiſ- CHRONOLOGIA CON-
ſa pro Monaſterio San-Gallenſi, *eius Rectore Iohanne Pontifice*, cum hac FIRMATVR.
ſubſcriptione. *Ego Autuning Lector, anno* VIII. *Pippino Rege ſcripſi &*
ſubſcripſi. Data ſub diem quod fecit menſis Iannarius dies XV. *in Conſtan-*
tia feliciter, id eſt, die decimo-quinto Ianuarij, anno Chriſti ſeptingen-
teſimo ſexageſimo, Pippini Regis octauo adhuc currente.

Ex hac Charta, per quam *Hruotharduſ filius Rainoni* munificum erga XII.
Sancti Galli Cœnobium ſe præbet *eius Rectore Iohanne Pontifice*, multa cor-
rigi debent in vulgatis Indicibus cùm Epiſcoporum Conſtantienſium & Cu-
rienſium tum Abbatum San-Gallenſium & Augienſium. Nam ſi Ioannes
hoc anno, die decimâ-quinta Ianuarij, Conſtantienſis eſt Epiſcopus & Ab-
bas Sangallenſis, eius deceſſor Sidonius, qui Conſtantienſis Epiſcopus Ab-
báſque cùm Augienſis tum San-Gallenſis fuit, & ad annum vſque Chriſti
ſeptingenteſimum ſexageſimum-primum vixiſſe fertur, vltra annum Chriſti
ſeptingenteſimum quinquageſimum-nonum vitam haud produxit, illóque
anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-nono Curienſis Epiſcopus
iam erat Tello, cuius deceſſorem Victorem Bucelinus anno Chriſti ſeptin-
genteſimo ſexageſimo mortuum ſcribit. Atque ex his quoque colligitur
Orhmarum Abbatem San-Gallenſem obiiſſe anno Chriſti ſeptingente-
ſimo quinquageſimo-octauo, eóſque falli, qui poſterioribus annis mortem
illius conſignant.

Hiſce temporibus, Ludgerus, de qno ante biennium multa ſcripſimus, XIII.
factus eſt Clericus. Id ita docet Altfridus in eius vita. *Creuit Liudgerus* LVDGERVS
proficiens in timore Domini, & depoſito ſeculari habitu, in Traiecto Mo- FIT CLERI-
naſterio totum ſe contulit ad ſtudium artis ſpiritalis. Huius Monaſterij vt CVS.
& Diœceſeos Vltraiectinæ regimen erat penes Gregorium Abbatem ac
Presbyterum, à nobis ſæpè iam laudatum. *Erant autem in illa ſchola Gre-*
gorij & alij condiſcipuli nobiles & prudentes, è quibus alij Epiſcopi poſteà
exſtiterunt, alij in minoribus gradibus Doctores Eccleſiarum. Longè ante
Altfridum ſimilia, necnon plura de Gregorij diſcipulis in ipſiuſmet Gre-
gorij vita ſcripſit Ludgerus, cuius laudes Altfridus ita proſequitur. *Apud*
condiſcipulos idem Liudgerus in magno habebatur affectu, eò quod eſſet vir
miræ manſuetudinis, vultu hilaris, non tamen facilis in riſu, & in omnibus
actibus prudentiam cum temperantia amplectens: erat enim aſſiduus medita-
tor Scripturæ diuinæ, & eius præcipuè quæ ad laudem Dei & ad doctrinam
pertinebat Catholicam, pro quibus & à venerabili Magiſtro quaſi filius vni-
cus diligebatur.

Ad hunc annum Browerus initia Monaſterij Prumienſis in Annalibus XIV.
Treuirenſibus [b] ita refert. *Anno à Chriſto naſcente ſexageſimo ſupra ſeptin-* [b] Lib. 7.
genteſimum, ad euehendam Chriſti Religionem, Treuirorúmque Diœceſim exor- MON. PRV-
nandam, Sanctæ atque Excellentiſſimæ coniugis rogatu, Monaſterium operis MIÆ CON-
magnifici Regiis impenſis, triginta-quinque circiter paſſuum millibus à Me- DITVR A
tropoli, verſus Septemtrionem, Arduenna vel Eifflia tractu, apud Proneam PIPPINO R.
riuum, Auſonio Poeta cognitum, irriguo atque amœno loco, Rex *conſtruxit.*
Id iam inde, inflexâ nonnihil voce, Prumienſe Monaſterium dici, clarâque
nobiliſſimorum hominum tum eruditione, tum feruida beati Benedicti diſ-
ciplina famâ præcellentium illuſtrari cœpit. Primus Abbas huius Monaſte-
rij fuit Aſſuerus, ſecundus Tancradus, tertius Marcnardus. Duos Ab-

AN. CH. 760. PIPPINI R. 9.

bati Marcuardo libros, vnum de vita Sancti Goaris, alterum de miraculis, inſcripſit Wandalbertus Prumienſis Monachus. Illos à Laurentio Surio [a] iam publicatos Lucas Dacherius & Ioannes Mabillonus ad manuſcriptum Codicem Sancti Remigij Remenſis auxerunt & emendarunt Seculo [b] ſecundo Benedictino. Wandalbertus ſub operis ſui finem, cùm expoſiturus eſſet, *quemadmodum & qua ex cauſa Cella beati Goaris Monaſterio Prumia fuerit ſociata*, hæc de conditu Cœnobij déque primo Abbate præmiſit. *Excellentiſſima memoria Rex Francorum Pippinus, pater Imperatoris famoſiſſimi Caroli, poſtquàm, vt omnibus propè notum eſt, amore Chriſti & vxoris ſua ſancta recordationis Bertrada rogatu prouocatus Monaſterium ſupraſcriptum conſtruxit, conſtitutis in eo Monachis, qui Deo ſub regulari ordine militarent, venerabilem virum Aſuerum regiminis præfecit officio. Qui etiam eidem loco annis v & XL feliciſſimè præfuit.*

[a] D. 6. Iul.
[b] Ad an. 649.

ASVERVS PRIMVS ABB.

XV. FVLCARIVS EP. LEODIENSIS OBIT.

Hoc anno, Fulcarius Leodienſis Epiſcopus *obiit in ſenectute bona.* Poſt Sanctum enim Florebertum, quem anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quinto ex hac vita ſublatum probauimus, *præfuit Leodienſi Eccleſia, annis quindecim*, vt Ægidius in additionibus ad Anſelmum ſcribit [c]. *Huius* Epiſcopi *temporibus*, teſte eodem Auctore, *Leodienſis Eccleſia adhuc nouâ fundatione multa acquiſiuit.* Id in dubium non vocamus. Chartam tamen Ludouici Pij, quam Ioannes Chapeauillus in Annotationibus ad illum Ægidij locum ex Archiuo Leodienſis Eccleſiæ deſcripſit, explodendam temur. Sic enim habet. *In Nomine Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Hlodouicus, diuinâ ordinante prouidentiâ, Imperator Auguſtus. Si ea, qua fideles Imperij noſtri, pro eorum neceſſitatibus, noſtram conſulere ſtuduerunt Magnificentiam, clementi aſſentire conabar miſeratione, Imperialem exercere videbimur conſuetudinem, & hoc in poſterum iure firmiſſimo manſurum eſſe volumus. Idcircò nouerit omnium fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet & futurorum, ſolertia, quia fidelis noſter venerabilis Fulcarius Tungrenſis Epiſcopus noſtram expetiuit manſuetudinem, qualiter neceſſitudini eius conſulentes, res prædicta Eccleſia ipſius, Regali auctoritate noſtrâ aliquantiſper augmentare deberemus, quod ita & fecimus. Petitioni namque ipſius, clementi miſeratione, fauentes, noſtrorum conſenſu fidelium, prædicto Fulcario Epiſcopo, ad vtilitatem prædicta Eccleſia ſua, in pago Vitalelgonus, in villa Brochem, curtem dominicatam cum manſis letalibus & ſeruilibus, & Eccleſiam cum decimis ſuis, mancipiis vtriuſque ſexûs prædictis, paſcuis, ſyluis, aquis, aquarúmque decurſibus, omnibúſque iure & legitimè ad ipſam curtem pertinentibus, cultis & incultis, quæſitis & inquirendis, totum & ad integrum Imperiali auctoritate contulimus, eâ videlicet ratione, vt ab hac die & deinceps ipſas res cum integritate per hanc noſtram auctoritatem atque confirmationis donum, ipſe ſuíque ſucceſſores teneant atque poſſideant, & quicquid exinde ad profectum ipſius loci facere decreuerint, in eleemoſyna noſtra, libero in omnibus perfruatur arbitrio, qualiter pro mercedis noſtra compenſatione, ipſo perpetualiter proficiant augmento. Et vt hac præceptio noſtra firmior habeatur, & per tempora meliùs conſeruetur, manu propriâ ſubtus decreuimus roborare, & annulo noſtro iuſſimus ſigillari. Hirmimarus Notarius ad vicem Friderici recognoui. Datum ſexto Calend. Maias, anno, Chriſto propitio, decimo-tertio Imperij Domini Hlodouici piiſſimi Auguſti, Indictione octanâ, actum Aquiſgrani Palatij.*

[c] Cap. 31.

COMMENTITIVM DIPLOMA REIICITVR.

XVI. Illud autem Diploma multis argumentis commentitium oſtendi poteſt. Annus Ludouici Pij Auguſti decimus-tertius per menſem Aprilem cum anno Chriſti octingenteſimo viceſimo-ſexto componitur, eique non octaua ſed quarta illigatur Indictio. Extat apud eundem Chapeauillum, in iiſdem Annotationibus [d] ad additiones Anſelmo ab Ægidio ſubiectas, aliud Ludouici Pij Præceptum temporibus Walcandi Leodienſis Antiſtitis emiſſum cum hac ſubſcriptione. *Vt hac auctoritas firmior habeatur, de annulo noſtro*

[d] Cap. 34.

ſubter ea iuſſimus ſigillari. Hirmimarus Notarius ad vicem Fridugiſi recognouit. Datum 13 Calend. Maias, anno, Chriſto propitio, 18 Imperij D. Hludouici piiſſimi Auguſti, Indictione nonâ. Actum Ariſtalis Palatio Regio. Hi Characteres optimè cum anno Chriſti octingenteſimo triceſimo-primo conueniunt, ſed vbi Walcandum Leodienſem Epiſcopum, qui Carolo Magno nondum mortuo ſedere cœpit, anno Chriſti octingenteſimo triceſimo-primo ſuperſtitem produnt, Fulcarium negant Epiſcopum Leodienſem extitiſſe anno Chriſti octingenteſimo viceſimo-ſexto quocum annus Ludouici Pij Auguſti decimus-tertius comparatur, aut anno Chriſti vel octingenteſimo decimo-quinto vel octingenteſimo triceſimo, currente tum Indictione octanâ. AN. CH. 760. PIPPINI R. 9.

Caue igitur, ne quia Floreberti Leodienſis Epiſcopi ſucceſſor in diuerſis epiſtolarum à Zacharia Papa ſcriptarum editionibus variè nuncupatur, Folericus in Baroniana, Fulericus in Seratiana, Fulgarius in Biniana, Fulcarius in Sirmondana, Imperialiſque apud Chapeauillum Diplomate Fulcarius Ludouico Pio Auguſto ſynchronus exhibetur, ſtatim Folericum ſeu Fulericum à Fulgario ſeu Fulcario ſic diſtinguas, vt Folericum ſeu Fulericum Sancto Floreberto ſubroges, reiecto in Ludouici Pij Auguſti tempora Fulcario ſeu Fulgario. Proximè ſucceſſit Sancto Floreberto Fulcarius ſeu Fulgarius, obiitque anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo, nec vllam meretur fidem commentitium Ludouici Pij Auguſti Diploma, quod Chapeauillus ad illuſtrationem rerum à Fulcario geſtarum publicauit. XVII.

In omnibus Leodienſium Epiſcoporum Catalogis, Fulcario proximè ſubiicitur Agilfridus. At Attiniacenſi Placito, quod anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-quinto habitum eſt, ſubſcripſit *Folericus Epiſcopus ciuit. Tungris*, multóque ſeriùs Agilfridus eo ſedit tempore, quo Carolus Magnus Deſiderium Longobardorum Regem ex Italia captiuum abduxit. Inde autem liquet Folericum ſeu Fulericum à Fulcario ſeu Fulgario diſtinguendum eſſe, ſic tamen vt neuter in tempora Ludouici Pij Auguſti reiiciatur. Sancto Floreberto Fulcarius anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quinto ſucceſſit, ſedit annos quindecim, vitámque clauſit anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo. Subrogatus tum Folericus, qui ſuâ ſubſcriptione Placitum Attiniacenſe cum aliis Epiſcopis anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-quinto communiuit. Epiſtolarum igitur à Zacharia Papa ſcriptarum editiones, in quibus Folericus ſeu Fulericus nominatur, corrigendæ ſunt, & Folerici ſeu Fulerici loco reſtitui debet Fulcarius ſeu Fulgarius, quia Fulcarius Epiſcopatum per aliquot annos geſſit ſuperſtite tum Zachariâ, eidémque Romano Pontifici diu ſuperuixit, Folericus autem tardiùs Epiſcopales Infulas adeptus eſt, Paulo in Apoſtolica Sede iam conſtituto. Poſt Folericum ſedit Agilfridus, de quo ſæpiùs loquemur, tum Gerbaldus, deinde Walcandus, qui Carolo Magno ſuperſtite Pontificatum ſuſcepit, gerebátque adhuc anno Ludouici Pij Auguſti decimo-octauo, ſiue anno Chriſti octingenteſimo triceſimo-primo, vt ex Imperialis Diplomatis ſubſcriptione ſuperiùs allata conſtat. Atque hæc de Leodienſium Epiſcoporum ſucceſſione, quæ manca fuit hactenus in vulgatis Catalogis, per anteceſſum dicta ſunto. XVIII. EPISCOPI LEODIENSES.

Fulcarij & Folerici temporibus floruit Reinila Eykenſis Abbatiſſa. Hæc enim Herlindi ſorori ſuæ poſt Sanctum Willebrordum mortuæ diu ſuperſtes fuit, &, vt Auctor [a] vitæ loquitur, *vſque ad ſenectam & ſenium & ad decrepitam ætatem perdurans*, VIII *Idus Februarij* ad Deum feliciter migrauit. Colitur vndecimo Kalendas Aprilis, qui dies Tranſlationis fuit. Tunc & in eadem Diœceſi floruit Hardebenus Sarchinienſis Abbas, quem Fiſenus Reyrami anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo ſuperſtitis proximum ſucceſſorem inter Abbates illius loci nominat. REINILA ABBATISSA EYKENSIS. HERDEBENVS ABB. SARCHINIENSIS.

[a] Ap. Henſchen. d. 22. Mart.

AN. CH 760. PIPPINI R. 9.

XIX. Sturmius, quem Ægil eius diſcipulus *per biennium* exulaſſe ſcribit, in gratiam Pippini Regis & ad Fuldenſe Monaſterium hoc anno rediit. Quomodo res geſta ſit, idem Auctor ſic enarrat. *Preſzoldus*, cui poſt expulſum Marcum, quem Lullus Moguncíacenſis Archiepiſcopus intruſerat, Monaſterij Fuldenſis adminiſtrationem à fratribus illius loci demandatam anno ſuperiore diximus, eoſdem Monachos *cum charitate adunatos habuit, cum eis pariter die noctúque mente pertractans, quemadmodum Chriſto fauente Magiſtrum & Abbatem ſuum Sturmen reuocare ad ſe per Regis Pippini voluntatem poſſent. Porrò cùm de Patre & Magiſtro ſuo Sturme profundè cogitaret, & ſancti fratres cum eo de abſentia eius multo mœrore afficerentur, Dei Omnipotentis præſidium continuis precibus poſtulabant, vt ipſe, cui nihil impoſſibile eſt, per ſuam inuictam potentiam præſtaret, quatenus ad eos illorum Magiſter venire permitteretur. Quod cùm per ſe diutiùs feciſſent, & per omnes Orientales Eccleſias*, id eſt, Eccleſias Orientalis Franciæ, *omniáque Monaſteria ſeruorum & ancillarum Dei in circuitu, orationes inceſſabiles oſſent ad Deum pro eo, conſolator humilium Deus preces exaudiuit ſupplicantum. Et quia hoc conſtituit vt poſtularetur, precibus fidelium annuens, ſuſcitauit cor Pippini Regis, vt de beato Sturme cogitare cœpiſſet, & eum de exilio, vbi erat, ad Palatium ſuum adduci honorificè præciperet. Qui cùm adductus ad Palatium concitè fuiſſet, & ibi in Capella Regis per plures eſſet dies Deum orans, expectans quid ei Rex imperaſſet, contigit quadam die, vt in venationem Rex pergeret, ac, vt ſolitus erat, ad orationem primo diluculo veniret, & ceteri ſerui Dei poſt vigilias matutinas quieſcerent, ſolus Sturmi vigilabat, & ingreſſum Regis obſeruans, ianuas ei Eccleſiæ aperuit, & cum claro lumine ad orationem ante eum ibat. Rex verò, cùm ad ſacras aras Deum Regem humiliter exoraſſet, erexit ſe, & alacri obtutu Sturmen intuitus, Dominus, dixit, congregauit nos modò: Et quid hoc fuit, quòd Monachi tui apud nos te accuſauerunt, neſcimus; & vnde irati fuimus contra te, ignoramus. Sturmi verò conſtanter ait. Licèt à peccatis immunis non ſim, contra te tamen, ô Rex, delictum non feci. At ille. Sine, inquit, vnquam aliquando contra me nequiter cogitaueris, aut iniquè aliquid geſſeris, Deus tibi totum dimittat, & ego ex meo corde ignoſco, & deinceps eſto, ait, in gratia & amicitia mea, omni tempore. Tollénſque manu ſuâ de pallio ſuo filum, proiecit in terram, & dixit. Ecce, in teſtimonium perfectæ remiſſionis, filum de pallio meo proiicio in terram, vt cunctis pateat, quòd priſtina deinceps adnulletur inimicitia. Ita pacati, firmitérque in amicitia fundati, Rex iter, quod cœperat, arripuit. Igitur poſt tempus breue, Preſzoldus & reliqui fratres de Monaſterio Fulda comperientes, quòd amandus illorum Magiſter Sturmi in gratia & in amicitia Domini Regis eſſet receptus, cogitauerunt ad Palatium ire, & Regem deprecari pro Magiſtro, miſerúntque ad Palatium poſtulantes à Rege Abbatem ſuum eis dari: ſicut omne quod Deus voluit fieri, facilè & abſque labore euenit. Rex verò petitiones fratrum benignè ſuſcipiens, venerandum Sturmen Abbatem ad illos ſe mittere promiſit. Quod per multas orationes ſeruorum & ancillarum Dei fieri credimus. Poſt non multum temporis ſpatium Rex vocari ad ſe Sturmen iuſſit, eíque Monaſterium Fulda, quod priùs habuit, ad regendum commendauit, abſolutúmque ab omni dominio Lulli Epiſcopi ad Cœnobium Fulda eum cum omni honore ire præcepit, & cum ſuo Priuilegio, quod beatus Zacharias Papa, Summus Apoſtolicæ Sedis Pontifex, dudum Sancto tradidit Bonifacio, Monaſterium regeret. Quod Priuilegium vſque hodie in Monaſterio fratres conſeruatum habent. Quòd etiam cauſam ſuam, & Monaſterij defenſionem, à nullo alio quæreret niſi à Rege, impetrauit. Acceptâ à Domino Rege poteſtate, cum Priuilegio ſupradicto, quod de manu Regis acceperat, ad ſuum perrexit Cœnobium.*

STVRMIVS ABB. FVLDENS. REDIT IN GRATIAM CVM PIPPINO R.

XX. Priuilegium, quod Bonifacio Zacharias Papa pro Monaſterio Fuldenſi

conceſſit, ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-primum [a] deſcripſimus propugnauimúſque. Regium quoque Præceptum, quo Pippinus Priuilegia Fuldenſis Cœnobij confirmauit, ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quintum [b] recitauimus. Præter Priuilegium, quod à Zacharia Papa Bonifacius impetrauit, aliud eiuſdem planè formulæ, quod libro tertio Foldenſium Antiquitatum legitur, vt ad eundem annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quintum [c] obſeruauimus, à Stephano Papa Sturmius Abbas obtinuit regnante tum Pippino. Graues inter Lullum Archiepiſcopum Moguntinum & Sturmium Abbatem Foldenſem diſcordiæ, cùm ambo pro iuribus Eccleſiarum ſuarum decertarent, ex illis Priuilegiis natæ creduntur. Quandiu vixit Bonifacius, ſub cuius Magiſterio fuerant, nihil ſimultatis inter eos auditum, at Bonifacio mortuo Fuldámque tranſlato motæ ſunt vtrinque querelæ. Secutum Sturmionis Abbatis exilium, cuius authores quidem tres Monachi, ſed ad id ſceleris prouocati, quòd rem Lullo gratiſſimam ſe facturos ſperarent, ſi Sturmionem Abbatem apud Pippinum Regem calumniarentur. *Malo inter ſe conſilio inito, in Lulli Epiſcopi ſuffragium confiſi, pertexerunt ad Regem, & beatum virum apud illum accuſabant crimen neſcio quod de inimicitia Regis obiicientes ei. Lullus*, miſſo in exilium Sturmione, *obtinuit apud Pippinum Regem, vt Monaſterium Fuldæ in ſuum dominium donaretur, acceptáque iuriſdictione Abbatem ibi, qui ſibi per omnia obtemperaret, conſtituit familiarem quendam ſuum, qui dicebatur Marcus*. Lullum, cùm Sturmionem è Monaſterio pulſum reſciret, eâ putamus vſum occaſione, vt annuente Rege Abbatem, quemcumque vellet, eidem Cœnobio præficeret. At eum adeò ſceleſtum non exiſtimamus, vt augere ius ſuum voluerit Pippino Regi *munera iniuſta tribuendo*. Hoc igitur loco vehementiùs, quàm par eſt, in Lullum inuehitur Ægil, cui potior fides habenda, cùm reditum Sturmionis ad Fuldenſe Monaſterium, & res ab eo geſtas ad obitum vſque Pippini Regis ſic deſcribit.

AN. CH. 760.
PIPPINI R. 9.
[a] Nu. 15. 16.
[b] Num. 8.
[c] Num. 9.

CAVSÆ DISCORDIARVM INTER LVLLVM ET STVRMIVM.

XXI.
STVRMIVS FVLDAM REVERTITVR.

Diuulgatum tunc ſtatim fuit per cunctas has prouincias, Sturmen venturum fore ad terram hanc, & vbique ſeruis Dei & ancillis per vniuerſa Monaſteria mox eius de exilio reditus innotuit; qui omnes Chriſto immenſas referebant grates. Fratres verò, cùm appropinquaſſe eum Monaſterio cognouiſſent, ſumpſerunt Crucem auream, & Reliquias Sanctorum, & obuiam ei à Monaſterio longiùs proceſſerunt; ſalutatóque illo & his, qui cum eo venerunt, cum ſpiritali carmine eum ouantes Monaſterium introduxerunt, & Dominum ſuum laudauerunt, qui eis diu optatum dedit Abbatem. Et facta eſt lætitia magna inter eos. Ipſe verò Sturmi ſtudio magno deditus, quemadmodum initium faceret, cœpit fratrum emendare vitam, & mores corrigere, & miniſteria illorum monaſticè conſtituere. Templum, id eſt, Eccleſiam, quod tunc habebant, ornare, & domos omnes Monaſterij recentibus columnis, & grandibus trabibus, nouíſque tectorum ſtructuris corroborauit. Poſt autem non longum temporis ſpatium cogitans, qualiter adimpleri potuiſſet, quod Sancta Regula præfatur, vt artes diuerſæ intra Monaſterium continerentur, ne fortè propter aliquam neceſſitatem foris vagandi fratribus opus fieret; congregatis quantis potuit foſſatoribus, &, vt ipſe erat acer ingenio, explorato paſſim curſu fluminis Fuldæ, non paruo ſpatio à Monaſterio, ipſius amnis fluenta à proprio abduxit curſu; & per non modica foſſata Monaſterium influere fecit, itaut fluminis impetus lætificaret Cœnobium Dei. Quantùm illud opus fratribus profuit, quantámque vtilitatem adhuc cotidie miniſtret, & cernentibus & vtentibus manifeſtum eſt. Super ſepulchrum verò beati Martyris Bonifacij, auro argentóque compoſitam ſtatuit arcam, quam nos ſolemus Requiem appellare, quam, vt tunc moris erat, pulchro opere condidit, quæ vſque hodie ſuper tumulum ipſius Chriſti Martyris, cum altari aureo, perſeuerat. Verùm quia vir iuſtus & Deo perfectus, apud vniuerſos ma-

AN.CH. 760. PIPPINI R. 9.

gnus & maximè apud Pippinum Regem habebatur, impetrauit ſuis apud ipſum Regem ſermonibus, habebat enim locum familiaritatis non modicum, vt ſiſcum, id eſt, Omnuſtat, cum omnibus, quæ in illa villa antiqui Reges poſſidebant, ad ſupradictum ſæpiùs Monaſterium, in ſuam eleemoſynam condonaret, atque per conſcriptam chartam, ſicut mos fuit, firmaret. Obiit Pippinus anno Chriſti ſeptingenteſimo duodeſeptuageſimo. Superſtes ei vixit Sturmius annos vndecim, fuítque Carolo Regi percharus. Eiuſdem Sturmij vitam ſcripſit Ægil Monachus tum Fuldenſis ipſo Carolo nondum Imperatore, cùm Lulli & Sturmij ſucceſſores proximi, Richolphus & Baugolfus, ſuperſtites in viuis erant, ille Moguntiacenſis Archiepiſcopus, hic Fuldenſis Abbas.

XXII. [a] Ep. 87. inter Bonifac. LVLLVS CONSVLITVR A MEGINGAVDO EP. WIRCEB.

Maxima in exiſtimatione Lullum fuiſſe docent literæ [a], per quas Megingaudus ſeu Megingoz Wirceburgenſis Epiſcopus, qui de divortio ac repudio ſcripta Sanctorum, Hieronymi, Auguſtini, Leonis, & Iſidori legerat, illum eadem de re conſuluit, faſſus ſe certam ac conſtantem è multiplici prædictorum Patrum lectione ſententiam elicere non poſſe, deprecatúſque vt *ignorantiam* ſuam *ac dubitationem illuminare* dignaretur.

XXIII. [b] Ep. 96. inter Bonifac. LITERAS ACCIPIT A PIPPINO R.

His adde ad Lulli commendationem quas à Pippino Rege literas [b] accepit. *Pippinus gratiâ Dei Rex Francorum, vir illuſter, Domino Sancto Patri Lullo Epiſcopo. Cognitum ſcimus Sanctitati veſtræ, qualem pietatem & miſericordiam Deus fecit præſenti anno in terra iſta. Dedit tribulationem pro delictis noſtris, poſt tribulationem autem, magnam atque mirabilem conſolationem, ſiue abundantiam fructûs terræ, quem modò habemus. Et ob hoc, atque pro aliis cauſis noſtris opus eſt nobis illi gratias agere, quia dignatus eſt ſeruos ſuos conſolari per eius miſericordiam. Sic nobis videtur, vt, abſque ieiunio indicto, vnuſquiſque Epiſcopus in ſua Parochia Litanias faciat, non cum ieiunio, niſi tantùm in laude Dei, qui talem nobis abundantiam dedit, & faciat vnuſquiſque homo ſuas elemoſynas & pauperes paſcat. Et ſic prauidere faciatis, & ordinare de verbo noſtro, vt vnuſquiſque homo, aut vellet aut nollet, ſuam decimam donet. Valete in Chriſto.* Ex his literis nota non tantùm pro tempeſtatibus maliſque avertendis, vt eodem Pippino iam Rege diximus [c], ſed etiam pro annonæ copia proſperíſque rebus publicas preces indici. Portò Litaniæ ſunt proceſſiones publicique ad orandum laudandúmque Deum cœtus, quibus ieiunium iungi ſolitum, ideóque Pippinus, vt lætior ſit gratiarum actio, Litanias *non cum ieiunio* ſed cum largitionibus, eleemoſynis, decimíſque vult fieri.

[c] Ad an. 757. n. 8.

XXIV. ET A BREGONVINO ARCHIEP. DOROVERN.

Egregiam quoque Lulli famam prædicant literæ, quibus cum Bregonuinus Dorouernenſis Archiepiſcopus ſub huius anni finem conuenit. Initio literarum, Bregonuinus excuſat moram, cur priùs non ſcripſerit, dilationíſque cauſam reiicit in Regum diſcordias, quæ ſuperioribus annis Galliam Britanniámque perturbarunt. *Reuerendiſſimo & in Chriſto cariſſimo fratri Lullo Epiſcopo Bregonuinus ſeruus ſeruorum Dei perpetuam in Chriſti Nomine ſalutem. Dies multi elapſi ſunt, ex quo ſollicitus præoptabam, vt, Deo fauente, tandem aliquando proſperum iter Legatary noſtri perueniendi ad Beatitudinem veſtram inuenire potuiſſent, quia per hos, ſcilicet proximè decurrentes priores annos, plurima ac diuerſa inquietudines apud nos in Britanniæ vel in Galliæ partibus audiebantur exiſtere, & hoc videlicet noſtrum deſiderabile propoſitum ſæpiùs impediuit, & perterrendo valdè prohibuit de noſtris aliquos ad vos dirigere per tam incertas támque ..... crebris infeſtationibus improborum hominum in prouinciis Anglorum, ſeu Galliæ regiones. Nunc verò pace ac tuitione nobis à Principibus indubitanter vndique promiſſâ miſimus ad veſtram venerabilem fraternitatem hunc præſentem fratrem iſtarum præſentium literarum baiulum, Hildeberchtum nomine.* Hic textus, præter exiſtimationem, quam Lullus apud Bregonuinum ſibi comparatat, nonnihil ſimultatis inter Reges Francorum & Cantij exortum oſtendit. Bregonuinus

AN. CH. 760. PIPPINI R. 9.

nus ſeu Breguinus in Archiepiſcopatum Cuthberto ſucceſſit, ſeditque tres duntaxat annos. Vtrumque legitur apud Willielmum Malmeſburienſem libro primo de Geſtis Pontificum Anglorum. Et apud Godwinum in Bregwino hæc è Wigornienſi Monacho habentur teſte Michaele Alfordo in Annalibus Eccleſiæ Anglo-Saxonicæ [a]. *Bergwinus* ſeu Bregwinus *demortuo Cutberto ſubſtitutus, in ipſo feſto Michaeli Archangelo ſacro conſecratus eſt anno ſalutis ſeptingenteſimo quinquageſimo-nono.* Lullo literas menſe Decembri direxit, & quia moram excuſauit, eas non eodem anno quo conſecratus eſt Archiepiſcopus, ſed proximo, id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo videtur tranſmiſiſſe. Præmiſſâ hac obſeruatione Chronologicâ, diſcordias, quarum meminit, neceſſe eſt inter Pippinum & Ethelbertum Reges exarſiſſe, quorum ille in Francia, hic in Cantio regnabat. Scriptæ ſunt illæ literæ ſexto Kalendas Ianuarias, anno, vt Alfordus cenſet, à depoſitione Buggæ Abbatiſſæ reuoluto. Fauet huic opinioni poſtrema literarum [b] periodus. *Diem depoſitionis religioſæ Chriſti famulæ Buggan celebramus, quæ fuit Abbatiſſa, cuius etiam dies depoſitionis fuit VI. Calend. Ianuarij. Rogauit me obnixè, dum adhuc viueret, vt hoc veſtræ Beatitudini tranſmitterem. Et ſicut ſperauit, & credidit, ita curate, quoniam illius Pater atque Patronus fuit in Chriſto Bonifacius Epiſcopus.*

[a] Ad an. 759. n. 2.

[b] Ep. 109. inter Boniſac.

XXV. PATERNVS AN EP. S. MARTINI?

Radulphus Monſnyerus capite ſecundo de propugnatis Iuribus Eccleſiæ Sancti Martini Turonenſis hæc habet. *Paternus Epiſcopus S. Martini Turonenſis circa annum 760. in Charta Autberti Turonenſis Metropolitani.* Longè ante annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum obiit Autbertus ſiue Aubertus, recentioribus Albertus, Turonenſis Archiepiſcopus. Chartam, in qua Paternum Epiſcopum laudaſſe dicitur, nec publicauit Monſnyerus, nec aliunde nanciſci potuimus. Vbi quis eam produxerit, reſponſum ſperamus non defuturum, ad erectionem enim Epiſcopatûs Martiniani ſeu ſtabiliendam ſeu confirmandam nihil penitus ad hæc vſque tempora profertur præter Crotperti Turonenſis Metropolitæ Priuilegium ab Adeodato Papa comprobatum, quod tamen nec Priuilegij formulæ à Marenlfo exhibitæ refragatur, nec inſinuat Adeodatum Papam permiſiſſe Monachis Martinianis, vt peculiarem Epiſcopum haberent.

XXVI. EPISCOPI ARELAT.

In Pontificio Arelatenſi Petrus Saxius Kauiſarium ſeu Kauillarium vel Kauillanum Arelatenſem Metropolitam hoc circiter anno mortuum tradit, eique ſubrogat Wilimarem, tum Wiliarem, ſolis hactenus nominibus notos.

XXVII. AVSCIENSES.

Obiit & hoc anno Lupus Auſcienſis Epiſcopus, cùm annos ſediſſet octo, vt Chenutius & Robertus teſtantur. Succeſſit Auerius, Oihenarto & Sammarthanis Anerius, cui prælaudati Chenutius & Robertus annos in Epiſcopatu ſeptem tribuunt.

XXVIII. AVENIONENSES.

Cùm Auenionenſis Eccleſia propter cladem à Saracenis illatam Paſtore per decennium caruiſſet, Epiſcopum hoc anno habere cœpit Alfonſum, qui quinquennium ſedit. Lege Nouguierum [c].

[c] Num. 18.

XXIX. ABBATES WELTAMBVRG.

In Abbatum Weltenburgenſium Catalogo [d], ponitur hoc anno Reginhardus Abbas, ſucceſſor Adalwarti, cuius mentionem ſub Childerico Tertio, necnon ſub Pippino Rege fecimus.

[d] Tom. 3. Metrop. Saliſburg.

AN. CH. 761.
PIPPINI R. 10.

ANNVS
CHRISTI 761.
PIPPINI R. 10.

I. PIPPINVS *euoluto anno* ſiue anno proximo poſt bellum Aqoitanicum, quod anno ſuperiore narrauimus, id eſt, *anno decimo Regni ipſius*, ſiue anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-primo, *omnes Optimates Franco-*
* Duren. *rum ad Dura * in pago Ripuarienſe, ad Campo Madio; pro ſalute patriæ & vtilitate Francorum tractanda, Placito inſtituto, ad ſe venire præcepit.*
WAIFARIVS FIDS FRACTA. *Dum hæc agerentur, Waifarius, iniso iniquo conſilio, contra Pipinum Regem Francorum inſidias parat, exercitum ſuum cum Vniberto Comite Bi-*
* de Berry. *torino *; & Blandino Comite Aruernico, qui dudum ante annum ſuperio-*
* Bourges. *rem ad prædictum Regem Pipinum cum Bertellanno Epiſcopo Bitoricæ * ciuitatis miſſus fuerat, & animum Regis ad iracundiam nimiùm pronocaſſet, cum reliquis Comitibus clàm hoſtiliter, vſque Cauallonuum, omnem exercitum*
* d'Autun. *ſuum tranſmiſit, & totam regionem illam, id eſt Auguſtidunenſium * vſ-*
* Chalon ſur Saone. *que ad Cauallonnum *, igne cremauit, & ſuburbana Cauallonni vrbis, quidquid ibidem repererunt, omnia vaſtauerunt. Melciacum villam publicam*
BVRGVNDIAM VASTAT. *incendio cremauerunt, cum multis ſpoliis & præda nullo reſiſtente remeauerunt ad propria. Cùm hoc Pipino Regi nunciatum fuiſſet, quòd Waifarius maximam partem Regni ſui vaſtaſſet, ſacramenta quæ ei dederat fefelliſſet, nimiùm irâ motus iubet omnes Francos, vt hoſtiliter, Placito inſtituto, ad Ligerem veniſſent. Commotóque exercitu cum omni multitudine iterum vſ-*
* Troyes. *que ad Treeas * acceſſit, inde per Autiſioderum * ad Neuernum vrbem ve-*
* Auxerre. *niens, Ligeris fluuio tranſmeato, ad Caſtrum, cui nomen eſt Burbone *, in*
* Bourbon. *pagum Bitorinum peruenit. Cùmque in gyro caſtra poſuiſſet, ſubitò à Francis captus atque ſuccenſus eſt, & homines Waifarij, quos ibidem inuenit, ſecum duxit, maximam partem Aquitaniæ vaſtans, vſque vrbem Aruernam*
* Clairmont. *cum omni exercitu veniens, Claremontem * Caſtrum captum atque ſuccenſum bellando cepit, & multitudinem hominum tam virorum quàm fœminarum, vel infantum plurimos, in ipſo incendio cremauerunt. Blandinum Comitem ipſius vrbis Aruernicæ captum atque ligatum ad præſentiam Regis adduxerunt, & multi Waſcones in eo prælio capti atque interfecti ſunt. Igitur Rex Pipinus vrbe captâ, ac regione illâ totâ vaſtatâ, cum præda & ſpolia multa, Deo auxiliante, cum illæſo exercitu iterum remeauit ad propria. Factum eſt autem, poſtquàm Pipinus Rex vrbem Aruernam cepit, regionem illam totam, vaſtauit.* Huc vſque Anonymus in Hiſtoria iuſſu Nibelungi Comitis conſcripta, quocum confer Annaliſtas, Nazarianum, Petauianum, Loiſelianum, Laureshamenſem, Tilianum, Bertinianum, ac Metenſem, cum Reginone. Omnes hi Scriptores iſta conſignant anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-primo. Solus Annaliſta Fuldenſis, quæ anno illo confecta ſunt, partim eidem illi anno, partim ſequenti malè ſic attribuit. DCCLXI. *Waipharius iuramenta mentitus Pipino moleſtus efficitur, & ferro, & igne cuncta vaſtando Cauillonem vſque peruenit, Pipinúmque ſibi cum ſuis occurrere compulit.* DCCLXII. *Pipinus cum Carlo filiò Burbo-*
* Chantele. *nem, Cantelam *, Clarmontem, aliáſque ciuitates & caſtella pugnando cepit, aliíſque quamplurimis eius dominatui ſubiectis, etiam Bituricam expugnat.* Res ſingulas nunc expendamus factâ tot Auctorum collatione.

II. Paſcha, quod quarto Kalendas Aprilis hoc anno celebratum eſt, Rex *celebrauit in Cariſiaco.* Locum hunc notant veteres Annaliſtæ, Loiſelianus,

Laureshamenſis, Tilianus, Bertiniannus, Metenſis, itémque Regino. Pippinus è Cariſiaco profectus eſt ad Duram ſeu Duriam villam publicam, ibique menſe Maio de more Placitum ſeu Synodum habuit, teſtibus ſex Auctoribus proximè citatis. Huic Francorum Conuentui; ſicut & aliis, de quibus ſub eodem Pippino Rege ſermonem faciemus, promiſcuè nomen Placiti Synodíque tribuitur. Philippus Labbeus in Hiſtorica Conciliorum Synopſi plures obſeruat ſub Pippino Rege habitos *de rebus publicis, ac vtilitate Regni, ſeu ſalute patriæ Conuentus, quos non eſt opus inter Synodos Epiſcopales, aut ſacra Concilia annumerare, niſi aliunde conſtet ab Epiſcopis, qui cum ceteris Optimatibus aderant, aliquid ad res Eccleſiaſticas pertinens fuiſſe tractatum*, addítque eos errare, *qui quæcumque Placita aut colloquia Regum Optimatúmque ſeu Procerum Gallorum inter ſacras Synodos recenſere moliuntur.* Petrus *Delalande* in poſtrema nota ad Supplementa Conciliorum Gallicanorum diſtinguit inter Placita, Conuentus ac Synodos; apud antiquos rerum Francicarum Scriptores duo ſtatuit Synodorum genera, Regium vnum, alterum Epiſcopale, quibus tamen vtriſque multi adſident Epiſcopi, quandoquidem hi ſemper & vbíque verſantur in Comitatu Regum, eorúmque arcanis de quolibet Regni negotio interſunt; Placiti nomine purum putum intelligit laicorum Conuentum, in quo res merè ſeculares tractantur, atque huius generis eſſe contendit Conuentus omnes, qui Kalendis ſeu Martiis ſeu Maiis habentur in Campo; Conuentum autem ait indiſcriminatim pro Synodo & Placito vſurpari. Fatemur cum Labbeo Conuentus, qui pro rebus publicis, ac vtilitate Regni, ſeu ſalute patriæ celebrantur, Synodis Epiſcopalibus aut ſacris Conciliis haud annumerandos eſſe, niſi quid ab Epiſcopis in iiſdem tractetur Conuentibus, quod ad res Eccleſiaſticas ſpectet. At aſſentiri non poſſumus iis, qui Martis-campum aut Campomadium ſeu Campum Maij purum putum arbitrantur Conuentum laicorum de bello rebúſque merè ſecularibus tractandis. Conuentus Durienſis, in quem nunc inquirimus, habitus eſt in Campo-Madio, ſiue in Campo Maij, vt Anonymi textus ex Pippini Geſtis allegatus teſtatur. Vocatur Placitum ab eodem Anonymo; Conuentus ab Annaliſta Laureshamenſi; Synodus ab Annaliſtis, Loiſeliano, Tiliano, ac Bertiniano, necnon à Reginone. Atque inde liquet antiquos Auctores nominibus Synodi, Conuentûs, & Placiti, promiſcuè vſos eſſe, licèt Synodi nuncupationem is tantùm iure Conuentus obtinere poſſit, in quo quidpiam ab Epiſcopis Rege vel præſente vel abſente tractetur, quod ad res Eccleſiaſticas pertineat. Apud Duriam, vbi perfidia Waifarij Ducis innotuit, actum de vindicta, bellum decretum, cetera nos latent.

AN. CH. 761. PIPPINI R. 10.

DVPLEX GENVS CONVENTVVM.

III.

* *Waifarius Dux, quanquam obſides dediſſet, ſacramentáque iuraſſet, ſatius tamen ratus de illato ſibi, anno ſuperiore, bello vltionem exigere, exercitum ſuum, qui Francorum poſſeſſiones popularetur, vſque ad Cabillonem ciuitatem fecit accedere.* Hæc Annaliſta Laureshamenſis. Porrò ciuitas, quam hic Auctor *Cabillonem* vocat, alij aliter appellant, Anonymus in Geſtis Pippini *Cavallonnum*, Annaliſta Loiſelianus *Cabilonum*, Fuldenſis *Cavillonem*, Bertinianus *Cavillonum*, Caniſianus *Calvaldonum*. Editiones adeò variæ dubium fortè non nemini iniicient, vtrùm Waifarij copiæ Cabilonem an Cabellionem vſque acceſſerint. Ad dexteram Araris * ripam conſpicitur Cabilo, aliis nominibus Cabillo, Cabillonum, Cabillonia, Cabilonus, Caballodunum, Cauillo, & Cauillonum. Non procul ab amne Druentia * viſitur Cabellio, aliis quoque nominibus Caballicum, Cabellicum, Cabellio Cauarum, vrbs Cauallicorum, vrbs Cabellicorum, vrbs Cauallicenſis, vrbs Cauallionenſis. Aquitani ſuburbana non Cabellionis *, ſed Cabilonis incenderunt. Præter Annaliſtas Loiſelianum & Laureshamenſem, quorum ille *Cabilonum* ſcribit, hic *Cabillonem* diſtinctè nominat, conſulendus etiam

* *la Sone.*

* *la Durance.*

* *Cavaillon.*

AN.CH. 761. PIPPINI R. 10. Anonymus in Geſtis Pippini Regis, vbi vaſtatam ab Aquitanis ait *totam regionem Auguſtidunenſium vſque ad Cauallonnum*, necnon Auctor Annalium Metenſium, qui copias Waifarij Ducis *in fines Burgundiæ* miſſas atteſtatur. Diœceſes Auguſtodunenſis & Cabilonenſis conterminæ ſunt ſitæque in Burgundia ſub Metropoli Lugdunenſi, Cabellionenſis verò pertinet ad Prouinciam, & Atelatenſi Metropoli ſubiacet.

IV. PIPPINUS AQUITANIAM INGREDITUR. Pippinus, irruptione Aquitanorum auditâ, ſtatim è Diœceſi Colonienſi, vbi generalem Francorum Conuentum apud Duriam villam publicam celebrabat, in Aquitaniam cum exercitu profectus eſt. Antiqui Scriptores hoc loco Waſconiam & Aquitaniam promiſcuè ſcribunt. Waſconiam Annaliſta Nazarianus, ſic. DCCLXS. *Pippinus Rex fuit in Waſconia cum exercitu.* Et Petauianus. DCCLXI. *Iterum Pipinus fuit in Waſconia.* Aquitaniam Laureshamenſis, ſic. *Aquitaniam ingreſſus, quædam oppida atque caſtella manu cepit.* Regino, ſic. *Cùm Rex Synodum teneret in villa, quæ dicitur Duria, nunciatum eſt ei, quod Vaifarius perpetraſſet, protinus exercitum monit, & Aquitaniam ingreſſus, multa Caſtella cepit.* Et Annaliſta Metenſis. *Rex peragratâ Aquitaniâ vſque ad Clarum-Montem caſtrum peruenit.* In Waſconiam propriè ſumptam, quæ trans Garumnam ſummouebatur, haud penetrauit, imò primam Aquitaniam, vt infrà patebit, hoc anno non eſt prætergreſſus.

V. CUM FILIIS CAROLO ET CAROLOMANNO. Quæri poteſt, vtrùm Carolum filium primogenitum, an Carolomannum, vel vtrumque ſecum duxerit. De vtroque ſilent Annaliſtæ, Nazarianus, Laureshamenſis, & Metenſis, cum Reginone. Carolum nominant Annaliſtæ Loiſelianus & Bertinianus, ſic. *Iterum Rex Pipinus illuc*, id eſt, in Aquitaniam, *cum exercitu iter peragens, & eius filius primogenitus nomine Carlus cum eo, multa caſtella cepit.* Item Fuldenſis, ſic. *Pipinus cum Carlo filio Burbonem*, &c. *pugnando cepit.* Carolomannum habet Annaliſta Petauianus, ſic. DCCLXI. *Iterum Pipinus fuit in Waſconia vnà cum Karolomanno.* Filios habet in plurali Tilianus, ſic. *Illuc pergens cum exercitu & filiis eius.* Filios interpretare, Carolum adoleſcentem annorum quatuordecim, & Carolomannum puerum annorum decem. Vtrumque fuiſſe in comitatu Pippini patris exiſtimamus. Erat Pippino Regi tertius filius, cui nomen quoque Pippinus, ſed hic annum ætatis ſecundum explebat, nec cenſeri debet in Aquitaniam cum patre profectus.

VI. Pippinus igitur exercitu ſtipatus in Aquitaniam cum filiis Carolo & Carolomanno perrexit, iterque Trecis, Autiſſiodoro ac Niuerno habuit, vt Anonymus in eius Geſtis obſeruat. Traiecto Ligeri multa cùm caſtella tum oppida, in Aquitania prima, quà vi, quà deditione cepit. *Capto omni pago Aluernico*, inquit Annaliſta Petauianus, *Burboni caſtro & Claromonte igne cremauit.* Loca illa cum Cantela vi apertâ ſubiecit. Sic enim ſcribit Annaliſta Tilianus. *Multa caſtella cepit per pugnam, quorum iſta ſunt nomina, Burbonnes, Cantela & Clarmont.*

MULTA LOCA CAPIT, Item Loiſelianus, ſic. *Multa caſtella cepit, quorum nomina ſunt, Burbonnis, Cantela, Clarmontis. Iſta per pugnam cepit.* Deinde ſic proſequitur. *Et in Aluerno multa alia caſtella cepit per placitum*, id eſt, per deditionem, *quæ ſe ſubdiderunt in eius dominio.* Annaliſtæ Loiſeliano ſuffragantur Laureshamenſis, Fuldenſis & Bertinianus. In Geſtis Pippini Regis, Anonymus ſuprà citatus Burbonem caſtrum in pago Bitorino ſeu Bituricenſi collocat, & Clarum-montem ab vrbe Aruernica diſtinguit. Inde colligimus Pippinum è Diœceſi Niuernenſi in Bituricenſem, atque inde in Aruernicam contendiſſe, túncque ſtetiſſe adhuc vrbem Aruernam, vbi Sedes Epiſcopalis. Addit idem Auctor captum in prælio Blandinum Aruerniæ Comitem, captámque à Pippino vrbem Aruernam, totámque regionem deuaſtatam. Aruernis contermini Lemouices. Pippinum in agrum vſque Lemouicenſem perueniſſe ſic affirmat Annaliſta Nazarianus. DCCLXI.

ET BLANDINUM ARVERNIÆ COMITEM.

AN. CH. 761.

PIPPINI R. 10.

*Pippinus Rex fuit in Waſconia cum exercitu vſque ad Limodiam * ciuitatem.* Idem aſſerunt Annaliſtæ, Loiſelianus, Tilianus ac Bertinianus, cum Reginone, ſic. *Et peruenit vſque Lemonicas*, Annaliſtæ Tiliano *Lemonecas*, corruptiſſimè Reginoni *Leonidicas*.

* Limoges.

VII.

REVERSVS AMITTIT PIPPINVM FILIVM NATV MINIMVM.

Reuerſus ex Aquitania Pippinus diem Natalem Domini celebrauit *in Cariſiaco*, vt Annaliſta Loiſelianus aliíque teſtantur. Sub idem tempus Pippinus eius filius natu minimus obiit, natus eſt enim anno Chriſti ſeptingenteſimo vndeſexageſimo, vt Annaliſtæ, Nazarianus, Petauianus, ceteríque conſentiunt, & iuxta Tilianum *vixit annos II.* vel, vt alij [a] habent, *vixit annos duos, & defunctus eſt in tertio.*

[a] Annal. Loiſel. Bertin. Metenſ. Regin.

VIII.

EPISCOPI.

Quinam autem Epiſcopi Diœceſibus præfuerint, quas vel ingreſſi ſunt Aquitani, vel adiit Pippinus vt vltionem ſumeret, paucis accipe.

IX.

AVGVSTODVN.

CABILONENS.

Aquitani cis Ligerim effuſi Diœceſes Auguſtodunenſem & Cabilonenſem in Burgundia vaſtarunt. Annum in Epiſcopatu Auguſtodunenſi ſextum agebat Hiddo. At probè ſciri non poteſt, vtrùm Cabilonenſes Infulas adeptus iam eſſet Hucbertus, de quo plura ſub Carolo Pippini Regis filio dicturi ſumus. Extat [b] enim Regium Præceptum, quo Carolus ab eodem Hucberto Epiſcopo tum Cabilonenſi atque Abbate Sancti Marcelli rogatus emunitatem Monaſterio Sancti Marcelli à Pippino conceſſam confirmauit.

[b] Tom. 2. Gall. Chriſt.

X.

LEODIENS. REMENS. TRECENS. AVTISSIODOR. NIVERNENS. CATALAVNENS.

Pippinus iter è Diœceſi Colonienſi Ligerim verſùs egit, vt in Aquitaniam, quæ trans illum amnem erat, bellum transferret. Trecas ad Sequanam, Autiſſiodorum ad Icaunam, & Niuernum ad Ligerim adiiſſe dicitur. At inter Diœceſes Colonienſem ac Trecenſem tres occurrebant mediæ, Leodienſis, Remenſis & Catalaunenſis. Sedebant, de quibus iam locuti ſumus, Leodij Folericus, Tilpinus Remis, Bobinus Trecis. Inde Antiſſiodorum iter erat per Diœceſim Senonenſem, cui præerat Archiepiſcopus Merulfus anteceſſor Lupi ſecundi, de quo ſermonem anno ſequenti faciemus. Autiſſiodorenſem verò Diœceſim regebat Hainmarus, Niuernenſem Waldo; vtriuſque iam meminimus. In Cathedra Catalaunenſi ſedebat Scaricus, cui locus inter Bladaldum & Racarium ſeu Ricoarium tribuitur. Conſule Catalaunenſium Epiſcoporum Catalogos. Vt Pippino Regnum adipiſcente Bladaldus, ſic eodem Pippino moriente Racarius Epiſcopatum geſſit, fruſtráque Scarici Pontificatum in annum Chriſti ſeptingenteſimum nonageſimum-ſextum differt Rapinus. Epiſcoporum Catalaunenſium Chronologiam Tomo ſequenti fuſiùs examinabimus. Quod attinet ad Epiſcopos Colonienſes, obiit hoc anno Hildebertus Colonienſis Epiſcopus, eíque ſubrogatus eſt Bertholinus. Deſunt quidem antiqua monumenta, quibus hoc loco Chronologia validè fulciri poſſit. At apud Cratepolium Bertholinus Hildeberti proximus ſucceſſor *annis decem* ſedet, tum eligitur Ricolphus *anno tertio* Caroli Magni Regis, id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo ſeptuageſimo-primo. Bertholinus igitur Hildeberto, ſecundùm illam computationem, hoc anno, poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimo ſexageſimo-primo, ſucceſſit.

COLONIENS.

XI.

BITVRICENS. ARVERNENS. LEMOVIC.

Traiecto Ligeri tres in Aquitania prima Diœceſes, Bituricenſem, Aruernam ac Lemouicinam adiit Pippinus. Tunc Archiepiſcopus Bituricenſis erat Bertellannus. Aruernenſem Epiſcopatum gerebat Stephanus. At mancus eſt per illa tempora Lemouicenſium Epiſcoporum Catalogus, Ebulonis enim, qui fuit Epiſcopus Lemouicenſis & Abbas Solemniacenſis, atque ad tempora Pippini Regis peruenit, proximi deſiderantur in Epiſcopatu Lemouicenſi ſucceſſores, Abbates verò Solemniacenſes poſt eundem Ebulonem recenſentur, Geraldus, Aymericus, Ductramnus, ſolis nominibus noti.

XII.

SENONENS.

Vulgatos Senonenſium Metropolitarum Catalogos non ſemel correximus. In his Indicibus poſt Ebbonem & Ardobertum ſequuntur, Auno-

LLll iij

AN. CH. 761. PIPPINI R. 10.

bertus, Honulfus, Merulfus, Lupus Secundus. Ebbone ſuperſtite, cuius obitus anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo conſignatur, Ardobertus factus eſt Archiepiſcopus Senonenſis anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quinto, ſuperſtéſque erat adhuc in viuis anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo. Quot annos poſt vixerit, haud ſcimus. Ei non ſucceſſerunt Aunnbertus & Honulfus, de quibus actum Tomo tertio ſub Clodoueo Secundo Rege, ſed Auripertus & Arnulfus,

ABBATES S. REMIGII.

tum Merulfus, qui Sedem, quam vno duntaxat anno tenuit, hoc anno adeptus dicitur. Interim Monaſterium Sancti Remigij poſt Adhelbertum Senonis rexit Dacapatus Abbas, cui poſteà ſucceſſit Dodanus.

XIII. AN CAPVT S. IOANN. BAPT. IN AQVITANIA SVSCEPTVM A PIPPINO I

Ex prædictis, quæ ſpectant ad bellum Aquitanicum, rectè inficiaberis Pippinum in Palatio Angiriaco Diœceſis Santonenſis hoc anno moratum eſſe, tamen ad eundem annum ex manuſcriptis Codicibus, Aquicinctino, Gemblacenſi & Lipſano, hæc apud Sigebertum à Miræo editum publicantur. *761. Caput Ioannis Baptiſtæ ab Alexandria in Aquitaniam transfertur hoc modo. Quidam laudabilis vitæ Monachus, nomine Felicianus, ex Galliarum partibus cum paucis ſociis Hieroſolymam gratiâ orationis adiit, & poſt expleta pia deuotionis obſequia, Angelicâ allocutione commonitus, Alexandriam expetiuit, & caput Baptiſtæ Ioannis à loco, in quo olim à Theophilo eiuſdem vrbis Epiſcopo reconditum fuerat, eodem Angelo reuelante ſuſtulit, & ad Aquitaniam in territorio Engoliſmo detulit. Pipinus Rex tunc morabatur ibidem in Palatio, quod Angiriacum dicitur, cernénſque per eum cottidiana indigenis beneficia, ſibique crebras ex hoſtibus Aquitanicis victorias prouenire, Regij operis Baſilicam conſtruxit, non longè à Vulturni fluminis littore, & in ea ciborio conſtructo mirifici operis, caput decenter adornatum recondidit Præcurſoris. Monachorum etiam Cœnobium illic conſtituit, & prædiis Regiis magnificè ditauit. Idem Rex fecit fontem lacunarum, de quo à duobus ferè millibus ſub terra, per ædificia cæmentaria in Palatium eius aquaductus influebat, & ipſam diuidens aquam in Baſilicam Sancti Ioannis Baptiſtæ per ferrum & æs introduxit, itaut ſub ciborio per marmoream columnam interiùs concauam ebulliret, ibique ſacri Baptiſmatis ablutio in honore Domini noſtri Ieſu Chriſti & Sancti Ioannis Baptiſtæ fieret, atque iterum in ipſa lacunaria remearet. Hoc Cœnobium Angeliz vocatur.* Annus Chriſti ſeptingenteſimus ſexageſimus-primus cum anno Conſtantini Auguſti poſt Leonis patris obitum viceſimo coincidit, ad quem Theophanes hæc narrat de capite beatiſſimi Præcurſoris. Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει μετετέθη ἡ κάρα τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ ἐκ τῆς μονῆς τοῦ Σπηλαίου εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ κατὰ τὴν Ἐμεσηνῶν πόλιν περιφανῆ ὄντα, καὶ ἡ κατάβασις ἐκτίσθη ἔνθα μέχρι τῆς σήμερον ὑπὸ τῶν πιστῶν προσκυνουμένη εὐωδίᾳ σωματικῇ τε καὶ πνευματικῇ τιμᾶται, βλύζουσα πᾶσι τοῖς πίστει προστρέχουσιν ἰάματα. *Eodem anno, Sancti Ioannis Præcurſoris & Baptiſtæ caput ex Antri Monaſterio in proprium Templum ſumptuosè conſtructum ad Emeſenorum vrbem tranſlatum eſt. Confeſſio quoque ſacræ Reliquiæ reponendæ ædificata eſt, in qua in hunc vſque diem à fidelibus veneratum, tam corporeâ quàm ſpirituali odoris fragrantiâ honoratur, & ab illo morborum omnium medela, velut è perenni fonte, in eos, qui cum fide accedunt, ſcaturit.* Hoc eodem anno, Conſtantini Auguſti viceſimo, poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimo ſexageſimo-primo, in vulgatis editionibus Sigeberti, *Caput Ioannis Baptiſtæ in Ediſſeam ciuitatem transfertur.* At ex præcitato Theophane Emeſam, τὴν Ἐμεσηνῶν πόλιν, Ediſſeæ loco reſtitue. Certè de illius Capitis Inuentione vel Tranſlatione, præter id, quod apud prælaudatum Theophanem legitur, ex antiquis Auctoribus nihil ad hunc annum aſſeri poteſt, & Sigebertus, quamuis Ediſſeam ſiue Edeſſam pro Emeſa perperam ſcripſerit, haud aliam, quàm

AN. CH. 761. PIPPINI R. 10.

Theophanes, Reliquiarum Tranſlationem hoc anno repræſentare voluit. Auctor autem recentior, poſtquàm Caput beati Præcurſoris in oppido Angiriaco repertum fama per Gallias diuulgauit, Sigeberto inſeruit ea de re textum benè longum, quem ſuprà recitauimus. Ad calcem operum Sancti Cypriani extat *Tractatus de reuelatione Capitis beati Ioannis Baptiſtæ.* In illo Tractatu Felix, quem Interpolator Sigeberti ſuprà citatus Felicianum vocauit, Alexandriâ Caput beati Præcurſoris in Aquitaniam detuliſſe dicitur, vbi tum morabatur Pippinus Aquitanorum Rex, Ludouici Pij filius, ac Pippini, qui totius Franciæ Regnum anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-primo tenuit, pronepos. Eapropter examen iſtius operis in Pippini Aquitaniæ Regis tempora reiiciemus. Hîc autem obſeruaſſe ſufficiat, ætate Pippini, qui Caroli Magni pater fuit, de Capito Sancti Ioannis Baptiſtæ in Gallias aduecto nihil auditum.

XIV. WVNIBALDVS ABB. HEIDENHEIM. OBIT.

Hic annus vltimus fuit Wunibaldi Abbatis Hildenheimenſis. *Magnâ mentis deuotione cupiebat, vt ad Sanctum Benedictum pergeret, & ibi vitam finiret, & citò poſteà miſit nuntium ſuum ad Sanctum Benedictum, & rogabat Abbatem, & omnem Congregationem, vt eum illis conſortium vitæ & communionem illi habere licitum foret, & illi ſtatim cum magna dignitatis reuerentia illum accipere, & ſecum habere promittebant. Et nihilominùs diligenter rogabant vt veniret, & tunc ille interim venerandus vir promptâ mente parauit ſe, vt illuc tranſiret. Cúmque iſta cogitauerat ipſe, & in ſua mente volutabat, fratrem ſuum proprium,* id eſt, Willibaldum Epiſcopum Eyſtettenſem; *& alios ſapientes atque prudentes viros, qui illi in familiaritate & in diuina amicitia conſocij fuerunt, illos rogabat ipſe, vt ad ſe venirent, & conſilium darent. Cúmque congregauerunt, & loquebantur ad inuicem, & ille indicauit occultas cordis ſui cogitationes, vt, ſecundùm Scripturam, in ore duorum vel trium firmum ſtaret conſilium. Tunc illi ocyùs cauſam infirmitatis opponentes, ſic dixerunt. Quòd illis melius videtur fuiſſe propter infirmitatem & imbecillitatem corporis, quâ retentus conſtringebatur, vt cœptum manſionis habitaculum, quod incipiebat, non relinqueret, ſed inhabitaret, & adoptiuos natos, quos ille per matrem Eccleſiam & ſuam induſtriam Domino acquiſiuit, non orbaret, ſed, ſicut inchoauit, ad felicem vitæ formam ſuâ proueheret normâ, & tandem ille coronatus virtutibus beatificatus ad vitæ æternæ perueniſſet brauium, ſicque illum compeſcentes ad propria remeabant. Et tunc poſt hoc non fuit longum, quòd ille venerandus vir tam valdè infirmus fuit, quòd iam Eccleſiam adire non poterat, morbóque inualeſcente, tandem cùm Dominus ſeruum ſuum de ſeculi huius ſolicitudinibus, & de temporalis vitæ huius laboribus ad æternæ retributionis mercedem perducere ſubleuaréque volebat, fratrem ſuum venire rogabat ad eum. Cúmque ille Epiſcopus noſter Willibaldus, in ſexta-feria, primo mane diei veniebat, & introibat, & ſic illum diem nouiſſimum pariter in hoc ſeculo perducentes commorabatur. Tunc quippe cùm ille mortem propè inſtare viderat,* exhortationem, quam in eius vita [a] legere poteris, ad ſuos Monachos habuit, *& rurſum eleuatis in cælum oculis ad ſuperiora intuens, dixit: In manus tuas, Domine, commendo ſpiritum meum. & ſic ſedens coram lectulo ſanctum exhalauit ſpiritum. Tunc illi tollentes eum lauauerunt, & portauerunt ad Eccleſiam, & illic totam noctem cum Pſalmis & Hymnis & Canticis Dominum laudabant, & diuinis munerum oblationibus illum de mundo tranſiturum comitabantur, & Domino commendabant. Et mane facto ponebant illum in ſarcofago nouo, & ſepelierunt eum in Eccleſia. Illud ſarcophagum, in quo poſuerunt illum; multos annos, antequàm de mundo migrauerat, fuerat exciſum, & ſic ſtetit intus, & expectauit diem exitûs ſui. Ille vir venerandus Chriſti Confeſſor diem obitûs ſui, antequàm de mundo pergeret, ille ipſe præſciuit & prædixit iunioribus, & quomodò illum Sacerdotali indumento deberent veſtire, omnia prædixit. Et ſic requieſcebat*

[a] Ap. Caniſ. Tom. 4. antiq. Lect.

AN. CH. 761. PIPPINI R. 10.

vnâ hebdomadâ ante Natalem Domini, & tunc fuit Sabbatum poſt veſperam XIV *Kal. Ian. & tunc erat ille* LX *annorum ætate, & fuit Abbas ferè decem annos.* Hi duo Characteres, *Sabbatum* & XIV *Kal. Ian.* annum indicant præditum literâ Dominicali D. Illum autem annum interpretamur à Chriſto nato ſeptingenteſimum ſexageſimum-primum. Ne quempiam eligamus ex anterioribus aut poſterioribus, quibus litera quoque Dominicalis fuit D, prohibet ordo Chronologicus. Ab anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-primum nullus occurrit annus, cui per menſem Decembrem litera Dominicalis D præfigatur. Superſtes autem inter mortales poſt annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum manſit Wunibaldus, quandoquidem Wirziburgum ſe contulit, vt Megingaudum illius ciuitatis Epiſcopum Sancto Burchardo iam ſubrogatum inuiſeret. Qui primus poſt annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-primum literâ Dominicali D inſignitur annus, is numeratur à Chriſto nato ſeptingenteſimus ſexageſimus-ſeptimus. At in hunc annum reiici non poteſt obitus Wunibaldi, quia decimo-ſexto poſt eius exequias anno viuebat adhuc illius frater Willibaldus Eyſtettenſis Epiſcopus, qui Pontificatum anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo ſuſcepit, atque annis ſex duntaxat ac triginta geſſit. Obiit igitur Wunibaldus Abbas hoc anno, poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimo ſexageſimo-primo, vt Bollandus iam cenſuit in obſeruationibus ad vitas Sancti Richardi [a] & Sanctæ Walburgis [b], quorum ille Wunibaldi pater, hæc ſoror fuit.

[a] D. 7. Febr.
[b] D. 25. Febr.

XV. Aſſertioni noſtræ non repugnat, quòd Wunibaldus Abbas fuiſſe dicitur *ferè decem annos*, initia enim Monaſterij Hildenheimenſis ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſecundum referri poſſunt. At prædictis characteribus refragatur ætas LX *annorum*. Nam ſi natus eſt anno Chriſti ſeptingenteſimo nono, vt alibi diximus, annóſque vixit ſexaginta, vitam ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum vndeſeptuageſimum prorogauit. Id autem falſum iam oſtendimus, quia decimo-ſexto poſt eius obitum anno ſuperſtes adhuc in viuis erat Willibaldus Eyſtettenſis Epiſcopus. Annorum igitur, quos Wunibaldus vixit, numerus eſt corrigendus, & annorum LX loco reſtituendi ſunt anni LII. Ætas illa LX annorum, cùm Wunibaldus obiit, Willibaldo fratri conuenit, qui factus eſt Epiſcopus Eyſtettenſis anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo, cùm annorum eſſet vnius & quadraginta. Lege quæ de vtriuſque ætate ad annum Chriſti ſeptingenteſimum duodequadrageſimum [c] dicta ſunt, aduertes enim totum errorem ex eo proficiſci, quòd initium Epiſcopatûs, quem Willibaldus anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo gerere cœpit, in annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-quintum perperam reiicitur, & vbi Wunibaldus annorum vndecim puer exhibetur, cùm peregrinationem anno Chriſti ſeptingenteſimo viceſimo cum Richardo patre ac fratre Willibaldo ſuſcipit, corrupta vox *nondecim*, quæ legitur apud Caniſium, & ex Augienſi Codice manuſcripto verti debet in *vndecim*, malè mutatur in *nouendecim*, quia non ipſe Wunibaldus ſed eius frater Willibaldus nouendecim tunc annorum erat.

[c] Nu. 8. 9.

XVI. Oratorium, in quo ſepultus eſt Sanctus Wunibaldus, mox amplificari cœptum, opúſque ſtrenuè promotum *ferè trium annorum ſpatio*. De Abbate, qui ſucceſſit in adminiſtrationem Monaſterij, nihil legimus. Agemus anno ſequenti de Walburge, eiuſdem Sancti Wunibaldi ſorore, quæ auditâ fratris morte Heidenheimium ſtatim venit, ibíque puellare Monaſterium à virorum Cœnobio ſeparatum ædificauit. Sancti Wunibaldi memoria celebris eſt in Tabulis Eiſtetenſibus & Benedictinis.

XVII. In Centuria veterum Inſtrumentorum Alamannicorum, quæ Tomo ſecundo [d] rerum Alamannicarum inſerta ſunt, ſub Titulo *de rerum traditione*

[d] Part. 1.

tione Charta quadrageſima-quarta pro Monaſterio San-Gallenſi ſic in- AN. CH.
choatur. *Sacroſancta Eccleſia in honore S. Galli Confeſſoris conſtructa, vbi* 761.
ipſe in corpore requieſcit, & præſenti tempore Iohannes Epiſcopus eſſe vide- Peppini
tur Rector Monachorum. Atque ita clauditur. *Ego Waringus ſcripſi & ſubcripſi.* R. 10.
Notaui diem Dominicum, v. Non. Maias, regnante Domno noſtro Pippino Rege Mon. S.
Francorum, ſub Warino Comite. Currebat igitur tum litera Dominicalis D. Galli
Duobus autem duntaxat annis, quandiu Pippinus regnauit, menſis ditatvr.
Maius literâ Dominicali D præditus fuit, hoc videlicet anno, Pippini
Regis decimo, & anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-ſeptimo, Pip-
pini Regis decimo-ſexto. Sed è duobus illis annis eligendus neceſſariò
videtur annus Chriſti ſeptingenteſimus ſexageſimus-primus, Pippini Re-
gis decimus, quia prædictæ Chartæ, vt & quadrageſimæ-tertiæ, quæ
decimo quoque Pippini Regis anno data eſt, vt mox oſtenſuri ſumus, no-
men Warini Comitis apponitur, in Charta verò ſeptuageſima-ſeptima,
quæ menſe Iunio, anno Pippini Regis decimo-quinto, id eſt, anno
Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-ſexto ſcripta eſt, legitur nomen Coz-
perti Comitis. Alio non opus eſt argumento, vt Chartam quadrageſi-
mam-quartam, de qua nunc agimus, die Dominico, quinto Nonas Maij,
hoc anno, Pippini Regis decimo, ſub Warino Comite, Ioanne Conſtan-
tienſi Epiſcopo Abbate tum San-Gallenſi datam fatearis.

Eodem anno, Pippini Regis decimo, Ioanne Abbate Sancti Galli, ſub XVIII.
Warino Comite, data quoque Charta quadrageſima-tertia, cuius initium
tale eſt. *Sacroſancta Eccleſia S. Galluni, quæ eſt conſtructa in pago Durgauia,*
vbi ipſus in corpore requieſcit, & Iohannes Abbas ad præſens Rector Eccleſiæ eſſe
videtur. Subſcriptio verò talis. *Ego Warinkis rogitus * ſcripſi & ſubſcripſi.* * id eſt rogatus.
Notaui die Dominico, vi Id. Octupris anno x. regnante Domno Pippino
Rege Francorum, ſub Warino Comite. Sed in hac ſubſcriptione repone v.
Id. Octobris, anno enim Pippini Regis decimo, id eſt, hoc anno Chriſti
ſeptingenteſimo ſexageſimo-primo, currebat litera Dominicalis D, quæ
quinto Idus Octobris in Kalendario præfigitur.

Tellonem Epiſcopum Curienſem, cuius mentionem iam fecimus, ad XIX.
hunc annum Bucelinus ob inſignem erga Diſertinenſe Monaſterium mu-
nificentiam in Chronologia Rhætiæ ſic commendat. *Ipſo anno 761, Tello* Tello Ep.
Epiſcopus Curienſis, Victoris tyranni, qui S. Placidum Martyrio affecit, Cvriensis
abnepos, ex præcepto parentis ſui Victoris Ducis & Illuſtris Rhætorum erga Di-
Præſidis, Deſertinam de ſuo, & quod Maiores eius abſtulerant, ſplen- sertinam
didè dotauit, plurimis tunc ſeruorum Dei Monaſterium incolentibus; ſuper mvnificvs.
quo ipſiuſmet extant literæ hoc anno datæ 15 Decembris. Quod Inſtrumen-
tum facilè illos erroris redarguit, qui Victorem priore anno mortuum volunt.
Quod autem hic Auctor proximè ſubiungit, id falſum oſtenditur. *Non*
diu tamen, inquit, *Donationi huic ſuæ & literis ſuperfuit, Vigilio in eius*
locum promoto, qui & ipſe è Brigantij Comitum, Rhætiæ Præſidum, fuit
familiâ oriundus. At anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-quinto
ſuperſtes in vinis erat Tello, illo enim anno Placitum Attiniacenſe
cum multis aliis Epiſcopis atque Abbatibus ſuâ ſubſcriptione com-
muniuit.

Eodem anno, quo Tello ſuam erga Diſertinenſe Monaſterinm libera- XX.
litatem teſtatus eſt, obiit Lupicinus Abbas Fabarienſis, cùm per annos Lvpicinvs
vndecim Monaſterio ſanctiſſimè præfuiſſet. *A. C. 761. Extinguitur hoc anno* Abb. Faba-
inſigne rurſus Rhætiæ noſtræ lumen inter cæli Empyræi ſydera pro vitæ me- riensis
ritis relatum, Beatus Lupicinus ſiue Luxinius Fabarienſis Cænobij Abbas, obit.
qui cùm ſanctiſſimo filiorum ſuorum in ſpiritu genitorum collegio, vitæ ſanc- Vincentivs
tioris exemplo, vtiliſſimè vndecim ferè annis præfuiſſet ad præmia æterni- fit Abb.
tatis vocatus exceſſit, cui Vincentius magnâ integritate religioſiſſimus Aſceta
ſuffectus eſt. Hæc ſcribit Bucelinus in Chronologia Rhætiæ, & parte

ſecundâ Germaniæ Sacræ, vbi Fabarienſium Abbatum Catalogum texit, Lupicini mortem pridie Idus Februarij conſignat.

XXI. GARIBALDVS EP. REGINOBVRG. OBIT.

Garibaldus Reginoburgenſis Epiſcopus ſexto Idus Ianuarij, quo die colitur, in cælum hoc anno migrauit, ad clauum enim Eccleſiæ ſuæ ſedit annos duos ac viginti. Non ignoramus Auctores ea de re non conuenire. Duas opiniones paucis ſic perſtringit Hundius [a]. *Præfuit annis 13. ſed ſecundùm Chronica S. Haymerani 22.* Recedit ab vtraque Trithemius [b], vbi Garibaldum, quem Gailbaldum vocat, ait claruiſſe *anno Domini 780.* Pontificatum iniit Garibaldus anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-nono, Tranſlationi Sancti Quirini Martyris ac Dedicationi Monaſterij Tegernſeenſis anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-quarto præſens interfuit, Epiſcopatum igitur vltra tredecim annos adminiſtrauit. Procul etiam aberrat Trithemius, ex hac enim vita ſublatus eſt Garibaldus Synodo apud Dingoluingâm nondum celebratâ, imò Pippino Rege nondum mortuo. Supereſt, vt præcitatis adhæreamus Chronicis, & Garibaldi Præſulatum ab anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-nono ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-primum ſpatio duorum ac viginti annorum circumſcribamus.

[a] In Epiſcopis Ratiſbon.
[b] Lib. 4. c. 220.

XXII. TRANSLATVM AB EO CORPVS S. EMMERANI.

Sepultus eſt Sanctus Garibaldus in Eccleſia Sancti Emmerani, Laudatur ab Hundio, quòd *creditum ſibi ouile magnâ ſollicitudine & fouit & auxit, & conſilio ſui Cleri corpus S. Emmerani in monumento, laminis aureis & argenteis, margaritis & lapidibus pretioſis ornato, populo ſpectandum præbuit.*

XXIII. SYMPERTVS EP. MON. S. EMMERANI AMPLIFICAT.

Sancto Garibaldo ſucceſſit in Epiſcopatum Sympertus ſeu Synobertus. Hic ex Eccleſia Sancti Emmerani, quæ paucorum tunc Monachorum contubernium erat, amplum fecit Monaſterium, & Eccleſiam ſtruxit ſatis magnificam, idque operis, teſte eodem Hundio, ſumptibus cùm Pippini, tum Caroli Magni perfecit. De Garibaldo ſeu Gaubaldo eiúſque ſucceſſoribus hanc habet obſeruationem Arnolfus in vita [c] Sancti Emmerani. *Ex eo tempore, quo primùm à B. Bonifacio in Baioaria ordinabantur Epiſcopi, viciſſim ſibi ſuccedebant in Epiſcopatu Monachi atque Canonici, itaut ſi anteceſſor eſſet Canonicus, fieret ſucceſſor Monachus.* Cùm autem Sympertus ad Epiſcopatum promotus eſt, Monaſterio Sancti Emmerammi præerat Abbas Babo, qui regimen anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo poſt Alaboldi mortem ſuſcepit, & teſte Hundio [d] vixit ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum-octauum.

[c] Lib. 2.

BABONE TVNC ABBATE.

[d] Tom. 2. in Abb. S. Emmer.

XXIV. MON. S. BENIGNI DITATVR.

Hoc anno, menſe Februario, cùm nonus annus Pippini Regis adhuc numerabatur, Rocholenus & eius vxor Ermena Monaſterio San-Benigniano dederunt *Vilare, quod eſt in pago Belnenſi, in fine Maliacenſe.* Donationis Inſtrumentum cum aliis ad Hiſtoriam Burgundiæ pertinentibus editum fuit à Stephano Perardo, legitúrque *datum quod fecit menſis Februarius dies 11. in anno nono regnante Domino noſtro Pippino Glorioſo Rege.* Dies omittitur in Chronicis San-Benignianis, quibus illa Donatio ſic perſtringitur. *Pippini Regis anno nono quidam homo, Rocolenus nomine, dedit Sancto Benigno allodium ſuum, Villare vocatum, ſitum in pago Belnenſi, in fine Milliacenſi, cum omnibus ſuis appenditiis.*

ANNVS CHRISTI 762.

PIPPINI R. II.

I. **HEDDONIS EP. STRASBVRG. TESTAMENTVM.**

RES anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-ſecundo geſtas ordiemur ab Heddonis ſiue Eddonis Argentoratenſis ſeu Straſburgenſis Epiſcopi Teſtamento, quod apud Guillimannum tertio Idus Martias, anno Pippini Regis vndecimo datum ſic inuenitur. *In Nomine Patris, & Fily, & Spiritûs Sancti. Ego in Dei Nomine Eddo peccator, vocatus Argentinenſis vrbis Epiſcopus, dum cognitum mihi eſſet, qualiter Anteceſſor noſter Dominus Wicgernus Epiſcopus Monaſteriolum in nigra ſylua, in Marcha Etinheim, in loco nuncupante Monachorum Cella, ſuper fluniolo Vnduſſa, de nouo ſuo opere ædificauit, in honore Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, & Sancti Ioannis Baptiſtæ, Sanctique Petri Apoſtoli, & ceterorum Sanctorum, & Monachos ibidem congregaſſet, & dediſſet ad ipſum locum aliquid de rebus Sanctæ Mariæ, & nos poſteà inuenimus ipſum Monaſteriolum, Anteceſſorum noſtrorum negligentiâ deſolatum. Ideo placuit nobis, per commeatum Domini noſtri Pippini Glorioſi Regis, vt Monachos ibidem congregare deberem, qui ſecundùm Regulam Sancti Benedicti degere deberent, quod & ita feci, & conſtitui ibidem Abbatem virum Reuerendiſſimum Hildolfum. Dedimus etiam ad ipſum Monaſterium, conſenſu Glorioſi Regis Pippini, atque fratrum, ſiue ciuium noſtrorum in Epiſcopatu degentium, in ſtipendium ipſorum Monachorum, quicquid de Ernuſto Duce conquiſiuimus, loca denominata in pago Briſgauenſe, ſcilicet prædium, quod ipſe Ernuſt habuit in villa quæ dicitur Forcheim, ſiue in Baldingen, & in Rottwilare, atque in Vellengen, & in Riegola, vel quidquid ipſe Ernuſt in Alamania vel in Mordenowa viſus fuit poſſidere. Inſuper & de rebus ſanctæ Mariæ, eiuſdem fratribus ibidem Deo ſeruientibus conceſſimus, cum licentia ſupradicti Regis Pippini & conſenſu omnium in Epiſcopatu degentium, oppidum Hudingen cum omnibus, quæ ad fiſcum noſtrum pertinere videntur, & in Burcheim, & in Gruningen, ſiue in Mordenowa, in villa quæ dicitur Chripinheim, & in Schopfheim, ſiue in Mutheriſheim, quidquid ibidem conquiſiuimus; ad hoc etiam conceſſimus eiſdem Monachis in villa, quæ vocatur Ruſten, ſuper ripam Rheni ſita, poteſtatem infra Rhenum & Helzaha fluuium, prata, piſcinas, molendinas, faciendas piſcationes agere cum noſtris piſcatoribus, capturam etiam piſcium cum ſagena, in omnibus medietatem. Dedimus etiam in ipſa villa ſeruum noſtrum nominè Thuhari cum vxore ſua nomine Eberhilde, & liberis ſuis, & cum omnibus rebus ſuis, ad præfatam Cellam in perpetuum ſeruitium. Et in noſtra ciuitate Strasburga curam vnam cum mancipiis, quas Thengarius ibidem acquiſiuit, & de noſtro beneficio habuit, & foris ciuitate vnum hortum, quem Magilindis cum filia ſua Fralinde habuit; & in villa Hugeſperga vnam manſam ad hoſpitale; Baſilicas etiam, quæ ad noſtrum ius pertinere videbantur, ſcilicet vnam in Ettenheim in honore ſanctæ Mariæ, & aliam in Ruſten ſupradicta villa in honore ſancti Petri Apoſtoli; & ex alia parte Rheni, in villa, quæ dicitur Hephcka, in honore beatæ Mariæ; & in Bencfeldim Baſilicam Sanctorum Sixti & Laurentij cum duabus hubis, & omnem decimationem earum quæ illis ſubdita videntur, in ſtipendium ipſorum Monachorum conceſſimus, videlicet liberam earum pro vtilitate eorum in omnibus habeant poteſtatem. Dedimus etiam in oppido Rubiaco duas hubas cum caſis ſuis, vineis, mancipiis infraſcriptis, Wolfgero, Gantzfrido, Vdalbario, cum*

AN.CH. 762. PIPPINI R. 11.

vxore ſua, & liberis ſuis, Landulfo, & Faganulfo, & Blidulfo, cum liberis ſuis, & in Marſalla villa mediam patellam ſalis ad prædictam Cellam in ſtipendium ipſorum Monachorum. In Argowe etiam regione omnes Baſilseas, & omnes decimas, ſcilicet in Spiets, & in Scartilinga, ſeu in Biberuſſa, & in ceteris locis, quæ noſtra ditioni ſubiacent, omnéſque cenſus, quos hactenus de illa terra in noſtra poteſtate habuimus, eidem Monaſterio ipsiſque Monachis ob honorem Domini noſtri Ieſu Chriſti & eius piiſſimæ Genitricis ſanctæ Mariæ perpetuæ Virginis, & ſancti Ioannis Baptiſtæ, & ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, omniúmque Sanctorum, quorum memoria ibidem quotidie celebrantur, pro mercedis æternæ vitæ augmento, vel pro pace totius prouinciæ dedimus atque conſignauimus, vt quidquid pro vtilitate exinde Monaſterij vel ipſorum facere volunt, habendi, tenendi, dominandi, faciendi liberam in omnibus atque firmiſſimam habeant poteſtatem. Has autem prædictas res, & loca ſuprà nominata quæ præfatæ Cellæ conſignauimus, & quæ adhuc, Deo iuuante, eidem Cellæ acquirere potuimus, cum conſilio ſupradicti Glorioſi Regis Pippini & conſenſu omnium amicorum Principúmque eius, conſtituimus, atque perpetuâ lege cenſuimus ſatis ſufficienter eſſe ad quotidianum ſtipendium XXX fratribus, & eis cottidie ſeruientibus, vt Cœnobialem vitam ducentes, atque Regulæ ſancti Benedicti in omnibus obedientes, pro ſalute & proſperitate Regum, necnon pro omni Chriſtianitatis ſtabilitate & religione, ſemper eorum oratio in conſpectu Dei non deſinat flagitare. Si quis verò, quod fieri non credo, vt ego ipſe, aut aliquis de ſucceſſoribus meis, vel quicunque, contra hoc Teſtamentum, quod ego bonâ voluntate fieri vel conſcribere rogaui, venire, aut illud infrangere voluerit, imprimis, ſi ſe de has cauſa emendare noluerit, iram Dei & offenſam ſanctæ Mariæ, & ſancti Petri Apoſtoli, & omnium Sanctorum, & pœnas inferni experiri pertimeſcat, & inſuper ſociante fiſco auri libras X. argentíque ponderis XXX libras ad illud Monaſterium perſoluat, & quod repetit nihil valeat euindicare. Et vt hæc Epiſtola firma, ſeu hoc Teſtamentum omni tempore ratum permaneat, rogo atque humili prece expoſco, vt ſucceſſores mei facta noſtra, pro æterna retributionis augmento, quæ authoritate Regiâ ſunt confirmata, conſeruare dignentur incorrupta, ſi & ipſi velint, vt facta illorum maneant conſeruatâ ſtipulatione ſubnixa. Actum eſt hoc Teſtamentum in ciuitate Argentinenſi III Idus Martij, anno XI. regnante Domino noſtro Pippino Glorioſo Rege. Ego in Dei Nomine Eddo peccator, per miſericordiam Dei vocatus Epiſcopus hoc Teſtamentum à me factum relegi & ſubſcripſi. Signum Chrodhardi Comitis. In Chriſti Nomine Remedius peccator & Epiſcopus, facta prioris mei Eddonis Epiſcopi relegi, conſenſi & ſubſcripſi. Ego Einhardus rogatus ſcripſi & ſubſcripſi. Priùs igitur quàm Heddo Teſtamentum conderet, Remedius ſeu Remigius iam ordinatus erat Epiſcopus. Verùm autem Chorepiſcopus tantùm, qui vices Heddonis iam ſenis ſuppleret, an verè Straſburgenſis Epiſcopus, cui regimen Eccleſiæ Straſburgenſis Heddo ſponte ceſſiſſet, exponemus poſt triennium, cùm de Placito Attiniacenſi, cui ſubſcripſit Heddo, ſermonem faciemus. In prædicto Teſtamento, *manſa* fœminini generis in eadem legitur ſignificatione, quâ manſus. Eodem vſurpatur modo cùm apud Gregorium Magnum in literis ad Felicem Subdiaconum, tum apud multos Scriptores in vitis Romanorum Pontificum. Celebratur in vita Zachariæ Papæ Donatio *de duabus manſis*; fruſtráque pro *manſis* in margine ponitur *maſſis*, licèt plerumque *maſſa* perinde ac *manſus* & *manſa*, fundi cenſeatur portio cum domicilio ad vnam familiam ſuſcipiendam idoneo. Hubarum quoque mentio fit in eodem Teſtamento, ac actum de illarum ſignificatione Tomo tertio [a].

[a] Ad an. 676. n. 20.

II. Pippinus decimo-quarto Kalendas Maij, Paſcha celebrauit *in Cariſiaco* [b]. Deinde contra Waifarium in Aquitaniam tertiâ vice profectus eſt.

[b] Annal. Til. Bertin. Met. Regin.

AN. CH. 762.

Pippini R. II. II

Cùm apud Cariſiacum adhuc morabatur, ad eum acceſſit ex Hibernia Virgilius, qui poſteà factus eſt Saliſburgenſis Epiſcopus. Huius Antiſtitis vita poſtremæ Surij editioni inſerta eſt [a]. Auctor diſcipulus extitit Sancti Eberhardi Saliſburgenſis quoque Pontificis. Ipſum Virgilium in Franciam è natali ſolo ſic deducit. *Vt Dominus miſericordiam ſuam à progenie in progeniem oſtenderet, ſeruum ſuum Virgilium ſtrenuum vtique Dominica vinea plantatorem, & futurum Karinthia Apoſtolum, de natali ſolo Hybernia ad Franciam miſit. Vbi ab illuſtri Francorum Rege Pipino, qui Maior-Domûs dicebatur, apud Kariſiacum honeſtè exceptus fuit. Et quia literarum ſcientia cum morum honeſtate in ipſo exuberauit, Rex eum ſicut tubam Euangelica prædicationis libenter audiendo, ſecum ferè duobus annis propter Dei amorem retinuit.* Ex illo textu hæ voces abradendæ, *qui Maior-domûs dicebatur.* Incongruum enim eſt, vt Pippinus & Rex & Maior-domus eodem tempore cenſeatur. Virgilius Pippinum iam Regem apud Cariſiacum hoc anno conuenit. Id clariſſimè demonſtrat idem Biographus, vbi ſcribit Virgilium biennio in comitatu Pippini Regis fuiſſe, deinde poſt alterum biennium ordinatum Epiſcopum *anno Natiuitatis Domini ſeptingenteſimo ſexageſimo-ſexto, XVII Kal. Iulij*, die videlicet Dominico, currente tum literâ Dominicali E. Quod ad res Aquitanicas attinet, has breuiter Annaliſta Nazarianus ad hunc annum ſic perſtringit. DCCLXII. *Rex Pippinus cum Francis ſuis fuit in Aquitania. Bituricam conquiſierunt.* Petauianus Carolum & Carolomannum in comitatu Pippini patris fuiſſe ſic docet. DCCLXII. *Iterum Domnus Pipinus cum dilectis filiis ſuis Karolo & Karolomanno perrexit in Waſconiam, & adquiſiuit ciuitatem Bituricas.* Tilianus addit caſtrum Thoarcenſe. DCCLXII. *Tertiâ vice in Aquitania pergens cepit Biturigas & Toarchis* *.

[a] D. 27 Nou.

VIRGILIVS HIBERNVS IN FRANCIAM VENIT.

BELLVM AQVITANICVM.

* Toüars.

III.

Anonymus, qui Pippini Regis Geſta iuſſu Nibelungi Comitis conſcripſit, egregiè Chronologiam noſtram confirmat. Annum enim, quo Pippinus Bituricas & Toarcium expugnauit, vndecimum vocat Regni ipſius, necnon proximum ex quo ciuitatem Aruernam ceperat. *Poſtquam Pipinus Rex vrbem Aruernam cepit, regionem illam totam vaſtauit. Sequenti anno, id eſt, anno vndecimo Regni ipſius, cum vniuerſa multitudine gentis Francorum Bitoricas venit, caſtra metatus eſt vndique, & omnia, quæ in gyro fuerunt, vaſtauit. Circumſepſit vrbem munitione fortiſſimam; itaut nullus egredi auſus fuiſſet, aut ingredi potuiſſet. Cum machinis & omni genere armorum circumdedit eam vallo; multis vulneratis, plurimiſque interfectis, fractiſque muris, cepit vrbem, & reſtituit eam ditioni ſuæ iure prælij; & homines illos, quos Waifarius ad defendendum ipſam ciuitatem dimiſerat, clementiâ ſua pietatis abſoluit, dimiſſique reuerſi ſunt ad propria. Vnibertum Comitem, & reliquos Comites, quos ibidem inuenit, ſacramentis datis ſecum adduxit, vxores eorum ac liberos in Franciam ambulare præcepit, muros ipſius Bitoricæ ciuitatis reſtaurare iubet, Comites ſuos in ipſam ciuitatem ad cuſtodiendum miſit. Inde cum omni exercitu Francorum vſque ad Caſtrum, quod vocatur Toarcius, veniens. Cúmque in gyro caſtra poſuiſſet ipſe, Caſtrum mirâ celeritate captum atque ſuccenſum eſt, & Waſcones, quos ibidem inuenit, vnà cum ipſo Comite ſecum duxit in Franciam. Pipinus Rex Chriſto duce, cum omni exercitu Francorum, cum multa præda & ſpoliis, iterum reuerſus eſt ad ſedem propriam.* Caſtrum Thoarcenſe omnium, quæ in vniuerſa Aquitania erant, firmiſſimum dicit Annaliſta Metenſis. *Bituricam*, inquit, *munitiſſimam ciuitatem* Pippinus *conquiſiuit, & Thoarcii Caſtrum, quo in Aquitania firmius* * *non erat, deſtruxit. Reuerſúſque cum victoria ad ſedem propriam Regni ſui, in Gentiliaco villa Natalem Domini celebrauit.* Caſtrum Thoarcenſe pertinebat ad ſecundam Aquitaniam, ſitúmque erat in Diœceſi Pictauienſi, cuius tum regimen penes Magnibertum Epiſcopum. In Catalogis Epiſcoporum Pictauienſium, poſt

PIPPINVS CAPIT BITVRICAS,

ET TOARCIVM.

* firmior.

EPISCOPI PICTAVIENSES.

AN. CH Godonem, quem regnante iam Pippino mortuum arbitramur, ſequun-
762. tur, Magniberrus, Bertaldus, Benedictus, ſolis duntaxat nominibus noti.
Hoc anno, Indictione decima-quintâ, Romanus Pontifex Monaſte-
PIPPINI rium Sancti Sylueſtri in monte Soracte cum tribus aliis vicinis Pippino Re-
R. II. gi Francorum per has literas [a] donauit. *Paulus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum*
IV. *Dei, præcellentiſſimo filio Pippino, Regi Francorum, & Patricio Romano-*
[a] In Cod. Carol. ep. 11. *rum, & per eum venerabili Monaſterio beati Sylueſtri Confeſſoris Chriſti at-*
* nam *que Pontificis, & cunctæ Monachorum Congregationi, quin * & in poſte-*
rum illic conſiſtentium in perpetuum. Salubri prudentiâ, quicquid venerabilium
locorum requirit vtilitas; illis nimirum committendum credimus eſſe perſo-
nis, quibus diuina illuſtrationis gratia diffuſa, ea, quæ pertinent ad lau-
dem Redemptoris noſtri, & ad maximum redintegrationis ſtatum Sanctorum
locorum pertinere monſtratur, totis conatibus perficere nituntur. Et quoniam
conſtat præcelſa Eximietas veſtra à nobis petiſſe Monaſterium, ſcilicet beati
* Script. *Sylueſtri Pontificis atque Confeſſoris, ſitum in monte Soracte *, necnon &*
alia illi tria ſubiacentia Monaſteria, Sancti ſcilicet primi Martyris Stephani, &
beati Andreæ Apoſtoli, atque Victoris, cum vniuerſis rebus ac poſſeſſionibus,
locis etiam & diuerſis præſidiis, vel omnibus eis generaliter pertinentibus
in integrum. Ecce præcelſa Excellentia veſtra & voluntati annuentes, per
PAVLVS PP. *huius Præcepti ſeriem, noſtrum Monaſterium beati Sylueſtri cum prædictis*
PIPPINO R. *aliis tribus ei ſubiacentibus Monaſteriis, id eſt, beati Stephani, atque bea-*
DONAT *torum Andreæ & Victoris, cum omnibus eis generaliter & in integro per-*
MON. S. *tinentibus, à præſenti quinta-decima Indictione & in perpetuum, pro ſuſtenta-*
SYLVESTRI *tione peregrinorum, & alimoniis fratrum noſtrorum, Chriſti pauperum, atque*
IN MONTE *Monachorum, illic nunc & in poſterum ſpiritalem vitam degentium, firmâ*
SORACTE, *ſtabilitate vobis concedimus, & per vos in præfato venerabili Monaſterio*
CVM TRIBVS *hanc noſtram Apoſtolicam exarationis præceptionem perenniter permanendam,*
ALIIS EI *concedimus atque largimur. Quatenus veſtro ſtudio ea, quæ ad laudem Re-*
SVBIACEN- *demptoris noſtri, & meliorem ſtatum prædictorum venerabilium Monaſterio-*
TIBVS. *rum, pertinere noſcuntur, in omnibus, Deo auſpice, pro æterna Excellen-*
tiæ veſtræ memoria, & maxima remunerationis mercede, nihilominùs pro-
ficiant. Decernentes itaque ſi quo tempore Præceptum illud, quod Sanctæ Re-
cordationis prædeceſſori noſtro, beatiſſimo Domino Zachariæ Papa à Carlo-
manno germano veſtro de eodem Monaſterio emiſſum eſt, vel aliud quodli-
bet de ipſis præfatis Monaſteriis munimen, vbi repertum fuerit, cauſam
inanem atque vacuam eſſe, nullam in ſe habentem firmitatem; ſtatuentes
intereà & hac Apoſtolicâ cenſurâ, diuini iudicij obteſtatione, & anathema-
tis interdictione, hæc, quæ ad laudem Dei dinoſcimur conſtituiſſe pro ſuſten-
tatione peregrinorum, vt dictum eſt, & cunctæ Monachorum illic conſiſtentis
Congregationis ſtabilitate, in perpetuo permanere illibata. Hanc periodum,
decernentes itaque ſi quo tempore Præceptum illud, quod Sanctæ Recordatio-
nis prædeceſſori noſtro, beatiſſimo Domino Zachariæ Papa, à Carlomanno ger-
mano veſtro de eodem Monaſterio emiſſum eſt, &c. in vulgatis exempla-
ribus deprauatam ſic inuenies. *Decernentes itaque ſi quo tempore Præce-*
ptum illud, quod à Sanctæ Recordationis prædeceſſore noſtro beatiſſimo Domi-
no Zacharia Papa, quod Carlomanno germano veſtro de eodem Monaſterio
emiſſum eſt, &c. Rationem emendationis expoſuimus ad annum Chriſti ſep-
[b] Num. 100. tingenteſimum duodequinquageſimum [b], quo Carolomannus, cùm ad
Caſinenſe Sancti Benedicti Monaſterium è conſilio Zachariæ Papæ per-
recturus eſſet, prælaudatum Sancti Silueſtri Cœnobium eidem Zachariæ
conceſſit. Zachariæ ſucceſſerunt in Pontificatum duo Stephani, tum Pau-
lus, qui Monaſterium illud Pippino Francorum Regi per literas proximè re-
citatas donauit.

V. In Annalibus Nazarianis duplex memoratur Baldebertus, vnus Epi-
ſcopus, alter Abbas. Prior ſic ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quin-

AN. CH. 762. PIPPINI R. 11.

quageſimum-primum, *Baldebertus Epiſcopus.* Poſterior ſic ad hunc annum, *Baldebertus obiit, Haribertus Abba ordinatus eſt.* Baldebertus Epiſcopus, cuius mentio fit ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-primum, non eſt alius à Baldeberto Epiſcopo Curienſi, qui laudatur à Bruſchio in Catalogo Epiſcopórum Curienſium & à Bucelino in Chronologia Rhætiæ, & teſte eodem Bucelino, cuius Chronologia Bruſchianæ præſtat, Epiſcopatum ab anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quartum tenuit Baldebertus, cuius obitus hoc anno, poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimo ſexageſimo-ſecundo conſignatur, haud alius eſt à Baldoberto Abbate Murbachienſi, cuius mentionem ſub Childerico Rege iam fecimus [a]. Bucelinus in Imperij Germanici Monaſteriologia Baldoberto ſeu Baldeberto Abbati Murbachienſi Haſibertum ſubrogat, iſque Haſibertus haud diſtingui debet ab Hariberto, quem Annaliſta Nazarianus in adminiſtrationem Monaſterij Baldeberto ſeu Baldoberto ſucceſſiſſe ſic innuit. *Baldebertus obiit. Haribertus Abba odinatus eſt.* Hoc igitur anno, cùm Baldobertus Murbachienſis Abbas è vita migraſſet, in eius locum ſuffectus eſt Abbas Haribertus ſiue Haſibertus, de quo ſermo non ſemel recurret.

BALDOBERTVS ABB. MVRBACH. OBIT.

[a] Ad an. 748. n. 92.

SVCCEDIT HARIBERTVS.

VI. EPISCOPI SENONENSES, CARNOTENSES.

Hoc eodem anno Lupus Secundus Merulfo in Archiepiſcopatum Senonenſem ſucceſſit. Id habent vulgati Catalogi. Fuit ex Antiſtitum numero, qui Conuentui Attiniacenſi ſubſcripſerunt, vt poſt triennium ſuo loco dicemus. Succeſſit & hoc eodem anno in Epiſcopatum Carnotenſem Hido ſiue Ado Haynij proximus ſucceſſor. Lege quæ Tomo ſuperiore præmiſſa ſunt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſextum [b].

[b] Num 6.

VII. WALBVRGIS ABBATISSA HEIDENHEIM.

Apud Heidenheimium prope Eyſtadium, in loco, qui ſeparatus à Monaſterio virorum erat, Sanctimonialibus hoc anno præeſſe cœpit Walburgis, Willibaldi Eyſtettenſis Epiſcopi & Wunibaldi Heidenheimenſis Abbatis anno priore mortui ſoror. Vtrùm hanc curam ante vel poſt Wunibaldi fratris obitum ſuſceperit, diſputant Neoterici. Verſata eſt primùm in Thuringia, deinde auditâ Wunibaldi morte, quam die decimâ-nonâ Decembris, anno ſuperiore conſignauimus, Heidenheimium ſtatim venit, ibíque puellare Monaſterium conſtruxit rexítque. Monialis Heidenheimenſis, quæ Walburgi Abbatiſſæ familiaris fuit, Vitam, Miracula, Eleuationem ac Tranſlationem Sancti Wunibaldi deſcripſit, in eóque opere, cùm ad Eleuationem Reliquiarum peruenit, de Willibaldo Epiſcopo & Walburge Abbatiſſa Reliquias fratris ſui deoſculantibus iſta retulit. *Oſculabantur fratrem, ipſe Epiſcopus, & ſoror eius, quæ poſt obitum beati viri Monaſterium habebat.* Quibus ex verbis palàm fit Walburgem ſeu Walpurgem Heidenheimium poſt fratris obitum profectam eſſe. Clariùs id adhuc exponit Wolfhardus Preſbyter in ipſius Sanctæ Walburgis vita, ſic. *Poſt diſceſſum beati Wunibaldi miræ Sanctitatis viri, Walpurgis virgo imitabilis piè viuentibus, vniuerſis collectis Sanctimonialibus, verè quibus potuit Chriſto deuotis, in loco prænominato Heidenheim, Dominicis inſtantiſſimè incœpit inhærere mandatis.* Aliter ſentit Philippus *à Rathſamhauſen* Epiſcopus Eyſtettenſis, qui vitam Sanctæ Walburgis ſeculo decimo-quarto conſcripſit. Vult hic Auctor duo Monaſteria, vnum virorum, alterum fœminarum, apud Heidenheimium à Wunibaldo fuiſſe conſtructa, & Walburgem ambobus poſt fratris mortem præfuiſſe. Sic enim de Wunibaldo loquitur. *Aſſumpſit etiam ſororem ſuam, Sanctam videlicet Walpurgam virginem Deo dicatam, quæ cum virginibus Chriſto deſponſatis, ſub imperio & eruditione ſuâ, de conſilio Sancti Bonifacij Archiepiſcopi ac beati Willibaldi Eyſtetenſis Epiſcopi, ſeipſas hoſtiam immaculatam Deo viuenti ſub diſtrictione regularis diſciplinæ iugiter immolauerunt. Conſtruxítque eiſdem ſacris virginibus Oratorium à ſuo Monaſterio, vt decebat, ſegregatum, non tamen longè poſitum, in quo præfatas virgines ponens, fa-*

AN.CH. 762. PIPPINI R. II.

mulari Deo pro poſſe & noſſe præcepit, quas etiam verbo ſanæ doctrinæ & exemplo bonæ vitæ indeſinenter ad formam perfectionis hortabatur. Et paulò pòſt de Walburge, ſic. Poſt mortem fratris ſui Wunibaldi, Sancta & venerabilis virgo Walpurgis, ex diſtricta iniunctione Sancti Willibaldi ſuperſtitis fratris ſui atque pariter Diœceſani, gubernacula & regimen regularis diſciplinæ in cella Haydenhaymenſi, tam ſuper Monachos, quàm ſuper Sanctimoniales non ſine effuſione lacrymarum cogebatur ſuſcipere. Quicquid autem hic Auctor aliique dicant, exiſtimamus Walburgem ad obitum vſque Wunibaldi fratris in Thuringia permanſiſſe, eóque mortuo ſtatim Heidenheimium veniſſe, atque ibi tum primùm viſa duo Monaſteria, quorum alterum Abbas cuius nomen ignoratur, alterum Walburgis Abbatiſſa gubernarit.

VIII. CARASTVS DVX SCLAVORVM OBIT.

Caraſtus Dux Sclauorum ſeu Carantanorum, ſi noſtram benè Chronologiam inſtituimus, hoc anno ſublatus eſt è viuis, cùm poſt patris obitum per triennium prouinciam adminiſtraſſet. Succeſſit in Ducatum Chertumarus ſeu Chetimarus, frater patruelis. Hic è Boioaria, vbi Chriſtianam fidem amplexus fuerat, iuſſu Pippini Regis in patriam ſuam dimiſſus eſt ſuſcipiendi Ducatûs ergò. In vita Sancti Virgilij Saliſburgenſis Epiſcopi, de Caraſto & Chetimaro Sclauorum Ducibus hæc leguntur. Iuſſu Francorum, Bauari Karaſtum Chriſtianum factum petentibus eiſdem Sclauis remiſerunt, & illi eum Ducem fecerunt, ſed poſteà ille tertio anno defunctus eſt. Iterum autem permiſſione Domini Pipini Regis, populis idem petentibus, Chetimarus Chriſtianus Ducatum ſuſcepit. Quæ proximè ſequuntur, duplici ſunt edita modo. Vna editio ſic habet. Suggerente verò quodam Presbytero nomine Maiorano, qui à Sancto Virgilio in Iuuano Monaſterio manûs impoſitionem acceperat, quem ſecum propter doctrinam Chriſtianæ Religionis detinuit, ad Iuuanenſe Monaſterium ſpecialiter caput ſuum in ſeruitium Dei declinauit, ſingulis annis quoad vixit in ſignum ſubiectionis ſuæ aliquod obſequium illuc perſoluendo. Altera ſic. Cui, nempe Chetimaro, etiam Lupo Presbyter, ordinatus Iuuanenſi Sedi, dedit nepotem ſuum, nomine Maioranum, Presbyterum iam ordinatum. Et quia compater eius erat idem Lupo Presbyter, docuit eum, vt ad Iuuanenſe Monaſterium ad Chriſtianitatis officium ſubderet. Quem ſuſcipientes iidem populi Ducatum illi dederunt. Ille verò ſecum habens Maioranum Presbyterum, in Iuuanenſi Monaſterio ordinatum Presbyterum, qui admonuit ipſum ad illud Monaſterium ſuum caput declinare in ſeruitium Dei, ille ita fecit, ac promiſit ſe ad ipſam ſedem ſeruiturum, ſicut & fecit, atque annis ſingulis ibidem ſuum ſeruitium perſoluebat, & inde ſemper doctrinam & officium Chriſtianitatis percepit, vſquedum vixit. Prior editio Brunnero placuit, poſterior Adlzreittero. Brunnerus [a] ita ſcripſit. Boruthe Caraſtus, huic poſt triennium mortuo Chetimarus ſucceſſit, vir inſigniter pius, & annuo munere Saliſburgenſem Eccleſiam velut incunabula felicioris vitæ proſequi ſolitus, id ſe Mineruæ magiſtris, quibus in pietatis ſchola vſus fuerat, debere profeſſus. Lupus illum Sacerdos, Inſulæ, quam Chimenſis * lacus facit, incola, de ſacro fonte ſuſceptum Chriſtiana Sacra docuerat, qui abeunti etiam Maioranum, ſanguine ſibi iunctum, & à Virgilio ſacris initiatum, comitem monitorémque domeſticum addidit. Adlzreitterus verò ſic [b]. Caraſtus, patre mortuo, permiſſus ad Carantanos reuerti triennio rerum potitus eſt, defuncti locum Ducíſque titulum Pipinus Chetimaro conceſſit, ademptâ Regis appellatione. Hunc Lupus Sacerdos, Inſulæ Chiemenſis alumnus, Sacris Chriſtianis initiauit, & abeunti author fuit, vt Saliſburgo comitem acciperet Maioranum Sacerdotem, D. Petri Aſcetam, qui ſalutaribus monitis eum in officio & Saliſburgenſis Eccleſiæ communione contineret. Exinde Chetimarus annuis obſequiis ſe Saliſburgenſi Antiſtiti obnoxium deinceps eſt teſtatus. Brunnero cæteriſque non poſſumus aſtipulari, qui Maioranum à Virgilio

SVCCEDIT CHETIMARVS.

LVPONIS SACERDOTIS FILIVS SPIRITALIS.

[a] Lib. 5. n. 1.

* Chiemſee.

[b] Part. 1. l. 7. n. 40.

ADHÆRET MONITIS MAIORANI PRESBYTERI.

Saliſburgenſi

AN. CH. 762. PIPPINI R. 11.

Saliſburgenſi Epiſcopo Preſbyterum ordinatum volunt. Maioranus enim Chetimarum ad Sclauos redeuntem comitatus creditur, priuſquàm Virgilius in Boioariam veniret. Chetimarus patriam reuiſit Pippino ſuperſtite, Virgilius biennio ante Pippini mortem Cathedram Saliſburgenſem obitu Ioannis Epiſcopi ab aliquot annis vacuam conſcendit. Interſtitium adeò breue facilè ſuadet Maioranum ad Preſbyterij gradum non à Virgilio promotum fuiſſe ſed ab ipſius Virgilij deceſſore Ioanne, qui vitam anno Chriſti ſeptingenteſimo vndeſexageſimo clauſit.

IX. ABBATES S. CRVCIS MELD. STEPHANVS EP. REDONENSIS OBIT.

In manuſcripto Abbatum Codice, qui Sanctæ Crucis Monaſterio prope Meldas præfuerunt, Ingelmundus adminiſtrationem Cœnobij per annos duos & quadraginta gerit. Hoc igitur anno viuere deſiit. Succeſſit in Abbatialem Præfecturam Milo, qui regnante Pippino Abbas fuiſſe dicitur. Nec id Chronologiæ noſtræ repugnat. Obiit & hoc anno Stephanus Redonenſis Epiſcopus, vacauit Sedes ad annum ſequentem, vt ex calculis Armoricæ Sanctæ liquet.

X. VENANTIVS FIT EREMITA.

In Chronologia Tomo ſecundo de Morinis præfixa, Venantij ſeceſſum in eremum hoc anno conſignatur. Venantius vir militaris, cùm haſtiludium in nobilium iuuenum corona iniiſſet, grauiter in tibia vulneratus eſt. Sanitate recuperatâ nuncium rebus ſecularibus remiſit, auſteriorîſque vitæ deſiderio ſe recepit in Vaſtum Saltum, incolis *Waſtelau*, qui ab Aria ad Broylum porrigebatur, atque ad Burnetenſem ſyluam, vbi modò Hamma & Lilerium eſt, propè pertingebat, diſterminabatúrque per Legiam ſeu Liſam fluuium à Criſciacenſi ſeu Niepenſi nemore. Lege Malbrancum libro quinto [a] de Morinis.

[a] Cap. 16.

XI. BAGO PRESBYTER, MVNIFICVS ERGA MON. S. BENIGNI.

Inter varia monumenta, quæ ſpectant ad Hiſtoriam Burgundiæ, Stephanus Perardus Chartam Donationis edidit, quâ Bago Preſbyter munificum erga Monaſterium Sancti Benigni ſe præbuit. Initium tale eſt. *Domino ſacroſanctæ Baſilicæ Sancti Benigni Martyris, ſub oppido Diuionis conſtructæ, vbi venerabilis vir Thanothardus praeſſe videtur, & Siemarus ac Seirannus Presbyteri deſeruire videntur, ego in Dei nomine Bago Preſbyter, cogitans peccatorum meorum molem, & vt remedium in die iudicij ante tribunal æterni iudicij, & veniam accipere merear. Igitur in Dei nomine cedo ad ipſos ſedem & locum, ceſſúmque in perpetuum vt permaneat eſſe volo, hoc eſt, manſus & Arcolas, quæ ego vnà cum actoribus venditionis conquiſiui, in pago Oſcarinſi, in loca nuncupata in villa Iſiodoro, & Ipſalas, vel in AlZariaco, tam manſis vnà cum ſuperpoſitis, campis, pratis, ſyluis, terris cultis & incultis, arboribus pomiferis, aquis, aquarúmue decurſibus, acceſſiſque omnibus, exitibus, & regreſſibus, & totum & ad integrum quicquid in dicta loca ad hoc tempus viſus ſum habere, tam de comparato, vel qualibet modo, ad meos vſus perueniſſe, ad ipſam Sanctam Eccleſiam Sancti Benigni à die præſenti cedo, trado, atque transfundo in eorum dominationem.* &c. *Die Sabbati proximo poſt medio menſe Iunio, anno vndecimo Regni Domini noſtri Pipini Regis*, id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-ſecundo, die Sabbati, decimo-tertio Kalendas Iulij, currente tum literâ Dominicali C. Annum enim vndecimum Pippini Regis per menſem Iunium cum anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-ſecundo componimus, quia Pippinus anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo menſe Martio regnare cœpit. Eget igitur emendatione Perardus, quòd Donationem, de qua nunc agimus, factam putet *anno* 763. Eò loci reſtituendus *annus* 762.

XII.

Auctor Chronici San-Benigniani Donationem illam non omiſit. *Quidam Clericus, nomine Bago, dedit Sancto Benigno hæreditatem ſuam omnem, quam habebat in Aſiriaco & Iſtodoro atque Solas, quicquid in prædictis villis poſſidere videbatur, tam manſis quàm quæ in aliis terris ad eadem manſa pertinentibus.* At nullam Abbatis mentionem fecit. Ex

AN. CH. 762. PIPPINI R. 11.

Charta verò ſuperiùs deſcripta liquet Thanothardum Monaſterij Sanbenigniani tunc Abbatem fuiſſe. Quot annos ſuperuixerit, haud ſcimus. Obiit Carolo nondum Rege, nam prædictus Chronographus de Waldrico ſucceſſore ſic ſcribit. *Tempore illo, quo prænominatus Rex Magnus Carolus accepit Regni curam, Abbas nomine Waldricus regebat hanc Abbatiam.*

AN. CH. 763. PIPPINI R. 12.

ANNVS CHRISTI 763.

PIPPINI R. 12.

I. PIPPINVS, vt anno ſuperiore Natalem Domini, ſic & hoc anno poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimo ſexageſimo-tertio Paſcha celebrauit tertio Nonas Aprilis apud Gentiliacum * ad Beuerem fluuiolum in agro Pariſienſi. Lege veteres Annaliſtas [a], atque imprimis Loiſelianum, qui deinde res hoc anno geſtas ita perſtringit. *Pipinus Rex habuit Placitum ſuum in Niuernis. Et quartum iter faciens in Aquitaniam, ibi Taſſilo Dux Baioariorum poſtpoſuit ſacramenta, & omnia quæ promiſerat: & per malum ingenium ſe inde ſeduxit, omnia benefacta, quæ Pipinus Rex auunculus eius ei fecit, poſtpoſuit, per ingenia fraudulenta ſe ſubtrahendo Baioariam petiit, & nuſquam ampliùs faciem ſupradicti Regis videre voluit. Rex Pipinus iter peragendo per Aquitaniam vſque ad Cadurciam peruenit, Aquitaniam vaſtando. Et reuertendo per Lemouicas, in Franciam reuerſus eſt. Et facta eſt hyems valida. Et tenuit Rex Pipinus Natalem Domini in villa, quæ dicitur Longlar.* Præter Reginonem Annaliſtæ Loiſeliano conſentiunt, Laureshamenſis, Tilianus, Bertinianus ac Metenſis. Hic Taſſilonem ſeu Daſilonem Boioariæ Ducem Niuernenſi Placito teſtatur interfuiſſe, ſimúlque cum Pippino *auunculo* pertexiſſe in Aquitaniam, vnde poſtmodum *ſine licentia eius* in Boioariam reuerſus eſt, *ægritudine*, inquit Annaliſta Laureshamenſis, *per dolum ſimulatâ.* Taſſilo Aquitaniam ingreſſus ægritudinem ſimulare potuit, vt Pippinum longiùs progredientem comitari ceſſaret, atque itinere aliquot dierum ab eo diuulſus in Boioariam citiſſimè rediret. Auditâ Taſſilonis fugâ, Pippinus, qui Cadurcum vſque iam proceſſerat, dimiſſis ad ſtationes copiis ſtatim cis Ligerim remeauit. Corrigendus tamen Annaliſta Nazarianus, apud quem hoc anno *Franci abſque bello* dicuntur, hac enim vice Pippinus in Aquitaniam vlteriùs quàm anteà penetrauit eum exercitu. Corrigendus & Annaliſta Petauianus, vbi Placitum Wormarienſe, quod in annum ſequentem relici debet, refert hoc anno, ſeriúſque collocat validiſſimam hyemem, quam ceteri ſub huius anni finem & initium ſubſequentis ponunt, gelu ſæuiente, vt idem Annaliſta tradit, *à* XIX *Kal. Ian. vſque* XVII *Kal. April.* aut etiam, vt alia editio habet, *vſque in* VII *Kal. April.*

* Gentilly ſur Biéure.

[a] Til. Bertin. Met. Regin.

BELLVM AQVITANICVM.

DEFECTIO TASSILONIS DVCIS BOIOARIÆ.

II. Hoc anno Manaſſes Abbas Flauiniacenſis, ex Aruernia, per quam Pippinus iter viderur habuiſſe, Reliquias Sancti Præiecti Martyris in Burgundiam tranſtulit. Monaſterij regimen, vt ſuo loco diximus, anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-quinto ſuſceperat. Ab Hugone eiuſdem loci Abbate ſic in Chronico commendatur. *Hic corpus beati Præiecti Martyris à Volonico delatum Eccleſia ſua intulit octauo Idus Nouembris. Hic etiam Cellam primus Corbiniaci inſtituere volens, ab Imperatore Carlomanno obtinuit, nec tamen fecit. Obiit anno* DCCLXXXVII, *Nonis Octobris, trige-*

TRANSLATIO RELIQVIARVM S. PRÆIECTI IN BVRGVNDIAM.

ſimo-tertio anno ſuæ ordinationis iam inchoato. Toto illo tempore, quo Manaſſes Flauiniacenſe Monaſterinm rexit, dies octauus ante Idus Nouembris cum Dominico quinquies coincidit; bis tegnante Pippino, nempe hoc anno & anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſeprimo; ſemel tegnante Carolomanno, anno videlicet Chriſti ſeptingenteſimo duodeſeptuageſimo; denique bis regnante Carolo, annis ſcilicet Chriſti ſepringenteſimo ſeptuageſimo-quarto, & ſeptingenteſimo octogeſimo-quinto. Tranſlationem, de qua loquimur, in tempora Pippini Regis incidiſſe non eſt cut quis inficietur, maximè cùm pτælaudatus Hugo ſermonem poſteà de Carolomanno Rege faciat. E duobus autem annis, qui, regnante Pippino, literâ Dominicali B per menſem Nouembrem præditi fuerunt, annum Chτiſti ſeptingenteſimuin ſexageſimum-tertium, quo prædictam Tranſlationem conſignemus, eligendum potiùs qnàm ſepringenteſimum quinquageſimum-ſeptimum ducimus. Anno enim Chriſti ſeptingeoteſimo quinquageſimo-ſeptimo Pippinus in Aquitania bellum haud geſſit, at anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-primo ciuitatem Arueinam cum multis Caſtellis cepit, & anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-tertio iu agrum vſque Cadurcinum penetrauit, rediitque per Lemouicenſem, cui conterminus eſt Aruernicus. Anno Chriſti ſexcenteſimo ſeptuageſimo-quarto, vt Tomo tertio probauimus, Martyrium conſummauit Sanctus Præiectus Arueroenſis Epiſcopus, & in eodem loco, cui nomen Volouicus *, Auirus Secundus, qui ptoximè io Epiſcopatum ſucceſſit, erexit Monaſterium, vbi ſeruatæ ſunr beatiſſimi Martyris Reliquiæ, donec pars eatum à Manaſſe Flauiniacenſi Abbate Flauiniacum tranſlata fuit. Hugonem igitut Abbatem Flauiniacenſem, cùm *corpus beati Præiecti Martyris* à Volouico delatum atque octauo Idus Nouembris Eccleſiæ Flauiniacenſi illatum ſcribit, benignè ſic interpretare, vt per corpus partem duntaxat corpotis intelligas. Hanc interpretationem confirmat Tranſlatio Reliquiarum in vrbem Auguſtam Viromanduorum Carolo Magno Rege & Fulrado Sancti Quintini apud Viromanduos Abbate, cùm è Volouico tum è Flauiniaco facta, vt Claudius Hemeræus è Paſſionariis Eccleſiæ Sancti Quintini refert. Volouicus hodie Prioratus eſt, & à Mauzaco dependet. Illuc confluunt vndequaque peregrini, maximè qui rheumate & podagrâ torquentur, vota ſua teddituri Sancto Præiecto, cuins aliquot Reliquiæ ibidem oſtenduntur in theca, alterum verò brachium in ſcrinio peculiari. Flauiniacenſes autem caput ſeruant in ſcrinio argenteo, aliáque oſſa in theca ex ligno deaurato. Flauiniacum voti causâ confluunt, qui capitis dolore laborant. In Eccleſia Flauiniacenſi triplex celebratur Sancti Præiecti feſtum, Depoſitio, octauo Kalendas Februarij; Tranſlatio, octauo Idus Nouembris; Reuelatio corporis, decimo-ſeptimo Kalendas Auguſti. Lege Mabillonum [a] de Tranſlarionibus Reliquiarum Sancti Præiecti.

AN. CH. 763. PIPPINI R. 12.

* *Voluic.*

[a] Sec. 2. Benedict. pag. 652.

III. PIPPINI R. ERGA PP. CONSTANS AMICITIA.

Haribertus ſiue Haſibertus, quem anno ſupetiore Mutbachienſem Abbatem factum diximus, & Dodo Comes Romam directi ſunt, vt Paulum Papam, qui ſibi timebat à Longobardis, certiorem redderent de firmo propoſito magnâque conſtantiâ, quam Pippinus in cauſis Apoſtolicis perficiendis & pollicitationibus exoluendis gerebat, paulóque pòſt reuerſi ſunt in Franciam cum Legatis Pontificiis, Ioanne Subdiacono & Abbate ac Petro primo Defenſore, gratulatoriiſque literis ad Pippinum pro ſyncero atque conſtanti erga Sedem Apoſtolicam ſtudio. Harum literarum [b] partem, quæ prædictarum rerum fidem facit, deſcriptam ſubiicimus. *Properantes ad vos præſentes ſolertiſſimi viri, Haribertus ſcilicet Abbas & Dodo Comes, Excellentiæ veſtræ fideliſſimi Miſſi, detulerunt nobis melliflnas & nimis deſiderabiles ſyllabas, à veſtra præclara Chriſtianitate directas. In quibus ſollicitè nos de veſtro firmo atque incommutabili pollicitationis verbo & magnæ perſeuerantiæ conſtantia, quam in Apoſtolicis perficiendis*

[b] Cod. Carol. ep. 18.

AN. CH. 763. PIPPINI R. 12.

*cauſis gerere videmini, certos reddere ſtuduiſtis. Quod quidem nos firmi & omnino freti in veſtro benigno propoſito exiſtimamus, ſuetenus vos permanſuros, atque perfectiùs operaturos id, quod beato Petro Apoſtolorum Principi & prædeceſſori Domino & germano noſtro beatiſſimo Stephono Papa pollicıti eſtis. Intereà ferebatur & hoc in eiſdem veſtris apicibus, quia id, quod & præſentes de parte veſtra velle habuiſtis nos debere cognoſci, ſcriptis nequaquam propalare maluiſtis, ſed informatis de ſingulis cauſarum meritis præfatis veſtris Miſſis, quæ noſtris deberent innoteſcere auribus, & ita, iuxta vt à vobis præcepta ſunt, egerunt, quod quidem nos de ſingulis, quæ nobis affati ſunt, liquidiùs eos informauimus, qualiter noſtram vitam à Deo inſtitutæ Regali veſtra potentia enarrare debeant. Sed & præſentes noſtros Miſſos, id eſt, Ioannem Subdiaconum & Abbatem atque Petrum primum Defenſorum, cum eis pariter ad veſtra Regalia dıreximus faſtigia *, quos petimus benignè ſolitè à vobis ſuſcipi, & quicquid vobis ex noſtra informatione enarrauerint, eis in omnibus credere iubeatis, vt perfecta liberatio atque exaltatio Sanctæ Dei Eccleſiæ & fidei Orthodoxæ proficiat, & meritò repoſitam vobis in cælo conſequamini mercedis coronam.*

* *veſtigia*

IV. MON. LAVRESHAM. CONDITVR.

Ad hunc annum, qui partim anno Pippini Regis vndecimo, partim duodecimo illigatur, initium Monaſterij Laureshamenſis referri debet. In illius Cœnobij Chronico, quod Marquardus Freherus ab ipſo conditu ad annum vſque Chriſti milleſimum centeſimum ſeptuageſimum-nonum primus è manuſcripto Codice publicauit, Charta fundationis ſic extat. *Anno duodecimo, Domno noſtro Pippino Rege, ſub die IIII Id. Iuly, ego Williſwinda Deo ſacrata, & filius meus Cancor Comes, pro Dei intuitu, vel pro animæ noſtræ remedio, ſeu & pro æterna retributione, vt non inueniat in nobis vltrix flamma quod deuoret, ſed Domini pietas quod coronet, ideóque nos in Dei Nomine donamus ad ſacroſanctam Eccleſiam Sancti Petri ſeu ceterorum Sanctorum, quæ eſt conſtructa in loco nuncupato Laureſham, in pago Rhenenſe, ſuper fluuium Wiſgoz, quam nos propter nomen Domini de nouo ædificauimus, vbi præeſt vir venerabilis Ruodgangus Archiepiſcopus & Abbas, donatúmque in perpetuum eſſe volumus, & promptiſſimâ voluntate confirmamus; hoc eſt, villam noſtram in pago Wormotienſe in loco, qui dicitur Hagenheim, ſuper fluuium Saluſiam, quæ mihi de parte genitoris mei, nomine Adelhemi, legibus obuenit, vel vndecunque tam de alode, quàm de comparato, ſeu de quolibet adtractu ad nos noſcitur perueniſſe, cum integritate ſua, terris, domibus, ædificiis, campis, pratis, vineis, ſyluis, aquis, aquarúmue decurſibus, farinariis, libertis, conlibertis, mancipiis, mobilibus & immobilibus, peculio vtriuſque ſexûs, tam maiore quàm minore genere vel ætate, quicquid dici aut nominari poteſt, re inexquiſitâ cum omni ſupellectile, ſicut à nobis moderno tempore poſſideri dinoſcitur, donamus, tradimus, atque transfundimus, itaut ob hac die iam dictus Domnus Ruodgangus, vel ſui Monachi, qui ibidem in ipſo Monaſterio habitare videntur, vel ſucceſſores eorum habeant, teneant, atque poſſideant, & quicquid exinde facere pro opportunitate loci ipſius voluerint, liberam & firmiſſimam in omnibus habeant poteſtatem. Si quis verò, quod futurum eſſe non credimus, ſi nos ipſi, vel aliquis de hæredibus vel prohæredibus noſtris, ſeu qualibet vlla extranea perſona, vel quicunque contra hoc Teſtamentum, quod nos ſpontaneâ voluntate fieri decreuimus, venire temptauerit, aut id infringere voluerit, ante tribunal Chriſti in die iudicij rationem cum ipſo Sancto Petro deducat, & inſuper inferat partibus ipſorum Monachorum vnà cum partibus fiſci, auri libras quinque, argenti pondera decem, & quod repetit, hoc omnino euindicare non valeat, ſed præſens donatio Teſtamenti huius omni tempore firma & inuiolata permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum Laureſham publicè ſub die & tempore quo ſuprà. Signum ✠ Williſwindæ Deo ſacratæ, & Signum ✠ Cancronis Comitis filij eius, qui hoc Teſta-*

AN. CH. 763. PIPPINI R. 12.

mentum fieri & firmari rogauerunt. Signum Heimerici filÿ Cancronis. Ego Automadus Treuerorum Epiſcopus ſubſcripſi. Ego Albericus Epiſcopus. Ego Iohannes Epiſcopus. Ego in Dei Nomine Helmericus Notarius ex iuſſu Domini Ruodgangi Archiepiſcopi Chartam hanc ſcripſi, diémque & tempus, vt ſuprà, deſignaui.

Annus Pippini Regis duodecimus per menſem Iulium cum anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-tertio componitur. Ideóque prædicti Chronici principium, quod in vulgatis exemplaribus apud Freherum & Ducheſnium in hunc modum legitur, *anno Dominicæ Incarnationis* DCCLXIII. *Pippini verò Regis Francorum anno* XII. *Cancor* &c. ſic reſtituendum videtur, *anno Dominicæ Incarnationis* DCCLXIII. *Pippini verò Regis Francorum anno* XII. *Cancor Illuſtris Rhenenſis pagi Comes, cum matre ſua religioſa & Deo acceptabili Williſwinda, vidua Ruperti Comitis, Monaſterium Lauresham in Inſula, quæ nunc appellatur Aldenmunſter, initiantes venerabili Rutgango Metenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, ad inſtituendam inibi Monaſticæ profeſſionis militiam, tradiderunt, nullius quidem Epiſcopÿ ſeu cuiuſlibet iuri aut dominio ſubiicientes; ſed quia minùs id per ſe poterant, tanquam conſanguineo & tum in Dei rebus viro ſpectatiſſimo perficiendum gubernandúmque ſub traditionis titulo commendantes. Qui vt deſiderÿ ſui promptiorem ſortirentur effectum, famulorum Dei, qui illic adunandi erant, prouidentes commodis Eccleſiam in Scarra cum ſuis appenditiis, prædium ſuum in Magontia, villam quoque Hagenheim cum omni integritate in poſſeſſionem eiuſdem Monaſterÿ contulerunt, Eccleſiámque ibidem in honore beati Petri Apoſtoli præfatum Pontificem conſecrare exorauerunt.* V.

Monaſterium Laureshamenſe conditum fuit vltra Rhenum in Epiſcopatu Wormacienſi, vt Epiſcopus Madaurenſis in Hiſtoria Metenſi [a] teſtatur. Primum habuit Abbatem Chrodegangum Metenſem Epiſcopum, quem Chronographus Laureshamenſis Rutgangum, Williſwinda eiuſque filius Cancor Comes in ſuo Diplomate proximè recitato Ruodgangum appellant. Diu tamen non fuit ſub eiuſdem Chrodegangi ſeu Rutgangi diſciplina, quia Rutgangus, cùm propter varia negotia quibus occupabatur, ipſius Monaſterij curam gerere non poſſet, eidem loco fratrem ſuum Gundelandum præfecit. Inde fit, vt Gundelandus Laureshamenſis primus Abbas à pleriſque numeretur. At Ruodgangus ſeu Rutgangus aut Chrodegangus in prædicto Diplomate vocatur Abbas, veréque primus Abbas Laureshamenſis * cenſeri debet, cui regimen paulò pòſt abdicanti Gundelandus ſucceſſerit. *Venerandus Pontifex Rutgangus votum ac petitionem venerabilis Williſwindæ filiíque eius Cancronis gratanter amplexus, cùm ipſius Monaſterÿ curam gubernationémque per ſe exequi non poſſet, vt pote & Eccleſiaſticis & Regalibus negotiis iugiter occupatus, Gundelandum germanum ſuum, prudentem admodum & ſanctæ conuerſationis virum, fratríque per omnia ſimilem, eidem loco præfecit, ipsúmque cum omnibus pertinentiis ſuis eo tenore, quo ſibi tradita fuerant, ſuæ diſpenſationi commendauit. Fratres quoque maturæ ætatis, conſilÿ, Dúmque timentes, Reginfridum videlicet & Vluinum cum aliis* XIIII *à Gorzienſi Monaſterio, quod ipſe pridem conſtruxerat, cum ipſo direxit, cuncta eis neceſſaria tam in alimentis quàm in ceteris ſubſidiis impartiens.* VI.

[a] Lib. 2. in Episc. 37.

ABBATES CHRODEGANGVS ET GVNDELANDVS.

* de Laurisheim.

Diplomati ſuprà recitato ſubſcripſerunt *Automadus Treuerorum Epiſcopus, Albericus Epiſcopus, & Iohannes Epiſcopus.* Tunc autem Archiepiſcopus Treuirenſis, de quo iam ante decennium locuti ſumus, erat Weomadus, corruptè *Automadus.* Eodémque tempore ſolus occurrit Albericus Epiſcopus, qui poſt Guntfridum Diœceſes Atrebatenſem & Cameracenſem rexit, ſolúſque occurit Ioannes Epiſcopus, qui poſt Sidonium Conſtantienſis ad Rhenum Pontifex anno Chriſti ſeptingenteſimo vndeſexageſimo ſedere cœpit. VII.

SVBSCRIPTIONES EPISCOPORVM.

AN. CH. 763. PIPPINI R. 12.

VIII.

[a] Tom. 2. Sec. 3 Benedict

CHRODEGANDVS EP. SAGIENSIS PEREGRINATVR.

Adelhelmus Sagienſis Epiſcopus in vita [a] Sanctæ Opportunæ Monaſteriolenſis prope Sagium Abbatiſſæ ſic ſcribit. *Cùm eſſet* Opportuna *in iam dicto Monaſterio, & praeſſet ibi Sanctimonialibus, factum eſt, vt venerabilis frater eius Chrodegandus Sagienſis Eccleſiæ Epiſcopus, ob amorem cæleſtis patriæ, Romam ad limina beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & diuerſa loca Sanctorum causâ orationis vellet peragrando circumire. Cùmque ſecum diſponeret hoc agere, vellétque tali in opere ſeptem annorum curricula transfigere, vt laborando, peregrinando, & orando, poſſet delictorum veniam & gaudia æterna obtinere, diſpoſitâ Eccleſia ſua adminiſtratione, cæpit miſericordiam Dei inuocare, vt cuſtos eius eſſe dignaretur in concepto itinere. Accerſito itaque quodam viro, diaboli amico, pleno totius nequitiæ dolo, qui priſtinus amicus eſſe ſimulabatur, & erat ei affinitate coniunctus, & Præſes erat Oximenſis pagi, & vocabatur Chrodobertus, videntibus cunctis, qui aderant, commendauit ei defendendum omnem locum & Epiſcopium ſuum. Benedicens deinde omnem plebem, & exhortans, vt in mandatis diuinis perſiſteret, valedicens etiam ſimulatori Chrodoberto, perfuſus lachrymis cæpit iter agere longæ peregrinationis*, cuius initium hoc anno collocandum videtur, quia peregrinatus eſt annos ſeptem, reuerſúſque Martyrium mox ſubiit anno Chriſti ſeptingenteſimo ſeptuageſimo, vt ad illum annum dicturi ſumus.

CHRODOBERTVS PER EIVS ABSENTIAM ORDINATVR EPISCOPVS.

Interim qualem ſe per abſentiam Chrodegandi geſſerit Chrodobertus, accipe ex eodem Auctore. *Poſt receſſum Domini Chrodegandi noluit prædictus Chrodobertus eſſe defenſor loci, ſed magis inuaſor & deprædator populi. More namque luporum cæpit commendatas ſibi oues non defendere ſed dilaniare; cæpit ſubſtantiam earum auferre, & neminem ſinebat quietè viuere. Poſtponens itaque omnem amicitiam, & pro nihilo ducens affinitatem, poſtquàm res Eccleſiæ cunctas crudeliter diripuit, contra Decreta antiquorum Patrum & inſtituta omnium Canonum, dum adhuc Dominus noſter Chrodegandus viueret, & Domino in peregrinatione deſeruiret, eidem Eccleſiæ Sagienſi fecit ſe Epiſcopum ordinari.*

IX.

[b] Cap. 41.

BERTELLANNVS EP. BITVRIC. OBIIT.

Hoc anno, Pontificatûs ſui duodecimo, Bertellannus ſeu Berlannus Bituricenſis Archiepiſcopus obiit. Sic enim de illo Monachus San-Sulpitianus in Patriarchio Bituricenſi [b]. *Dominus Berlannus Pontifex digniſſimus, dum nulla pietatis opera in tanto honoris ſupremi gradu prætermitteret, ac benè & beatè, vt bonum Paſtorem decebat, vitam duceret, anno ſui Sacerdotij duodecimo morti vitæ debitum ſoluit.* Hic Auctor annos illos duodecim ab anno Chriſti octingenteſimo octauo ad annum Chriſti octingenteſimum viceſimum numerat *imperantibus Carolo Magno & Ludouico Pio.* Sed Bertellannum loco mouendum iam diximus, quia in Pippini Geſtis iuſſu Nibelungi conſcriptis ſedet anno Pippini Regis decimo, id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-primo. Ideóque locum ei Siginum inter & Landrarium damus.

X.

[c] Cap. 37.

SVCCEDIT LANDRARIVS.

Qui Bertellanno ſeu Berlanno proximè ſucceſſit in Archiepiſcopatum Bituricenſem Landrarius ſeu Laudarius, is in Patriarchio Bituricenſi [c] prædicatur *homo certè diuino ſpiritu plenus, necnon literis cùm humanis tum diuinis haud mediocriter inſtitutus.* Auctor illius operis Bituricas, quas anno priore, Pippini Regis vndecimo, captas aſſeruimus, expugnatas affirmat anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo, Landrarij Pontificis anno primo. Verùm reſtituendus annus Chriſti ſeptingenteſimus ſexageſimus-ſecundus, Bertellanni ſeu Berlanni Metropolitæ vndecimus, vt ex prædictis liquet.

XI.

[d] Tom. 4 in Mon Iurenſi.

PIPPINVS MVNIFICVS ERGA MON. CONDATESC.

A Sammarthanis in Gallia Chriſtiana [d] laudatur Diploma hoc anno, Pippini Regis duodecimo datum, in quo Hilppolytus tunc Abbas Monaſterij Condateſcenſis commemoratur. Hic aliàs, cùm Abbas prædicti loci iam eſſet, factus fuerat Epiſcopus Bellicenſis, & vtroque munere per aliquot annos functus Epiſcopatum dimiſerat, retento prænominati

Cœnoblj tegimine. Quapropter in Catalogo Bellicenſium Epiſcoporum AN. CH.
à Guicbenono commendatur non tantùm vt Epiſcopus, ſed etiam vt 763.
Abbas, cuius temporibus, vt idem Auctor è Tabulario Condateſcenſi re- PIPPINI
fert, *Pepinus Rex dedit huic Cænobia Taſſonam, & Priuilegium, in quo* R. 12.
*multa indulſit, & inter alia contulit eidem authoritatem fabricandi mo-
netam.*

In Geſtis Epiſcoporum Autiſſiodorenſium, Hainmarus, poſtquàm Epi- XII.
ſcopatum annis quindecim tenuit, eum ſponte abdicat ſubrogato Theo- EPISCOPI
dranno. *Theodrannus adhuc ſuperſtite Hainmaro ex eius conſenſu eſt ordi-* AVTISSIO-
natus Epiſcopus. Hæc prædictorum Geſtorum [a] Auctor, qui & iſta de an- DOR.
nis Hainmari Epiſcopi præmittit [b]. *Hainmarus vocatus Epiſcopus tenuit*
Principatum annos XV. Id eſt, ab anno Chriſti ſeptingenteſimo duode-
quinquageſimo ad hunc vſque annum. Lege quæ de Chronologia Epi-
ſcoporum Autiſſiodorenſium ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadra-
geſimum-octauum [c] dicta ſunt. Quot annos Hainmarus poſt abdicatum
Epiſcopatum vixerit, præcitatus Auctor haud prodit. Agemus de illius
nece poſt biennium. Interim audi quàm munificens erga Eccleſias fuerit.
*Quaſdam res proprietatis ſua Eccleſiis Dei fideliter diſtribuit, conſilium &
ordinationem nactus Domini Theodranni iam tunc ex ſua voluntate ordi-
nati Pontificis. Dedit itaque Baſilica Sancti Stephani ad ſtipendium Clerica-
rum ibidem Deo deſeruientium villam, qua dicitur Matriacus, ſitam in pa-
go Senonico, cum adificiis, mancipiis, vineis, ſyluis, & vniuerſis appen-
diciis ſuis. Item in pago Autiſſiodorenſi, ad Xenodochium pradicta matris
Eccleſia, villam, qua dicitur Miliacus, & alteram, qua vocatur Viriliacus, cum
omnibus appendiciis earum. Ceterùm Baſilica Sancti Germani, ad ſtipendium
Monachorum, villam, Abundiacum nomine, ſitam in pago Autiſſiodorenſi,
cum adificiis, mancipiis, ſyluis, & omnibus appendiciis ſuis. Item in pago
Vaſtinenſi villam, qua dicitur Pons Maxentij, ſimiliter cum appendiciis
ſuis. Dedit idem ad Xenodochium eiuſdem Baſilica Domini Germani villas
ſitas in pago Autiſſiodorenſi, hoc eſt, Nigrontum cum appendiciis ſuis
Linerolas quoque ſimiliter cum appendiciis ſuis, ſimúlque Lagunas.*

[a] Cap. 28.
[b] Cap. 27.
[c] Num. 52.

Ex breui Chronico Sancti Theodorici Vcetienſis, à Sammarthanis in XIII.
Gallia Chriſtiana commendatur Nimbriſius Archiepiſcopus Narbonen- NARBO-
ſis, magnæ vir auctoritatis ac ſanctitatis, qui Sigipertum Vcetienſem NENS.
Epiſcopum ordinaſſe fertur *anno 773*, ſed mendum in Characteres Chro- VCETIENS.
nologicos irrepſit, expunctóque anno 773, ſcribendus videtur annus 763,
quia Daniel Nimbriſij ſucceſſor anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſi-
mo-nono iam ſedebat, vt ex Romana Synodo tum celebrata liquet. Re-
gnante igitur Pippino, Narbonenſis Archiepiſcopatus penes Nimbriſium
Metropolitam, & Epiſcopatus Vcecienſis penes Sigipertum fuit. Vlti-
mis quoque Pippini Regis temporibus, penes Michaelem fuit Epiſco-
patus Luteuenſis, vt ex Stephani Quarti Papæ literis à Bernardo Guido- LVTEVENS.
nis aliàs allegatis probat Ioannes Plantauitius in Hiſtoria Præſulum Lo-
douenſium [d]. De ceteris autem Epiſcopis eiuſdem prouinciæ, de Biter-
renſibus, de Agathenſibus, de Nemauſenſibus, de Magalonenſibus, de
Carcaſſonenſibus & Helenenſibus, itémque de Gerundenſibus, & Barcino-
nenſibus in Hiſpania, nihil occurrit, quod in Pippini Regnum incidiſſe
pro certo pronuntiemus, quamuis haud inficiemur ſermonem nobis ſub
Carolo Magno futurum de nonnullis illarum Sedium Epiſcopis, quos XIV.
ſuſpicari licet ad Infulas Pontificales aſſumptos fuiſſe Pippino ſuper- AVRISCAN-
ſtite. DVS FIT EP.
REDONENS.

[d] Num. 27.

In Armorica Sancta Auriſcandus * Secundus ordinatur hoc anno Re-
donenſis Epiſcopus, ſedétque diutiſſimè. XV.

* Orſcand.

Hoc eodem anno, ſi Siluanectenſis Annaliſta Chronologiam An- EPISCOPI
tiſtitum Siluanectenſium benè aſſecutus eſt, obiit Antalfidus ſiue Antal- SILVANECT.

AN. CH. 763.

fridus Siluanectenſis Epiſcopus, qui poſt Vulfredum ab anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-tertio Pontificatum per annos decem geſſerat. Antalfrido ſucceſſit in Epiſcopatum Betolinus ſeu Bertolinus, qui Diœceſim Siluanectenſem annis octo gubernauit.

AN. CH. 764. PIPPINI R. 13.

ANNVS
CHRISTI 764.
PIPPINI R. 13.

I. PIPPINVS octauo Kalendas Aprilis, annu Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-quarto, Paſcha celebrauit *in Longlar.* Deinde generalem Francorum Conuentum habuit Wormatiæ, nec vllam in partem duxit exercitum. *Habuit*, inquit Annaliſta Tilianus, *Placitum ſuum ad Wrmatiam, & nullum iter faciens celebrauit Natale Domini in Cariſiaco.* Eadem ſcribunt Annaliſtæ, Loiſelianus, Laureshamenſis, Bertinianus & Metenſis, necnon Regino. In Annalibus Petauianis & Maſciacenſibus Conuentus Wormacienſis anno ſuperiore perperam collocatur, omittendum tamen non videtur, quòd teſtibus iiſdem Annalibus *Pippinus* in illu Conuentu Wormacienſi *dedit Comitatus dilectis filiis ſuis*, id eſt, Carolo & Carolomanno.

PLACITVM WORMATIENSE.

II. Cur Pippinus nullam in partem exercitum hoc anno duxerit, rationem hanc afferunt Annaliſtæ, Loiſelianus, Laureshamenſis, Bertinianus ac Metenſis, cum Reginone, quòd cauſas pertractaret, quæ inter illum & Waifarium ac Taſſilonem erant. Clarior ac politior ceteris eſt textus hic Annaliſtæ Laureshamenſis. *Rex Pipinus diſtracto in diuerſa animo propter duo bella, Aquitanicum ſcilicet iam olim ſuſceptum, & Baioaricum propter Taſſilonis Ducis defectionem ſuſcipiendum, populi ſui generalem Conuentum habuit in Wormacia ciuitate, dilatáque in futurum expeditione, illo anno domi ſe continuit.*

III. Thaſſilo, velut deſertor, bello caſtigandus videbatur, ne clientum quiſquam deinceps impunè ſe Regis iniuſſu à caſtris abſceſſurum putaret. Iram tamen Pippinus ſapienter diſſimulauit, quia bello nondum defunctus erat Aquitanico, nec, quandiu ſuperſtes vixit, contra Boioarios quidquam molitus eſt, ſingulis annis, vt infrà oſtendemus, in Aquitaniam coactus proficiſci. Virgilium Hybernum, quem *ferè duobus annis* in ſuo comitatu retinuerat, in Boioariam hoc annu miſit, vt Saliſburgenſis Eccleſiæ, quæ Paſtore tum carebat, Epiſcopus ordinaretur. Regiæ voluntati non eſt refragatus Thaſſilo, Virgilium benigniſſimè ſuſcepit. Extat huius Epiſcopi vita, cuius Auctur per illa tempora maximam amicitiam interceſſiſſe putat Pippinum inter & Ducem Baioariæ, quem vocat Ottilonem in eorum opinione, qui Vtilonem ſiue Odilonem vel Otilonem Thaſſilonis patrem ad annnm Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-quintum peruenisſe fabulantur. Textus ſic editus eſt. *Temporibus Ottilonis Ducis Bauariorum, qui tunc cum tota Norica prouincia ſubiectus fuit prædicto Regi Francorum, SaltZburgenſis Eccleſia, quæ ab antiquo vocabulo à iuuando dicta fuit. Iuuauia, proprio carebat Epiſcopo, ſed Rex Pipinus Princeps per omnia Chriſtianiſſimus, ad incrementum Eccleſiæ non modico ſuſpirans deſiderio, Epiſcopatum SaltZburgenſem, pro debito Regiæ magnificentiæ, Sancto conceſſit Virgilio, eúmque prænominato Duci Noricorum, vtpote amico cariſſimo, tranſmiſit, ſummo cum honore excipiendum.* Ottilonis loco, cuius obitus in annum Chriſti ſeptingenteſimum duodequinquageſimum incidit, Thaſſilonem eius filium

VIRGILIVS IN BOIOARIAM MITTITVR, VT ORDINETVR EP. SALISBVRG.

ſic

AN. CH. 764. PIPPINI R. 13.

ſic reſtitue. *Temporibus Thaſſilonis Ducis*, &c. Deinde has dele voces, *vtpote amico cariſſimo*, quia tempori non conueniunt, iiſque expunctis, vltimam textûs partem ſic repone, *cúmque pranominato Duci Noricorum tranſmiſit, ſummo cum honore excipiendum.* In dubium non vocamus, quin à Thaſſilone Duce Virgilius ſummo eum bonore ſit exeeptus. Hunc Hondius *à Stephano Papa & Pipino Rege Francorum ad adminiſtrationem Epiſcopatûs Iuuauienſis* deſtinatum tradit. At Auctor vitæ nullam Stephani Papæ ptidem mortui mentionem facit. Vacabat Epiſcopatus Saliſburgienſis ab annis quinqoe. Virgilius, cùm vnctionem Epiſcopalem ſuſcipere nondum vellet, in Boioariam Epiſeopum ſecum duxit, qui venientem ex Hybernia fuerat comitatus. *Vir Domini diſſimulatâ ordinatione fermè duorum annorum ſpatiis, habuit ſecum laboris & corona participem Epiſcopum, comitantem de patria, nomine Dobda, ad perſoluendum Epiſcopale officium. Poſteà ad inſtantiam populi, necnon aſſidua Coepiſcoporum ſuorum exhortatione inductus, ab ipſis vnctionem Epiſcopalem ſuſcipere conſenſit*, vt ex eodem Biographo poſt biennium narraturi ſumus. Interim Monaſterio Sancti Petti cum Abbatis titulo præfuit, illiúſque Cœnobij curam ad annom vſque Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum-tertiom geſſit.

VNCTIONEM EPISCOPALEM NON VVLT SVSCIPERE.

VTITVR DOBDA CHOREPISCOPO.

IV. THASSILO DVCIT VXOREM.

Hæc omnia tranquillam quietámque Boioariam oſtendunt, licèt ſub idem tempus Thaſſilo Pippini Regis animum grauiter adhuc exulcerarit, ductâ in vxorem Luitpurgâ, Deſiderij Longobardorum Regis filiâ. Pacem non ita coluit Aquitania. Nam teſte Anonymo in geſtis Pippini, *facta eſt longa altercatio inter Pipinum Regem Francorum & Waifarium Aquitania Principem. Pipinus Rex, Deo auxiliante, magis ac magis creſcens, & ſemper in ſeipſo robuſtior factus eſt. Pars autem Waifarij & eius tyrannitas decreſcens quotidie.* Et ex eiuſdem Auctoris calculo tres pugnæ, in quibus, vt ſtatim dicemus, pars Pippini licèt abſentis ſéque domi continentis ſuperior extitit, ad hunc annum pertinent. Anno enim pòſt ſecundo Anonymus ille ſynchronus Conoentum Aurelianenſem conſignat, quem anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-ſexto celebratum veteres Annaliſtæ, Loiſelianus, Lauteshamenſis, Tilianus, Bertinianus, ac Metenſis, cum Reginone teſtantur.

AQVITANI PROFLIGANTVR, A PIPPINI DVCIBVS,

V. IN SEPTIMANIA;

Primò, Waifarius Mancionem Comitem conſobrinum ſuom alióſque Comites direxit, qui Francis inſidias collocarent in agro Narbonenſi, ſciebat enim ſolitos à Pippino mitti frequenter milites, qui Narbonem propter Saracenorum metum præſidio firmarent tuerentúrque. Contigit autem, vt Auſtraldus & Galemanius Comites Narbone redeuntes inciderent in globum Aquitanorum, quos vnà cum Mancione interemerunt paucis fugâ vix elapſis. *Waifarius Princeps ſemper contra pradictum Regem Pipinum inſidias parare diſſimulat. Nam Mancionem Comitem conſobrinum ſuum partibus Narbona cum reliquis Comitibus tranſmiſit, vt cuſtodias, quas pradictus Rex Narbonam, propter gentem Saracenorum, ad cuſtodiendum miſerat, ne aut intrarent, aut ſi quando iterum in patriam reuerterentur, capere aut interficere ſuos poſſent. Factum eſt autem, vt Auſtraldus Comes & Galemanius itémque Comes cum paribus eorum ad propria reuerterentur, hic Mancio vnà cum multitudine gentis Waſconorum ſuper eos irruit, fortiter inter ſe dimicantes. Pradictus Galemanius & Auſtraldus ibidem Mancionem & vniuerſos pares ſuos, Deo adiuuante, interficiunt. Hac cernentes Waſcones terga vertunt, omnes equites, quos ibidem adduxerant, amiſerunt. Montes valléſque pernagantes, pauci tamen vix fugaciter euaſerunt. Ipſi verò cum prada, vel equitibus *, & ſpoliis cum gaudio reuerſi ſunt ad propria.*

* id eſt, equis

VI. IN BVRGVNDIA,

Secundò, idem Comes Auſtraldus & Adalardus Comes Cabilonenſis commiſſâ pugnâ in territorio Lugdunenſi victores facti necarunt Chilpin-

AM. CH. 764 PIPPINI R. 13.

gum Aruernorum Comitem in Burgundiam auſum prorumpere. *Dum his & aliis modis Franci & Waſcones ſemper inter ſe altercarent, Chilpingus Comes Aruernorum, collecto vndique exercitu, in pago Lugdunenſi, in Regno Burgundiæ ad prædandum * ambulare nitebatur. Contra quem Adalardus Comes Caualonenſis * & Auſtraldus itémque Comes cum paribus eorum contra eum venientes, & ſuper fluuium Legeris fortiter inter ſe dimicantes, ſtatim Chilpingus Comes in eo prælia à ſupraſcriptis Comitibus occiſus eſt, & multi, qui cum eo venerant, ibidem interfecti ſunt. Hæc videntes Waſcones terga vertunt. Vix pauci ſyluis & paludibus ingreſſis euaſerunt.*

* prædandum
* de Chalon ſur Saune.

VII. Tertiò, Comes Pictauenſis, Amanugus nomine, cùm Turonenſem regionem vaſtaret, ab hominibus Wlfardi Abbatis Sam-Mattiniani cæſus occubuit. *Amanugus Comes Pectauenſis, dum Turonicam infeſtatam prædaret, & ab hominibus Wlfardi Abbatis Monaſterÿ beati Martini interfectus eſt, & plures, qui cum eo ibidem venerant, cum ipſo pariter ceciderunt. Reliqui qui remanſerant, terga vertentes, pauci vix euaſerunt.* De Wlfardo Abbate Sancti Martini Turonenſis ſæpè iam locuti ſumus.

IN AGRO TVRONENSI.

VIII. Remiſtanus ſeu Remiſtanius, Waifarij Ducis patruus, tot cladibus Aquitanorum territus, ad Pippinum confugit, datis fidei ſacramentis, cùm eius tum filiorum ſe clientem perpetuò fore promiſit, & à Rege perhumaniter ſuſceptus, Argentono Caſtro, quod ſtatim reparatum eſt, necnon mediæ parti territorij Bituricenſis cum copiis præfectus eſt. *Dum hæc agerentur, Remiſtanus auunculus*, id eſt patruus, *Waifarÿ, ad prædictum Regem veniens, ſacramenta multa & fidem prædicto Regi Pipino promiſit, vt ſemper fidelis tam prædicto Regi, quàm & filiis ſuis omni tempore eſſe deberet. Rex verò Pipinus in ſuam ditionem eum recepit, & multa munera auri & argenti, & pretioſa veſtimenta, equites *, & arma largiendo, eum ditauit. Rex Pipinus Caſtrum, cui nomen eſt Argentonus *, in pago Bitorino, à fundamento, miro opere, in priſtinum ſtatum reparare iuſſit. Comites ſuos ibidem ad cuſtodiendum mittens, ipſum Caſtrum Remiſtano ad Waifario reſiſtendum, cum eis medietatem pagi Bitorini vſque ad Carum * conceſſit.* Auunculum in hoc textu patruum interpretamur, quia Remiſtanus apud eundem Anonymum, vt alio loco dicemus, *filius Eudone* nuncupatur, id eſt, filius Eudonis Ducis, qui per Hunaldum filium auus Waifairij Ducis fuit. Ergo Remiſtanus patruus extitit eiuſdem Waifarij, fratérque Hunaldi & Hattonis, quos Tomo ſuperiore [a] filios Eudonis Ducis ex Annaliſta Metenſi probauimus.

REMISTANVS WAIFARII PATRVVS FIDEM PROMITTIT PIPPINO EIVSQVE FILIIS.
* id eſt, equos
* Argenton.
* le Cher.
a ad an. 735. n. 2.

IX. Waifarius, cùm nullum locum imperuium Regiæ poteſtati cerneret, Claromonte Caſtro præualido, Biturícíſque, vrbe munitiſſimâ, totius Aquitaniæ primariâ, expugnatis, clariſſimas quaſque Ciuitates ſuæ Præfecturæ Caſtelláque omnia mutis nudari iuſſit. *Videns prædictus Waifarius Princeps Aquitanicus, quòd Caſtrum Claremontis*, anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-primo, *Rex bello ceperat, & Bituricas caput Aquitaniæ, munitiſſimam vrbem*, anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo ſecundo, *cepiſſet, & impetum eius ferre non potuiſſet, omnes ciuitates, quæ in Aquitania prouincia ditionis ſuæ erant, id eſt, Pectauis, Lemodicas *, Sanctonis, Petrecors *, Equoliſma, & reliquas quamplures ciuitates & caſtella, omnes muros eorum in terram proſtrauit.* Denique narrationem, quæ pertinebat ad hunc annum, ſic idem clauſit Anonymus. *Omnes muros eorum in terram* Waifarius *proſtrauit. Quos poſteà præcelſus Rex Pipinus reparare iubet, & homines ſuos ad ipſas ciuitates cuſtodiendum dimiſit.*

VRBES AQVITANIÆ NVDANTVR MVRIS A WAIFARIO.
* Limoges.
* Perigueux.
REPARANTVR IVSSV PIPPINI.

X. In literis Epiſcoporum è Synodo apud Cariſiacum anno Chriſti octingenteſimo duodeſexageſimo celebrata miſſis ad Ludouicum in Germania regnantem, cùm is, ad occupandum Caroli fratris ſui Regnum, ſeditioſorum impulſu veniſſet, narratur fabula de Caroli Martelli damnatione,

quam ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-nonum [a] refutauimus; deinde hæc de Pippino einſdem Caroli filio ſubijciuntur. *Quod cognaſcens filius eius Pippinus, Synodum apud Liptinas congregari fecit, cui præfuit cum Sancto Bonifacio Legatus Apoſtolicæ Sedis Georgius nomine. Nam & Synodum ipſam habemus, & quantumcumque de rebus Eccleſiaſticis, quas pater ſuus abſtulerat, potuit, Eccleſiis reddere procurauit. Et quoniam omnes res Eccleſiis, à quibus ablata erant, reſtituere propter concertationem, quam cum Waifario Aquitanorum Principe habebat, non prævaluit, precarias fieri ab Epiſcopis exinde petiit, & nonas ac decimas ad reſtaurationes tectorum, & de vnaquaque caſata* XII *denarios ad Eccleſiam, vnde res erant beneficiatæ, ſicut in libro Capitulorum Regum habetur, dari conſtituit, vſque dum ipſæ res ad Eccleſiam reuenirent.* At ſi Liptinarum ſitum attendis; ſi tempus, quo Synodus habita; denique ſi Decreta Synodalia conſulis, textus proximè citatus potiorem non meretur fidem, quàm qui de Caroli damnatione præmiſſus eſt. Erant in Carolomanni Maioratu Liptinæ. Pippinus igitur eius frater *Synodum apud Liptinas congregari* non fecit. Anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quarto Synodus apud Liptinas celebrata, Childerico Tertio cum Rege, Waifario verò nondum Aquitanorum Duce. Inde autem non tantùm colligimus, quòd ſi Pippinus in Concilio Liptinenſi *precarias fieri* de rebus Eccleſiaſticis *ab Epiſcopis petiit*, huius nouitatis cauſa non eſt in Waifarium refundenda, qui tumultum in Aquitania ciuerit, ſed etiam quòd Synodo Liptinenſi non interfuit Georgius Epiſcopus, qui longè ſeriùs in Franciam à Stephano Tertio Papa cum Ioanne Sacellario miſſus eſt, & anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſeptimo non Liptinenſi ſed Compendienſi Concilio cum eodem Ioanne interfuit, vt ex pleriſque Canonibus huiuſce Synodi conſtat; ex nono, ſic, *Georgius Epiſcopus Romanus*, id eſt, Româ directus, *& Ioannes Sacellarius ſic ſenſerunt*; ex vndecimo, ſic, *conſenſerunt Georgius Epiſcopus Romanus & Ioannes Sacellarius*; item ex duodecimo, ex decimo-tertio, ex decimo-ſeptimo, & ex duodeuiceſimo, ſic, *Georgius conſenſit.* In Concilio Liptinenſi nulla nonarum ac decimarum facta mentio. Canon Liptinenſis talis eſt. *Statuimus*, inquit Carolomannus, *cum conſilio ſeruorum Dei & populi Chriſtiani, propter imminentia bella & perſecutiones multarum gentium, quæ in circuitu noſtro ſunt, vt ſub precario * cenſu aliquam partem Eccleſialis pecuniæ in adiutorium exercitûs noſtri cum indulgentia Dei aliquanto tempore retineamus, eâ conditione vt annis ſingulis de vnaquaque caſata ſolidus, id eſt, duadecim denarij, ad Eccleſiam vel Monaſterium reddantur; eo modo, vt ſi moriatur ille, cui pecunia commendata fuit, Eccleſia cum propria pecunia reueſtita ſit. Et iterum ſi neceſſitas cogat, vt * Princeps iubeat, precarium renouetur, & reſcribatur nouum, & omnino reſeruetur, vt Eccleſiæ vel Monaſteria penuriam paupertatémque non patiantur, quorum pecunia in precario præſtita eſt, ſed, ſi paupertas cogat, Eccleſiæ vel domui Dei integra reddatur poſſeſſio.* Canon hic, qui ſecundus inter Liptinenſes numeratur, libro quinto Capitularium inſertus reperitur, capitulo tertio, cúmque totus ſit de pecunia Eccleſiaſtica ſub precario cenſu in ſubſidium exercitûs præſtanda, præcipit quidem, vt de vnaquaque caſata duodecim denarij dentur ad Eccleſiam, vnde res fuerint beneficiatæ, ſed nullum de nonis ac decimis verbum habet, quicquid dicant Auctores literarum, quarum fragmentum ſuprà recitauimus. Non ideò tamen inficiamur Pippini Regis ac Waifarij Ducis temporibus, hoc circiter anno ſtatutum, vt Eccleſiis præter precarium cenſum nonæ decimæque ſoluerentur. De nonis enim ac decimis ſub Carolo Rege Pippini filio poſteriſque frequens occurret mentio. Quin & libro ſecundo [b] Capitularium ipſemet Carolus de nonis ac decimis déque Pippino parte ſuo ſic loquitur. *De nonis quidem & decimis, vnde & ge-*

AN. CH. 764.

PIPPINI R. 13.

[a] Nn. 4. & ſeqq.

* ſub precario & cenſu

* aut Princeps

NONÆ ET DECIMÆ CVM PRECARIO CENSV SOLVENDÆ.

[b] Cap. 21.

AN. CH 764. PIPPINI R. 13. *nitor noſter, & nos frequenter, & in diuerſis Placitis admonitionem fecimus, & per Capitularia noſtra qualiter hæc obſeruentur ordinauimus, volumus atque iubemus, vt de omni conlaborato, & de vino & fœno fideliter & pleniter ab omnibus nona & decima perſoluatur.* Ceterùm nonam & decimam interpretare quintam partem totius, in decem nempe partes diuiſi, iuxta Canonem decimum-tertium Synodi Lingonenſis in Concilio apud Saponarias anno Chriſti octingenteſimo vndeſexageſimo relectæ, vt ad illum annum fuſiùs dicemus.

XI. Pippinus, vt ſuum ſtudium erga Sedem Apoſtolicam ac Paulum Pontificem in dies magis ac magis teſtaretur, Anthymum Spatarium & Syneſium Eunuchum, Conſtantini Auguſti Oratores, nec videre nec audire voluit, niſi præſentibus Legatis Apoſtolicis; diſputationibus interfuit, quas vtrique inierunt inter ſe de obſeruatione fidei Orthodoxæ & pia Patrum traditione; poſteà cum Anthymo, qui Conſtantinopolim redibat, ſuos quoque miſit Oratores, per quos Imperatorem cunctis de rebus certiorem fecit; Romam verò direxit Flauinum Capellanum vnà cum Legatis Apoſtolicis Ioanne Subdiacono & Abbate atque Pamphilo Defenſore Regionario, per quas deferri curauit ad Papam non literas modò, quæ geſti negotij ſeriem omnem complectebantur, ſed & exemplar ipſarummet quas acceperat à Conſtantino, vel eidem Imperatori reſcripſerat. Paulus ampliſſimas gratias egit, miſſo protinus Legato cum literis, quæ fidem rerum ſuprà memoratarum faciunt, atque inſuper explicant quid Pontifex in cauſa Thaſſilonis egerit. Thaſſilo Dux Boioariorum, poſtquàm à Pippino receſſit, Paulum Pontificem ſæpiùs rogauit, vt pacis inter eum ac Pippinum componendæ causâ Legatos in Franciam mitteret. Annuit Paulus, Philippum Preſbyterum & Vrſum cum literis ad Pippinum

* Papie. direxit menſe Maio, ſed illi, cùm Ticinum * veniſſent, à Deſiderio Longobardorum Rege, qui filiam ſuam in matrimonium Thaſſiloni vel iam collocarat, vel breui ſe collocaturum ſperabat, prohibiti ſunt vlteriùs progredi. Quo comperto Pontifex eaſdem literas ad Pippinum tranſmiſit per alium Legatum, quem iam inſinuauimus ab eo directum in Franciam ſtatim ac prædicti Ioannes & Pamphilus Romam reuerſi fuerunt. Iniuriâ temporum perierunt hæ literæ, & Thaſſilo non legitur in gratiam cum

[a] Ep. 20. Pippino rediiſſe. Sed in Codice Carolino [a] aliæ occurrunt literæ, quas in rerum ſuperiùs enuntiatarum confirmationem hîc deſcribemus.

XII. LITERÆ PAVLI PP. AD PIPPINVM. *Domno Excellentiſſimo filio & noſtro ſpiritali compatri, Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum, Paulus Papa. Cùm Regalis potentia culmen plùs fidei virtute quàm bellatorum armis videatur præſidio & fortitudine circumtegi, quid mirum, Excellentiſſime & verè Orthodoxe Regum, ſi ſtudiorum veſtrorum conatus, ad protegendum Dei inſtitutionem ac fidei Chriſtianorum cenſuram, impenſiùs imminere non deſiſtat? Et ob hoc & cæleſtis vobis victoria datur, & proſpera à Redemptore noſtro credite præcellentia veſtra fore largitura. Remeantibus ſiquidem ad nos Miſſis noſtris, quos ad veſtram præclaram Excellentiam directos habuimus, Iohanne videlicet Subdiacono & Abbate atque Pamphilo Defenſore Regionario ſpiritalis matris veſtræ Sanctæ noſtræ Eccleſiæ, vnà cum veſtro Miſſo Flauino Capellano, attulerunt nobis honorabiles & nimis deſiderabiles Chriſtianitatis tuæ literas, quas cum nimio iocunditatis gaudio ſuſcipientes ac relegentes, protinus earum adſertio, tanquam ſuauitatis flagrantiâ nos afficiens, ac ſalutaris prouidentia fomento medens, lætos effecit. Porrò, Chriſtianiſſime Rex, amantiſſime fili, & ſpiritalis compater, innotuit Benignitas veſtra, qualiter noſtri ac Imperatoris Miſſi à vobis ſuſcepti ſunt, & quemadmodum illis, de ſingulis, quæ præclaro culmini veſtro affati ſunt, reſpondere ſtuduiſtis, eos, pro amore fautoris veſtri beati Petri, nequaquam ſuſcipi, aut illis reſponderi adquieſcentes abſque noſtrorum Miſſorum præſentia. Sed & ipſi noſtri*

AN. CH. 764. PIPPINI R. 13.

Legati ea ipſa nobis retulerunt. Vnde licèt nos ob tantam cordis veſtri ſinceram affluentiam, quam, erga ſpiritalem matrem veſtram, Dei Eccleſiam, & noſtram fragilitatem, habere videmini, digna rependere non valemus. Eſt tamen protector veſter Dominus Deus noſter, qui vos regnare iuſſit, & ſanctam ſuam Eccleſiam ad defendendum vobis commiſit, qui dignam præmiorum in præſenti ac futura vita Præcellentiæ veſtræ rependere poteſt remunerationem. Itaque & literas, quas vobis, ſimulationis & illuſionis cauſâ, ipſi Imperiales Miſſi attulerunt, nobíſque à vobis directas ſuſcipientes, earum agnouimus ſeriem, & omnino in hoc Benignitatis veſtræ pia conſideratio exultationis lætitiam nobis intulit, quia verè conſtat, non pro humano fauore, ſed pro Dei timore, ita vos peregiſſe. Sed & ea, quæ præfati noſtri Miſſi, cum Imperialibus Miſſis, de obſeruatione fidei Orthodoxæ, & piæ Patrum traditione, in veſtri præſentia, diſputantes altercati ſunt, nobis liquidiùs per eadem veſtra ſcripta innotuiſtis, ſimúlque & exemplar literarum, quas præfato Imperatori direxiſtis, reſponſionis quippe modum & ſolutionem petitionum, de his, quæ ab eo vobis intimata ſunt, nobis dirigere à Deo illuſtrata Excellentia veſtra annuit: verùm etiam & quemadmodum eiſdem Imperialibus Miſſis reſponſum dediſtis, & vnum ex eis, Anthymum * nempe Spatarium, cum veſtris Miſſis Regiam direxiſtis vrbem, & alium, videlicet Syneſium Eunuchum, apud vos detinuiſtis, ſimili modo nobis minutiùs intimaſtis, agnitíſque omnibus, à vobis, pro exaltatione Sanctæ Dei Eccleſiæ, & fidei Orthodoxæ defenſione, peractis, lætati ſumus gaudio magno, & ita nobis placabilia exiſtunt, ſicut certè, non hoc humano conſilio, ſed Dei prouidentiæ intuitu, vos talia egiſſe ac reſpondiſſe ambiguum non eſt. Verè enim, Domine Rex, fili Chriſtianiſſime, & ſpiritalis compater, Spiritus Dei intimi cordis tui illuſtrat piam conſiderationem, & qui Spiritûs Sancti gratiâ redundat, non aliis, niſi quæ ſpiritalia ſunt, exuberat, quoniam cor potentiæ noſtræ in manu Dei conſiſtens, in ſuo procul dubio illud inclinat beneplacito. Direxiſtis ſiquidem nobis per eadem veſtra ſcripta ſignificantes, quòd nulla ſuaſionum blandimenta vel promiſſionum copia vos poſſit auellere ab amore & fidei promiſſione, quam beato Petro Principi Apoſtolorum, & eius Vicario prædeceſſori & germano noſtro Sanctæ Recordationis Domno Stephano Papæ polliciti eſtis, ſed in ea ipſa vos charitate & ſponſionis fide ſine tenus fore permanſuros. Et quidem nos, Præcellentiſſime Regum, experimento comperimus, & operibus comprobauimus, vos firmâ atque robuſtiſſimâ conſtantiâ in ea ipſa ſponſione in finem permanere, & in vobis confidimus, quòd ſi vniuerſi mundi theſaurorum copia in conſpectu veſtro offeratur ac tribuatur, nullomodo in aliam partem veſtram firmam & à Deo impulſam mentem declinare inflecteréque valebit, quoniam vos Omnipotens Dominus, præ cunctis Regibus ſeculi, elegit, & in vobis complacuit, vt veſtro certamine Sancta vniuerſalis Dei Romana Eccleſia, & caput omnium Eccleſiarum, ac firmamentum fidei Chriſtianæ, ab impugnatorum inſidiis liberata extitiſſet, & illud, quod à conſtitutione ſeculi Dominus per vos perfici decreuit, ecce mirabiliter operatum eſt. Vnde magnam poſt Deum in veſtro Regali culmine ſpei fiduciam habemus, quod perfectiùs ipſa Sancta Dei Eccleſia, atque hæc miſerrima & afflicta prouinciola à perfidia inimicorum liberetur, quia antiquus humani generis hoſtis non deſinit inimicorum corda pulſare, vt ſuas iaculentur ſolitè inſidias. Sed, bone Orthodoxe Rex, tuo ſolito certaminis præſidio, eorum cum Dei virtute ſtude confringere malitiam, vt Sancta Dei Eccleſia & populus eius peculiaris perfectiùs ob inimicorum ſæuitia liberetur, & merito ſuffragiis Apoſtolorum circumſepti, mercedis vobis in cælo repoſitam coronam conſequi mereamini. Direximus itaque Excellentiæ veſtræ, iuxta vt intimaſtis, ſignum noſtrum per præſentem Miſſum veſtrum. Intereà & hoc innoteſcimus Chriſtianitati veſtræ, quòd iam ſæpiùs nos petiſſe dinoſcitur Taſſilo Bauariorum Dux, vt noſtros Miſſos ad

* Anthi.

AN. CH. 764. PIPPINI R. 13.

*veſtram præclarom Excellentiam dirigi annuiſſemus, vt ea inter vos prouenirent, quæ pacis ſunt. Vnde nos datâ occaſione libentiſſimè noſtros Miſſos, id eſt, Philippum dilectum filium noſtrum Presbyterum, atque Vrſum noſtrum etiam fidelem, ad veſtri præſentiam viſi ſumus direxiſſe, tranſacto Maio menſe, eo videlicet modo, vt qualiter veſtro fuiſſet voluntas, ita peragere debuiſſetis. Et properantibus ipſis noſtris Miſſis vſque Ticinum, aduerſâ ſuſpicione arreptus Deſiderius Langobardorum Rex, minimè eos permiſit ad veſtram à Deo conſeruatam Excellentiam pertranſire, tamen & eaſdem literas, quas vobis dirigebamus, infra hac noſtra ſcripta Chriſtianitati veſtræ tranſmiſimus. Itaque & hoc à Deo protectæ Chriſtianitati veſtræ aptum duximus intimandum, quòd relectis Imperialibus literis, vobiſque delatis * per præfatos Anthymum Spatarium & Syneſium Eunuchum, quas nobis ob earum ſeriem intuendam, pro amore beati Petri fautoris veſtri, dirigere dignati eſtis, reperimus in eis adnexum, quòd veſtri ac noſtri homines, qui ipſas Imperiales ſyllabas, quæ vobis nobiſque directæ ſunt vel diriguntur, interpretantur non iuxta vt ibidem exaratum eſt, ſed aliud pro alio falsè interpretori audent, & Miſſi, qui inter partes properans, non ſicut illis iniungitur, ſed acceptilationis præmio corrupti, alia pro aliis deferunt. Et in hoc perpendat veſtra Excellentia, quanta eſt inimicorum malitia, dum contra animas eorum, non quæ veritatis ſunt, ſed per hanc occaſionis verſutiam iniqua proferunt mendacia in id, quòd nec ſuis nec veſtris ac noſtris credant Miſſis. Dum & vos ſatisfacti eſtis de veſtris hominibus, ſimili modo & nos de noſtris, quòd nullo modo hoc agere penitus præſumant, ſatisfaciat Omnipotens Deus, qui cordis ac renum ſcrutator eſt, melliſluum cor Excellentiæ veſtræ, quòd nequaquam noſtrum quiſpiam, vt ipſi adſerunt, talia agere perpetrauit. Sed in hoc vehementer idem Imperator iraſcitur, & occaſionis verſutias adhibet pro eo, quod nequaquam ſiluimus ei prædicandum ob conſtitutionem Sanctarum imaginum, & fidei Orthodoxæ integritatem. Nam illud in ipſis ſuis apicibus adſerunt, quòd dilectus filius noſter Chriſtophorus Primicerius & Conſiliarius, ſine noſtra auctoritate, nobis quaſi ignorantibus, ſuggeſtiones illas, quas ſæpiùs ei dreximus, feciſſet, & alias pro aliis eius ac veſtris Miſſis relegiſſet, & in hoc teſtem & iudicem proferimus Deum, quòd ita nequaquam eſt. Nihil enim ipſe noſter Conſiliarius extra noſtram voluntatem aliquando egit vel agere præſumpſit, quoniam noſtri prædeceſſoris ac germani, Domni Stephani Papæ, ſimul & noſter ſincerus atque probatiſſimus fidelis extitit, & in omnibus exiſtit, & ſatisfacti ſumus de eius immaculata fide & firma cordis conſtantia, & ob hoc, credimus, illud, quod nobis falsè profertur, non improperium, ſed brauij corona nobis à Deo computatur, & idcircò vtriſque nobis Dominus adiutor eſt, & non timebimus, quid nobis faciat homo. Habebimus enim, poſt Deum, & clypeum protectionis, & arma virtutis, veſtram à Deo illuſtratam præclaram Excellentiam. At verò Chriſtianitas veſtra ſuos iubeat inquirere Miſſos, & in omnibus vos ſatisfaciatis, quoniam mendacium contra nos idem adſeruit Imperator, eò quòd eam direximus ſuggeſtionem, eis relegentes pariter cum ipſis quæ direximus & confirmauimus, tamen & eius exemplar à nobis vobis directum apud vos habere videmini. His præmiſſis, flexis poplitibus, vnà cum vniuerſa plebe Dei, polorum cælorum opificem Dominum Deum verum exoramus, vt vobis præſentis vitæ longæuitatem cum magna de hoſtibus victoria concedat, & æterna gaudia, tam Excellentiæ veſtræ, quámque Chriſtianiſſimæ Reginæ filiæ & ſpiritali noſtræ commatri amantiſſimæ veſtræ coniugi, atque dulciſſimis natis excellentiſſimis Carolo & Carlomanno Regibus Francorum & Potriciis Romanorum, largiri dignetur. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.*

* deſertis.

XIII. Herlemundus, vt in Chronico Pontificum Cenomanenſium à Sammarthanis [a] allegato legitur, Epiſcopatum Cenomanenſem *rexit annis 9.*

[a] Tom. 2. Gall. Chriſt. in Ep. Cenoman. 16.

AN.CH. 764.

PIPPINI R. 13

Hoc igitur anno in Epiſcopali Cathedra ſedere deſiit. Iſtius mutationis cauſam Auctor eiuſdem Chroniei ſic affert. *A Gauzileno, cui deiecto ſubrogatus fuerat, per fraudem cæcatus oculis, recepit ſe ad fratrem ſuum Abbatem Cænobij, quod Duos Gemellos vocant, in pago Baiocaßino, ibique deuotiſſimè vixit.* Hanc abdicationis cauſam probare non poſſumus, quia Gauzilenus Herlemundo ad fratrem Abbatem profecto Epiſcopatum recepit. Gauzilenus autem, ſi Herlemundum per fraudem ad ſe vocatum excæcauit, nonne indignus Epiſcopatu? Spontaneam Herlemundi abdicationem exiſtimamus. Herlemundus ob pietatem & eruditionem plurimùm commendatur, ſeu multa paſſus à Gauzileno eiúſque conſanguineis & amicis, ſeu deſiderio tranquillioris vitæ captus, ſiue vtrâque permotus cauſâ dimiſit Epiſcopatum, ſeceſsitque in Gemellenſe Monaſterium Baiocaſſinæ Diœceſis, vbi frater eius Abbatiali munere fungebatur. Poſt Herlemundi receſſum, Gauzilenus Cenomanenſem Epiſcopatum recuperauit, ad meliorem, vt arbitramur, frugem tum conuerſus. Certè, vt Herlemundum à Gauzileno, ſic & Gauzilenum à Pippino excæcatum negamus, licèt auctor prædicti Chroniei Gauzileno pœnam talionis à Pippino inflictam, excæcatóque datum Chorepiſcopum ſic aſſerat. *Pipinus euocato Pariſios Gauzileno oculos erui iuſſit, & Chorepiſcopum ei Seufredum dedit.* Anno ſequenti, Gauzilenus, vt ſuo loco probabimus, Attiniacenſi Placito cum viginti-ſex aliis Epiſcopis & Abbatibus ſeptemdecim interfuit. Ad Conuentum adeò celebrem, cui procul à Diœceſi Cenomanica Rex quoque præſens aderat, Epiſcopum, ob oculos alteri Epiſcopo auulſos, pœnâ talionis impoſitâ, nuper eiuſdem Regis iuſſu excæcatum acceſſiſſe nemo ſani iudicij credet. Vixit in Epiſcopatu Gauzilenus ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum-ſecundum. Vſus eſt opera quatuor ſucceſſiuè Chorepiſcoporum, quorum primus fuit Seufredus. Vt Chorepiſcopos aſſumeret, non oculorum cæcitate, ſed rerum Eccleſiaſticarum inſcitiâ, quâ laborabat, prouocatus videtur.

HERLEMVNDVS ABDICATO SPONTE EPISCOPATV CENOMANENSI SECEDIT IN MON. GEMELLENSE.

GAVZILENVS EPISCOPATVM RECVPERAT.

XIV.

Antiquus Auctor, qui libellum de conſtructione nouæ * Corbeiæ conſtruxit, corpora beatiſſimorum Martyrum, Alexandri, Hippolyti & Viti, Româ in Galliam tranſlata docet, Pippino tum Rege, & Fulrado tum Abbate San-Dionyſiano, ſed annum, quo res geſta eſt, determinatè non notat. Poſt Conſtramnum, quem anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſeptimo ſuperſtitem in viuis oſtendimus, regimen Monaſterij San-Dionyſiani ſuſcepit Fulradus, incertum quoque quonam id anno contigit, Attiniacenſi Placito, quod anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-quinto habitum eſt, ſubſcripſit *Fulradus Abbas de Monaſterio S. Dionyſij*, iſque annis proximè ſequentibus ad obitum vſque Pippini Regis è Gallia non videtur exceſſiſſe. Quapropter hoc anno, quo *Rex Pipinus domi* [a] *ſe continuit*, fortè non temerè dixeris iter in Italiam ad conquirendas Sanctorum Reliquias à Fulrado Abbate tum San-Dionyſiano ſuſceptum fuiſſe. Vetus Auctor, quem ſuprà laudauimus, in libello ſuo ſic illa de re ſcribit [b]. *Eo tempore, quo Glorioſus Rex Pipinus Francorum regebat Imperium, fuit vir venerabilis Fulradus nomine, qui Monaſterium beatiſſimi Martyris Dionyſij ad regendum Sanctorum cœtum Monachorum ſuſceperat. Hic, cùm magno deſiderio æſtuaret, qualiter beatiſſimis Martyribus honorem debitum impendere potuiſſet, non eſt contentus eorum corpora ſola amplecti, quibus ſedulum exhibebat officium, ſed præfatum Principem adiit petiuitque, vt eum Romam ire permitteret, quatenus inde Sanctorum corpora ad præfatum Monaſterium aliqua, ſicut cupidus erat, transferre potuiſſet. Quod Princeps piiſſimus libenter accipiens, non ſolùm licentiam dedit, ſed & gratias pro tali deſiderio retulit. At verò venerabilis Abba ſtrennuos ac deuotos ſibi adiutores & ſocios ad hoc opus peragendum quærebat. Erat intereà vir laicus, ſed deuotus, eiuſdem Abbatis conſanguineus, qui multam habens hæredita-*

* *Corney ſur le Vueſer.*

[a] Annal. Lauresham.

[b] Ap. Ducheſn. Tom. 2. Collect. Hiſt. Franc.

TRANSLATIO SS. MM.

AN. CH. 764. PIPPINI R. 13. VITI,

tem ac familiam, filium non habebat. Vnde cogitare cœpit, quomodo hæreditatem ſuam Domino dicaret. Audiens verò iam dicti Abbatis deſiderium, petiuit ab eo, vt ſecum eum ire permittat. Cui cùm præfatus vir omne deſiderium ſuum aperuiſſet, diuinâ comitante gratiâ tale repererunt conſilium, vt corpuſculum beatiſſimi pueri ac ſacratiſſimi Martyris Viti à loco, quo poſitum erat, tolleret, atque in prædio ſuo diligentiſſimè poneret, Eccleſiam quoque eius nomini fabricaret, quæ, donante ſibi Domino, omnia compleuit. Quo in loco, diuinâ largiente clementiâ, per beati Viti Martyris merita multa hactenus oſtenduntur virtutes atque ſigna. Præfatus verò Abba tranſtulit corpora beatorum Martyrum Alexandri & Ipolyti. Poſt hæc cùm viri deuotiſſimi, qui in præfato Monaſterio degebant, beati Viti Reliquias apud præfatum virum eſſe didiciſſent, & qualiter pro Chriſti nomine ſanguinem fudiſſet, in eius paſſione perlegiſſent, totis viribus hoc agere decreuerunt, vt cum reliquorum Martyrum Reliquiis in Baſilica S. Dionyſij poneretur. Sed ille, qui eas tranſtulerat, omnem hæreditatem ſuam, ſeque cum ipſis Reliquiis Sancto Dionyſio tradi promittens, tandem obtinuit, vt in loco, quo poſita erant, eas manere permitterent. Manſit autem in eodem loco corpus beatiſſimi Martyris vſque ad annum XXIII. piiſſimi Imperatoris Ludouici, & octingenteſimum triceſimum-ſextum Incarnationis Dominicæ. Et inferiùs, locum ipſum, in qoo beatus Vitus qoieuit, donec in Saxoniam transferretur, collocat *in Diœceſi Pariſiaca.* Sauſſaius [a] autem locum illum perperam interpretatur Cœnobium Sancti Dionyſij. Sanctus Vitus duodecim annorum poer ſub Diocletiano Imperarore Martyrio coronatus eſt, nec ſcrupulum tibi moueat, quòd in libello ſuprà laudato *ſub Valeriani & Diocletiani temporibus paſſus* dicitur, hic enim Valerianus, vt ex Actis [b] ipſius Martyris conſtar, Præſes erat ſub Diocletiano Auguſto, diſtinguíque debet ab Imperatore Valeriano, cuius clades ac captiuitas annis duobus ac viginti Imperium Diocletiani antecesſerunt. Valerianus Auguſtus in manus Perſarum venir Gallieno Auguſto quartùm & Valeriano Cæſare Conſulibus, anno Chriſti ducenteſimo ſexageſimo-tertio, Diocletianus autem purpuram induir Carino & Numeriano Cæſaribus Conſulibus, anno Chriſti ducenteſimo octogeſimo-quinto. Lege Appararum Chronologicum noſtris Annalibus præfixum. Quod attinet ad Sanctos Alexandrum & Hippolytum, plures vtriuſque nominis inueniuntur Martyres. In Martyrologio Romano recenſentur Alexandri ſupra triginta, Hippolyti quinque. Non ignoramus Auctores eſſe, qui corpora Sanctorum Martyrum, Alexandri Papæ & Hippolyti à Sancto Laurenrio baprizati, ſcribant in Galliam à Fulrado delata, ſed deſunt probationes, quæ fidem adſtruere poſſint. Quicumque autem hi Martyres extiterint, Fulradus Abbas in Monaſterio ſuo Lebraha ſeu Leberaco corpus Sancti Alexandri depoſuit, & ad prædium ſuum Fulradouillare corpus Sancti Hippolyti detulit; atque vt Monaſteriom, quod ab amnè Lebera Leberacum priùs appellabatur, à Sancti Alexandri Reliquiis Monaſterium Sancti Alexandri poſteà nuncupatum eſt, ſic & Fulradouillare, quod à Fulradis nomen acceperat, Sancti Hippolyti Cœnobium ob eius Reliquias vocari cœpit, vulgò *Saint Bilt* nomenclaturâ valdè corruptâ, vt alibi iam notauimus [c].

[a] D. 15. Iun.

[b] Ap. Sur. d. 15. Iun.

ALEXANDRI ET HIPPOLYTI,

[c] Ad an. 749. n. 67.

XV. GORGONII, NABORIS, ET NAZARII.

Multò faciliùs deprehendi poteſt tempus, quo facta eſt Sanctorum Gorgonij, Naboris & Nazarij Tranſlatio. Sic enim ſcribit Annaliſta Petauianus. DCCLXV. *Venerunt corpora Sanctorum ab vrbe Roma in Franciam, Gorgonij, Naboris, Nazarij.* Et idem annus notatur à Rabano, Notkero, Mariano, aliíſque Scriptoribus, quos ad annum ſequentem allegabimos. At Reliquiarum ſuſceptionem, quam monumenta Gorzienſia quarto Idus Martij conſignant, antecesſerunt multa; quæ dubio procul apud Anonymum Gorzienſem in Hiſtoria de Tranſlatione Sancti Gorgonij Martyris ad hunc annum pertinent. *Chrodegangus Antiſtes* Metenſis, *cupiens*

ſæpedictum

AN. CH. 764. PIPPINI R. 13.

ſæpedictum locum, Gorzienſe videlicet Monaſterium, *abundantiùs cæleſtibus ditare theſauris, quem affluenter terrenis repleuerat, Romanum adiit Apoſtolicum, Paulum nomine, poſcens ſibi dari pignora aliqua Sanctorum, quæ has inſignirent partes regionis. Qui concitus, volente Deo, eius annuens precibus, tradidit ei tria corpora Sanctorum Martyrum, Gorgonij, Naboris, & Nazarij.* Hæc Monachus Gorzienſis, qui deinde peculiarem de Sancti Gorgonij Tranſlatione ſermonem ſic inſtituit. *Hoc ſolùm nobis volans fama detulit, quia cùm deferretur à Sancto Pontifice Chrodegango, tranſitâ Auſoniâ, per quam eum Dominus multis virtutum glorificauerat portentis, in qua etiam villas prædiáque adquiſierat quamplurima, ciues acciti famâ, deſiderióque eius accenſi, qui hæc illi contulerant, venerit plebs fidelium cum comitantium ad Sancti Mauricij Collegium. Quò cùm hoſpitarentur, Clerici famâ ſublimi, quæ longè latéque prolata erat, Martyris Chriſti irretiti, acceſſerunt clanculò ad ſcrinium, quo tegebantur pretioſa oſſa, aperientéſque eum, ſigillum eum omni diligentia ingenioſè, ne perpendi poſſet, inciderunt, furantes eum, ſigillúmque ipſum continuò reſtituerunt in loco ſuo. Igitur poſtquàm requieuerant, aduertentes quantùm ſibi viſum fuerat, ſublatis pignoribus ſacris diſceſſum eſt. Confecto itinere diei vnius nihil miraculi accidit, ſimiliter ſecundo addito & tertio. Archicapellanus hoc videns dixit ſociis. Quid eſt, fratres, quod agitur? Fortè Deum vnà cum Patrono noſtro offendimus, qui lætificat nos aſſiduè ſuis iocundis Miraculis. Redeamus ſubtiliter noſtras ad conſcientias, confiteamur alterutrum humiliter, ſi quid deliquimus negligenter, pro quo beneficiis ſuetis forſan caremus. Diligenter autem exquirentes ſe mutuò, minimè inuenerunt accidiſſe culpa ſua nævo. Accedentes igitur, aperto ſcrinio, ſigillum mox diſſiluit haud ab aliis tactum, ſuóque ſe inuenerunt fraudatos peculio. Indicantur lacrymabiliter Epiſcopo, quæ acciderant. At ille grauiter gemens Pippinum Regem tunc temporis mæſtus adiit, auribus Regiæ Maieſtatis ingerens quæ ſibi accidiſſent non ſperata incommoda. Cui Rex ait. Nunc hyems horrida imminens reptare quid prohibet; tranſactâ hyeme, ſumptis fratribus veſtris Coepiſcopis, Virdunenſe, Tullenſe, ac Duce Regni, adite præfatum locum, iubendo vobis reddi quæ veſtra ſunt; ſi contempſerint, ſumite Sanctum Mauricium cum ſociis ſuis, ac repedate in patriam ouantes habendo eos.* Quid ſecutum ſit, dicemus anno ſequenti. Tunc Agaunenſe ſeu Sancti Mauricij Monaſterium regebat Wilicarius Abbas, Archiepiſcopus quondam Viennenſis, de quo ſæpè iam locuti ſumus. Hiſtoriam, quam proximè citauimus, ex Codice Remenſi Bibliothecæ Remigianæ publicarunt nuperrimè Lucas Dacherius & Ioannes Mabillonus [a]. Auctor operis extitit Monachus Gorzienſis medio ſeculo decimo. Vt Adelberonis Epiſcopi Metenſis ætate quâ ſcripſit, ſic & Chrodegangi Metenſis Epiſcopi tempore, quo Reliquiæ Sancti Gorgonij Martyris in Gallias ex Italia delatæ ſunt, Clericos ſeu Canonicos in Agaunenſi Monaſterio fuiſſe credidit. At in illo Cœnobio Monachi ad Principatum vſque Ludouici Pij permanſerunt, vt in Agaunenſium Abbatum Catalogo ſub Adalongo teſtantur Sammarthani. In prædicta igitur narratione, vbi ſermo habetur de Agauno, Monachos pro Clericis, & Monaſterium Sancti Mauricij pro Collegio Sancti Mauricij repone. Quod attinet ad Epiſcopos Virodunenſem ac Tullenſem, Eccleſiæ Virodunenſi præerat Madelueus, Tullenſi Godo. Virodunenſem Epiſcopatum Madelueus, vt ſuo loco diximus, anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-tertio ſuſcepit. In Tullenſi Cathedra ſedebat Iacob, quando Gorzienſe Priuilegium ſuâ ſubſcriptione cum aliis Epiſcopis anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſeptimo communiuit; dimiſſo pòſt Epiſcopatu Monachum apud Gamundias induit, eique ſucceſſit in Pontificatum Godo, quem Robertus & Sammarthani *tempore Pipini* Tullenſem Epiſcopum agnoſcunt.

[a] Tom. 2. Sec. 3. Benedict.

AN. CH. 764. PIPPINI R. 13.

XVI.

MON. DONONIENSE CONDITVR

In Chronico Belgico ſic ad hunc annum ſcribit Locrius. *Anno 764. Sanctus Aldebertus, Auſtrouandiæ Comes, & Sancta Regina eius coniunx, Dononienſe Cænobium in Diœceſi Atrebatenſi ad Schaldim fluuium compo-nunt. Cui S. Ragenfredis eorum filia, primo dicitur Antiſtita. Quod in ordine dignitatem originis, morum honeſtate, & ſanctorum operum claritate, illuſtrauit. Porrò Virgines Dononienſes, non Monaſtica ſed Canonicæ ſeu regularis vitæ genus initio ſecutæ ſunt. Poſt Normannorum autem vaſtationem, Benedictinum inſtitutum ſunt complexæ.* Locrio facem prætulit Molanus. Hic enim octauo [a] Idus Octobris, quo die Sancta Ragenfredis colitur, ſic habet. *Apud Dononium, ſolennitas Sanctæ Ragenfredis * Virginis. Hæc patrem habuit beatum Aldebertum Comitem Auſtrouandiæ, & matrem Sanctam Reginam neptem Regis Pipini. Fundarunt autem Ragenfredi filiæ ex rebus ſui iuris Cellam ſeu Monaſterium Donony * ad Scaldim, in quo beata virgo præfuit, & dignitatem naturæ originis, morum honeſtate & ſanctorum operum claritate nobilitauit.* Sancta Regina neptis Pippini Regis à Molano nuncupatur, à Locrio nequaquam. Suo certè ſilentio Locrius Molanum redarguit, nec immeritò, quonam enim iure hæc Pippini neptis appellari poſſit, haud patet. Nobis non diſplicet opinio Gazeri, qui Reginam *, poſt obitum mariti, primam Monaſterij Dononienſis Abbatiſſam conſtituit, illíque Ragenfredem eius filiam proximè ſubrogat.

[a] Num. 3.
* Refroy.
* Donain.
* Reyne.

XVII. Quod igitur de Aldeberto & Regina, déque illorum filiabus ſcriptum reperitur, operæ-pretium videtur hîc examinare. Molanus de Aldeberto hæc tantùm habet decimo Kalendas Maij, *Donony, obitus B. Aldeberti, Comitis Auſtrouandiæ *. Qui in altare eſt ſubleuatus.* Plura Kalendis Iuliis in encomio Sanctæ Reginæ, quod ad illum diem ex officio Dononienſi ſic concinnat. *In Dononio Monaſterio, Solennitas Sanctæ Reginæ. Quæ Regina fuit nomine, Regina nihilominùs proſapiâ Regum & affinitate, Regina etiam præclaro morum regimine, & ad vltimum Regina ſuperni Regis dotatione. Hæc ex conſilio parentum & Pipini Regis (cuius neptis erat) in coniugale conſortium accepit Aldebertum ex primis Palatij Proceribus, probitate & militiâ apud Regem clarum, virtute animi & gratiâ apud Regem Chriſtum clariſſimum. Clarebat enim non ſolùm nobilitate ſanguinis & opulentiâ prædiorum, verum etiam omnimodâ morum bonitate & actuum ſuorum experientiâ. Sociati autem in charitatis copula, Deo primùm, & poſteà per Deum ſibi inuicem placere ſtudebant totum vitæ ſuæ decurſum decenter ornantes. Facti ſunt per eleemoſynas locupletiores, per humilitatem potentiores. Non enim nudus Chriſtus ante eorum fores moriebatur, famem aut ſitim patiebatur, ſed anguſtiatos indigentiâ & oppreſſos præiudicio ſubleuabant. Quibus etiam Deus ex ſupernæ felicitatis benedictione decem dedit filias, quæ à parentum moribus non diſſimiles, omnes elegerunt cælibem vitam, vt, tranſacto curſu, gratioſiores Deo occurrerent. Ædificarunt etiam parentes harum virginum ad Scaldim fluuium, in loco, qui Dodonium dicitur, Cænobium ad honorem Dei genitricis, itémque Eccleſiam in venerationem Sancti Martini. Vbi numeroſum Sanctimonialium numerum, cui beata Ragenfredis filia præfuit, & Clericorum Dei gregem inſtituerunt, reditibus & prædiis decenter ad ſeruitutem Dei legatis. Viſuntur eorum ſepulcra in Parochiali Eccleſia, ſed corpora eleuata ſunt, & in Monaſterij ſummo altari in argenteis feretris quieſcunt, Sanctæ Regenfredis in medio; beati Aldeberti, qui tamen non eſt canonizatus, in dextro latere; in ſiniſtro verò, Sanctæ Reginæ.*

* Oſtreuant.

A SS. ALDEBERTO ET REGINA.

XVIII. Auſtrouandia, ſiue Auſtrebantum, vel Auſtrebatenſis ager, inter Schaldim & Scarpam fluuios, pars eſt hodiernæ Hannoniæ. Capur habet Bochanium *. Inter Bochanium autem & Valencenas ſitum Dononium ad ſiniſtram Schaldis ripam. Iſtius regiunculæ Comes ſeu Præfectus fuit Aldebertus. Eius vxor non neptis Pippini Regis fuit, ſed propinqua ſeu

* Bouchain.

AN. CH. 764.

conſanguinea. Matrimonio iuncti ſunt Pippino nondum Rege. Apud Dononium, vt in notis encomio Sanctæ Reginæ ſuprà recitato ſubiectis liqoet, eadem *Sancta Regina pingitur cum corona in capite*, quia conſanguinitate Pippinum Regem attingebat, *& cum baculo Abbatiali, quia vel prima præfuit, vel, ſi filia memoretur prima, ipſa tanquam fundatrix plùs fuit quàm Abbatiſſa. Caret autem nigro velo ob amiſſam virginitatem, & fortaſſis eandem ob cauſam ſacris virginibus ſeſe præponi abſurdum iudicauit.* Exiſtimamus Aldebertum priùs obiiſſe, quàm prima Monaſterij Dononienſis Abbatiſſa conſtitueretur, nec illius loci primam Abbatiſſam diſtinguimus à Sancta Regina, quæ poſt matiti mortem regimen Cœnobij regnante Pippino ſuſceperit, eidémque Pippino vixerit ſuperſtes. Agemus iterum de Sancta Regina, déque eius filia Ragenfrede, quæ poſt mattem ſuam Monaſterio temporibus Catoli Magni præfuit.

Pippini R. 13. Dononienſis Abbatiſſæ.

XIX. Hoc eodem anno, vt Munſterus libro tertio Coſmographiæ, Bruſchius in Chronologia Monaſteriorum Germaniæ, & Bucelinus parte ſecundâ Germaniæ Sacræ teſtantur, erectum eſt Elwacenſe * Monaſterium, quod etiam Elephanciacum, Elefancenſe & Elwangenſe nuncupatur. Medio ſeculo decimo-quinto à Monachis Benedictinis ad Canonicos tranſiit. In Auguſtana Diœceſi collocatur à Mabillono [a]. Situm eſt in Viragrundio * ſeu Virguna duobus à Dunckelſpula * milliaribus, ad Iagiſtam ſeu Iaxtum * amnem, qui dexteram Nicri * ripam in hodierno Palatinatu Rheni ſubit. Illuſtrem habuit fundatorem, ex eodem ortum pago, Hariolphum ſiue Herulfum vel Erlulfum, Lingonenſem Epiſcopum, *quem*, teſte Bruſchio, *Pipinus & Carolus Magnus, Galliarum Reges, chariſſimum habuere, & Patrem ſalutare ſoliti ſunt.* His Carolomannum addit Iacobus Vignerius in Chronico Lingonenſi. Burgundia, vbi Diœceſis Lingonenſis, Carolomanno poſt Pippini patris obitum ceſſit, & Hariolphus ſiue Herulfus Lingonenſis Epiſcopus Romanam Synodum cum aliis Præſulibus anno proximo celebrauit. Hæc obſeruatio nos inducit, vt Epiſcopatum Lingonenſem ab Hariolpho dimiſſum non credamus, antequam Carolus Monarchiam Francorum obtinuerit Carolomanno fratre iam mortuo, licèt ipſemet Hariolphus Pippino Rege prima iecerit fundamenta Elwacenſis Monaſterij, cuius & conditor & primus Abbas in patrio ſolo fuit.

Initia Mon. Elwacenſis,

* Elwangen.

[a] Tom. 2. Sec. 3. Benedict. pag. 429.

* Virngrunde.

* Dunkelſpubel.

* le Iaxt.

* le Necar.

XX. *Per ea tempora*, Pippino Rege & Hariolpho Epiſcopo, *fundatam fuiſſe in Decanatu Moliſmenſi Sanctimonialium Abbatiam, Putei-Orbis * dictam* ſuſpicatur in Chronico Lingonenſi Iacobus Vignerius, *ex coniecturis*, vt ait, *probabilibus*, quas tamen non exponit.

ſt Putei-orbis.

* Puits d'Orbe.

XXI. Iacobus *Malbrancq* libro qointo de Morinis, vbi ſermonem de Sanctis Venantio & Yſberga facit, falſa veris non ſemel immiſcet. De Venantij receſſu in eremum actum ante biennium. In dubiom non vocamus, quin aniculam cæcam ſolatus ſit, & Yſberga piis eios alloquiis gauiſa ſit ac plurimùm profecerit. At Yſbergam nec Pippini Regis filiam, nec eandem cum Giſlana putamus. Hac de quæſtione ſæpius diſputandum nobis erit. Interim obſerua Radwaldum his circiter temporibus factum Epiſcopum Taruannenſem, ſublato è viuis Ætherio, cuius mentionem ſuprà fecimus.

Venantius Eremita.

Radwaldus Ep. Tarvann.

XXII. Lutherij Genauenſis Epiſcopi, qui Renenberto ſucceſſerat, obitum hoc anno conſignandum putamus, qoia proximi ſucceſſores ſederunt, Poſtbertus annos ſexdecim, Walternus annos triginta-ſex, ad annum vſque Chriſti octingenteſimum decimum-ſextum, quo memoratur Apradus in Codice Genauenſi [b].

Epiſcopi Genavenſes,

[b] Tom. 2. Gall Chriſt.

XXIII. In eadem prouincia Viennenſi ſolis quoque nominibus noti ſunt, qui regnante Pippino eiúſque filio Carolomanno Gratianopolitanam Diœceſim rexerunt Epiſcopi, Corbus, Leopardus ſeu Leopertus, & Ardentius.

Gratianopol.

AN. CH. 764. PIPPINI R. 13. XVI. MON. DONONIENSE CONDITVR

In Chronico Belgico ſic ad hunc annum ſcribit Loctius. *Anno 764. Sanctus Aldebertus, Auſtrouandia Comes, & Sancta Regina eius coniunx, Dononienſe Cœnobium in Diœceſi Atrebatenſi ad Schaldim fluuium compo-nunt. Cui S. Ragenfredis eorum filia, prima dicitur Antiſtita. Quo in ordine dignitatem originis, morum honeſtate, & ſanctorum operum claritate, illuſtrauit. Porrò Virgines Dononienſes, non Monaſtica ſed Canonicæ ſeu regularis vitæ genus initio ſecuta ſunt. Poſt Normannorum autem vaſtationem, Benedictinum inſtitutum ſunt complexa.* Loctio facem prætulit Molanus. Hic enim octauo [a] Idus Octobris, quo die Sancta Ragenfredis colitur, ſic habet. *Apud Dononium, ſolennitas Sanctæ Ragenfredis * Virginis. Hæc patrem habuit beatum Aldebertum Comitem Auſtrouandiæ, & matrem Sanctam Reginam neptem Regis Pipini. Fundarunt autem Ragenfredi filia ex rebus ſui iuris Cellam ſeu Monaſterium Dononij * ad Scaldim, in quo beata virgo præfuit, & dignitatem natura originis, morum honeſtate & ſanctorum operum claritate nobilitauit.* Sancta Regina neptis Pippini Regis à Molano nuncupatur, à Locrio nequaquam. Suo certè ſilentio Locrius Molanum redarguit, nec immeritò, quonam enim iure hæc Pippini neptis appellari poſſit, haud patet. Nobis non diſplicet opinio Gazeti, qui Reginam *, poſt obitum mariti, primam Monaſterij Dononienſis Abbatiſſam conſtituit, illíque Ragenfredem eius filiam proximè ſubrogat.

[a] Num. 3.
* Refroy.
* Denain.
* Reyne.

XVII. Quod igitur de Aldeberto & Regina, déque illorum filiabus ſcriptum reperitur, operæ-pretium videtur hic examinare. Molanus de Aldeberto hæc tantùm habet decimo Kalendas Maij, *Dononij, obitus B. Aldeberti, Comitis Auſtrouandiæ *. Qui in altare eſt ſubleuatus.* Plura Kalendis Iuliis in encomio Sanctæ Reginæ, quod ad illum diem ex officio Dononienſi ſic concinnat. *In Dononio Monaſterio, Solennitas Sanctæ Reginæ. Quæ Regina fuit nomine, Regina nihilominùs proſapiâ Regum & affinitate, Regina etiam præclaro morum regimine, & ad vltimum Regina ſuperni Regis dotatione. Hæc ex conſilio parentum & Pipini Regis (cuius neptis erat) in coniugale conſortium accepit Aldebertum ex primis Palatij Proceribus, probitate & militiâ apud Regem clarum, virtute animi & gratiâ apud Regem Chriſtum clariſſimum. Clarebat enim non ſolùm nobilitate ſanguinis & opulentiâ prædiorum, verum etiam omnimodâ morum bonitate & actuum ſuorum experientiâ. Sociati autem in charitatis copula, Deo primùm, & poſteà per Deum ſibi inuicem placere ſtudebant totum vitæ ſuæ decurſum decenter ornantes. Facti ſunt per eleemoſynas locupletiores, per humilitatem potentiores. Non enim nudus Chriſtus ante eorum fores moriebatur, famem aut ſitim patiebatur, ſed anguſtiatos indigentiâ & oppreſſos præiudicio ſubleuabant. Quibus etiam Deus ex ſupernæ felicitatis benedictione decem dedit filias, quæ à parentum moribus non diſſimiles, omnes elegerunt cœlibem vitam, vt, tranſacto curſu, gratioſiores Deo occurrerent. Ædificarunt etiam parentes harum virginum ad Scaldim fluuium, in loco, qui Dodonium dicitur, Cœnobium ad honorem Dei genitricis, itémque Eccleſiam in venerationem Sancti Martini. Vbi numeroſum Sanctimonialium numerum, cui beata Ragenfredis filia præfuit, & Clericorum Dei gregem inſtituerunt, reditibus & prædiis decenter ad ſeruitutem Dei legatis. Viſuntur eorum ſepulcra in Parochiali Eccleſia, ſed corpora eleuata ſunt, & in Monaſterij ſummo altari in argenteis feretris quieſcunt, Sancta Regenfredis in medio; beati Aldeberti, qui tamen non eſt canonizatus, in dextro latere; in ſiniſtro verò, Sancta Regina.*

* Oſtreuant.

A SS. ALDEBERTO ET REGINA.

XVIII. Auſtrouandia, ſiue Auſtrebantum, vel Auſtrebatenſis ager, inter Schaldim & Scarpam fluuios, pars eſt hodiernæ Hannoniæ. Capue habet Bochanium *. Inter Bochanium autem & Valencenas ſitum Dononium ad ſiniſtram Schaldis ripam. Iſtius regiunculæ Comes ſeu Præfectus fuit Aldebertus. Eius vxor non neptis Pippini Regis fuit, ſed propinqua ſeu

* Bouchain.

AN. CH. 764.

PIPPINI R. 13.

conſanguinea. Matrimonio iuncti ſunt Pippino nondum Rege. Apud Dononium, vt in notis encomio Sanctæ Reginæ ſuprà recitato ſubiectis liquet, eadem *Sancta Regina pingitur cum corona in capite*, quia conſanguinitate Pippinum Regem attingebat, *& cum baculo Abbatiali, quia vel prima præfuit, vel, ſi filia memoretur prima, ipſa tanquam fundatrix plùs fuit quàm Abbatiſſa. Caret autem nigro velo ob amiſſam virginitatem, & fortaſſis eandem ob cauſam ſacris virginibus ſeſe præponi abſurdum indicauit.* Exiſtimamus Aldebertum priùs obiiſſe, quàm prima Monaſterij Dononienſis Abbatiſſa conſtitueretur, nec illius loci primam Abbatiſſam diſtinguimus à Sancta Regina, quæ poſt mariti mortem regimen Cœnobij regnante Pippino ſuſceperit, eidémque Pippino vixerit ſuperſtes. Agemus iterum de Sancta Regina, déque eius filia Ragenfrede, quæ poſt matrem ſuam Monaſterio temporibos Caroli Magni præfuit.

DONONIENSES ABBATISSÆ.

XIX. Hoc eodem anno, vt Munſterus libro tertio Coſmographiæ, Bruſchius in Chronologia Monaſteriorum Germaniæ, & Bucelinus parte ſecundâ Germaniæ Sacræ teſtatur, erectum eſt Elwacenſe * Monaſterium, quod etiam Elephanciacum, Elefancenſe & Elwangenſe nuncupatur. Medio ſeculo decimo-quinto à Monachis Benedictinis ad Canonicos tranſiit. In Auguſtana Diœceſi collocatur à Mabillono [a]. Situm eſt in Viragrundio * ſeu Virguna duobus à Donckelſpula * milliaribus, ad Iagiſtam ſeu Iaxtum * amnem, qui dexteram Nicri * ripam in hodierno Palatinatu Rheni ſubit. Illuſtrem habuit fundatorem, ex eodem ortum pago, Hariolphum ſiue Herulfum vel Erlulfum, Lingonenſem Epiſcopum, *quem*, reſte Bruſchio, *Pipinus & Carolus Magnus, Galliarum Reges, chariſſimum habuere, & Patrem ſalutare ſoliti ſunt.* His Carolomannum addit Iacobus Vignerius in Chronico Lingonenſi. Burgundia, vbi Diœceſis Lingonenſis, Carolomanno poſt Pippini patris obitum ceſſit, & Hariolphus ſiue Herulfus Lingonenſis Epiſcopus Romanam Synodum cum aliis Præſulibus anno proximo celebrauit. Hæc obſeruatio nos inducit, vt Epiſcopatum Lingonenſem ab Hariolpho dimiſſum non credamus, antequam Carolus Monarchiam Francorum obtinuerit Carolomanno fratre iam mortuo, licèt ipſemet Hariolphus Pippino Rege prima iecerit fundamenta Elwacenſis Monaſterij, cuius & conditor & primus Abbas in patrio ſolo fuit.

INITIA MON. ELWACENSIS, * Elwangen. [a] Tom. 2. Sec. 3. Benedict. pag. 429. * Virngrundt. * Dinkelſpubel. * le Iaxt. * le Necar.

XX. *Per ea tempora*, Pippino Rege & Hariolpho Epiſcopo, *fundatam fuiſſe in Decanatu Moliſmenſi Sanctimonialium Abbatiam, Putei-Orbis * dictam* ſuſpicatur in Chronico Lingonenſi Iacobus Vignerius, *ex coniecturis*, vt ait, *probabilibus*, quas tamen non exponit.

ET PVTEI-ORBIS. * Puits d'Orbe.

XXI. Iacobus *Malbrancq* libro quinto de Morinis, vbi ſermonem de Sanctis Venantio & Yſberga facit, falſa veris non ſemel immiſcet. De Venantij ſeceſſu in eremum actum ante biennium. In dubium non vocamus, quin aniculam cæcam ſolatus ſit, & Yſberga piis eius alloquiis gauiſa ſit ac plurimùm profecerit. At Yſbergam nec Pippini Regis filiam, nec eandem cum Giſlana putamus. Hac de quæſtione ſæpiùs diſputandum nobis erit. Interim obſerua Radwaldum his circiter temporibus factum Epiſcopum Taruannenſem, ſublato è viuis Ætherio, cuius mentionem ſuprà fecimus.

VENANTIVS EREMITA. RADWALDVS EP. TARVANN.

XXII. Lutherij Genauenſis Epiſcopi, qui Renenberto ſucceſſerat, obitum hoc anno conſignandum putamus, quia proximi ſucceſſores ſederunt, Poſtbertus annos ſexdecim, Walternus annos triginta-ſex, ad annum vſque Chriſti octingenteſimum decimum-ſextum, quo memoratur Apradus in Codice Genauenſi [b].

EPISCOPI GENAVENSES. [b] Tom. 2. Gall. Chriſt.

XXIII. In eadem prouincia Viennenſi ſolis quoque nominibus noti ſunt, qui regnante Pippino eiúſque filio Carolomanno Gratianopolitanam Diœceſim rexerunt Epiſcopi, Corbus, Leopardus ſeu Leopertus, & Ardentius.

GRATIANOPOL.

AN. CH. 765.
PIPPINI R. 14.

ANNVS CHRISTI 765.

PIPPINI R. 14.

CELLA S. GOARIS ABBATI PRVMIENSI REGENDA COMMITTITVR.

I. PIPPINVS poſtridie Idus Aprilis anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-quinto Paſcha celebrauit *in Cariſiaco*, deinde Placitum ſeu Conuentum Francorum *ad Attiniacum* habuit. Vtrumque legitur in Analiſta Loiſeliano, cui Laureshamenſis, Bettinianus & Metenſis cnm Reginone ſuffragantur. Alius Francorum Conuentus apud Attiniacum, poſt erectum Prumienſe Monaſterium, à Pippino Rege celebratus non inuenitur. Hoc igitur anno Cellam Sancti Goaris ad Rhenum ſitam Pippinus Aſſueto Abbati Prumienſi regendam commiſit. Qua de re ſic Wandelbertus ſeu Wandalbertus in fine libri, quem de Miraculis beati Goaris conſcripſit. *Hunc*, nempe Aſſuetum ſiue Aſuernm Abbatem Prumiæ, *cùm pro ſuæ vitæ merito* Pippinus Rex *plurimùm coleret, eiuſmodi Conſtitutionis ei auctoritatem dedit, vt cùm iter agens ad aliquem iuris Regij locum veniſſet, licenter quæ itineris eſſent neceſſaria ſumeret. Cùm ergo quodam tempore iter à Monaſterio in Vangionum prouinciam ageret, & occaſione viæ ad Sanctum Goarem declinaſſet, vbi tum Rectoris nomine præerat quidam Herpingus nomine, neque commoditatem aliquam rerum neceſſariarum nanciſci potuiſſet, rem, vt erat geſta, paulò pòſt Principi retulit, peſſimum eſſe dicens eo loco humanitatem hoſpitalitatis omnem negari, vbi quondam ſub beato viro ſingulariter virtus eadem viguiſſet. Pollicetur Rex fore * hæc emendanda, cùm temporis opportunitas arriſiſſet. Itaque non multò pòſt poſitus in Palatio, quod Attiniacum vocatur, cùm ad generalem populi Conuentum ſimul Abba * Aſuerus veniſſet, euocatum ad ſe Princeps ſuper his, quæ de Cella beati viri dicta ab eo fuerant, commonefacit, eique regendam committit, hortatus vt eam congruè diſponere, atque hoſpitalitati, quam in ea non ſit expertus, competentem efficere debeat. Hac prima fuit Cella iam dicta cum Monaſterio Prumia facta ex Regis Pippini mandato & voluntate coniunctio, quando non ipſi Monaſterio & Monachis ſubiecta, ſed Abbati tantùm eſt beneficij ad regendum iure commiſſa.* Inter Abbatum ſubſcriptiones Attiniacenſi Placito ſubiectas, deſideratur Aſſueri Prumienſis Abbatis nomen, quod ex præcitato Wandelberti textu reſtituendum cenſetur. Quæ de Cella Sancti Goaris à nobis nuperrimè dicta ſunt, integro biennio citiùs in Annalibus Treuirenſibus à Chriſtophoro Browero [a] collocantur. Huic opinioni, quam Auctor nullâ probatione fulcit, videtur haud parùm fauere Wandalbertus à Luca Dacherio & Ioanne Mabillono publicatus [b]. In proœmio enim libri de Miraculis Sancti Goaris, ait ea tantùm à ſe commemorari, *quæ ab annis plùs minùs* VI & LXX *geſta noſcuntur*, & ſub eiuſdem libri finem aſſerit narrationem à ſe perduci *ad annum* DCCCXXXIX *Incarnationis Dominicæ.* Certè ab anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-tertio ad annum vſque Chriſti octingenteſimum triceſimum-nonnm numerantur anni ſex & ſeptuaginta. Sed anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-tertio Pippinus Paſcha celebrauit *in Gentiliaco villa* territorij Pariſienſis, & *habuit Placitum ſuum in Niuernis*, annóque poſtero Paſcha celebrauit *in villa quæ dicitur Longlar*, & *habuit Placitum ſuum ad Wormatiam*, itaut neceſſariò recurrendum ſit ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimnm-quintum, quo *Pippinus Placitum ſuum habuit ad Attiniacum.* Lege veteres Annaliſtas [c], illorum mira ſuper omnibus

* Sur. hæc fore emendanda
* Sur. Abbas Aſſuerus
[a] Lib. 7. n. 170. ad an. 763.
[b] Sec. 2. Benedict. an. circ. 649.
[c] Loiſel. &c.

AN. CH. 765. PIPPINI R. 14.

hiſce rebus eſt conſenſio. Eget igitur interpretatione Wandalbertus, ſiue initium ſuæ narrationis *ab annis plùs minùs* VI & LXX repetit, ſiue illam *ad annum* DCCCXXXIX *Incarnationis Dominicæ* perducit, à Placito enim Attiniacenſi, quod anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-quinto habitum eſt, ad annum Chriſti octingenteſimum vndequadrageſimum effluxerunt anni duntaxat tres & ſeptuaginta completi cum duobus incompletis, anníque incompleti completis additi ſummam efficiunt annorum tantùm ſeptuaginta-quinque. Sed, ne quæſtionem longiùs protrahamus, hæc ſumma ſatis ſupérque ſufficit ad litem componendam, quia anni quinque & ſeptuaginta incompleti ſine vllo Chronologiæ damno cum indeterminato numero annorum *plùs minùs* VI & LXX comparari poſſunt.

II. PLACITI ATTINIACENSIS DECRETA.

Epiſcopi & Abbates apud villam Attiniacum pro cauſa Religionis ac ſalute animarum congregati Synodali Conuentu inter cetera ſalubriter ſapientérque definita, hoc quoque communi cunctorum decreto ſtatuerunt, *vt vnuſquiſque illorum, quorum nomina in hoc indiculo ſubterſcripta reperiuntur, quando quiſlibet de hoc ſeculo migrauerit, centum pſalteria, & Presbyteri eius ſpeciales Miſſas centum cantent. Ipſe autem Epiſcopus per ſe* XXX *Miſſas impleat, niſi infirmitate aut aliquo impedimento prohibeatur. Tunc roget alterum Epiſcopum pro ſe cantare. Abbates verò, qui non ſunt Epiſcopi, rogent Epiſcopos, vt, vice illorum, ipſas* XXX *Miſſas expleant; & Presbyteri eorum centum Miſſas, & Monachi centum Pſalteria pſallere meminerint.* Huic Conſtitutioni, quam ex Schedis Lucæ Holſtenij Philippus Labbeus in poſtrema Conciliorum editione publicauit, ſubiiciuntur ſubſcriptiones Epiſcoporum ſeptem ſupra viginti, Abbatum ſeptemdecim, quibus addendus quoque videtur Aſſuerus Abbas Prumienſis, vt dictum ſuprà.

SVBSCRIPTIONES EPISCOPORVM.

III. I. *Hrodegangus Epiſcopus ciuit. Mettis.* Hic eſt Chrodegangus Metenſis Epiſcopus, qui Pontificatum iniit anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo.

IV. II. *Eddo Epiſcopus ciuit. Stradburgi.* Hic Eddo ſiue Heddo vel Heddus Epiſcopatum Argentoratenſem ſeu Straſburgenſem anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-quarto ſuſcepit, & regnante iam Pippino, vt ante triennium obſeruauimus, Remedium ſeu Remigium Chorepiſcopum ſibi ſubſtituendum curauit. De Remedio ſic ſentimus ex ipſa Heddonis ſubſcriptione, qui ſe dicit Epiſcopum *ciuit. Stradburgi.* Occurrent inferiùs ſubſcriptiones aliorum Epiſcoporum, qui ſuos abdicarunt Epiſcopatus, ſed hi deinceps nomina eiuirarum, in quibus Epiſcopi priùs ſederant, in ſuis ſubſcriptionibus non appoſuerunt. Williharius ſeu Wilicarius Archiepiſcopus quondam Viennenſis, quia dimiſſo Archiepiſcopatu in Agaunenſe Sancti Mauricij Monaſterium ſeceſſerat, ita ſubſcripſit, *Williharius Epiſcop. de Monaſt. S. Mauricij.* Similiter Hippolytus Bellicenſis quondam Epiſcopus, quia Epiſcopatu abdicato in Condateſcenſe Sancti Eugendi Monaſterium ſe receperat, ita ſubſcripſit, *Hippolytus Epiſcop. de Monaſterio Eugendi.* Denique Iacob Tullenſis quondam Epiſcopus, quia relicto Epiſcopatu in Gamundium Monaſterium abierat, ita ſubſcripſit. *Iacob Epiſc. de Monaſterio Gamundias.* Hæc ſubſcriptionum diſcrepantia Remigium oſtendit Chorepiſcopum fuiſſe ſuperſtite Heddone, cui pòſt mortuo in Epiſcopatum Straſburgenſem ſucceſſit. Diuturnus Heddonis Pontificatus, Teſtamentum ante aliquot annos conditum, & ordinatio Chorepiſcopi facilè nos adducunt, vt eum breuiſſimo tempore poſt Attiniacenſe Placitum vixiſſe credamus. Ordinem Monaſticum in Alſatia plurimùm promouit, præ ceteris Monaſteriis Cellam Monachorum præcipuè dilexit, eámque inſtaurauit. Obſoleto Cellæ nomine Monaſterium hoc dictum eſt Ettinheimium, vtrum autem ab inſtauratore Heddone ſi-

AN. CH. 765. PIPPINI R. 14.

ue Ettone, an à loco, diſpurant Neoterici. *Certum*, inquit Guillimannus, *Ettinheim Monaſterium ab Heddone non accepiſſe nomen, ſed ab ea potiùs, in qua ipſum ſitum, marca, ſiue hoc vocabulo vicum intelligamus, ſiue regiunculam, qua Ettinheim tunc quoque vocabatur. Quamuis grata poſteritas ad eum, tanquam inſtauratorem & benefactorem præcipuum originem referre maluerit. Sepultus creditur in eodem Ettinheim Monaſterio cum hoc Epitaphio. HEDDO PRÆSVL ARGENTIN. ECCLESIÆ RENOVATOR HVIVS LOCI.* Wimphelingius verù ſic habet. *Sepultus creditur in Ettenheim-Munſter, in abſida versùs ſiniſtram, ſine Epitaphio. Sed in eodem latere feneſtra eſt habens imaginem Heddonis, Monaſterium beatæ Virgini manu offerentis, & in literis plurimùm antiquis ſcriptùm. HEDDO PRÆSVL ARGENTINENSIS ECCLESIÆ, RENOVATOR HVIVS LOCI.*

V. III. *Lullo Epiſcopus ciuit. Maguntiaci.* Lullo ſeu Lullus in Cathedra Moguntiacenſi poſt Sanctum Bonifacium ſedere cœpit exeunte anno Chriſti ſeptingenteſimu quinquageſimo-ſecundo.

VI. IV. *Lupus Epiſcopus ciuit. Senonis.* Hæc eſt epocha certa Lupi Secundi Senunenſis Archiepiſcopi, cuius mentionem ante triennium fecimus.

VII. V. *Baldebertus Epiſcopus ciuit. Baſla.* Is eſt ſecundus Epiſcopus Baſileenſis, ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum [a] iam laudatus, de cuius ſucceſſore ſermonem ſub Carolu Magno faciemus.

[a] Num. 9.

VIII. VI. *Wlframnus Epiſcopus ciuit. Meldis.* Huius Epiſcopi iam meminimus, ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſeptimum [b], cùm egimus de Synodu Compendienſi, cui præſens interfuit.

[b] Num. 22.

IX. VII. *Remedius vocatus Epiſcopus ciuit. Rodoma.* Hic eſt Remedius ſeu Remigius Archiepiſcopus Rotomagenſis, qui ſedere cœpit Pippino fratre iam Rege.

X. VIII. *Maurinus Epiſcopus ciuit. Eboracas.* Hic Maurinus in vulgatis Ebroicenſium Epiſcoporum Catalogis deſideratur, & ex hac ſubſcripeiune locum recuperare debet ſub Pippino Rege.

XI. IX. *Genbaudus Epiſcopus ciuit. Lauduno.* Hic Genbaudus ſeu Genebaudus Laudunenſem Epiſcopatum regnante Childerico iam obtinebat, vt ex Zachariæ Papæ literis [c] conſtat. Genbaudo ſucceſſit in Epiſcopatum Bernico ſeu Bernito, cuius ſolum ſupereſt nomen.

[c] Ep. 136. inter Boniſac.

XII. X. *Hildigungus Epiſcopus ciuit. Sueſſionis.* Habirâ, vt par eſt, huius ſubſcriptionis ratione, currigendi ſunt vulgati Sueſſiunenſium Epiſcoporum Indices, in quibus poſt Hubertum, qui ſuperſtes in viuis erat Pippino Regnum ineunre, ſequuntur, Madalbertus, Deodatus, Hildegodus. Hic enim Hildegodus ſiue Hildigungus Madalbertu & Deodato præponi debet, atque inter Hubertum & ipſum Hildigungum quiſpiam ſedit, interfuitque Concilio Compendienſi, quod anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſeptimu celebratum eſt. Lege quæ dicta ſunt de ſubſcriptionibus Epiſcopurum, qui Gurzienſe Priuilegium in ea Synodo comprobarunt.

XIII. XI. *Athalfridus Epiſcopus ciuit. Noniomis.* Hic eſt Adalfridus Nouiomenſis ac Tornacenſis Epiſcopus, de quo iam locuti ſumus ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſeptimum [d], cùm de prædictu Gorzienſi Priuilegio verba faceremus.

[d] Num. 19.

XIV. XII. *Megingozus Epiſcopus ciuit. Wirziaburgo.* Hic Epiſcopus variè nominatur, Megingaudus, Mayngudus, Megingozus, Megingus, Mezingozus. Sedere cœpit anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimu-primo, cùm Burchardus Epiſcopatum ſpontè abdicauit.

XV. XIII. *Williharius Epiſcop. de Monaſt. S. Mauricij.* Hic Williharius Epiſcopus nun alius nobis videtur à Wilicario Archiepiſcopo Viennenſi,

qui poſt Sataceoorum itruptionem dimiſit Archiepiſcopatum, & in Agau- AN. CH.
nenſe Monaſterium Sancti Mauricij ſeceſſit, ibique factus eſt primùm 765.
Monachus, deiode Auraſto in munus Abbatiale ſucceſſit, Pippino iam PIPPINI
Rege. Hæc Ado in ſuo Chronico ſic docet. *Wilicarius videus Viennen-* R. 14.
ſem Eccleſiam *ſuam indecenter humiliari, relicto Epiſcopotu in Monaſterium*
Sanctorum Martyrum Agaunenſium ingreſſus, vitam venerabilem duxit. Et
infrà. *Wilicarius relictâ Viennenſi Sede, Romam primùm abiit, ibique Papæ*
Stephano notus efficitur; interiecto non multo tempore Agauni Monaſterium
Martyrum in curam ſuſcepit. Hic Auctor in duobus hiſce textibus non
videtur ſibi ſatis canſtare egétque interptetatione. Wilicarios longè an-
te Stephani Papæ Tertij Pontificatum Archiepiſcoparu ſe Viennenſi ab-
dicauit, & vbi Viennâ diſceſſit, non Romam profectus eſt, ſed Agau-
num, vbi Monachum induit, poſteà Romam perrexit Pippino Rege,
fuitque io amicitia Stepbani tum Romani Pontificis, Româ tediit Agau-
nom, & Auraſto Abbati paulò pòſt mortuo ſubrogarus eſt.

XIV. *Folericus Epiſcopus ciuit. Tungris.* Hunc Folericum Leodienſem ſeo XVI.
Tungrenſem Epiſcopum ad aonum Chriſti ſeptingenteſimnm ſexageſimum [a], [a] Nn. 17. 18.
quo ſedere cœpit, à Fulcario deceſſore diſtinximus. Locum illum conſule.

XV. *Theodulphus Epiſcop. de Monaſt. Laubias.* Hic Theodulphus Inter XVII.
Abbates Laobacenſes numeratur, qui gauiſi ſnnt Epiſcopali quoque di-
gnitate. Tbeoduino Abbati ſucceſſit in adminiſtrationem Monaſterij,
Childerico Tertio iam Rege, & Carolomanno Maiore-domûs Romam
profecto. In Geſtis Abbatum [b] Lobienſium ſeu Laubaceoſinm à Fulcuino [b] Cap. 8.
collectis commendatur, & vt Abbas atque Epiſcopus ante Pippioi Regis
eleuationem ſic & eidem Regi ſoperſtes ita ſtatuitur. *Theoduino Abbati*
ſucceſſit S. Theodulfus. Epiſcopus in prouiſione prædicti loci, nempe Mo-
naſterij Laubacenſis, *partim ſub Pippino præfato Principe, pòſt facto Rege,*
nouem verò annis ſub Karolo Rege, pòſt vero Imperatore, regens illum non
ſegniter, ougmentans non mediocriter.

XVI. *Hiddo Epiſcopus ciuit. Auguſtoduno.* Manci ſunt per hæc tempo- XVIII.
ra vulgati Auguſtodunenſium Epiſcoporum Catalogi. Inter Amatorem
& Reginaldum inſerendi, Moderamos, Gaytonius, & Hiddo, vt ad an-
num Chriſti ſeptingenteſimum qoadrageſimom-ſeptimum [c] aliâ occaſione [c] Nn. 12.
iam obſeruauimus. & ſeqq.

XVII. *Hyppolytus Epiſcop. de Monaſterio Eugendi **. Monaſteriom XIX.
Eugendi, corruptè *Logendi*, non aliod eſt à Condateſcenſi, quod vt ali- * *Logendi.*
quando Sancti Eugendi*, ſic hodie Sancti Claudij nomen gerit in Diœce- * *Saint*
ſi Lugdunenſi. Hippolytus factus eſt Abbas Condateſcenſis anno Chriſti *Oyan.*
ſeptingenteſimo quadrageſimo-ptimo, Bellicenſis Epiſcopus aono Chriſti
ſeptingenteſimo quinquageſimo-quinto; Bellicenſem Epiſcopatum &
Condateſcenſe Monaſterium annis proximè ſeqnentibus ſimul rexit; Epi-
ſcopatum Bellicenſem abdicauit anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquage-
ſimo-ſeptimo, deinceps ſolum Condateſcenſe Monaſteriom gubernauit;
anno enim ſeptimo Pippini Regis, vt & anno eiuſdem Regis duodecimo,
id eſt, annis Chriſti, ſeptingenteſimo duodeſexageſimo, & ſeptingenteſi-
mo ſexageſimo-tertio; Abbas tantùm vocatur in Diplomatibus, quorum
mentio fit apud Sammarthanos [d] in Abbatum Iurenſinm Catalogo. [d] Tom. 4. Gall. Chriſt.

XVIII. *Iacob. Epiſc. de Monaſterio Gamundias.* Vt ſuprà Williha- XX.
rius ſeu Wilicarios, Archiepiſcopus quondam Viennenſis, dictos eſt Epi-
ſcopus de Monaſterio Sancti Mauricij, quia dimiſſo Archiepiſcopatu
Viennenſi in Agaunenſe Sancti Mauricij Monaſteriom Diœceſeos Se-
dunenſis ſeceſſit; & Hippolytus, Bellicenſis quondam Epiſcopus, voca-
tus eſt Epiſcopus de Monaſterio Engendi, quia Bellicenſi Epiſcopatu ab-
dicato in Condateſcenſe Sancti Eugendi Monaſterium Diœceſeos Lugdu-
nenſis ſe recepit; ſic & Iacob, Tullenſis quondam Epiſcopus, cuius me-

AN. CH. 765. PIPPINI R. 14.

minimns ad annos Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſecundum & ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſeptimum, hoc loco ſcribitur *Epiſc. de Monaſterio Gamundias*, quia relicto Epiſcopatu Tullenſi abiit in Diœceſim Metenſem, vitámque Monaſticam duxit in Cœnobio, cui nomen Hornbachum & Gamundiæ ſeu Gamundium * ad confluentes Saræ & Blieſſæ. Inde autem Franciſcum *de Roſieres* Archidiaconum Tullenſem redargue, non tantùm quòd abdicatum à Iacob Epiſcopatum ſub Carolo Magno, ſed etiam quòd eundem Iacob in Monaſterio San-Benigniano Monachum Dinione effectum ſic aſſerat [a]. *Cùm Caroli Magni Imperium attigiſſet, vltrò ſe munere abdicauit, Dinioneque in Monaſterio Benigni lacernam induit, vbi quieſcit.* Iacob in Cathedra Tullenſi ſedebat anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo, cùm Pippinus in Francorum Regem eleuatus eſt, ſedebat & anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo ſeptimo, cùm Synodus apud Compendium eſt celebrata. Poſteà dimiſit Epiſcopatum, Pippino, vt ex prædicta ſubſcriptione liquet, adhuc regnante, proximúmque ſucceſſorem habuit Godonem à nobis anno priore iam laudatum. Epiſcopatu relicto Monachum induit, non in Diœceſi Lingonenſi, vbi Diuio & Monaſterium San-Benignianum, ſed in Metenſi, vbi Hornbachum & Gamundiæ ſeu Gamundium, ideóque Placito Attiniacenſi non Epiſcopus de Monaſterio Sancti Benigni, ſed Epiſcopus *de Monaſterio Gamundias* ſubſcripſit. Obiit autem Diuione, ſepultúſque eſt in Cœnobio San-Benigniano, non quòd Monachum illic ageret, ſed quòd Romam profectus, in reditu, cùm ad Sancti Benigni tumulum oraret, ibi vitam terminarit. Chronographus enim San-Benignianus ad calcem rerum à Sancto Willelmo Abbate geſtarum ſic ſcribit. *Iacob Tullenſis vrbis Epiſcopus, dum rediret Româ, incitatus famâ miraculorum, quæ in hoc loco*, id eſt, in Monaſterio San-Benigniano, *Dei operabatur clementia per iſtius Sancti* Benigni *merita, ad ipſius Martyris Chriſti aduenit tumulum, cupiens à Deo veniam adipiſci delictorum per huius glorioſi Martyris interuentum. Dúmque per aliquot dies remorando ad tumbam eius, calorum penetraret intima, vocatus à Domino eſt ad cæleſtia Regna, Sanctique Benigni adiutus precibus, & in cælis cum eo gloriam, & in terra iuxta eius tumulum condignam accepit ſepulturam.* Huius Epiſcopi meminit Petrus Damiani in Opuſculo [b] de abdicatione Epiſcopatûs, at Sancto Hildulpho, qui Treuirenſem Archiepiſcopatum anno Chriſti ſexcenteſimo ſeptuageſimo-ſexto abdicauit, ſynchronum perperam ſic conſtituit. *Hildulphus Treuerenſis Archiepiſcopus, vt geſtorum illius teſtatur Hiſtoria, Iacob Leucha vrbis, quæ nunc Tullus vocatur, obſecrauit Epiſcopum, vt ſibi congruum ad habitandum prouideret ſolitudinis locum.* Hic Auctor Archidiaconum Tullenſem alióſque in errorem adduxit. In vulgatis Catalogis interturbata Tullenſium Epiſcoporum ſeries per octauum ſeculum. Sub Pippino Rege, Iacob & Godo floruerunt. Agemus de ſucceſſoribus alio loco. Iacob ſororem habuit Lilioſam, quæ munificam ſe præbuit erga Monaſterium San-Benignianum, eique pro fratris ſui ſepultura Brittiniacam curtem in Epiſcopatuum Tullenſis & Lingonenſis confinio ſitam conceſſit, vt Chronographus San-Benignianus his verbis docet. *Soror, nomine Lilioſa, ad Sancti Benigni veniens limina, prædictum prædium ſuum* (id eſt, Brittiniacam curtem *in confinio Tullenſis & Lingonenſis Parrochiarum*) *donauit Sancto Benigno Martyri pro fratris ſui ſepultura. In quo loco ædificauerunt Eccleſiam, in honore Sancti Benigni Monachi hunc locum inhabitantes, vbi multis virtutibus à Deo clarificatus eſt hic Martyr Sanctus. Sed vicini circummanentes multis moleſtiis impediebant illi ſeruientes, veruntamen videntes quæ ibi fiebant miracula, frangebantur à ſua pertinacia. Hic enim Sanctus Benignus aduerſantes ſibi diu tolerat, ſed poſtmodum impœnitentes durè caſtigat.*

* *Guemund au conflant de la Blieſſe & de la Sarre.*

[a] Tom. 3. c. 53. in hiſt. capitali.

[b] Opuſc. 19. c. 7.

XIX.

AN. CH. 765. PIPPINI R. 14.

XIX. *Gauzilenus Epiſcopus ciuit. Celmanis.* Lege *Cenomanis.* Hic eſt
enim Gauzilenus ſeu Gauzilenus vel Goſlenus Epiſcopus, qui poſt ſpon-
taneam Herlemundi abdicationem Epiſcopatum Cenomanenſem anno ſu-
periori recuperauit, ſuperſtéſque vixit ad annum vſque Chriſti ſeptingen-
teſimum ſeptuageſimum-ſecundum, quatuor Chorepiſcoporum vſus operâ.
Primum horum, nomine Seufredum, hoc anno ablegauit in Monaſterium, XXI.
quod à loco Tillidus & Tillidum, à Patrono Monaſterium Sancti Sym-
phoriani nuncupatur. In illo Cœnobio vitam clauſit Seufredus & in ſacel-
lo Sancti Victuri * ſepultus eſt. Interim Chorepiſcopum egit Deſideratus *, * S. Victeur. * Deſid.
cuius mentionem iterum ad annum ſequentem faciemus.

XX. *Ioannes Epiſcopus ciuit. Conſtantia.* Hic eſt Ioannes Epiſcopus XXII.
Conſtantienſis ad Rhenum, qui poſt Sidonium anno Chriſti ſeptingen-
teſimo quinquageſimo-nono ſedere cœpit, obiitque Carolo Magno
Rege.

XXI. *Willibaldus Epiſc. de Monaſterio Achiſtadi.* Hic eſt Willibal- XXIII.
dus, qui factus eſt primus Epiſcopus Aichſtadianus ſiue Eyſtettenſis anno
Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo, geſſitque Epiſcopatum
annis ſex & triginta. Porrò Epiſcopum ſe dicit *de Monaſterio Achiſtadi*,
ſiue Aichſtadij, non eo ſenſu, quo ſe vocarunt Epiſcopos, Willibarius
ſeu Wilicarius *de Monaſt. S. Mauricij*, Theodulphus *de Monaſt. Lanbiæ*,
Hippolytus *de Monaſterio Eugendi*, Iacob *de Monaſterio Gamundias.* Per
Monaſterium enim Aichſtadianum hîc intelligitur primaria ſeu Cathedra-
lis Aichſtadianæ ciuitatis Eccleſia, cui rectè nomen inditum Monaſterij
propter Monachorum Congregationem illic ab eodem Willibaldo Epi-
ſcopo conſtitutam.

XXII. *Madalfeus Epiſcopus ciuit. Wirdunis.* Hic eſt Madalfeus ſeu XXIV.
Madalueus Virodunenſis Epiſcopus, qui ſedere cœpit anno Chriſti ſep-
tingenteſimo quinquageſimo-tertio, vitámque clauſit Carolo Magno
tum Rege.

XXIII. *Hariſeus Epiſcopus ciuit. Biſentionis.* Hic Hariſeus in Ca- XXV.
talogis Archiepiſcoporum Veſontionenſium confunditur cum Heruco ſiue
Erineo, de quo non ſemel locuti ſumus. Ambo tamen ſic diſtingui poſſunt,
vt Herueus, quem anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſeptimo
ſuperſtitem diximus, è vita diſcedat regnante Pippino, ſedeátque Hari-
ſeus partim ſub eodem Pippino, partim ſub eius filiis; tum Gedeon, de
quo plura ſub Carolo Magno.

XXIV. *Leodeningus Epiſcopus ciuit. Baiogas.* Hic Leodiningus cum XXVI.
nonnullis anteceſſoribus ac ſucceſſoribus in vulgatis Baiocenſium Epiſco-
porum Catalogis deſideratur, & ex hac ſubſcriptione locum obtinere de-
bet ſub Pippino Rege.

XXV. *Euſebius Epiſcopus ciuit. Toronis.* Hæc Euſebij Turonenſis Ar- XXVII.
chiepiſcopi ſubſcriptio Chronologiam Turonenſium Archiepiſcoporum cor-
rigendam docet. Chenutius de Auberto, Oſtaldo & Euſebio ſic ſcribit.
*Aubertus anno 752. ſed. an. 15. d. 5. Oſtaldus an. 767. ſedit an. 12. Euſebius
an. 20.* Seuertius Chenutio ſuffragatur, & Euſebij mortem anno Chriſti
ſeptingenteſimo octogeſimo-ſeptimo conſignat. Poſt Oſtaldum Sammartha-
ni Gauienum ſic inſerunt. *Aubertus anno 752. Oſtaldus an. 767. Gauie-
nus adfuit Concilio Romano in Baſilica Lateranenſi an. 769. ſub Stephano
3. Summo Pontifice, ex ſchedis Panuinianis. Euſebius an. 778.* Ioannes
Maan Aubertum, ſiue Albertum vt vocat, anno Chriſti ſeptingente-
ſimo quinquageſimo-ſecundo mortuum ait; in reliquis ſequitur Sam-
marthanos, & vbi de Alberto ſiue Anberto, de Oſtaldo, déque Euſebio
ſermonem facit, allegat Chronicon Turonenſe, quo ſe quoque vſos iidem
teſtantur Sammarthani. Apud Robertum, qui ſolum Euſebij nomen
habet, recenſentur, *Aubertus vel Autbertus, 752. Oſtaldus vel Oſaldus, 767.*

AN. CH. 765. PIPPINI R. 14.

tum *Euſebius*. Literas anuo Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-octauo accepit à Zacharia Papa Raimbertus ſeu Ragimbertus Turonenſis Archiepiſcopus. Et ſubrogatum anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo Aubertum non inficiamur, at Aubertum ad annum vſque Chriſti ſeptiugenteſimum ſexageſimum-ſeptimum negamus perueniſſe, quia Euſebius anuo Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-qointo, cùm Attiniacenſi Placito ſubſcripſit, Archiepiſcopatum Turonenſem iam obtinebat. Aubertus Archiepiſcopatum adeptus eſt anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo, vitámque anno pòſt ſecundo clauſit. Succeſſit Oſtaldus, tum Euſebius, nec inter vtrumque locus Gauieno concedendus eſt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-nonum in Concilio Lateraneuſi, Euſebius enim anno Chriſti ſeptingeuteſimo ſexageſimo-quinto in Turonenſi Cathedra iam ſedebat Archiepiſcopus, vt conſtat ex ſubſcriptione de qua nunc agimus.

XXVIII. XXVI. *Tello Epiſcopus ciuit. Coeradiddo*. Hic eſt Tello Curienſis Epiſcopus, huius nominis primus, de quo iam locuti ſumus [a]. Duos Tellones Epiſcopos Curienſes in Epiſcoporum Curienſium Catalogo ſimul coufundit Bruſchius, cùm Victori, cuius mors in annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum incidit, ſubrogat Vigilium, huic Tellonem ſeu Thellouem, de quo ſic ſcribit. *Vixit Pippini Galliarum Regis temporibus. Condidit & extruxit Cathedralem Eccleſiam Churienſem, qua ad hac noſtra vſque tempora illaſa manſit ac durauit. Dotauit Diſertinenſe Monaſterium. Obiit anno Chriſtiana Redemptionis 784.* Bucelinus in eorumdem Epiſcoporum Indice [b] duos quoque ſimul confuudit Tellones, vnique è duobus couflato uon Vigilium modò, ſed etiam Vrſicinum ſic præponit. *Vigilius ex eodem Comitum genere electus A. C. 760. B. Vrſicinus Abbas Diſertinenſis ſub A. C. 772. Tello Comes Rhatia, Reſtaurator & Abbas Diſertinenſis obiit 24. Septemb. A. C. 784.* At iu Rhætiæ Chronologia te diligentiùs examinatâ duos diſtiuguit Tellones; inter vtrumque medios collocat Vigilium & Vrſicinum; ſeniorem Tellonem Victori, iuniorem Vrſicino ſufficit. Seriem Curienſium Epiſcoporum ſic ordinatam approbamus. Sed de Chrouologia uou couuenimus. Apud Bucelinum Tello ſenior Diſertinam ſplendidè dotat anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-primo, literis die decimâ-quintâ Decembris datis, ac paulò pòſt è vita diſcedit; ſuccedit Vigilius, eiúſque breuis Pontificatus anno Chriſti ſeptiugenteſimo ſexageſimo-quarto clauditur; ſubrogatur Vrſicinus ex Abbate Diſertinenſi, iſque ſexto Nonas Octobris, anno Chriſti ſeptiugenteſimo ſeptuageſimo migrat in cælum; huic ſucceſſor datur Tello iunior, iſque ad anuum vſque Chriſti ſeptingenteſimum octogeſimum-quartum ſuperſtes viuit. Chronologiam autem longè aliter inſtituendam docet ſubſcriptio, quâ Placitum Attiniacenſe Tello ſenior communit anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-quinto. Ex illa enim ſubſcriptione colligimus ad anuum vſque Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-quintum perueniſſe Tellonem, qui teſte Walafrido Curieuſem Epiſcopatum, priuſquàm Sidonius Conſtantienſis ad Rhenum Epiſcopus ex hac vita tolleretur, anno Chriſti ſeptingenteſimo vndeſexageſimo iam obtinebat. Huius igitur Tellonis obitum in annum ſequentem, ſiue in annum Chriſti ſeptiugenteſimum ſexageſimum-ſextum reiiciemus; Vigilij Pontificatum, quem breuem fuiſſe couſentiuut, anuo Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-octauo terminabimus; Epiſcopatum Vrſicini quadriennio circumſcribemus, eius vitâ, vt aliquando Bucelinus cenſuit, ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum-ſecundum productâ; denique Vrſicino ſufficiemus Tellonem ſecundum ſeu iuniorem, eiúſque mortem anuo Chriſti ſeptingenteſimo octogeſimo-quarto cum Auctoribus præcitatis conſignabimus.

[a] Ad ann. 760. 761.

[b] Part. 2. German. Sacr.

XXVII. *Mauriolus Epiſcopus ciuit. Andecanis.* Hic Mauriolus, de
quo ſermo ſub Carolo Magno recurret, in Andegauenſium Epiſcoporum AN. CH.
Catalogo locum tenet poſt Sacrium, qui Gorzienſi Priuilegio cum aliis 765.
Epiſcopis anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſeptimo ſubſcripſit PIPPINI
in Synodo Compendienſi. R. 14.

Actum hactenus de ſubſcriptionibus Epiſcoporum, teſtat vt eodem XXIX.
quoque modo ſubſcriptiones Abbatum inſpiciamus. XXX.

I. *Fulradus Abbas de Monaſterio S. Dionyſij.* Hic Fulradus poſt Conſ- ET ABBA-
tramnum, quem anno Pippini Regis ſexto ſiue anno Chriſti ſeptingente- TVM.
ſimo quinquageſimo-ſeptimo ſuperſtitem in viuis diximus, Monaſterium XXXI.
San-Dionyſianum in agro Pariſienſi regendum ſuſcepit, diúque guber-
nauit.

II. *Lantfridus Abbas de Sancto Germano.* Monaſterium Pratenſe Sancti XXXII.
Germani prope muros Pariſienſes adminiſtrauit ab anno Chriſti ſeptingen-
teſimo viceſimo-ſexto Lantfridus ſeu Lanfredus Abbas, & ab Anonymo,
qui Continuatorem Aimoini interpolauit [a], perperam aſſeritur obiiſſe ſtatim [a] Lib. 4. c.
poſt bellum Saxonicum, quod anno Chriſti ſeptingenteſimo duodeſexa- 64.
geſimo geſtum eſt, anteceſſitque Pippini Regij filij ortum, quem anno
Chriſti ſeptingenteſimo vndeſexageſimo veteres Annaliſtæ conſignant. Ex
prædicta ſubſcriptione liquet iſtum Abbatem anno Chriſti ſeptingenteſi-
mo ſexageſimo-quinto ſuperſtitem fuiſſe. De illius obitu Tomo ſequenti
agemus ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum-quintum,
qui regiminis erit vndequinquageſimus.

III. *Ioannes Abbas de Sancto Flodoaldo.* Legendum ſuſpicamur *de Sancto* XXXIII.
Clodoaldo, & Ioannem hunc Abbatem extitiſſe cuiuſdam Monaſterij,
quod in Diœceſi Pariſienſi ſub Sancti Clodoaldi nuncupatione condi-
tum eſſet.

IV. *Druthtgungus Abbas de Gemetico.* Hic Druthtgungus in Abbatum XXXIV.
Gemmeticenſium Catalogis hactenus editis deſideratur; locum obtinere
debet inter Sanctum Hugonem & Landricum, quorum ille anno Chriſti
ſeptingenteſimo triceſimo migrauit in cælum, hic obiit regnante Carolo
Magno.

V. *Withlecus Abbas de Funtanellas.* Hic Withlecus, aliter Wido & XXXV.
Widolaicus, Abbas Fontanellenſis anno Chriſti ſeptingenteſimo quin-
quageſimo-tertio cœpit eſſe, vitámque clauſit Carolo Magno tum Rege.
Lege Chronicon Fontanellenſe [b]. [b] Cap. 14.

VI. *Witmarus Abbas de Centula.* Hæc eſt certa Witmari ſeu Guitma- XXXVI.
ri Centulenſis Abbatis epocha, & ad eam reuocanda Centulenſium Ab-
batum Chronologia. Primus Abbas Centulenſis fuit Sanctus Richarius,
quem proximè ſecuti ſunt, vt Tomo ſuperiore diximus, Ocioaldus, Clo-
tinus, Sanctus Ildeuertus, Guitmarus, Aldricus. Illorum autem Abba-
tum Chronologia ſic eſt inſtituenda, vt Guitmarus ſeu Witmarus regi-
men Monaſterij ſuſcipiat Pippino nondum Rege, vitámque claudat poſt
annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-quintum.

VII. *Leodharius Abbas de Corbeia.* Hic Leodharius non alius nobis XXXVII.
videtur à Leodegario, qui locum in Catalogo Corbeienſium Abbatum poſt
Grimonem tenet. Grimo ſuperſtes erat in viuis anno Chriſti ſeptingenteſimo
quadrageſimo-primo, & ex eius ætate redarguuntur, qui Leodegarium ſeu
Leodharium proximum illius ſucceſſorem anno Chriſti 726 floruiſſe vo-
lunt. Iam ſuſpicati ſumus tranſmutatos Characteres, & anni 726 loco
reſtituendum eſſe annum 762. Leodegarium Abbatem priùs inſtitutum pu-
tamus, quàm Pippinus regnare cœperit, nec anno tantùm Chriſti ſep-
tingenteſimo ſexageſimo-ſecundo vixiſſe, ſed & Attiniacenſi Placito ſub-
ſcripſiſſe anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-quinto. Addonem, cu-
ius obitus in annum Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum incidit,

AN.CH. Leodegario proximè ſufficiunt, Sirmondus, Robertus, & Sammarthani.

765. VIII. *Manaſſe Abbas de Flauiniaco.* Hic Manaſſe ſeu Manaſſes Abbas

PIPPINI regimen Monaſterij Flauiniacenſis anno Chriſti ſeptingenteſimo quin-

R. 14. quageſimo-quinto ſuſcepit, obiitque regnante tum Carolo Magno. Lege

XXXVIII. Hugonem Flauiniacenſem in Chronico Virodunenſi.

XXXIX. IX. *Aſinarius. Abbas de Noualicio.* Certa eſt hæc Aſinarij ſiue Aſenarij Noualicienſis Abbatis epocha. Lege quæ ſuperiùs ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſextum, quo Noualicienſe Monaſterium ab Abbone Patricio inſtauratum eſt, de Godono & Aſenario Abbatibus dicta ſunt aduerſus Epiſcopum Salutienſem, qui Catalogum Noualicienſium Abbatum in Chronologica Pedemontanæ Regionis Hiſtoria [a] ſic contexuit, vt Aſenarium quinto poſt Godonum loco recenſere non dubitarit. Succeſſit autem Aſenario Witgarius, de quo plura dicemus ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum, quo vitam clauſit.

[a] Cap. 16.

XL. X. *Waldo Abbas de Sancto Ioanne.* Hic Waldo Reomaenſis Abbas anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-primo Cœnobium Sancti Ioannis apud Reomaum in Epiſcopatu Lingonenſi gubernare cœpit, adminiſtrauitque ſub tribus Epiſcopis, Chedroaldo, Herulpho & Valdrico, quorum primus obiit regnante Pippino, alter eidem Pippino Regi ſuperuixit, poſtremus Waldonem habuit in amicitia Carolo tum Rege.

XLI. XI. *Fabigandus Abbas de Busbrunno.*

XLII. XII. *Godobertus Abbas de Rusbacis.* Abbas de *Rusbacis* idem ac Abbas Reſbacenſis. Deſideratur Catalogus Abbatum Reſbacenſium. Godobertus ſuâ ſubſcriptione docet Abbatem illus loci ſe fuiſſe regnante tum Pippino.

XLIII. XIII. *Athalbertus Abbas de Fabarias.* Ex hac Athalberti Fabarienſis Abbatis ſubſcriptione Bucelinum in Chronologia Rhætiæ & parte ſecunda Germaniæ Sacræ corrige. Vtrobique perperam hic Auctor Athalbertum omittit, Vincentium enim quem anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-primo in Monaſterij Præfecturam Lupicino ſucceſſiſſe diximus, anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo octauo mortuum ait, eique Martianum proximè ſufficit, hac tamen differentiâ, quòd in Chronologia Rhætiæ vult Fabariam poſt Vincentij mortem ſine Abbate per quadriennium ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum-ſecundum fuiſſe, parte verò ſecundâ Germaniæ Sacræ Monaſterium Abbate per illud quadriennium caruiſſe nuſquam prodit. Bucelinum haud vituperamus, quòd Vincentium cum deceſſore Lupicino ſic comparauit. *Apud Fabarienſes non minore ſanctitatis opinione eluceſcit B. Vincentius, quàm qui proximè anteceſſit B. Lupicinus.* Et paulò poſt, obitum eiuſdem Vincenrij ſic deflevit. *Mœrorem auget, etſi felix ad ſuperos tranſitus, nunc primùm celebrati Præſulis Fabarienſis B. Vincentij, quem meritò non filij ſolum religioſi, ſed tota prouincia planxit, tanto ſibi ſolatio erepto & exemplo, etſi certum ad cælum Patronum ſe præmiſiſſe non ignoraret.* At hæc ſetiùs ad annos Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-ſeptimum & ſeptingenteſimum ſexageſimum-octauum ſcripſit, anno enim Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-quinto Abbas iam erat Athalbertus, cui locus Vincentium inter ac Martianum ex prædicta ſubſcriptione tribuendus. Martianus autem, vt idem Auctor teſtatur, anno Chriſti ſeptingenteſimo ſeptuageſimo-ſecundo Fabarienſibus Monachis præeſſe cœpit.

XLIV. XIV. *Widradus Abbas de Sancta Columba.* Vetuſtiſſimum cenſetur Sanctæ Columbæ prope Senonas Monaſterium. Series Abbatum non habetur integra. Temporibus Pippini Regis Abbatem ſuâ ſubſcriptione ſe prodit Widradus in Catalogis hactenus omiſſus.

XV. *Ebarſindus Abbas de Aldaha.* Hic eſt Ebarſindus ſiue Eberſwin-
dus Altahæ ſiue Altaichij Inferioris primus Abbas, à nobis iam laudatus, AN.CH.
de cuius ſucceſſore Wolfberto ſermonem ad annum Chriſti ſeptingenteſi- 765.
mum ſeptuageſimum-primum faciemus. PIPPINI
XVI. *Geraus Abbas de Niuella.* Legendum fortè *de Nigella*, ſtabat R. 14.
enim tunc atque etiamnum ſtat in Epiſcopatu Trecenſi Nigella Monaſte- XLV.
rium virorum perantiquum. Niuellam verò non nouimus præter puellare XLVI.
Monaſterium in Diœceſi tunc Traiectenſi ſeu Leodienſi, de quo ſæpè ſer-
monem fecimus.
XVII. *Ragingarius Abbas de Vtico.* Primus Abbas Vticenſis fuit Sanctus XLVII.
Ebrulfus, cuius obitum anno Chriſti quingenteſimo nonageſimo-ſexto
conſignauimus. *Qui vel quot ſucceſſores illi fuerint per* CCCC *annos in
Vticenſi Cœnobio, ſeu quales euentus pertulerint prouinciales vel Cœnobitæ*,
penitus ignorare ſe fatetur Ordericus [a], additque rationem, quia Piratæ [a] Lib. 6.
de Dacia egreſſi ſunt, in Neuſtriam venerunt, & antiquorum ſcripta cum
Baſilicis & ædibus concremarunt. Ex hac autem ſubſcriptione patet Ra-
gingarium Vticenſem Abbatem extitiſſe regnante Pippino.
Poſt Conuentum Attiniacenſem, cuius ſubſcriptiones hactenus examina- XLVIII.
uimus, Pippinus Trecas & Autiſſiodorum venit cum exercitu, Ligerim BELLVM
traiecit, in Aquitaniam penetrauit, Hiſandonem vſque victor proceſſit. AQVITA-
Excitus ad hæc Waifarius occurrit cum copiis, initóque prælio fugatus NICVM.
vix euaſit cum paucis. Blandinus Comes Aruernorum, qui captus vene-
rat in poteſtatem Regis, & elapſus ad Waifarium poſteà confugerat, in
ea pugna cecidit. Pippinus partâ victoriâ rediit cis Ligerim, & per agrum
Auguſtodunenſem iter habuit Aquiſgranum verſùs, vbi hyemem egit
procul exploſâ Legatione Waifarij Biturigas & reliquas ciuitates ablatas
ſibi reſtitui poſcentis eâ lege, vt quot annis Regi tributa muneráque ſol-
ueret ab anteceſſoribus Francorum Regibus ex Aquitania exigi ſolita. Hæc
in Geſtis Pippini Regis ab Anonymo iuſſu Nibelungi conſcriptis fuſiùs
enarrantur, nec abſque næuo, quoniam hic Auctor Conuentum, quem
Pippinus apud Attiniacum menſe Maio celebrauit, habitum vult Niuer-
ni, cùm ad bellum Rex iam procederet. Rebus enim, quas anno priori
retulimus, commemoratis, lucubrationem ſuam ſic perſequitur. *Iterum
ſequenti anno* Rex Pippinus *commoto omni exercitu Francorum per Trecas,
inde Autiſioderum, vſque ad Niuernum vrbem cum omni exercitu veniens,
ibique cum Francis & Proceribus ſuis Placitum ſuum Campo Madio tenens.
Poſteà Ligere tranſacto Aquitaniam pergens, vſque ad Lemodicas acceſſit.*
Sublatis autem illis vocibus, *ibique cum Francis & Proceribus ſuis Placi-
tum ſuum Campo Madio tenens*, textus eſt ita reſtituendus. *Iterum ſequen-
ti anno, commoto omni exercitu Francorum per Trecas, inde Autiſiodo-
rum, vſque ad Niuernum vrbem cum omni exercitu veniens, poſteà Lige-
re tranſacto Aquitaniam pergens, vſque ad Lemodicas acceſſit, totam illam
regionem vaſtans, villas publicas, quæ ditionis Waifarij erant, totas igne
cremare præcepit. Totâ regione illâ penè vaſtatâ, Monaſteriis multis depo-
pulatis, vſque Hiſandonem veniens, vnde maximam partem Aquitaniæ,
vbi plurimùm vinearum erat, cepit ac vaſtauit. Vnde penè omnis Aquita-
nia, tam Eccleſiæ quàm Monaſteria, diuites & pauperes vina habere conſue-
uerant, omnia vaſtauit & cepit. Dum hæc agerentur, Waifarius cum exer-
citu magno & plurimorum Waſconorum, qui vltra Garronam commorantur,
qui antiquitus vocati ſunt Vaceti, ſuper prædictum Regem venit. Sed ſta-
tim ſolito more omnes Waſcones terga verterunt; plurimi ibidem à Francis
interfecti ſunt. Hæc cernens Rex perſequi eum iubet, & vſque ad noctem
eum perſequens, vix Waifarius cum paucis, qui remanſerant, fugiendo eua-
ſit. In eo prælio Blandinus Comes Aruernorum, quem prædictus Rex priùs
ceperat, & qui poſteà ad Waifarium confugium fecerat, in eo prælio inter-*

AN. CH. 765. PIPPINI R. 14.

*fectus eſt. Rex Pipinus, opitulante Deo, victor extitit, patratâ iterum victoriâ cum magno triumpho iterum ad Denegontium * cum magno exercitu Francorum ad Ligerem veniens. Inde per pagum Augustidunenſem ad propriam ſedem remeauit. Ibi victus Waifarius Legationem ad prædictum Regem mittens, petens ei, quòd Betoricas & reliquas ciuitates Aquitaniæ prouinciæ, quas de manu eius prædictus Rex abſtulerat, ei redderet, & poſteà ipſas Waifarius ditionis ſuæ faceret, tributa vel munera, quæ anteceſſores ſui Reges Francorum de Aquitania prouincia exigere conſueuerant, annis ſingulis partibus prædicto Regi Pippino ſoluere deberet. Sed hoc Rex per conſilium Francorum & Procerum ſuorum facere contempſit.* Ex illa narratione conſtat corrigendos veteres Annaliſtas [a], qui Francos hoc anno quieuiſſe, nullúmque volunt iter à Pippino ſuſceptum, licèt bellum in Aquitania nondum terminatum eſſet. Illorum autem plerique notant, quòd Pippinus hyberna habuit Aquiſgrani, ibíque Natalem Domini celebrauit. At in præcitato textu videtur id potiſſimùm præ ceteris obſeruandum, quòd *vix Waifarius cum paucis, qui remanſerant, fugiendo euaſit.* Ad hoc enim bellum Aquitanicum atque ad has Waifarij Ducis anguſtias referri debent, quæ de Eudone ipſius Waifarij auo in Geſtis Epiſcoporum Autiſſiodorenſium perperam narrantur. Capite viceſimo-ſeptimo, quod *de Hainmaro* Epiſcopo inſcribitur, hæc leguntur. *Contigit eo tempore Pipinum filium prioris Karoli*, nempe Maioris-domûs, Martelli pòſt dicti, *Aquitaniam ex euocatione Eudonis Aquitanorum Ducis aduersùs Aimonem Cæſarauguſtæ Regem perrexiſſe, qui Lampagiam ipſius Eudonis filiam in coniugium ſumpſerat, & fœdera coniugij ruperat. Conuenientes autem in locum, qui Iberra dicitur, dum inter ſe pugnare cœpiſſent, hic Hainmarus cum ſuis in Sarracenorum multitudinem irruens, maximâ eos cæde proſtrauit, deuicit, atque ſimul cum Rege, Chriſto propitiante, victor extitit. Sícque Pipinus cum triumpho Franciæ partes repetiit, ſed non multùm pòſt prædictus Eudo pactum, quod pepigerat cum Pipino, fallaci mutatione deſeruit. Vnde factum eſt, vt iſdem Hainmarus, præcipiente iam dicto Pipino, iterum Aquitaniæ partes collectâ ſuorum multitudine repeteret, atque Eudonem ad bellum prouocaret, quibus in vnum congreſſis, tantâ ſubitò cæde Aquitani corruerunt, vt vix ipſe Dux eorum Eudo per fugam dilapſus euaderet. Sed quorundam inſidiante inuidiâ, quæ proſperis rebus ſemper adeſſe ſolet, ſuggeſtum eſt Regi, quod ipſe Eudo non aliter niſi ex conſenſu Hainmari euaſiſſet.* Eudo Dux ſeu Præfectus Aquitaniæ, de quo non ſemel Tomo ſuperiore locuti ſumus, obiit anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-quinto. Tunc Pippinus adoleſcebat, nec adhuc aduersùs Saracenos aut Aquitanos dimicarat. Bellum in Aquitania ſæpè poſt patris obitum non aduersùs Endonem, ſed aduersùs Hunaldum eius filium aut nepotem Waifarium ſeu Maior-domûs ſeu Rex geſſit. De Hunaldo, qui Monachum anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quinto induit, non legimus quòd ad eas redactus ſit anguſtias, vt vix è prælio per fugam dilapſus euaſerit. Snpereſt igitur, vt Hainmarum cum Waifario congreſſum aſſeramus. Hainmarus autem proditionis apud Regem per calumniam accuſatus, vt in iiſdem Geſtis Epiſcoporum Autiſſiodorenſium proximè ſubiicitur, *euocatione ab eodem Rege apud Baſtoneam * villam, quæ eſt ſita in ſaltu Arduenna, cuſtodia carcerali eſt mancipatus. Interiectis itaque paucis diebus, cuiuſdam nepotis ſui ingenio extractus, arrepto equo fugam iniit, cuius poſt tergum cum ſumma velocitate aduerſarij inſequentes in loco, qui Luſaus dicitur in pago Tullenſi, eum conſecuti ſunt, qui videns ſe eorum inſidias euadere non poſſe, totum ſe ad diuinum contulit auxilium. Nam dum extenſis brachiis in modum Crucis, oculis ad cælum eleuatis, ſupernam gratiam exoraret, lanceis perſequentium confoſſus, ſimul cum prædicto nepote ſuo occubuit. Ibíque dicitur fuiſſe ſepultus. Seruatur hacte-*

Margin notes:

* Digoin.

[a] Nazar. Loiſel. Lauresh. Til. Bertin.

* Baſtoigne.

HAINMARVS EP. NECATVR.

AN. CH. 765.
PIPPINI R. 14. XLIX.

nus Autiſſiadori in altare matris Eccleſiæ Crux aurea ligni Dominici, oſtentans in ſe ſigna Martyrij eius. Sequuntur variæ Donationes, de quibus ante biennium. Deniquc caput ita clauditur. *Boniacus atque Vitriacus, tempore interfectionis ſuæ, in fiſcum ceſſerunt Dominicum.*

Paulus Papa certior factus, quòd ſex Patricij cum trecentis nauibus Conſtantinopoli ſoluerant, auctíque claſſe Siculâ Romam properare, deinde in Franciam irrumpere decreuerant, literas ipſas, quas ab amicis acceperat ea de re, Pippino tranſmiſit [a] per Conibertum hominem Francum, qui Romæ tunc erat. Prætereà tres ſaltem in Italiam Oratores mitti rogauit, qui Deſiderium Longobardorum Regem apud Ticinum conuenirent, atque inde Romam duo proficiſcerentur, Ticino tertius in Franciam rediret Pippino reſponſum Deſiderij laturus, hic enim nihil eorum reſtituerat, quæ coram Francicis Legatis toties promiſerat ſe redditurum, imò literas ſcripſerat minis refertas, quas Paulus æquè Pippino deferendas curauit. *Domno Excellentiſſimo filio, & noſtro ſpiritali compatri, Pippino Francorum Regi, & Patricio Romanorum, Paulus Papa. A Deo inſtitutæ Præcellentiæ veſtræ his noſtris Apoſtolicis ſyllabis, bone potentiſſime Rex, fili Excellentiſſime, & ſpiritalis compater, ſicut noſtro poſt Deum liberatori ea, quæ ad agnitionem noſtram de diuerſis adueniunt partibus, ſummoperè innoteſcere ſtudemus. Agnoſcat ſiquidem Eximietas veſtra, intimaſſe nobis quoſdam ſinceriſſimos fideles ſpiritalis matris veſtræ, Sanctæ noſtræ Eccleſiæ, quòd ſex Patricij, deferentes ſecum trecenta nauigia, ſimúlque & Sicilienſem ſtolum, in hanc Romanam Vrbem abſolutè à Regia Vrbe, ad nos properant. Quid ij velint agere, aut pro qua diriguntur cauſa, rei veritatem ignoramus. Hoc tantùm nobis nuntiatum eſt, quòd ad nos progredi, & ad veſtram ſummè laudabilem Præcellentiam in Franciam ingredi ſunt diſpoſiti, eoſdémque nobis deſtinatas literas infra hac noſtra ſcripta veſtræ Excellentiæ direximus intuendas. Itaque & hoc conſeruandæ Eximietati veſtræ innoteſcimus, quòd quemadmodum in præſentia Miſſuum veſtrorum conſtitit cum Deſiderio Langobardorum Rege, vt noſtras Romanorum iuſtitias ex omnibus Langobardorum ciuitatibus pleniùs primitus acciperemus, & ita poſtmodum ad vicem ex omnibus noſtris ciuitatibus integras Langobardis faceremus iuſtitias, freti in huiuſcemodi eius pollicitatione, quam in præſentia prædictorum Miſſuum veſtrorum exhibuit, noſtros Miſſos direximus ad eaſdem recipiendas faciendáſque iuſtitias. Ipſe verò varias adhibens occaſionum verſutias, nequaquam nobis primitus, vt conſtitit, plenarias de omnibus ſuis ciuitatibus facere voluit, quas exquirimus, iuſtitias, & ita demùm ſuas in integro ex omnibus noſtris ciuitatibus recipere, ſed ſingillatim tantummodo de vna ciuitate facere, & de alia recipere maluit, volens per hoc dilationem inferre, ne pars noſtra Romanorum propriam conſequatur iuſtitiam. Et ecce noſtrò Miſſi nihil impetrantes, ad nos ſine effectu reuerſi ſunt, & plures depradationes ex tunc, atque multa & inaudita mala in noſtris immittit finibus. Vnde ecce ſuas confeſtim direxit literas, per quas confidens in ſua ferocitate, Deum præ oculis non habens, nec beotum Principem Apoſtolorum Petrum metuens, comminationes nobis direxit, & inania detractionum verba pertulit, quas & de præſenti infra hanc noſtram exarationis ſeriem veſtro præfulgido & à Deo inſtituto Culmini direximus, vt earum præcelſa Eximietas veſtra agnoſcens textum, conſideret, quanta ſit eius malitia, & elationis cordis ſuperbia, in id, quòd contra beatum Petrum & veſtram Regalem potentiam ſe erigens, malitias nobis comminatur inferre. Sed nos ſpem noſtram, poſt Deum, ſicut inexpugnabilem murum, firmiſſimam, in veſtram à Deo corroboratam Excellentiam habemus. Pro quo, flexo poplite, te petimus, & per nos etiam beatus Petrus Apoſtolorum Princeps veſtram adgreditur eximiam Præcellentiam, quatenus inſpiratus ab Omnipotente Deo, qui vos Sanctæ ſuæ Eccleſiæ defenſorem ac liberatorem conſtituit, ſalutem noſtram ampliſſimè procurare, & con-*

[a] Ep. 24. Cod. Carol.

LITERÆ PAVLI PP. AD PIPPINVM ADVERSVS GRÆCOS ET LONGOBARDOS.

AN.CH. 765. PIPPINI R. 14.

tra omnium noſtrorum inimicorum ferocitatem & arrogantiam ſolitus auxiliator & protector noſter exiſtere inhoas, Chriſtianiſſime & ſpiritalis compater, quatenus lucratiſſimum præmium à Redemptore noſtro Domino Deo, intercedente beato Petro Apoſtolorum Principe, conſequi mereamur, & ſicut terrenum, ita & cæleſte Regnum cum Sanctis & electis Dei per infinita ſecula conſequi mereamini. De omnibus verò, ſubtili enarratione, præſenti Comiberto, veſtro fidelissimo Vaſſo, iniunximus cuncta liquidiùs veſtræ Regali potentiæ ſuggerere. Sed & hoc obnixè poſtulamus benignam Excellentiam veſtram, vt Miſſos veſtros aptos, quales vobis placuerint, ad nos dirigere debeatis, qui in noſtro inueniantur eſſe auxilio. Vnus tamen ex eis vſque Ticinum properare debeat, vt dum cum Deſiderio Rege loquutus fuerit, quicquid eis in reſponſis reddiderit, veſtra Excellentia renuntiet. Reliqui verò duo cum veſtro diſpoſito & ordinatione apud nos coniungere feſtinent, vt in noſtro, vt dictum eſt, conſiſtant auxilio. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

L. Antequàm in Pippini manus hæ venirent literæ, ſcripſit ei Deſiderius nihil à Longobardis tentatum contra Romanum Pontificem. Quod vbi Paulus per Andream & Gundericum ſolertiſſimos viros à Pippino directos reſciit, eos cum Deſiderij Legatis coram ſe vocauit in colloquium, totóque negotio palàm facto quamprimùm in Franciam remiſit cum aliis literis [a], quibus apud Pippinum de mendacio Deſiderij grauiter queſtus auxilium petiit, quia Longobardi Senogalliam ferro & igne vaſtarant cæſis incolis abactâque prædâ, nec minori clade Caſtrum Valentis in Campania iam percuſſerant. *Domno Excellentiſſimo filio, & noſtro ſpiritali compatri, Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum, Paulus Papa cum maximo honorificentiæ conatu & dilectionis affectu. Quas præclara Excellentia veſtra miſit literas, adferentibus Andreâ & Gunderico, ſollertiſſimis viris, Chriſtianitatis veſtræ Miſſis, acceptantes ſuſcepimus, &c. De eo verò, quod innotuit Excellentia veſtra, vobis à Deſiderio Langobardorum Rege eſſe inſinuatum, nullam malitiam vel inuaſionem à Langobardis in noſtris partibus fuiſſe illatas, omninò credat nobis beniuola Excellentia veſtra, non veridicè in hoc vobis direxit. Etenim, benigniſſime fili, & ſpiritalis noſter compater, Chriſtianiſſime Rex, dum tanta ob eiſdem Langobardis deuaſtationes in noſtris finibus ac ciuitatibus facta fuiſſent, & à nobis ex hoc ammonitus fuiſſet, comminationis ſuæ ad nos direxit literas, quas neceſſitate coacti infra noſtras Apoſtolicas literas hoc præterito anno veſtræ Excellentiæ direximus intuendas. Hoſtiliter quippe in ciuitate noſtra Synogalienſi pergentes ferro & igne, quæ extra eandem ciuitatem conſiſtebant, deuaſtauerunt, & plurimam exinde auferentes prædam, aliquantos ibidem interfecerunt homines. Similiter & in partes Campaniæ, id eſt, Caſtro noſtro, quod vocatur Valentis, hoſtiliter irruentes, talia, ſicut paganæ gentes egerunt, de quibus vſque hactenus nequaquam iuſtitiam ab eis recipere valuimus. Et ideò Excellentiæ veſtræ direximus, vt veſtrum annuiſſetis dirigere Miſſum, quatenus eius præſentiâ inter partes iuſtitiæ perueniſſent, vt non ex hoc aliqua à noſtra vel Langobardorum parte ad eaſdem perueniendum iuſtitias dilatio perueniret. Vnde pro veſtra ampliſſima ſatisfactione adprobationem fecimus, in præſentia prædictorum veſtrorum fidelium Miſſorum, cum iam dictis Langobardorum Regis Miſſis, & ſatisfacti ſunt veſtri Miſſi de tantis iniquitatibus, & cognouerunt noſtram veritatem & eorum mendacium, & ob hoc non poſſumus tantas ab eis nobis illatas malitias tacere, ſed neceſſe nobis veſtro Regali Culmini, vtpote, poſt Deum, huius prouinciæ liberatori, cuncta innoteſcere, quò per vos omnis iſtius prouinciæ à vobis redempta populus ad ſuam pertingere valeat iuſtitiam.*

[a] Ep. 14. Cod. Carol.

ITEM ALIÆ ADVERSVS DESIDERIVM R. LONGOBARD.

LI. In iiſdem literis ad Pippini Regiæque munificentiæ commendationem hæc proximè ſubiiciuntur. *Intereà, præcellentiſſime ac benigniſſime Rex, Chriſtianiſſime*

Chriſtianiſſime fili, & ſpiritalis compater, ſuſcepimus & menſam illam, quam AN. CH.
olim ſanctæ recordationis domino & germano noſtro beatiſſimo Stephano Pa- 765.
pæ, & per eum beato Petro Apoſtolo obtuliſtis, quam & cum hymnis & Can- PIPPINI
ticis ſpiritalibus Letaniæ laudes ſolenniter Deo referentes, infra aulam ipſius R. 14.
Principis Apoſtolorum introduximus, quámque veſtri Miſſi in ſacram Con-
feſſionem, ſuper corpus ſcilicet eiuſdem cælorum Regni Ianitoris ex veſtri
perſona obtulerunt, quam & chriſmate vnctionis ſanctificantes, & ſacram
oblationem ſuper eam imponentes, ſacrificium laudis Deo Omnipotenti, pro
anima veſtra remuneratione & Regni veſtri ſtabilitate obtulimus, decer-
nentes Apoſtolicâ cenſurâ, ſub anathematis interpoſitione, nulli vnquam
licere, eam ab Eccleſia beati Petri alienare. Et ecce memorale veſtrum
in eadem Apoſtolica aula fulgens permanet in æternum, cuius remunera-
tionem vos credite à iuſto retributore Domino Deo, & beato Apoſtolorum
Principe Petro, in cæleſtibus Regnis adepturum.

In iiſdem quoque literis Paulus Papa teſtatus eſt ſe prædicti Andreæ LII.
cauſam perfeciſſe, vt eius voluntas fuerat & præceptio Pippini, cui perur-
banè liberum reliquit, verùm vellet diuturniorem apud ſe moram, vel
reditum in Italiam Regio ac Petro imperare. *De Regio itaque & Petro,*
quod innotuiſtis, omninò agnouimus, ſed hoc in veſtra voluntatis arbitrio
relaxamus, vt qualiter vobis placuerit, ita ex eis agatis, ſiue apud vos eos
detinendo, ſiue etiam ad nos abſoluendo, quoniam omninò, quæ vobis placi-
ta ſunt, & nobis omninò congrua & proſpera eſſe videntur. Præfati deni-
que Miſſi veſtri omnia, quæ à vobis iniuncta extiterunt, liquidiùs nobis
retulerunt, de quibus ad ſingula reſponſum reddimus, eóſque de cunctis in-
formatos ad vos exarrandum abſoluimus, perficientes & cauſam prædicti An-
dreæ, vt eius fuit voluntas, & veſtra extitit præceptio. Petrus, cuius men-
tionem facit Romanus Pontifex, fuit procul dubio primus Defenſor, quem
ante biennium in Franciam veniſſe diximus, & de quo Romam tum re-
uerſo ſermo ad annum ſequentem recurret.

Nec hîc omittenda literarum clauſula, quæ tres tantùm liberos Pippi- LIII.
ni, Carolum, Carolomannum, & Giſilam, commemorat, hac enim AN BERTA
enumeratione refelluntur, qui Bertam addunt, & cuidam Miloni nuptam FILIA
comminiſcuntur. *Omnipotens autem Dominus, qui diues eſt in miſericor-* PIPPINI?
diis, ſuæ extenſionis brachio vos continuâ defenſione protegat, & omnes aduer-
ſarios ac rebelles veſtris Regalibus ſubiiciat veſtigiis, tribuens longæuiter ac ſa-
lubriter vnà cum Excellentiſſima filia & ſpiritali noſtra commatre, benigniſſima
Regina, & amantiſſimis natis Carolo & Carolomanno, Excellentiſſimis Re-
gibus & Patriciis Romanorum, atque Giſila nobiliſſima, Regni gubernacula
poſſidenda, & æterna præmiorum gaudia cum Sanctis & electis perfruenda.
Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

Hoc anno, tres Epiſcopi primæ prouinciæ Belgicæ, Chrodigangus Me- LIV.
tenſis, Madelueus Virodunenſis, & Godo Tullenſis, iuxta Pippini Regis TRANSLA-
conſilium ac præceptionem, de quibus actum anno priori, perrexerunt ad TIO SS.
Agaunenſe Monaſterium, vt aut Reliquias amicè repeterent, quas illius GORGONII,
loci Monachi violato nuper hoſpitij iure clàm ſurripuerant, aut inde vi NABORIS
corpora Sancti Mauricij ſociorúmque Martyrum auferrent. Totum hoc ne- ET NAZA-
gotium Monachus Gorzienſis in Hiſtoria de Tranſlatione Sancti Gorgonij RII.
deſcribit [a]. *Factum eſt*, inquit, *vt Rex iuſſerat, reditúmque ad Sanctum* [a] Tom. 2.
Mauricium cum manu valida. Panduntur edicta Regis, inquiſitum eſt dili- Sec. 3. Bene-
genter, negatum fortiter. Tunc venerabilis Præſul Chrodegangus *ſic concio-* dict.
natus eſt ad eos. Quia intuliſtis nimis prolixæ diſpendium viæ confectæ, in-
ſuper ſancita Regis contempſiſtis, faceſſo quæ mihi idem Rex imperauit. Con-
tinuóque arreptâ ſecuri; cum ſociis qui ſecum venerant, pauimentum Eccleſiæ
cœpit confringere, quod illi minimè autumabant eos audere agere. Cernentes
verò hoc ſummiſſis vocibus humiliter petiere inducias ſe licere inquirere. Votis

AN. CH. 765. PIPPINI R. 14.

autem eorum deuotus Pontifex prompto annuens animo, intermiſit quod cœperat. Mane facto, reddunt theſaurum furatum, quem ſuſcipiens Præſul cum grandi tripudio ab eadem egreditur Eccleſia. Mox igitur vt valuas Eccleſiæ attigit, cæco oculos amiſſos reddidit. Hinc multis emenſis terrarum ſpatiis, ad Gorzienſe Monaſterium tandem peruentum quarto Idus Martias. Id vetuſtiſſima probant illius loci monumenta ſic ab Henſchenio [a] citata. *Corpus*, nempe Sancti Gorgonij, de quo proximè fuit ſermo, *aduexit S. Godegrandus ad Gorziam anno ab Incarnatione Domini* DCCLXV, *Indictione tertiâ, quarto Idus Martij*. Quin & ipſa *Tranſlationis ſolemnitas*, vt idem Auctor ſubiungit, *ad iſtum diem nonnullis ſacris Faſtis inſcripta reperitur*. Eundem annum varij habent Auctores. Annaliſta Perauianus, ſic. DCCLXV. *Venerunt corpora Sanctorum ab vrbe Roma in Franciam, Gorgonij, Naboris, Nazarij*. Rabanus [b], ſic. *Romæ viâ Aureliâ milliario* V, *Paſſio Martyris Cyrini, Naboris & Nazarij, quorum Naborem & Nazarium ſimul cum Gorgone Martyre tranſtulit à Roma in Galliam Hruotgangus Metenſis Epiſcopus permittente Paulo Papâ Romano, anno Dominicæ Incarnationis* DCCLXV. Annaliſta Fuldenſis, ſic. DCCLXV. *Hruodgangus Metenſis vrbis Epiſcopus poſtulauit à Paulo Romanæ Sedis Apoſtolico corpora Sanctorum Martyrum, Gorgonij, Naboris, & Nazarij, & impetrauit; adduxitque cum honore ab vrbe Roma, & in Franciam tranſtulit*. Monachus Gorzienſis in Hiſtoria iam citata, ſic. *Beatum Gorgonium penes ſe ſtatuit in loco, qui dicitur Gorzia, anno ab Incarnatione Domini* DCCLXV. Marianus Scotus, ſic. 765. *Hoc anno Ruggandus Metenſis Archiepiſcopus corpora Sanctorum Naboris & Nazarij de vrbe Roma in Franciam tranſtulit.*

[a] D. 6. Mart. in S. Godegrando, n. 12.

[b] D. 12. Iun.

LV. Apud Sigebertum ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimumquartum hæc leguntur. *Chrodogandus Epiſcopus corpora Martyrum, Gorgonij, Naboris, Nazarij, Româ ad Gallias tranſtulit*. Et ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-quintum. *Chrodogandus Metenſium Epiſcopus obiit*. Henſchenius in Commentario Hiſtorico [c] de Sancto Godegrando, eoſdem quoque annos ex manuſcripto Florario ſic notat. *Hic corpora Sanctorum Martyrum, Gorgonij, Naboris, & Nazarij, à Roma ad Gallias tranſtulit, anno ſalutis* DCCLXIV. *Anno ſequenti hic beatus Pontifex obiit*. Chronologiam noſtram vno anno præuertere videntur hi Characteres, quia prædictarum Reliquiarum aduectionem in Gallias anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-quinto, Chrodogandi Metenſis Epiſcopi mortem anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-ſexto conſignamus. At vtraque facilè conciliari poteſt opinio. Corpora enim beatorum Martyrum in Gorzienſi Monaſterio ſuſcepta ſunt quarto Idus Martij, & Chrodogandus Epiſcopus pridie Nonas Martij feliciter ad Deum migrauit. Qui nobis autem aduerſari dicuntur, ij non initium anni nobiſcum à Kalendis Ianuarij, ſed à Paſchali Solemnitate deducunt, reſque à Kalendis Ianuariis ad Paſcha vſque geſtas anteuertunt vno anno, ſicque beatorum Martyrum Tranſlationem in Gallias, quam in annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-quintum reiicimus, anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-quarto collocant, & Chrodogandi Epiſcopi Metenſis obitum, quem in annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-ſextum differimus, anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-quinto contigiſſe ſcribunt.

[c] D. 6. Mart.

LVI. Auctor Chronici Laureshamenſis Reliquias prædictorum Martyrum non à Chrodegango ſeu Rutgango Metenſium Epiſcopo delatas in Franciam, ſed à Paulo Papa per Willihatium Sedunenſem Epiſcopum tranſmiſſas ſic aſſerit. *Reuerendus Pontifex Rutgangus miſſus ad Apoſtolicam Sedem Legatis, pro cuius liberatione ab oppreſſione Haiſtulfi Regis Longobardorum multâ inſtantiâ laborauerat, expetiuit à Paulo Papa corpora Sanctorum Martyrum, in quorum honore conſtructas à ſe Monaſteriorum*

AN. CH. 765. PIPPINI R. 14.

conſecraret Eccleſias. Cuius deuotionem ac meritum erga Romanam Eccleſiam Apoſtolicus Pontifex debito fauore proſequens, tranſmiſit ei Sanctum Nazarium, Naborem, & Gorgonium, per Willibarium Sedunenſem Epiſcopum delatos ad Gorzienſe Monaſterium At fides potiùs habenda Rabano, Annaliſtæ Fuldenſi, Monacho Gorzienſi, Matiano Scoto, Sigeberto Gemblacenſi, monumentíſque Gorzienſibus iam citatis, necnon Monacho Laureshamenſi, qui ſic habet in priori parte Chronici Hildensheimenſis. *Hruotgangus Metenſis vrbis Archiepiſcopus poſtulauit à Paulo corpora Sanctorum Martyrum, Gorgonij, Naboris, & Nazarij, & impetrauit, adduxítque ab vrbe Roma cum honore.* Attiniacenſi Placito ſubſcripſit Williharius menſe Maio, vt dictum ſuprà. Tunc Abbas erat Agaunenſis, nec adhuc Sedunenſem obtinebar Epiſcopatum, ideóque Placito Attiniacenſi ſubſcripſit *Epiſcop. de Monaſt. S. Mauricy.* Quapropter in Chronico Hildensheimenſi, cùm ſermo ſit de Tranſlatione prædictorum Martyrum, quæ Placitum Attiniacenſe præceſſit, minùs accuratè dicitur Sedunenſis Epiſcopus. Factus eſt autem paulò pòſt & Epiſcopus Sedunenſis, atque vtráque deinceps dignitate cùm Abbatis Agaunenſis tum Sedunenſis Epiſcopi potitus eſt.

Ceterùm Chrodegangus Metenſis Epiſcopus hoc eodem anno, quo Reliquias prænominatorum Martyrum in Galliam aduexit, è Gorzienſi quoque Monaſterio Sanctum Naborem ad Hilariacenſe Monaſterium & Sanctum Nazarium ad Cœnobium Laureshamenſe tranſtulit. Id etiam varij produnt Auctores. LVII. Rabanus [a] ſic. *Collocauit prædictus Epiſcopus Sanctum Gorgonem in Monaſterio quod dicitur Gorzia, Sanctum verò Naborem in Monaſterio alio quod dicitur Noua-Cella, Sanctum quoque Nazarium in Monaſterio quod dicitur Laureſham.* Monachus Gorzienſis, ſic. *Sanctum Naborem Hilariaco delegauit Monaſterio; Sanctum autem Nazarium cuidam religioſa fœmina tradidit, qua in prædio ſuo vltra Rhenum quod dicitur Lorſan collocauit; beatum verò Gorgonium penes ſe ſtatuit in loco, qui dicitur Gorzia, anno ab Incarnatione Domini* DCCLXV. Sigebertus perperam quidem ſcribit tres prædictos Martyres in Galliam aduectos anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-quarto, laudandus tamen quòd eos in tribus diuerſis Monaſteriis eodem anno collocatos ita ſubiungit. *764. Chrodogandus Epiſcopus corpora Martyrum, Gorgonij, Naboris, Nazarij, Româ ad Gallias tranſtulit: & Gorgonium quidem in Gorzia, Naborem in Hilliriaco, Nazarium autem repoſuit in Cœnobio Loriſham, quod Canthur Comes Illuſtris à ſe fundatum Metenſi Eccleſiæ, anno priori*, id eſt, anno, vt probauimus, ſeptingenteſimo ſexageſimo-tertio, *tradiderat.* Corrigendus igitur Annaliſta Fuldenſis, qui res illas vno eodémque anno geſtas, partim anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-quinto, partim ſequenti conſignauit. Corrigendus & Chronographus Laureshamenſis, quia lapſus eſt in eundem errorem, & Sanctos Naborem ac Nazarium in Monaſteria Hilariacum & Laureshamenſe tranſlatos aſſeruit, poſtquàm in Gorzienſi cum Sancto Gorgonio per annum quieuiſſent. Certè Chrodegangus Epiſcopus à die, quo tres Martyres apud Gorziam ſuſcepti ſunt, anno integro non vixit. Quanto cum honore beatus Nazarius exceptus ſit, accipe ex Chronico Laureshamenſi. *In occurſum tota ſimul prouincia, plébſque vtriuſque ſexûs, iuuenes & virgines, ſenes cum iunioribus, vſque ad ſaltum, qui Voſagus dicitur, cateruatim ruunt, Comitéſque nobiliſſimi Cancor & Warinus, ceteríque id locorum illuſtres & ſpectabiles viri, theſaurum beati corporis ſibi diuinitus deſtinatum propriis humeris excipiunt, & cum Hymnis Canticiſque ſpiritualibus, proſequente infinitâ populi multitudine, vſque ad locum cælitus prouiſum deferunt. Verùm quia ſinus Eccleſiæ illius, de qua ſuprà meminimus, breuis admodum & conſtrictus, tantæ multitudinis receptui & cotidiana frequentia non ſufficiebat, & ſitus*

[a] D. 11. Iun.

AN. CH. 765. PIPPINI R. 14.

ipſe loci Monaſterio tanti nominis & dignitatis per merita ſui Martyris poſt-modum future non adeò competebat, eadem omnium vota, eadem ſententia fuit, vt in editiorem locum, vti nunc cerni datur, tam Monaſterij quàm Ecleſia fabrica multò amplianda transferretur. Cuius rei executio Gundelando Abbati per venerandum Pontificem arctiùs iniuncta eſt, & ab ipſo ſtrenuè ſatis & magnificè effectui mancipata.

LVIII. In Tabulis Eccleſiaſticis Sancti Nabor & Nazarius cum Sanctis Baſilide & Cyrino colnntur pridie Idus Iunij, quo die Martyrium in perſecutione Diocletiani & Maximiani Romæ ſub Aurelio Præfecto paſſi ſunt. Sancti verò Gorgonij memoria celebratur quinto Idus Septembris, quo die Martyrium quoque ſub Diocletiano Auguſto Nicomediæ cum Sancto Dorotheo conſummauit. Gorzienſe Monaſterium poſt ſuſceptas beati Gorgonij Reliqnias vetus nomen retinuit. At Cœnobium, quod à ſe conditum Sanctus Fridolinus Abbas Hilariacum regnante Clodouco Magno in memoriam Sancti Hilarij Pictauienſis Epiſcopi nuncupauit, &, à ſe reparatum Sanctus Sigibaldus Metenſis Epiſcopus Nouæ Cellæ appellatione ſub Theodorico Quarto Rege inſigniuit, paulatim poſt tranſlatas illuc ſub Pippino Rege Sancti Naboris Reliquias, eiuſdem beati Martyris tanquam noui Patroni nomen gerere cœpit quod etiamnum gerit. Similiter Monaſterium Laureshamenſe, poſtquàm corpus Sancti Nazarij Martyris illuc hoc anno delatum eſt, promiſcuè Cœnobium Laureshamenſe & Cœnobium Sancti Nazarij fuit appellatum. Deinceps igitur antiquiſſimum illorum Cœnobiorum nec Hilariacum, nec Nouam Cellam, ſed Monaſterium Sancti Naboris vocabimus; alteri vetus Gorziæ nomen relinquemus; tertium promiſcuè Laureshamenſe & Sancti Nazarij Cœnobium dicemus.

LIX. LEGATIO AD CALIPHAM.

Hoc anno Pippinus ad Almanſorem Saracenorum Calipham Legatos direxit, de quorum reditu cum Legatis eiuſdem Almanſoris poſt triennium agemus, allegatis ipſiuſmet Pippini Geſtis, quæ iuſſu Nibelungi conſcripta ſunt ab Auctore ſynchrono.

LX. ARCHIEPISCOPI BOIOARIÆ.

In Boioaria, quinto Idus Martias obiit Laureacenſis Archiepiſcopus ac Patauienſis Epiſcopus Anthelmus Metropolitanus illius prouinciæ, cùm ſediſſet annos nouem. Succeſſit Viſearius ſeu Wiſericus. Lege Hundium Tomo primo Metropolis Saliſburgenſis.

LXI. ODILIA VTRIVSQVE HOHEMBVRGI ABBATISSA MORITVR.

Inter Alſaticæ Genealogiæ probationes, quas Hieronymus *Vignier* noſtræ Congregationis Presbyter publicauit, multa leguntur de Odilia Abbatiſſa, Tomo ſuperiore non ſemel laudata. Hæc in Codice Piſtorij *le Begue* dicitur ex hoc ſeculo migraſſe, cùm eſſet *circiter annorum centum*. Superſtes in viuis erat anno tertio Pippini Regis, vt Ioannes *Ruyr* ex vetere Charta probat in Antiquitatibus Voſagenſibus [a]. Teſtatur idem Auctor lectos à ſe peruetuſtos Scriptores, quorum alij Odiliam aiunt obiiſſe regnante Pippino, alij anno ætatis tertio ſupra centeſimum, id eſt, hoc circiter anno, lucis enim vſuram accepit, Childerico Secundo Auſtraſiæ Rege iam conſtituto. Lege quæ dicta ſunt ad annum Chriſti ſexcenteſimum nonageſimum [b]. Vita Sanctæ Odiliæ nuper edita eſt Tomo ſecundo Seculi tertij Benedictini. Odilia morti proxima, perrexit ad Eccleſiam Sancti Ioannis Baptiſtæ quam conſtruxerat, ſumptâ Euchariſtiâ Idibus Decembris animam Deo reddidit, ſepulta eſt in prædicta Baſilica ante altare Sancti Ioannis Baptiſtæ. Quandiu vixit, duplex Hohenburgum, ſuperius videlicet & inferius, cum Abbatiſſæ titulo gubernauit. *Habebat fratrem nomine Adalardum*, aliis Adelbertum, *qui habebat tres filias, quarum vna Eugenia, alia Atalia, tertia Gunlindis* ſeu Guitlinda *dicebatur. Quæ audientes opinionem ſanctæ virginis, cogitauerunt & ipſæ per caritatem Dei mundum relinquere, & amitæ ſuæ ſe diſcipulatui mancipari, quatenus exemplis illius inſtructæ, perfectè diſcerent omnes voluptates carnalium*

[a] Part. 2. l. 4. c. 10.

[b] Num. 52.

AN. CH 765.
PIPPINI R. 14.

deſideriorum in ſe edomare, & Domino Ieſu Chriſto dignam perſoluere ſeruitutem, vt ſimul cum illa inmarceſſibile æterna vitæ præmium mererentur accipere. Illa autem vt audiuit illarum deſiderium, libenter eas ſuſcepit, diligentérque edocuit. Amitæ ſucceſſerunt neptes Eugenia & Gunlindis, illa in ſuperius Hohemburgum, hæc in inferius.

SVCCEDVNT EVGENIA ET GVNLINDIS.

LXII. Hoc anno, qui literâ Dominicali F prædirus fuit, tertio Nonas Nouembris, die, vt mos erat, Dominico, dicatum eſt Monaſterium Leſcienſe ſeu Letienſe, de cuius conditu ſic Anonymus in vita Sanctæ Hiltrudis [a]. *Quadam die cùm* Wibertus Comes *in venatibus aprum agitaret, hinc venatoribus, hinc canibus inſequentibus, præoccupauit eum ſupra fluuium Helpram in loco, qui hodie Leſcias nuncupatur. Cúmque luminibus latè circunductis loci illius opportunitatem prauidiſſet, diuinâ inſpirante clementiâ animo occurrit, vt locum illum habitabilem redderet, Eccleſiam fundaret, officinas ſeruis Dei vtiles ibi ædificaret, quod ipſe ſitus loci patiebatur. Ad Regem rediit, maximas pro beneficio gratias agit, affectum animi patefacit. Rex affectum viri approbauit, de effectu perſuaſit, operam ſuam illi pollicitus eſt & impendit. Tunc ad vxorem ſuam venerabilem Adam rediens, demùm affectum à Deo inſpiratum pandit, ſed & fauorem, adſenſum, & opitulationem Regis Glorioſiſſimi edicit. Fiunt vtrique in affectu concordes, ſæpè dictum locum, qui priùs erat ferarum, habitationem efficiunt hominum, & ad ædificationem Oratorij ſe viriliter accingunt. Quia ergo Templum Domini elegerunt & decreuerunt eſſe, Domum illi orationis ædificare deliberant. Sapientum igitur & Religioſorum agente conſilio, in ipſa aluei ripa locus huic operi prouidetur aptus, & monaſticis officinis competens, qui aquam neceſſariis vſibus ſemper miniſtret, qui molendinum, piſtrinum, coquinam, hortum, vel artes diuerſas intra Monaſterij ſepta capiat. Tunc ſumptus dinumerant, ad normam iaciunt fundamenta, & in promouendo opere alterum quodammodo exhibent Salomonem. Oratorio tandem expleto, & Eccleſia parietibus erectis, & culmine adpoſito, clauſtróque benè officinato, circummanentes Epiſcopos vel Abbates, præcipuè Tungrenſem Pontificem adeunt, Sanctorum Reliquias & conſecrationem petunt & impetrant. Pontifex pretioſas plurimorum Sanctorum donauit Reliquias, præcipuéque Sancti Lamberti e vnde vt eius meritis nouum ſuum Oratorium dedicarent, familiaritate, amicitiâ, ſuaſione exegit. Denunciant rem Cameracenſi Antiſtiti, ad cuius Diœceſim Oratorium reſpicit, qui cum debito honore & reuerentia Sancti Lamberti nomini illud dedicauit die III Nonarum Nouembris.* Diœceſim Tungrenſem ſeu Leodienſem in prouincia Moguntina tunc regebat Folericus Epiſcopus, Albericus Cameracenſem in prouincia Remenſi.

[a] Tom. 2. Sec 3. Benedict. a. circ. 790.

MON. LETIENSE DICATVR.

LXIII. *Erat* Wiberto & Adæ *filius, nomine Guntradus, à puero ſacris literis eruditus, Monaſticis diſciplinis inſtitutus, Monaſticis vſibus aſſuetus, meditationi Sanctarum Scripturarum ſtudens, orationi lectionem lectioni miſcens orationem.* Hic primus Monaſterij Letienſis inſtitutus eſt Abbas. Erant & iiſdem, Wiberto & Adæ, filiæ duæ, Hiltrudis & Berta, de quibus plura referemus ex eodem Auctore, qui vitam Sanctæ Hiltrudis conſcripſit.

GVNTRADVS FIT PRIMVS ABB.

LXIV. Geruilio Moguntiacenſis quondam Epiſcopus hoc anno vitam clauſit. Id ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum primum [b] iam inſinuauimus. Pœnitentiam egit annis quatuordecim. *Accepit in beneficium*, ait Serarius [c] ex manuſcripto Codice, *pro ſuſtentatione ſua Spanſheim, & Eccleſiam, quæ caput montis dicitur, vbi* XIV *annis honeſtè vixit, hoſpitalitatem maximè exercens. Moguntiam verò ad aliquem Conuentum vel Synodum, nunquam denuò eſt ingreſſus; aliquando tamen in cœna Domini lotionem pedum, humilitatis gratiâ, in Eccleſiis exercuit, tandémque bono fine quieuit.* Flagitia propter quæ depoſitus fuit, exprobrant antiqui Verſus, quos apud eundem Auctorem conſulere poteris, præſtat enim epitapbij loco alios deſcribere, qui pœnitentiæ patienter expletæ mentionem faciunt.

[b] Num. 33.

[c] Lib. 2. rer. Mogunt. c. 20.

GIRVILIONIS EP. QVONDAM MOGVNT. POENITENTIA ET OBITVS.

AN.CH. 765. PIPPINI R. 14.

Patrius affectus me monuit ad arma cruenta ;
Pœnam , quam merui , digniùs ergo tuli.
In clauſtro latui pro crimine tempore vitæ :
At licèt hic lateam , ſpero ſalutis opem.

LXV. Apud Antonium Sanderum in Auctario ad Tomum primum Flandriæ illuſtratæ, Cæleſtinus Blandinienſis quondam Abbas, quem anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo-nono Carolus Maior-domûs Blandinio expulit, ad hunc vſque annum vixiſſe dicitur. Huic opinioni non poſſumus aſſentiri, Cæleſtinus enim Abbatiale munus anno Chriſti circiter ſeptingenteſimo ſeptimo ſuſcepit. Addit Sanderus Scoranum hoc eodem anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-quinto Abbatem *à fratribus diſperſis* electum eſſe. Id multò probabilius videtur. Agemus ſæpè de Scorano.

ABBATES BLANDINII.

LXVI. Alfonſus Auenionenſis Epiſcopus obiit hoc anno, cùm ſediſſet annos quinque. Succeſſit in Epiſcopatum Ioſephus, vir in Sacris Scripturis, in Synodicis Canonibus, & in Ritibus Eccleſiaſticis apprimè verſatus, vt Franciſcus Nouguierus in Auenionenſium Antiſtitum Hiſtoria teſtatur [a].

EPISCOPI AVENIONENS.

[a] Num. 19.

AN. CH. 766. PIPPINI R. 15.

ANNVS
CHRISTI 766.
PIPPINI R. 15.

I. PIPPINVS, qui Natalem Domini apud Aquiſgranum celebrarat, ineunte anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-ſexto Moguntiam profectus eſt, deinde Aquiſgranum rediit, ibique Paſchalem egit Solemnitatem octauo Idus Aprilis. De vtraque feſtiuitate ſic Annaliſta Loiſelianus. *Rex Pipinus celebrauit Natalem Domini in Aquis villa, & Paſcha ſimiliter. Et immutauit ſe numerus annorum in* DCCLXVI. Suffragantur alij veteres Annaliſtæ, Laureshamenſis, Tilianus, Bertinianus ac Metenſis. Omnium verò clariſſimè Laureshamenſis, ſic. *Hyberna Aquiſgrani habuit , vbi & Natalem Domini & Paſcha celebrauit.* Extat autem Regium pro Monaſterio Sam-Maximiniano Præceptum hoc anno datum Moguntiæ menſe Ianuario, atque inde patet Pippinum Aquiſgrano ſub initium huius anni Moguntiam pertexiſſe. Diploma tale eſt. *Domino & Saluatore noſtro vitam æternam in Euangelio promittente , plenâ & integrâ fide ſine dubio credimus nobis in futuro ſeculo recompenſari ; ſi ſtabilitatem & quietem Monaſteriorum confirmamus ,ac res Eccleſiaſticas , Deo donante ,cum protectione augmentamus. Proinde ego Pippinus , gratiâ Dei , Rex Francorum , omnibus Regibus in æternum futuris in hoc Teſtamento denuntio ,me habere ſub poteſtate Regali quoddam Monaſterium , vbi S. Maximinus Dei Præſul eſt corpore ſepultus , conſtructum videlicet in ſuburbio Treueris , atque dedicatum in honore Sancti Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ. Quod Monaſterium cum theſauro atque tota Abbatia ſub illius loci Abbate ſemper conſtare præcipio , quia per antecedentia tempora à Regibus ita conſtitutum eſſe , repertum teneo. Quapropter hunc præſentem Abbatem Vtilradum , & omnes Abbates poſt eum futuros de eodem loco , ſimul cum Monachis & Abbatia , ſub Regum mundiburdio , in ſecula manere decerno , vt ab omni inquietudine expediti Deo valeant ſeruire cum gaudio ſpiritali. Electionem quoque Abbatis ſupradictis Monachis Regali auctoritate concedo , vt habeant poteſtatem eligendi quemcumque voluerint , eâ ratione , vt Regulam cum ſibi ſubiectis cuſtodiat. Si quis autem , quod abſit , hanc chartulam infringere voluerit , vel eiuſdem loci familia vllam moleſtiam in aliqua re intulerit , contra voluntatem Abbatis & fra-*

REGIVM PRÆCEPTVM PRO MON. S. MAXIMINI.

AN. CH. 766. PIPPINI R. 15.

trum, iram Dei incurrat, ac Regiæ Maieſtati reus omni tempore teneatur. Et vt deſcriptio firma ſit, annulo ſigillari eam iuſſimus noſtro. Adalolfus reſignauit. Datum menſe Ianuario, anno Regni noſtri XIV. *in Palatio publico Moguntia, feliciter.* Miræus hoc Diploma publicauit, & in titulo atque in margine poſuit *an. 761.* inſigni prorſus mendo, quis enim Pippinum anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſeptimo Regem eleuatum dixit, vt annus illius Regis decimus-quartus per menſem Ianuarium cum anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-primo comparari poſſet? Pippinus anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo poſt Kalendas Martij regnare cœpit, annus igitur Regni decimus-quartus per menſem Ianuarium cum anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-ſexto componitur. Quot annos Vtilradus ſiue Odilardus Abbas ſuperuixerit, haud ſcimus. In Cœnobij Præfecturam ſucceſſit Wernolphus ſeu Werinolphus, quem Bruſchius Abbatem anno quarto Caroli Regis agnoſcit, vt Tomo ſequenti dicemus.

II. CHRODEGANGVS EP. METENSIS OBIT.

Chrodegangus Metenſis Epiſcopus obiit hoc anno pridie Kalendas Martias, eóque die Martyrologio Cathedralis Eccleſiæ Metenſis & Auctario Vſuardi inſcribitur. De die, quem Molanus, Sauſſaius, Henſchenius, aliíque conſtantiſſimè retinent, nulla difficultas. At annus duabus de cauſis controuertitur. Prima ſumitur ab anni exordio, quod alij nobiſcum à Kalendis Ianuariis, alij ſeriùs à Paſcha deducunt. Altera petitur à temporis ſpatio, quo cuſtoditæ ſunt in Gorzienſi Monaſterio Reliquiæ Sancti Naboris & Sancti Nazarij, donec hæ Lauteshamum, illæ ad Nouam Cellam ſiue Hilariacum transferrentur. Qui annum ordiuntur à Paſcha, Chrodegangum vel anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-quinto, vel ſequenti, mortuum tradunt, in duáſque partes ideò diuiduntur, quia Sanctos Naborem & Nazarium cum Sancto Gorgonio vel paucos duntaxat menſes vel annum in Cœnobio Gorzienſi quieuiſſe putant. Qui verò nobiſcum à Kalendis Ianuariis initium anni deducunt, ij quoque duas in opiniones diſtrahuntur, & quia non conueniunt de ſpatio temporis, quo Reliquiæ Sanctorum Nazarij & Naboris apud Gorziam manſerunt, eundem Chrodegangum vel anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-ſexto vel ſequenti aſſerunt rebus humanis exemptum. Ex illis tribus annis eligendum arbitramur ſeptingenteſimum ſexageſimum-ſextum, quia Kalendis Ianuariis annum aperimus, & Reliquias Sanctorum Naboris ac Nazarij ſtatim poſt Conuentum Attiniacenſem è Gorzia tranſlatas exiſtimamus. Nitimur Paulo Diacono, qui librum de Metenſibus Epiſcopis exarauit, & Chrodegangi Pontificatum his ſpatiis circumſcripſit. *Rexit Eccleſiam Metenſem annis viginti-tribus, menſibus quinque, diebus quinque; obiit pridie Nonas Martias in diebus Pippini Regis.* Id eſt, Epiſcoparum iniit Kalendis Octobris, anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo, vitámque clauſit pridie Nonas Martias, anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-ſexto, vt noſtra poſtular Chronologia, & Henſchenius iam expoſuit [a]. Sepultus fuit in Monaſterio Gorzienſi. *Requieſcit*, inquit Paulus, *in Gorzia Monaſterio, quod ipſe à fundamentis extruxit.* Magna tamen pars Reliquiarum, teſte Meuriſſio [b], Metis in Cœnobio Sancti Symphoriani cuſtoditur.

III. PRÆCEPTVM REGIVM PRO MON. S. DIONYS.

Pippinus poſt Paſchalem ſolemnitatem iter in Aquitaniam ſuſcepit, & menſe Maio Conuentum Francorum habuit Aureliani. Traiecto poſt Ligeri peruaſit Aquitaniam Aginnum vſque, plurimos Aquitanorum ac Waſconum ſeu Nouempopulanorum in fidem recepit, & per agros Petracoricenſem & Inculiſmenſem reuerſus, Argentomum præcipuè ac Bituricas muniit. Menſe autem Iulio, cùm in ciuitate Aurelianenſi adhuc morabatur, hoc emiſit Præceptum [c] pro Monaſterio San-Dionyſiano, cui Fulradus Abbas anno ſuperiore laudatus præerat. *Pippinus Rex Francorum, vir inluſter. Credimus nobis apud æternum Iudicem in mercede ſociare, ſi*

[a] D. 6. Mart. in S. Chrodeg.

[b] Lib. 2. in Epiſc. 37.

[c] Dublet. in antiq. Sandionyſ. l. 3. c. 5.

AN. CH. 766.
PIPPINI R. 15.

[1] per noſtris oraculis
[2] retributionem
[3] per ſua præceptione ad ipſa caſa
[4] villa cognominante Exona, ſita
* Eſſone.
[5] ad Baſilica ipſa reconfirmaſſet
[6] per ſua præceptiona
[7] per iniqua cupiditate
[8] ad ipſo Monaſterio
[9] deprecare
[10] ad ipſa caſa
[11] vel germano noſtro

*hoc, quod cognoſcimus ad loca Sanctorum fuiſſe delegatum, & per præceptionem anteriorum Regum manu ſubſcriptâ inibi confirmatione, per [1] noſtra oracula, pro amore Dei, & retributione [2] Sanctorum, affirmamus. Ideóque venerabilis vir Folradus Abba de Baſilica peculiaris Patroni noſtri S. Dionyſij, vbi ipſe pretioſus Martyr cum ſociis ſuis in corpore quieſcere videtur, vel ipſe Abba vnà cum turma plurima Monachorum degere videntur, vel Domino militare noſcuntur, miſſâ petitione nobis ſuggeſſerant eò quòd Clotharius Rex Francorum per [3] ſuam præceptionem ad ipſam caſam Domni Dionyſij delegaſſet villam [4] cognominantem Exonam *, ſitam ſuper fluuio Exone in pago Pariſiaco: & poſteà Chlodouius Rex Francorum iterum ad [5] Baſilicam ipſam rem confirmaſſet per [6] ſuam præceptionem, vnde & ipſas præceptiones nobis oſtendit ad relegendas, vbi inuenimus, quòd per [7] iniquam cupiditatem à malignis hominibus poſteà ipſa villa Exona de ipſa caſa S. Dionyſij fuit abſtracta, vel imminuta, prout ipſe Abba, vel ipſa Congregatio, Celſitudinem Regni noſtri, vt, per confirmationem noſtram vel deliberationem noſtram, tale emanire deberemus Præceptum, vt ſicut à Rauchone Comite per noſtrum beneficium vſque modò fuit poſſeſſa, cum omnibus terminis vel appendiciis ſuis, ita cum omni integritate ad [8] ipſum Monaſterium, vel Monachos ibidem deſeruientes, ſeu luminaria ipſius Eccleſiæ procuranda, vel ſtipendia pauperum, ibidem prædicta villa proficere debeat in augmentum, & vt melius delectet ipſos Monachos pro nobis, vel bonæ memoriæ germano noſtro Kallomagno quondam, ſeu ſubſequente progenie noſtra, die noctúque Domini miſericordiam attentiùs deprecari [9]. Igitur prædicta villa cum omnibus theloneis publicis, & cum terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, ſyluis, campis, pratis, aquis, aquarúmue decurſibus, mobilibus & immobilibus, farinariis, ſicut ſuprà diximus, cum omni integritate pars prædicti Monaſterij eiúſque rectores habeant, teneant, atque poſſideant, & ad [10] ipſam caſam Dei, in noſtra eleemoſyna vel [11] germani noſtri, vſque in perpetuum abſque vllius repetitione debent eſſe iure integro confirmata. Et vt hæc ceſſio firmior habeatur, nos eam ſubterfirmauimus, vel de annulo noſtro ſigillare ſtuduimus. Signum Pippini Glorioſiſſimi Regis. In Dei nomine Baddilo recognouit. Datum in menſe Iulio, anno decimo-quinto Regni noſtri Aurelianis ciuitate publicè. Itherius ſcripſit feliciter. Amen.* Clotarium & Clodoueum Reges, quos Pippinus in ſuo Præcepto nominat, interpretare Clotarium Tertium & Clodoueum Tertium, de quibus actum Tomis tertio & quarto.

ADELINVS EP. AVRELIAN.
[a] Guyon. Sec. 8. n. 27.
BELLVM AQVITANICVM.

IV. Qui Pippini Regis Geſta iuſſu Nibelungi conſcripſit, poſtquàm res anno ſuperiore confectas enarrauit, ad hunc annum, quo Conuentus Aurelianenſis conſignatur, ſic habet. *Euoluto igitur anno*, Pippinus *commoto omni exercitu Francorum vel plurium nationum, quæ in Regno ſuo commorabantur, vſque ad Aurelianis*, vbi tunc Adelinus [a] ſedebat Epiſcopus, *veniens, ibi Placitum ſuum Campo Madio, quod ipſe primus pro Campo Martio*, vt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quintum obſeruauimus, *pro vtilitate Francorum inſtituit, tenens, multis muneribus à Francis & Proceribus ſuis ditatus eſt. Iterum Ligere tranſacto, totam Aquitaniam pergens, vſque ad Aginnum veniens, totam regionem illam deuaſtauit. Videntes tam Waſcones, quàm maiores natu Aquitaniæ, neceſſitate compulſi plurimi ad eum venerunt, ſacramenta ad eum ibidem donant, & ſe ditionis ſuæ faciunt. Ita omni Aquitaniâ prouinciâ nimiùm vaſtatâ cum multa præda ac ſpoliis per agrum Petregoricum & Equoliſmam, iam penè omni Aquitaniâ acquiſitâ, cum omni exercitu Francorum iterum eo anno reuerſus eſt in Franciam cum ſuis omnibus.* Diem Natalem Domini celebrauit *in Salmonceco* ſeu *Salmonciago*, vel *Salmonigo*, ſiue *Salmoniaco*, aut *Salmonciaco*, vel *Salmuntiaco*. Hoc enim vocabulum in Annaliſtis, Tiliano, Loiſeliano, Laureshamenſi, Bertiniano, Metenſi, Caniſiano, nec-

non

non apud Reginonem, modis adeò diuerſis effertur. Situs autem hic locus in Diœceſi Laudunenſi *.

AN. CH. 766.

PIPPINI R. 15.

* Samoucy, proche de Laon.

V.

Paulus Romanus Pontifex à Pippino duas epiſtolas accepit, alteram per Petrum primum Defenſorem, quem, prout alibi diximus, in Franciam Legatum priùs miſerat, alteram per Widmarum & Gerbertum Abbates atque Hugbaldum virum illuſtrem, quos Pippinus Romam Oratores dirigebat. Hi quidem cum Legatis Deſiderij Regis, necnon & Pentapolenſium, ac ſingularum ciuitatum quæ Pontificiæ ditionis erant, coram ipſo Papa congreſſum habuerunt, conſtititque de nonnullis peculiis inter vtraſque partes reſtitutis, ſed quoad fines vrbium Pontificiarum & patrimonia beati Petri tantùm abeſt, vt quidquam decretum fuerit, quin & Longobardi, quæ priùs Eccleſiæ reddiderant, ea denuò inuaſerunt, conuentum tamen fuit, vt Franciæ ciuitatúmque Pontificiarum Legati Deſiderium adirent. At Paulus nihil inde ſperandum duxit, imò potiùs vereri cœpit, ne Longobardi ceteris Eccleſiæ bonis inſidiarentur, quapropter his ad Pippinum literis [a] opem enixè poſtulauit. *Domino Excellentiſſimo filio, & noſtro ſpiritali compatri, Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum, Paulus Papa. Dum tam maxima nobis dilectionis affectio erga veſtram à Deo inſpiratam Excellentiam inſiſtit, ob hoc, ſicut terra ſitiens imbriferam deſiderat inundationem, ita quoque veſtræ proſperitatis cupimus addiſcere nuntia, & de veſtris profectibus gratulari. In hoc quippe noſtri cordis eſt deuotio exultandi, dum nimirum ſalus veſtra, noſtra exiſtit ſecuritas. Intereà duarum epiſtolarum ſeries, quas veſtra direxit Excellentia, cum magno ſuſcepimus amore, vnam quidem primitus per Petrum primum Defenſorem Miſſum noſtrum, & aliam per præſentes fideliſſimos veſtros Miſſos, Widmarum ſcilicet & Gerbertum Abbates atque Hugbaldum virum illuſtrem, quarum paginam indagantes, mox liquidò cuncta in eis exarata didicimus, immenſas protinus Deo noſtro referentes laudes, qui nos de veſtra annuit ſoſpitate gratulari. In ipſis denique veſtris relationibus ſolitam nobis à Deo illuſtratæ mentis veſtræ conſtantia protulit ſpei fiduciam, in id, quod impenſiùs innotuiſtis, atque ſedulò ex operibus demonſtraſtis, vos totis viribus pro exaltatione Sanctæ Dei Eccleſiæ & fidei Orthodoxæ defenſione eſſe decertaturos, & in ea vos fidei pollicitatione permanſuros, quam beato Petro Principi Apoſtolorum, noſtróque prædeceſſori Domino & germano beatiſſimo Stephano Papæ ſpopondiſtis. Vnde & in noſtra fixi charitatis connexione ideo iuxta id quod petendo direximus, præfatos ad nos veſtros videmini direxiſſe Miſſos, qui apud Langobardorum imminerent Regem, pro diuerſis Sanctæ Dei Eccleſiæ cauſis ac iuſtitiis, & in noſtro aſſiſterent ſolatio. Pro quo innumerabiles vobis referimus gratiarum actiones, quia verè, ſicut benignus Rex & amator ſpiritalis Matris veſtræ Sanctæ Dei Eccleſiæ agere, Chriſtianiſſime fili & ſpiritalis compater, ſemper ſtudes, & profectò erit tibi Dominus & in præſenti & in futuro dignus retributor. Nos itaque, Excellentiſſime & à Deo protecte fili & ſpiritalis compater, firmi in veſtra charitatis dilectione permanemus. Nec eſt vlla rerum aut temporum qualitas, quæ nos à veſtra charitate poſſit ſeparare, quia tu verè noſter poſt Deum conſtas eſſe defenſor & auxiliator. Præfati denique Miſſi veſtri, in noſtri præſentia, cum Langobardorum Miſſis, necnon & Pentapolenſium, ac ſingularum noſtrarum ciuitatum hominibus adſiſtentes, comprobatio coram eis facta eſt de habitis inter vtraſque partes aliquibus iuſtitiis, videlicet de peculiis inter partes reſtitutis. Nam de finibus ciuitatum noſtrarum, & patrimoniis beati Petri ab eiſdem Langobardis retentis atque inuaſis, nihil vſque hactenus, etiam ea, quæ primitus reddiderant, denuò inuaſerunt. Vnde conſtitit, vt noſtri ac ſingularum noſtrarum ciuitatum Miſſi, ad Deſiderium Langobardorum Regem, cum veſtris progredi debeant Miſſis, vt in eorum atque prædicti Regis præſentia, pro eiſdem finibus ac patrimoniis, comprobatio fiat,*

[a] Ep. 17. Cod. Carol.

PAVLVS PP. OPEM A PIPPINO R. POSCIT ADVERSVS LONGOBARDOS.

AN. CH. 766. PIPPINI R. 15.

nobíſque omnia iuxta pactionem reſtituantur. Et neſcimus quid ex hos proueniendum ſit, attamen per præfatos veſtros Miſſos rei agnoſcere poteſtis meritum. Quapropter quæſumus à Deo protectam Excellentiam veſtram, vt ita diſponere iubeat, vt plenarias de omnibus recipere valeamus iuſtitias, quatenus idem beatus Petrus Princeps Apoſtolorum, pro cuius reſtituendis luminariis decertatis, firmiſſimus vobis ſit auxiliator ac optimus remunerator. Nam procerto agnoſcat Excellentiſſima Chriſtianitas veſtra, quia ſi nobis præfatis ciuitatum noſtrarum ab eiſdem Langobardis inuaſi fines, atque patrimonia reddita non fuerint, etiam ea, quæ primitus reddiderunt, inuadere inſidiabuntur. Quapropter obnixè petimus Chriſtianitatem veſtram, vt veſtrâ ſolitâ diſpoſitione exaltatio Sanctæ Dei Eccleſiæ, & iſtius à vobis redemptæ cum Dei virtute prouinciæ ſalus proficiat, & ea omnia, quæ veſtri Miſſi ſibimet à veſtra Præcellentia iniuncta habuerunt, nobis liquidiùs referentes, ad ſingula eis reſponſum reddidimus, & de omnibus eos informauimus, quæ veſtræ Excellentiæ referre debeant, noſtráſque petitiones veſtris ſtudeant intimare auribus. His itaque præmiſſis, Dei noſtri Omnipotentis exoramus Clementiam, vt ſuâ vos fouere annuat gratiâ, & præſenti temporali Regno in longo ſenio cùm proſperitate corporis & ſalute animæ perfrui concedat, vnà cum dulciſſima coniuge veſtra, Excellentiſſima Regina, filia & Spiritali noſtra commatre, atque præcellentiſſimis veſtris natis, & cæleſtia quoque vobis per infinita tribuat præmiorum gaudia poſſidenda. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat. In hiſce literis, qui nominatur Widmarus Abbas, is notiſſimus eſt, nec diſtingui debet à Witmaro ſeu Guitmaro Abbate Centulenſi, qui regimen Monaſterij ſuſcepit Pippino nondum Rege, eidémque Regi ſuperſtes vixit, vt anno priore iam notauimus.

VI. VIRGILIVS ORDINATVR EP. SALISBVRG.

Virgilius, eùm fermè biennium in Boioaria degiſſet, ordinatus eſt tandem Epiſcopus Salisburgienſis. *Vir Domini*, inquit Auctor vitæ, *diſſimulatâ ordinatione fermè duorum annorum ſpatiis, habuit ſecum laboris & coronæ participem Epiſcopum comitantem de patria, nomine Dobda, ad perſoluendum Epiſcopale officium. Poſteà ad inſtantiam populi, necnon aſſiduâ Coepiſcoporum ſuorum exhortatione inductus, ab ipſis vnctionem Epiſcopalem ſuſcipere conſenſit, ordinatúſque eſt à comprouincialibus Præſulibus anno Natiuitatis Domini ſeptingenteſimo ſexageſimo-ſexto, XVII. Kal. Iulij.* Pleræque editiones annum habent ſeptingenteſimum ſexageſimum-ſeptimum. Vt autem annum Chriſti ſeptigenteſimum ſexageſimum-ſextum retineamus, hæ duæ res potiſſimùm ſuadent. Annus Chriſti ſeptingenteſimus ſexageſimus-ſextus literam Dominicalem habuit E, quæ diei decimoquinto Iunij ſeu diei decimo-ſeptimo ante Kalendas Iulias in Kalendario præfigitur. Deinde Virgilius, cuius aduentus in Franciam vnctionem Epiſcopalem quadriennio anteceſſit, Pippinum Cariſiaci commorantem ex Hybernia primùm conuenit, Pippinus autem anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-ſecundo Paſcha Cariſiaci celebrauit, nec apparet eum illic anno poſtero verſatum eſſe, anno enim Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-tertio Paſcha celebrauit apud Gentiliacum in agro Pariſienſi, Placitum habuit Niuerni menſe Maio, traiectóque Ligeri quartam mox impreſſionem in Aquitaniam fecit. Porrò Virgilius, poſtquàm ordinatus eſt Epiſcopus, curam Monaſterij, quam gerebat, haud dimiſit. Dobda verò Chorepiſcopus in lacûs Chiemenſis Inſulam ſe recepit, *vbi*, teſte Hundio, *aperuit ille Scholam, & agmina diſcentium quamplurima habuit.* Hic Auctor eodem loco mentionem perperam facit Odilonis Ducis, cui Thaſſilo filius in Boioariæ Præfecturam ab annis duodeuiginti ſucceſſerat. Errare quoque videtur, cùm prædictum Chorepiſcopum patriâ Græcum facit.

DOBDA CHOREPISCOPVS.

Vocatur hic Dobda in præcitata Sancti Virgilij vita, & Dobdagreus in libello de Epiſcopis Salisburgenſibus, atque inde facilè factus Dobda Græcus.

AN. CH. 766. PIPPINI R. 15.

VII. GVNTHARIVS COMES MVNIFICVS ERGA ECCLES. SALISBVRG.

Hoc eodem anno, quo Virgilius vnctus eſt Epiſcopus, Eccleſiam Saliſburgenſem Guntherius ſeu Guntharius Comes hac inſigni donatione locupletauit. *Guntherius quidam Comes in pago Chiemingen, in propria hæreditate ſua, conſtruxit Eccleſiam pro amore Dei, & animæ ſuæ ſalute, ad ſeruitium Dei & Sanctorum eius. Conuocauítque illuc Sanctum Virgilium Epiſcopum eodem anno, quo ad Epiſcopium ordinabatur, dixítque ei, ſe velle ibi Monachos congregare, & Abbatem illis conſtituere, & ſuâ proprietate eis tantùm ibidem contradere, vt victum & veſtimenta habere valerent; & quicquid ibidem cum proximis ſuis augmentare cum iuſtitia potuiſſet ad Dei ſeruitium & Sanctorum eius, promptiſſimè hoc faceret. Tunc itaque Virgilius Epiſcopus requiſiuit ab eo, in cuius dominio voluiſſet, vt ille Abbas eſſet, & Monachi, quos illic congregaſſet. Et ille primitus ei hoc dicere noluit. Dixítque ei Epiſcopus. Neque ego tibi Eccleſiam conſecro, nec Monaſterium, neque Abbatem, niſi ſecundùm Canones ſciam; ad quem locum illorum rectitudo & donatio conſtare debeat. Et voluit inde abire. Denique idem Comes Guntherius diuino compunctus amore cognouit, quòd Epiſcopus ſecundùm Canonum ſtatuta incedere vellet, promiſit ſe hoc ipſum, quòd ibi conſtructum habuit, ad Monaſterium perſitere velle, & cum omni proprietate ſua, eandem Eccleſiam ſi conſecraſſet, ad Salzburgenſem Sedem Epiſcopatûs, & ad illam dominationem pleniter per omnia ſecundùm Canones tradere velle, & per omnia inde ita facere, ſicut Virgilius Epiſcopus illum doceret. Et tunc demùm conſenſit Virgilius Epiſcopus, & conſecrauit ipſam Baſilicam in honore Sancti Stephani, & omnem locum hunc. Quo facto Guntherius tradidit per pallium altaris Virgilio Epiſcopo ipſam Eccleſiam cum omnibus, quæ ibidem anteà perdonauit tradere. Commendauit autem hoc pleniter Monaſterium in manus Epiſcopi ad regendum ſecundùm Canones, ſicut & cæteras Eccleſias Diœceſis ſuæ, vt ipſum cum Sede ſemper eſſet. Poteſtatem verò Epiſcopo dedit regendi ipſam familiam, Abbatémque ibi ordinare, & Monachos de ipſa Sede ibi ponere ſiue Canonicos. Tunc quoque tradidit ibidem de ſuo proprio villam, quæ dicitur Holzhuss, cum manſis ſeptem & cum omnibus rebus ad eandem villam pertinentibus. Dedítque aliam villam iuxta lacum Chieminge, Vſinga vocatam, cum manſis ſeptem. Poſteà verò cum conſilio & conſenſu Thaſſilonis Ducis, petiit Dominum Pipinum Regem, qui conceſſit ei tributales viros de ſuo miniſterio manentes quatuordecim ibidem ad firmamentum, qui & ita fecit.*

VIII.

Huius Donationis meminit Arno Epiſcopus in Annotatione, quam Gewoldus [a] ſuis ad Hundium additionibus inſeruit. *Cella, quæ vocatur Zottinge, quam conſtruxit Guntharius Comes in iure hæreditario, in pago Hunnigagoe, in honore Sancti Stephani protomartyris, & quod ei Taſſilo Dux conceſſit in beneficio idem tributarios* XIII. *inter manſos veſtitos & apſos. Secus ipſum locum & villulam quæ vocatur Huſir cum manſos* VIII. *inter veſtitos & apſos in pago Salzburgoe, ſimúlque & loco qui vocatur Vſinga, cum manſos* VII. *inter veſtitos & apſos in ſupradicto pago Chimingagoe ſecus ſtagnum qui vocatur Chimiuſaoe tradendi ei licentiam conceſſit iam fatus Dux ad ipſum præfatum locum, vnà cum permiſſione iam dicti Ducis ſupraſcriptus Comes ad Eccleſiam beatiſſimi Petri Principis Apoſtolorum ad iam dicto Monaſterio Salzburch. Ipſam verò Cellam iniuſtè abſtractam Dominus Rex, pro mercedis ſuæ augmentum, iterum reuocandum abſque vlla contraditione conceßit.* De manſis actum ſæpiùs. Vt autem forenſes *veſturam terræ*, herbam exponunt, ita *manſus veſtitus* dicitur manſus, id eſt, certa terræ portio, cum grano ſeu legumine vel herba.

[a] Tom. 1. Metrop. Saliſburg.

IX. EPISCOPI SENONENSES.

Lupus Senonenſis Archiepiſcopus, quem, anno priore, Attiniacenſi Placito ſubſcripſiſſe conſtat, apud Robertum *Remos tranſlatus dicitur in Chron. MS.* At illud commentum iam reiecimus, per hæc enim tempora Tilpinus in Cathedra Remenſi ſedit. Lupum igitur hoc anno non ad Sedem Remenſem tanſlatum ſed è vita ſublatum exiſtimamus. Illi ſucceſſit,

AN. CH. 766. PIPPINI R. 15. SEDVNENSES.

qui variis modis Viricarius, Wlcarins, Wilicatius, Wilchatius, Wilharins, Willarius, Wailerius, & Vilarius appellatur. Hic Romam à Pippino miſſus eſt anno ſequenti, Romanæque Synodo biennio pòſt interfuit, vt ſuis locis dicturi ſumus. Confundi non debet cum altero Wilicario, qui Viennenſis primùm Archiepiſcopus, deinde Monachus tum Abbas Agaunenſis necnon Epiſcopus Sedunenſis fuit, annóque ſuperiore, cùm Abbas Agaunenſis eſſet, nec adhuc Sedunenſem Epiſcopatum obtineret, Placitum Attiniacenſe ſua quoque ſubſcriptione communiuit. In auctiore Gallia Chriſtiana proximus Williearij Sedunenſis Epiſcopi ſucceſſor ita commendatur. *Aloborgus anno 768. & 774. ex Chartulariis Valleſia.*

X. TRECENSES.

Circa hunc annum Bobinus Trecenſis Epiſcopus ex hac vita diſceſſit. In Monaſterio Cellenſi ſepultus eſt, vbi primùm Monachus fuerat. Ibi ſolenni ritu colitur decimo Kalendas Maij, qui Tranſlationis dies eſt. Pars Reliquiarum in eodem Cœnobio cuſtoditur, altera pars in Bellilocenſi. Cellenſe Monaſterium ex eius nomine Cella Bobini nonnumquam vocatur. In Epiſcopatum ſucceſſit qui ſolo nomine notus eſt Amingus. Lege vitam Sancti Frodoberti. Conſule & Camuſatum in Epiſcoporum Trecenſium Catalogo. In eadem prouincia iiſdémque circiter temporibus obiit Waldo Niuernenſis Epiſcopus, cui Nomenclatores non pauci Sanctum Deodatum perperam ſufficiunt. Antiquior integro ſeculo vixit Sanctus Deodatus. Waldoni ſubrogandus videtur Euarcius ſiue Euardus, quem Coquillius proximum Sancti Deodati ſucceſſorem commemorat.

NIVERNENSES.

XI. ASSVERVS ABB. PRVMIENSIS BASILICAM SVPRA CORPVS S. GOARIS ÆDIFICAT.

Aſſuerus Abbas Prumienſis, cui Pippinus anno ſuperiore Cellam Sancti Goaris ad Rhenum regendam commiſerat, Baſilicam ſupra corpus eiuſdem beati Confeſſoris ædificare cœpit. Ab hoc opere Wandelbertus librum de Miraculis Sancti Goaris exorſus eſt, in cuius prologo teſtatur ſe illorum duntaxat vti teſtimonio, *qui* ea quæ narrantur, *vel præſentes ſe ipſi vidiſſe, vel ab eis, qui viderint, accepiſſe confirmant.* Nec id à vero videtur alienum, res enim tantùm commemorat *ab annis plùs minùs ſex & ſeptuaginta* geſtas, ipsúmque Marcuardum Abbatem, cui ſuam lucubrationem dicat, in eiuſdem proœmij fine ſic alloquitur. *Id etiam cunctos, in quorum hac manus venient, ſcire velim, me in horum aſſertione non quibuſlibet fidem accommodaſſe, ſed viris fide dignis, & de quorum veraci relatione vos ipſi, venerabilis Pater, arbiter fueritis, præcipuéque Herrado veſtræ Congregationis Monacho atque Presbytero, & Theodrado Cellæ Sancti Goaris Clerico, qui & auo iam * maturiores eſſent, & à puero circa locum ipſum diuerſati fuiſſent.* His ad auctoritatem teſtium ſtabiliendam præmiſſis, audi quæ de noua Baſilica, quam Aſſuerus Abbas extruxit, ab eodem Wandelberto proximè ſubiiciuntur. *Cella Sancti Goaris poſt multas, quàm ipſe deceſſerat, annos, cùm in ea iam & Clerici, qui Diuina Officia agerent, alendi ſtipendiis Eccleſiæ haberentur, & populi frequentia maior in dies excreſceret, à Religioſo Francorum Principe Pippino, patre Auguſtæ memoriæ Imperatoris Caroli, venerabili Aſuera, qui tum Monaſterio Prumiæ, quod tertius nunc ab illo, Pater optime, regitis, primus præerat, eſt commiſſa, vt eius ſtudio & locus melioraretur, & qui in ipſo degerent Clerici, in Religionis cultu & ſtudio docerentur. Quam ille ſuſceptam omni niſu excolere ac nobilitare deſiderans, Baſilicam ſupra corpus viri Sancti ædificare cœpit, quæ & amplitudine ſui populo recipiendo ſufficeret, & decore congruentior meritis beati Confeſſoris exiſteret. Quippe priùs ibi duæ Eccleſiæ non multo à ſe ſpatio diſtantes erant, quarum quæ ſitu minor erat, corpus venerabile in terræ ſinu continere credebatur, ſed locus ipſe ſepulcri incertus omnibus * erat. Eâ in ſui integritate relictâ, fundamentis per circuitum iactis, hanc, quæ nunc vſque manet, ſupraſcriptus Abbas conſtruxit, nec prior eſt antè diruta, quàm omne præſentis ædificium compleretur. Quo in tempore rem miram, qui benè nouerunt, proueniſſe teſtantur,*

* Sur. deeſt iam

* Sur. hominibus

AN. CH. 766.

PIPPINI R. 15.

quòd donec ædificata eſt Baſilica omnis, nihil aquæ penitus ex imbribus, tametſi copioſiſſimis, in omne loci ſpatium delapſum, ſed cùm fortè pluuiæ fierent, ad medium Rheni ſpatium & cacumen montis per circuitum plùuia decidens, reliquum, quod intererat, intactum penitus relinquebat. Ita diuino Miraculo palàm fiebat, quàm gratum illud ædificij opus ſuperno reſpectui foret, cuius inſtantiam imbres aliquatenus impedire prohibebantur. De huius Baſilicæ Dedicatione ac Tranſlatione Sancti Goaris agemus ſub Carolo Magno. Ceterùm Wandalbertus Marcuardum Abbatem Prumienſem dicit tertium ab Aſſuero, quia Marcuardus Tancardo ſucceſſit, hic Aſſuero, & vt apud Hirtium Bellonæ Sacerdos habetur maieſtate, imperio & potentiâ, *ſecundus à Rege*, id eſt, primus poſt Regem, ſic inter Abbates Prumienſes, è duobus proximis Aſſueri ſucceſſoribus Tancardo & Marcuardo, ille eſt ſecundus ab Aſſuero, hic tertius.

XII. Dadbertus Sitiuenſis Abbas hoc anno, regiminis ſui duodecimo, vitam clauſit. Succeſſit Hardradus in excolenda Monaſterij dignitate vir inſignis, villas, *de Louinghem* à quodam Walberto, & *de Freſſinghem* à Sigeberta nobili Matrona, coemptas rebus Monaſterialibus adiecit. Hæc ex Iperio Locrius in Chronico Belgico.

ABBATES SITIVENSES.

XIII. Per hæc tempora, Pippinus Rex Haſprenſem Cellam à fundamentis excitauit ac dotauit, & Gemmeticenſes in eam Monachos intromiſit. Sedet ea Cella medio inter Valencenas & Cameracum itinere ad Salem * fluuiolum, qui dexteram Scbaldis ripam ibidem ſubit. Lege eundem Locrium necnon Miræum in Originibus Benedictinis [a]. Tunc Gemmeticenſis Abbas erat Druthgungus, cuius mentionem ánno ſuperiori fecimus. Succeſſit ei paulò pòſt Landricus, de quo plura Tomo ſequenti.

HASPRA CONDITVR PRO MONACH. GEMMETIC.

* *la Selle.*

[a] Cap. 5.

ABBATES GEMMETICENSES.

XIV. Tello Curienſis Epiſcopus, de quo ſermonem anno quoque priori habuimus, ad hunc vſque annum vixit. Succeſſit in Epiſcopatum Virgilius eius nepos ex fratre. Vide Genealogicam illius familiæ Tabulam, quam ad annum Chriſti ſeptingenteſimum duodeſexageſimum [b] repræſentauimus. Lege etiam quæ de Chronologia Curienſium Epiſcoporum dicta ſunt anno ſuperiori [c].

EPISCOPI CVRIENSES.

[b] Num. 46.

[c] Num. 25.

XV. Wernharius Wormacienſis Epiſcopus, *cùm præfuiſſet laudabiliter vigintitribus annis*, vt Bruſchius teſtatur, ex hoc mortali ſeculo migrauit, non quidem Caroli Magni temporibus, vt idem Auctor exiſtimat, ſed ſuperſtite in viuis Pippino Rege. Sepultus fuit apud Sanctum Andream in ſuburbio Wormacienſi. Succeſſit in Epiſcopatum Folcuuicus. Hic obiit Carolo nondum Imperatore. Repugnat huic aſſertioni Bruſchius, at hoc loco non ſibi conſtat, Ehrenbrechtum enim, qui poſt Folcuuicum ſedit, anno Chriſti ſeptingenteſimo nonageſimo-octauo fuiſſe non diffitetur. Ceterùm Ehrenbrechtus, priuſquàm Epiſcopus Wormacienſis fieret, Abbas Weiſſenburgenſis in Diœceſi Spirenſi poſt Charialdum fuit.

WORMACIENSES.

ABBATES WEISSENBVRG.

XVI. Deſideratus Chorepiſcopus, cuius operâ Gaucilenus Cenomannenſis Epiſcopus vtebatur, pauco tempore vices Epiſcopales egiſſe dicitur. Succeſſit ei Berthodus, qui per aliquot annos idem munus ad Caroli Magni vſque Principatum exercuit. Lege Coruæſierum in Hiſtoria Cenomannenſium Antiſtitum [d], atque ex eius calculo mortem Deſiderati conſignandam hoc anno arbitrare.

CHOREPISCOPI CENOMANNENS.

[d] Num. 17.

XVII. In eadem prouincia Turonenſi, Calgonus Venetenſis Epiſcopus hoc anno vitam clauſit, eiúſque ſucceſſor Luchenardus Epiſcopatum annis ſeptemdecim tenuit. Lege Armoricam Sanctam.

EPISCOPI VENETENSES.

XVIII. Iacobus Malbrancus in Chronologia Tomo ſecundo de Morinis præfixa, Venantium Eremitam hoc anno, ſexto Idus Octobris, enecatum tradit. Super illatæ cædis & authoribus & cauſa duas affert opiniones [e]; quarum vna facinus adeò ſceleſtum tribus prædonibus auiditate pecuniarum correptis attribuit; altera prædoni, qui theſauros apud Eremitam

VENANTIVS MARTYR.

[e] Lib. 5. c. 22.

AN. CH. 766. PIPPINI R. 15. latere dicit, duos adiungit Anglos ægrè admodum ferentes, quòd Aldrici Regis Anglorum filio nubere noluerit Iſberga Pippini Regis filia, malitque ex Venantij conſilio ac ſuaſu virginitatem Deo vouere. Neutra illarum opinionum nobis placet, placet autem ſententia Molani [a] de Venantio Martyre ſic ſcribentis. *In nemore eſt à quodam nequam, qui pecunias ſperabat, decollatus, & in Liſiam proiectus.* Non opus eſt, vt ad id ſceleris tres ſocientur prædones, vnius malitia ſufficit. Malbrancus de Pippini Regis filia déque Aldrici Regis Anglorum filio multa libro quinto commemorat fabulis accenſenda.

[a] D. 10. Oct.

XIX. GISLA PIPPINI R. FILIA ET ITISBERGA DISTINGVVNTVR. Capitibus tertio & quarto agit de Giſlæ ortu, Baptiſmo & nomine. Natam vult anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo, ineunte Stephani Tertij Pontificatu. Puellæ patrinum conſtituit eundem Stepanum, cuius vices Legatus Pariſiis obierit. Abhinc Pippinum ab eodem Romano Pontifice compatrem appellatum putat. Denique Giſlam eandem facit cum Giſleberga & Iſberga, rationémque variarum nuncupationum petit à Giſlæ tumulo in monte dicto *Peetersberg*, vbi Eccleſia Sancti Petri, locum enim illum, vt ob Ædem beati Petri *Peetersberg* primò vocatum, ſic & ob Giſlæ ſepulchrum *Giſleberg* poſteà nuncupatum contendit, additque lapſu temporis factum, vt incolæ non tantùm monti, ſed etiam virgini illic ſepultæ multíſque miraculis claræ, nomen tribuerent Giſlebergæ, quod per contractionem in Iſbergam demùm abierit.

XX. Capite vndecimo, Ariam * anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſexto à Pippino Rege delectam ait, vt illic eius educarentur erudirentúrque liberi. Capitibus decimo-quinto & decimo-ſexto multa ſcribit de Venantio, qui vicinam eremum per illud tempus incolere cœpit. Capite decimo-octano, pios Giſlebergæ cum Venantio congreſſus commemorat. Demùm capitibus viceſimo & viceſimo-primo, colloquiis Eremitæ Giſlebergam adeò profeciſſe teſtatur, vt hæc virginitatem Deo vouerit, & anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-ſexto nec Conſtantini Auguſti nec Anglorum Regis filio paſſa ſit ſe deſponderi.

* *Aire.*

XXI. Giſla ſeu Giſlana Pippino Rege ac Bertradâ Reginâ parentibus nata eſt eodem quo Stephanus Tertius Papa mortuus eſt anno, id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſeptimo. Stephanum igitur nec patrinum habuit, nec Pippini compatrem reddidit. Idque clariſſimè patet ex epiſtolis eiuſdem Papæ, qui multò citiùs Pippinum, vt ſuprà probauimus, in ſuis ad eum literis compatrem ſuum appellauit. Quæ de Lycæo Arienſi circumferuntur, valido deſtituuntur fundamento. Secus ſentiendum de Venantij Anachoreſi, déque piis eius cum nobili puella colloquiis, quæ prædiuites poſteà procos anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-ſexto ſpreuerit. At hæc longè alia fuit à Giſla Pippini Regis filia, quæ tunc annos duntaxat nouem erat nata, expetitáque pòſt in coniugem à Leone Conſtantini Auguſti filio, necnon ab Adalgiſo Deſiderij Longobardorum Regis filio, vt ad annos Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-ſeptimum & ſeptingenteſimum ſeptuageſimum dicturi ſumus, ſed, teſte Eginhardo [b], *à puellaribus annis Religioſa conuerſationi mancipata, in eo quo conuerſata eſt Monaſterio deceſſit.*

[b] In vit. Carol. M.

XXII. Dubouchetus in vera Origine [c] Regiæ Domûs Francicæ, duas diſtinguit Pippini Regis filias, Giſlam & Iſtibergam, ſed vt Giſlam Pippini Regis filiam agnoſcimus, ſic Iſtibergam, quam alij Itiſbergam & Iſbergam vocant, eiuſdem Regis filiam negamus. Vnicam Carolo Magno ſororem fuiſſe ſic teſtatur Eginhardus [d]. *Erat ei vnica ſoror, nomine Giſla.* Inter epiſtolas, quas Paulus Papa Pippino Regi direxit, occurrunt duæ in Codice Carolino, quæ tres tantùm liberos Pippini, Carolum, Carolomannum, & Giſilam commemorant, eóſque, qui plures recenſent, hac enumeratione palàm refellunt. In vna [e] illarum epiſtolarum, quam ad an-

[c] Part. 1. c. 10.

[d] In vit. Carol. M.

[e] Cod. Carolin. ep. 32.

AN. CH. 766.

PIPPINI R. 15.

num Chriſti ſeptingenteſimum duodeſexageſimum recitauimus, Pontifex ita ſcribit. *Petimus diuinam Dei noſtri miſericordiam, vt vos per multorum annorum curricula in ſolio Regni veſtri conſeruare dignetur, vnà cum Excellentiſſimis veſtris natis noſtriſque ſpiritalibus filiis, Carolo & Carolomanno, Regibus Francorum & Patriciis Romanorum, necnon Domna Bertrada Excellentiſſima Regina, ſpiritali noſtra commatre veſtra coniuge, ſimúlque & Giſila nobiliſſima puella, noſtra ſpiritali filia.* Et in altera [a], quam ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-quintum deſcripſimus. *Omnipotens Dominus, qui diues eſt in miſericordiis, ſua extenſionis brachio vos continuâ defenſione protegat, & omnes aduerſarios ac rebelles veſtris Regalibus ſubiiciat veſtigiis, tribuens longaniter ac ſalubriter vnà cum Excellentiſſima filia & ſpiritali noſtra commatre, benigniſſima Regina, & amantiſſimis natis Carolo & Carolomanno, Excellentiſſimis Regibus & Patriciis Romanorum, atque Giſila Nobiliſſima, Regni gubernacula poſſidenda, & æterna præmiorum gaudia cum Sanctis & electis perfruenda.* Caue igitur ne Itiſbergam, quam Venantius erudiuit, alteram Pippini Regis filiam credas.

[a] Cod. Carolin. Ep. 14.

XXIII.

Alricus apud Anglos in Cantio regnauit annos triginta-quatuor, vt ſcribit Willielmus Malmeſburienſis [b], id eſt, vt Michael Alfordus interpretatur, ab anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo, ad annum Chriſti ſeptingenteſimum nonageſimum-quartum. Sed ei filius non fuit, qui Walliæ * Principem ſe diceret, & Itiſbergam in vxorem ſibi ſociare vellet. Primogenitus Regis Anglorum filius Princeps Walliæ multò ſeriùs appellari cœpit. Itiſberga poſthabitis nuptiis virginitatem perpetuò coluit. Id in dubium haud vocamus. At nec filium Regis Anglorum numeramus inter procos, à quibus expetita, nec Venantium exiſtimamus ideò necatum, quòd nuptias diſſuaſiſſet. Venantius, vt ex Molano [c] iam retulimus, *in nemore eſt à quodam nequam, qui pecunias ſperabat, decollatus, & in Liſiam proiectus.* Inuentus eſt autem à piſcatoribus, deinde honorificentiſſimè ſepultus, curante funus Itiſbergâ, quæ priſtinam ſanitatem inuocatâ Martyris interceſſione recuperarat, ſeu febribus, ſeu ſtrumis, ſiue vtroque morbo laborabat.

[b] Lib. 1. de Geſt. RR. Angl.

* Prince de Galles.

[c] D. 10. Octobr.

XXIV. VENANTII MARTYRIS SEPVLTVRA.

De loco ſepulturæ non conueniunt Auctores. *Corpus Sanctum*, inquit Molanus, *intra Oratorium in ſarcophago lapideo eſt poſitum, & in hunc vſque diem honorificè quieſcit, in oppidulo, quod, de eius nomine, Sancti Venantÿ dicitur.* Sic autem aduerſus Molanum Locrius [d]. *Quod Beati Venantÿ corpus quieſcere dicit Molanus in oppidulo cognomini, licèt hactenus piè creditum ſit, tamen eo ipſo anno, quo hæc ſcribimus, nempe 1608. eius Inuentio in ipſo S. Itisbergæ Templo & pago, qui abs Arienſi vrbe paſſus circiter quingentis abiunctus eſt, cum ingenti omnium ſtupore contigit, atque de illa Reuerendiſſimus D. Iacobus Blaſæus Audom. Epiſcopus diligenter, vt par erat, inquiſiuit.* Illa de lite Malbrancus [e], vt ſeriùs, ita copioſiùs ſermonem fecit. Ipſum ſarcophagum, in quo Martyr conditus eſt, primò ſic deſcripſit. *Sarcophagus confectus è gemino lapide, qui potiſſimus in hiſce oris habetur, marquiſios ſcilicet in tumuli pedetentim ſeſe imminuentis morem aptati & complanati: quò verò vterque lapis corpus caperet clauderétque, intus iuſtâ profunditate excauantur, non ſecus ac protoplaſticum inſtrumentum, as aut argentum fuſile in ſtatuæ figuram effingens in collum autem ipſa excauatio deſinebat, nilque excipiendo capiti exciſum, quod nempe ad pectus manus inter relictum eſt, prout è plagis ſuis piſcatores eduxiſſe creduntur.* Et paucis interiectis narrationem ad Inuentionem eiuſdem ſarcophagi ſic conuertit. *Anno 1608. 13. Auguſti, cùm S. Isberga, vti iam viſitur, Mauſolæum, & ara ex intercolumniis in poſterius ſacrarium, Iacobi Blaſæi tum Audomarenſis Epiſcopi interuentu transferretur, effodientibus paruit ſarcophagus lapideus eâ, quam ſuprà diximus, figurâ, apertúſ-*

[d] Ad an. 768.

[e] Lib. 5. c. 24.

AN. CH. 766. PIPPINI R. 15.

que dedit totius corporis oſſa integerrima, qua aliquot poſtmodum annis ex Epiſcopi mandato in decentiorem capſam cum Domino Paulo Prunoſt D. Virginis Ariensi Paſtore & Decano transferenda attentiùs diſcutiens, ingentem viri molem ſum demiratus: namque os tibia componens cum crure eiuſdem Decani, qui procerum & vaſtum corpus eſt, genu flexionem excedere videbatur. Indigenæ, dum ea Inuentio contigit, ex ipſius loci & inuenti corporis genio argumenta ſua promebant, traditione inſuper firmata. Siquidem ponè, altare inter & columnam ſuperiùs lapidea S. Tsbergæ ſandapila ſuſtentabatur; inferiùs ſub pauimento, altera S. Venantij, vt aiebant, tegebatur: cúmque iam omni retrò memoriâ aduenæ & peregrini ex more aram ipſam tertiò obirent, communiter aſſerebant ſeſe inter SS. Tsbergæ & Venantij corpora pertransiſſe: alterum quadammodo fortius ſuggerebant, quandoquidem reperta ſandapila non vltra collum vllam daret excauationem, ſatis id innuebat eius eſſe corpus, quod liquet capite fuiſſe minutum. In Audomarenſi Cathedra poſt Iacobum Blazæum tres hi proximè ſederunt Epiſcopi, Paulus *Boudot*, Petrus *Pannet*, & Chriſtophorus *Morlet*. Illis temporibus cauſam ſuam acriter defenderunt Venantiopolitani, nec à prædictis Pontificibus quidquam definitum eſt. Hæc enim mox ſubiecit Malbraneus. *Nihil tamen ab eo*, nempe Iacobo Blazæo, *neque à tribus inſecutis Epiſcopis præfinitum, eò quòd illius Inuentionis tempore fortiter inſurrexerint Venantiani pro aris & focis pugnantes, iacere Venantium in ſacrariolo adſito ſui cæmeterij ſeptis, illic ab aduenis apprimè olim cultum fuiſſe, quibus lipſana nunnulla exoſculanda præberentur: ſubeſſe cryptam paruulam, vbi fuerit ſepultus, qua tamen necdum aperta aliquam fidem fecit.* Licèt autem hic Auctor iudicium ferre noluerit, in ea tamen videtur opinione verſatus, vt Iſberganos causâ ſuperiores cenſuerit. In eandem imus ſententiam, exiſtimamúſque Venantium ſepultum in monte, qui primùm ab Æde beati Petri, deinde à Sanctæ Iſbergæ ſiue Itiſbergæ nomen accepit, vt dictum ſuprà. Lapſu quoque temporis, non monti tantùm ſed ipſi etiam Eccleſiæ mutatio nominis acceſſit, & quod anteà Templum beati Petri dicebatur, Sanctæ Itiſbergæ nomen gerere cœpit. *Apud Tsberganos oſſa illa*, quæ anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo octauo Idibus Auguſti reperta ſunt, *ligneus loculus in hypogæo ad id, vbi priùs delituerant, ſtructo adſeruat cum lapidea*, quam deſcripſimus, *ſandapila: neque ita clauſum illud, quin orificio adaptato cuncta pateant venerabundum oculum inclinantibus.* Adſtipulamur etiam Malbraneo, cùm ait Eremiticeum beati Martyris tuguriolum in Ædiculam ab Itiſberga conuerſum fuiſſe.

XXV. Si fides eſt huic Auctori, pompam exequiarum magnificè deſcribenti, *venerationem ciebat Epiſcoporum & Abbatum fulgidus in ornatu Eccleſiaſtico cætus. Elizæus Nouiomenſium & Tornacenſium, Guntfridus Cameracenſium & Atrebatenſium, Rembertus Ambianorum, Pontifices maximè huic pompæ obuij & opportuni fuere: ſed Morinenſium Rodwaldo primaria rituum funereorum moles incubuit obeunda, cuius à Pontificia Sede Taruannica altero tantùm lapide diſſita, proximum Aria oppidum cenſebatur, Abbatum è ſolis Morinis copia non modica ſuppetebat, è Bertinico Monaſterio Hardradus, è Centulenſi Symphorianus*, &c. Parcimus ceteris, quoniam apud Malbrancum ſola Monaſteriorum, quibus præerant, exprimuntur nomina.

XXVI. EPISCOPI NOVIOMENSES. Epiſcopos, quos ille recenſet, anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-ſexto, cùm funus Venantij Martyris curabatur, in viuis omnes fuiſſe non arbitramur. A multis annis obierat Elizæus Nouiomenſium ac Tornacenſium Epiſcopus, cuius ſucceſſor Adalfridus anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſeptimo Gorzienſe Priuilegium, anno ATREBATENSES. Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-quinto Placitum Attiniacenſe ſuâ ſubſcriptione communiuit. Obierat & à multis annis Guntfridus Cameracenſium

AN. CH. 766.
PIPPINI R. 15.
AMBIANENSES.
TARVANNENSES.

ſium & Atrebatenſium Epiſcopus, cuius ſucceſſorem Albericum anno Chriſti ſeptiogenteſimo ſexageſimo-tertio ſediſſe probauimus. Vtrùm Sancti Venantij Martyrio ſuperſtes vixerit Raimbertus Ambianenſis Epiſcopus haud liquet; ei ſucceſſit io Epiſcopatum Vitulphus ſeu Vilulphus aut Ayrulpus, cuius ſucceſſor Gregorius ſeu Georgius regnante Carolo Magno floruit. Hoc loco Taruaonenſium Epiſcoporum copioſior eſt quàm Ambianenſium Catalogus, eædem enim Zachariæ Papæ literæ Raimberto Ambianenſium & Ætherio Taruannenſium Epiſcopis Inſcribuntur, Monaſteriíqne Centulenſis Dedicationi Gregorius ſeu Georgius Ambianenſis & Theodowinus Taruanoenſis interſunt Epiſcopi, medius autem inrer Raimbertum & Gregorium ſeu Georgium Ambianeoſes Epiſcopos ſolus occurrir Vitulphus, at inter Ætherium ac Theodowioum Taruannenſes Epiſcopos medij recenſentur Radwaldus, Athalfus, & Wigbertus, itaut in dubium mioimè vocandum videarur, quin Radwaldus ſeu Rodwaldus Epiſcopus Taruanoenſem Diœceſim eo rexerit tempore, quo Venaotius Eremita palmam Martyrij ſuſcepit.

XXVII.
ABBATES SITIVENSES, CENTVLENSES.

Quod attiner ad Abbates; Hardradus, vt obſeruatum [a] ſuprà, Dadberto in Bertioici ſeu Sitiuenſis Monaſterij regimen hoc eodem ſucceſſit anno, quo beatus Venantius Martyrium conſummauit; ſeriùs verò Symphorianus admioiſtratiooem Cœnobij Centulenſis adeptus eſt, anno enim Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-quinto Attiniacenſi Placito ſubſcripſit *Witmarus Abbas de Centula*, cui ſubrogatus primùm Aldricus, tum Symphorianus.

[a] Num. 12.

XXVIII.

Eodem tempore, quo Venantius in Taruannenſi Diœceſi, ſolitariam quoque vitam agebar io Ambianenſi Wlſlagius *, de quo multa ſcripſerunt, Sauſſaius in ſupplemento [b] Martyrologij Gallicani, Malbrancus libro quinto [c] de Morinis, & Auctor Hiſtoriæ Abbauillenſis libro primo [d]. Wlſlagius Ruguæ * in Pontino natus eſt; bonas artes ad plenum hauſit; Clericali matriculæ, cùm ad ſacra propenſus eſſet, adſcribendum ſe curauir; iode tamen, quòd fortè motus efferatos adoleſcentiæ pertimeſceret, legitimam ſibi ſociauit vxorem, è qua tres filias ſuſcepit. In matrimonio iuſtè ac ſobriè viuebat, mores præferebat ad omnem pietatem compoſiros, ideóque poſt Riguenſis Curionis obirum electus eſt arque aſſumptus in Paſtorem. Munus aliquandiu magna cum laude geſſit, at inſtigante diabolo rurſum vſus eſt vxore, quam priùs vt ſororem habebat. Ad ſe reuerſus tantum animo dolorem concepit, vt quibus pœnis noxam extergeret, plurimùm angeretur. Relictis omoibus, Hieroſolymam, ſacra Redemptoris veſtigia adorandi voto, profectus eſt. In patriam rediit animoſior, nec adduci potuit vt animarum curam reſumeret. Vxoris aſpectum fugit, filiabus verò perſuaſit, vt patrem ad ſatisfaciendum pro peccatis iuuareot. Ipſe cunctis ſe rebus abdicauir, & Eremum delegit quarto Ruguâ lapide diſtantem aquandíque difficultate perincommodam. Nulla eò ferebat via, tamen ad nouum ſtatim Anachoretam ventum eſt, ſed vbi ſeueris aduenas monitis corripere, atque acriter in mores improborum inuehi cœpit, ſuæ ſolitudini relictus eſt liber. Gratiſſimum de filiabus ountium accepit, quòd patris exemplo permotæ Deo ſeſe deuouiſſent. Augeſcebat in dies Wlſlagij fama; frequentes vigiliæ, cibarius panis nonniſi poſt longam inediam ſumptus, io multam noctem extractæ preces, infrequens admodum cum mortalibus congreſſus, íſque de rebus ad alteram vitam ſpectantibus, magnam viro pariebant exiſtimationem: præſertim verò labor ille quotidianus, quo ad fontem miliari diſſitum multo cum ſudore excurrebat, adcolis erat admirationi, imò & veneratiooi erat ille fons limpidiſſimus, è quo haurire ſanctum quidpiam vicinia ſibi videbatur. Omnis ille tractus, qui & fontem & Eremitæ cellam complectebatur, à vitæ Scriptore Raginariſſcluſæ * territorium no-

* *Vulfly.*
[b] D. 7. Iun.
[c] Cap. 10.
[d] Capp. 81. 96.
* *Rué.*
WLFLAGII LAPSVS AC POENITENTIA.
* *Regnier l'Eſcluſe.*

AN. CH. 766. PIPPINI R. 15.

minatur. Wlſlagius vltrò citróque inter aquandum commeando, ſemitam ab Eremo ad fontem ſibi confecit. Priùs illa herbidis, ſpinetis, carduis impediebatur, at vbi trita eſt Anachoretæ pœnitentis greſſu, nihil vltrà produxit, hinc inde pulchro ac viridi clauſa margine, nec ſolùm quamdiu eam percurrit Wlſlagius, ſed etiam ſeculis eius vitâ poſterioribus. Aliquando colonos curioſa inceſſit cupido Wlſlagij ſemitam (ſic appellat Auctor vitæ) raſtris proſcindendi cum reliquo iugere, & terram altiùs effoſſam copiosâ ſemente donandi, vt eius aboleretur memoria; ſed malum conſilium Deus diſperdidit, omne quidem iugerum pro more ſegetem protulit, collectâ verò meſſe ad genium ſuum & priſtinam planitiem rediit Wlſlagij ſemita. Colitur Sanctus Wlſlagius ſeptimo Idus Iunij. Migrauit ad Deum regnante Pippino, ſi Malbrancus benè coniectauit.

AN. CH. 767. PIPPINI R. 16.

ANNVS CHRISTI 767.
PIPPINI R. 16.

I. SYNODVS GENTILIACENSIS

ANNO Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-ſeptimo acta Synodus apud Gentiliacum, ibique Pippinus Rex Paſcha celebrauit, deinde in Aquitaniam profectus eſt, & Bituricis Conuentum habuit Francorum menſe Maio, poſteà duas aduersùs Waifarium expeditiones, vnam eodem menſe Maio, alteram menſe Auguſto ſuſcepit. De his, vt & de Pauli Pontificis obitu, qui menſe Iunio contigit, ſigillatim nobis agendum.

II. In Annalibus Loiſelianis hæc leguntur. DCCLXVII. *Habuit domnus Rex in ſupradicta villa*, id eſt, in Gentiliaco, *Synodum magnam inter Romanos & Græcos de Sancta Trinitate, vel de Sanctorum imaginibus.* Eadem repetuntur in Annalibus Tilianis. Annaliſta Laureshamenſis Romanos Ecclesiam Occidentalem, Græcos Eccleſiam Orientalem ſic interpretatur. DE TRINITATE ET SS. IMAGINIBVS. *Orta quæſtione de Sancta Trinitate & de Sanctorum imaginibus, inter Orientalem & Occidentalem Eccleſiam, id eſt, Romanos & Græcos, Rex Pippinus Conuentu in Gentiliaco villa congregato, Synodum de ipſa quæſtione habuit.* Vtramque quæſtionem Ado clariùs in ſuo Chronico ſic exponit. *Facta eſt tunc temporis Synodus, anno Incarnationis Domini* DCCLXVII. *& quæſtio ventilata inter Græcos & Romanos de Trinitate, & vtrùm Spiritus Sanctus, ſicut procedit à Patre, ita procedat à Filio, & de Sanctorum imaginibus, vtrùmne fingenda an pingenda eſſent in Eccleſiis.* Quæſtionum mouendarum hæc cauſa fuit. Occidentales plurima in Copronymum Imperatorem eiúſque ſectatores obiiciebant, ac præſertim ea quæ ſpectarent ad cultum ſacrarum imaginum, illi contrà Latinis vitio vertebant, quòd adieciſſent ad Symbolum ea verba *filióque*. Obſerua autem quo tempore & à quibus Græcis hæc quæſtio primùm agitata fuerit, ab impiis videlicet Iconoclaſtis. Non poſſumus iis aſſentiri, qui Synodo Gentiliacenſi volunt eos interfuiſſe Legatos Copronymi, quos Paulus Papa cum ſuis Nunciis ac Miſſis Pippini Regis in Franciam ex Oriente profectos ſcribit epiſtolâ viceſimâ-ſextâ Codicis Carolini, de literis enim illis actum ad annum Chriſti ſeptingenteſimum duodeſexageſimum [a]. Legati non ſemel in Franciam ad Pippinum à Conſtantino Copronymo directi. Stephanus Quartus Papa Legatos Conſtantinopoli miſſos in Franciam, qui Giſilam Pippini filiam filio Conſtantini Imperatoris in matrimonium tradi poſtularent, in

[a] Num. 16.

ANCH. 767. PIPPINI R. 16.

literis [a] ad Carolum & Carolomannum Reges eiuſdem Pippini filios poſt illius obitum ſcriptis ita teſtatur. *Conſtantinus Imperator nitebatur perſuadere ſanctæ memoriæ mitiſſimo veſtro genitori, ad accipiendum coniugio filij ſui germanam veſtram, nobiliſſimam Giſilam.* Erat hæc tum decennis, atque ex illa ætate collige, quanto ſtudio Conſtantinus ſibi Francorum amicitiam conciliare & affinitatem ſociare conaretur. Græcos, qui Synodo Gentiliacenſi adfuerunt, non alios arbitramur ab iis, qui de Giſilæ nuptiis verba fecerant. Quàm autem ſeuerè ab Orthodoxis Francis repulſi ſint, paucis ait Æmilius [b]. *Gentiliaci Pariſiorum Conuentus Patrum habitus. Græci Oratores Cæſarem ſuum admonere iuſſi, vt cum ceteris piis ſentiret.* Epiſcopos Francorum pro tuendo ſacrarum Imaginum cultu ſtrenuè laboraſſe docet etiam Romana Synodus, de qua poſt biennium ſub Stephano Quarto Papa.

[a] Ep. 45. Cod. Carol.

[b] Lib. 2. in Pipin.

III. Gentiliacum * ad Beuerem fluuiolum vnâ vix leucâ Pariſiis diſtat. Ibi Paſcha quoque Pippinus celebrauit, vt antiqui produnt Annaliſtæ, Loiſelianus, Laureshamenſis, Tilianus & Bertinianus cum Reginone. Feſtiuitas autem Paſchalis in diem decimam-nonam Aprilis incidit.

* *Gentilly ſur Biéure.*

IV. Eâ Solemnitate peractâ, Rex Bituricas cum exercitu profectus eſt, ibique menſe Maio de more Conuentum Francorum habuit. Quibus de rebus ſic peruetuſtus Auctor in Pippini Geſtis iuſſu Nibelungi conſcriptis. *Commoto omni exercitu Francorum per pagum Trecaſſinum, inde ad vrbem Autiſiodorum*, Pippinus *veniens ad Caſtrum, quod vocatur Gordinis* *, *cum Regina ſua Bertradane iam fiducialiter Ligere tranſacto ad Betoricas acceſſit, Palatium ſibi ædificare iubet, iterum Campo Madio, ſicut mos erat, ibidem tenere iubet, initâque conſilio cum Proceribus ſuis, præfatam Reginam Bertradanem, cum reliquis Francis ac Comitibus fidelibus ſuis, in prædicta Betorica dimiſit. Ipſe prædictus Rex cum reliquis Francis & Optimatibus ſuis ad perſequendum Waifarium ire perrexit.*

* *Gordon prés de Sancerre.*

V. BELLVM AQVITANICVM. Prior hæc expeditio in Annalibus Tilianis ita perſtringitur. *Rex iter faciens partibus Aquitaniæ per Narbonam, Toloſam cepit, & ſanus reuerſus eſt in patriam.* Præter Toloſam Pippinus Albigam quoque & Gabalum ad deditionem compulit. *Iter peragens partibus Aquitaniæ per Narbonam, Toloſam cepit, Albienſem ſimiliter, necnon & Gaualdanum.* Hæc Annaliſta Loiſelianus. Habent eadem Annaliſtæ Bertinianus, Laureshamenſis & Metenſis. Perperam autem hic ciuitatibus à Pippino expugnatis accenſet Narbonem, numquam enim in Waifarij poteſtate fuit Narbo, ſed Pippinus illac iter habuit, vt Toloſam obſideret, & Aquitanos à tergo faciliùs adoriretur. In vita Sancti Theodardi Narbonenſis Archiepiſcopi, quam Guillelmus Catellus in Hiſtoria rerum Occitanarum ex manuſcriptis Codicibus publicauit, *Weſerius* ſeu Waifarius *Waſconiæ Aquitaniæque Dux & ſpecialiter Toloſanæ vrbis Præſes* appellatur, apud Narbonem verò nihil ditionis obtinet.

VI. Priore hac expeditione confectâ, Pippinus, ſi prænominatis Annaliſtis fides eſt, *celebrauit Paſcha in ciuitate Vienna.* Sed id procul à vero diſſidet, quia, teſtibus iiſdem Auctoribus, Paſcha celebrauit Pippinus *in Gentiliaco*, vt dictum ſuprà. Non diffitemur quin Viennam adierit, ſiue in itinere cùm Narbonem proficiſceretur, ſiue in reditu cùm Toloſam, Albigam & Gabalum in ſuam poteſtatem iam redegiſſet. De tempore tantùm diſputamus. Menſe Iulio Bituricas reuerſus videtur, nam menſe proximo Bituricis egreſſus, vt infrà narraturi ſumus, alteram expeditionem ſuſcepit, confecitque hyeme iam incohatâ, denuóque rediit Bituricas, vbi Natalem Domini celebrauit. Viennam reperit Archiepiſcopo deſtitutam, cui Bertericus ſucceſſor mox datus [c]. Bituricis verò moram agebat, cùm *de obitu Pauli Papæ* nuntium accepit. Id in confeſſo eſt apud omnes, ſed ab Annaliſta Loiſeliano, qui multos habet aſſeclas, poſt ſecundam

EPISCOPI VISNNENSES.

[c] Antiq. Vienn. c. 26.

PAVLVS PP. OBIT.

A N.CH. 767. PIPPINI R. 16.

expeditionem ſiue in hyemem reiicitur, nullâ probabili coniecturâ. Paulus enim in cælum migrauit quarto Kalendas Iulij, quo die colitur in Tabulis Eccleſiaſticis, & felix eius ad Deum tranſitus ſciri potuit Bituricis, cùm alteri ſe Pippinus accingebat in Aquitaniam irruptioni, quam menſe Auguſto factam conſentiunt.

VII. Sub initium huius anni, Wilcharius Epiſcopus, Dodo & Wicbardus iuſſu Pippini Regis Romam ſe contulerunt. Senonenſis Epiſcopus erat Wilcharius, de quo locuti iam ſumus. Suſpicamur Dodonem & Wicbardum Abbates fuiſſe. Dodo fortè idem ac Doto Hornbacenſis Abbas, cuius quoque mentionem ad annum Chriſti ſeptingenteſimum duodeſexageſimum iàm fecimus. Wichardus autem videtur is eſſe, qui Lantfredo Monaſterij Sancti Germani prope Pariſios Abbati, ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-quintum adhuc ſuperſtiti, proximè ſucceſſit. Romam hi perrexerunt Oratores exploraturi, vtrùm Deſiderius Longobardorum Rex ea reſtituiſſet, quæ ſe redditurum promiſerat, compertóque quòd eorum quæ pollicitus fuerat nihil adhuc præſtitiſſet, in Franciam ſtatim redierunt cum literis Pontificiis [a], quarum fragmenta deſcribemus. *Properantibus ad nos*, inquit Paulus, *Wilchario ſcilicet Reuerendiſſimo Fratre & Coepiſcopo noſtro, atque Dodone, & Wichardo, fideliſſimis veſtris Miſſis, obtulerunt nobis melliſluos ac deſiderantiſſimos apices, à veſtra deſtinatos Chriſtianiſſima Excellentia.* Et paulò pòſt ab eodem Pippino ſic auxilium maxima cum fiducia poſcit. *Bone potentiſſime Regum, ecce nunc oportunitas, ecce neceſſitatis dies cogunt, & tempus ingruentis meriti exigit, vt Sancta Dei Eccleſia, & huic à vobis liberata prouincia ſolitè ſubuenire atque ſuccurrere quantocyùs Chriſtianitas veſtra ſatagat. Nos quippe poſt Deum & eius Sanctam glorioſam Genitricem, atque ſacratiſſimos ipſius Apoſtolos, fiduciam noſtram alibi non habemus, niſi in veſtram præclaram Excellentiam. Tu enim, poſt Deum, nobis refugium, Chriſtianiſſime Rex, tu cum Dei brachio firma exiſtis opitulatio, & veſtri à Deo confortati Regni ſecuritas, noſtra eſt immenſa lætitia, quo tam nos quámque vniuerſus noſter populus iſtius prouinciæ (diuina vos ſatisfaciat Maieſtas) firmi atque immobiles in veſtra charitate ac dilectione, &. Regni veſtri à Deo protecti Francorum, amoris conſtantiâ permanentes permanebimus, & nullus nos poterit humanus fauor aut terror à veſtri amoris dulcedine charitatiſque affectu ſeparare, ſed vna nobis erit in veſtro amore vita ac mors.* Deinde ſtatum cauſæ, propter quam Legati Romam è Francia miſſi ſunt, ſic exponit. *Quia verò innotuiſtis, ob hoc vos præſentes direxiſſe Miſſos, vt agnoſcere per eos valuiſſetis, vtrùm nobis à parte Langobardorum plenaria facta fuiſſent iuſtitia, an non, ipſi omnino cauſæ meritum comperti ſunt, & callidam verſutiam atque ſolitè falſiloquam propoſitionem eorundem veſtrorum noſtrorúmque æmulorum agnouerunt, eiſque ad vos reuertentibus, Deo propitio, veſtris propalabunt in auribus. Eis denique de ſingulis, quæ à vobis iniuncta habuerunt, nobis referentibus, ſingillatim de omnibus reſponſum reddentes, in eorum poſuimus ore, quæ veſtræ Excellentiæ ſuggerere debeant, effectum ex hoc à veſtra adipiſci optantes Excellentia.*

[a] Cod. Carol. ep. 19.

SCRIPTIS PRIVS AD PIPPINVM LITERIS.

VIII. Paulo Papâ mortuo, Pontificatum inuaſit Conſtantinus, íſque anno vno ac menſe vno Romanum ſe Pontificem dixit, locum tamen in legitimorum Pontificum Catalogo non habet, ideóque apud Anaſtaſium poſt Pauli mortem Epiſcopatus *annum vnum & menſem vnum* ceſſaſſe dicitur, eidémque Paulo Stephanus Quartus proximè ſubrogatur. Illius Conſtantini duæ reperiuntur epiſtolæ, quæ poſtremæ ſunt in Codice Carolino [b], nec aliam ob cauſam, quàm quòd pſeudo-Papæ fœtus haberentur à Collectore, poſt epiſtolas Stephani Quarti & Hadriani reiectæ videntur.

CONSTANTINVS APOSTOLICAM SEDEM INVADIT.

[b] Epp. 98. 99.

IX. PIPPINVM PER LITERAS AMICVM SIBI CONCILIARE NITITVR.

Prior talis eſt. *Domno Excellentiſſimo filio Pippino, Regi Francorum, & Patricio Romanorum, Conſtantinus Papa. Omnino credimus, iam, præcurrentibus nuntiis, ad veſtram Excellentiſſimam atque à Deo inſtitutam Regalem Potentiam perueniſſe, quòd beatæ recordationis prædeceſſore noſtro Domno Paulo Papâ de hac luce, Dei vocatione, ſubtracto, Vrbis vel ſubiacentium ei ciuitatum populus meam infelicitatem ſibimet præeſſe Paſtorem elegerunt. Et ecce cum nimio ſtupore mentis dico illud, quod nequaquam penitus optabam, nec mea exigebant merita, tam ſacrum Apoſtolatûs culmen magníque oneris paſtoralis adeptus ſum curam. Propterea, quia Omnipotens Deus per manus ipſius Principis Petri atque eius Vicarij ad exaltandam ſuam ſanctam Eccleſiam, & redimendam hanc prouinciam, præ omnibus Regibus ac mundi potentibus, vt pote nouum Moyſen, qui Iſraeliticum Dei nutu redemit populum, veſtram Excellentiam in his diebus eligere ac ſuſcitare iuſſit. Quod profectò, Deo annuente, veſtro auxilio ac certamine perpetratum eſt. Idcircò obnoxiis deprecationibus, tanquam præſentaliter coram veſtro melliſluo Regali adſiſtens conſpectu, flexo poplite, deprecor Præcellentiam veſtram, vt illud, quod beato Petro polliciti eſtis, ſimúlque & charitatem, atque amicitiam, quam cum beatæ recordationis Domno Stephano Summo Pontifice vel eius germano, prædeceſſoribus noſtris, habuiſtis, omnimodo recordari ac conſeruare iubeatis, & multò ampliùs exaltationem Sanctæ Dei Eccleſiæ & ſpiritalis matris veſtræ, atque Orthodoxæ fidei defenſionem, ac huius vobis commiſſæ prouinciæ perfectam liberationem procurare dignemini, quatenus repoſitam iam vobis in ſidereis manſionibus mercedis coronam, interueniente beato Petro Apoſtolorum Principe, ab Omnipotente Deo conſequi mereamini. Nos enim nequaquam alibi, poſt Deum, noſtram habemus ſpem, niſi à veſtro à Deo corroborato brachio, pro quo & eundem Dominum Deum noſtrum, cui occulta cordis manifeſtata ſunt, proferimus teſtem, quòd ampliùs, ſicut ipſi prædeceſſores noſtri Pontifices in veſtra charitate, ac fida dilectione, atque ſincera amicitia, firmi atque immutabiles ſatagimus ſine tenus permanere, & per nullam temporum interruptionem à veſtra nos charitate, atque à Deo protecti Regni veſtri Francorum ſincera amicitia quomodocumque ſeparabimus*, &c. Has literas per Miſſum Regium, qui Romam venerat, in Franciam tranſmiſit Conſtantinus, in iiſdem enim literis paulò pòſt ita ſcribit. *Huic veſtro Miſſo hoc ipſum in ore poſuimus, veſtræ benignæ Excellentiæ ſuggerendum. Geſta quippe Sanctorum, de quibus miſiſtis vobis dirigi, in quantùm reperire valuimus, vobis tranſmiſimus.* Oratorem Francum, quem Conſtantinus ad Pippinum remiſit, à Pippino Romam miſſum ad Paulum non autem ad Conſtantinum arbitrare. Similiter exiſtima Pippinum Romam direxiſſe, qui *Geſta Sanctorum* ſeu libros de Geſtis Sanctorum non à Conſtantino ſed à Paulo Papa poſtularent. Quiſquis enim initium prædictarum literarum attentè legerit, eas nuſquam cenſebit adeò longo poſt Pauli mortem interuallo ſcriptas, vt priùs & nuntium in Franciam de Pauli Pontificis obitu perlatum ſit, & Romam peruenerint Miſſi, quos Pippinus illuc accepto tam infelici nuntio direxerit.

X. His literis Conſtantinus Sedem ſuam ſtabilire contendit, atque, vt id aſſequeretur, vnanimi omnium conſenſu factum ſe vel inuitum Pontificem finxit, multáque ad conciliandam ſibi Pippini Regis ac Francorum amicitiam magnificè ſcripſit. In Annalibus Nazarianis Haribertus Abbas, qui Murbachienſe Monaſterium ab anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-ſecundo gubernabat, Romam à Pippino miſſus hoc anno legitur. Cauſam itineris haud aliam putamus, quàm quòd Pippinus audito, qui Romæ concitatus fuerat, tumultu, de geſtione totius negotij per virum fide digniſſimum certior fieri voluit. Inter Pippinum ac Conſtantinum pſeudopontificem nullum extat amicitiæ veſtigium. Pippinus literis Conſtantini ſe decipi non eſt paſſus, ignorare enim non potuit malas

AN. CH. 767. PIPPINI R. 16.

[a] In Steph. 4.

artes, quibus hic Apoſtolicam Sedem inuaſit. Rem ipſam Anaſtaſius [a] ſic enarrat. *Paulus Papa in ægritudine poſitus cùm nondum adhuc ſpiritum exhalaret, illicò Teto quidam Dux Nepeſina ciuitetis dudum habitator cum ſuis germanis, Conſtantino, Paſſino & Paſchale, aggregantes, tam ex eadem Nepeſina, quámque ex aliis Tuſciæ ciuitatibus, multitudinem exercitûs, atque caternem ruſticorum, ingredientéſque per portam beati Pancratÿ in hanc Romanam vrbem, atque in domo antedicti Tetenis armati aſſiſtentes, elegerunt ibidem ſubitò Conſtantinum fratrem eiuſdem Totonis laicum exiſtentem. Quem cum armis plurimi eorum loricis induti latrocinantes in Lateranenſe Patriarchium introduxerunt. Et aſcendentes cum eo in Vicedominio, centinuè eccerſito Georgio Epiſcopo compulerunt eum, vt oratienem Clericatûs eidem Conſtantino tribueret. Ipſe verò omnino hec renuebat facere, corruéuſque in terram proſtrauit ſe pedibus ipſius Conſtantini, adiurans eum fortiter per omnia diuina myſteria, vt locum deret, & ab eiuſdem impiæ præſumptionis propeſito reccderet, ne per eum talis inaudita nouitas in Eccleſia Dei fieret Et dum huiuſmodi adiurationis preferret verba, concitati plurimi ex ipſis malignis, qui eandem impiam electienem fecerant, inſurgentes ſuper eum, atque fortiter comminantes ei, timore correptus oratienem illi Clericatûs tribuit, & ita Clericus effectus, eundem ſanctiſſimum Lateranenſe inuaſit Patriarchium. Alio verò die illuceſcente, ſecundâ feriâ, Subdiaconus atque Diaconus ab eodem Epiſcopo in Oraterio Sancti Laurentÿ intra eundem Patriarchium contra Sanctorum Canonum inſtituta conſecratus eſt. Sícque vniuerſum populum ſibi ſacramentum præbere fecit, & adueniente Dominico die rurſum cum multitudine armatorum exercituum in Baſilica beati Petri preperans Pontifex ab eodem Georgic Epiſcopo Praneſtino, & aliis duobus Epiſcepis, Euſtretio Albanenſe, & Citonato Portuenſe conſecratus eſt. Et per anni ſpatium, & menſem vnum, Sedem Apoſtolicam inuaſam detinuit.*

XI. Pridie Idus Auguſtas, hac ipsâ Indictione quintâ, Synodicas fidei literas per Conſtantinum Preſbyterum Hieroſolymis allatas accepit, quæ quidem Paulo deceſſori à Theodoto Patriarcha Hieroſolymitano inſcriptæ fuerant, & alios Patriarchas Alexandrinum atque Antiochenum, necnon plurimos Metropolitanos Epiſcopos Orientis vnà cum prædicto Theodoro conſentire teſtabantur, cultúmque Sacrarum Imaginum in partibus Orientalibus multùm feruere prædicabant. Mox earum exemplar Latinè & Græcè deſcriptum in Franciam per Chriſtophorum Preſbyterum & Anaſtaſium Notarium Regionarium miſit Pippino, quem denuò rogauit vt Eccleſiæ partes defendendas ſuſciperet, útque Georgium Epiſcopum & Marinum ac Petrum Preſbyteros, à Paulo in Franciam quondam directos, in Italiam redire ſineret, quia vocabantur ardentiſſimis precibus ab agnatis ſuis, addequòd Epiſcopatus & Eccleſiæ, quas obtinebant, iis abſentibus plurimùm ſuæ dignitatis amiſerant. Ipſas literas, quæ rerum ſuprà dictarum fidem faciunt, ex Codice Carolino [b] deſcriptas accipe.

[b] Ep. 99.

XII. *Domno Excellentiſſimo filio Pippino, Regi Francorum, & Patricio Romanorum, Conſtantinus Papa. Dum interna mentis intuitu infra memetipſum vehementer conſidero, quanta mihi incœpti Paſtoralis officÿ debet inſiſtere cura, ad paſcendas Dominicas rationales oues, valdè fateor intolerabilem mœſtitiam cordis mei arcano adhæſiſſe, quia procul dubio non meriti, ſed oneris huiuſcemodi prouectio omnibus curam animarum adſumentibus videtur eſſe collata ſollicitudo, & qui nimis comprimor, & nullis operum meritis, neque virtutum profectibus me præſtiturum perpendo, quid diuina miſericordia inſpirante cordis affectu operari iuſſerit, & illicò velut ex graui ſomno experrectus nimio ſtupore & extaſi inuenio, à Deo in me rogatum, quod numquam optaui, quod numquam penitus cogitaui, nec in cor puſillitatis meæ quoquo modo aſcendit. Ex improuiſa enim violentia, manu, à populorum*

AN. CH. 767. PIPPINI R. 16.

innumerabili concordantium multitudine, velut validâ aurâ venti raptus, ad tam magnum & terribile Pontificatûs culmen prouectus ſum. Vnde, ſicut nauis æquoreis procellis fluctuatur, ita ego infelix & inutilis curarum tumultibus, & populorum proclamationibus, atque lacrymoſis vlulatibus concutior. Etenim omnes * omnino, à magno ad paruum proprios dolores ac violentias vociferantes *, non ceſſant circumuallare me vndique cogitationum certamina, ob conſolationem & iuſtitias impertiendas huic à vobis liberato populo. O quàm magna & metuenda exiſtit Paſtorum ſollicitudo! & quomodo infelix poſſim onerum animarum exequi curam? Veruntamen, dum protinus iactaui cogitatum meum in Domino, & ſpei meæ fiduciam ad eius contuli miſericordiam, méque, Excellentiſſime & à Deo protecte victorioſiſſime Rex, in veſtro ſolito auxilio & protectione commiſi, paratum iam remedium inueni, & afflictus animus meus pauliſper reſpirauit. Valdè enim, poſt Deum, confortor in veſtra Regali potentia, & à Deo protecto Regni veſtri Francorum robuſtiſſimo brachio. Inter hæc itaque conſidero, quanta ſit Dei noſtri Omnipotentis miſericordia, & confeſtim opima conſolationis opportunitas mihi confertur. Ipſe enim pro humani generis ſalute de ſinu Patris deſcendens, Verbum caro factum, de Virgine Maria, Domna noſtra naſci dignatus eſt, non amittens Deitatem, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, qui mortem noſtram moriendo deſtruxit, & vitam reſurgendo reparauit. Vnde non eſt dedignatus cum peccatoribus & publicanis loqui ac conueſci. Suſcepit enim Publicanum, & Euangeliſtam effecit, Matthæum dico, qui Euangelica verba mundo propagauit. O multitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quàm inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius! Verè magnus Dominus & laudabilis nimis, & ſapientiæ eius non eſt numerus, qui ponit humiles in ſublimi, & mœrentes erigit ſoſpitate. Pro quo, tanquam vnum ex publicanis me exiſtimans, cum gemitu cordis, percuſſo pectore, deprecor ineffabilem miſericordiam, vt tantum Paſtorale officium, quod mihi immerito contulit, me ſalubriter exequi, & lucra animarum eius diuinæ Maieſtati offerre me annuat. Crebrò enim laudem ipſius Redemptoris noſtri loquitur os meum, caro & lingua benedicit ſanctum nomen eius, qui non merita exiſtimat, ſed miſeretur quibus miſereri vult. Præmiſſis quidam iam vicibus noſtris Apoſtolicis apicibus niſi ſumus intimaſſe à Deo inſtituto Regali veſtro culmini, de receſſu prædeceſſoris noſtri, Domni Pauli Papæ, & quomodo me indignum & inutilem Diuina dignatio in Apoſtolatûs ordinem prouehere iuſſit. Vnde ecce & nunc iteratis noſtris Apoſtolicis affatibus, debitum honoris ac ſalutationis affectum & viſitationis conatum Excellentiſſimæ Chriſtianitati veſtræ aptum duximus perſoluere. Et quoniam Omnipotens & longanimis Deus noſter, verbum ſalutis per ſuum Apoſtolum beatum Petrum Excellentiæ veſtræ mittens, fortiſſimum Sanctæ ſuæ Eccleſiæ & fidei Orthodoxæ liberatorem ac defenſorem te ſuſcitauit, atque conſtituit, Præcellentiſſime fili, & magne Orthodoxe Rex; ideo licèt mutatis Paſtoribus, cura tamen huiuſcemodi certaminis ac defenſionis vobis incumbit, & ob hoc tanquam præſentaliter, coram mellifluo Regali veſtro aſpectu conſiſtens deprecor, & per Deum Omnipotentem, qui eſt Iudex viuorum & mortuorum, ante cuius conſpectum omnia elementa contremiſcunt, & abyſſi mouentur, qui omnia Regna mundi ſua prouidentia nutu diſponit, qui etiam te, Excellentiſſime fili ac benigniſſime Rex, tuóſque amantiſſimos natos ac meos ſpiritales filios in Reges per manus beati Petri Apoſtolorum Principis vngui præcepit, firmiter Excellentiam veſtram coniuro, vt ea, quæ pro ſtabilitate Regni veſtri, & æterna vita remuneratione, beato Petro polliciti eſtis, pro exaltatione ac defenſione Sanctæ Dei Eccleſiæ ſpiritalis matris veſtræ & Sanctæ Orthodoxæ fidei, obſeruari & in omnibus adimplere iubeatis, & in ea charitate ac dilectione, in qua cum noſtris prædeceſſoribus, Domno Stephano ac Paulo beatiſſimis Pontificibus, permanſiſtis, nobiſcum permanere iubeatis, & in eadem amicitia connexione cum

* * Nominatiuus abſolutus.

AN. CH. 767. PIPPINI R. 16.

mea fragilitate perſiſtere, non noſtra, quæ mala ſunt, merita exiſtimans, ſed adimplens illud diuini oraculi præceptum. [Qui recipit Prophetam, in nomine Prophetæ, mercedem recipiet Prophetæ; & qui recipit iuſtum, in nomine iuſti, mercedem ſuſcipiet iuſti.] Et illud, quod ipſa veritas Deus noſter ait. [Qui me recipit, vos recipit, & qui me ſpernit, vos ſpernit.] Conſidera, bone Rex, quia potuerat Deus noſter per Angelum virtutis ſuæ, aut alio modo liberationem ſuæ Eccleſiæ & fidei Orthodoxæ operari, ſed non in alio, niſi in tua Excellentia complacuit, quia tibi hoc bonum ſeruatum erat opus. Vnde apertè cunctis datur intelligi, quia omnia iam ante mundi conſtitutionem à Deo prædeſtinata ſunt. An non erat prædeſtinatus Dauid, de quo ſecundùm carnem Chriſtus in mundo editus eſt? Puſillus enim inter fratres exiſtens, ab ouibus patris ablatus, in Regem vnctus eſt. Et, quia à Deo prædeſtinatus es defenſor Sanctæ Dei Eccleſiæ ac noſter, adeſto, exaudi preces noſtras, mitiſſime Rex, ſic te exaudiat Dominus in quacumque die eum inuocaueris. Nos quidem, ita teſtis nobis Deus noſter, cui occulta cordis manifeſta ſunt, vt plùs etiam, quàm præfati noſtri prædeceſſores Pontifices, in veſtra à Deo protecti Regni veſtri Francorum charitate & dilectione atque ſincera fidelitate, cum omni noſtro populo firmâ conſtantiâ erimus permanſuri, & peto coram Deo viuo, vt ſi forſitan quiſquam, ſpiritu nequitiæ irreptus, contraria de nobis veſtro Regali culmini garrire attentauerit, nulla ei credulitas admittatur, quia, vt confidimus in Dei Omnipotentis miſericordia, pleniùs eritis de noſtra puritate ſatisfacti. Vnde ecce magnoperè ad veſtra à Deo directa veſtigia direximus præſentes noſtros Miſſos, ſcilicet Chriſtophorum dilectum filium noſtrum Presbyterum, atque Anaſtaſium Notarium Regionarium ſpiritalis matris veſtræ, Sanctæ noſtræ Eccleſiæ, qui vos de noſtra fidelitate, quam erga veſtram Regalem potentiam gerimus, ſatisfacere debeant, quibus in ore poſuimus hoc ipſum Chriſtianitati veſtræ noſtrâ vice enarrandum. Quos petimus, ob reuerentiam veſtri beati Petri, benignè à vobis & ſolitè ſuſcipi, eiſque in omnibus credere, & cum lætabundis nunciis de veſtro benigno propoſito & immenſa proſperitate abſoluere iubeatis. Itaque innoteſcimus Excellentiæ veſtræ, quòd duodecimâ die præteriti Auguſti menſis, quintæ Indictionis, coniuncti ad nos à Sancta Ciuitate quidam religioſus Presbyter, Conſtantinus nomine, deferens Synodicam fidei miſſam à Theodoro Hieroſolymitano Patriarcha, ad nomen prædeceſſoris noſtri Domni Pauli Papæ, in quo & reliqui Patriarchæ, id eſt, Alexandrinus & Antiochenus, & plurimi Metropolitani Epiſcopi Orientalium partium, viſi ſunt concordaſſe, eámque cum magna lætitia ſuſcipientes, atque amplectentes, in populo in ambone relegi fecimus. Cuius exemplar in Latino & Græco eloquio veſtræ Excellentiæ direximus, vt agnoſcatis, qualis feruor ſanctarum Imaginum Orientalibus in partibus cunctis Chriſtianis imminet. His prælibatis, extenſis palmis ad æthera, cum omnibus Dei cultoribus, & cuncto noſtro populo, Redemptoris noſtri Diuinam exoramus clementiam, vt ſuæ extenſionis dexterâ vos protegat, & Regni veſtri à Deo confortati Francorum terminos dilatet, atque immenſas de hoſtibus victorias vobis tribuat, cunctóſque aduerſarios Regalibus veſtris proſternat veſtigiis, Regníque gubernacula, longo ac proſpero ſenio vobis, vnà cum Excellentiſſima filia noſtra à Deo protecta Regina, & amantiſſimis natis, perfrui concedat poſſidenda, & ſicut temporale ac terrenum Regnum, & cæleſtia vobis Regna cum omnibus Sanctis, qui ab initio mundi diuinæ placuerunt Maieſtati, tribuat poſſidenda. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

XIII. Sequitur embolum. *Itaque hoc Excellentiam veſtram petimus, vt iubeas, Chriſtianiſſime ac mitiſſime Rex, inſpiratus à Deo, ad nos abſoluere reuertendum ſanctiſſimum fratrem noſtrum Georgium Epiſcopum, atque dilectos filios noſtros Marinum & Petrum Presbyteros, qui ad veſtram Præcellentiam à noſtro prædeceſſore Domino Paulo Papa directi ſunt, cotidie enim*

cum

AN. CH. 767. PIPPINI R. 16.

cum magno ploratu eorum parentes nos adeunt, vt veſtram à Deo inſtitutam Excellentiam deprecari debeamus pro eorum abſolutione, etiam non poſſumus eorum lacrymas ſufferre. Per te enim, bone miſericordiſſime Rex, ſalui facti ſunt, & à manibus perſequentis liberati conſiſtunt. Vnde magna in cælo nobis repoſita eſt mercedis corona, quoniam ſcriptum eſt. [Qui ſaluat, tanquam qui ædificat.] Propterea coram Deo viuo deprecamur, vt in hoc preces noſtras exaudias, & ipſos abſoluere iubeatis. Ipſis enim reuertentibus, cum magna lætitia eos ſuſcipiemus, & charos in noſtris viſceribus amplecti ſtudebimus. Epiſcopatum enim & Eccleſias quas tenere videbantur, inordinata vſque hactenus conſiſtunt. Pro quo iubeat Excellentia veſtra diſponere, quatenus præfati viri ad terram natiuitatis eorum reuertantur, quia adeſt tempus, vt pariter cum ſuis parentibus, & vnà nobiſcum in Domino exultent, nóſque meritò pro vita & incolumitate veſtra fundere valeamus preces.

XIV. ALTERVM BELLVM AQVITANICVM.

Quando Conſtantinus has ſcribebat literas, in Aquitania Pippinus bellum denuò gerebat, alteram enim expeditionem menſe Auguſto ſuſcepit. *In eodem anno*, inquit Annaliſta Tilianus, *in menſe Auguſto iterum perrexit partibus Aquitaniæ.* Bituricis, quò poſt primam expeditionem redierat, egreſſus, in pagis Lemouicino, Aruernico, Rutenenſi, aliíſque cis Garumnam, multa loca cepit. Imprimis *conquiſiuit Lemonicas ciuitatem* teſte Annaliſtâ Petauiano, cui Fuldenſis ita ſuffragatur DCCLXVII. *Lemonica Aquitaniæ, Pippino expugnante, capta eſt.* Poſterior hæc expeditio Pippini ſic in Annalibus Tilianis perſtringitur. *Bituricas vſque venit. Ibi Synodum fecit in Campo, & vſque Garonam peruenit. Multas roccas & ſpeluncas conquiſiuit, & reuerſus eſt Bituricas.* Clariùs exponitur in Loiſelianis. *Bituricam vſque venit. Ibi Synodum fecit cum omnibus Francis ſolito more in Campo. Et inde iter peragens, vſque ad Garonnam peruenit. Multas roccas & ſpeluncas conquiſiuit; Caſtrum Scoraliam, Torinnam, Petrociam. Et reuerſus eſt Bituricam.* Et in Lauteshamenſibus, ſic. *Menſe Auguſto ad reliquias belli profectus eſt, & Bituricam veniens, Conuentum more Francico in Campo egit. Indéque ad Garonnam fluuium accedens, Caſtella multa, & petras, atque ſpeluncas, in quibus ſe hoſtium manus plurima defendebat, cepit. Inter quæ præcipua fuere, Scoralia, Torinna, Petrocia. Reuerſúſque Bituricam, exercitum in hyberna dimiſit.* Prope Bituricas in Campo, priuſquàm aduersùs Waifarium ſecundò proficiſceretur, Pippinus de rebus gerendis colloquium cum Proceribus ſuis habere potuit, at huiuſcemodi Conuentus ab Annaliſta Metenſi peperam *Campus Maij* nuncupatur, non enim menſe Maio ſed menſe Auguſto celebratus eſt, diſtinguíque debet ab altero Conuentu, qui menſe Maio ibidem in procinctu prioris expeditionis habitus eſt, vt obſeruatum ſuprà. Quod attinet ad loca, quæ Pippinus in poſteriori expeditione ſub iugum miſit, Soralia in finibus erat Aruernorum, Torinna in ſolo Lemouicino, Petrocia in pago Rutenenſi. Soralia & Petrocia hodie ignorantur. Torinna * titulo Vicecomitatûs etiamnum inſignis eſt. Varias ſpeluncas munierat Waifarius, vnde in hunc diem id genus ſpeluncæ vulgò vocitantur *Gaifiez* appellatione ab ipſius Waifarij nomine deriuatâ. Erat Waifario patruus, nomine Remiſtanus. Hic fidem, ante triennium Pippino Regi datam, hoc anno fefellit. Audiamus ſuper eo negotio peruetuſtum Anonymum, qui Geſta Pippini Regis ex mandato Nibelungi conſcripſit. *Cùm prædictus Rex ipſum Waifarium perſequens non reperiret (iam tempus hyemis erat) cum omni exercitu ad Betoricas, vbi præfatam Reginam Bertradanem dimiſerat, reuerſus eſt. Dùm hæc agerentur, Remiſtanus filius Eudone*, id eſt, Eudonis Aquitaniæ quondam Præfecti, *fidem ſuam, quam prædicto Regi Pipino promiſerat, fefellit, & ad Waifarium iterum veniens, ditionis ſuæ faciens, quòd Waifarius cum magno gaudio eum recepit, & adiutorem ſibi, contra Francos & prædictum Regem, eum inſtituit. Superſcriptus Remiſtanus contra prædictum Regem & Francos,*

* *La Vicomté de Turenne.*

REMISTANVS WAIFARII PATRVVS PARTES PIPPINI DESERIT.

AN. CH. 767. PIPPINI R. 16.

ſeu cuſtodias, quas ipſe Rex in ipſius ciuitatibus dimiſerat, nimiùm infeſtus acceſſit, & Betorinum ſeu Limoticinum, quod ipſe Rex acquiſierat, prædando nimiùm vaſtauit, itaut nullus colonus terræ ad laborandum, tam agros quàm vineas colere non audebat. Prædictus Rex Pipinus in Betoricas per hyemem totam cum Regina ſua Bertradane in Palatio reſedit. Totum exercitum ſuum per Burgundiam mittens, Natale Domini noſtri Ieſu Chriſti & Sanctam Epiphaniam apud Betoricas vrbem per conſilium Epiſcoporum vel Sacerdotum venerabiliter celebrauit. Quid ſecutum ſit, anno ſequenti dicemus.

XV. EPISCOPI FRISINGENSES.

Apud Hundium & Bucelinum, in Epiſcoporum Friſingenſium Catalogo, ſuper annorum numero, quos Erimbertus in Epiſcopatu tranſegit, duplex occurrit opinio, vetuſtior habet annos duodetriginta, recentior tredecim. Prior magis placet. Obiit igitur hoc anno Erimbertus, cui ſucceſſit in Epiſcopatum Friſingenſem Ioſephus.

XVI. Huic Chronologiæ refragari videntur Auentinus, Hundius, Gewoldus, aliíque, qui Collegiatam Eccleſiam in vico *Yſin* ad Iſeniſcum flumen Odilone tum Duce vel anno Chriſti ſeu ſeptingenteſimo quinquageſimo ſeu ſeptingenteſimo ſexageſimo fundatam à Ioſepho iam Epiſcopo contendunt. Auentinus [a] ſic habet. *Ioſephus Epiſcopus Fruxinenſis* ſeu Friſingenſis, *ope Vtilonis* ſiue Odilonis Ducis, *Collegium Myſtarum inſtituit, cui flumen Iſeniſcus, in cuius ripa conditum extat, nomen fecit.* Addit Hundius [b] vt illi Collégio ſic *& vico Yſin* nomen inditum ab Yſeniſco fluuio, idémque Collegium *circa an. 750 vel 760* inſtitutum *in honorem S. Zenonis Epiſcopi quondam Veronenſis ibidem in Yſin ſepulti.* Et Gewoldus [c] *de fundatione Eccleſiæ Collegiatæ in Iſin* ſic ſcribit. *Ioſephus Epiſcopus Friſingenſis tertius, fundauit Eccleſiam Collegiatam in Iſin an. Domini 760 in honore S. Zenonis Epiſcopi & Martyris, cum vna Præpoſitura de collatione S. D. N. vno Decanatu de electione Capituli, & aliquot Canonicatibus, quos Reuerendiſſimus Friſingenſis & Capitulum Iſnenſe alternis menſibus conferunt.*

[a] Lib. 3.

[b] Metrop. Saliſb. Tom. 1. in Ep. Friſing. & Tom. 2. in Colleg. Iſin.

[c] Tom. 2. Metrop. Saliſburg. in Colleg. Iſin.

XVII. At Auentinus [d], qui ceteris occaſionem errandi dedit, Odilonis Ducis obitum, quem anno Chriſti ſeptingenteſimo duodequinquageſimo contigiſſe demonſtrauimus, in annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimumquintum perperam reiecit. Vnde alij indeterminatè Collegium Iſnenſe fundatum circa annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum vel ſeptingenteſimum ſexageſimum dixerunt, rati ſatis eſſe, ſi ſuperſtitem tunc Odilonem Ducem cenſerent. Multis autem annis ab Odilonis Ducis morte iam elapſis, erectum eſt Iſnenſium Canonicorum Collegium, cùm Boioariæ Ducatus ſeu Præfectura penes Thaſſilonem eiuſdem Odilonis filium eſſet. Conſéntiunt omnes illud opus eſſe Ioſephi Friſingenſis Epiſcopi, cui tres duntaxat annos in Epiſcopatu tribuit Hundius, vetus Chronicon tredecim.

[d] Lib. 3.

XVIII. Alia ſuper eiuſdem Ioſephi Pontificatu difficultas occurrit apud Gewoldum, qui rectè quidem Taſſilonis Boioariæ Ducis annum vndecimum cum anno Chriſti ſeptingenteſimo duodeſexageſimo & Indictione vndecima componit, ſed illo anno Ioſephum iam Epiſcopum Friſingenſem videtur agnoſcere. *De hoc*, inquit, *Ioſepho in lib. Trad. Eccl. Friſing. ſequentia leguntur. Notum eſt cunctis fidelibus veracibúſque * viris qualiter Dominus Ioſeph Epiſcopus cum multis fidelibus veracibúſque * viris congregauit & coadunauit rem, quæ pertinet ad domum S. Zenonis, quæ ædificata eſt infra flumen, quod dicitur Iſana. Aliud acquiſiuit Dominus Ioſeph Epiſcopus cum pecunia, aliud tradiderunt & donauerunt fideles viri, & ditauerunt domum Dei, quod ſuprà diximus, & S. Zenoni tradiderunt partem terreſtriam, vt acquirerent ſibi feliciter cæleſtem patriam poſſidere, & animas eorum à periculis liberare. In primis Ottilo Dux tradidit* VIII *manſos veſtitos, & ipſe Ioſeph Epiſcopus*

* veracíſque

AN. CH. 767. PIPPINI R. 16.

acquiſiuit & comparauit manſos veſtitos VI. *Ramwolff tradidit manſos* VII. *Alpolt tradidit manſos* V. *Otto tradidit manſos* V. *Althumar Presbyter tradidit manſ.* III. *Sundarhor tradidit manſos* IV. *Pirchtilo tradidit manſos* II. *Heimprecht tradidit manſ.* I. *Hutzilo tradidit manſ.* II. *Reginher tradidit manſ.* III. *Timo tradidit manſ.* III. *& quidquid habuit in illa die. Pernhart tradidit coloniam vnam. Wolfher tradidit coloniam vnam. Hoc factum eſt ad Iſanæ in domo S. Zenonis, anno Incarnationis Domini* DCCLVIII. *Indict.* XI. *anno* XI *Taſſilon. Ducis, Regni eius.* Euaneſcit autem tota difficultas, ſi tempora diſtinguuntur, quibus tot Donationes factæ ſunt, omnes enim eodem anno eodémque die conſignari non debent, & vt Ottilo Boioariæ Dux longè ante annum Chriſti ſeptingenteſimum duodeſexageſimum vitam clauſit, ſic & Ioſephus longè poſt eundem annum in Cathedra Friſingenſi ſedere cœpit. Charactéres igitur ſuprà notati, qui petuntur ab Incarnatione Dominica, ab Indictionis periodo, & à Ducatu ſeu Præfectura Taſſilonis, haud referendi ſunt ad Donationes cùm Ottilonis Ducis qui priùs obierat, tum Ioſephi Friſingenſis Epiſcopi qui ſeriùs Epiſcopatum iniit, ſed ad pleraſque ceterarum, ac potiſſimùm ad vltimas, quarum tempus per numeros Chronologicos præcipuè deſignatum videtur. Rectè autem inter ſe cohærent illi numeri, annus enim Chriſti ſeptingenteſimus duodeſexageſimus partim cum Indictione vndecima, partim cum duodecima, itémque partim cum anno Taſſilonis decimo, partim cum vndecimo comparatur, quia Taſſilo in Boioariæ Ducatum Ottiloni patri ſucceſſit anno Chriſti ſeptingenteſimo duodequinquageſimo iam inchoato, vt ex Zachariæ Papæ literis ſuo loco probauimus, nec audiendi ſunt Taſſilonis Encomiaſtæ [a], qui ſolâ præcitati textûs auctoritate nixi mortem Ottilonis anno vno præuertunt, eíque Taſſilonem filium anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſeptimo adhuc currente ſubrogant.

[a] Tom. 2. Sec. 3. Benedict. a. circ. 798.

XIX. Vt Friſingenſium, ſic & Saliſburgenſium Epiſcoporum Chronologiam multùm perturbant, qui ſequuntur Auentinum, & ex eius opinione mortem Odilonis Ducis anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-quinto conſignant. Virgilius Saliſburgenſis Pontifex Epiſcopali vnctione ſuſceptâ, de qua mentionem anno priore fecimus, accinxit ſe ſtatim erigendæ Baſilicæ, in quam corpus Sancti Ruperti Sedémque Pontificalem poſteà tranſtulit. Operum, quæ geſſit, primum hoc inſinuat Auctor vitæ. *Ordinatus eſt*, inquit, *à comprouincialibus Præſulibus, anno Natiuitatis Domini ſeptingenteſimo ſexageſimo-ſexto*, XVII *Kal. Iulij. Deinde, prout commiſſa diſpenſationis auctoritas exigebat, quod ore die noctúque docuit, operis exhibitione implere non ceſſauit, in vigiliis, in ieiuniis, & in caritate demùm non ficta. Ea etiam, quæ ad exterioris pertinebant vtilitatem prouiſionis, tantò ſollicitiùs ſtuduit promouere, quantò ſtatus Saltzburgenſis Eccleſiæ, tunc nuper initiatus & exiguus, poſteà Deo cooperante, vt liquidò apparet, religione & poſſeſſionibus famoſiſſimus, id expoſtulare videbatur. Quippe fabricam Monaſtery immenſo opere, & egregiâ diſpoſitione à fundamento conſtruxit, corpúſque Sancti Rudberti, quod poſt obitum ſuum in Eccleſia Sancti Petri Principis Apoſtolorum requieuit, vnà cum Sede Epiſcopali, quæ in prætaxata Eccleſia ſimiliter per aliquot annos extiterat, diuinâ commonitus inſpiratione, tranſtulit in eum videlicet locum, in quo vſque ad præſentia tempora perdurauit.* Apud Anonymum, quem Henricus Caniſius [b] publicauit, hæc leguntur. *Anno Incarnationis Domini* DCCLXVII *Virgilius Epiſcopus cœpit ædificare Eccleſiam miræ magnitudinis apud Salzburgh.* Perperam ſubiungitur Indictio ſeptima, quæ anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-ſeptimo minimè conuenit. At expunctâ Indictione retinendus annus Chriſti ſeptingenteſimus ſexageſimus-ſeptimus. Ea de queſtione rurſum ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum-tertium verba faciemus, oſtendemúſque cum illo Chriſti anno rectè com-

VIRGILIVS EP. SALISBVRG. ECCLESIAM INCIPIT ÆDIFICARE.

[b] Tom. 6. antiq. lect.

AN. CH. 767. poni annum viceſimum-ſextum Thaſſilonis Ducis, quia Thaſſilo Odiloni patri in Boioariæ Præfectutam ſeu Ducatum anno Chriſti ſeptingenteſimo duodequinquageſimo ineunte ſucceſſit.

Pippini R. 16.

XX. Archiepiscopi Bitvricenses. Landrarius ſeu Laudarius vel Landoarius aut Landarius Archiepiſcopus Bituricenſis, cùm annos quatuor ſediſſet, hoc anno vitam clauſit. Quadriennium illud Pontificatus Pauli Papæ, Regno Pippini, & Imperio Conſtantini rectè illigant Auctor Patriarchij Bituricenſis & Ioannes Chenutius, perpetam autem ab anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-quartum numerant. Errorem adhuc longè grauiorem committunt, vbi Landrario proximum ſucceſſorem ſubrogant Deodatum, & in tempora Ludouici Pij Auguſti reiiciunt Ermenarium ſiue Herminardum, qui Synodum Romanam cum aliis Epiſcopis anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-nono celebrauit. Inde enim liquet non alium quàm Herminardum Landrario ſucceſſiſſe.

XXI. Godefridus Henſchenius in Commentario vitæ Sancti Liudgeri præuio natum eum contendit anno Chriſti circiter ſeptingenteſimo quadrageſimo-quarto, factúmque Diaconum anno Chriſti ſeptingenteſimo ſeptuageſimo-ſeptimo vel ſequenti. Nos Liudgerum hoc anno, Chriſti ſeptingenteſimo ſeptuageſimo-ſeptimo, Diaconum ordinatum exiſtimamus, rationem noſtræ Chronologiæ reddemus infrà. Interim quanam occaſione promotus ſit ad Diaconatum, audi ex Altfrido, qui vitam illius in literas retulit, & Aluberti aduentum ex Anglia in Friſiam, reditúmque in patriam ſic enarrauit. *Venit intereà*, id eſt, dum Liudgerus in ſchola Gregorij Abbatis cum aliis condiſcipulis apud Vltraiectum erudiebatur, *vir quidam venerabilis de terra Anglorum, Alubreht,* ſiue Alubertus, *nomine, ad Abbatem Gregorium, cupiens, Domino cooperante, plebi partis illius in doctrina prodeſſe, erant enim rudes in fide.* Alvbertvs Anglvs venit Vltraiectvm. *Quem Abbas Gregorius libenter ſuſcepit, & comperto, quòd eſſet vir bonus & doctus, ſuaſit ſibi Coepiſcopus fieri, non enim fuerat idem Gregorius ad gradum Epiſcopalem ordinatus, ſed Presbytery perſeuerauit in gradu. Vir igitur prudens Alubertus ad hac, vt ſcias, inquit, me cum licentia & conſilio Epiſcopi mei huc tranſmeare, mitte mecum fratres fideles ad terram, de qua egreſſus ſum, ad Epiſcopum meum, vt ab eo ordiner ego & illi, tali enim modo conſenſum præbeo. Quod Abbas Gregorius libenter audiens, direxit eum, & cum eo Liudgerum, aliúmque fratrem fortiorem ætate, Sigibodum nomine, ad Epiſcopum, de quo Alubertus dixerat. Qui eundem Alubertum ordinauit Epiſcopum, Sigibodum,* ſeu Sigobodum vel Sigibaldum, *Presbyterum, Liudgerum Diaconem, & manſerunt illic anno vno.*

XXII. Idem Altfridus hæc proximè de Alcuino ſubiungit. *Alchuinus etiam illo in loco tunc Magiſter erat.* Et paulò pòſt, eundem Alcuinum vocat *Magiſtrum Eboraicæ ciuitatis Anglorum.* Nec aliter ſcribit Anonymus editus à Browero. *Eo,* inquit, *tempore in Eboraica ciuitate famoſus meritò Magiſter ſcholam Alchuinus tenebat.* Ciuitatis nomen reticuerunt Monachi Werthinenſes. Per ciuitatem autem Eboraicam Eboracum * ſiue Eburacum intellige, ciuitatem Archiepiſcopali Sede nobilem. Mirari ſanè licet è vetuſtis hiſce Scriptoribus, qui triplicem beati Liudgeri vitam conſcripſerunt, nullum reperiri, qui nomen expreſſerit Archiepiſcopi, penes quem erat regimen Eboracenſis Eccleſiæ, cùm Liudgerus in Angliam primùm transfretauit, ſéque Alcuini Doctoris egregij diſcipulum auditorémque præbuit. Henſchenius ex Alcuini Magiſterio rectè colligit Æthelbertum, qui Egberto in Archiepiſcopatum proximè ſucceſſit, Archiepiſcopum Eboracenſem tunc extitiſſe, Alubertique aduentum in Friſiam ante hunc annum haud eſſe conſignandum, quia in Eboracenſi Eccleſia poſt Egberti mortem Alcuinus docendi munus ſuſcepit, Egbertus autem anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-ſexto menſe Nouembri vitam clauſit, vtrumque verò ſic probatur.

* York.

AN. CH. 767. PIPPINI R. 16. XXIII.

Auctarium Breuiario Eccleſiaſticæ Anglorum Hiſtoriæ ſnbiectum claudi-tur his verbis. *Anno ſeptingenteſimo ſexageſimo-ſexto Ecgbertus Archiepiſcopus proſapiâ Regali editus ac diuinâ ſcientia imbutus, & Erithubertus, verè fideles Epiſcopi, ad Dominum migrauerunt.* Eadem ſcribit Simeon Dunelmenſis. *Anno* DCCLXVI *Ecgbertht Archiepiſcopus Eboraca ciuitatis in pace Chriſti requieuit* XIII *Kal. Decembris*, XXXIV *anno Epiſcopatûs ſui, & Fritubertht Haguſtaldenſis Eccleſia Antiſtes eodem anno de hac mortali carne migrauit ad vera lucis perennitatem* X *Kal. Ianuarij, Epiſcopatûs ſui anno* XXXII. In Auctario præcitato Ecgbertus ordinatur Epiſcopus *anno ab Incarnatione Domini ſeptingenteſimo triceſimo-ſecundo*, nec vocari debet in dubium, quin annos ſederit quatuor & triginta, vt Dunelmenſis obſeruauit. Dies obitûs controuertitur, Florentius Wigornienſis mortuum ait XIV *Cal. Decembris*, Simeon Dunelmenſis XIII *Kal. Decembris*, at hæc controuerſia nullius eſt momenti. De ſucceſſoribus Ecgberti & Frituberti, déque ordinatione Aluberti ſic idem Simeon. *Anno* DCCLXVII. *Alberht Eboracæ ciuitatis & Alchmund Haguſtaldenſis Eccleſia ordinati ſunt Epiſcopi* VIII *Kal. Maij. Eodem tempore*, id eſt, eodem anno, *Aluberht ad Ealdſexos ordinatus eſt Epiſcopus.* Hæc omnia refert Dunelmenſis ad hunc annum. Portò, cùm Altfridus Alubertum ab eodem Epiſcopo, ex cuius licentia priùs in Friſiam venerat, Epiſcopum ordinatum teſtetur, Chronologia ſic videtur inſtituenda, ſícque exponendus, qui nuperrimè productus eſt Dunelmenſis Hiſtoriographus. Alberht ſiue Elibertus vel Æthelbertus hoc anno, octauo Kalendas Maij, ordinatus eſt Epiſcopus ; Aluberto, vt Vltraiectum proficiſceretur, ſub initium ſui Pontificatûs permiſit ; habito cum Gregorio illius loci Abbate colloquio rediit in Angliam Alubertus ductis ſecum è Friſia Sigibodo & Liudgero ; eodémque hoc anno conſecratus eſt Epiſcopus à prælaudato Æthelberto, ordinati quoque Sigibodus Preſbyter & Liudgerus Diaconus. Tunc Eboraci docebat Alcuinus, vt ipſemet oſtendit in ſuis ad Eanbaldum literis, quarum fragmentum Malmeſburienſis aliíque ſic recitant. *Laus & gloria Deo, qui dies meos in proſperitate bona conſeruauit, vt in exaltatione filij mei cariſſimi gauderem, qui laboraret vice meâ in Eccleſia, vbi ego nutritus & educatus fueram, & præeſſet theſauris ſapientiæ, in quibus me Magiſter meus dilectus Archiepiſcopus Egbertus reliquit hæredem.*

REDIT IN ANGLIAM ET ORDINATVR EPISCOPVS.

SIGIBODVS FIT PRESBYTER.

LIVDGERVS DIAÇONVS.

XXIV.

Hoc anno Sanctus Æmilianns Abbas in cælnm migrauit decimo-ſexto Kalendas Decembris. Actorum epitomen paucis accipe, qualem, fabulis amputatis, apud Lucam Dacherium & Ioannem Mabillonum è vetere Breuiario repræſentat Index Sanctorum in Seculo tertio Benedictino prætermiſſorum. Æmilianus * *in Venetenſi vrbe Britanniæ minoris*, parentibus obſcuris natus dicitur. In familiam Comitis Venetenſis * cooptatus, *vt domeſticis rebns præeſſet*, poſteà nimiæ profuſionis in pauperes accuſatus eſt. Relictâ patriâ ſeceſſit *in Cænobium Saliginenſe, quod apud Santones ſitum.* Ibi Monachum induit, & Cellarij munus ſibi impoſitum cùm rectè exequeretur, ſodalium inuidiam in ſe prouocauit. Quamobrem ex illo Monaſterio diſceſſit, & in ſyluam, quæ tunc *Acumbis* vocabatur, *non longè à Dordoneo flumine* ſe abdidit. Eo in loco, qui Diœceſeos eſt Burdigalenſis, *extruxit Oratorium in rupe excauata*, vbi plurimos inſtituti ſui ſocios admiſit, atque inde titulum Abbatis adepus eſt. Poſt aliquot annos, percepto Viatico, deceſſit *anno Domini ſeptingenteſimo ſexageſimo-ſeptimo*, ſuúmque Monaſterio nomen inditum reliquit.

* *Emilion.*

* *Vannes.*

GESTA S. ÆMILIANI ABBATIS.

XXV.

Obiit & hoc eodem anno Auerius ſiue Anerius Auſcienſis Epiſcopus, cuius Epiſcopatum Chenutius & Robertus ſeptennio circumſcribunt. Succeſſit Ernaldus, ſi Catalogum Epiſcoporum Auſcienſium ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſextum [a] benè correximus.

EPISCOPI AVSCIENSES.

[a] Num. 31.

AN. CH. 767. PIPPINI R. 16. XXVI. BERTRANDVS EP. PETROCOR. XXVII. FRODEBERTVS EP. ENGOLISM. XXVIII

Hoc anno Betrandus Petrocoricenſis Epiſcopus nominatur in auctiore Gallia Chriſtiana. Pleriſque ſeculis manci ſunt illius Eccleſiæ Catalogi propter clades à Saracenis primùm, deinde à Nortmannis illatas.

Bertrando Petrocoricenſi Epiſcopo ſynchronus vixit Frodebertus ſeu Fredebertus, Epiſcopus Engoliſmenſis, *ad cuius petitionem*, vt in Hiſtoria Pontificum & Comitum Engoliſmenſium legimus, *Pipinus Rex dicitur Chartam dediſſe.*

In notis ad Teſtamentum Sancti Fulradi Abbatis San-Dionyſiani, Mabillonus [a] obſeruat exemplar venditionis in Archiuo San-Dionyſiano reperiri partim lacerum, inſcriptum *Fratri Fulrado Abbati emtori*, actúmque *in villa Mareleia publicè*, XVI *Kal. Aug. anno* XVI *Regni Domni Glorioſiſſimi* * *Pippini Regis*. In illis literis Chrodardus Comes quædam prædia Fulrado vendit, *ſita in Ducato Alamannorum, in pago* * *Briſagauienſi.*

[a] Tom. 2. Sec. 3. Benedict.

FVLRADVS ABBAS A CHRODARDO COM. QVÆDAM EMIT PRÆDIA.

* Glorioſiſſimo Pippino

* le Briſgau.

Eodem anno Pippini Regis decimo-ſexto, *Maurontus ex Abbate Sancti Victoris in Honorati Maſſilienſis Epiſcopi demortui Sedem aſſumptus dicitur* apud Ioannem Baptiſtam Gueſnayum in Annalibus Eccleſiaſticis Maſſiliæ. Senſerat aliter hic Auctor in Caſſiano illuſtrato [b], cùm de Mauronto ſic ſcriberet. *Maurontus ex Abbate Sancti Victoris Maſſilienſi in Berengarij Maſſilienſis Epiſcopi demortui Sedem aſſumptus dicitur anno Chriſtiano 780. Adriani 1. Pontificatûs anno 9. Carolo Magno Francorum & Longobardorum Rege.* Tunc ſecutus videbatur Epiſcoporum Maſſilienſium Catalogum à Seuerrio publicatum, in quo collocantur *Berengarius* anno 769, *S. Maurontus* anno 780. Mauromtum anno Chriſti ſeptingenteſimo octogeſimo ſediſſe non inficiamur. At de anno quo Pontificatum ſuſcepit déque deceſſore cum Seuerrio non conuenimus. Opinionem noſtram paucis accipe. Pippino Rege Maſſilienſem Diœceſim rexit Honoratus Epiſcopus, Monaſterium Sancti Victoris Maurontus Abbas. Obiit Honoratus anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-ſeptimo, tunc Epiſcopus ex Abbate factus eſt, Maurontus, de quo plura Tomo ſequente ad annum Chriſti ſeptingenteſimum octogeſimum dicemus.

XXIX. HONORATVS EP. MASSILIENSIS OBIIT.

[b] Cap. 25. n. 43.

SVCCEDIT MAVRONTVS ABB. S. VICTORIS.

AN. CH. 768. PIPPINI R. 17.

ANNVS CHRISTI 768.

PIPPINI R. 17.

I. PIPPINVS, vt anno priori *Natale Domini noſtri Ieſu Chriſti*, ſic & hoc anno poſt natum Chriſtum ſeptingenteſimo duodeſeptuageſimo *Sanctam Epiphaniam apud Betoricas vrbem per conſilium Epiſcoporum vel Sacerdotum venerabiliter celebrauit.* Hæc docet Anonymus in Hiſtoria iuſſu Nibelungi Comitis conſcripta. Sapientiſſimum hoc conſilium fuit, vt rebus Aquitanicis per hyemem Rex propiùs inuigilaret. Menſe Februario Pippinus Aureliam profectus eſt, atque inde Bituriges rediit. Aureliæ verſabatur tertio Idus Februarij, Browerus enim in notis, quibus vitam beati Sturmionis Abbatis Fuldenſis illuſtrauit, meminit Donationis illo die *Aurelianis* factæ, quâ Pippinus *pro anima ſua remedio & fratris Carlomanni commemoratione* donat ac deuotè contradit *ad Fuldenſe Monaſterium, quoddam prædium Omeneſtat nuncupatum in pago Moynegouue, cum omnibus terminis & appendiciis ſuis.* Eandem Donationem Ægil in ipſa Sancti Sturmionis vita ſic memorat. Sturmio, *quia vir iuſtus & Deo perfectus, apud vniuerſos magnus, & maximè apud Pippinum Regem habebatur, impetra-*

PIPPINVS MVNIFICVS ERGA MON. FVLDENSE.

AN. CH. 768. PIPPINI R. 17.

nit ſuis apud ipſum Regem ſermonibus (habebat enim locum familiaritatis non modicum) vt fiſcum, id eſt, Omunſtat, cum omnibus, quæ in illa villa antiqui Reges poſſidebant, ad ſupradictum ſæpiùs Monaſterium in ſuam eleemoſynam condonaret, atque per conſcriptam chartam, ſicut mos fuit, firmaret. Pagum *Moinigouue*, vbi vicus Omeneſtadius, agrum Mœni fluminis interpretatur Browerus in Antiquitatibus [a] Fuldenſibus, quia *gouua* ſeu γαίαι Germanis dicuntur *ſola culta terrarum*, & Moenus veteri Reginonis & coætaneorum ſcripturâ *Mohin*, aut aſpiratione demptâ *Moin* nuncupatur. Aureliâ Pippinus in agrum Bituricenſem teterſus eſt, quò copias è Burgundia redire iam præceperat. Audi prælaudatum Anonymum in eius Geſtis iuſſu Nibelungi ſcriptis. *Cùm in Betoricas reſideret, mediante Februario omnem exercitum ſuum, quem in Burgundiam ad hyemandum miſerat, ad ſe venire præcepit. Initáque conſilio cantra Remiſtagnum* ſeu Remiſtanum, Waifarij patruum, qui fidem anno priore fefellit, *inſidias parat, Hermenaldum, Beringarium, Childeradum & Chuniberṭum Comitem Betorinum, cum reliquis Comitibus & Leudibus ſuis ad ipſum Remiſtagnum capiendum mittens, prædictus Rex Pipinus cum omni exercitu Francorum, iterum ad perſequendum Waifarium ire deſtinauit. Bertrada Regina Aurelianis veniens, & inde nauali euectione per Ligerem fluuium vſque ad Sellus Caſtrum ſuper fluuium ipſius Ligeris peruenit. His itaque geſtis, nunciatum eſt Regi, quòd Miſſi ſui, quos dudum ad Amormuni Regem Saracenorum miſerit, poſt tres annos ad Marſiliam reuerſi fuiſſent, Legatianem prædicti Amormuni Regis Saracenorum ad prædictum Regem cum multis muneribus ſecum adduxerant. Quod cùm compertum Regi fuiſſet, Miſſos ſuos ad eam direxit, qui eos venerabiliter reciperent, & vſque ad Mettis ciuitatem ad hyemandum ducerent. Igitur ſupraſcripti Comites, qui ad Remiſtagnum capiendum miſſi fuerant, per diuinum iudicium & fidem Regis eum capiunt, & ligatum ad præſentiam Regis cum vxore ſua adduxerunt. Qu[illegible]tim Rex Chuniberto & Chiſelario Comitibus Betoricæ ciuitatis ipſum Remiſtagnum in patibulo ſuſpendi iuſſit. Prædictus Rex Pipinus vſque ad Garonnam acceſſit. Ibi Waſcones, qui vltra Garonnam commorantur, ad eius præſentiam venerunt, & ſacramenta & obſides prædicto Regi donant, vt ſemper fideles partibus Regis ac filiis ſuis Carolo & Carolomanno omni tempore eſſe debeant. Et alia multa quamplures gentes ex parte Waifarij ad eum venientes & ſe ditioni ſuæ ſubdiderunt. Rex verò Pipinus benigniter eos in ſuam ditionem recepit. Waifarius cum paucis per ſyluam, quæ vocatur Edobola, in pago Petrocorreco latitans, huc illúcque vagatur incertus. Præfatus Rex Pipinus ad Waifarium capiendum inſidias iterum parat. Inde ad Reginam ſuam ad Sellum veniens*, vbi Paſcha celebrauit, *Legationem Saracenorum, quam Mettis ad hyemandum miſerat, ad Sellus Caſtrum ad ſe venire præcepit, & ipſi Saraceni munera, quæ Amormuni tranſmiſerat, ibidem præſentant. Iterum Rex ipſis Saracenis, qui ad ipſum miſſi fuerant, munera dedit, & vſque ad Marſiliam cum multo honore adduci præcepit. Saraceni verò nauali euectione per mare redeunt ad propria.*

BELLVM GERIT IN AQVITANIA.

REMISTANVM CAPIT PLECTITQVE.

[a] Lib. 1. c. 2.

II. Vt incredibilem Pippini celeritatem in gerendo bello mireris, aliâ non opus eſt narratione, cùm ad Garumnam vſque victor penetrarit, reuerſúſque ad fines Celticos Paſchalem Solemnitatem in Caſtro *Sels* ad Ligerim egerit quarto Idus Aprilis. In antiqua Galliarum diuiſione, vt Ligeris Celtas ab Aquitanis, ſic Aquitanos à Waſconibus ſeu Nouempopulanis Garumna diſterminabat. Waſcones hactenus cum Aquitanis ſub Waifarij Ducatu ſeu Præfectura fuerant, abhinc Ducem ſeu Præfectum habuerunt Lupum, de quo plura ſub Carolo Magno. Sic valdè imminuta Waifarij poteſtas, cui multæ per vtramque Aquitaniam ciuitates ademptæ cum Toloſa & integra Waſconia.

LVPVM DVCEM WASCONIÆ CONSTITVIT.

III. In Annalibus Tilianis, præter Remiſtagnum ſeu Remſtagnum Waifarij patruum, captæ quoque ſic aſſeruntur eiuſdem Waifarij ſeu Waiferi

AN. CH. 767. PIPPINI R. 16.

Hoc anno Bertandus Petrocoricenſis Epiſcopus nominatur in auctiore Gallia Chriſtiana. Pleriſque ſeculis manci ſunt illius Eccleſiæ Catalogi propter clades à Saracenis primùm, deinde à Nortmannis illatas.

XXVI. BERTRANDVS EP. PETROCOR.

Bertrando Petrocoricenſi Epiſcopo ſynchronus vixit Frodebertus ſeu Fredebertus, Epiſcopus Engoliſmenſis, *ad cuius petitionem*, vt in Hiſtoria Pontificum & Comitum Engoliſmenſium legimus, *Pipinus Rex dicitur Chartam dediſſe.*

XXVII. FRODEBERTVS EP. ENGOLISM.

In notis ad Teſtamentum Sancti Fulradi Abbatis San-Dionyſiani, Mabillonus [a] obſeruat exemplar venditionis in Archiuo San-Dionyſiano repertit partim lacerum, inſcriptum *Fratri Fulrado Abbati emtori*, actúmque *in villa Mareleia publicè*, XVI *Kal. Aug. anno* XVI *Regni Domni Glorioſiſſimi* * *Pippini Regis*. In illis literis Chrodardus Comes quædam prædia Fulrado vendit, *ſita in Ducato Alamannorum, in pago* * *Briſaganienſi.*

XXVIII. FVLRADVS ABBAS A CHRODARDO COM. QVÆDAM EMIT PRÆDIA.

[a] Tom. 2. Sec. 3. Benedict.

* Glorioſiſſimo Pippino

* le Briſgau.

Eodem anno Pippini Regis decimo-ſexto, *Maurontus ex Abbate Sancti Victoris in Honorati Maſſilienſis Epiſcopi demortui Sedem aſſumptus dicitur* apud Ioannem Baptiſtam Gueſnayum in Annalibus Eccleſiaſticis Maſſiliæ. Senſerat aliter hic Auctor in Caſſiano illuſtrato [b], cùm de Mauronto ſic ſcriberet. *Maurontus ex Abbate Sancti Victoris Maſſilienſi in Berengarij Maſſilienſis Epiſcopi demortui Sedem aſſumptus dicitur anno Chriſtiano 780. Adriani 5. Pontificatûs anno 9. Carolo Magno Francorum & Longabardorum Rege.* Tunc ſecutus videbatur Epiſcoporum Maſſilienſium Catalogum à Seuertio publicatum, in quo collocantur *Berengarius* anno *769*, *S. Maurontus* anno *780*.

XXIX. HONORATVS EP. MASSILIENSIS OBIT. SVCCEDIT MAVRONTVS ABB. S. VICTORIS.

[b] Cap. 25. n. 43.

Maurontum anno Chriſti ſeptingenteſimo octogeſimo ſediſſe non inficiamur. At de anno quo Pontificatum ſuſcepit déque deceſſore cum Seuertio non conuenimus. Opinionem noſtram paucis accipe. Pippino Rege Maſſilienſem Diœceſim rexit Honoratus Epiſcopus, Monaſterium Sancti Victoris Maurontus Abbas. Obiit Honoratus anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-ſeptimo, tunc Epiſcopus ex Abbate factus eſt, Maurontus, de quo plura Tomo ſequente ad annum Chriſti ſeptingenteſimum octogeſimum dicemus.

AN. CH. 768. PIPPINI R. 17.

ANNVS CHRISTI 768.

PIPPINI R. 17.

I. PIPPINVS, vt anno priori *Natale Domini noſtri Ieſu Chriſti*, ſic & hoc anno poſt natum Chriſtum ſeptingenteſimo duodeſeptuageſimo *Sanctam Epiphaniam apud Betoricas vrbem per conſilium Epiſcoporum vel Sacerdotum venerabiliter celebrauit.* Hæc docet Anonymus in Hiſtoria iuſſu Nibelungi Comitis conſcripta. Sapientiſſimum hoc conſilium fuit, vt rebus Aquitanicis per hyemem Rex propiùs inuigilaret. Menſe Februario Pippinus Aureliam profectus eſt, atque inde Biturigas rediit.

PIPPINVS MVNIFICVS ERGA MON. FVLDENSE.

Aureliæ verſabatur tertio Idus Februarij, Browerus enim in notis, quibus vitam beati Sturmionis Abbatis Fuldenſis illuſtrauit, meminit Donationis illo die *Aurelianis* factæ, quâ Pippinus *pro anima ſua remedio & fratris Carlomanni commemoratione* donat ac deuotè contradit *ad Fuldenſe Monaſterium, quoddam prædium Omeneſtat nuncupatum in pago Moynegoune, cum omnibus terminis & appendiciis ſuis.* Eandem Donationem Ægil in ipſa Sancti Sturmionis vita ſic memorat. Sturmio, *quia vir iuſtus & Deo perfectus, apud vniuerſos magnus, & maximè apud Pippinum Regem habebatur, impetra-*

AN. CH. 768. PIPPINI R. 17.

nit ſuis apud ipſum Regem ſermonibus (habebat enim locum familiaritatis non modicum) vt fiſcum, id eſt, Omunſtat, cum omnibus, quæ in illa villa antiqui Reges poſſidebant, ad ſupradictum ſæpiùs Monaſterium in ſuam eleemoſynam condonaret, atque per conſcriptam chartam, ſicut mos fuit, firmaret. Pagum *Moinigouue*, vbi vicus Omeneſtadius, agrum Mœni fluminis interpretatur Browerus in Antiquitatibus [a] Fuldenſibus, quia *gouua* ſeu γαῖαι Germanis dicuntur *ſola culta terrarum*, & Moenus veteri Reginonis & coætaneorum ſcripturâ *Mohin*, aut aſpiratione demptâ *Moin* nuncupatur. Aureliâ Pippinus in agrum Bituricenſem reuerſus eſt, quò copias è Burgundia redire iam præceperat. Audi prælaudatum Anonymum in eius Geſtis iuſſu Nibelungi ſcriptis. *Cùm in Betoricas reſideret, mediante Februario omnem exercitum ſuum, quem in Burgundiam ad hyemandum miſerat, ad ſe venire præcepit. Initóque conſilio contra Remiſtagnum* ſeu Remiſtanum, Waifarij patruum, qui fidem anno priore fefellit, *inſidias parat, Hermenaldum, Beringarium, Childeradum & Chunibertum Comitem Betorinum, cum reliquis Comitibus & Leudibus ſuis ad ipſum Remiſtagnum capiendum mittens, prædictus Rex Pipinus cum omni exercitu Francorum, iterum ad perſequendum Waifarium ire deſtinauit. Bertrada Regina Aurelianis veniens, & inde nauali euectione per Ligerem fluuium vſque ad Sellus Caſtrum ſuper fluuium ipſius Ligeris peruenit. His itaque geſtis, nunciatum eſt Regi, quòd Miſſi ſui, quos dudum ad Amormuni Regem Saracenorum miſerit, poſt tres annos ad Marſiliam reuerſi fuiſſent, Legationem prædicti Amormuni Regis Saracenorum ad prædictum Regem cum multis muneribus ſecum adduxerant. Quod cùm compertum Regi fuiſſet, Miſſos ſuos ad eam direxit, qui eos venerabiliter reciperent, & vſque ad Mettis ciuitatem ad hyemandum ducerent. Igitur ſupraſcripti Comites, qui ad Remiſtagnum capiendum miſſi fuerant, per diuinum iudicium & fidem Regis eum capiunt, & ligatum ad præſentiam Regis cum vxore ſua adduxerunt. Qu[illegible]tim Rex Chuniberto & Chiſelario Comitibus Betoricæ ciuitatis ipſum Remiſtagnum in patibulo ſuſpendi iuſſit. Prædictus Rex Pipinus vſque ad Garonnam acceſſit. Ibi Waſcones, qui vltra Garonnam commorantur, ad eius præſentiam venerunt, & ſacramenta & obſides prædicto Regi donant, vt ſemper fideles partibus Regis ac filiis ſuis Carolo & Carolomanno omni tempore eſſe debeant. Et alia multa quamplures gentes ex parte Waifarij ad eum venientes & ſe ditioni ſuæ ſubdiderunt. Rex verò Pipinus benigniter eos in ſuam ditionem recepit. Waifarius cum paucis per ſyluam, quæ vocatur Edobola, in pago Petrocorreco latitans, huc illúcque vagatur incertus. Præfatus Rex Pipinus ad Waifarium capiendum inſidias iterum parat. Inde ad Reginam ſuam ad Sellum veniens*, vbi Paſcha celebrauit, *Legationem Saracenorum, quam Mettis ad hyemandum miſerat, ad Sellus Caſtrum ad ſe venire præcepit, & ipſi Saraceni munera, quæ Amormuni tranſmiſerat, ibidem præſentant. Iterum Rex ipſis Saracenis, qui ad ipſum miſſi fuerant, munera dedit, & vſque ad Marſiliam cum multo honore adduci præcepit. Saraceni verò nauali euectione per mare redeunt ad propria.*

BELLVM GERIT IN AQVITANIA.

REMISTANVM CAPIT PLECTITQVE.

[a] Lib. 1. c. 2.

II. Vt incredibilem Pippini celeritatem in gerendo bello mireris, aliâ non opus eſt narratione, cùm ad Garumnam vſque victor penetrarit, reuerſúſque ad fines Celticos Paſchalem Solemnitatem in Caſtro *Sels* ad Ligerim egerit quarto Idus Aprilis. In antiqua Galliarum diuiſione, vt Ligeris Celtas ab Aquitanis, ſic Aquitanos à Waſconibus ſeu Nouempopulanis Garumna diſterminabat. Waſcones hactenus cum Aquitanis ſub Waifarij Ducatu ſeu Præfectura fuerant, abhinc Ducem ſeu Præfectum habuerunt Lupum, de quo plura ſub Carolo Magno. Sic valdè imminuta Waifarij poteſtas, cui multæ per vtramque Aquitaniam ciuitates ademptæ cum Toloſa & integra Waſconia.

LVPVM DVCEM WASCONIÆ CONSTITVIT.

III. In Annalibus Tilianis, præter Remiſtagnum ſeu Remſtagnum Waifarij patruum, captæ quoque ſic aſſeruntur eiuſdem Waifarij ſeu Waiferi

AN. CH. 768.

PIPPINI R. 17.

* Accuſatiuus abſolutus.

PASCHA CELEBRAT AD LIGERIM.

mater, ſoror, ac neptes. DCCLXVIII. *Domnus Rex iter faciens in Aquitania Remſtagnum cepit. Ad Sanctones ciuitatem vſque venit, & ibi captam * matrem Waiferi, & ſororem, & neptes eius, vſque Garonam perrexit in loco qui dicitur Montis, & ſanus reuerſus eſt. Celebrauit Paſcha in Caſtro, qui dicitur Sels.* Alteram Waifarij ſororem addit Annaliſta Loiſelianus, ſic. DCCLXVIII *Domnus Pipinus Rex iter faciens Remiſtagnum cepit, ad Sanctones ciuitatem vſque peruenit, & ibi captâ matre Waffarij, & ſorore eius, & neptibus eius, venit vſque ad Garonnam. Inde perrexit in loco qui dicitur Montis. Ibi Herouicus veniens cum illa alia ſorore Waffarij Ducis. Et inde ſanus reuerſus Paſcha celebrauit in Caſtro, quod dicitur Sels.* Hæc omnia politiore ſtylo ſic repræſentat Annaliſta Laureshamenſis. DCCLXVIII. *Rex Pipinus cùm primùm ad bellum gerendum tempus congruum eſſe videret, euocato vndique exercitu ad Sanctonicam ciuitatem contendit. Captóque in itinere Remiſtaino* ſeu Remiſtagno, *cùm ad vrbem prædictam veniſſet, mater, & ſoror, neptéſque Waifarij Ducis ad conſpectum eius adducta ſunt. Quas cùm piè ſuſceptas ſeruari iuſſiſſet, ad Garonnam fluuium proficiſcitur, vbi ei Ebrowicus ** ſiue Herouicus *cum alia, quàm prædicta *, Ducis ſorore occurrit in loco, qui Montes vocatur, ſéque & illam Regi tradidit. Rebus igitur aliquot proſperè geſtis, Rex reuertitur, & in Caſtello, quod dicitur Sels, Paſcha celebrauit.* Annaliſtam Loiſelianum Bertinianus, Laureshamenſem Metenſis, tranſcripſerunt.

* Ebrouuicus

* alia prædicti Ducis

IV. Omnes hi Scriptores ſimul in hoc conueniunt, quòd Pippinus Paſcha celebrauit in Caſtello *Sels*, quod Anonymo præcitato *Sellum* eſt, & *Sles* Reginoni. Hic locus à neotericis ponitur in agro Bituricenſi, perperamque cum Cella * Sancti Euſitij ad Carum amnem ſita confunditur. Textus è Pippini Geſtis ſuprà deſcriptus Sellum, vbi Rex Paſcha cum Bertrada celebrauit, ad ripam Ligeris collocat. *Bertrada Regina Aureliani veniens, & inde nauali euectione per Lig[illegible] fluuium vſque ad Sellus Caſtrum ſuper fluuium ipſius Ligeris peruenit.* Nihil diſtinctiùs ſcribi poteſt.

* *Selles en Berry ſur le Cher.*

V. Pippinum in illo Caſtro ad Ligerim commorantem adierunt Legati, quos ad eum ex Arabia, vbi Sedes Imperij, direxerat Almanſor Saracenorum ſiue Arabum Rex ſeu Calipha; Scriptori ſuprà deſcripto *Amormuni*, aliis meliùs *Amiramomeni*. De Almanſore iam actum ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quintum, quo Saraceni tandem è Gallia penitus expulſi. Abdalla Saffahus frater ac deceſſor Almanſoris obiit anno Arabum centeſimo triceſimo-ſexto, die decimo-tertio Dulhuggiæ, ſiue anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-quarto, menſe Iunio. Imperauit Almanſor, ab obitu fratris, *annos 22, minus ſeptem diebus*, vitam enim clauſit *anno* Hegiræ *158, die ſexto Dulhuggia*. Annus autem Arabum centeſimus duodeſexageſimus initium habuit quarto Idus Nouembris anno Chriſti ſeptingenteſimo ſeptuageſimo-quarto. Nullum igitur dubium, quin ab Almanſore Saracenorum Calipha ſeu Rege directa Legatio, de qua loquimur. At quo conſilio Pippinus ad Almanſorem, Almanſor viciſſim Legatos ad Pippinum miſerit, nemo prodit.

SVSCIPIT LEGATIONEM A CALIPHA DIRECTAM.

VI. Pippinus dimiſſis, vt dictum, Saracenis, aduersùs Waifarium denuò perrexit. *Præcelſus Rex Pipinus iterum de Sellus Caſtro cum paucis ad perſequendum Waifarium eo anno iterum perrexit, & vſque ad Sanctonis mirâ celeritate primus cum paucis venit. Cùm hoc Waifarius audiſſet, ſolito more terga vertit. Rex Pipinus in quatuor partes Comites ſuos ſcaritos, & Leudes ſuos ad perquirendum Waifarium tranſmiſit. Dum hæc agerentur, vt aſſerunt, conſilium Regis factum, Waifarius Princeps Aquitaniæ à ſuis interfectus eſt. Præfatus Rex Pipinus iam totâ Aquitaniâ acquiſitâ, omnes ad eum venientes ditionis ſuæ, ſicut antiquitus fuerant, ſe faciunt. Cum magno triumpho & victoria Sanctonis, vbi Bertrada Regina reſidebat, venit.* Hæc Anonymus in Pippini Geſtis frequentiſſimè citatis.

BELLVM AQVITANICVM CONFICIT, WAIFARIO A SVIS OCCISO.

Alij

AN. CH. 768.

PIPPINI R. 17.

Alij alia obſeruant. Imprimis Annaliſta Tilianus ait Pippinum Santonas com vxore ſua filiâque perrexiſſe. *Iterum adſumens cum Domna Bertane Regina ad Sanctones peruenit. Ibíque eam dimiſit, & filiam ſuam, & partibus Petrocorico perrexit.* Ceteri Annaliſtæ [a] loco filiæ familiam aor famulos reponunt. Laureshamenſis Waifarium *in territorio Petragorico* interemptum teſtatur. Dies necis in breui Chronico, quod San-Dionyſianum vocare ſoliti ſumus, ita notatur. DCCLXVIII. *Waifarius interfectus eſt* IV. *Non. Iunij.*

[a] Loiſel. Lauresh. Bertin. Met. Regin.

VII. Waifario ſublato, Pippinus, vt Alteſerra ſcribit [b], opima ſibi ſpolia de hoſte proſtrato ſuſtulir, armillas ſcilicet auro & gemmis pretioſiſſimis contextas, quas vocant Waifarij pyra, quáſque ille ſolemnibus diebus ornatûs gratiâ geſtare conſueuerat. Has, obtentæ victoriæ gratiam Deo repenſurus, vt par erat, Ædis San-Dionyſianæ principi aræ, trophæi vice, appendi iuſſit, vnde poſteà ad crucem auream tranſlatæ. Sepultus eſt Waifarius in loco paludoſo prope Burdigalam, vbi conſpicitur hodie magnificum Carthuſianorum Monaſterium. Ibi viſebatur anteà tumulus, in eóque ſepultus aſſerebatur *Caiphas*. At illo vocabulo, quod vulgus corruperat, deſignabatur *Gaiphras*, id eſt, Vaipharius ſeu Gaipharius, *V* enim & *G* initio vocabulorum facilè commurantur, teſtes *Vaſco* & *Gaſco*. Gaipharius autem *Gaiphras* dictus eſt, vt illi ſua ſemper exprobraretur perfidia nomine nouâ terminatione affecto, quæ Vaſconibus familiaris eſſe conſueuit, cùm quidpiam exprimunt, quod contemptui aut horrori debet eſſe. Sic ſcribit Scipio *Dupleix* [c] Vaſco.

[b] Lib. 7. c. 12.

[c] In Pippin. R. 22.

VIII. ÆGROTAT. *Dum* autem *Sanctonis*, vt Auctor Geſtorum perſeqoitur, *præfatus Rex* Pippinus *veniſſet, & cauſſas pro ſalute patriæ & vtilitate Francorum tractaret, à quadam febre vexatus ægrotare cœpit, Comites ſuos ac Iudices ibidem conſtituit. Inde per Pictauis vſque ad Thoronis vrbem ad Monaſterium beati Martini Confeſſoris acceſſit, ibíque multam eleemoſynam tam Eccleſiis quàm Monaſteriis vel pauperibus largitus eſt. Et auxilium beati Martini petens, vt pro eius facinoribus Domini miſericordiam deprecari dignaretur, inde promouens ſe cum prædicta Regina Bertradane & filiis ſuis Carolo & Carolomanno, vſque ad Pariſius ad Monaſterium beati Dionyſij Martyris veniens, ibíque moratus eſt aliquandiu. Cernénſque quòd vitæ periculum euadere non potuiſſet, omnes Proceres ſuos, Duces & Comites Francorum, tam Epiſcopos, quàm Sacerdotes ad ſe venire præcepit. Ibíque vnà cum conſenſu Francorum & Procerum ſuorum, ſeu & Epiſcoporum, Regnum Francorum, quod ipſe tenuerat, æquali ſorte inter prædictos filios ſuos Carolum & Carolomannum, dum adhuc ipſe viueret, inter eos diuiſit. Id eſt, Auſtraſiorum Regnum Carolo ſeniori filio Regem inſtituit: Carolomanno verò Iuniori filio Regnum Burgundiæ, Prouinciæ, Gothiæ, Alexatis, & Alamaniæ, tradidit; Aquitaniam, quam ipſe Rex acquiſierat, inter eos diuiſit. His geſtis, Rex Pipinus poſt paucos dies, vt dolor eſt ad dicendum, vltimum diem & vitam ſimul caruit.*

REGNVM INTER FILIOS DIVIDIT.

IX. Eginhardus, priuſquàm res à Carolo Rege geſtas aggrediatur, Pippini patris obitum ſic perſtringit. *Pippinus finito Aquitanico bello, quod contra Waifarium Ducem Aquitaniæ ab eo ſuſceptum per continuos* IX *annos gerebatur, apud Pariſius morbo aquæ intercutis diem obiit.* Rectè *continuos* IX *annos* Aquiranici belli numerat, primus enim cum anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo compararur, vt ad illum annum [d] ex variis Auctoribus probauimus. Atque ex hac Chronologia conſtat Pippinum anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-octauo mortuum eſſe, vt expreſſis quoque verbis Annaliſtæ, Nazarianus, Petauianus, aliíque teſtantur. At licèt Eginhardus Pippinum *apud Pariſius*, Annaliſta Fuldenſis *apud Pariſios* obiiſſe ſcribant, illum non Pariſiis ſed in agro Pariſienſi ſiue in Monaſterio Sancti Dionyſij, quod quinque milliaribus à ciuitate Pariſienſi diſtat, mortuum arbitrare. *Ad S. Dionyſium vſque peruenit, ibíque diem obiens ſi-*

[d] Nu. 1. & ſeqq.

MORITVR.

AN. CH. *ninit.* Verba ſunt Annaliſtæ Loiſeliani, cui ſuffragantur Tilianus & Bertinia-
768. nus cum Reginone. De ſepultura ſic Auctor Geſtorum. *Sepelierunt eum præ-*
PIPPINI *dicti Reges, Carolus & Carlomannus, filij ipſius Regis, in Monaſterio Sancti*
R. 17. *Dionyſij Martyris, vt ipſe voluit, cum magno honore.* Tumulo recentiùs in-
[a] Millet. in Theſauro San. Dionyſ. §. 8. ſcriptum hoc elogium [a], breue quidem, ſed honorificentiſſimum, & ad in-
ſignem laudem conſignandam ſufficientiſſimum. *PIPINVS REX,*
PATER CAROLI MAGNI. Ipſam Baſilicam, in qua tumulatus fuit,
[b] Cap. 14. conſtruendam ſuſceperat, vt patet ex libro primo [b] Miraculorum Sancti
Dionyſij.

X. De die, quo Pippinus obiit, non omnes conſentiunt. Apud Annaliſtam
Petauianum, vitam claudit IX *Kal. Octobr.* apud Reginonem, VIII *Idus*
Auguſti; apud Annaliſtam Loiſelianum, VII *Kal. Octobris*; apud Naza-
tianum, VIII *Kalend. Octobris.* Imus in hanc poſtremam opinionem, quam
Auctor Chronici San-Dionyſiani, multique veteres Annaliſtæ, Lauresha-
menſis, Bertinianus, Fuldenſis, ac Metenſis, amplexi ſunt. Extant in
[c] Lib. 3. c. 5. Antiquitatibus San-Dionyſianis [c], tria Pippini Regis Præcepta hoc anno
TRIBVS PRÆCEPTIS PRO MON. S. DIONYSII PRIVS EMISSIS; pro Monaſterio Sancti Dionyſij emiſſa, atque in eodem ipſo acta Cœno-
bio, menſe Septembri, vnde redarguas eos, qui Pippinum menſe Auguſto
mortuum fingunt. Primum illorum Præceptorum datum reperitur *in*
menſe Septembrio, nullâ diei notâ peculiariter additâ; duo alia *nono Kal.*
Octob. conſignantur. Quid ſingula contineant, nunc aduerte.

XI. Primum tale eſt. *Pippinus gratiâ Dei Rex Francorum vir inluſter omnibus*
[1] optabilem eſſe oportet de tranſitoria *agentibus tam præſentibus quàm & futuris. Oportet de [1] tranſitoriis promereri*
æterna, vel de caduca ſubſtantia erogando [2] lucrari gaudia ſempiterna. Igitur
[2] erogandum lucrare *nos eadem reconſiderantes, donamus ad Baſilicam Sancti Dionyſij, vbi ipſe pretio-*
[3] remedium *ſus corpore requieſcit cum ſuis ſanctis ſociis, & Fulradus Abba rector præeſſe vi-*
detur, donatúmque in perpetuum pro animæ noſtræ remedio [3], ſeu & propter lo-
cum ſepulturæ corporis mei, ad eundem ſanctum locum eſſe volumus, hoc eſt, fo-
[4] foreſta noſtra cognominante Æqualina *reſtam [4] noſtram cognominantem Aqualinam, cum omni merito & ſoliditate*
ſua, quicquid ad [5] ipſam ſyluam aſpicere vel pertinere videtur, ſicut vſque
[5] ad ipſa ſylua *nunc à nobis fuit poſſeſſa. Propterea per hanc Præceptionem ſpecialiùs iubemus,*
[6] Æqualina *atque perpetualiter ſtatutum eſſe volumus, vt iam dicta ſylua Aqualina [6] cum*
omni integritate ſua quicquid deintus ſeu à foris ibidem aſpicit, id eſt, tam
manſis, terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, ſyluis, vineis, campis,
pratis, paſcuis, aquis, aquarúmque decurſibus, mobilibus & immobilibus, pecu-
niis, peculiis vtriuſque ſexûs gregis cum paſtoribus, necnon & diuerſa fera-
minum genera, ſeu & foreſtarios cum ipſorum manſis in ipſa foreſte, per diuerſa
* Coguerei. *loca commanentes, id eſt, Cotonarias * cum omni integritate, & in Flſraſia-*
gas manſos duos, & Humlonarias cum integritate; Viſiniolo ſimiliter, Vrſione-
uillare ſimiliter: in Putiolis manſos duos, & Adſummumbragium cum omni
integritate præter manſum dimidium; & in Villarcellum manſum vnum; in Bro-
[7] ſtrumenta *gariis manſum vnum, & Actricomonte cum integritate, & in Anſbertonicinio*
[8] Id. ſunt *ſimiliter: in Villare manſos duos: in Popiniagas manſum vnum, & in Vallis*
[9] vrbe [10] ad poſſidendum *ſimiliter. Omnia, & ex omnibus, ſicut diximus, totum & ad integrum præter*
tantùm quod antea oxinde ad loca per inſtrumenta [7] cartarum noſcitur fuiſſe
* Sarnay. *conceſſum. Id [8] eſt, ad Sanctum Germanum Pariſienſem; & ad Cellam quæ*
[11] ſcripto. *vocatur Foſſatis quæ ſita eſt in ipſo Pariſiaco, & ad Sanctum Benedictum Flo-*
* Rambouillet. *riacenſis Monaſterij, & ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ Carnotenſis vrbis [9], & ad*
* Hermeray. *Sanctam Mariam Argentogelenſis Monaſterij, & ad Sanctum Petrum Pecta-*
nenſis Eccleſiæ: in reliquo verò pars præfati Monaſterij à die præſente perpetua-
* Attainuille. *liter recipiat ad [10] poſſidendum. Confinia verò de ipſa foreſte hæc ſunt: de vna*
* Bourdonné. *parte ſuprà ſcriptas Crotoniarias & Watreias, & Sarnetum *, & Vetus Mona-*
*ſterij; ex alia parte Epauenilla & ſuprà ſcripta [11] Puſiolis & Rumbeliſto *;*
* Condé. *de tertia verò parte Hermoretum *; de quarta igitur parte Adtauenilla *, & Bur-*
* Montfort. *doniaco *, & Condato *, & Vitriaco: de quinta igitur parte Pincionemonte *,*

*& Villare *. Hæc omnia ſuperiùs comprehenſa ab hodierno die Rectores ipſius* AN. CH.
ſancti loci præfatâ ſyluâ Aqualinâ [12] *ſub emunitatis* [13] *nomine habeant, atque* 768.
in vſu ipſius Monaſterij poſſideant & fruantur. Verumtamen volumus atque præ- PIPPINI
cipimus, vt nulla præſumptio iudiciaria poteſtatis pro quibuſdam occaſionibus, aut R. 17.
propter aliquid exercitandum venationibus, abſque permiſſu [14] *Rectoris ipſius* * *Villers.*
Monaſterij vllo vnquam tempore infra ipſos terminos ibidem ingredi penitus [12] *Æqualina*
non præſumat, ſed ſicut in noſtra eleemoſyna conceſſimus, ita in perpetuum ſit [13] *amunitatis*
omnimodis conſeruatum. Quam verò Præceptionem, vt firmior habeatur, ſub- [14] *permiſſum*
ter eam decreuimus adfirmare. Signum Pippini glorioſiſſimi Regis. Data in
menſe Septembrio, anno decimo-ſeptimo Regni noſtri. Actum in Monaſterio
Sancti Dionyſij feliciter.

Alterâ parte [a] Commentarij de vera Regum Francorum Origine, Du- XII.
bouchetus multa ſcitiſſimè primus euulgauit de Comitatu Madriacenſi * [a] Cap. 2.
déque ſylua Aqualina *, quæ partim ad Comitatum Madriacenſem, par- * *de Ma-*
tim ad pagum Pariſienſem olim pertinebat, multóque ſpatioſiùs quàm ho- *drie.*
diè porrigebatur, non ab equis, vt imperiti volunt, ſed ab aquis, vt ali- * *la foreſt*
bi probauimus, nomen ſortita. Pippinus ſyluam illam in Regio Præcepto *Aineline.*
ſuis limitibus circumſcripſit, nec integram Cœnobio San-Dionyſiano lar- perperam
gitus eſt, quia pars Eccleſiis Cathedralibus, Carnotenſi ac Pictauenſi; nec- dicta Du-
non Monaſteriis, Sancti Germani, Foſſatenſi, Floriacenſi, & Argentoge- blet. *la fo-*
lenſi, iam conceſſa fuerat. *reſt Chena-*
line.

Hado, cùm Pippinus Præceptum emiſit, in Cathedra Carnotenſi ſede- XIII.
bat Epiſcopus. Pontificatum enim anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-
ſecundo ſuſcepit, & annis vndecim tenuit, vt conſtat ex iis, quæ Tomo
ſuperiore ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſextum [b] dicta ſunt. [b] Num. 6.

Diœceſim Pictanienſem regebat aut Magnibertus Epiſcopus, cuius XIV.
mentionem ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-ſecun-
dum [c] iam fecimus, aut Magniberti ſucceſſor Bertaldus, cuius ſolum ſu- [c] Num. 5.
pereſt nomen, vt & Benedicti proximi ſucceſſoris.

Monaſterio Sancti Germani prope Pariſios præerat Wichardus ſeu Gui- XV.
chardus Abbas, anno priore iam laudatus.

Abbates, qui Monaſterium Foſſatenſe poſt Babolenum rexerunt, apud XVI.
Robertum & Sammarthanos in Gallia Chriſtiana ſolis duntaxat nomini-
bus noti recenſentur, Ambroſius, Auſtroaldus, Valderannus, Madobo-
dus, Odo, Gunterannus, Gogo, Aruerannus, Elafredus, Richardus, He-
nardus, Grimoldus, Raynaldus, Richarius, Optatus, & Benedictus. Mors
Baboleni cum anno Chriſti ſexcenteſimo ſexageſimo coincidit. Suſpicati
ſumus Elafredum Abbatem extitiſſe, cùm Pippinus Rex eſſe cœpit. Suſ-
picamur quoque Henardum Abbatem fuiſſe, cùm idem Pippinus Præce-
ptum de ſylua Aqualina pro Monaſterio San-Dionyſiano dedit. Ipſius au-
tem Henardi ſucceſſores, quos ſuprà nominauimus, in tempora Caroli
Magni & Ludouici Pij reiiciendos arbitramur.

In Gloria [d] Floriacenſium Abbatum, quam Carolus Sauſſeyus libro XVII.
quarto Annalium Aurelianenſium intexuit, *Medo* recenſetur Abbas *tem-* [d] Cap. 12.
pore Pipini; deinde quatuor ſubſequuntur *tempore Caroli Magni*; nempe
Deothimus, pòſt Epiſcopus Aurelianenſis; Radulphus; Theodulphus, pòſt Epi-
ſcopus Aurelianenſis, & *Adacalcus*. Ex hoc Catalogo coniectamus Medoni,
cuius non ſemel meminimus, in Abbatiale munus Deothimum ſucceſſiſſe,
Pippino Rege nondum mortuo. XVIII.

Argentogelenſe Monaſterium, quod olim Monachorum erat, & Me- XIX.
roueadis ac Pippino regnantibus à Cœnobio San-Dionyſiano dependebat, ad DE CONFIR-
puellas poſteà tranſiit, vt ſub Carolo Magno dicturi ſumus. Iſtius autem MATIONE
Monaſterij quinam peculiares extiterint Rectores, haud produnt Hiſtoriæ. PRIVILE-

Altero Præcepto Pippinus morti proximus emunitates ab anteceſſori- GIORVM
bus Regibus Baſilicæ San-Dionyſianæ conceſſas denuò confirmauit ad EPISCOPA-
LIVM.

AN. CH. 768.

PIPPINI R. 17.

petitionem Fulradi Abbatis. Hoc Præceptum, quia nihil ſingulariter obſeruandum continet, à nobis non deſcribitur, habetur integrum in Antiquitatibus San-Dionyſianis [a], quas poteris conſulere. Solos accipe Characteres Chronologicos. *Data nono Kal. Octob. anno 17. Regni noſtri. Actum in ipſo Monaſterio Sancti Dionyſij, in Dei nomine feliciter. Amen.*

XX. ET PRÆCEPTORVM REGIORVM.

Eodem die, rogante quoque Fulrado Abbate, Pippinus Rex aliud emiſit Præceptum, quod omiſſo procemio, ſic legitur. *Vir venerabilis Folradus, Abba de ipſa Baſilica peculiaris patroni noſtri Domni Dionyſij, Clementiæ Regni noſtri credidit ſuggerendum, quòd à longo tempore à Pontificibus Pariſiorum vrbis integrum Priuilegium ad ipſam Baſilicam Domni Dionyſij fuiſſet [1] conceſſum, & ab anterioribus Regibus parentibus noſtris de eodem tempore vſque nunc confirmatum; qui & ipſum Priuilegium, ſeu & ipſas Præceptiones vel confirmationes ſe præ manibus habere affirmat, ſed pro integra firmitate petiit vir ipſe Folradus Abba à Celſitudine noſtra, vt [2] nos iteratò per Præceptionem noſtram hoc deberemus affirmare. Quorum tam religioſam [3] petitionem libentiſſimè ſuſcepiſſe & in omnibus confirmaſſe veſtra comperiat Magnitudo; ſed, quia à ſupraſcriptis Principibus vel à ceteris priſcis Regibus etiam & à Deum timentibus hominibus Chriſtianis ipſum Templum, vel ipſe ſanctus locus, propter amorem Dei & vitam æternam, rebus videtur eſſe ditatus, noſtra integra deuotio eſt, vt ſuperiùs intimauimus, vt Priuilegium ad ipſum ſanctum locum Abbati vel fratribus ibidem conſiſtentibus facere vel confirmare pro quiete futura deberemus, vt faciliùs ipſi Congregationi liceat pro ſtabilitate Regni noſtri ad limina vel ad ſepulchra ipſorum Martyrum ingiter exorare. Nos ergo per hanc ſeriem auctoritatis noſtræ, iuxta quod per ſupraſcriptum Priuilegium à Pontificibus factum eſt, vel anterioribus Regibus confirmatum, pro reuerentia ipſorum Martyrum confirmamus; vt ſi quid [4] ad ipſum ſanctum locum tam in villabus, mancipiis, vel in quibuſcumque rebus atque corporibus à priſcis Principibus, ſeu & à Deum timentibus hominibus propter amorem Dei fuit ibidem delegatum, aut deinceps fuerit additum, dum & ex munificentia Regum, vt diximus, ipſe ſanctus locus videtur eſſe ditatus vel conditus, vt nullus Epiſcoporum, nec præſentes, nec qui futuri erunt [5] ſucceſſores, aut eorum ordinatores, vel qualibet perſona, non poſſit aliquo ordine de loco ipſo aliquid auferre, aut aliquam poteſtatem ſibi in ipſo Monaſterio vſurpare, vel aliquid quaſi commutationis titulo abſque voluntate ipſius Abbatis, vel ipſius Congregationis, vel noſtro permiſſu, & neque calices, neque crucem, ſeu indumenta Altarium, vel ſacros codices, aut aurum, aut argentum, vel qualemcumque ſpeciem, de quo ibidem collatum fuerit, vel in anteà dondum, auferre, aut minuere, neque ad ciuitatem deferre penitus eis liceat, nec facere præſumant, ſed liceat ipſi ſanctæ Congregationi, vel ipſi ſancto loca, quod eis per rectam delegationem collatum eſt, perpetim poſſidere. Illud verò in hoc Priuilegio noſtra Serenitati [6] placuit inſerendum, vt cùm Abba de ipſa caſa Dei de hoc ſeculo nutu diuino fuerit euocatus, liceat ipſi ſanctæ Congregationi de ipſo Monaſterio ex ſemetipſis eligere, & quem bonum & condignum inuenerint, qui ipſum onus Abbatis [7] ſecundùm ordinem ſanctum poſſit regere vel gubernare, & vnanimiter conſenſerint, datâ auctoritate à nobis, vel à ſucceſſoribus noſtris, ibidem in ipſa caſa Dei inſtituatur Abba, & pro ſtabilitate Regni noſtri, vel pro cunctis Leudis noſtris, ſeu pro ſalute patriæ, Domini miſericordiam ingiter valeant exorare. Quia nos pro Dei amore, vel pro reuerentia ipſorum Sanctorum Martyrum & adipiſcenda vita æterna, hoc beneficium ad ipſum ſanctum locum, vel ad ipſum Monaſterium, per conſenſum Pontificum, Optimatum, illuſtrium virorum, noſtrorum Procerum, gratiſſimo animo & integrâ deuotione viſi fuimus præſtitiſſe vel conceſſiſſe, eo ſcilicet ordine, vt ſicut tempore anteriorum Regum ibidem in ipſa Sancta Baſilica Pſallentius per turmas fuit inſtitutus, ſicut ordo ſanctus edocet, die noctúque perenniter in ipſo ſancto loco celebretur. Quam auctoritatem, Chriſto in omnibus nobis ſuffragante, confidimus quia adiuuet*

[a] Lib. 3. c. 5.

[1] fuiſſe

[2] &

[3] Religionem

[4] quæ

[5] fuerunt

[6] Serenitatis

[7] Abbatio

illi conſentientes, & deſpicit illam deſtruere cupientes. Et vt firmiorem obtineat vigorem, & noſtris ac futuris temporibus Deo auxiliante illaſa cuſtodiatur, & per tempora conſeruetur, propriâ manu ſtuduimus adumbrare. Signum Pippini Glorioſiſſimi Regis. Data nono Kalend. Octob. anno 17. Regni noſtri. Actum in ipſo Monaſterio Sancti Dionyſij. AN. CH. 768. PIPPINI R. 17.

XXI. Huius Præcepti tres ſunt partes; prima de confirmatione Priuilegiorum Monaſterio San-Dionyſiano conceſſorum, ſecunda de Abbatum electione, tertia de ordine pſallendi. Prima & vltima Præcepto Clodouei Secundi, quod ad annum Chriſti ſexcenteſimum quinquageſimum-tertium [a] deſcripſimus, perſimiles ſunt; ſecunda, cuius nullam mentionem Clodoueus fecit, duabus aliis inſerta eſt à Pippino, qui nec inſertionem hanc diſſimulauit, *illud verò*, inquit, *in hoc Priuilegio noſtra Serenitati placuit inſerendum, vt* &c. Prima nullam difficultatem patitur, vt enim Regum Francorum Præcepta, ſic & Epiſcoporum Pariſienſium Priuilegia, quæcumque Monaſterio San-Dionyſiano conceſſa priùs fuerant, à Pippino Rege confirmata facilè credimus. Admitti quoque poteſt ſecunda, quæ verſatur in Abbatum electione, nam Pippini temporibus in pleriſque Monaſteriis Abbates ex ipſa Congregatione ſufficiebantur. De tertia non ita conuenimus, Pſalmodiam enim perennem in Monaſterio San-Dionyſiano, nec regnante Clodoueo Secundo, nec ætate Pippini Regis actam arbitramur. Res eſt fuſiùs ac diſtinctiùs examinanda.

[a] Num. 33.

XXII. Fredegarius in ſuo Chronico [b] Pſalmodiam, quam Dagobertus Primus in Monaſterio Sancti Dionyſij à ſe condito iuſſerat inſtitui, ſimillimam Agaunenſi ſic teſtatur. *Dagobertus Pſallentium ibidem*, id eſt, in Monaſterio San-Dionyſiano, *ad inſtar Monaſterij Sanctorum Agaunenſium inſtituere iuſſerat. Sed facilitas Abbatis Aigulfi noſcitur refragaſſe.* Pſalmodiam perennem in Agaunenſi Monaſterio inſtituram fuiſſe negauimus Tomo primo [c], idémque de Cœnobio San-Dionyſiano ex illo Fredegarij textu ſentiendum per anteceſſum tunc diximus, pollicitique ſumus nos hanc quæſtionem ad annum Chriſti ſexcenteſimum quinquageſimum-tertium, quo Clodoueus Secundus Præceptum pro Monaſterio Sancti Dionyſij dedit, ſtudioſiùs examinatdros. At, ad illum annum, priorem tantùm Regij Præcepti partem examinauimus, rati de poſteriore, quæ ſpectabat ad Pſalmodiam, nos commodiùs acturos ad hunc annum, quo Pippinus Præceptum Clodouei confirmauit. Clodoueus in ſuo Præcepto ſic loqnitur. *Nos enim pro Dei amore, vel reuerentia ipſorum Sanctorum Martyrum, & adipiſcenda vita æterna, hoc beneficium ad ipſum ſanctum locum, cum conſilio Pontificum, & Illuſtrium virorum noſtrorum ac Procerum, gratiſſimo animo & integrâ voluntate viſi ſumus præſtitiſſe. Eo videlicet ordine, vt ſicut tempore Domini & genitoris noſtri ibidem chorus pſallentium per turmas fuit inſtitutus, vel ſicut ad Monaſterium Sancti Mauritij Agaunis, & Sancti Martini Turonis, die noctúque tenetur, ita in loco ipſo per omnia futura tempora celebretur.* Et Pippinus in ſuo, ſic. *Quia nos pro Dei amore, vel pro reuerentia ipſorum Sanctorum Martyrum, & adipiſcenda vita æterna, hoc beneficium ad ipſum ſanctum locum, vel ad ipſum Monaſterium, per conſenſum Pontificum, Optimatum; Illuſtrium virorum, noſtrorum Procerum, gratiſſimo animo & voluntate viſi fuimus præſtitiſſe vel conceſſiſſe, eo ſcilicet ordine, vt ſicut tempore anteriorum Regum ibidem in ipſa Baſilica Pſallentius per turmas fuit inſtitutus, ſicut ordo ſanctus edocet., die noctúque perenniter in ipſo ſancto loco celebretur.* Hæ loquendi formulæ, *per turmas, die noctúque*, & *perenniter*, licèt perennem Pſalmodiam indicare videantur, nihil tamen tale ſignificant. *Chorus pſallentium* in Præcepto Clodouei, *Pſallentius* in Præcepto Pippini, *per turmas* inſtitutus dicitur, id eſt, ordo pſallendi ſic inſtitutus eſt, vt Monachi *per turmas* ſiue pet alternos choros pſallerent, modus enim pſallendi choris alternis in Occidente ra-

[b] Cap. 79.

[c] Ad an. 516, nn. 224. & ſeqq.

rus erat, vt ex variis patet Regulis, de quibus Tomo primo. Nec huic interpretationi aduerſantur iſtæ voces, *die noctúque*, per quas deſignantur horæ Canonicæ, cùm diurnæ tum nocturnæ, ad quas Monachi conueniant. Vox quoque *perenniter*, quæ legitur in Præcepto Pippini, non perennem ſiue indeſinentem nec interruptum pſallendi ordinem denotat ſed ordinem, qui *perenniter* ſeu futuris omnibus temporibus obſeruari debeat, qualiſcumque ſit. Hæc explicatio clara fit ex vtriuſque Præcepti collatione. Vult enim Clodoueus, vt ordo pſallendi, ſemel inſtitutus, *in loco ipſo per omnia futura tempora celebretur*, & Pippinus vult vt *perenniter in ipſo ſancto loco celebretur*, ſicque vox hæc *perenniter* apud Pippinum, idem ſonat ac iſtæ quatuor apud Clodoueum *per omnia futura tempora.*

XXIII. Præceptorum igitur Regiorum hic eſt ſenſus. Præcipit Clodoueus, vt, Monachorum Agaunenſium ac Sam-Martinianorum exemplo, San-Dionyſiani pſallant alternis choris, conueniant ad ſingulas horas Canonicas cùm diurnas tum nocturnas, nec ab illo officio perſoluendo futuris vnquam temporibus ceſſent. Pippinus eadem præcipit nullo allegato exemplo. Clodoueus ordinem pſallendi *per turmas*, quem commendat, tempore Dagoberti patris inſtitutum affirmat. *Sicut tempore*, inquit, *Domini & genitoris noſtri ibidem chorus pſallentium per turmas fuit inſtitutus.* Pippinus non meminit Dagoberti ſpeciatim, ſed anteceſſorum Regum collectiuè. *Sicut tempore anteriorum*, inquit, *Regum ibidem in ipſa Baſilica Pſallentius per turmas fuit inſtitutus.* Dagobertus, teſte Fredegario iam citato, pſallendi ordinem in Monaſterio San-Dionyſiano *ad inſtar Monaſterij Sanctorum Agaunenſium inſtituere iuſſerat.* In Regula Tarnatenſi ſiue Agaunenſi nullum eſt perennis Laudis indicium, imò capite nono horæ Canonicæ diurnæ cum opere quotidiano intermedio ſic perſtringuntur. *Omni tempore duabus horis in die ſpirituali meditationi vacabunt. Æſtatis verò tempore Matutinis ex more completis, & Primâ dictâ, omnes opera, quæ iubentur, aſſumant. Deinde Tertiâ celebratâ, ad expedienda, quæ ſuſcepta fuerant, reuertantur, nec collocutione quarumcumque fabularum ſecularium occupentur, niſi fortaſſe hoc proferat ſermo relatoris, quod animam ædificet audientis. A ſexta quoque hora vſque ad Nonam vacent quieti vel etiam lectioni. Poſt horam verò Nonam aut in horto, aut vt poſcit vtilitas, vſque ad horam Lucernarij omnes in vnum, ſolatium commodabunt. Hyemis verò tempore, Matutinis vel Primâ tranſactis, omnibus vſque ad Tertiam vacare conceditur lectioni. Quâ conſummatâ, gratanter quod eis iniunctum fuerit, implere feſtinent, vt iam dictum eſt, vſque ad horam Lucernarij.* Clodoueus non Agaunenſium modò Monachorum ſed etiam Sam-Martinianorum exemplo ſuam Præceptionem firmat. Aſcetas vtriuſque Monaſterij choris alternis pſallere & ad horas cùm diurnas tum nocturnas conuenire ſolitos haud inficiamur. Vt autem plerarumque Eccleſiarum diuerſa ſunt hodie Breuiaria, ſic & olim in Monaſteriis diuinum Officium, quantùm ad Pſalmorum, Antiphonarum, Lectionum diſtributionem, non eodem modo perſoluebatur. Quomodo perſolueretur apud Agaunum in Baſilica Sancti Mauritij, Regula Tarnatenſis non prodit. At Turonis in Baſilica Sancti Martini perſoluebatur iuxta ritum in Synodo Turonica [a] ſic ſtatutum, Chariberto tum Rege, & Eufronio Epiſcopo Metropolitano, ſiue anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo-ſexto. *In diebus aſtiuis * ad Matutinum ſex Antiphonæ binis Pſalmis explicentur: toto Auguſto manicationes fiant, quia feſtiuitates ſunt & Miſſæ Sanctorum; Septembri ſeptem Antiphonæ explicentur binis Pſalmis; Octobri octo, ternis Pſalmis: Nouembri nouem, ternis Pſalmis: Decembri decem, ternis Pſalmis: Ianuario & Februario itidem vſque ad Paſcha, ſed vt poſſibilitas habet, qui facit ampliùs pro ſe & qui minùs vt potuerit. Supereſt vt vel duodecim Pſalmi expediantur ad Matutinum, quia Patrum ſtatuta præceperunt, vt ad Sextam ſex Pſalmi dicantur cum Alleluia, & ad duodecimam duodecim, itémque cum*

[a] Can. 18.

* In exemplo malè *feſtu.*

Alleluia, quod etiam Angelo oſtendente didicerunt. Si ad duodecimam duodecim Pſalmi, cur ad Matutinum non itémque vel duodecim explicentur? Eundem pſallendi ordinem in Monaſterio San-Dionyſiano Dagobertus Rex agi poſteà præcepit, Aimoinus enim, qui qualis eſſet, ſtudioſiùs inueſtigauit, ita ſcribit [a]. *Ordo in Monaſterio S. Dionyſij à Dagoberto Rege agi preceptus, & à nobis, cuiuſmodi eſſet, exquiſitus, taliter ſe habere eſt repertus. In diebus namque æſtiuis ſex Antiphonæ binis Pſalmis explicabantur. Porrò toto Auguſto, propter crebras feſtiuitates, manicationes fiebant. Manicare autem manè ſurgere dicitur. In Septembri verò ſeptem Antiphonæ canebantur, diſtributis vnicuique binis Pſalmis. In Octobri octo, cum ternis Pſalmis. In Nouembri nouem, cum ternis itidem Pſalmis. In Decembri decem, cum ternis ſimiliter Pſalmis. Verùm in Ianuario ac Februario, vt poſſibilitas ſinebat. Hoc tamen obſeruantes, ne minùs à duodecim Pſalmorum quantitate ad Vigilias dicerent nocturnas. Ad Sextam tamen ſex Pſalmi cum Alleluia; ad duodecimam duodecim, ídque cum Alleluia, pſallebantur.*

Aigulfi Abbatis facilitate ſiue indulgentiâ vel remiſſiore diſciplinâ factum ait Fredegarius, vt in Monaſterio San-Dionyſiano non ampliùs obſeruaretur ordo Pſallendi, quem Dagobertus Rex, vt idem Fredegarius affirmat, *ad inſtar Monaſterij Sanctorum Agaunenſium*, vel, vt Clodoueus ipſius Dagoberti filius in ſuo Præcepto teſtatur, *ſicut ad Monaſterium Sancti Mauritij Agaunis, & Sancti Martini Turonis*, inſtituendum curauerat. *Dagobertus*, inquit Fredegarius, *Pſallentium ibidem*, id eſt, in Monaſterio San-Dionyſiano, *ad inſtar Monaſterij Sanctorum Agaunenſium inſtituere iuſſerat. Sed facilitas Abbatis Aigulfi noſcitur refragaſſe.* Viuebat Aigulfus Abbas anno Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-primo, ſiue anno Clodouei Regis decimo-quarto, vt Monachus San-Dionyſianus [b] & Aimoinus [c] docent. Clodoueus, cui prædicta remiſſio multùm diſplicebat, altero pòſt anno, ſiue anno Regni ſui decimo-ſexto, Chriſti ſexcenteſimo quinquageſimo-tertio, Præceptum emiſit, vt ordo pſallendi in Monaſterio San-Dionyſiano, ſicut tempore Dagoberti patris, obſeruaretur. Remiſſio multiplex eſſe potuit; ſeu Monachi paucioribus, quàm ſanctio poſcebat, Pſalmis erant contenti; ſeu non conueniebant ad pſallendum ſingulis horis; ſiue abſtinebant ab alterna chororum modulatione, morémque Ægyptiorum imitabantur, apud quos vnus in medium exurgebat, & Pſalmos Domino cantabat, ceteris ſedentibus, atque intentione ſui cordis in pſallentis verba defixis. Lege apud Caſſianum [d] varios pſallendi ritus, quorum pleroſque Tomo primo [e] attigimus. Quæcumque fuit Abbatis Aigulfi facilitas ſeu remiſſior diſciplina, Clodoueus Rex illam diutiùs tolerari noluit, & ordinem pſallendi, quem Dagobertus eius pater inſtituendum curauerat, agi denuò præcepit, eiuſdémque Clodouei Præceptionem Pippinus Rex hoc anno morti proximus in ipſo Sancti Dionyſij Monaſterio confirmauit. XXIV.

Monachus San-Dionyſianus, qui Regia Dagoberti Primi & Clodouei Secundi Geſta capitulis duobus ac quinquaginta complexus eſt, de Monaſterij San-Dionyſiani Pſalmodia ſermonem ter habuit. Capite triceſimo-quinto, ad annum Dagoberti Regis decimum-tertium, egit de facultatibus Sadregiſeli Ducis, earúmque medietatem pro ſtipendiis Monachorum in Cœnobio Sancti Dionyſij degentium collatam dixit à Dagoberto Rege, qui *eos turmatim ad inſtar Monaſterij Agaunenſium, ſiue Sancti Martini Turonis, pſallere inſtituit.* At ad annum Chriſti ſexcenteſimum triceſimum-quartum, quocum annus Dagoberti Regis decimus-tertius comparatur, narrationem illam de facultatibus Sadregiſeli Ducis vt commentitiam repudiauimus. Capite quadrageſimo-quarto idem Auctor ſeptuageſimum-nonum Fredegarij caput, quod ob oculos habebat, exſcripſit Monaſterij San-Martiniani mentione ex Clodouei Præcepto ſic XXV.

[a] Lib. 3. c. 81.
[b] Cap. 50.
[c] Lib. 4. c. 41.
[d] Lib. 2.
[e] Ad an. 536. n. 26.

AN. CH. 768. PIPPINI R. 17.

additâ. *Ordinem autem pſallentium ibidem*, id eſt, in Monaſterio Sancti Dionyſij, *ad inſtar Monaſterij Agaunenſium, & Sancti Martini Turonis*, Rex Dagobertus *inſtituerat, ſed facilitas Abbatis Agiulfi*, ſiue Aigulfi, *noſcitur refragaſſe.* Capite quinquageſimo-primo Monachus San-Dionyſianus ad annum Clodouei Regis decimum-ſextum, id eſt, ad annum Chriſti ſexcenteſimum quinquageſimum-tertium, diſſeruit de Conuentu Clippiacenſi déque Regio Clodouei Præcepto pro Cœnobio Sancti Dionyſij, ipſúmque Clodoueum de Pſalmodia Monaſterij San-Dionyſiani loquentem ſic introduxit. *Nos enim propter Dei amorem, & venerentiam ipſorum Sanctorum Martyrum*, Dionyſij videlicet ac ſociorum, *atque adipiſcendam vitam æternam, hoc beneficium ad ipſum ſanctum locum, cum veſtro conſilio, gratiſſimo animo & integrâ voluntate volumus præſtare, eo ſcilicet ordino, vt ſicut ibidem*, id eſt, in Cœnobio San-Dionyſiano, *tempore Domni & genitoris noſtri, pſallentium ordo per turmas fuit inſtitutus, vel ſicut in Monaſterio Sancti Maurity Agaunis, & Sancti Martini Turonis, die noctúque tenetur, ita in loco ipſo per omnia futura tempora celebretur.* Hic Auctor illo vocabulo *turmatim* capite triceſimo quinto, & iſtis *per turmas* vſus eſt capite quinquageſimo-primo, quia Clodoueus in ſuo Præcepto teſtatus eſt de Monaſterio Sancti Dionyſij, quòd ibi, tempore Dagoberti, *chorus pſallentium per turmas fuit inſtitutus.* Capite autem quadrageſimo-quarto nihil ſimile ſcripſit, quia textum Fredegarij tunc exſcribebat, apud quem chorus pſallentium in Cœnobio San-Dionyſiano nec *turmatim* nec *per turmas* ſed ſimpliciter *ad inſtar Monaſterij Sanctorum Agaunenſium* inſtitutus dicitur. Caue tamen ne inferas ex hac obſeruatione, quòd Monachum San-Dionyſianum inter ſe pugnantia locutum credamus, quia chorum pſallentium in Monaſterio Sancti Dionyſij, modò *turmatim* ſeu *per turmas*, modò *ad inſtar Monaſterij Sanctorum Agaunenſium* inſtitutum aſſeruit. Ordinem pſallendi vt in Agaunenſi Cœnobio, ſic & poſteà in San-Dionyſiano per turmas celebratum haud inficiamur, ſi per turmas non iugis ac perennis cantus, ſed alternorum chororum intelligatur Pſalmodia, Monachíque cenſeantur diuinum Officium alternis choris in vtroque Monaſterio perſoluiſſe. Monaſteria quædam notauimus vtriuſque ſexus, in quibus laus olim erat perennis, vt apud Luxouium, apud Montem Sanctum, & apud Laudunum, ſed ea Cœnobia Regulam Sancti Columbani ſectabantur, nec meminimus antiquis illis temporibus iugem atque indeſinentem Pſalmodiam in Monaſteriis inſtitutam eſſe, quæ non erant ſub diſciplina & inſtitutis Sancti Columbani; numquam autem in Cœnobiis Agaunenſi & San-Dionyſiano recepta fuit Sancti Columbani Regula. Deinde apud

a Lib. 1. Obſeruat. d. 22. Sept.

Menardum [a] in vita Sanctæ Salabergæ, chori in plurali numero per turmas diſponuntur, apud Clodoueum autem in eius Præcepto, quod Monachus San-Dionyſianus, cùm ſcriberet, ob oculos habuit, chorus pſallentium in ſingulari numero per turmas inſtituitur in Monaſterio Sancti Dionyſij, útque plures chori perennem Pſalmodiam in Cœnobio Laudunenſi à Sancta Salaberga inſtitutam declarant, ſic & vnicus Monachorum San-Dionyſianorum chorus oſtendit iugem Pſalmodiam apud eos tempore Dagoberti Regis haud inſtitutam fuiſſe. Atque hæc ſufficiant ad explicandam Monachi San-Dionyſiani opinionem, de qua nònnihil alibi [b] minùs accuratè ſcripſimus, Clodouei Secundi Pippiníque Regum Præceptis nondum examinatis; illúdque, iuxta mentem noſtram fuſiùs & enucleatiùs hîc expoſitam, corrigendum monemus.

b Tom. 1. ad an. 536. n. 246.

XXVI. Vt autem ad examen eorundem Præceptorum nihil omnino deſiderari videatur, obſerua inter vtriuſque proœmium quid interſit differentiæ. Clodoueus ſic proloquitur. *Chludonius Rex Francorum, vir illuſter. Oportet Clementiâ Principali inter ceteras petitiones illud quod pro ſalute adſcribitur, & pro timore diuini nominis poſtulatur, placabili auditu ſuſcipere, & ad effectum perducere,*

perducere, vt fiat in mercede conuictio, dum pro quiete ſernorum Dei vel congruentia, locis venerabilibus impertitur petitio. Igitur dum & Omnipotens Pater, qui dixit de tenebris lumen ſplendeſcere, per Incarnationis myſterium vnigeniti filij ſui Domini noſtri Ieſu Chriſti, vel illuſtrationem Spiritûs Sancti, illuxit in corda Sanctorum Chriſtianorum, pro cuius amore & deſiderio, inter ceteros glorioſas triumphos Martyrum, beatus Dionyſius, Ruſticus & Eleutherius, meruerunt palmam victoria, & coronam percipere glarioſam, vbi per multa tempora in eorum Baſilica, in qua requieſcere videntur, non minima miracula Chriſtus videtur per ipſos operari. In quo etiam loco genitares noſtri, Domnus Dagabertus & Domna Nantildis videntur requieſcere, vt per interceſſionem Sanctorum illorum in caleſti Regno cum omnibus mereantur participari, & vitam æternam poſſidere. Pippinus verò, ſic. *Pippinus Rex Francorum, vir illuſter.* Et nonnullis interiectis prooeminm Clodouei ſic attingit interpolátque. *Ergo oportet Clementiam Principalem inter ceteras petitiones illud quod pro ſalute adſcribitur, vel pro diuino nomine poſtulatur, placabili auditu ſuſcipere, & ad effectum perducere, vt fiat in mercedis coniunctionem, dum, pro quiete ſeruorum Dei vel congruentia, locis venerabilibus impertitur petitio. Ergo dum & Omnipotens Pater, qui dixit de tenebris lumen ſplendeſcere, per Incarnationis myſterium vnigeniti filij ſui Domini noſtri Ieſu Chriſti, vel illuſtrationem Spiritûs Sancti, illuxit in corda ſanctorum Chriſtianorum, pro cuius amore & deſiderio inter ceteros triumphas glorioſos Martyrum, beatus Dionyſius, & ſapè iam dictus Ruſticus, & Eleutherius, qui primi poſt Apoſtolos ſub ordinatione beati Clementis, beati Petri ſucceſſoris, in hanc Galliarum prouinciam aduenerunt, ibique prædicantes Baptiſmum pœnitentia in remiſſionem peccatorum, dum in hunc modum certabant, ibi meruerunt palmam Martyrij & coronas percipere glorioſas, vbi per multa tempora, & vſque nunc, in eorum Baſilica, in qua eorum corpora requieſcere videntur, non minima miracula virtutum Chriſtus pro ipſis dignatur operari, in qua etiam Domnus Dagabertus quondam Rex videtur quieſcere, vtinam & nas per interceſſionem Sanctorum ipſorum in caleſti Regno cum omnibus Sanctis mereamur participari & vitam æternam percipere.* Interpolatin in hoc præcipuè cnnſiſtit, quòd beatus Dionyſius cum Ruſtico & Eleutherio in Galliam à Clemente Papa miſſus dicitur, cúmqne Monachus San-Dionyſianus id nullatenus in Dagnberti vel Clodouei Geſtis inſinuet, inde colligimus regnante Pippino non defuiſſe, qui Sanctum Dionyſium Clementis Papæ temporibus in Gallias aduenisse contenderent, ipſúmque Mnnachum San-Dionyſianum, quem Hilduino Abbate vetuſtiorem iam demonſtranimus, aſſerimus priùs etiam ſcripſiſſe, quàm Pippinus vltimum pro Sancti Dionyſij Monaſterin Præceptum emitteret, ant fama de beati Dionyſij aduentu in Galliam adeò antiquo ſpargeretur.

XXVII. EIVS ÆTAS.

Pipinus, teſte Annaliſtâ Fuldenſi, VIII *Kalendas Octobris diem obiit, anno ætatis* LIV. Apud Anonymum, qui Geſta iuſſu Nibelungi conſcripſit regnaſſe dicitur *annis viginti-quinque*, & apud Eginhardnm è vita diſceſſiſſe fertur, *cùm per annos* XV, *aut eo ampliùs ſolus imperaret Francis*. Harum opininnum neutra placet. Prior initium Principatûs ab obitu Caroli patris reperit, ſed ab anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimoprimn, qun Carolus viuere deſiit, ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimnm ſexageſimum-octaunm, quo Pippinus vitam clauſit, numerantur anni ſeptem ac viginti. Poſterior opinin principinm Regni non ſnmit à morte Caroli, ſed vel à die qun Pippinus è Mainre-domûs Rex in Conuentu Sueſſionenſi conſtitutus eſt, vel à die quo Rex vnctus eſt cum filiis à Stephano Tertia Papa; verùm Pippinus à die, quo Rex acclamatus eſt in Conuentu Sueſſionico, regnauit annos ſexdecim, menſes ſex; annum verò decimum-quintum non expleuit à die qun coronatus eſt à Romann Pontifice. Principium Regni ducendnm à Conuentu Sneſſionenſi,

AN. CH. 768.

qui celebratus eſt anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo, menſe Martio, mórſque conſignanda octauo Kalendas Octobris, anno Chriſti ſeptingenteſimo duodeſeptuageſimo. Hæc ſatis ſupérque iam probata. Regnum igitur Pippinus annis ſexdecim menſibúſque ſex tenuit.

PIPPINI R. 17.

XXVIII. LAVDES.

Aucto per illud tempus feliciter Regno multis virtutibus inclaruit, Saxonum repreſſit audaciam, Chriſtianæ Religioni reddidit ditiones ereptas Saracenis, exhibuit ſe fortiſſimum ſacrarum Imaginum defenſorem aduerſus Copronymum Orientis Imperatorem, ſed omne laude maior enituit potiſſimùm in protegendis Romanis Pontificibus, quos iniuſta vis Græcorum ac Longobardorum diuexabat. Quapropter prædicatur à Stephano Tertio [a] *nouus Moyſes, præfulgidus Dauid, quemadmodum enim hi ab oppreſſionibus allophylorum populum Dei liberauerunt, ita quoque & ille ſuo certamine Eccleſiam Dei & eius afflictum populum ab hoſtium impugnatione eruere ſtuduit.* Vocatur paſſim, *Fortis, Victor, Excellentiſſimus, Chriſtianiſſimus, poſt Deum liberator & defenſor Eccleſiæ.* Inſignitur titulis *Excellentia, Chriſtianiſſima Excellentia, Chriſtianitatis, Excellentiſſima Chriſtianitatis.* Et à Paulo [b] Stephani Tertij fratre ac ſucceſſore decoratur titulis *Eximietatis & Chriſtianiſſimæ Eximietatis*, vocatúrque *præ cunctis Regibus Chriſtianiſſimus, Orthodoxus Regum, & Regum ſublimiſſimus*, ita ut nihil ad commendandam Chriſtiani Orthodoxíque Regis memoriam addi poſſit.

TITVLI.

[a] Epp. 6. 7. 8. 9. Cod. Carol.

[b] Epp. 12. 18. 23. 31-35. Cod. Carol.

XXIX. LIBERI.

Lazius aliíque Pippino multos liberos vtriuſque ſexûs affingunt; ſex tantùm nouimus, eóſque ex Bertrada vxore legitima ſuſceptos; tres mares, Carolum, Carolomannum, & Pippinum; fœminas totidem, Rothaidem, Adeleidem, & Giſilam. Patri tres duntaxat ſuperfuerunt, duo filij, Carolus & Carolomannus, qui ſucceſſerunt in Regnum, & Giſila filia de qua recurret ſermo. Pippinus filiorum natu minimus in pueritia extinctus eſt, extinctæ quoque in tenera ætate Rothais & Adeleis, quarum epitaphia Paulus Diaconus [c] iuſſu Caroli Regis pòſt condidit.

[c] In lib. de Epiſc. Metenſ.

XXX. CAROLVS ET CAROLOMANNVS RR.

Pippino Rege mortuo, Franciam ſub Carolo & Carolomanno fratribus bipertitam ſic exhibet Eginhardus. *Pippinus diem obiit, ſuperſtitibus liberis Karolo & Karlomanno, ad quos ſucceſſio Regni diuino nutu peruenerat. Franci ſiquidem facto ſolenniter generali Conuentu, ambos ſibi Reges conſtituunt, eâ conditione præmiſſâ, vt totum Regni corpus ex æquo partirentur; & Karolus eam partem, quam pater eorum Pippinus tenuerat, Karlomannus verò eam, cui patruus eorum Karlomannus præerat, regendi gratiâ ſuſciperet. Suſceptæ ſunt vtrinque conditiones, & pars Regni diuiſi iuxta modum ſibi propoſitum ab vtroque recepta eſt.* Ex partitione, quam Carolus Maior-domûs anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-primo [d] fecit, Carolomannus regimen Auſtriæ, Sueuiæ, ac Thuringiæ; Pippinus regimen Neuſtriæ, Burgundiæ, ac Prouinciæ, ſuſcepit, nulla tunc Boioariæ & Aquitaniæ facta mentio, quia prouinciarum illarum Duces ſeu Præfecti nimiam exoſi auctoritatem, quam Caroli ſibi ſub titulo Maioris-domûs arrogabat, ei nunquam ſe ſubdiderunt. Hæc autem partitio, cuius author Carolus Maior-domûs, cum Pippinina conuenire non poteſt, quicquid dicat Eginhardus. Carolus enim Pippini Regis filius natu maior poſt patrem Burgundiam & Prouinciam non obtinuit, in quibus dubio procul regnauit Carolomannus eius frater, nec eidem Carolomanno poſt patris obitum ceſſit Auſtria, quam Carolo paruiſſe vel ex eo conſtat, quòd ſuperſtite Carolomanno fratre Carolus in diuerſis Auſtriæ locis apud Aquiſgranum, apud Duriam, apud Leodium, apud Moguntiam, apud Ariſtalium, Paſcha & Natalem Domini celebrauit. Deinde Pippinus Karantaniam obtinuit, & Saracenos è Gothia ſeu Septimania necnon ex aliquot oppidis Hiſpaniæ ſummouit, ideóque plures quàm Carolus pater in ſua partitione prouincias complexus eſt. Explodenda

[d] Vide an. 741. nu. 23. & ſeqq.

AN. CH. 768.

PIPPINI R. 17.

igitur Eginhardi opinio, qui textu proximè recitato Franciam à Pippino Rege non aliter quàm ab eius patre Carolo Maiore-domûs diuiſam affirmat, eâque aſſertione Carolo Pippini Regis filio natu maiori ſortem patris, & Carolomanno alteri eiuſdem Pippini filio ſortem Carolomanni patrui attribuit.

XXXI.

EORVM DITIONES.

Eginhardo, qui non ſemel fallitur, ita reiecto, ſtandum ab Anonymo, qui Pippini Regis Geſta iuſſu Nibelungi Comitis conſcripſit. Apud hunc Auctorem Regnum Francorum à Pippino patre adhuc ſuperſtite inter filios ita diuiditur. Carolo natu maiori traditur *Auſtraſiorum Regnum*; Carolomanno natu minori, *Burgundia*, *Prouincia*, *Gothia*, *Alexacu* ſiue Alſatia, *& Alamannia* ſeu Sueuia; vtrique *Aquitania* nuperrimè ſubacta. Id iam notatum ſuprà. Ditiones Carolomanni per prouincias ſatis explicitè diſtinguuntur. Reliquæ, id eſt, Auſtraſia, Neuſtraſia, Thuringia, Boioaria, media pars Aquitaniæ, ſub vnius Auſtraſiæ vocabulo attribuuntur Carolo, qui proximum Paſcha, vt anno ſequenti dicemus, in Neuſtraſia celebrauit.

XXXII.

Idem Anonymus, poſtquàm de Pippini Regis morte ac ſepultura locutus eſt, lucubrationem ſuam, quâ ſæpe vſi ſumus, ſic abſoluit. *Prædicti Reges, Carolus & Carlomannus, vnuſquiſque cum Leudibus ſuis ad propriam Sedem Regni eorum venientes, inſtituto Placito, initóque conſilio cum Proceribus eorum, menſe Septembri, die Dominico,* XIV *Calendas Octobris ad Noviomem vrbem, & Carlomannus ad Saxonis* ſeu Sueſſionis *ciuitatem pariter vno die à Proceribus eorum & conſecratione Sacerdotum ſublimati ſunt in Regno.* Annus Chriſti ſeptingenteſimus ſexageſimus-octauus, quo Pippinus Rex interiit, biſextilis fuit prædităſque literis Dominicalibus C & B, illâ ante biſextum, hac poſt intercalationem biſexti, cucurrit igitur litera Dominicalis B per menſes Septembrem & Octobrem, illóque anno dies decimus-quartus ante Kalendas Octobris Dominicus fuit. Alio tamen die Dominico, Carolus & Carolomannus eleuati ſunt Reges, ille Nouiomi, hic Sueſſione, patrem enim octauo Kalendas Octobris ex hac vita ſublatum priùs in Monaſterio Sancti Dionyſij ſepelierunt, quàm Nouiomum aut Sueſſionem proficiſcerentur. Hanc Regum eleuationem meliùs Annaliſta Petauianus, cui Loiſelianus, Tilianus, Auctor Chronici San-Dionyſiani & Regino ſuffragantur, VII *Idus Octobris*, id eſt, decimo-quinto poſt Pippini mortem die, Sancti Dionyſij Martyris memoriæ ſacro, ſic conſignat. *Karolus & Karolomannus vncti fuerunt in Reges* VII *Idus Octobris*. Anonymus, in cuius textum inquirimus, annos quidem diſtinguit, quibus res geſtæ ſunt, dies verò nequaquam, & vt diem minimè notat, quo Pippinus è vita diſceſſit, ſic & diem videtur reticuiſſe, quo Carolus & Carolomannus, poſt obitum patris, vncti ſunt in Reges, & ab interpolatore inſerta licet hæc exiſtimare verba, *menſe Septembri, die Dominico*, XIV *Calendas Octobris*, quamuis in Annalibus Metenſibus repetantur.

XXXIII.

ÆTAS.

Agebat annum tunc ætatis viceſimum-ſecundum Carolus, Carolomannus duodeviceſimum. Vterque verò viuente patre vxorem duxerat gente Francam. In ſuis enim literis [a] eos poſteà ſic allocutus eſt Stephanus Quartus Papa. *Mitiſſimi & à Deo inſtituti benigniſſimi Reges, iam Dei voluntate & conſilio, coniugio legitimo ex præceptione genitoris veſtri copulati eſtis, accipientes, ſicut præclari & nobiliſſimi Reges, de eadem veſtra patria, ſcilicet ex ipſa nobiliſſima Francorum gente, pulcherrimas coniuges, & earum vos oportet amori eſſe adnexos.* Vxor Caroli vocatur Himiltrudis à Paulo Diacono in libro de Metenſibus Epiſcopis; vxor Carolomanni Gitberga in Annalibus Metenſibus. De vtraque non ſemel recurret ſermo.

[a] Ep. 45. Cod. Carol.

VXORES.

XXXIV.

Hoc anno, Conſtantino & Philippo, qui Sedem Apoſtolicam inuaſerant, eiectis, menſe Auguſto legitimè ſedere cœpit Stephanus Quartus.

AN. CH. 768.

PIPPINI R. 17.

STEPHANVS IV. PP. INITIO SVI PONTIFICATÛS NVNCIOS IN FRANCIAM DIRIGIT.

In exordio ordinationis ſuæ, quo iſdem Sanctiſſimus Præſul Pontificatûs apicem aſſumpſit, direxit in Franciæ partes ad Excellentes viros, Pipinum, Carolum, & Carolomannum, Reges Francorum, & Patricios Romanorum, Sergium Secundicerium & Nomenclatorem illo in tempore exiſtentem, deprecans atque adhortans eorum Excellentiam per ſuas Apoſtolicas literas, vt aliquantos Epiſcopos gnaros, & in omnibus diuinis Scripturis atque Sanctorum Canonum inſtitutionibus eruditos, ac peritiſſimos dirigerent, ad faciendum in hac Romana vrbe Concilium pro eadem impia noui erroris ac temeritatis præſumptione, quam antefatus Conſtantinus Apoſtolicæ Sedis inuaſor auſus eſt perpetrare. Et properante antedicto Sergio ad Francorum regiones, iam inuenit de hac luce migraſſe Chriſtianiſſimum Pipinum Regem, & cœptum gradiens iter peruenit ad eius filios Carolum & Carolomannum germanos fratres, Reges Francorum & Patricios Romanorum. Quibus Apoſtolicas tribuens literas, benignè ab eis ſuſceptus eſt, & dignam illi impendentes humanitatem, cuncta nihilominùs, pro quibus miſſus eſt, ab eorum Excellentia impetrauit, dirigentes ipſi Chriſtianiſſimi Reges duodecim Epiſcopos ex eiſdem Francorum Regionibus, nimis diuinis Scripturis & Sanctorum Canonum ca-

[a] In Steph. 4.

rimoniis doctos & probatiſſimos viros. Hæc Anaſtaſius [a]. Vbinam morarentur Carolus & Carolomannus, cùm literas acceperunt Apoſtolicas, haud ſcimus. Carolus diem Natalem Domini apud Aquiſgranum celebrauit teſtibus Annaliſtis, Loiſeliano, Laureshamenſi, Tiliano, & aliis.

XXXV.

[b] Lib. 2. c. 3.

PRIVILEGIA CONCEDIT

[c] Tom. 6.

In Antiquitatibus San-Dionyſianis [b] legitur Priuilegium à Stephano Papa conceſſum & Fulrado Abbati ſic inſcriptum. *Stephanus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Fulrado, Religloſo Presbytero, & Abbati venerabilis Monaſterij Sancti Chriſti Martyris Dionyſij, & per eum in eodem venerabili Monaſterio in perpetuum.* Idem Priuilegium in poſtrema Conciliorum [c] editione, quæ Pariſiis nuperrimè prodiit, denuò euſum eſt iuxta manuſcriptum exemplar, quod à San-Dionyſiano cùm in ipſa rei ſumma tum in ſubſcriptione differt. Vtrobique adſcribitur Stephano Tertio Papæ, cuius obitus paulò pòſt, nempe ſexto Kalendas Maias anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſeptimo contigit. Huic opinioni fauet quæ reperitur in prædictis Antiquitatibus ſubſcriptio. *Datum quarto Kalend. Martias, imperante Domno piiſſimo Auguſto Conſtantino à Deo coronato Magno Imperatore, anno decimo-octauo Imperij eius, ſed & Leone maiore Imperatore eius filio anno quarto, Indictione decimâ.* Sed ab editione Conciliorum abeſt huiuſmodi ſubſcriptio, nec Stephanus Tertius Priuilegium Folrado Abbati iam San-Dionyſiano concedere potuit *quarto Kolendas Martias, Indictione decimâ*, ſiue anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſeptimo, nam tertio Nonas Aprilis, eâdem Indictione decimâ, Pippinus Rex Præceptum, quod ſuo loco recitauimus [d], emiſit ad deprecationem Conſtramni Abbatis tum San-Dionyſiani, cui Fulradus in regimen Monaſterij poſteà ſucceſſit. Certè vel ex Priuilgiq, de quo nunc agimus, expungenda ſubſcriptio, quam Doublerus in Antiquitatibus San-Dionyſianis exhibet, vel in eodem Priuilegio mutandum Abbatis nomen. Si ſeruatur ſubſcriptio, Stephanus Tertius Priuilegij cenſendus eſt author, at Abbatis Fulradi loco reponendus eſt eius deceſſor Conſtramnus. Si deletur ſubſcriptio, retineri poteſt Abbatis Fulradi nomen, at habendus eſt author Priuilegij Stephanus Quartus. Eradendam putamus ſubſcriptionem, quia non inuenitur in manuſcriptis exemplaribus, quæ præ manibus eorum fuerunt, à quibus curata Conciliorum editio, nec à Monacho San-Dionyſiano videtur aliunde tranſcripra, quàm ex Priuilegio, quod Stephanus Tertius Fulrado Monaſterij San-Dionyſiani nondum Abbati ſed multorum in Alſatia Cœnobiorum iam fundatori atque Abbati ſic inſcripſit. *Stephanus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Fulrado, Deo amabili Presbytero & Abbati, venerabilium diuerſorum Monaſteriorum, Deo auſpice, fun-*

[d] Ad an. 757. n. 6.

AN. CH. 768. PIPPINI R. 17.

datori, & per ſeriem omnibus ſucceſſoribus eius viciſſim Abbatibus, in perpetuum. Hoc Priuilegium, cuius duplex etiam editio, vna in Antiquitatibus San-Dionyſianis [a], altera in antiquis Conciliis [b] Galliæ reperitur, examinauimus ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſeptimum, & in ipſa ſubſcriptione notas Chronologicas partim probauimus, partim correximus. Eâdem verò ſubſcriptione reſciſſâ ex Priuilegio, quod Stephanus Papa *Fulrado, Religioſo Presbytero, & Abbati venerabilis Monaſterij Sancti Chriſti Martyris Dionyſij conceſſit*, dubium non eſt, quin authos Priuilegij prædicandus ſit Stephanus Quartus, qui ſub initium ſui Pontificatûs Fulrado Abbati San-Dionyſiano Priuilegium hoc anno pro ſuo Monaſterio miſerit. Ambas iſtius Pontificij Diplomatis editiones accipe, ſimúlque confer.

[a] Lib. 2. c. 5.
[b] Tom. 2.

EPISTOLA XXXVI.

STEPHANI PP. AD FVLRADVM ABBATEM EX TOMO VI Conciliorum.

STEPHANVS *Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Fulrado Religioſo Presbytero & Abbati venerabilis Monaſterij Sancti Chriſti Martyris Dionyſij, & per eum in eodem venerabili Monaſterio in perpetuum. Cura nobis atque ſollicitudo eſt nimia, illis conferre Sacerdotalem honorem, qui per omnia religiosè caſtéque viuere ac Deo placere norunt, quatenus & hi, quibus dignitas confertur, in diem illum terribilem, cùm ante diuinum Iudicem adſtiterint, irreprehenſibiles comprobentur; & nos, ſi digni extiterint, de ſibi collati ſacri honore noxam peccatorum minimè incurramus. Itaque nimio ducti amore prædicti honorabilis Monaſterij protectoris noſtri atque fautoris Beati Chriſti Martyris Dionyſij, intus prouinciam Franciæ conſtituti, congruum proſpeximus Apoſtolicâ noſtrâ auctoritate ad honorem ſacri Altaris dignos ordinis, & teſtimonio bono comprobatos, ſex conſtituere Diaconos, qui ſtolam Dalmaticæ decoris induantur, vt ſic ſacrum peragant omni tempore miniſterium, quatenus noſtris temporibus ob decoratum ordinem Diaconatûs in præfato venerabili Monaſterio, & nobis merces adcreſcat, & à nunc pro tali beneficio in poſteris temporibus ſine dubio noſtri nominis indeſi-*

EPISTOLA

STEPHANI PP. AD FVLRADVM ABBATEM EX ANTIQVITATIBVS San-Dionyſianis.

MONAST. SAN-DIONYS.

STEPHANVS *Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Fulrado Religioſo Presbytero & Abbati venerabilis Monaſterij Sancti Chriſti Martyris Dionyſij, & per eum in eodem venerabili Monaſterio in perpetuum. Cura nobis atque ſollicitudo eſt noſtra illis conferre Sacerdotalem honorem, qui per omnia religiosè caſtéque viuere ac Deo placere norunt, quatinus & hij, quibus dignitas confertur, in diem illum terribilem, cum ante diuinum aſticerint Iudicem, inreprehenſibiles comprobentur; & nos, ſi digni extiterint, de ſibi collati ſacri honoris beneficio noxam peccatorum minimè incurramus. Itaque nimio ducti amore prædicti honorabilis Monaſterij protectoris noſtri atque fautoris Beati Chriſti Martyris Dionyſij, intus prouinciam Franciæ conſtituti; congruum proſpeximus Apoſtolicâ noſtrâ auctoritate ad honorem ſacri Altaris prædicti ſcilicet Monaſterij concedere Diaconos, qui ſolempnis diebus ſeptem, aut quini, ſeu etiam aut terni, videlicet prout ſe feſtiuitatis habebitur dies, ſtolâ Dalmaticæ decoris induantur, vt ſic ſacrum peragant omni tempore miniſterium, quatinus noſtris temporibus ob decoratum Ordinem Diaconatûs in præfato venerabili Monaſterio, & nobis merces accreſcat, &*

AN. CH. 768. PIPPINS R. 57.

nenter memoriam ad ſacras Miſſas facere non obliuiſcantur, atque etiam pro impenſo beneficio Miſſis Sancta noſtra Eccleſia euntibus & redeuntibus, in quantùm poſſibilitas erit, humanitatis ſuſceptienem in iam fato venerabili Monaſterio facere non deſiſtant, vt ex hoc & Religioſi Monachi illic degentes laudem ſibi bonam apud hanc Sanctam Sedem Apoſtolicam adquirant, & apud Omnipotentem Dominum Deum & Saluatorem Ieſum Chriſtum, & ipſum Dominum & auctorem noſtrum Beatum Principem Apoſtolorum Petrum æternam poſſideant bonitatem. Benè valete.

pro tali beneficio, immo & pro aliis beneficiis eidem Eccleſiæ à nobis propenſiùs collatis, in poſteris temporibus noſtri nominis indeſinenter memoriam ad ſacras Miſſas facere non obliuiſcantur, atque etiam pro mutua viciſſitudine Miſſis Sancta noſtra Eccleſia euntibus & redeuntibus, in quantùm poſſibilitas exigit, humanitatis ſuſceptionem in iam fato Monaſterio facere non deſinant, vt ex hoc & Religioſi Monachi illic degentes laudem ſibi bonam apud hanc Sanctam Sedem Apoſtolicam adquirant, & coram Omnipotente Domino Deo & Saluatore noſtro Iheſu Chriſto, & ipſo Domino & fautore noſtro & Beato Principe Apoſtolorum Petro æterna poſſideant bona. Benè valete. Datum quarto Kalend. Martias, imperante Domno piiſſimo Auguſto Conſtantino, à Deo coronato, Magno Imperatore, anno decimo-octauo Imperij eius, ſed & Leone maiore Imperatore eius filio anno quarto, Indictione decimâ.

XXXVII. Chatactetes hoſce Chronologicos examinauimus cum Priuilegio, quod Stephanus Tertius Fulrado diuerſorum in Alſatia Monaſteriorum fundatoti atque Abbati conceſſit, atque ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſeptimum [a], quo Priuilegium illud emiſſum eſt, ita correximus. *SV Kalendas Martias, imperante Domno piiſſimo Auguſto Conſtantino à Deo coronato, Magno Imperatere, anno* XXXVSI. *poſt eius Conſulatum anno* XVI. *Sed & Leone maiore Imperatore eius filio, anno* VI. *Indictione* X. Ob rationes autem ſuperiùs expoſitas delenda eſt hæc ſubſcriptio ex Priuilegio proximè deſctipto, quod pto Monaſterio San-Dionyſiano Stephanus Quartus emiſit, & *Fulrado, Religioſo Presbytero, & Abbati venerabilis Monaſterij Sancti Chriſti Martyris Dionyſij* iuſcripſit. E duabus editionibus, quas ſimul conferendas exhibuimus, in ſumma quoque Ptiuilegij ptæponendam alteri cenſemus eam, quam Tomus ſextus Conciliorum nouiſſimè ſuppeditauit, etſi ſuo non loco; nam Pontificium hoc Diploma uon emanauit à Stephano Tertio, qui ſexto Kalendas Maias anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſeptimo viuere deſiit, ſed à Stephano Quarto, qui menſe Auguſto, hoc ipſo anno poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimo duodeſeptuageſimo, ſedere cœpit.

[a] Num. 5.

XXXVIII. Qui poſtremam Conciliorum editionem curarunt, præter Ptiuilegium ſuprà recitatum, quo Stephanus Quartus ſex Diaconis vſum Dalmaticarum ad decus & ornamentum Monaſterij San-Dionyſiani conceſſit, aliud eiuſdem Papæ Ptiuilegium, quod in Fulradi Abbatis ornatu totum conſiſtit, ex iiſdem manuſctiptis exemplaribus euulgarunt. Pontifex in ſuis literis Fulrado nouum indumentorum genus attribuit, ídque ponit loco muneris adeò ſingularis, vt & talem ornatum ceteris interdicat, & ipſamet indumenta, quibus Fulradus ex Priuilegio vſus fuerit, cum eo poſt obitum *cohumari* velit, ne quis eandem ſibi prærogatiuam arrogare præſumat. Ipſum Priuilegium, vt editum [b] eſt, cum ſuis næuis accipe. *Stephanus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Fulrado, Religioſo Presbytero & Ab-*

ET ABB. FVLRADO.

[b] Tom. 6. Concil.

AN.CH. 768. PIPPINI R. 17.

*bati noſtro dilecto. Cura nobis atque ſollicitudo eſt ſumma, religioſa venientibus, & Chriſti amore feruentes in corde gerentibus viris Deo amabilibus dignè ad amorem ſuſcepti. ornatum Apoſtolici veſtimenti concedendum certè creditur & ad laudem Sanctæ Dei Eccleſiæ pertinet, quatenus & ſi qui ea dignè induuntur, inuitati valeant pro nobis Chriſto Deo noſtro fundere preces, accedere tuos nos inſtantes bonæ actionis mores, & maximo amore ducti Excellentiſſimi filij noſtri Pipini Regis declinantes prauidimus tuam nobis dilectam adornare religionem: vdonis ac ſubtularis calceamentum, & ſuper ſellam equitanti mappulum, quæ omnia prædicta tuo vſque tantùm à te fiet. Nos aut vllomodo poſt te facturo Presbytero redditurum. Immo magis dum obire contigerit, eadem tibi indumenta contineri * decernimus, quatenus hac potitus benedictione & honore, die noctúque pro vita & incolumitate filij noſtri Pippini Regis, & noſtra ſalute Chriſtum Dominum inceſſanter deprecetis.* Initium harum literarum ſic videtur corrigendum. *Cura nobis atque ſollicitudo eſt ſumma, religioſè viuentibus, & Chriſti amorem feruenter in corde gerentibus, viris Deo amabilibus.* At alia ſequuntur adeò deprauata, vt vix emendari queant. Pontifex autem tantam erga Fulradum beneuolentiam teſtatur, ſéque adeò ſollicitum de Pippini Regis incolumitate præbet, quia Francorum contra Longobardos eget auxilio, & Fulradum Pippino Regi dilectiſſimum, atque ob varias Legationes pro componendis Romanorum Pontificum Regúmque Longobardorum diſcordiis prudenter obitas in Longobardia vniuerſâque Italia clariſſimum nouit.

* In margine columnari

Hæc Priuilegia, Stephanus Quartus emiſit ſub initium ſui Pontificatûs, nuncio de Pippini Regis morte Romam nondum delato, Fulradus autem Abbas accepit, Carolo eiúſque fratre Carolomanno iam regnantibus. Auctoritatem horum Priuilegiorum non impugnamus. At vt è Priuilegio, quod eidem Fulrado Monaſterij San-Dionyſiani uondum Abbati Stephanus Tertius anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſeptimo conceſſit, quaſdam reſecuimus interpolationes, inficiatíque ſumus proprium olim in Monaſterio San-Dionyſiano Epiſcopum fuiſſe, ſic & noſtram debemus hoc loco tueri ſententiam aduersùs Lucam Dacherium & Ioannem Mabillonum, qui tertio Seculo Benedictino contrariam amplexi ſunt opinionem, eámque confirmare conati ſunt expoſitione potiſſimùm Miraculi, quod in crypta Sancti Dionyſij contigit Fulrado tunc Abbate, relatúmque eſt in literas ab Auctore, qui Carolo Caluo Rege floruit. XXXIX.

In priori parte Præfationis tertio Seculo Benedictino præfixæ, paragrapho tertio, vbi de Monaſteriorum Epiſcopis ſermo habetur, allegantur primò Diplomata Romanorum Pontificum, Stephani Tertij & Hadriani Primi, qui Monachis San-Dionyſianis, vt proprium haberent Epiſcopum, per ſingulare Priuilegium indulſiſſe dicuntur; deinde ex libro primo de Miraculis Sancti Dionyſij & ex Tomo quarto Spicilegij Dacheriani, duo recenſentur Epiſcopi San-Dionyſiani, Herbertus & Gothofredus. In Tomo ſecundo [a] eiuſdem tertij Seculi Benedictini fit Elogium Hiſtoricum Fulradi Abbatis San-Dionyſiani, & in ea lucubratione Priuilegium Stephani Tertij deſcribitur integrum ex Archiuo San-Dionyſiano, tum perſtringitur Diploma confirmationis editæ ab Hadriano Primo, Epiſcopíſque San-Dionyſianis præter Herbertum & Gothofredum annumeratur etiam Turnoaldus, licèt hic obierit Stephano Tertio nondum Papâ. Denique prælaudato Fulradi encomio ſubiiciuntur de Sancti Dionyſij Miraculis libri tres, in quorum primo [b] mentio fit Herberti Epiſcopi. XL.

AN MONACHI SAN-DIONYSIANI PROPRIVM HABVERINT EPISCOPVM?

a Ad an. 784. d. 26. Iul.

b Cap. 6.

Stephani Tertij Papæ Pontificium Diploma, vt à Monachis Benedictinis in Antiquitatibus San-Dionyſianis [c] & in tertio Seculo Benedictino [d] publicatum eſt, ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſeptimum [e] oſtendimus auctum interpolatione, quæ tota eſt de proprio XLI.

c Lib. 2. c. 5.

d To. 2. in S. Fulrado Abb.

e Nu. 1. & ſeqq.

AN. CH. Epiſcopo Monaſterij San-Dionyſiani, abéſtque ab editione Sirmondana [a], quam multæ rationes præferendam ſuadent. Locum illum adi, memen-
768. tóque Priuilegium Stephani nec Abbati San-Dionyſiano inſcribi, nec ad
PIPPINI R. 17. Monaſterium San-Dionyſianum ſpectare.

[a] Tom. 2. Conc. Gall. Turnoaldus, quem Scriptores Benedictini Stephano Tertio Papâ faciuntur antiquiorem, Pariſienſis Epiſcopus erat regnante Clodoueo Tertio.

XLII. Id patet ex ipſiuſmet Clodouei Præcepto de villa Buldana in pago Bellouacenſi, quod ad calcem tertij Seculi Benedictini ex autographo transcriptum reperies. Epiſcopatum Pariſienſem, vt Monachus in Monaſterio San-Dionyſiano fieret, abdicauit ſponte Turnoaldus anno Chriſti ſeptingenteſimo nono, cùm Francorum Regnum penes Childebertum Tertium prædicti Clodouei Tertij fratrem eſſet. Monachum egit ſub Abbatibus Cailedulpho & Chilardo. E Monacho factus eſt Abbas anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo-ſexto, rexitque Monaſterium Bernechario & Hugone Epiſcopatum Pariſienſem gerentibus, regnantibúſque Chilperico Tertio & Theodorico Quarto. Certè Chilpericus Tertius in ſuis quidem literis, anno Regni ſecundo, ſiue anno Chriſti ſeptingenteſimo decimo-ſeptimo datis, vbi de Turnoaldo tunc Abbate San-Dionyſiano loquitur, illum vocat Epiſcopum, at huius appellationis ratio non eſt, quòd Epiſcopus eſſet Monaſterij San-Dionyſiani, ſed quòd antequàm Monachus Abbáſue fieret, ordinatus eſſet Epiſcopus. Lege quæ Tomo ſuperiore dicta ſunt ad annos Chriſti ſeptingenteſimum nonum [b] & ſeptingenteſimum decimum-ſeptimum [c], obſeruáque Stephanum Tertium ad Infulas Pontificales eodem aſſumptum anno, quo Pippinus regnare cœpit.

[b] Nu. 5. & ſeqq.
[c] Nu. 1. 2.

XLIII. De Diplomate, quo Hadrianus Primus Priuilegium Stephani Tertij confirmaſſe dicitur, agemus Tomo ſequenti ad annum Chriſti ſeptingenteſimum octogeſimum-ſextum, vt & de Godofredo Epiſcopo ad annum octingenteſimum triceſimum-octauum, Ludouici Pij Auguſti viceſimum-quintum, quo Monachi Remenſes Monaſterij Remigiani ſocietatem cum San-Dionyſianis inierunt. Reſtat igitur, vt de Herberto Epiſcopo ſermonem hîc faciamus. Libro primo de Miraculis Sancti Dionyſij, capite ſexto hæc leguntur. *Quidam incola vici, qui beatorum Martyrum veneratione maximè inſignis habetur, poſt horam nonam Dominici diei, annonam excutere auſus eſt. Inde purgare eam cùm aggreſſus eſſet, furcillæ, quâ id ſatagebat, ſiniſtra eius manus adhæſit tam validè, vt nullus digitorum ſaltem emoueri aliquo poſſet conamine. Cerneres miſerum, opus, quod cœperat, diſſimulare auidiùs velle, idque diuinam non ſinere vltionem. Poſterà die acceſſit ad Herbertum Epiſcopum (moris quippe ei fuit Eccleſiæ aliquamdiu Epiſcopos habere) eique peccata ſua confeſſus eſt. Iubet Epiſcopus furcillam vtrimque præcidi, euocatíſque fratribus, vt pro eo Dominum precarentur, obtinet. Sic vnà cryptam beati Dionyſij ingredientes, pro eo cùm fratres deuotè orarent, Sanctorum meritis, ſparſis digitis, reſoluta manus amiſſum plenè recepit officium. Finitimis magnum id pauorem incuſſit, & vt vacare à ſimili opere Dominicis diebus deberent, diu apud multos effecit.* Herbertum Auctores Benedictini San-Dionyſianum Epiſcopum ex hac parentheſi conſtituunt, *moris quippe ei fuit Eccleſiæ aliquamdiu Epiſcopos habere.* Nam, ſi deleatur hæc parentheſis in toto textu nihil remanet, quod Herbertum Eccleſiæ San-Dionyſianæ proprium Epiſcopum fuiſſe neceſſariò probet, quia Herbertus, ſeu regionarius quondam Epiſcopus fuerit, ſeu certam determinatámque rexerit Diœceſim, ſtudio vitæ tranquillioris in Monaſterium San-Dionyſianum ſecedere potuit. Codex Victorinus, qui citatur, à nobis quoque conſultus fuit, nec viſus eſt multùm antiquus. Exiſtimamus igitur parentheſin, de qua quæſtio mouetur, notatiunculam eſſe recentioris cuiuſpiam Monachi, quæ poſita primùm in margine, poſteà in textum tranſiit. Gratis hæc à nobis dicta ne putes.

Antequàm

AN. CH. 768.
PIPPINI R. 17.

Antequàm Miraculum patraretur, cui præſens interfuit Herbertus Epiſcopus, nec legitur conceſſum Monachis San-Dionyſianis Priuilegium, vt proprium Epiſcopum in ſuo Monaſterio & locis ab eo dependentibus haberent, nec vllus nominatur Epiſcopus illius Cœnobij. Commentitia ſunt enim quæ de Stephani Tertij Diplomate déque Turnoaldo Epiſcopo tantoperè prædicant aduerſarij. Stephanus Tertius, nec Priuilegium, quod à Monachis Benedictinis allegatur, inſcripſit Abbati San-Dionyſiano, nec in eo Priuilegio quidquam ſcripſit, quod ad Monaſterium San-Dionyſianum pertineat. Et Turnoaldus, cùm Abbas eſſet Cœnobij San-Dionyſiani, vocatus eſt Epiſcopus in literis Chilperici Tertij Regis, non quòd Epiſcopus eſſet illius Monaſterij, ſed quòd Epiſcopus Pariſienſis aliàs fuiſſet, priuſquàm Monachum indueret.

XLIV.

TRANSLATIO S. GOARIS.

Ineunte Caroli Principatu, Baſilica, quam ad Rhenum, in Cella Sancti Goaris, Aſſuerus Prumienſis Abbas ante aliquot annos inchoatam perfecerat, à Lullo Archiepiſcopo Moguntiacenſi, Baſilio Epiſcopo Spirenſi, & Mehingodo Wirceburgenſi Epiſcopo dedicata eſt, in eâque collocatum, quod, poſtquàm diu latuerat, in antiqua Æde repertum eſt eiuſdem Sancti Goaris corpus. Id autem exiſtimamus exeunte hoc anno contigiſſe, quia Lullus Romæ Synodum cum aliis Epiſcopis anno ſequenti celebrauit menſe Aprili, eodémque anno Mehingodus Epiſcopatum Wirceburgenſem abdicauit. Hæc ad Chronologiam. Rei geſtæ narrationem ex Wandelberto nunc accipe cum variis ad marginem ex Heronuallano Codice lectionibus Seculo ſecundo Benedictino iam publicatis. *Perfectâ Baſilicâ, vbi iam tempus, quo Diuino Nomini eſſet conſecranda, ſucceſſit, miſſi ſunt ab Excellentiſſimo Principe Carolo Lullus*[1]*, Moguntiæ*[2] *Archiepiſcopus, vir ex Anglorum gente, moribus & vitâ laudabilis, Baſilius*[3] *Nemeti, quæ ciuitas nunc Spira vocatur, & Mehingodus vrbis, quæ trans Rhenum ſita, ſermone barbaro Wirziburg appellatur, Epiſcopi, qui omnes à beato Bonifacio*[4] *Pontifice & Martyre fuerant ordinati, vt per eos & Eccleſia conſecrari, & corpus beatiſſimi viri in eum, quo nunc ſitum eſt, locum transferri deberet. Ventum erat ad locum, & conſecratâ domo, Tranſlatio corporis parabatur, aderátque*[5] *Aſſuerus Abbas cum Monachis nonnullis, & infinitum vulgus vndecunque confluxerat. Viſum eſt Epiſcopis triduano priùs ieiunio Domini voluntatem quærendam, & ſic ad leuandas Reliquias corporis accedendum. Eo igitur ab omnibus deuotè peracto Lullus*[6] *Archiepiſcopus in antiqua Æde ſuos fodere præcepit, vti reperta*[7] *Reliquiæ venerabiles leuari tranſportaríque deberent. Sed cùm omne*[8] *ſolum eius defoſſum pertentatúmque eſſet, nec tamen eius, qui quærebatur, theſauri aliquod repertum indicium, turbatus Epiſcopus ex Abbate quærit, ſi in loco aliqui, qui Deo ſeruirent, Clerici haberentur. Cùm ille ſex eſſe tantummodò reſpondiſſet, eos ad ſe Pontifex accitos hortatur, vti pro inueniendo Patroni ſui corpore diuina miſericordiæ ſupplicarent, alios, qui aderant in ſua ad tempus ſe recipere mandans, ipſe cum Abbate & Coepiſcopis ad coenandum abſceſſit. Tum qui remanſerant Clerici ſollicitè Chriſtum rogare*[9] *cœperunt, vt vbinam veneranda Reliquiæ conditæ laterent, reperire valerent. Erat inter alios quidam, Madalbertus nomine, Clericus, manu dextrâ*[10] *greſſúque debilis. Is correpto ligone ſimpliciter, nunc inquit, ſi Deus volet, vbi*[11] *Dominus meus ſitus ſit, palàm erit. Confeſtímque extra ſpatium illius antiquæ Ædis progreſſus, & non longè ab Orientali eius parte terram ligone percutiens, laterem ictu*[12] *leuauit. Quo leuato & modico foramine patefacto, manum debilem adhibuit, & holoſericam veſtem, quâ, infra ſeptum latericio pariete ſtructum, ſarcophagus*[13] *corporis tegebatur, comprehenſam traxit, móxque manus eius antehac debilis, ſanitati eſt reſtituta. Itaque feſtinè detecto ſarcophago, & ad rem nouam ſignorum commotione Epiſcopis & populo conuocatis, omnibúſque, qui aderant, Deo laudes & gratias refe-*

[1] *Lul,*
[2] *Mogontiacë*
[3] *malè Baſinus*
[4] *Bonefacio*
[5] *aderat Aſuerus Abba*
[6] *Lul*
[7] *reperti*
[8] *omne eius ſolum*
[9] *deeſt cœperunt.*
[10] *dexterâ*
[11] *vbi meus Dominus*
[12] *ictu motum*
[13] *ſarcophagum*

AN.CH. 768. PIPPINI R. 17.

rentibus, corpus viri ſancti intra ſarcophagum in locello plumbeo repertum eſt. Quod ilicò leuatum, atque in feretro compoſitum, ex eo loco ad Oratorium beatæ Mariæ, quod ex antiquo in vicino ſitum erat, ſublatum eſt, referendum paulò pòſt, ſpectante populo, in Ædis nouæ locum ei recipiendo paratum. Viſum deinde Epiſcopis eſt, vt quoniam propter anguſtias loci (nam ex altera parte, Rheno flumine; ex altera, monte altiſſimo cingitur) vulgus omne in vnum coire non poterat, in longum circa radices montis diffunderetur, & ita Reliquiæ veneranda, propter frequentiam & deſiderium multitudinis, paulò longiùs exportata, per ſuperiorem viam, quæ circa radices montis deducitur [14], *in Eccleſiam nouam reuocarentur. Hoc probato conſilio, cùm leuare feretrum Epiſcopi voluiſſent, ita eſt prægrauatum, vt moueri omnino non poſſet. Hinc omnibus ſuſpenſis diutiſſimè & hærentibus, Archiepiſcopus Deo, vt pòſt claruit, inſpiratus, alloquitur plebem, beatum Goarem, quoad vixerit, inanem gloriam mundi, plauſúſque hominum, & fauores, vt rem fragilem & caducam, amore bonorum perennium contempſiſſe, eáque* [15] *nihilo minùs eum poſt obitum quoque contemnere; proinde oportere corpus ſimpliciter & cum humili deuotione leuatum, ab ipſa Eccleſia in nouam domum per illud, quod intererat, ſpatij reportari, neque ad vulgi fauorem, vt ſtatuerant, circumduci. Vix Pontifex verba finierat, & motum continuò feretrum tantâ facilitate leuatum eſt, ac ſi oneris aliquid habuiſſet nunquam, relataque in Ædem nouam per Epiſcopos & Abbatem Reliquiæ venerabiles, in eo, quo nunc coluntur, loco, cum* [16] *ſummo honore* [17] *& reuerentia ſunt condita. Denique pallium, quod ſuper* [18] *ſarcophagum repertum ſuprà diximus, hodiéque ſupra* [19] *altare Eccleſiæ incorruptum perſeuerat. Sic per longioris æui tempora veſtis illius* [20] *integra manet, cuius apud Deum merita ſemper indefeſſa* [21] *perdurant. Conſummatâ in omni opere ſuo Baſilicâ, & Memoriâ Sancti viri, vt oportebat, ornatâ, cœperunt Miracula ibi beneficiáque diuina ſubinde cumulari.* Narrationem ſuam hic Auctor ad tempora vſque Marcuardi Abbatis, cuius iuſſu calamo manum admouit, ſiue, vt ipſemet teſtatur, ad annum vſque Chriſti octingenteſimum triceſimum-nonum perduxit, & Miracula, quæ ſub ſingulis Abbatibus geſta ſunt, ordine ſeruato commemorauit, nonnulla ſuis locis delibabimus, ceteris, ne prolixitatem affectare videamur, omiſſis. Tres Pontifices, qui dedicationi Eccleſiæ ac Tranſlationi Sancti Goaris interfuerunt, à nobis iam laudati ſunt haud ſemel, cœperunt enim ſedere Moguntiæ Lullus anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo, Spiræ Baſilius anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-nono, Wirceburgi Mehingodus anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-primo.

14 deducit.
15 ea ipſa nihilominus eum
16 deeſt cum
17 honore ſunt & reuerentia
18 ſupra
19 ſuper
20 Sur. malè illa
21 indefeſſa

XLV. ET SANCTI OTHMARI.

Sancti Goaris Tranſlationi Tranſlationem ſubiiciemus Sancti Othmari, quam multis illuſtratam Miraculis teſtatur Walafridus. *Corpus* in Inſula, vbi quieſcebat, hoc anno poſt obitum decimo repertum eſt *ab omni corruptione illæſum, excepto quòd pars extrema pedis vnius, quêm aqua alluebat, tantùm colore mutato quaſi tabida videbatur.* Illud inde diſcipuli tranſtulerunt ad Monaſterium Sancti Galli, *& inter aram Sancti Ioannis Baptiſtæ & parietem in ſarcophago poſuerunt.*

XLVI. ALVBERTVS EP. SIGIBODVS PRESB. ET LIVDGERVS DIAC. REDEVNT VLTRAIECTVM.

Alubertus Epiſcopus, Sigobodus Preſbyter, & Liudgerus Diaconus, cùm in Anglia per annum manſiſſent, Vltraiectum ad Abbatem Gregorium redierunt, de illis enim Altfridus in ipſius Liudgeri vita ſic ſcribit. *Manſerunt illic*, id eſt, Eboraci in Anglia, *anno vno. Alchuinus enim illo in loco tunc Magiſter erat, qui poſteà temporibus Caroli Iunioris in Turonis & in Francia Magiſterium exercuit, cui ſtatim vir prudens Liudgerus ſedulò iungebatur, hauriendo ab eo ſpiritalia dogmata. Poſt anni verò circulum reuertentes, qui miſſi erant, Domino gubernante, peruenerunt ad Abbatem Gregorium, qui benignè ſuſcepit eos, gauiſus valdè in aduentu eorum, & manſit cum eo Alubertus collaborans in opere Domini.* Agemus anno ſe-

AN. CH. 768.

PIPPINI R. 17.

quenti de altera Liudgeri in Angliam profectione, vt apud Alcuinum Magiſtrum dulcedine prælibati faui ſe ſatiaret. Agemus & ſuo loco de ipſiuſmet Alcuini aduentu in Franciam, regnante tum Carolo, qui cognomen Magni promeruit, & ab Altfrido Iunior in textu præcitato dicitur, vt ab auo Carolo Martello diſtinguatur; nos inter auum & nepotem aliâ vtimur diſtinctione, auum enim Maiorem-domûs, nepotem Regem vel Imperatorem vocamus, quia Regis titulum numquam geſſit auus, Rex autem & Imperator fuit nepos.

XLVII.

Ad hæc tempora pertinent, quæ narrantur in vita Sancti Virgilij Saliſburgenſis Epiſcopi. Chetimarus ſeu Ketmarus *Dux Karantanorum petiit Sanctum Virgilium Epiſcopum viſitare populum gentis illius, eóſque in fide firmiter confortare. Quod tunc ille minimè implere valuit, ſed ſua vice miſſo Epiſcopo, nomine Modeſto, ad docendam illam plebem, & cum eo Waltonem, Reginebertum, Gozarium atque Latinum, Presbyteros ſuos, & Ekihardum Diaconum cum aliis Clericis, dans eis licentiam conſecrare Eccleſias, ordinare iuxta Canonum diffinitionem, nihilque ſibi vſurpare, quod Decretis Sanctorum Patrum contrairet. Qui venientes Karantanis, dedicauerunt ibi Eccleſiam Sanctæ Mariæ Virginis glorioſæ, & aliam in Liburnia ciuitate, & in aliis quamplurimis locis, ibíque Modeſtus Epiſcopus permanſit vſque ad finem vitæ ſuæ.* A Geographis Liburnia non pro ciuitate ſed pro regione frequentiſſiméque pro hodierna Croatia ſumitur. At Ducatus, cui præpoſitus Chetimarus, ſub *Karantanorum* nomine Sclauoniam, Carinthiam, Carniolam, Marchiam Winidorum, Stiriam & Croatiam hodiernas amplectebatur. Ideóque Modeſtum Carantanorum Epiſcopatum dicemus, nec alios eius Epiſcopatui quàm prædicto Ducatui fines aſſignabimus.

MODESTVS FIT EPISC. APVD KARANTANOS.

XLVIII.

His circiter temporibus, Hiltrudis, Guntradi Letienſis Abbatis ſoror, ne viro nuberet, *intempeſtâ nocte paucis admodum & fidis arbitris comitantibus in proximam ſyluam confugit, ibíque ſibi latibulum collocauit*, nec priùs ad parentes rediit, quàm eidem proco nupſerit ſoror Berta, reuerſa tamen eſt ad paternam domum eâdem ſorore nondum inde egreſſâ, lapſiſque non multis diebus ab Epiſcopo Cameracenſi ſacrum capitis velamen accepit. Hæc habes in eius vita [a], quam ſcripſit Monachus Valciodorenſis multò recentior, ideóque dubiæ vel nullius in pleriſque fidei. Duæ res hîc occurrunt examinandæ. Apud illum Auctorem procus, qui nuptias Hiltrudis ambit, *Burgundionum Princeps* dicitur, & Epiſcopus Cameracenſis, qui ſacrum Hiltrudi velamen imponit, *Theodoricus* appellatur. *Huic*, inquit, *quidam Burgundionum Princeps, Hugo nomine, quærebat nubere.* Et infrà. *Venerabili Theodorico Cameracenſi Epiſcopo præſentatur, cui etiam qualis ſit Virginis deuotio, quæue petitio intimatur. Epiſcopus, vt erat vir virtutis, de animarum in Domino profectibus gaudens, gratias Deo agit, Virginis deuotionem approbat, ad perfectionis ſtudium per ſanctæ ædificationis verba exhortatur, & , vt propoſitum in finem ſeruet, Dominum orat. Poſtremò infra Miſſarum celebrationem ſponſam ſuam Chriſto, immò per eum Chriſtus ſibi conſecrat, & ſacrum ei velamen imponit.* Textus, in quo ſermo fit de proco, facilem pati poteſt interpretationem, ſi Hugo, non ſtrictè *Burgundionum Princeps*, ſed vnus ex Optimatibus Burgundiæ cenſeatur. At næuus eſt in Epiſcopi nomine, quod certè cum reliquo contextu non benè cohæret, Hiltrudis enim aut ſeriùs vixit, aut ab alio velata fuit, quàm à Theodorico, qui ſeculo nono Præſulatum geſſit. Suſpicari licet omiſſum ab Auctore nomen Epiſcopi, nam priùs, cùm de Tungrenſi ſeu Leodienſi Epiſcopo déque Cameracenſi Pontifice ſermonem haberet, vtriuſque nomen reticuit. *Tungrenſem*, inquit, *Pontificem adeunt*, &c. *Denunciant rem Cameracenſi Antiſtiti*, &c. Theodorici nomen additum videtur à recentiore, cui Theodoricus ob Sanctitatis famam præ ceteris Cameracenſibus Epiſcopis placuit. At Theodorici loco reſtituendus

[a] Tom. 2. Sec. 3. Benedict. a. circ. 790.

HILTRVDIS VELATVR AB EP. CAMERACENSI.

AN. CH. 768. PIPPINI R. 17.

eſt Albericus, qui regnante Pippino Pontificatum ſuſcepit, vitámque clauſit regnante Carolo. Certè mens Auctoris in toto apparet contextu, vt Hiltrudis, quæ poſt impoſitum ab Epiſcopo velamen ſeptemdecim duntaxat annis vixit, prædictis Pippino & Carolo Regibus ſynchrona cenſeatur.

XLIX.

[a] In 4. Epiſc. Leod.

MORTVO EP. FOLERICO AGILFRIDVS FIT EP. LEODIENS.

Hoc anno Agilfridus Epiſcopus teſte Placentio [a] ſedere cœpit in Cathedra Leodienſi. Folerico, qui Placito Attiniacenſi ante triennium interfuit, in Epiſcopatum ſucceſſit. *Primus*, inquit Ægidius, *vitam Sancti Lamberti per quendam Clericum ſuum, Godeſchalcum nomine, ſcribi fecit*, ratus ſcilicet inglorium atque indecorum eſſe, ſi tam neceſſarium ac vtile exemplar intercideret. Godeſcbalco tamen, quem Renerus antiquior Ægidio primum quoque Scriptorem vitæ Sancti Lamberti dicit, rudiore ſtylo præiuit Anonymus, cui Theodoenus vnus è duobus pueris, qui apud Stabulerum in obſequio Lamberti tunc exulis remanſerunt, *multùm de vita & operibus eius* narrauit. Hunc Auctorem, cuius varia fragmenta publicauit Andreas Duchesnius [b], prolixiore atque ornatiore ſtylo elegantiùs expoliuit Godeſchalcus Leodienſis Eccleſiæ Diaconus. Si cupis ſcire vetuſtorum Auctorum nomina, qui magno ſtudio in exaranda Sancti Lamberti vita verſati ſunt, lege quæ Tomo ſuperiore ſcripta ſunt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum octauum [c], quo Martyrium conſummauit.

[b] Tom. 1. Collect. hiſt. Franc.

[c] Nu. 9. & ſeqq.

L.

VRSICINVS FIT EP. CVRIENSIS.

Vigilius Curienſis Epiſcopus, cuius breuem in Pontificali Cathedra vitam fuiſſe conſentiunt omnes, hoc quoque anno viuere deſiit. Succeſſit in Epiſcopatum Vrſicinus Abbas anteà Diſertinenſis. Hic Cœnobium inuitus reliquit, eiúſque loci Monachis plurimùm ſemper inuigilauit. Atque inde mouetur quæſtio, vtrùm Adelbero, qui poſt Vrſicinum in Abbatum Diſertinenſium Catalogis proximus recenſetur, vicariam ad illius obitum poteſtatem apud Aſcetas Diſertinenſes habuerit, an Abbatis titulo præfuerit. Nobis poſterior opinio magis placet. Vigilius autem in altiore loco conſtitutus adeò emicuit, vt illuſtribus eius meritis & ſanctiſſimo vitæ exemplo, vſque hodie & Sedes Curienſis & tota Rhætia glorientur. Lege Bucelinum [d] in Chronologia Rhætiæ ſacra & prophana.

ADELBERO ABB. DISERTINÆ

[d] Ad ann. 764. 766.

LI.

ANGELRAMNVS EP. METENSIS.

Hoc anno, menſe Septembri, cùm Metenſis Epiſcopatus ob obitum Sancti Chrodegangi vacaſſet *annos* II, *& menſ.* VI. *& dies* XIX, factus eſt Epiſcopus Angelramnus, vt habet Epiſcoporum Metenſium Catalogus *ex Codice Sancti Symphoriani Metenſis* à Marco Antonio *Dominicy* publicatus in Anſberti familia redimita. Fuit etiam Angelramnus Abbas Senonienſis, & Stephano, de quo locuti ſumus, proximè ſucceſſit. Ab eius ætate plurimùm diſtabat, qui Chonicon Senonienſe conſcripſit Richerius, vitam enim poſt annum Chriſti milleſimum ducenteſimum quinquageſimum clauſit. Opus ſuum in quinque diſtinxit libros, & capite primo libri ſecundi, quod de Sancti Gundelberti ſucceſſuribus inſcribitur, eundem Angelramnum ſic commendauit. *Erat vir ille Imperatori tunc temporis ita carus, vt ipſum ſuum Cancellarium efficeret. Cúmque tali, in aula Imperatoris, fungeretur officio, contigit Archiepiſcopum Metenſem mori, quæ ciuitas tunc Mediomatrica dicebatur, quia in media aliarum trium ciuitatum, Treuerenſis, Tullenſis, Verdunenſis, poſita erat, in media Mater dicta erat, præſertim quia tunc Archiepiſcopatûs pollebat honore. Quomodo ad ipſam dignitas illa delata fuerit vel ablata, non reperi. Cúmque id ad aures perueniſſet Imperatoris, ſtatim ſuum cariſſimum Cancellarium Angelramnum illi honori donari decreuit, qui aliquanto ſuperueniens tempore feliciter ſibi commiſſum gregem rexit & locum. Igitur Angelramno ita ſublimato, contigit Stephanum huius loci Imperialis Abbatem ab hac luce migrare. Quod cùm Archiepiſcopus Angelramnus comperiſſet, ſtatim ad ſuum cucurrit Imperatorem, &, vt ſuæ hanc Abbatiam ſubderet ditioni, poſtu-*

lauit. Hic enim locus ab initio ſui ab Imperia dependebat. Imperator verò AN. CH.
ipſum nolens moleſtare, eius petitioni aſſenſum præbuit, & Monaſterium ip- 768.
ſum cum appendiciis Metenſi Epiſcopo, eo iure qua & Imperatores à primo PIPPINI
tenuerant, perpetualiter conceſſit. Vnde iſte noſter locus Epiſcopis Metenſi- R. 17.
*bus huc vſque ſubiectus eſſe dignoſcitur. Enimuerò, quia hic locus, vt di-
ximus, ſuo erat viduatus Rectore, idem Archiepiſcopus Angelramnus &
Epiſcopatum & Abbatiam Senonienſem aliquanta gubernauit tempora. Et ita,
Monaſterium, quod priùs Imperiale extiterat, extunc manu Epiſcopi Me-
tenſis degere compellitur. Monachi verò quia à tanto honore, immò melius
dicendum onere, ſe deſcendiſſe videbant, grauiſſimè tulerunt. Nan enim
conſiderabant, quòd ſicut & alia circumiacentes Eccleſia appreſſione Imperiali
ſæpius terebantur & deficiebant, tum pro armatorum cunea in expeditione
mittendo, tum quia ab inimicis Imperij crudeliter vexabantur, & nau erat
qui adiuuaret, quia & Imperator multotiens aberat, & Eccleſia ab inimicis
erui non poterant. Vano igitur dolore conſumebantur. Certè ſi ab illis tem-
poribus iſta omnia Monaſteria in hac parte Vaſogi ſita adhuc Imperij eſſent,
iam lapis ſuper lapidem non remanſiſſet, quia ſub aliis aduerſariorum impe-
riis paſſim ſunt conſtituta. Præſertim cum, ſi qua ab inimicis tolerarent,
Imperatorem non leuiter adire poterant, nec per ſe illa poterant emendare,
quod Epiſcopus vno vel duobus diebus inueniens corrigere poteſt. Eo ita, vt
opinor, vana conſumebantur dolore.*

Textus hic penè totus eſt fabuloſus. Angelramnos officio Cancellarij LII.
nunquam functus eſt. Lege apud Phillppum Labbeum Indicem Cancel-
lariorum, elogio Hiſtorico Caroli Magni ſubiectum. Angelramnus *Cæ-
nobialis vitæ alumnus* prædicatur in antiquis monumentis, quæ citantur
à Meuriſſio. Factus eſt igitur è Monacho Metenſis Epiſcopus. Illuſtri
loco natus creditur, *vir præpotens & nobilis* celebratur in Chronico Se-
nonienſi. Rationem aliam ne quæras, cur non Epiſcopus tantùm ſed
etiam Archiepiſcopus Metenſis appelletur. Præſulibus Metenſibus clariſ-
ſimi generis id honoris non ſemel tributum. Præter Vrbicium, qui Me-
tis ſub Francorum poteſtatem nondom redactis Pontificatum geſſit, tres
commemorantur Archiepiſcopi Treuirenſes, Chrodegandus, Angelram-
nus, & Drogo, vt ex contentione patet inter Bertolfum Metropolitam
Treuirenſem & Walonem Metenſem Epiſcopum motâ, de qua ſuo loco.
Interim conſule Meuriſſium in Vrbicio, & Browerum in Bertolfo. Du-
plex Archiepiſcoporum genus diſtingui debet. Alij fuerunt Archiepiſco-
pi, qui ius exercebant Metropoliticum in Epiſcopos ſuæ prouinciæ, tales
extiterunt Treuirenſes Metropolitæ, quibus Epiſcopi ſubiacebant Tul-
lenſes, Metenſes, ac Virodunenſes. Alij nomine tenus fuerunt Archie-
piſcopi, quibus vſus Pallij conceſſus abſque vllo in comprouinciales Epi-
ſcopos iure, tales erant Metenſes Archiepiſcopi, Chrodegandus, Angel-
ramnus, & Drogo. De Chrodegando actum ſuprà. Angelramnus, de
quo nobis nunc agendum, Epiſcopus & Archiepiſcopus in veteribus mo-
numentis promiſcuè vocatur. Cùm regimen Metenſis Eccleſiæ ſuſcepit,
imperabat quidem in Oriente Conſtantinus, at in Occidente nullus
erat Imperator, auditum enim non eſt Occidentalis Imperatoris nomen
ab anno Chriſti quadringenteſimo ſeptuageſimo-ſexto, quo Rex Erulo-
rum Odoacer in Italia ſummam rerum obtinuit, ad annum vſque Chriſti
octingenteſimum, quo Romæ Carolus Francorum Rex in Auguſtum &
Imperatorem fuit acclamatus. Tria igitur Richerius perperam ſcripſit de
Angelramno; quòd in Imperatoris aula verſaretur, cùm Metenſis Eccle-
ſia ſuum amiſit Pontificem; quòd ſtatim ad eundem cucurrerit Impera-
torem, vbi reſciuit Stephanum Monaſterij Senonienſis Abbatem ex hac
vita migraſſe; quódque illam Abbatiam, quæ priùs Imperialis erat, di-
tioni ſuæ ſubdiderit, Imperatore aſſenſum præbente, Monachis autem

AN. CH. 768.
PIPPINS R. 17.

ægrè ferentibus huiuſcemodi mutationem, quam ſibi putabant dedecori fore. Quæ de Imperatoria poteſtate déque Monachorum querelis ab eodem Auctore narrantur, ætatem ſapiunt Angelramno longè recentiorem, nec aliâ indigent refutatione. Quapropter ceteris è textu ſuprà citato reiectis, hæc tantùm arbitrare vera. Angelramnus, quem vetera monumenta Monachum priùs conſtituunt, factus eſt Epiſcopus Metenſis, poſteáque, cùm Stephanus Senonienſis Abbas obiiſſet, factus eſt etiam Abbas Senonienſis in Diœceſi Tullenſi, ſimúlque *& Epiſcopatum* Metenſem *& Abbatiam Senonienſem aliquanto gubernauit tempore.* Meuriſſius initio Præfationis, quam Hiſtoriæ Metenſium Pontificum præfixit, ex antiquis Auctoribus multa collegit de Mediomatricum & Mettarum ſeu Metarum etymo, quæ Chronographi Senonienſis opinionem ad fabulas amandant.

FIT ETIAM ABBAS SENONIENSIS.

LIII. In auctiore Gallia Chriſtiana proximus Wilicarij Sedunenſis Epiſcopi ſucceſſor ita commendatur. *Aloborgus anno 768. & 774. ex Chartulariis Valleſia.* Eiuſdem Aloborgi ſiue Alubergi mentionem quoque facit Franciſcus Auguſtinus ab Eccleſia in Pedemontanæ Regionis Hiſtoria Chronologica [a]. In Agaunenſium autem Abbatum Catalogo, quem auctior Gallia Chriſtiana exhibet, poſt Wilicarium, qui ſimul & Sedunenſis Epiſcopus & Abbas Agaunenſis fuit, Præfecturam Monaſterij gerit Benedictus. Non ita diſtinctè repræſentantur per illa tempora Metropolitæ Darantaſienſes, in vulgatis enim Catalogis poſt Bonimundum ſeu Roſimundum ſequuntur ſolis noti nominibus, Errufino ſiue Ermino, Poſſeſſor, alíique, de quibus prælaudatum Franciſcum Auguſtinum ab Eccleſia conſule [b].

ALOBORGVS EP. SEDVNENSIS.
[a] Cap. 44.
BENEDICTVS ABBAS AGAVNENSIS.
EPISCOPI DARANTASIENSES.
[b] Cap. 42.

LIV. Adalricus, cùm per annos ſex ac viginti Monaſterio Vedaſtino præfuiſſet, vitam finiuit. Annos illos ſex ac viginti Locrius ab anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo ſeptimo ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum-tertium, nos ab anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſecundo ad annum Chriſti ſeptingenteſimum duodeſeptuageſimum numeramus, Chronici Fontanellenſis, quod ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quadrageſimum-ſecundum allegauimus, auctoritate freti. Succeſſit in administrationem Cœnobij Sigibertus, de cuius annis Tomo ſequenti diſputabimus.

ABBATES VEDASTINI.

LV. Iuuente Carolomanni Principatu, Tilpinus Archiepiſcopus Remenſis ab eo Præceptum Immunitatis impetrauit. Qua de re Flodoardus in Geſtis eiuſdem Tilpini ſic ſcribit [c]. *Immunitatis Præceptum à Carlomanno Rege, filio Pippini, primo mox Regni eiuſdem anno Eccleſia Remenſi obtinuit, ad exemplar immunitatum, quas ipſius prædeceſſores Reges huic contulerant Eccleſia, quarum curauit ei quoque oſtendere monimenta, vt nullus ſcilicet Iudex publicus in eius Eccleſia terras auderet ingredi ad manſiones parandum, vel qualibet iudicia facere, aut penitus xenia inibi requirere, ſed quæcumque anteceſſores eius eidem conceſſerant Eccleſia, perpetualiter habere valeat indulta.*

REGIA PRÆCEPTA PRO ECCLES. REMENSI.
[c] Lib. 2. c. 17.

LVI. Apud eundem Auctorem ſequitur aliorum Præceptorum mentio, quæ quoniam deſtituuntur Characteribus Chronologicis, breuiter à nobis hîc perſtringentur. *Poſteà quoque* Tilpinus *aliam eiuſdem Regis* Carolomanni *de omnium teloneorum remiſſione impetrauit Præceptionem. Item aliam de ponte Baiſanenſi. Item de Chartis concrematis, quarum tunc temporis per negligentiam acciderat exuſtio, vt res & facultates Eccleſia, quas eo tempore poſſidebat, ita permanerent abſque diminutione confirmata ipſi Eccleſia per Regiam eius authoritatem. Item de militibus, qui in villa Iuniniaco reſidentes erant ſuper terram Sanctæ Mariæ & Sancti Remigij, conceſſâ, remiſsâque ipſis omni, quam debebant, exactione militia. Item aliud de his, qui in Cruciniaco, Curba-villa, vel in omni pago Tardonenſi infra terram Remenſis Eccleſia reſidebant.* Sequitur & Præceptum de Nouilliaco, ſed ea de villa commodiùs agemus ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum-primum, quo Carolomannus Rex obiit.

ANNVS CHRISTI 769.
CAROLI R. I.
CAROLOMANNI R. I.

CAROLI CAROLOMANNI RR. I.

I.

CAROLVS PASCHA CELEBRAT ROTOMAGI.

ANNO Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-nono Paſcha celebratum eſt quarto Nonas Aprilis. Erat tum Carolus Rex *in Rodomo ciuitate*, vt Annaliſtæ, Loiſelianus, Tilianus, & Bertinianus teſtantur, id eſt, *in Rotomago ciuitate*, vt habet Laureshamenſis. Atque inde obiter nota Neuſtraſiam, vbi Rotomagus, in poteſtate Caroli fuiſſe.

II.

AD SYNODVM ROMANAM EPISC. XII. MITTVNTVR E FRANCIA.

Eodem *menſe Aprilis*, *Indictione ſeptimâ*, Romæ habita Synodus, de qua conſule Anaſtaſium [a]. Huic interfuerunt Concilio duodecim Epiſcopi, è Francia directi, quorum nomina in exemplaribus eiuſdem Anaſtaſij exciderunt, & à Iacobo Sirmondo [b] è Schedis Panuinianis ita ſupplentur. *Wilicarius Senonenſis, Lullus Moguntinus, Gauienus Turonenſis, Addo Lugdunenſis, Herminardus Bituricenſis, Daniel Narbonenſis, Tilpinus Remenſis, Herulfus Lingonenſis. Item Herembertus, Babulfus, Giſelbertus, & Ioſeph.*

[a] In Steph. 4.
[b] Tom. 2. Conc. Gall.

III.

De Metropolitanis, Wilicario Senonenſi, Lullo Moguntino, Herminardo Bituricenſi, Daniele Narbonenſi, & Tilpino Remenſi; deque Epiſcopis, Herulfo Lingonenſi & Ioſepho Auenionenſi iam locuti ſumus. Gauienus Turonenſem Diœceſim rexit poſt Euſebium, qui Placito Attiniacenſi interfuit, atque ex illo Placito, quod anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-quinto habitum eſt, vulgatos Turonenſium Archiepiſcoporum Indices emenda, qui Gaulenum Euſebio præponunt. In Archiepiſcopatum Lugdunenſem Madalberto, qui Pippino iam Rege ſedere cœpit, ſucceſſit Addo. Sedes ignorantur, Heremberti, Babulfi, & Giſelberti. De Wilicario ſeu Viricario Senonenſium Archiepiſcopo non eſt omittendum hîc ex Tauello, quòd Româ rediens *ab Agaunenſi in Allobrogibus Cœnobio*, *Victoris Martyris vnius ex Thebaa Legione ſub Duce Mauricio pro Chriſto caſa*, *oſſa detulit in Senonenſem Eccleſiam*, *in qua & hodie religioſè coluntur*. De Daniele quoque Narbonenſi Metropolita non videtur prætermittendum, quòd Ciuitatis Narbonenſis medietatem dono ſibi datam à Pippino Rege primus ex Archiepiſcopis Narbonenſibus obtinuit, ſucceſſoribuſque poſſidendam reliquit. Id liquet ex Diplomate Caroli Calui Regis & ex Bulla Stephani Septimi Papæ ſimul collatis. Carolus enim Pippini proaui ſui Donationem ſic confirmat. *Concedimus enim eidem Eccleſia* Narbonenſi, *ſicuti hactenus à prædeceſſoribus noſtris*, *Pipino videlicet Rege*, *& deinceps conceſſum eſt illi*, *medietatem totius Ciuitatis cum Turribus*, *& adiacentiis earum intrinſecus*, *& extrinſecus cum omni integritate*, *& de quocumque commercio*, *ex quo telloneus exigitur*, *vel portaticus*, *ac de nauibus circa littora maris diſcurrentibus*, *necnon ſalinis*, *quicquid & Comes Ciuitatis ipſius exigit pro opportunitate eiuſdem Eccleſia in omnibus medietatem*. Et Stephanus, in literis ad Arnuſtum Archiepiſcopum Narbonenſem, ſic ipſius Danielis meminit. *Hac omnia ita iure firmiſſimo à te poſſideri ac dominari volumus*, *ceu olim poſſeſſum eſt à ſanctæ memoriæ deceſſore tuo Daniele Epiſcopo*, *ceu & Reuerendo Sigebodo eiuſdem primæ Sedis Narbonenſis Præſule*. De Daniele plura ſcribemus Tomo ſequenti, interim ſi Chartas cupis conſulere, quas proximè citauimus, adi probationes, quas Beſſus Hiſtoriæ Ducum Narbonenſium ſubiecit.

RELIQVIÆ AGAVNO SENONAS TRANSLATÆ.

MEDIETAS CIVITATIS NARBONENSIS DATA ARCHIEP. NARBON.

AN. CH. 769.

CAROLI CAROLOMANNI RR. I.

VI.

DECRETVM DE CVLTV SACRARVM IMAGINVM.

E Synodi Romanæ Decretis vnum duntaxat hîc deſcribemus, quod eſt de cultu ſacrarum Imaginum à Francis aduerſùs Græcos apud Gentiliacum iam propugnato, & ab Anaſtaſio ſic refertur in vita Stephani Quarti Papæ. *Sanctorum Patrum teſtimonia de ſacris Imaginibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, Sanctæque & glorioſæ eius Genitricis ſemper Virginis Mariæ Dominæ noſtræ, & beatorum Apoſtolorum, omniùmque Sanctorum, ac Prophetarum, & Martyrum, ſeu Confeſſorum, in eodem allata ſunt Concilio, & ſubtiliùs multa perindagantes ſtatuerunt magno honoris affectu ab omnibus Chriſtianis ipſas ſacras venerari Imagines, ſicuti ab omnibus prædeceſſoribus, huius Apoſtolicæ Sedis Pontificibus, & cunctis venerabilibus Patribus, vſque hactenus de eorum honore obſeruatum effectum, & cunctis ad memoriam piæ cumpunctionis eſt traditum, confundentes atque anathematizantes execrabilem illam Synodum, quæ in Græciæ partibus nuper facta eſt, pro diſperdendis * ipſis ſacris Imaginibus.* Ante annos quindecim Conſtantinopoli conciliabulum iuſſu Conſtantini Imperatoris ab Epiſcopis duodequadraginta ſupra trecentos celebratum fuerat aduersùs cultum ſacrarum Imaginum in Baſilica beatæ Virginis ad Blachernas, in qua Chriſti omniúmque Sanctorum Imagines idola nominarat, interceſſiones negarat, & à Deo honoratas Reliquias igni tradiderat.

* deponendis

V.

DESIDERII R. LONGOBARD. NEFARIÆ MOLITIONES AC FRAVDES.

Deſiderius Longobardorum Rex, poſtquàm ſpe conatúque ſuo ſe depulſum ſenſit operâ Chriſtophori & Sergij, qui, Conſtantino pſeudopontifice exauthorato, de Stephani Pontificis amicitiâ cum Regibus Francorum arctiſſimè nectendâ fouendâque ſtudioſiſſimè laborabant, eos ſibi conſtituit de medio remouendos, ne conſiliis cœptíſque ſuis in futurum aduerſari poſſent. Totum hoc negotium fusè ſic Anaſtaſius [a] deſcribit. *Iſdem beatiſſimus Pontifex ſuos Miſſos atque literas admonitorias dirigere ſtudebat antedicto Excellentiſſimo Carolo Regi Francorum & eius germano Carolomanno item Regi, imminentibus atque decertantibus in hoc ſæpiùs nominatis Chriſtophoro Primicerio & Sergio Secundicerio pro exigendis à Deſiderio Rege Longobardorum iuſtitiis beati Petri, quas obdurato corde reddere Sanctæ Dei Eccleſiæ nolebat. Vnde nimiâ furoris indignatione contra prænominatos Chriſtophorum & Sergium exardeſcens ipſe Deſiderius nitebatur eos extinguere ac delere. Pro quo ſuo ingenio maligno ſimulauit ſe, quaſi orationis causâ, ad beatum Petrum huc Romam properaturum, vt eos capere potuiſſet. Dirigens ergo clàm munera Paulo Cubiculario cognomento Afiarta, & aliis eius impiis ſequacibus, ſuaſit eis, vt in Apoſtolicam indignationem eos deberent inducere. Eíque iſdem Paulus conſentiens de eorum perditione abſconsè decertabat. Dúmque hoc agnouiſſent prænominati Chriſtophorus & Sergius, & eundem proteruum Deſiderium Regem Romam properaturum agnouiſſent, illicò aggregântes multitudinem populi Tuſciæ, & Campaniæ, ſeu Ducatûs Peruſini, viriliter cum eadem populi congregatione eidem Deſiderio Regi parauerunt ſe ad reſiſtendum. Quin etiam portas huius Romanæ vrbis claudentes, aliam ex eis fabricauerunt, & ita armati omnes exiſtebant ad defenſionem propriæ ciuitatis. Et dum hæc agerentur, ſubitò coniunxit ad beatum Petrum antedictus Deſiderius Rex cum ſuo Longobardorum exercitu, & continuò direxit ſuos Miſſos præfato Pontifici deprecans, vt ad eum egredi deberet; quod & factum eſt. Dum verò cum eo præſentatus fuiſſet, paritérque pro iuſtitiis beati Petri loquerentur, rurſum ipſe beatiſſimus Pontifex reuerſus ingreſſus eſt in ciuitatem. Præfatus ſiquidem Paulus, & eius nefandiſſimi ſequaces inito cum prædicto Longobardorum Rege conſilio nitebantur populum Romanum contra eos ſeducere ad inſurgendum contra prædictos Chriſtophorum & Sergium, vt eos interficerent. Et dum hoc eis nunciatum fuiſſet, aggregantes populum, aſcenderunt armati in Lateranis ad capiendum ſuos inſidiatores. Nunciatíque more ſolito, impetum faciens vniuerſa multitudo populi, qui cum eis aduenerat, ingreſſi ſunt*

[a] In Steph. 4.

cum

cum armis in Baſilicam Domni Theodori Papæ, vbi ipſe prænominatus ſedebat Pontifex. Quos & fortiter increpauit, cur præſumpſiſſent armati in idem ſanctum Patriarchium ingredi, pariterque loquentes, recedere eos iuſſit. Aliâ die denuò egreſſus eſt ſæpedictus Pontifex ad beatum Petrum cum eodem Rege loquendum, & dum ſimul præſentati fuiſſent, prætermittens ipſe Deſiderius cauſas de iuſtitiis beati Petri, tantummodo pro deceptione prædictorum Chriſtophori & Sergij inſiſtebat. Vnde claudens vniuerſas ianuas beati Petri, neminem Romanorum, qui cum ipſo Sanctiſſimo Pontifice exierant, ex eadem Eccleſia egredi permiſit. Tunc direxit ipſe almificus Pontifex Andream Epiſcopum Præneſtinum & Iordanem Epiſcopum Signienſem ad portam ciuitatis, qua egreditur ad beatum Petrum, vbi prænominati viri Chriſtophorus & Sergius cum multitudine populi reſidebant, proteſtando eos, vt aut in Monaſterio ingrederentur ad ſaluandum ſuas animas, aut ad beatum Petrum ad eum ſtuderent properandum. Ipſi verò metuentes prædicti Regis Longobardorum malignam ſæuitiam, ad eum egredi minimè auſi ſunt; aſſerentes ſe priùs in manibus Romanorum ſuorum fratrum & conciuium eſſe tradituros, quàm exteræ gentis. Dum ergo populus, qui cum eis erant, audirent eadem à prædicto Pontifice directa ex ore prædictorum Epiſcoporum, illicò conturbati illorum confracta ſunt corda, & cœpit vnuſquiſque ab eis recedere. Nam Gratioſus quidam Dux cognatus iam fati Sergij ſimulans ſe ad propriam pergere domum, congregans aliquantos Romanorum, profecti ſunt pariter ad portam Portuenſem, quam clauſam reperientes, à cardine ipſam portam auferre auſi ſunt, & ita per noctem ad prænominatum egreſſi ſunt Pontificem. Chriſtophorus & Sergius conſpicientes ſe in magno deceptu eſſe poſitos, priùs quidem Sergius eadem nocte, quâ horâ campana inſonuit, deſcendit per murum, & properauit ad beatum Petrum. Quem ad gradus Eccleſiæ B. Petri comprehendentes cuſtodes Longobardorum ad ſuum deduxerunt Regem, eúmque ſubſecutus Chriſtophorus pater eius, prænominati Pontificis obtutibus ſunt præſentati, quos ſaluos conſeruare cupiens, Monachos facere præcepit. Poſt hæc faciens miſſam prænominato Regi, ingreſſus eſt iſdem beatiſſimus Pontifex Romæ relictis præfatis Chriſtophoro & Sergio in Eccleſia beati Petri Apoſtoli, cupiens eos noctis ſilentio propter inſidias inimicorum ſaluos introduci Romam. Dum verò Sol ad occaſum declinare videretur, continuò congregans prænominatus Paulus Cubicularius, & alij eius nefandiſſimi conſentanei, multitudinem populi, & properantes ad Deſiderium Longobardorum Regem, inientéſque cum eo impium conſilium, abſtulerunt eoſdem Chriſtophorum & Sergium ab Eccleſia beati Petri Apoſtoli, & properantes cum pluribus Longobardis vſque ad portam ciuitatis, ibidem eorum oculos eruerunt. Sícque prædictus Chriſtophorus in Monaſterium Sanctæ Agathæ deductus, ibidem poſt triduum ob dolorem ex oculorum effoditione vitam finiuit. Sergius verò in Monaſterium Cliui Scauri deportatus, & poſtmodum in cellarium Lateranenſe deductus, illícque vſque ad tranſitum prænominati Pontificis extitit. Hæc verò omnia mala per iniquas immiſſiones Longobardorum Deſiderij Regis prouenerunt.

AN. CH. 769. CAROLI CAROLOMANNI RR. I.

VI. In Codice [a] Caroli Magni, legitur Stephani Quarti Pontificis epiſtola Bertradæ Reginæ & Carolo Regi Bertradæ filio inſcripta, quæ, quoniam prædictorum motuum narrationem complectitur, ab iis, quæ ex Anaſtaſio retulimus, multùm alienam, hoc loco iure prætermitti non poteſt. Sic autem habet. *Domnæ Religioſæ filiæ Bertradæ, Deo conſecratæ, ſeu Domno Excellentiſſimo filio Carolo Regi Francorum & Patricio Romanorum, Stephanus Papa. Cum magno dolore & gemitu cordis, tribulationis atque mortis periculum, quod nobis per ſequaces diaboli iam eueniebat, ecce ſubtiliùs per has noſtras Apoſtolicas ſyllabas à Deo conſecratæ religioſitatis veſtræ atque præcellentiſſimæ Chriſtianitatis tuæ auribus intimare ſtudemus, eo quòd nefandiſſimus Chriſtophorus, & Sergius nequiſſimus eius filius, conſilium ineuntes*

[a] Ep. 46.

AN. CH. 769. CAROLI CAROLOMANNI RR. 1.

cum Dodone Miſſo germani tui Carlomanni Regis, nos interficere inſidiabantur. Vnde cum eodem Dodone & ipſis Francis, cum aliquibus eorum nequiſſimis conſentaneis aggregantes exercitum ſuper nos, in Lateranenſium Sanctum Patriarchatum cum armis ingreſſi ſunt, confringentes & ianuas, atque omnes cortinas ipſius venerandi Patriarchij lanceis perforantes, atque intus in Baſilicam Domni Theodori Papæ, vbi nullus auſus eſt aliquando vel etiam cum cultro ingredi, cum loricis vbi ſedebamus introierunt. Sícque ipſi maligni viri inſidiabantur nos interficere. Sed Omnipotens Deus cernens rectitudinem cordis noſtri, quòd nulli vnquam malum cogitauimus, de eorum nos eripuit manibus, & vix per multum ingenium, dum hîc apud nos Excellentiſſimus filius noſter Deſiderius Longobardorum Rex pro faciendis nobis diuerſis iuſtitiis beati Petri exiſteret, per eandem occaſionem valuimus cum noſtro Clero refugium facere ad protectorem veſtrum, & continuò direximus noſtros Sacerdotes ad eoſdem malignos Chriſtophorum atque Sergium, vt ab eadem iniquitate, quam pertractauerant nobis ingerere, reſipiſcerent, & ad nos ad beatum Petrum properarent. Illi mox vt audierunt, de præſenti cum Dodone & eius Francis turmas facientes, & portas ciuitatis claudentes, fortiter reſiſtebant, & nobis comminabantur, atque in ciuitatem nos ingredi minimè permittebant. Et dum in eadem perfidia permanerent, & cognouiſſet vniuerſus noſter populus eorum iniquum conſilium, de præſenti eos dereliquerunt, qui etiam & plures per murum deſcendentes ad nos properauerunt. Alij verò portam ciuitatis aperientes ad noſtri progreſſi ſunt præſentiam, & ita ipſi maligni viri coacti atque nolentes ad nos in Eccleſia Sancti Petri ſunt deducti. Quos interficere vniuerſus populus nitebantur, & vix de eorum manibus eos valuimus eripere, & dum infra ciuitatem nocturno ſilentio ipſos ſoluos introducere diſponeremus, ne quis eos conſpiciens interficeret, ſubitò hi, qui eis ſemper inſidiabantur, ſuper eis irruentes, eorum eruerunt oculos, Deo teſte dicimus, ſine noſtrâ voluntate atque conſilio. Vnde magno dolore noſtrum atteritur cor, & credite nobis, à Deo conſecrata filia atque Excellentiſſime fili, niſi Dei protectio atque beati Petri Apoſtoli, & auxilium Excellentiſſimi filij noſtri Deſiderij Regis fuiſſet, iam tam nos, quámque noſter Clerus & vniuerſi fideles Sanctæ Dei Eccleſiæ & noſtri in mortis decidiſſemus periculum. Ecce quantas iniquitates & diabolicas immiſſiones hic ſeminauit atque operatus eſt prædictus Dodo, vt qui debuerat in ſeruitio beati Petri & noſtro fideliter permanere, ipſe è contrario animæ noſtræ inſidiabatur, non agens iuxta id, quod à ſuo Rege illi præceptum eſt, in ſeruitio beati Petri & noſtra obedientia fideliter eſſe permanſurum. Et certò credimus, quòd dum tanta eius iniquitas ad aures Excellentiſſimi filij noſtri Carlomanni Regis peruenerit, nullo modo ei placebit, in eo quòd in tantam deminorationem atque deuaſtationem Sanctam Dei Eccleſiam is Dodo cum præfatis ſuis nefandiſſimis ſequacibus cupiebat deducere. Et ideo noſtras tribulationes & anguſtias atque pericula à Deo inſtitutæ religioſiſſimæ Chriſtianitati tuæ, atque Excellentiæ veſtræ innotuimus, quoniam profectò Omnipotens Deus credentes in ſe & confidentes in eius miſericordia non dereliquit. Agnoſcat autem Deo amabilis Religioſitas veſtra atque Chriſtianiſſima Excellentia tua, eò quòd in nomine Domini bonâ voluntate nobis conuenit cum præfato Excellentiſſimo & à Deo ſeruato filio noſtro Deſiderio Rege, & omnes iuſtitias beati Petri ab eo plenius & in integro ſuſcepimus. Tamen & per veſtros Miſſos de hoc pleniſſimè eritis ſatisfacti. Deus autem Omnipotens ſuâ vos protectionis dexterâ circumtegat, & præſentis Regni gubernacula longæuis atque proſperis temporibus perfrui annuat, & æterna præmiorum gaudia multipliciter faciat adipiſci. Incolumem Religioſitatem veſtram atque Excellentiam tuam gratia ſuperna cuſtodiat.

VII. Stephanus, vt legenti cuique patet, epiſtolam illam ſcripſit in Vaticano, nempe cùm ibi detineretur à Deſiderio Rege, quin & eam vi-

AN. CH. 769. CAROLI CAROLOMANNI RR. I.

detur coactus exaraſſe vrgente eodem Deſiderio, qui res ablatas Apoſtolicæ Sedi ſe redditurum ſimulabat, & diſſenſionem inter Carolum & Carolomannum fratres fouere ſuis artibus ſatagebat. Quapropter iis, quæ de Chriſtophoro & Sergio Chriſtophori filio, quæque de Dodone Carolomanni Regis Oratore narrantur à Stephano, fides integra nequaquam haberi debet. Neque enim illi quidquam mouerunt aduersùs Romanum Pontificem, ſed cùm Chriſtopborus ac Sergius ſibi timerent à Deſiderio, fieri potuit, vt Dodone conſcio, atque in partem conſilij vocato, Romanos contra Paulum Afiartam, quem Deſiderio fauere deprebenderant, ad arma prouocarent, & exorto tumultu nonnullarum in Vrbe vel etiam in Laterano cædium authores fierent. Tandem ambo, vt Stephanus ſcribit, excæcati ſunt eo inſcio atque inconſulto. Scelus illud à Paulo Afiarta commiſſum fuit. Artifex totius mali Deſiderius Stephanum luſit, Apoſtolicæ Sedi ne vicum quidem reſtituit, vnde coniicere eſt eo autbore ſcriptam à Stepbano epiſtolam, quâ contrarium aſſeri ſuprà demonſtrauimus.

VIII. Quàm fraudulenter ac ſimulatè ſe geſſerit Rex Longobardorum, in ſuo ad eius Oratores reſponſo poſteà ſic expoſuit Hadrianus Papa [a]. *Ego quidem cum omnibus Chriſtianis pacem cupio habere, etiam & cum eodem Deſiderio Rege veſtro, in ea fœderis pace, quæ inter Romanos, Francos & Longobardos confirmata eſt, ſtudebo permanere. Sed quomodo poſſum credere eidem Regi veſtro, in eo quod ſubtiliùs mihi ſanctæ recordationis prædeceſſor meus Domnus Stephanus Papa de fraudulenta eius fide retulit? inquiens, quòd omnia illi mentitus fuiſſet, quæ ei in corpus beati Petri iureiurando promiſit, pro iuſtitiis ſanctæ Dei Eccleſiæ faciendis, & tantummodo per ſuum inimicum argumentum erui fecit oculos Chriſtophori Primicerij & Sergij Secundicerij filij eius, ſuámque voluntatem de ipſis duobus Proceribus Eccleſiæ expleuit, vnde damnum magis & detrimentum nobis detulit. Nam nullum profectum in cauſis Apoſtolicis impertiuit, ſed & hoc iſdem meus prædeceſſor pro dilectione, quam erga me ſuum puſillum habuit, mihi retulit; quia dum ad eum poſtmodum ſuos Miſſos direxiſſet, videlicet Anaſtaſium primum Defenſorem & Gemmulum Subdiaconum, adhortans eum, vt ea, quæ præſentialiter beato Petro pollicitus eſt, adimpleret, taliter ei per eoſdem Miſſos direxit in reſponſis. Sufficit Apoſtolico Stephano, quia tuli Chriſtophorum & Sergium de medio, qui illi dominabantur, & non illi ſit neceſſe iuſtitias requirendas. Nam certè, ſi ego ipſum Apoſtolicum non adiuuero, magna perditio ſuper eum eueniet, quoniam Carolomannus Rex Francorum, amicus exiſtens prædictorum Chriſtophori & Sergij, paratus eſt cum ſuis exercitibus, ad vindicandum eorum mortem, Romam properandum, ipſúmque capiendum Pontificem. Ecce qualis eſt fides Deſiderij Regis veſtri, & cum qua fiducia illi fœderari poſſimus.*

[a] Anaſt. in Hadrian.

IX. Interim Carolus Idibus Ianuarij, cùm moraretur apud Aquiſgranum, vbi Natalem Domini celebrarat, Præceptum pro Monaſterio San-Dionyſiano dedit, quod in Antiquitatibus [b] eiuſdem Cœnobij ſic habetur. *Carolus gratiâ Dei Rex Francorum vir illuſter. Quicquid ad loca Eccleſiarum Dei, beneuolâ deuotione concedimus, hoc nobis ad ſalutem animæ noſtræ proficere credimus, maximè ad illa loca, vbi parentes noſtri requieſcere videntur, hoc adimplere ſtudemus. Quapropter notum ſit omnibus fidelibus noſtris præſentibus & futuris, eò quòd nos, ob amorem Dei & mercedis noſtræ augmentum donamus ad caſam [1] Sancti Domni Dionyſij Martyris, vbi ipſe Domnus pretioſus cum Sanctis ſociis ſuis in corpore requieſcit, & Domnus & Genitor noſter Pippinus Rex requieſcere videtur, & nos, ſi Deo placuerit, ſepeliri [2] cupimus, donatúmque ibidem ad ipſum [3] ſanctum locum eſſe volumus, & vbi Folcradus Abba & cuſtos præeſſe dignoſcitur; hoc eſt, Monaſteriolum [4] aliquod, quod nuncupatur à Sancto Deodato, infra Voſagum [5] ſyluam, ſicut id [6] Domnus & Genitor noſter Pippinus in ſua inueſti-*

[b] Lib. 3. c. 6.

PRÆCEPTA PRO MON. SAN-DIONYS.

[1] caſa
[2] ſepelire
[3] ad ipſo ſancto loco
[4] Monaſterio aliquo, qui
[5] infra Voſago ſylua
[6] eum

AN. CH. 769.

CAROLI CAROLOMANNI RR. I.

tura tenuiſſe comprobatur [7], *eâ videlicet ratione, vt ſemper ipſi fratres decem aut quindecim per vices ibidem ipſum locum cuſtodire debeant, & ibi aſſiduè in Pſalmis & Miſſis* [8], *& ceteris obſecrationum orationibus, vel pecularibus* [9] *orationibus, pro nobis & pro Domno atque Glorioſo Genitore noſtro Dominum* [10] *exorare non deſiſtant,* &c. *Signum Caroli Glorioſiſſimi Regis. Hitherius recognouit. Data Id. Ianuarij, anno primo Regni noſtri. Actum Aquiſgrani Palatio publico, in Dei Nomine feliciter. Amen.* Obſerua ex hoc Diplomate mentem Carolo ſub initium Regni fuiſſe, vt in Baſilica San-Dionyſiana, vbi Pippinus eius pater quieſcebat, ipſe quoque ſepeliretur; ſed id effectu caruit, vt oſtendemus ſuo loco.

7 comprobatum eſt
8 Miſſas
9 peculiares orationes
10 preces exorare

X.

Carolus Aquiſgrano profectus eſt in Neuſtraſiam, & quarto Nonas Aprilis Paſcha cum Remigio patruo ſuo Archiepiſcopo celebrauit *in Rodomo* ſiue *in Rothomago ciuitate*, vt antiqui teſtantur Auctores, qui vel Annales [a] Francorum, vel ipſius Caroli vitam [b] ſcripſerunt. Priùs autem, quàm ex Auſtraſia diſcederet, Sturmem Abbatem Fuldenſem ad ſe vocauit, maximâque proſecutus eſt deinceps amicitiâ. *Cùm ipſe Rex iunenis*, vt Ægil in eiuſdem Abbatis vita ſtatim poſt Pippini Regis mortem ſubiungit, *cunctos, qui patris ſui priùs honoribus præditi erant, grandibus muneribus in gratiam ſuam prouocaret, accerſiuit quoque venerandum Abbatem Sturmen, illúmque intimis amicitiis ſibi coniunxit.*

a Loiſel. Til. Bertin. Regin.
b Incert. Auct: Mon. Egoliſin.

STVRMIVS ABB. FVLDENS. CAROLO R. CHARVS.

XI.

CAROLVS R. MVNIFICVS ERGA CLERICOS ANDEGAVENS. S. ALBINI.

Menſe Maio Præceptum emiſit, quo Donationem Andegauenſi Monaſterio Sancti Albini, vbi tum Clerici ſub Abbate Gontaro degebant, à Pippino patre factam ſic confirmauit. *Carolus Rex Francorum, vir illuſter, omnibus,* &c. *Magnificus vir Gontarus Rector de Monaſterio Sancti Albini, quod eſt constructum prope muros Andegauis, vel Clerici de ipſa Eccleſia peculiaris Patroni noſtri, ad noſtram acceſſerunt præſentiam, Clementiam Regni noſtri ſuggeſſerunt eò quòd Anteceſſores noſtri, ſeu etiam Dominus ac Genitor noſter bonæ memoriæ Pipinus quondam, pro illorum auctoritatibus, eorúmque manibus ſubſcriptis, vt quaſdam villas eiuſdem Abbatiæ Canonicis ipſius loci deputatas, denuò per Celſitudinis noſtræ auctoritatis ſcriptum nos etiam iiſdem vſibus perpetuâ lege habendas, eaſdem confirmare dignaremur; quarum ſcilicet villarum iſta ſunt nomina, Mauronius, Clementiniacus, Papionis, Primarius, Sabracus, Mulſonacus, Monaſteriolum, & vinea, quæ infra conſiſtit Monaſterium, piſcationem à porta Crotienſe, & vſque ad Inſulam quæ nuncupatur Vireliſta, & hoc pro annis ſingulis conſtituit, vt dentur prætaxatis fratribus ex villa Inſtiniaco, de ſale modios centum. Exinde etiam, veluti præſignatum eſt, Altitudinis noſtræ Præceptum hoc fieri iuſſimus, præcipuè præcipimus atque firmamus, vt prænominatæ res cum eorum integritate, & ſine cuiuſpiam Rectorum præfati loci minoratione* *, *vſibus & ſtipendiis Dei ſeruorum in eodem loco Chriſto famulantium deputata habeantur, nullíque liceat eas in alios, præterquàm à nobis conſtituitur, vſus retorquere, ſed quidquid exinde captare vel exigere potuerit, in eorum diſtribuat alimoniis. Precamur etiam pro amore Dei, vel reuerentia Sanctæ Dei Eccleſiæ, ſeu interceſſione beati Petri Apoſtoli, omnes ſucceſſores noſtros, ſicut à nobis eſt conſtitutum, ita & ipſi conſeruent, ſtant cum Beato Petro Apoſtolo portionem mereantur percipere. Intereà etiam conſtituimus, vt numerus fratrum vltra quinquagenarium numerum ab aliquo eorum Abbate vllo vnquam tempore non augeatur. Et vt hoc noſtræ auctoritatis Præceptum firmius habeatur, & per futura tempora à ſucceſſoribus illius, & fidelibus Sanctæ Dei Eccleſiæ, meliùs crederetur, & diligentiùs conſeruetur, de annulo noſtro ſubter iuſſimus ſigillari. Signum Caroli Glorioſiſſimi Regis. Citerius recognoui. Data in menſe Maio, anno primo, regnante Carolo Rege Glorioſiſſimo Francorum. Actum Murnaco.*

* minorare

XII.

BELLVM AQVITANICVM.

Supererat in viuis Hunaldus Waifarij nuper occiſi pater. Hic depoſitâ Monachi veſte Ducem Aquitaniæ rurſum ſe dixit, bellúmque redinte-

AN. CH. 769. CAROLI CAROLOMANNI RR. 1.

grauit, quod à Pippino confectum videbatur. Andaciam fecit obitus Pippini, ſpeſque rerum ſub nouis Regibus turbandarum. Carolus minimè cunctandum ratus, ne morâ vires hoſtinm incrementa ſumerent, exercitum promptum expeditúmque contraxit. Bellum illnd Aquitanicum in vita Caroli ſic enarrauit Eginhardus. *Omnium bellorum, quæ geſſit, primò Aquitanicum à patre inchoatum, ſed nondum finitum, quia citò peragi poſſe putabatur, fratre adhuc vino, etjam & auxilium ferre rogato, ſuſcepit. Et licèt eum frater promiſſo fruſtraſſet auxilio, ſuſceptam tamen expeditionem ſtrenniſſimè executus, non priùs incœpto deſiſtere, aut ſemel ſuſcepto labori cedere voluit, quàm hoc, quod efficere moliebatur, perſeuerantiâ quadam ac ingitate perfecto fine concluderet. Nam & Hunoldum *, qui poſt Waifary mortem Aquitaniam occupare, bellúmque iam penè peractum reparare tentauerat, Aquitaniam relinquere, & Waſconiam petere coegit. Quem tamen ibi conſiſtere non ſuſtinens, tranſmiſſo amne Garomnâ, & ædificato Caſtro Frontiaco *, Lupo Waſconum Duci per Legatos mandat, vt perfugam reddat, quod niſi feſtinatò faciat, bello ſecum expoſtulaturum. Sed Lupus ſaniori vſus conſilio, non ſolùm Hunoldum reddidit, ſed etiam ſeipſum cum prouincia, cui præerat, eius poteſtati permiſit.* Hic Auctor, ne ſecum pugnare videatur, eget interpretatione. Pippinum ait obiiſſe *finito Aquitanico bello*, deinde ſubiicit ſuſceptum à Carolo bellum Aquitanicum, quod *à patre inchoatum, ſed nondum finitum* eſſet. Aquitanicum bellum confecerat Pippinus, vtrâque Aquitaniâ in fidem receptâ, Lupo Waſconiæ Duce conſtituto, necatóque Waifario authore belli per annos nouem continuos geſti. Sed obitu Pippini mutata rerum facies, Aquitani denuò tumultuati duce Hunaldo, ventúmque iterum ad arma tam breui interpoſitâ morâ, vt idem Eginhardus, qui bellum Aquitanicum à Pippino Rege finitum dixerat, de Carolo Pippini filio pronuntiare non dubitarit, quòd bellum illud à patre inchoatum ſed nondum finitum ſuſceperit confecerítque.

* *Vnaldum.*

* *Fronſac.*

XIII. Super anno, quo Carolus de Hunaldo triumphauit, vnanimis eſt veterum Annaliſtarum conſenſus. Nonnullorum textus, quia varias circumſtantias exponunt, hìc examinandi. In Annalibus Petauianis, hæc ſolùm leguntur. DCCLXIX. *Eodem anno Domnus Karolus Rex primâ vice, poſtquàm cœpit regnare, fuit in Waſconia vltra flumen Garonnam.* In Tilianis multò plura. DCCLXIX. *Domnus itaque Rex Karolus iter agens partibus Aquitaniæ, eò quòd Hunoldus voluit rebellare totam Waſconiam & Aquitaniam, cum paucis Francis auxiliante Domino diſſipata iniqua conſilia ſupradicti Hunoldi. In ipſo itinere iungens ſe ſupradictus Rex cum germano ſuo Carlmanno in loco qui dicitur Duaſdines. Inde Carlomannus ſe reuertendo Franciam iter arripiens, Karolus Rex iuit ad Eccolaſiam * ciuitatem. Et inde ſumpſit plures Francos cum omni vtenſilia, & præparamenta eorum, & iuit ſuper flumen Dordoniam, & ædificauit ibi Caſtrum, qui dicitur Fronciacus. Inde Miſſos ſuos mittens poſt Hunoldum & vxorem ſuam ad Lupenem Waſconem. Et dum ibi moram feciſſet vnà cum Francis, adductus eſt Hunoldus & vxor ſua, & Caſtro præparato & Hunoldo recepto reuerſus eſt in Francia, & celebrauit Natale Domini ad Duriam.*

* *Angouleſme.*

XIV. Qui vocatur in Annalibus Tilianis *Hunoldus*, is in Loiſelianis, in Fuldenſibus, & in Metenſibus *Hunaldus* appellatur, vt & apud Reginonem ac Sigebertum; itémque *Vnaldus* in vita Caroli Magni per Monachum Egoliſmenſem ſcripta. Hunc eundem eſſe cum Hunaldo Aquitaniæ Duce, Waifarij patre, qui Monachum anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-quinto in inſula ſinûs Aquitanici induit, apertè declarat his verbis Annaliſta Metenſis. *Anno Dominicæ Incarnationis* DCCLXIX, *Karolus audiens perfidiam Hunaldi, qui iterum fraudulenter Aquitaniæ Principatum arripere volebat, adunato exercitu in Aquitaniam tendit, & per Dei auxi-*

AN. CH. 769. CAROLI CAROLOMANNI. RR. 1.

lium fraudulentiam Hunaldi conſiliis optimis diſſipauit. Nec ab ea ſententia recedit Sigebertus, cùm ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum-primum ſic ſcribit. *Hunaldus Dux Aquitaniæ Romam, quaſi ibi perſeueraturus venit, qui ad Longobardos fugiens apoſtatauit.* Innuit enim Carolum aſſenſum eſſe, vt Hunaldus, quem ſub cuſtodia captiuum detinebat, liber Romam dimitteretur, ibíque Monaſticam duceret vitam, quam priùs in Aquitania ſponte profeſſus fuerat ad expiandum ſcelus, quod in Hartone fratre falſis ſacramentis decepto atque excæcato incarceratóque commiſerat.

XV. Locus, vbi Carolus cum Carolomanno fratre colloquium habuit, in Annalibus Tilianis & aliis pleriſque nuncupatur *Duaſdines*, in Metenſibus *ad duos-Clinos*; à recentioribus Auctoribus in pago Pictauienſi collocatur. Belli mox inter fratres exarſuri non leuis ſuſpicio fuit. Hanc Eginhardus in ipſius Caroli vita ſic attingit. *Pars Regni diuiſi iuxta modum ſibi propoſitum ab vtroque recepta eſt. Manſítque iſta quamuis cum ſumma difficultate concordia, multis ex parte Karlomanni ſocietatem ſeparare molientibus, adeò vt quidam eos etiam bello committere ſint meditati.* Et Annaliſta Laureshamenſis ait Carolum ſolis Regni ſui copiis ſtipatum in Aquitania bellum geſſiſſe, *cùm fratris auxilium habere non poſſet, qui Procerum ſuorum prauo conſilio, ne id faceret, impediebatur.*

XVI. Ad hunc annum, quædam Annalibus Loiſelianis ab Andrea Ducheſnio de conditu Brantoſmenſis Eccleſiæ, alia vitæ Caroli Magni de Launo Egoliſmenſi Epiſcopo inſerta ſunt à Monacho Egoliſmenſi; ſed vtraque reiici debent in tempora Pippini Regis Aquitaniæ, cuius Capellanus extitit Launus, opus Brantoſma. Quod attinet ad Frontiacum, multi frontem ſeu murum Saracenis oppoſitum interpretantur, quidam Franciacum quaſi Francorum munimentum legunt; neutrum placet, quia nec in illis partibus tunc erant audiebanturue Saraceni, nec occurrit ratio cur iſti loco nomen Francorum peculiariter inditum dicatur.

XVII. LVDGERVS IN ANGLIAM PROFICISCITVR AD ALCVINVM MAGISTRVM.

Hoc anno Liudgerus Diaconus, vt Alcuinum Magiſtrum audiret, in Angliam denuò profectus eſt. *Liudgerus cupiens ſaturare ſe prælibati dulcedine faui, petiit ab Abbate Gregorio licentiam redeundi ad Magiſtrum Alchuinum. Quod ille moleſtè ſuſcipiens, fieri renuit. Noluit tamen contriſtare petentem, ſed blandis ſermonibus cœpit compeſcere eum. Cúmque ſe cerneret nullis obiectionibus illum à ſua intentione reuocare poſſe, arceſſito patre illius, poſtulauit vt conaretur reuocare eum à cupito itinere. Sed ſtudioſus Leuita inſtanter in ſuo voto permanſit. Tunc Gregorius & parentes eiuſdem Liudgeri quandoque precibus victi, direxerunt eum ad præfatum Magiſtrum Eboraicæ ciuitatis Anglorum, præbentes quæ illi opus erant in via, quem Magiſter illuſtris Alchuinus cum magno ſuſcepit gaudio. Suſceptus itaque Liudgerus, erat conſueto more omnibus carus, eò quòd eſſet ornatus moribus bonis & ſtudiis ſanctis, & manſit ibi annis tribus & menſibus ſex, proficiens in doctrinæ ſtudio.* Hæc Altfridus. Monachi verò Werthinenſes, quos Henſchenius multa, quæ ceteros latebant, de ſuo fundatore explorata habuiſſe ſuſpicatur, ſuſcipiendæ rurſum in Angliam profectionis occaſionem mirabili modo illi oblatam ſic affirmant. *Quadam die iuxta vſum officij ſui, contigit eum coram Gregorio Euangelium legere. Cui, Domino, vt credimus, volente, in quodam verbo offendenti, Gregorius coram populo emendauit. Ille publicâ correctione confuſus, acceptam verecundiam ad ſuas vtilitates conuertit. Nam quia ex eo tempore, quo de Anglis venerat, magno Alcuini, quem ibi Magiſtrum eſſe diximus, deſiderio tenebatur, optabili occaſione perceptâ, denuò ad eum redeundi licentiam poſtulauit, indignum ſe dicens percepto officio poſſe videri, qui illud ex more implere neſciret, ſe coram eo antè non lecturum, quàm illud, Domino adiuuante, pro viribus emendare curaret. Quod audiens Gregorius ægrè admodum ſe ab eo*

AN. CH. 769. CAROLI CAROLOMANNI RR. 1.

deſeri ferebat, noluit tamen apertâ repulſione, ne eum contriſtaret, eius petitionem negare, ſed blandâ eum cœpit diſſuaſione à ſua intentione reuocare. Qua in re cùm parum ipſe profeciſſet, patrem quoque eius ſibi adiunxit, vt, ſi vni reſiſteret, duobus cederet. Sed cùm pòſt etiam eum omnino in eo, quod cœperat, fixum perſiſtere videret, tandem vel infatigabilitate eius vel ratione victus, eius annuit poſtulationi. Denique hi, quæ neceſſaria itineri erant, paratis, cum Dei gratia & ſua permiſſionis licentia eum à ſe dimiſit. Qui ſua ſanctitatis exempla, quò acceſſerat, derelinquens, tandem ad Eboracum ciuitatem peruenit. Ibi quippe vir Dei Alcuinus cunctis, qui ad eum hinc inde confluxerant, Scripturarum documenta tradebat, à quo cum ingenti honore vel gaudio ſuſceptus, tribus cum eo annis & ſex menſibus manſit.

XVIII. FRANCI CVM BRITANNIS AMICITIA CONIVNCTI.

Maxima tunc inter Reges Francorum & Northumbriæ vbi Eboracum, atque inter vtrorumque Regum populos intercedebat amicitia. Teſtes Legationes ad Carolum Francorum Regem ab Alredo Northumbriæ tum Rege directæ, quarum mentionem ipſemet Alredus in ſuis ad Lullum Moguntiacenſem Archiepiſcopum literis [a] ita facit. *Noſtris quoque, dilectiſſime frater, Legationibus ad Dominum veſtrum Glorioſiſſimum Regem Carl obſecramus conſulendo ſubuenias, vt pax & amicitia, quæ omnibus conueniunt, facias ſtabiliter inter nos confirmari.*

[a] Ep. 90. inter Bonifacian.

XIX.

Hoc anno, cùm Lullus Moguntiacenſis Archiepiſcopus Româ reuerſus eſſet, Wirceburgenſem Epiſcopatum abdicauit Megingaudus, de quo ſic Egilwardus in libello vitæ Sancti Burchardi ſubiecto [b]. *Poſt beati Burchardi deceſſum*, id eſt, poſt annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quartum, *Megingaudus vir per omnia laudabilis Epiſcopatum Wirceburgenſem Catholicis & Orthodoxis ſemper intendens inſtitutis, rexit quindecim annis. Hic igitur beatorum, Bonifacij, Burchardi, Lulli, ceterorúmque, quos huc*, in Franciam videlicet Orientalem, *de Anglia diuinus amor adduxit, comperegrinus & compatriota, necnon profeſſione Monachus, ſicut & illi, nullatenus mutans vel inficiens rigorem propoſiti, ſemper irreprehenſibilis verbis & exemplis mirificè pollens, gubernacula tenebat Pontificalis officij, vnde tam ſecularibus quàm Eccleſiaſticis, cunctíſque, qui ipſum nouerant, perſonis amori ſimul fuit & honori. Tandem ſenio iam imbecillior effectus, inſuper etiam fortaſſe ad incrementum meritorum ægrotare ſe vehementiùs ſenſit, móxque reminiſcens exemplum prædeceſſoris & magiſtri ſui, miſſis Legatis tam ad Principes Regni quàm ad Sacerdotes Eccleſiarum, conſenſu atque conſilio cunctorum, quendam de ſuis Clericis, nomine Bernwelphum, ſibi in Præſulatu ſubrogauit, cooperantibus ſibi in eadem ordinatione Lullo Metropolitano & Willibaldo Eiſtetenſi Epiſcopo, coram vniuerſo ipſius Eccleſiæ Clero populóque. Sícque rebus & poſſeſſionibus, mobilibus ſcilicet & immobilibus, quæ ad Epiſcopium pertinebant, eidem ſucceſſori ſuo relictis, ipſe cum paucis ad locum, à quodam Hattone ſibi donatum, commigrauit. Remanſerunt autem apud Monaſterium Sancti Kiliani pluſquàm quinquaginta fratres, quos tamen non multò pòſt Bernwelphus cum iniuriis expulſos ad magiſtrum ſuum Megingaudum nauigare coëgit. Ad hæc beatum virum idem Bernwelphus multis inclamationibus vexauit pro diuerſis ſupellectilibus, quæ Chriſti Confeſſor Burchardus in veſtitu Sacerdotali, ſiue Codicibus, nonnullíſque rebus familiaribus reliquerat. Tantam denique támque diutinam inquietudinem patri quondam & magiſtro ſuo ſubrogatus Epiſcopus inflixit, vt tædio affectus ſeſe ſuóſque diſcipulos, ipſum quoque locum, qui tunc Rorinlatha, poſteà verò Neuweſtat dictus eſt, Caroli Regis patrocinio committeret & eius adiutorio Monaſterium ibidem à ſe ſuíſque Monachis inhabitandum inſtitueret.* Bernwelphus annis ſeptem Pontificatum geſſit. *Poſt ſucceſſorem beati Burchardi Megingaudum*, addit idem Auctor, *Bernwelphus Cathedram Wirceburgenſem tenuit annos ſeptem, homo, vt aiunt, præ ceteris, Monachis religioſis infeſtus multùm.*

[b] Ap. Sur. d. 14. Octob.

MEGINGAVDVS ABDICAT EPISCOPATVM WIRCEBVRG.

SVCCEDIT BERNWELPHVS,

INFESTVS MONACHIS.

AN. CH. 769

CAROLI CAROLOMANNI RR. I.

XX. CHOREPISCOPI CENOMANENSES.

Carolo iam Rege, Berthodus Chorepiſcopus, cuius operâ Gaucilenns Cenomannenſis Epiſcopus vtebatur, vitam clauſit. In idem munus ſucceſſit Merolus Aurionenſis * Monachus, vir pius ac doctus, vt Coruæſierus in Hiſtoria Cenomanenſium Epiſcoporum ſcribit [a]. Officio Chorepiſcopi functus eſt Merolus ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum-ſecundum, quo Gaucilenus obiit. Ad illum annum, ſub initium Tomi ſequentis, examinabimus vtrùm Hodingus, qui poſt Gaucilenum in Cathedra Cenomanenſi ſedit, idem fuerit cum Audingo, qui ſub idem tempus Eccleſiam Bellouacenſem adminiſtrauit. In Catalogis enim Præſulum Bellouacenſium, poſt Deodatum, cui Zacharias Papa literas anno Chriſti ſeptingenteſimo duodequinquageſimo direxit, proximè recenſetur Andreas Epiſcopus, tum Audingus. Vt autem hi Bellouacenſes Epiſcopi ſolis ſunt nominibus noti, ſic & in prouincia Lugdunenſi ſecunda Conſtantienſes Leo & Angulo.

EPISCOPI CENOMANENSES. BELLOVACENSES. CONSTANTIENSES.

* d'Euron.

[a] In Epiſc. 17.

XXI. THASSILO MVNIFICVS ERGA MON. BAVZANENSE S. PETRI.

Hoc anno Thaſſilo, cùm annum in Boioariæ Ducatu ſeu Præfectura viceſimum-ſecundum ageret, Romam profectus eſt. Religione tactus, an quâ aliâ cauſâ illuc acceſſerit, incompertum. In reditu, cùm Bauxani ſubſiſteret, Attoni Abbati magnum terræ tractum Eccleſiæ Sancti Petri contributum ſuâ manu confirmauit. Id ex Tabulis Friſingenſibus referunt Brunnerus [b] & Adlzreitterus [c]. Bauzanum, vbi Monaſterium Sancti Petri, pertinebat ad Diœceſim Sabionenſem, quæ diutiſſimè fuerat ſub Imperio Longobardorum, & cum bona Deſiderij Regis gratia nuper in Thaſſilonis generi poteſtatem conceſſerat. Eccleſiæ Sabionenſi tunc præerat Alim, ſiue Alimus, vel Almus Epiſcopus, de quo plura poſt biennium, cùm agemus de Synodo Dingoluingenſi, cui præſens interfuit. Ipſum Thaſſilonis Diploma Chriſtophorus Gewoldus in Additionibus ad Epiſcopos Friſingenſes è libro Traditionum ſic recitat. *In Dei Nomine. Ego Taſſilo Dux Bauariorum, vir illuſter, compunctus diuinâ miſericordiâ, atque de æterna beatitudine, valente cum conſenſu Optimatum Bauarorum, dono atque transfundo locum nuncupatum Intica, quod vulgò campo Gelaw vocatur, Attonè Abbati ad Eccleſiam Sancti Petri Apoſtolorum Principis ſeu ceterorum Apoſtolorum atque Martyrum, pro remedio animæ meæ ſeu anteceſſorum meorum, in ædificatione Monaſterij, atque ipſius ſeruitio, Armo qui vocatur Teſido, vſque ad terminos Sclauorum, id eſt, ad riuulum montis Anaraſi, totum atque integrum, campeſtria ſeu montana, paſcua, venationes, ...* * *ſeu fructecta ad eadem pertineat, vt nullus deinceps genitorum hominum queat, nec vſurpando præſumat, quolibet ingenio aut querimoniâ oriente, vllo modo inquietare locum, atque habitantes in eo, prædictum Abbatem Attonem, nec poſteros eius, quod manu propriâ, vt potui, characteres chirographi inchoando, depinxi coram Iudicibus atque Optimatibus meis, quòd & ipſa loca ab antiquo tempore inanem atque inhabilem eſſe cognouimus, nunc verò poſtulantem ac humiliter ſupplicantem audiui, & propter incredulam generationem Sclauorum ad tramitem veritatis deducendam conceſſi, & hilari vultu tradidi per præſentes apices, vt nullus, quod fieri minimè arbitror, ex hæredibus meis, ſeu qualibet oppoſita perſona queat hanc contra epiſtolam Donationis ire & infringere, vel iram Dei incurrat & omnium Sanctorum. ✠. Signum manûs propriæ Taſſilonis, donante atque confirmante. Actum in Bauzano, rediente de Italia. Anno Ducatui eius* XXII. Tunc in Cathedra Friſingenſi ſedebat Ioſephus Epiſcopus, cui poſteà ſucceſſit Aribo, tum Atto. Gewoldus cum ipſius Attonis Epiſcopatu malè componit annum Taſſilonis Ducis viceſimum-ſecundum; lapſus videtur in hunc errorem, quia ſcribit in Auentini & aſſeclarum opinione, qui Odilonem Thaſſilonis patrem ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-quintum vixiſſe volunt.

[b] Lib. 5. n. 13.

[c] Part. 1. l. 7. n. 42.

* inuecta. infecta.

XXII. Actum hactenus de rebus hoc anno geſtis, quæ vel vtrique Francorum Regi, Carolo & Carolomanno, communes fuerunt, vel ſpeciatim aut ad

Carolum

AN. CH. 769.

Carolum aut ad illiuſ Regnum ſpectate viſæ ſunt. Agendum iam de ceteris, quæ vel ad Carolomannum vel ad eius ditiones pertinuerunt.

CAROLI CAROLOMANNI RR. I. PRÆCEPTA CAROLOMANNI R.

Carolomannus multa ſuperiorum Regum pro Monaſterio San-Dionyſiano Præcepta, quæ nec Dubletus tepetenda duxit, nec etiam repetimus, menſe Ianuatio confirmauit nouâ Præceptione, cuius ſubſcriptionem ex Antiquitatibus [a] eiuſdem Cœnobij ſic accipe. *Data in menſe Ianuario, anno primo Regni naſtri. Actum Salmunciaco Palatio publico, in Dei Nomine feliciter.*

XXIII. PRO MON. SAN-DIONYS.

[a] Lib. 3. c. 6.

XXIV. PRO GRANDI-VALLE.

[*] la Byrſe.

Aliud quoque Præceptum emiſit Carolomannus pto Gtandi-Valle, celebri Monaſterio ad Iutam montem non longè à Byrſæ * fonte. *Carlomannus gratiâ Dei Rex Francorum. Notum ſit omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Domeſticis, Vicariis, Centenariis, vel omnibus Miſſis noſtris diſcurrentibus. Quoties recta petitio Sacerdotum, quad pro opportunitatibus lociſque Sanctorum proderis, ad aures Clementiæ noſtræ proceſſerit, talis debet eſſe obaudita vel effectiuè in Dei Namine mancipata, vnde per æternum retributarem veniam mereamur adipiſci, & eos delectet pro ſtabilitate Regni noſtri ingiter exorare, vel in omni parte erga Regnum noſtrum aſſiſtere. Igitur coguoſcat Magnitudo ſeu Vtilitas veſtra, quod de Monaſterio Grandi-Valle in honore Sanctæ Mariæ Virginis conſtructa, & Cella Vertenne in honore Sancti Pauli, & Eccleſia Sancti Vrſicini Confeſſoris, ſibi ſubiectis, vbi vir Gundaaldus venerabilis Abbas præeſſe videtur, miſſâ petitione innotuit, eò quòd bonæ memoriæ genitor noſter Pipinus Rex vel ceteri anteceſſorum Regum, qui ante ipſum vel nos gubernacula Regni Francorum tenuerunt, per eorum annulos manuſque roboratas tale beneficium ad ipſam Caſam Dei conceſſerunt,* &c. *Quapropter per hoc Præceptum naſtrum ſpecialiùs decreuimus ordinandum, quod perpetuum volumus permanſurum eſſe, vt neque vos, neque aliquis veſtrum, ſucceſſoréſque veſtri, nec quiſlibet de iudiciaria poteſtate accinctus in curtis vel villis ipſius Monaſterij aut Eccleſiis ipſorum illuc aſpicientibus quibuſlibet pagis atque territariis tam quod præſenti tempore poſſidere videatur vel dominari, quàm quod adhuc ex munere Regum aut Reginarum, ſeu per collata populi, vel de comparatu, aut de qualibet recta attractione augmentare vel meliorare & attrahere poterit, ad cauſas audiendum, nec freda exactandum, nec fideiuſſores tollendum, nec manſionatas aut paratas faciendum, nec homines diſtringendum, nec miniſtrales ſuos licitas * aut ſeruientes vel accolonos ipſius Monaſtery diſtringendum, nec vllas redhibitiones publicas requirendum, nec exactandum quod ad fiſcum noſtrum aut ad Comitem exinde rediret, penitus exigere Iudiciaria poteſtas, nec Miſſi noſtri diſcurrentes non præſumant, niſi omnes villas eorum ſub immunitatis nomine cum omnes fredas, conceſſus, aut publicas redhibitiones conceſſas, omnia (ſicut ſuperiùs comprehenſum eſt) tam ipſe Abbas Gundoaldus quàm ſucceſſores ſui hoc in Dei Nomine omni tempore valeant poſſidere atque dominari. Quod nos ad ipſa Monaſteria, vel Monachis, qui ibidem ſunt aut præfuerunt pro mercedis noſtræ augmento, taliter conceſſimus, vt nulla refugatio de hoc, quod ſuperiùs continetur, quod à noſtra clementia eiſdem fuit conceſſum, nec noſtris aut futuris temporibus vel vllo quoque tempore vt hae nan fiat, niſi quod pro hoc noſtro Præcepto fuit conceſſum, perpetualiter maneat illibatum atque inconuulſum. Et vt hæc auctoritas noſtra firmior habeatur, & in omnibus per tempora meliùs conſeruetur, manu noſtrâ ſubſcriptionibus ſubterſignauimus, & de annulo noſtro ſubter ſigillauimus.* Hoc Carolomanni Præceptum tale deſcripſimus, quale nobis Labbeus in Miſcellaneis [b] curioſis exhibuit. Ex hoc autem Diplomate patet Gundoaldum Grandis-Vallis, & Monaſteriorum, quæ Grandi-Valli priùs vnita fuerant, id eſt, Sancti Vrſicini, & Werdæ ſeu Sancti Pauli ad Inſulam, Abbatem extitiſſe, Pippino & Carolomanno tum regnantibus.

[*] litos

[b] Capp. 6. 7. §. 1.

GVNDOALDVS ABB. GRANDIS VALLIS.

AN. CH. 769. CAROLI CAROLOMANNI RR. 1.

Sub iiſdem Regibus Luxonienſe Monaſterium rexit Gayleubus Abbas. Proximum enim locum inter Abbates huius Cœnobij tenet poſt Trudoaldum, quem anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſeptimo admotum tegimini conſtat.

XXV. GAYLEVBVS ABBAS LVXOVIENSIS.

Apud Seuertium hoc anno, qui primus Caroli Carolomannique Regum numeratur, Leduardus fit Epiſcopus Matiſconenſis. At multò probabilius eſt eum in Domnoli locum prius ſucceſſiſſe, quàm Pippinus è vita migraret. Agemus de illo rurſum ſub Carolo. Diœceſim igitur Matiſconenſem ſub tribus Regibus, Pippino, Carolomanno, & Carolo rexit.

XXVI. LEDVARDVS EP. MATISCON.

Quod de Leduardo Epiſcopo Matiſconenſi diximus, id quoque de Garmundo Geruaſij Ferrarienſis Abbatis proximo ſucceſſore pronuntiandum putamus, nempe quòd Abbatiale munus inierit regnante Pippino, ſuperſtéſque Carolomanno vixerit.

XXVII. GARMVNDVS ABBAS FERRARIENSIS.

In Annalibus Petauianis, ad hunc annum, non tantùm perſtringitur bellum Aquitanicum, de quo ſuprà, ſed & de Sancti Gorgonij Reliquiis hæc narrantur. *Corpus Sancti Gorgonij poſitum fuit Gorziâ Monaſterio.* Id autem non ita capiendum, vt Reliquiæ Sancti Gorgonij tunc primùm in Diœceſim Metenſem atque in Gorzienſe Monaſterium delatæ cenſeantur. In iiſdem enim Annalibus ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-quintum, vt ſuo loco notauimus, hæc occurrunt. DCCLXV. *Venerunt corpora Sanctorum ab Vrbe Roma in Franciam, Gorgonij, Naboris, Nazarij.* Totam difficultatem ſoluit fragmentum Annalium, ab anno Chriſti ſeptingenteſimo vndeſeptuageſimo ad annum Chriſti octingenteſimum ſextum, quod in veteri manuſcripto Codice Chronico Nibelungi Comitis ſubiiciebatur, & ab Andrea Ducheſnio publicatum in lucem prodiit cum hoc initio. *Anno* DCCLXVIII (lege DCCLXIX) *poſitum eſt corpus Sancti Gorgonij in Baſilica, qua eſt conſtructa in Gorzia Monaſterio, & obiit Droegangus Abba.* Anno igitur Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-quinto corpora Sanctorum, Gorgonij, Naboris, & Nazatij, delata ſunt in Diœceſim Metenſem, atque in Gorzienſi Monaſterio depoſita, tranſlatum paulò pòſt corpus Sancti Naboris in Monaſterium Hilariacenſe, tranſlatum & in Cœnobium Laureshamenſe corpus Sancti Nazarij, ſeruatum eſt autem apud Gorziam corpus Sancti Gorgonij, quartóque pòſt anno, ſiue anno Chriſti ſeptingenteſimo vndeſeptuageſimo poſitum in noua Baſilica. Gorzienſis Monaſterij, quod à Chrodegango Metenſi Epiſcopo conditum eſt, primus Abbas fuit Droctegangus ſeu Droegangus. Hic variis, quas commemorauimus, functus eſt Legationibus, obiítque hoc eodem anno, quo Reliquiæ Sancti Gorgonij in noua Gorzienſis Monaſterij Baſilica collocatæ ſunt, vt ex antiquorum Annalium fragmento ſuprà citato conſtat.

XXVIII. CORPVS S. GORGONII PONITVR IN NOVA BASILICA.

DROCTEGANGVS ABBAS GORZIENSIS OBIIT.

XXIX. SVCCEDIT THEVTMARVS.

In Gorzienſis Monaſterij tegimen ſucceſſit Theutmarus ſeu Theomarus Abbas, cuius mentio fit in Donatione, quam eidem Cœnobio Metenſis Epiſcopus Angilrannus ſiue Ingilramnus hoc anno, Carolomanni Regis primo, fecit; atque ex Archiuo Gorzienſi deſcriptam Meutiſſius Hiſtoriæ [a] Metenſium Epiſcoporum ſic inſeruit. *In nomine Domini, Angilrannus gratiâ Dei Metenſis vrbis Epiſcopus: Paſtorale quidem exercemus officium, ſi oues nobis à Deo commiſſas, in quantum per vires Omnipotens ſuppetit, vndique conſpicimus, vt alimoniam tam ſpiritualem quàm corporalem habere non deſinant. Et, ſi de rebus Eccleſiæ, quæ nobis ad regendum vel gubernandum tradita eſt, Eccleſiis vel Monaſteriis ad eandem pertinentibus vel aſpicientibus, pro opportunitate ſeruorum Dei vel pauperum aliquid impertimur; nihil contra auctoritatem Canonicam vel Inſtituta Patrum agere æſtimamus. Ideóque pro diuino intuitu, vel animæ noſtræ remedio, vnà cum conſenſu Clericorum vel Laicorum fidelium, Eccleſia Sancti Stephani, cui auctore Deo præeſſe videmur, donamus ad Monaſterium Sancti Petri in loco, qui vocatur*

[a] Lib. 2. in Epiſc. 38.

ANGILRANNVS EPISC. MET. MVNIFICVS ERGA MON. GORZIENSE.

*Gorzia, quod bona memoria anteceſſor quondam noſter Dominus Chrodegangus Archiepiſcopus à nouo ædificauit, vel ad illam ſanctam Congregationem Monachorum inibi conſiſtentium, vbi inclytus ac præclarus videlicet Martyr Sanctus Gorgonius in corpore requieſcit, vel vbi Theutmarus Abbas ſub manu noſtra præeſſe videtur, donatúmque in perpetuum volumus eſſe, & plenâ animi deuotione confirmamus; hoc eſt, in pago Caluomontenſe villam nuncupatam Warangeſiuilla * cum adiacentiis vel appendicibus ſeu opportunitatibus ſuis, tam terris, campis, pratis, paſcuis, vineis, ſyluis, cultis & incultis, aquis, aquarúmue decurſibus, mobilibus & immobilibus, mancipiis, litis, accolabus, pecuniis, peculiis vtriuſque ſexus, generis vel ætatis cum integro termino ſolidóque ſtatu facta omnia, & ex omnibus totum & ad integrum, quantumcumque ad ipſam villam adſpicere vel pertinere videtur, ad ipſum Monaſterium vel ad ipſos fratres volumus eſſe donatum. Simili modo donamus in ipſo pago rem illam in Manicocurte, quam Haribertus ad partem Sancti Stephani condonauit, & modò tenet filius ſuus nomine Chrotecharius per precariam. Similiter donamus in ipſo pago rem illam in Rehenſacoldocurte, quam Beto ad partem Sancti Stephani delegauit, & ipſe modò per precariam tenet, ſeu & ſortem illam in ipſa villa, quam Vibollagus per beneficium Sancti Stephani vel noſtrum tenere videtur. Simili conditione donamus in ipſo pago rem illam in villa Acciago, vnà cum illa Eccleſia inibi conſtructa cum omnibus ad ipſam pertinentibus, quam Aglebertus filius Marcelli per beneficium Sancti Stephani vel noſtrum viſus eſt habere. Donamus etiam rem illam in ipſo pago cognominante Nodulfo, quam Hilduinus per beneficium Sancti Stephani vel noſtrum habere videtur. Necnon & illam rem in villa Buxarias, quam vſque nunc Gondolanus per beneficium Sancti Stephani viſus fuit tenere, ad ipſum Monaſterium ſit delegata vel data. Similiter donamus res illas in ipſo pago in loco nuncupato Haldulfocurten, & ad Burtſoloniuillam, quas Maurotus per ſuum teſtamentum ad partem Sancti Stephani condonauit. Simili modo donamus res illas in ipſo pago Caluomontenſi, quas Herbertus & Warnildis ad partem Sancti Stephani per ſuum teſtamentum delegauerunt, & modò ipſa Warnildis per precariam habere videtur in loco nuncupante Arcas ſeu & Niguiemonte ad ipſam caſam Dei proficiant in augmentum. Similiter donamus res illas in ipſo pago ad Tlibas ſuper fluuium Cernone, quas Halibertus ad partem Sancti Stephani delegauit, & modò filius ſuus Raboldus per precariam tenet. Similiter donamus res illas ſuper ipſum fluuium Cernono, quas Suibardus ad Sanctum Stephanum dedit. Simili conditione donamus in pago Suggintenſe villam nuncupatam Childuſouilla, quam nunc Otto Comes per beneficium Sancti Stephani vel noſtrum habere videtur, vnà cum illa ſorte quam Gonthadus ad Sanctum Stephanum dedit, & ipſe modò per precariam tenet. Hæc omnia ſuperiùs comprehenſa, tam in terris, domibus, ædificiis, campis, pratis, vineis, ſyluis, cultis & incultis, aquis aquarúmue decurſibus, mobilibus & immobilibus, mancipiis, litis, accolabus, adiacentiis, appendiciis, cum integris terminis ſolidíſque ſtatis eorum ad eas res pertinentibus vel aſpicientibus, ad ipſum iam fatum Monaſterium vel ipſos fratres proficiant in augmentis, vt eos meliùs delectet pro nobis vel inclytis Regibus noſtris Karolo atque Karolomanno, ſeu ſtabilitate Regni Francorum, & ſucceſſoribus noſtris, Domini miſericordiam attentiùs exorare. Et quiſquis ex iſtis hominibus ſuperiùs nominatis, vel aliis quibuſlibet, de rebus ſuperiùs intimatis, per beneficium Sancti Stephani, vel per precarias ad cenſum habere videntur, illum cenſum, quem vſque nunc in Domum ad opus noſtrum dederunt, deinceps in anteà ipſum cenſum ad ipſum ſæpedictum Monaſterium vel ad ipſos fratres perſoluant. Et cùm de hac luce deceſſerint, & dies obitûs eorum aduenerit, poſt eorum diſceſſum ipſas res cum omni ſuperpoſito, abſque vllius contradictione vel Iudicis vel Pontificum ſucceſſorúmque noſtrorum expectata tradi-*

* *Varangeuille.*

AN. CH. 769. CAROLI CAROLOMANNI RR. 1.

tione, ipſi fratres in ſuam recipiant poteſtatem. Precórque ſucceſſores Dominóſue meos, & per Sanctam Trinitatem adiurare præſumo, vt facta mea ſic in æuum perdurare permittant, ſicut ipſi habent velle, vt geſta eorum in perpetuum perſeuerent. Actum ſuper fluuium Moſa in loco, qui vocatur Fontanas, anno primo Regni Karlomanni Regis. Omittimus annum ab Incarnatione Domini DCCLXX, & Indictionem octauam, quia nec huiuſcemodi Characteres à Francis vſurpabantur regnante Carolomanno, nec annus à Chriſto nato ſeptingenteſimus ſeptuageſimus aut octaua Indictio cum primo eiuſdem Regis anno benè conuenit. Sequuntur hæ ſubſcriptiones. *Ego Angilrannus peccator Epiſcopus hoc teſtamentum à me factum relegi & ſubſcripſi. Ego Grimaldus Abbas ſubſcripſi. Ego Helborardus Abbas ſub. Ego Goſo Abbas ſub. Ego Sigilbertus Abbas ſub. Fredalius peccator Chorepiſcopus ſub. Stephanus Presbyter ſub. Andreas ſub. Donatus ſub. Ego Rocfridus ſub. Sigillum Widigangi. Haymaldius ſub. Dodonus ſub. Hardonino ſub. Hildelbodo ſub. Adulpho. Ego Tnaſco iuſſus à Domino & Pontifice meo Angilranno hoc Teſtamentum ſcripſi & ſubſcripſi.*

XXX. In Necrologio Gorzienſi, Angilrannus ita commendatur. *Obiit Dominus Angelramnus Archiepiſcopus, qui dedit nobis Faum * & Gaudiacum *.* Illorum locorum Donatio legitur apud eundem Auctorem [a], ſed abſque nota Chronologica, nam qui reperitur annus ab Incarnatione Domini ſeptingenteſimus ſeptuageſimus, is inſititius eſt vt & in ſuperiore Charta. Sublato igitur iſto Charactere Chartam ipſam accipe, quam emiſit Angilrannus, cùm Carolomannus regnabat, & Theomarus ſeu Theutmarus Gorzienſi Monaſterio præerat. *Cùm Chriſtus vnicus filius Patris, qui cum Patre & Spiritu Sancto cuncta creauit ex nihilo, non dedignatus ſit animam pro ouibus ſuis ponere, & acquiſitas proprio cruore ſeruo ſibi credito tradidit cuſtodiendas, &, ſi cui committantur, perſpicere ac ſolerti ſtudio peruigilare debet, vt gregem ſibi commiſſum, in quantum ipſe, qui tradidit, ei vires tribuere dignabitur, non negligendo neceſſaria omnia tam ſpiritualia quàm & temporalia impendere ſtudeat, vt talentum ſibi creditum cum vſuris Domino ſuo repræſentet? Ideo ego in Dei Nomine Angilrannus gratiâ Dei Metenſis vrbis Epiſcopus pro diuino intuitu & vel anima noſtra remedio ſeu pro æterna retributione, vnà cum conſenſu Cleri vel laicorum fidelium Sancti Stephani protomartyris peculiaris Patroni noſtri, cui Eccleſia, authore Chriſto, præeſſe dignoſcimur, donamus ad Monaſterium Gorzia, quod ſubiacet ipſi Eccleſia Sancti Stephani, quod prædeceſſor noſter bonæ recordationis Domnus Chrodegangus Archiepiſcopus in honore Sancti Petri vel ceterorum Sanctorum à nouo ædificauit, & turbam Monachorum ſub ſancta norma degentes coacernauit, vel vbi Sanctus Gorgonius præclarus videlicet Martyr in corpore quieſcit, & vbi Theomarus Abbas ſub manu noſtra Rector eſſe videtur, hoc eſt, res illas de ratione Sancti Stephani, id eſt, in pago Bindenſe, villam nuncupatam Faho, quam nunc per beneficium Sancti Stephani vel noſtrum Fredelaigus Vaſſus Domini Karolimanni Regis per precariam noſtram tenere videtur, necnon & villam aliam de ratione ipſius Sancti Stephani ſitam in pago Wabrinſe cognominatam Gaudiaco, quam Godfridus ſimiliter homo Dominicus per beneficium Sancti Stephani vel noſtrum per precariam tenere videtur, ad ipſum iam fatum Monaſterium, vel ad illam ſanctam Congregationem inibi vitam degentem volumus eſſe donatum, hoc eſt, in terris, domibus, ædificiis, campis, pratis, paſcuis, vineis, ſiluis, cultis & incultis, aquis, aquarúmue decurſibus, mobilibus & immobilibus, mancipiis, litis, accolabus, adiacentiis, appendiciis, cum integris terminis ſolidíſque ſtatis earum, ad eaſdem villas iam fatas Faho & Gaudiaco aſpicientibus vel pertinentibus, ad partem Sancti Petri vel Sancti Gorgonij ſeu ad ipſos fratres proficiat in augmentis, vt eos meliùs delectet pro nobis vel inclito Rege noſtro ſeu ſtabilitate Regni Francorum & ſucceſſoribus noſtris, Domini miſericordiam attentiùs exo-*

* Fau.
* Ioiy.
[a] Lib. 2. in Epiſc. 38.

*rare. Et illum cenſum, quem vſque nunc ipſe Fredelaigus vel Godfridus ad partem Sancti Stephani vel nobis dederunt, ipſum ad partem ipſius Monaſtery vel ad ipſos fratres annis ſingulis perſoluant. Et cùm ipſi de hac luce diſceſſerint, ipſi fratres ipſas iam fatas villas cum omni ſuperpoſito, abſque vllius contradictione, vel Iudicis aut Pontificum ſucceſſorúmque noſtrorum expectatâ traditione, in eorum recipiant poteſtatem. Quaſo namque ſucceſſores Patréſque meos Epiſcopos, & per inſeparabilem Trinitatem adiurare praſumo, vt facta mea ſic in æuum perdurare permittant, ſicut ipſi habent velle, vt geſta eorum per tempora prolixa conſeruentur *. Ego in Dei Nomine Angilrannus peccator Epiſcopus hanc epiſtolam ceſſionis à me factam relegi & ſubſcripſi. Agnardus S. Ego Optarius acſi indignus Presbyter S. Heboradus Abbas S. Arthecarius Archidiaconus S. Andreas S. Giſo Abbas S. Sigillum Hauinodo. Harimandus Notarius S. Ego Tnaſco intimus Diaconus iuſſus à Domino & Pontifice meo Angilranno hanc epiſtolam ceſſionis ſcripſi & ſubſcripſi.*

* *conſeruentur. Anno ab Incarnatione Domini DCCLXX.*

XXXI. OBOLENVS GLODESINDIS SPONSVS IN CARCEREM TRVDITVR.

Hoc anno Glodeſindis, cuius ortum ad annum Chriſti ſeptingenteſimum vndequinquageſimum regnante tum Childerico notauimus, *iuueni cuidam, nomine Obolено, à parentibus ex more ſponſa decernitur. Chriſto verò ſe vbique protegente, non minùs corpore quàm mente ſeruatur intacta. Et (quàm ſemper mira in electis ſuis Dei miſerentis cuſtodia!) cùm tempore deſponſationis exacto iuuenis virginem, vt fit, à parentibus ſuſcepiſſet, domum cum grandi frequentia nuptias paraturus deducit. Sed quia ſancta virgo cæleſti ſponſo iam corpus & animam ſuam conſecrauerat, eodem fortè prædicto ſponſo, conſilio vtique Diuinitatis, iuſſu Regio euocato, Palatium iuuenis ſine mora contendit. Quò cùmperueniſſet, multis & nefariis ei ingeſtis ſceleribus grauiter in eum Regalis eſt incenſa ſeueritas. Ita artâ retruſus cuſtodiâ, annóque integro ibi digno ſqualore confectus, eo exacto eductus iudiciali damnatus ſententiâ capite detruncatur*, vt anno ſequenti dicemus. Interim totam Glodeſindis vitam ad certos Chronologiæ calculos redactam ex eius Actis accipe, quæ Surius [a], Labbeus [b], Dacherius [c] & Mabillonus ediderunt.

[a] D. 25. Iul.
[b] Tom. 1. Biblioth.
[c] Sec. 2. Benedict.

XXXII.

Glodeſindis nata eſt anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-nono, cùm Monarchia Francorum penes Childericum Tertium eſſet. Id prævalidè ſuo loco probatum. *Totum huius ſpatium mortalitatis triginta annorum curſu eam emenſam eſſe* Auctor Actorum confirmat. In cælum igitur migrauit anno Chriſti ſeptingenteſimo ſeptuageſimo-nono. *Monaſterium ſex annos feliciter rexerat.* Ergo Cœnobij regimen anno Chriſti ſeptingenteſimo ſeptuageſimo-tertio ſuſcepit. Priùs autem quàm Collegium puellarum Chriſto famulantium adunaret, deſponſata eſt Oboleno, qui mox accuſatus apud Regem atque in carcerem coniectus, anno proximo, capite plexus eſt. Auditâ Oboleni morte, ſermones de altero ſponſo habiti. Hunc virgo declinauit fugâ Metas arreptâ, illic per dies ſex in Baſilica Sancti Stephani delituit paſta cælitus atque etiam velata, tum profecta Treuiros *ad amitam ſuam Rothildam magnæ probitatis famâ celebrem*, &c, poſtquàm ab ea *cunctis bonorum ſtudiis morum actuúmque ſtatu pleniſſimè* fuit *informata, Mettim repetiit*, vbi locum erigendo Monaſterio peropportunum ſibi dari poſtulauit impetrauítque. Tot rerum ſerie diligenter inſpectâ Glodeſindem, cùm annos nata eſſet viginti, nuptiáſque diu iam reſpuiſſet, hoc anno deſponſatam putamus; poſtero anno mortem Oboleni, fugam Glodeſindis in Metenſem Baſilicam Sancti Stephani, necnon eius profectionem ad amitam Rothildam conſignabimus; denique illius reditum in ciuitatem Metenſem ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum-ſecundum referemus.

AN. CH. 770.
CAROLI CAROLOMANNI RR. 2.

ANNVS
CHRISTI 770.
CAROLI R. 2.
CAROLOMANNI R. 2.

I. CAROLVS R. PRÆCEPTA EMITTIT PRO ECCLESIIS, ANDEGAVENSI,

CAROLVS Rex menſe Martio, anno Regni ſui ſecundo, ſiue anno Chriſti ſeptingenteſimo ſeptuageſimo, cùm apud Heriſtallium degeret, à Mauriolo Andegauenſium Epiſcopo rogatus emiſit Præceptum, quo Cellam Sancti Stephani prope muros Andegauenſes cum rebus omnibus ad eam pertinentibus ſub emunitatis nomine *ad lumen Eccleſiæ Sancti Mauricij* ſic conceſſit [a]. *Karolus gratiâ Dei Rex Francorum, Vir* [1] *Illuſter, omnibus agentibus tam præſentibus quàm futuris* [2]. *Tunc celſitudo fundamenta ſui culminis corroborat, quando petitionibus Sacerdotum & ſeruorum Dei, quod pro eorum quiete vel iuuamine pertinet, obaudimus, hoc nobis ad mercedem vel ſtabilitatem Regni noſtri in Dei nomen pertinere confidimus. Ideóque cognoſcat Magnitudo ſeu Vtilitas veſtra. Apoſtolicus vir Mauriolus Epiſcopus Andegauenſium ciuitatis, qui...... Monaſterio S. Stephani, qui eſt ſub vrbe ipſius ciuitatis prope murum conſtructus, nobis ſuggeſſit, vt dum anteceſſores Reges ipſo Monaſteriolo ad ipſius lumen Eccleſiæ S. Mauricij conceſſerunt* [3], *& nos modò per mercedis noſtræ augmentum tale beneficium ei concedere deberemus, vt in locella ipſius Monaſterij, in quibuſcumque pagis vel territoriis* [4] *ea videtur habere, nullus Iudex publicus, nec ad cauſas audiendum,* [5] *nec ad freda exigendum, nec hoſtilitatem, nec manſiones, aut paratas faciendas, nec vllas redhibitiones requirendas, quod fiſcus à longo tempore fuit conſuetudo exactandi, pro noſtro augmento ſub emunitatis nomine in luminaribus S. Mauricij glorioſi Martyris concedere deberemus. Quod ita & fecimus. Quapropter per præſentem Præceptionem decernimus, & omnino iubemus, vt nec nos, nec iuniores noſtri, nec ſucceſſores eorum, nec quiſlibet de partibus Iudicum fiſci noſtri, in quibuſcumque pagis ac territoriis ipſa Cella S. Stephani locella tenere videtur, ſicut ſuperiùs diximus, nec freda exigendum, nec hoſtilitates* [6], *nec manſiones, nec paratas faciendas, nec vllas redhibitiones requirendas, ei nec ad iuniores ſuos exactare nec offerre penitus non requiratur, ſed* [7], *vt diximus, pro mercedis noſtræ augmento in luminaribus ipſius S. Mauricij ſub emunitatis nomine, vbi ipſe Mauriolus Epiſcopus cuſtos eſſe videtur, proficiat* [8] *in augmentum. Et vt hæc Præceptio firmior habeatur, & meliùs per tempora conſeruetur, manu propriâ ſubſcriptionibus ſubter eam decreuimus roborare. Signum Karoli Glorioſiſſimi Regis. Hitbro recognouit. Data menſe Martio, anno 2 Regni noſtri. Actum Ariſtalio Palatio publico fideliter. Amen.* Dubium non eſt, quin annus ſecundus Caroli Regis per menſem Martium cum anno Chriſti ſeptingenteſimo ſeptuageſimo coinciderit. Haud adeò manifeſtè deprehendi poteſt annus, quo Carolus alterum Diploma pro Eccleſia Vltraiectenſi dedit, eiuſdem enim Caroli Regis annus in ſubſcriptione deſideratur. Illud tamen Præceptum hoc anno videtur emiſſum, quia datum eſt *Kalend. Martij, in Aquis Palatio*, cùm Carolus nondum ſe Regem Longobardorum inſcribebat, & Aquiſgranum nec procul ab Heriſtallio vbi ſcriptum eodem menſe Martio Regium Diploma pro Eccleſia Andegauenſi, nec procul à Leodio diſtat vbi Carolus Paſcha celebrauit. Sic autem à Wilhelmo Heda publicatum eſt. [b] *Carolus Dei gratiâ Rex Francorum, Vir Illuſter.*

[a] Tom. 2. Gall. Chriſt. in Epiſc. Andeg. n. 27.
[1] *Viris iuſtis*
[2] *futuris cognoſcatis*
[3] *conceſſit.*
[4] *libet ea*
[5] *nec ad inſpendas.*
[6] *hoſtilitatis. nec manſionis.*
[7] *nec.*
[8] *& proficiat*
[b] In Gregor. Ep. Vltraiect. 3.

AN. CH. 770. CAROLI CAROLOMANNI RR. 2. ET VLTRAIECTINA.

*Si petitionibus Sacerdotum omnibus non negamus, Dominum exinde retributorem habere confidimus. Ideóque venerabilis vir Gregorius Epiſcopus confirmationem bona memoria Domni genitoris noſtri Pippini, quondam Regis, de rebus Eccleſia ſua S. Martini, qua eſt constructa in vico Traiecto ſuper fluuium Rheni, nobis protulit relegendam de rebus, quas anteceſſores noſtri, Pippinus anterior, ſeu Carolus, vel Carolomannus, itémqae & prafatus genitor noſter ad ipſam caſam Dei conceſſerunt, vel ad illam Epiſcopatum, vt omnem decimam de terris, ſea de mancipiis, aut de toloneis, vel de negotiis, aut vndecunque ad partes fiſci cenſus ſpectare videbatur, ſicut diximus, omnem decimam partem ad ipſam caſam Dei S. Martini condonauerunt, vel confirmauerunt, in * luminariis ſeu ſtipendiis Monachorum atque Canonicorum, qui ibidem gentiles ad Chriſtianitatem conuertunt, & Domini miſericordiâ ipſos conuerſos quos habent docent *, iuxtáque Chriſtiani eorum Chriſtianitatem conſeruant. Vnde & prafatus Gregorius nobis expetiit, vt ipſam confirmationem renouare deberemus, quod & libenti animo viſi faimus feciſſe. Propterea per hanc Praceptionem noſtram decernimus atque iubemus, vt quicquid anteceſſores noſtri ſapedicti ad ipſam caſam Dei per eorum teſtamenta condonauerant, iuxta & rationabiliter per noſtram denuò confirmationem abſque alicuius contradictionibus memoratus Pontifex Gregorius ad ipſam caſam Dei habeat indultum atque conceſſum, & vt hac authoritas confirmationis noſtra firmior habeatur, vel per tempora meliùs conſeruetur, manûs noſtra ſignaculis ſubter eam decreuimus roborare. Signum Caroli Glorioſiſſimi Regis. Data Kalend. Martij. Actum in Aquis Palatio.* In hoc Diplomate Gregorius *Epiſcopus* vocatur, quia Traiectenſis Eccleſiæ curam gerebat, licèt in gradu Preſbyterij perſeueraret, vt obſeruauimus ſuprà.

* vt in

* docent.

II. PASCHA CELEBRAT LEODII.

Carolus Leodij Paſcha decimo Kalendas Maij celebrauit, deinde Wormatiæ generalem populi ſui de more Conuentum habuit. Vtrumque veteres teſtantur Annaliſtæ [a]. Ciuilis belli metus erat in proximo, ſiue ambo Francorum Reges fraternam deponerent amicitiam mutuíſque deinceps odiis inter ſe decertarent, ſiue ſeruatâ ſimul concordiâ Thaſſilonem adorirentur, qui Regem potiùs quàm Ducem ſeu Præfectum agebat in Boioaria. Berta ſeu Bertrada Regum mater, vt vtramque tumultuum cauſam tolleret, Carolomannum primò, poſteà Thaſſilonem adiit. Vtrumque ſic indicat Annaliſta Loiſelianus. *Karlomannus & Berta iungentes ſe ad Saloſſa *. Et in eodem anno perrexit Domna Berta Regina per Baioariam partibus Italia.* Alij ſuffragantur Auctores non pauci, ſeu ſcripſerunt [b] Annales Francorum, ſeu vitam [c] Caroli Magni per annos digeſſerunt.

[a] Loiſel. Lauresh. Tilian. Bertin. Met. Regin.

* Saluſſes.

[b] Bertin. Met. Til.

[c] Incert. Auct. Monach. Egoliſm.

III. BERTA FRATERNAM DILECTIONEM INTER FILIOS SVOS REDINTEGRAT.

Berta Salutiis cum Carolomanno colloquium habuit, eúmque fratri reconciliauit ſopitâ, quæ anno ſuperiore gliſcere cœperat, inter vtrumque diſcordiâ. Reges ad ſynceram dilectionem & fraternum amorem conuerſi ſunt, atque de reintegrata inter ſe concordia déque ſuo erga Sedem Apoſtolicam zelo Stephanum Papam certiorem fecerunt, Gauziberto Epiſcopo, Fulchberto Monacho, Ausfredo & Helingario glorioſiſſimis viris Romam quamprimùm directis. Gauiſus eſt ſummoperè Pontifex, ſtatímque per eoſdem nuncios ad prædictos Reges literas [d] tranſmiſit, quæ commodè duas in partes diuidi poſſunt.

[d] Ep. 47. Cod. Carol.

IV. EA DE RE PLVRIMVM LÆTATVR PAPA.

Primò, Stephanus ſignificauit ſe plurimùm lætari de renouata Regum amicitia. *Domnis Excellentiſſimis filiis Carolo & Carolomanno Regibus Francorum & Patriciis Romanorum, Stephanus Papa. Benedictus Dominus Deus noſter, pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis, qui conſolator & propitiator exiſtit omnium inuocantium eum in veritate. Ipſe enim Redemptor noſter preces clamantium ad ſe exaudiens mærentium tribulationes ad gaudium conuertit, quòd certè nunc in nobis atque vniuerſo peculiari populo Sancta Dei Eccleſia eius, diuina pietatis clementiam & miſericordia beni-*

AN. CH. 770. CAROLI CAROLOMANNI RR. 2.

gnitatem cernimus eſſe diffuſam, in eo, quòd noſtræ orationis vota exaudiens & mœroris noſtri lamentationem, quam vſque hactenus habuimus ex ipſa diuiſione diſcordia, quam antiquus hoſtis, inimicus pacis intra veſtram fraternitatem immiſerat, nunc, Deo propitio, eodem peſtifero æmulo confuſâ, in communem dilectionem & concordiam, verè vterinos & germanos fratres, vos connexos eſſe diſcentes, in magnam lætitiam conuertere dignatus eſt. Itaque, Præcellentiſſimi filij, Magni, Victorioſiſſimi Reges, & Dei prouidentiâ noſtri Romanorum Patricij, coniungentes ad nos fideliſſimi ac ſolertiſſimi veſtri Miſſi, ſcilicet Gauzibertus Reuerendiſſimus ac Sanctiſſimus frater noſter Epiſcopus, atque Fuchbertus Religioſus, & Ansfredus ſeu Helingarius Glorioſiſſimi veſtri, detulerunt nobis honorabiles ſyllabas à veſtra à Deo inſtituta Regali potentia directas. Per quas innatuiſtis, contentionis rixas ac litigia inter vos verſata fuiſſe, ſed annuente Domino, nunc ad veram dilectionem, vnitatis concordiam, & fraternum amorem, conuerſi extitiſſe videmini. Quo audito, magno gaudio atque lætitiâ, vnà cum vniuerſo populo noſtro iſtius prouincia à vobis redemptæ, repleti ſumus, & gemina feſtiuitatis gaudia peregimus, immenſas Deo noſtro Omnipotenti referentes gratiarum actiones, atque victricem eius clementiam collaudantes, conſona cum prophetica voce cantantes atque dicentes. Benedictus es, Domine Deus noſter, & benedicta omnia opera tuà. Ecce enim nunc gaudet Deus noſter in cælis, gaudet & vniuerſus chorus Angelorum, & in terra etiam cunctus exultat populus Chriſtianus, & ſolus diabolus inimicus pacis, & diſcordiæ ſeminator, luget, dum victum ſe eſſe & ſuperatum conſpicit. Non enim aliter fidelium mentes exiſtimare poterant peruenire, quàm quod nunc factum eſſe gaudemus, ſi Deus Omnipotens illam pacem & fraternam dilectionem in vobis multiplicet, & multiplicatam corroboret, quam ſuis donauit Apoſtolis. Vnde de veſtra vnitate etiam ſancta ſpiritalis mater veſtra, Dei Eccleſia & eius vniuerſus populus exultat.

V. AMBOS RR. HORTATVR VT FIDEM APOSTOLICAM CONTRA LONGOBARDOS TVEANTVR.

Secundò, Romanus Pontifex Reges Francorum per tremendum iudicij diem & ipſius Principis Apoſtolorum nomine vehementer obteſtatus eſt, vt in firmo propoſito rerum, quæ beato Petro ſublatæ fuerant, à Longobardis exigendarum conſtantiſſimè permanerent, & cuilibet illas redditas aſſerenti fidem denegarent. *In his ipſis veſtris ferebatur apicibus, totâ veſtrâ virtute vos eſſe decertaturos pro exigendis iuſtitiis protectoris veſtri beati Petri & Sanctæ Dei Eccleſiæ, atque in ea promiſſione amoris, qua à veſtro pio genitore ſanctæ recordationis Domno Pippino, eidem Principi Apoſtolorum & eius Vicariis facta eſt, polliciti eſtis eſſe permanſuros, & plenarias iuſtitias Sanctæ Dei Eccleſiæ atque eius exaltationem eſſe operaturos. Et quidem nos, Excellentiſſimi filij, Chriſtianiſſimi Magni Reges, omnino de hoc certi atque in omnibus ſatisfacti ſumus, quòd nulla hominum ſuaſio aut theſaurorum copioſa datio vos poterit declinare, aut ab eadem veſtra promiſſione, quam beato Petro ſpopondiſtis, quoquomodo immutare, tamen nunc firmitatem veſtram comprobauimus, dum non corruptori, & fragili homini, ſed Deo Omnipotenti & eius Apoſtolorum Principi placere procuraſtis. Vnde abnixè, tanquam præſentialiter, petimus, & coram Deo viuo, qui vos regnare præcepit, coniuramus Excellentiam veſtram, vt plenarias iuſtitias beati Petri, ſub nimia velocitate ſecundùm capitulare, quod vobis per præſentes veſtras fideliſſimos Miſſos dereximus, exigere & beato Petro reddere iubeatis; ſicut & veſtra continet promiſſio, & omnia, quæ beato Petro & eius Vicariis cum veſtro ſanctæ memoriæ progenitore promiſiſtis, adimplere dignemini, quatenus, intercedente eadem Principe Apoſtolorum, perfectam ab Omnipotenti Deo in præſenti vita & futura beatitudine ... ſuſcipiatis. Poſt Deum in vobis habemus fiduciam, & in veſtro amore atque charitatis dilectione firmiter vſque ad animam & ſanguinis effuſionem, vnà cum vniuerſo populo permanemus atque permanebimus. Tamen & de hoc & de omnibus iuſtitiis*

beati

beati Petri prædictis veſtris Miſſis ſubtiliùs locuti ſumus, veſtro Regali culmini cuncta enarranda, & iam, ſicut terra ſitiens imbrem præſtolatur, ita veſtrum auxilium & congruum effectum de noſtris petitionibus poſtulamus. Et videte, Excellentiſſimi filij, quia obteſtamur vos per tremendum diem iudicij, etiam beatus Petrus per nos vos adhortatur atque obteſtatur, vt ſub nimia velocitate ipſas iuſtitias eiuſdem Principis Apoſtolorum exigere à Langobardis iubeatis, fortiter eos cum Dei virtute diſtringentes, vt ſua propria idem Princeps Apoſtolorum atque Sancta Romana Eccleſia recipiat. Nam ſi, quod non credimus, ipſas iuſtitias exigere neglexeritis aut diſtuleritis, ſtiatis, vos de iſtis rationem fortiter ante tribunal Chriſti eidem Principi Apoſtolorum eſſe facturos. Si quis autem vobis dixerit, quòd iuſtitias beati Petri recepimus, vos vllo modo ei non credatis. Deus autem Omnipotens ſuâ vos dexterâ protegat, & victoriam vobis de cælo tribuat, ſuúmque Angelum ante faciem veſtram mittat, qui vos præcedat, & inimicos veſtros coram veſtris proſternat veſtigiis, atque à Deo inſtituti Regni veſtri terminos dilatet, & præſenti Regno longæuiter ac proſperè gubernacula perfrui faciat. Etiam & poſt huius vitæ longæuitatem, cæleſtia vobis Regna per infinita tribuat ſecula poſſidenda.

AN. CH. 770. CAROLI CAROLOMANNI RR. 2.

VII. Inde autem liquet literas anno ſuperiore datas, quæ reſtitutionem à Deſiderio factam fingebant, vi ac metu extortas fuiſſe. Quod & adhuc confirmatur aliis literis [a], in quibus conſtantia, quâ Carolomannus Rex cauſas Apoſtolicas tuebatur, à Stephano ſic laudata reperitur. *Domno Excellentiſſimo filio Carolomanno Regi Francorum & Patricio Romanorum, Stephanus Papa. Dum tantam piæ conſiderationis gratiam atque efficacem ſolertiam Creator noſter Omnipotens Dominus veſtro melliſluo Regali cordi pro defenſione & exaltatione ſanctæ ſuæ Eccleſiæ infundere dignatus eſt, Præcellentiſſime fili ac Benigniſſime Rex, idcircò opinatiſſimi nominis tui præclara memoria, & indita cælitus prudentia in toto Orbe terrarum diuulgata permanet, etiam in cæleſtibus Regnis digna operum tuorum refulgent merita. Vnde beatus es, bone Chriſtianiſſime Rex, quòd quidem nos conſpectâ fidei tuæ conſtantiâ, quam in Apoſtolicis cauſis & noſtri amoris feruore habere dinoſceris, firmi in tua dilectione permanentes, ſedulò eidem noſtro Conditori, pro immenſa veſtra lætitia & à Deo inſtituti Regni veſtri ſtabilitate preces fundere nequaquam deſiſtimus. Intereà coniungentes ad nos Beraldus Religioſus Abbas, & Audbertus vir inluſter, detulerunt nobis honorandas nimíſque deſiderabiles ſyllabas à Deo protectæ Excellentiæ veſtræ, quas cum magno honoris affectu ſuſcipientes atque relegentes, quæ in eis ferebantur, omnino agnouimus. Sed & ipſi veſtri fideliſſimi Miſſi ea, quæ à veſtra à Deo protecta Excellentia iniuncta habuerunt, nobis ſubtiliùs retulerunt. De quibus, ſicut veſtris fidelibus, ad ſingulas eis reſponſum reddidimus, veſtro à Deo inſpirato culmini liquidò enarrandum.*

[a] Ep. 48. Cod. Carol.

LAVDAT CONSTANTIAM CAROLOMANNI.

VIII. Iiſdem literis Stephanus, vt Carolomanni Regis compater fieri mereatur, ita poſtulat. *Quia amoris veſtri feruor in noſtris firmiter viget præcordiis, magna nobis deſiderij ambitio inſiſtit, præcellentiſſime Regum, vt Spiritûs Sancti gratia, ſcilicet compaternitatis affectio, inter nos adueniat. Pro quo obnixè quæſumus Chriſtianitatem tuam, à Deo inſtitute bone Rex, Excellentiſſiméque fili, vt de præclaro ac Regali veſtro germine, quod vobis Dominus pro exaltatione Sanctæ ſuæ Eccleſiæ largiri dignatus eſt, in noſtris vlnis ex fonte ſacri Baptiſmatis; aut etiam per adorandi chriſmatis vnctionem ſpiritalem ſuſcipere valeamus filium, vt eâdem, Deo proſperante, compaternitatis gratiâ in medio noſtrum corroboratâ, magnâ lætitiâ ex hoc tam nos quámque vniuerſus noſter populus pariter releuati, exultare valeamus in Domino.* Carolomanni filius, cuius patrinus fieri Papa peroptauit, non alius eſt à Pippino, de cuius ortu ſic ad hunc annum Annaliſta Petauianus. DCCLXX. *Natiuitas Pipini filij Karlomanni.*

OPTAT EIVS COMPATER FIERI.

AN. CH. 770. CAROLI CAROLOMANNI RR. 2.

IX. Erat tunc & alrera Carolomanno proles. Præcitatas enim literas Stephanus Papa ſic claudit. *Deus autem Omnipotens, per quem Reges regnant & Principes imperant, ſuâ vos protegat gratiâ, & victoriam vobis de cælo pro ſua Sancta Eccleſia defenſione tribuat, atque longæuos & ſoſpites in ſolio Regni pariter cum Excellentiſſima & Chriſtianiſſima filia noſtra Regina, dulciſſima veſtra coniuge, & amantiſſimis natis, conſeruare, & cæleſtis Regni æterna gaudia concedere dignetur poſſidenda. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.* Validius excogitari non poteſt argumentum, vt Carolomanno Regi, cùm prælaudatas Stephani Papæ literas accepit, vxorem aliámque prolem præter Pippinum fuiſſe credas. De illis anno ſequenti, poſt eiuſdem Carolomanni mortem, fuſiùs agemus.

X. Berta Salutiis per Boioariam in Italiam profecta eſt. Hæc aſſertio eſt Annaliſtæ Loiſcliani iam citati, quem ſequuntur, Tilianus, Bertinianus ac Metenſis, cum Reginone, nonnulliſque Auctoribus [a], qui literis vitam Caroli Magni commendarunt. E tot autem Scriptoribus nullus inuenitur, qui profectionis in Boioariam ſuſceptæ cauſam aperiat. Illud iter Annaliſta Laureshamenſis ita reticet. *Bertrada mater Regum cum Karolomanno minore filio apud Saluſiam locuta pacis cauſâ in Italiam proficiſcitur.* Bertradæ Salutiis egreſſæ, ſeu Deſiderium Longobardorum Regem, qui partem Italiæ in ſua tenebat poteſtate, ſeu Romam adire rectà vellet, iter per Boioariam habendum nuſquam fuit. In dubium tamen non vocamus, quin Salutiis in Boioariam, & è Boioaria in Italiam iuerit. *Berta Regina*, inquit Regino, *perrexit in Baioariam, & inde Italiam ingreſſa eſt.* Cur in Boioariam, prouinciam adeò remotam, diuerteret, magni momenti cauſam oportet interceſſiſſe. Illuc eo profecta eſt conſilio, vt amicitiam inter Thaſſilonem Ducem & Carolum Regem Francorum, hoc eſt, inter conſobrinos, renouaret. Concordiam inter ipſos Francorum Reges feliciſſimè redintegrarat, Boioariæ Ducem Carolo Regi reconciliarum faciliùs iri ſperauit. Spe caſſa Romam perrexit, & quia, quod animo meditata fuerat, in Boioaria minimè perfecit, itineris illuc ſuſcepti cauſam veteres Auctores haud prodiderunt.

[a] Incert. Auct. Mon. Egoliſm.

BERTA PROFICISCITVR IN BOIOARIAM.

THASSILONEM AD OFFICIVM REVOCARE NON POTEST.

XI. *Hoc anno Domina Berta fuit in Italia propter filiam Deſiderij Regis.* Ad hunc annum ſic ſcribit Annaliſta Petauianus. Laureshamenſis aliò non videtur abire, Bertradam enim Salutiis profectam in Italiam, peractóque negorio propter quod in Italiam ſe contulerat, adoratíſque Principum Apoſtolorum liminibus ad filios ſuos in Gallias rediiſſe ſic affirmat. *Bertrada mater Regum cum Karolomanno minore filio apud Saluſiam locuta pacis cauſâ in Italiam proficiſcitur, peractóque propter quod illô profecta erat negotio, adoratis etiam Roma Sanctorum Apoſtolorum liminibus, ad filios in Galliam reuertitur.* At Salutiis non in Italiam ad Regem Longobardorum, aut Romam ad Apoſtolorum limina, ſed in Boioariam per ditiones Carolomanni contendit, vt cum Thaſſilone prouinciæ Præfecto colloqueretur. E Boioaria verò Romam peruenire, vel Româ in Galliam reuerti non potuit, quin iter per Longobardiam faceret. In reditu ex Vrbe Papiam adiit Regiam Longobardorum Sedem, ibíque conſilium iniit de filia Deſiderij Regis in Franciam adducenda. Non igitur *propter filiam Deſiderij Regis*, viæ ſe commiſit Italiam verſùs, ſed propter voti religionem ad Apoſtolorum limina ſoluendi, fortè quia filios ſuos Reges Francorum fraternæ dilectioni reddiderat.

IT ROMAM. DEINDE PAPIAM.

XII. Deſiderius Longobardorum Rex è ſua re duxit ſibi deuincire Francorum Reges, quos in amicitiam ſimul rediiſſe nouerat, & amicos eſſe Stephano Papæ quem laceſſebat, neque ſe faciliùs, quod optabat, aſſecuturum credidit, quàm ſi Giſilam eorumdem Regum ſororem filio ſuo in vxorem poſtularet. Egit illo de coniugio cum Bertrada Regina, atque vt mutuus amor arctiùs vtrimque necteretur, de filia ſua alteri Regum Fran-

CVM DESIDERIO R. LONGOBARDORVM COLLOQVITVR DE DVPLICI INTER EORVM LIBEROS MATRIMONIO.

corum ſocianda ſermonem quoque habuit, inde factum eſt, vt hæc in Franciam adduceretur. Stephanus ſtatim ac conſilia Deſiderij reſciit, exhortationem atque adiurationem Regibus Francorum inſctiptam in Confeſſione beati Petri poſuit, ſacrificium ſuper eam atque hoſtias Deo obtulit, deinde cum lacrymis ex eadem ſacra Confeſſione illam per Legatos Petrum Presbyterum & Pamphilum Defenſorem Regionarium direxit. Integram ſic habet Codex Carolinus [a].

AN. CH. 770. CAROLI CAROLOMANNI RR. 2.

DESIDERII FILIAM IN FRANCIAM ADDVCIT.

[a] Ep. 41.

XIII. BERTÆ CONSILIA DAMNAT PP. SCRIPTIS AD REGES FRANCORVM LITERIS.

Domnis Excellentiſſimis filiis, Caralo & Carolomanno, Regibus Francorum, & Patriciis Romanorum, Stephanus Papa. Dum omnium electorum Dei præcipuam vitam, & digna operum merita, in noſtram memoriam reuoluimus, inuenimus profectò nullâ eos poſuiſſe qualitatis diuerſitate ab eorum cordis ſtatu & priſtina ſponſionis conſtantia amoueri. Vnde & variis antiqui hoſtis ſuaſionibus ac blandimentis circumuallati, immutabiles in ſua mentis firmitate conſtat permanſiſſe, & ob hoc cum triumpho victoriæ ad optata pertingere meruerunt gaudia. Et nimirum conſiderandum eſt, quia ſi quis quibuſdam ſuaſionibus demulcitus victus fuerit, à recto confeſtim tramite, qui ducit ad vitam æternam, per abrupta declinans deuiare contendat, vt ex hoc in proclinem delabatur noxam. Nam plerumque certum eſt, quia idem antiquus hoſtis per infirmam naturam fidelium mentes ſubripere nititur. Hinc eſt enim, quòd olim primo homini in Paradiſo conſtituto, per infirmam mulieris naturam, peſtiferis valuit ſuadere blandimentis, diuinum tranſgredi mandatum, & ob hoc dira mortis humano generi inrepſit excidium. Et ideò, Præcellentiſſimè filij Magni Reges, tantò ſtudioſiùs eiuſdem molimini reſiſtendum eſt, ne quemquam ſuis irretire valeat argumentis, quantò cernimus ſuis crebrò inſidiis ad decipiendum fidelium corda inſiſtere. Itaque noſtræ perlatum eſt notioni, quod certè cum magno cordis dolore didicimus, quòd Deſiderius Longobardorum Rex veſtra perſuadere dinoſcitur Excellentia, ſuam filiam vni ex veſtra fraternitate in connubio copulare. Quod certè, ſi ita eſt, hæc propria diabolica eſt immiſſio, & non tam matrimonij coniunctio, ſed conſortium nequiſſimæ adinuentionis eſſe videtur. Quoniam plures comperimus, ſicut Diuinæ Scripturæ Hiſtoriâ inſtruimur, per alienationis iniuſtam copulam à mandatis Dei deuiare, & in magno deuolutos facinore. Quæ eſt enim, Præcellentiſſimi filij, Magni Reges, talis deſipientia, vt penitus vel dici liceat, quòd veſtra præclara Francorum gens, quæ ſuper omnes gentes enitet, & tam ſplendiflua ac nobiliſſima Regalis veſtræ potentiæ proles, perfidâ, quod abſit, ac fœtentiſſimâ Langobardorum gente polluatur, quæ in numero gentium nequaquam computatur, de cuius natione & leproſorum genus oriri certum eſt? Nullus enim qui mentem ſanam habet, hoc vel ſuſpicari poteſt, vt tales nominatiſſimi Reges tanto deteſtabili atque abominabili contagio implicentur. Quæ enim ſocietas luci ad tenebras? aut quæ pars fideli cum infidele? Etenim, mitiſſimi, & à Deo inſtituti benigniſſimi Reges, iam Dei voluntate & conſilio, coniugio legitimo ex præceptione genitoris veſtri copulati eſtis, accipientes, ſicut præclari & nobiliſſimi Reges, de eadem veſtra patria, ſcilicet ex ipſa nobiliſſima Francorum gente, pulcherrimas coniuges, & earum vos oportet amori eſſe obnoxios. Et certè non vobis licet, eis dimiſſis, alias ducere vxores, vel extraneæ nationis conſanguinitate immiſceri. Etenim nullus ex veſtris parentibus, ſcilicet neque auus veſter, neque proauus, ſed nec veſter genitor, ex alio Regno, vel extranea natione coniugem accepit. Et quis de veſtro nobiliſſimo genere ſe contaminare aut commiſcere cum horrida Langobardorum gente dignatus eſt, vt nunc vos ſuademini, quod auertat Dominus, eâdem horribili gente pollui? Itaque nullus, externæ gentis aſſumptâ coniuge, innoxius perſeuerauit. Aduertite quæſo quanti qualéſque potentes per alienigena coniugia à præceptis Dei declinantes, & ſuarum ſequentes vxorum alienigenæ gentis voluntatem, validis innexi exceſſibus, immenſa pertulere diſcrimina. Impium enim eſt, vt vel penitus veſtris aſcendat cor-

AN. CH. 770. CAROLI CAROLOMANNI RR. 2.

dibus, alias accipere vxores ſuper eas, quas primitus vos certum eſt accepiſſe. Non vobis conuenit tale peragere nefas, qui legem Dei tenetis, & alios, ne talia agant, corripitis. Hæc quippe pagana gentes faciunt. Nam abſit hoc à vobis, qui perfectè eſtis Chriſtiani, & Gens ſancta, atque Regale eſtis Sacerdotium. Recordamini & conſiderate, quia oleo ſancto vncti per manus Vicarij beati Petri, cæleſti benedictione eſtis ſanctificati, & cauendum vobis eſt ne tantis reatibus implicemini. Mementote hoc, Præcellentiſſimi filij, quòd ſanctæ recordationis prædeceſſor noſter Dominus Stephanus Papa excellentiſſimæ memoriæ genitorem veſtrum obteſtatus eſt, vt nequaquam præſumeret dimittere Dominam & genitricem veſtram, & ipſe, ſicut re verâ Chriſtianiſſimus Rex, eius ſalutiferis obtemperauit mandatis. Nam & illud Excellentiam veſtram oportèt meminiſſe, ita vos beato Petro & præfato Vicario eius, vel eius ſucceſſoribus ſpopondiſſe, ſe amicis noſtris amicos eſſe, & ſe inimicis inimicos, ſicut & nos in eâdem ſponſione firmiter dinaſcimur permanere. Et quomodo nunc contra animas veſtras agere contenditis & cum noſtris inimicis coniunctionem facere vultis, dum ipſa periura Langobardorum gens ſemper Eccleſiam Dei expugnantes & hanc noſtram Romanorum prouinciam inuadentes noſtri eſſe comprobantur inimici. Itaque & hoc peto, ad veſtram referre ſtudete memoriam, eò quòd dum Imperator nitebatur perſuadere ſanctæ memoriæ mitiſſimo veſtro genitori, ad accipiendum coniugio filij ſui germanam veſtram, nobiliſſimam Giſilam, neque vos alij Nationi licere copulari, ſed nec contra voluntatem Apoſtolicæ Sedis Pontificum quoquo modo vos audere peragere. Et quam ob cauſam nunc contra Apoſtolica mandata & voluntatem Vicarij Apoſtolorum Principis, agere conamini, quod nunquam veſter pater perpetrauit? An neſcitis quod non infelicitatem noſtram ſed beatum Petrum, cuius licèt immeriti vices gerimus, ſpernitis? Scriptum eſt enim, [qui vos recipit me recipit, & qui vos ſpernit me ſpernit.] Recordamini peto, Excellentiſſimi filij, quomodo vobis fideliter dicere viſus eſt præfatus veſter Dominus ac genitor, promittens in veſtris animabus Deo & beato Petro, atque eius Vicario antefato ſanctæ recordationis prædeceſſori noſtro, Domno Stephano Papæ, firmiter debere vos permanere erga ſanctæ Eccleſiæ fidelitatem, & omnium Apoſtolicæ Sedis Pontificum obedientiam, & illibatam charitatem, & poſtmodum prædeceſſori noſtro Domno Paulo Papæ eadem vos, vnà cum eodem veſtro genitore, certum eſt plerumque per Miſſos & ſcripta promiſiſſe. Et poſt deceſſum antefati ſanctæ memoriæ patris veſtri, & vos ipſi ſæpiùs tam per veſtros Miſſos, quámque per literas, ſimúlque & per Sergium fideliſſimum noſtrum Nomenculatorem, & per alios noſtros Miſſos nobis ſpopondiſtis, in eadem vos veſtra promiſſione, ſicut genitor veſter, circa ſanctam Dei Eccleſiam & noſtram fidelitatem, eſſe perſeueraturos. Sed & illud, quæſo, ad veſtram referte memoriam, qualiter vos præfatus Dominus Stephanus Papa, in ſuo tranſitu, per ſua ſcripta, ſub terribili adiuratione adhortari ſtuduit, firmâ ſtabilitate vos eſſe permanſuros erga dilectionem Sanctæ Dei Eccleſiæ, & illibatam charitatem Apoſtolicæ Sedis Pontificum, & omnia vos adimplere, iuxta veſtram eidem Dei Apoſtolo adhibitam ſponſionem. Et nunc iſta eſt veſtra promiſſio? O quantum laborem ſuſtinuit iſdem præcipuus ac beatiſſimus Pontifex, qui ita imbecillis exiſtens, tanto ſe exhibuit prolixi itineris periculo, & niſi Dominus præſtò fuerit, in vacuum eius labor deducetur. Fuítque nobis iter illud, quod ibidem idem noſter prædeceſſor in Franciam properauit, in magnam ruinam, dum noſtri inimici plùs nunc quàm pridem in ſuperbia ferocitatem eleuati ſunt. Et ecce, quod verebamur, euenire cernimus, conuerſáque eſt noſtra lætitia in luctum, & facta ſunt nouiſſima mala peiora prioribus, & vnde expectabamus nobis lumen oriri, eruperunt tenebræ. Quapropter & beatus Petrus, Princeps Apoſtolorum, cui Regni cælorum claues à Domino Deo traditæ ſunt, & cælo ac terrâ ligandi ſoluendíque conceſſa eſt poteſtas, firmiter Excellentiam veſtram per noſtram infelicitatem obteſtatur, ſimúlque & nos

AN. CH. 770. CAROLI CAROLOMANNI RR. 2.

vnà tum omnibus Epiſcopis, Presbyteris, & ceteris Sacerdotibus, atque cunctis Proceribus, & Clero Sanctæ noſtræ Eccleſiæ, Abbatibus etiam & vniuerſis Religioſis, diuino cultui deditis, ſeu Optimatibus & Iudicibus, vel cuncto noſtro Romanorum iſtius prouinciæ populo, ſub diuini iudicij obteſtatione vos adiuramus per Deum viuum & verum, qui eſt iudex viuorum & mortuorum, & per eius ineffabilem diuinæ Maieſtatis potentiam, atque per tremendum futuri iudicij diem, vbi omnes Principes & poteſtates, & cunctum humanum genus, cum tremore aſſiſtere habebimus, necnon & per omnia diuina myſteria, & ſacratiſſimum corpus beati Petri; vt nullo modo quiſquam de veſtra fraternitate præſumat filiam iam dicti Deſiderij Langobardorum Regis in coniugem accipere. Nec iterum veſtra nobiliſſima germana, Deo amabilis Giſila, tribuatur filio ſæpefati Deſiderij. Nec veſtras quoquomodo coniuges audeatis dimittere. Sed magis recordantes, quæ beato Petro Apoſtolorum Principi polliciti eſtis, viriliter eiſdem noſtris inimicis Langobardis reſiſtite, diſtringentes eos firmiter, vt propria ſanctæ Dei Eccleſiæ Romanæ Reipublicæ reddere debeant, eò quòd omnia quæ vobis polliciti ſunt tranſgredientes, nos cotidie adfligendo, & opprimendo non ceſſant; etiam quia aliquid nobis reddere minimè ſunt inclinati, etiam & noſtros inuadere fines noſcuntur, & tantummodo per argumentum in præſentia de veſtris Miſſis ſimulant iuſtitias nobis facere. Nam nihil ad effectum perducitur, & quidquam ab eis de noſtris iuſtitiis nequaquam recipere valuimus. Vnde ecce, vt cuncti noſtri dolores ſubtiliter veſtris auribus ſuggerantur, direximus noſtros Miſſos, videlicet Petrum dilectum filium noſtrum Presbyterum, & Pamphilum Defenſorem Regionarium Sanctæ noſtræ Eccleſiæ, quos & de imminente nobis tribulatione, necnon & de ſingulis cauſis ſubtiliter informauimus, veſtro Regali intimandis culmini. Et petimus, vt ſolitâ benignitate eos ſuſcipere, noſtraque petitioni veſtras à Deo inſpiratas aures accommodare dignemini, & ampliſſimam liberationem atque exaltationem Sanctæ Dei Eccleſiæ, ſpiritalis matris veſtræ, & iſtius à vobis redemptæ prouinciæ defenſionem perficere iubeatis, vt perfectam remunerationem à Iuſto Iudice, Deo noſtro, intercedente eius Principe Apoſtolorum beato Petro, ſuſcipiatis. Præſentem itaque noſtram exhortationem atque adiurationem in Confeſſione beati Petri ponentes, & ſacrificium ſuper eam, atque hoſtias Deo noſtro offerentes, vobis cum lacrymis ex eadem ſacra Confeſſione direximus. Et ſi quis, quod non optamus, contra huiuſmodi noſtræ adiurationis atque exhortationis ſeriem agere præſumpſerit, ſciat ſe auctoritate Domni mei beati Petri Apoſtolorum Principis anathematis vinculo eſſe innodatum, & à Regno Dei alienum, atque cum Diabolo & eius atrociſſimis pompis, & ceteris impiis, æternis incendiis concremandum, deputatum. At verò, qui obſeruator & cuſtos iſtius noſtræ exhortationis extiterit, cæleſtibus benedictionibus à Domino Deo noſtro illuſtratus, æternis præmiorum gaudiis, cum omnibus Sanctis & electis Dei, particeps effici mereatur. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

XIV. In veterum Annalium fragmento, quod Francorum Hiſtoriæ iuſſu Nibelungi conſcriptæ ſubiectum reperit publicauitque Ducheſnius [a], hæc leguntur. *An.* DCCLXX *fuit Berta Regina in Longobardia ad Placitum contra Deſiderium Regem, & reddita ſunt ciuitates plurimæ ad partem Sancti Petri.* Et in Annalibus Petauianis iſta. DCCLXX. *reddita ſunt ciuitates plurima S. Petri.* Illis Auctoribus apertè refragatur Romanus Pontifex in literis proximè recitatis. Berta, cùm Româ in Franciam per Longobardiam rediret, Ticini * cum Deſiderio Rege colloquium habere potuit de reſtituendis Eccleſiæ Romanæ ciuitatibus, quas ille detinebat ſæpiúſque promiſerat ſe redditurum. Nec dubitamus, quin & idem Rex id quoque ſe facturum denuò pollicitus ſit; at hæc fraudulenter egit ac ſimulatè, nec vllam vrbem Romano Pontifici reſtituit.

[a] Tom. 2. Collect. Hiſt. Franc.

* *Pauiæ.*

AN. CH. 770. CAROLI CAROLOMANNI RR. 2.

Quod attinet ad matrimonia Principum Longobardorum. Adalgiſus Deſiderij Regis filius non duxit Giſilam Caroli ac Carolomanni Francorum Regum ſororem, hæc enim annum ætatis tunc inchoabat decimumquartum, & paulò pòſt cœpit inter Moniales vitam degere, vt Egmhardus in vita Caroli Magni teſtatur his verbis. *Erat ei*, nempe Carolo, *vnica ſoror, nomine Giſla, à puellaribus annis religioſæ conuerſationi mancipata, quam ſimiliter vt matrem magnâ coluit pietate; quæ etiam paucis ante obitum illius annis in eo quo conuerſata eſt Monaſterio deceſſit.* Adalgiſi ſoror

XV. CAROLVS FILIAM DESIDERII DVCIT VXORE HIMILTRVDE REPVDIATA.

nupſit alteri Francorum Regi, non quidem Carolomanno, vt Annales Fuldenſes à Petro Pithœo & à Marquardo Frehero editi loquuntur, ſed Carolo, vt Andreas Ducheſnius eò loci legendum notat pereruditè. Ticino, vbi Deſiderius Regiam Sedem habebat, vicinior erat Carolomannus quàm Carolus. Itaque Berta, quæ filiam Deſiderij ſecum ducebat, Carolomannum primò, deinde Carolum adiit. Carolomanno, vt gener Deſiderij fieret, ſuadere non potuit, ſuaſit Carolo, de quo ſic Eginhardus ſcribit. *Cùm matris hortatu filiam Deſiderij Regis Langobardorum duxiſſet vxorem, incertum qua de cauſa poſt annum repudiauit.* Illo de repudio verba faciemus anno proximo, necnon de obitu Carolomanni, cuius vxor ſepulto marito mox in Italiam ad Longobardorum Regem abiit duorum liberorum iam mater, vnde rectè inficieris eam Deſiderij filiam extitiſſe, cujus nuptias haud contigit priùs celebrari, quàm Berta Regina in Franciam rediiſſet, id eſt, hoc ipſo anno iam vertente. Carolus itaque, ſuadente matre, duxit filiam Deſiderij Regis, & Natalem Domini Moguntiæ celebrauit vxore Himiltrude, quam priùs ex gente Francorum acceperat, repudiatâ, licèt ex ea iam ſuſcepiſſet Rothaidem, de cuius matre ſic idem Eginhardus. *Habuit & Carolus alias tres filias, Theodradam, Hildrudim, & Rothaidem; duas de Faſtrada vxore, quæ de Orientalium Francorum, Germanorum videlicet, gente erat, tertiam de concubina quadam, cuius nomen modò memoriæ non occurrit.* Ceterùm caue, ne legitimam Caroli coniugem neges, quam Eginhardus in præcitata Caroli Magni vita *concubinam* vocat. Concubinæ nomen reperitur pleriſque Reginis attributum etſi legitimè nuptis. Qua de re nos alibi fuſiùs ac commodiùs. Impræſentiarum ſufficit ex literis Stephani Quarti Papæ iam allegatis obſeruare Carolum, antequàm Deſiderij Regis filiam ſibi ſociaret, *coniugio legitimo ex præceptione genitoris* Pippini copulatum fuiſſe ductâ vxore *de patria, ſcilicet ex ipſa nobiliſſima Francorum gente.* Scribunt Bauari filiam Deſiderij Regis in Gallias abductam eo conſilio fuiſſe, vt alteri Francorum Regi nupta redintegraret amicitiam inter ipſos Reges Francorum & Thaſſilonem Boioariæ Ducem, qui Luitpurgam alteram eiuſdem Deſiderij filiam duxerat.

XVI. Hoc anno, vt Sigonius [a] & Vghellus [b] teſtantur, Archiepiſcopus Rauennatis Eccleſiæ factus eſt Leo, de quo poſteà ſic Adrianus Pontifex in literis [c] ad Carolum Magnum. *Quando Sergius Archiepiſcopus obiit, per ſuam arrogantiam Michaelius præſumptor inuadere auſus fuit Eccleſiam Rauennatem, &, per auxilium Deſiderij ſæuiſſimi Regis, ipſam enormiter inuadens Eccleſiam diu detinebat, & à ſuo proprio Rectore deſtituta atque viduata manebat. Tunc ad deceſſorem noſtrum ſanctæ recordationis Domnum Stephanum Papam Huebaldus à veſtra directus Regali Excellentia pro ceteris cauſis, ab eodem præfato Domno Stephano Papa per veſtrum à Deo roboratum Regale adminiculum, Rauennam miſſus eſt, vt eundem præfatum Michaëlium inuaſorem ex ipſa Rauennate Eccleſia expelleret, & huc Romam tanquam tranſgreſſorem ſacrorum Canonum deferret.* Pulſo igitur Michaëlio, Clerus cum plebe iuſtioribus comitiis Leonem elegit Archiepiſcopum, eúmque à Stephano Papa conſecratum pro vero Antiſtite coluit.

[a] Lib. 3. in Deſider. R.
[b] Tom. 2. in Archiep. Rauenn.
[c] In Cod. Carol. ep. 71.

LEO FIT ARCHIEPISCOPVS RAVENN.

XVII. Eodem Stephano Quarto Pontifice, qui menſe Auguſto anno Chriſti ſeptingenteſimo duodeſeptuageſimo regimen Eccleſiæ ſuſcepit, & teſte

Anaſtaſio anoos tres, meoſes quinque, dies viginti-octo ſedit, Agilfridus AN. CH.
Leodienſis Epiſcopus, de cuius promotione ad Epiſcopatum aote biennium
iam locuti ſumus, factus eſt etiam Gandenſis Abbas, ídque perperam San- 770.
derus [a] ad tempora Stephani Tertij Papæ detorquet, qoaſi Agilfridos an- CAROLI
no Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecuodo conſtitutus Abbas, CAROLO-
anno pòſt decimo 10 viuis eſſe deſierit. Vt ſecùs ſeotias, ſatis eſt obſer- MANNI
uaſſe, quòd Foleticus, cui ſucceſſit Agilfridus in Epiſcopatum Leodien- RR. 2.
ſem, viuebat anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-quinto, túncque [a] In Auctar. ad Tom. 1. Flandr. Illuſt.
Attioiacenſi Placito cum aliis Epiſcopis Abbatibúſque non paucis ſubſcri-
pſit. Ex eodem fonte, vt in rebus Chronologicis fieri ſolet, apud præoo-
mioatum Auctorem multi ſcaturiunt errores. Hildebertus Abbas Ganden-
ſis anno Chriſti ſeptingenteſimo qninquageſimo-ſecundo Martyrium ſu-
bit; Monaſterio præficitur Agilfridus Leodienſis iam Epiſcopus, íſque
obit anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-ſecuodo; ſubrogatur Ro-
bertus, vitámque claudit quioto Kalendas Februarias aooo Chriſti ſeptin-
genteſimo ſeptuageſimo-primo; tum fit Abbas Wericus ſeu Wedericus,
& anno Chriſti ſeptingenteſimo octogeſimo vitam cum morte commutat;
huic Eynoldus ſufficitur, & Abbatiale munus ad annum vſque Chriſti ſep-
tingenteſimum nonageſimum-quartum gerit. At longè aliter ineunda eſt ABBATES
Chronologia, quoniam Agilfridus Epiſcopatum Leodienſem adeptus eſt GANDENSES.
anoo Chriſti ſeptingeoteſimo ſexageſimo-octauo, poſteáque factus etiam
Gandenſis Abbas Stephano Quarto cum Papâ, deinceps non Epiſcopa-
tum modò Leodienſem, ſed & Gandenſe Monaſterium ad obitum vſque,
id eſt, ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum octogeſimum-quartum,
prudenter adminiſtraoit. Hildebertus, qui poſt Vilradi mortem anno
Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſeptimo electus eſt Abbas, obiit
regnaote Pippino; Robertus & Wedericus eodem Pippino Rege Monaſ-
terium Gandenſe guberoarunt; Wederico, cùm Regnum Francorum pe-
nes Carolum & Carolomannum Pippini filios iam erat, ſucceſſit Agilfri-
dus Leodienſis Epiſcopus; huic Eynoldus anno Chriſti ſeptiogenteſimo
octogeſimo-qnarto. Ad hos calculos reuocanda eſt Abbatum Ganden-
ſium Chrooologia.

Hildebertus, Robertus & Wedericus, qui Agilfridum in Abbatiali XVIII.
munere præceſſerunt, ſolis tantùm nominibus ſunt noti. Fabuloſa enim
putamus, quæ de Hildeberti Martyrio à Meyero, Molano & Sandero
commemorantur. Meyerus ſic habet. DCCLII. *Gandani excitatus ciuilis
motus propter Sanctorum imagines, quas alÿ ceu idololatriæ inſtrumenta exe-
crabantur, alÿ habendas in veneratione ac in Templis ponendas cenſebant.
Ea in diſcordia interfectus Hildebertus Abbas Blandinienſis, qui, contra fau-
tores Cæſaris, Decretis Pontificum de habendis ſtatuis adhæſit, eámque ob
rem inter beatos Martyres relatus eſſe dicitur.* Molanus Meyerum, quòd
Hildebertum Abbatem Blandinienſem Gandenſis loco ſcripſerit, erroris
redarguit, &, *ex admonitione Petri Simonis Archipresbyteri Gandenſis &
Martyrologio Rubea-Vallis*, plura de eodem Hildeberto ſubſcribit. *Pridie
Nonas Aprilis, Gandani, Hildeberti Martyris, octaui Abbatis S. Petri Ganden-
ſis. Quem Chronicon Caſtri & Cænobÿ Gandenſis anno ſeptingenteſimo vigeſi-
mo-octano ſucceſſorem notat Wilradi, anno deinceps qninquageſimo-ſecundo in-
terfectum eſſe à Conſiliariis Conſtantini, impiiſſimi Imperatoris. Fuit itaque
Abbas, non Blandinienſis Diui Petri, quod per errorem ſcriptum eſſe à Meiero
Blandinienſes fatentur, ſed Gandenſis Diui Petri, ſiue Diui Bauonis. Nam
iſtud Monaſterium eſt etiam Diui Petri ex primæua erectione. Eſt autem
Hildeberti Martyrium ex eo commendabilius, quod inciderit in annum, quo
nondum ſacræ imagines à Synodo ſeptima in Nicæa erant confirmatæ. Nec
mirum alicui videatur, huius Martyrÿ nullam fieri memoriam in Gandauenſi
Eccleſia, nam & alÿ fuerunt in Belgio Martyres, quorum Martyria non cele-*

AN. CH. 770. CAROLI CAROLOMANNI RR. 2.

brantur. Satis enim fuit Maioribus noſtris eos Martyres patriis feſtis honorare, qui poſt ſua Martyria miraculis claruerunt, quæ nulla fortaſſis Hildebertus coronatus edidit. Nos eum ad hunc diem notauimus ex Antonij Rubea-Vallenſis Martyrologio prolongato. Sanderus Meyero & Molano ſimul collatis mentem ſuam ſic exponit. *Hic*, nempè Hildebertus Gandenſis Abbas, *anno 752, cùm Gandaui excitatus fuiſſet ciuilis motus propter Sanctorum imagines, multíque eas, tanquam idololatriæ inſtrumenta, è Templis & conſpectu Chriſtianorum reiiciendas docerent, fortiter ſe fautoribus impiiſſimi Cæſaris Conſtantini, cognomento Copronymi, oppoſuit, piúmque imaginum vſum & cultum aduersùs hæreticos non modò verbis eruditiſſimis, ſed ſanguinis etiam ac vitæ profuſione confirmauit, cùm à prædicti Imperatoris Conſiliariis ob eam cauſam interfectus fuerit. Quam ob rem & inter beatos Martyres haud immeritò relatus eſſe creditur.* Adnersùs hos Auctores id vnnm dixiſſe ſufficiat, qnòd Imperatori Conſtantino Copronymo nihil iutis in Gandam & in Regnum Francorum fuit.

XIX. In Abbatum Stabulenſium Catalogo, quem Bartholomæus Fiſenns texuit, Agilolfus ſiue Agilulpbus Abbas Stabulenſis & Malmundarienſis hoc anno vitam claudit. In manuſcripto Codice Monaſterij Malmundarienſis ita commendatut [a]. *Nobili ſtirpe editus, Anglino loci huius*, nempe Malmundarij *Abbati, à parentibus eſt traditus, ſub inſtitutione Monachi regulariter informandus. Qui patris ſpiritualis mores imitatus, einſdem, in voluntate Dei, ſucceſſor eſt factus: dein Sedi Colonienſi Antiſtes datus, Abbatis etiam non depoſuit onus, donec vtrumque ſtrenuiſſimè gubernando, propter fidem Regni, apud Amblauam coronatus eſt Martyrio, atque apud nos*, id eſt, apud Monachos Malmnndarienſes, *vbi Abbatis nomine præfuerat & opere, vſque dum Deus voluit*, ſiue vſque ad Sancti Annonis Archiepiſcopi Colonienſis ætatem, *locum habuit ſepulturæ.* Anglino mortuo factus eſt primùm Abbas Stabulenſis & Malmundatienſis, deinde anno Chriſti ſeptingenteſimo quadrageſimo-ſexto Colonienſis etiam Epiſcopus, at poſt aliquot annos Epiſcopatum Colonienſem abdicauit, mansítque ad obitum vſque Abbas Stabnleti & Malmundarij. Pridie Kalendas Aptilis apud Amblauam (locus eſt à præterfluentis fluuij nomine ſic vocatus) in Arduenna ſylua Martyrium paſſus eſt, Bertholino Colonienſem Epiſcopatum, vt Gelenius [b] ex Chronico Colonienſi notat, tunc gerente. Qua de cauſa, & quibus ab hoſtibus interemptus ſit, manet incompertum. Noſtro quidem iudicio rectè idem Gelenius [c] *à Chriſtianarum virtutum oſoribus* interfectum tradit. Errant qui ſeu Carolo tum Maiore-domus ſeu Pippino tum Rege trucidatum volunt à Saxonibus. Id enim non Agilulpho ſed illius ſucceſſoti conuenit, Hildegario ſcilicet Epiſcopo Colonienſi, quem Saxones anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-tertio, Pippini Regis ſecundo, prope Viſurgim peremerunt ſuperſtite tunc eodem Agilulpho Stabulenſi ac Malmundarienſi Abbate. Beatus hic Martyt in Eccleſia Sancti Lautentij Monaſterio Malmundarienſi contigua ſepultus eſt, & vatiis claruit Miraculis, poſteà Coloniam tranſlatus eſt à Sancto Annone illius ciuitatis Archiepiſcopo, colitúrque Coloniæ ſeptimo Idus Inlij, qui dies Tranſlationis fuit. In adminiſtrationem Monaſtetiorum Stabulenſis & Malmundarienſis ſucceſſit Albricus.

AGILVLPHVS ABB. STABVL. MARTYR.

[a] Ap. Molan. d. 9. Iul.

[b] Lib. 1. ſyntagm. 6. n. 25.

[c] Lib. 3. ſyntagm. 7. § 4. n. 5.

XX. Illis temporibus florebat Dido ſeu Dodo Nouiomenſis ac Tornacenſis Epiſcopus, de quo nihil præter nomen innoteſcit. Tunc Elnonenſi Monaſtetio præerat Gilbertus Abbas, qui poſteà in Epiſcopatum eidem Didonj ſucceſſit. Lege Vaſſorium in Annalibus Nouiomenſibus [d]. Citat hic Auctor manuſcriptum Codicem, cui titulus, *numerus & nomina Abbatum Sancti Amandi.* Vidit eundem libellum Couſinus, eóque fretus in Hiſtotia Tornacenſi [e] obſeruauit Gilberti deceſſorem Ermenteum appellari.

EPISCOPI TORNACENSES.

[d] Lib. 3. c. 9. 35.

[e] Lib. 2. c. 48.

pellati. De Elnonenſium Abbatum numero non conueniunt hi Scripto- AN. CH.
res. Gilbertus apud Vaſſorium ſextus eſt Abbas, decimus-quartus 770.
apud Couſinum. In poſteriori opinione deſiderantur octo Abbatum no- CAROLI
mina. In priori, quæ propugnari poteſt, nihil eſt ſupra fidem vel contra CAROLO-
Chronologiam, & integer habetur Abbatum Catalogns. Andreas, qui MANNI
quartus Elnonenſis Abbas fuit, anno Chriſti ſexcenteſimo duodenonage- RR. 2.
ſimo feliciter ad Deum migrauit, vt Tomo ſuperiore probauimus. Ab illo ABBATES
anno ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum octogeſimum-ſecundum, ELNONEN-
quo Gilberti mors à pleriſque conſignatur, effluxerunt anni quatuor & SES.
nonaginta, quos ſi duas in partes æqualiter diuidas, Ermenteus Andreæ ſuf-
ficietur anno Chriſti ſexcenteſimo octogeſimo-octauo, vitámque claudet an-
no Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo-quinto, tum fiet Abbas Gilbertus, atque
poſt annos fermè quadraginta in eo munere laudabiliter exactos ſenio iam
grauis ad Inſulas Nouiomenſes ac Tornacenſes poſt obitum Didonis Epi-
ſcopi promouebitur. Habitâ iſtius calculi ratione ad annum Chriſti ſep-
tingenteſimum quinquageſimum-ſecundum, numero centeſimo ſeptimo,
vbi de Monaſteriis Diœceſeos Tornacenſis ita locuti ſumus *cùm Pippinus Rex
factus eſt, Blandinium carebat Abbate, Ganda praeerat Hildebertus Abbas. Ne verò
ſciamus, quinam tunc Abbates fuerint Brugis, Elnone, & apud Sanctum
Martinum*, &c. locum illum ſic reſtitue. *Cùm Pippinus Rex factus eſt, Blan-
dinium carebat Abbate; Ganda praerat Hildebertus Abbas, Gilbertus Elnoni.
Ne verò ſciamus quinam tunc Abbates fuerint Brugis & apud Sanctum Mar-
tinum*, &c.

Altfridus ſecundæ Liudgeri Diaconi in Angliam profectioni hæc de XXI.
Liafwini Sacerdotis aduentu in Diœceſim Vltraiectinam proximè ſub-
iunxit. *Dum talia gerebantur*, id eſt, dum Liudgerus apud Eboracum in
Alcuini ſchola morabatur, *venit quidam Presbyter ſanctus & doctus, no-* LIAFWINVS
mine Liafwinus, de terra Anglorum ad Abbatem Gregorium, dicens ſibi à Do- PRESBYTER
mino terribiliter trinâ admonitione fuiſſe preceptum, vt in confinio Francorum ANGLVS.
*atque Saxonum, ſecus fluuium Iſla, plebi in doctrina prodeſſe deberet, ro-
gauitque vt ad locum illum ſe perducere deberet, & ad fluuium ſibi à Do-
mino praenominatum. Tunc Gregorius eò quòd locus idem ad parochiam ſuam
pertineret, benignè eum illuc dirigere ſtuduit; agens gratias Paſtori Summo,
eò quòd viſitaret plebem ſuam. Miſit etiam cum eo & Marchelmum ſeruum
Dei, de genere ortum Anglorum, & à Sancta Willebrordo à pueritia ſanctis
inſtructum moribus, vt eum praeponeret populo. Susceptus ergo Presbyter Lia-
fwinus à matrona quadam Auerhilda*, ſiue Abachilda, vel Enenhilda, aut
Abrahilda, ſeu Verhilda, *nomine, & rigabat prata mentium. Fecerunt au-
tem ei Oratorium in Occidentali parte fluminis, in loco, qui Huilpa* *, ſiue * *Vulpe.*
Hiulpa vel Wilpa ſeu Wulpa *vocatur.*

Sancti Liafwini ſeu Lebuini vitam in literas retulit Hucbaldus [a] El- XXII.
nonenſis Monachus, & à nominis interpretatione ſic exorſus eſt. *Fertur* [a] Ap. Sur. d. 12. Nou.
*à ſua peritis lingua, quòd Liefwyn patriotice ſit vocatus, quod Romanis ſo-
nat, charus amicus. Demptis verò vel demutatis ad Latinitatem quibuſdam li-
teris, dictus eſt Lebuinus.* Deinde multis interiectis, quæ non pertinent
ad noſtrum inſtitutum, illius aduentum in Franciam ſic retulit. *Exiens
impigrè de terra & cognatione ſua, poſthabitâ Inſula Anglorum, euectione
nauali Traiectum petiit, Caſtrum Wiltenburg antiquitus dictum, modò ve-
rò Traiectum, vbi reperiens quendam venerabilem virum, nomine Gregorium,* IN FRISIAM
ex nobili Francorum ſanguine procreatum, à beato Bonifacio Archiepiſcopo TRANSIT.
*olim à pueritia enutritum, gradu Eccleſiaſtico Presbyterum, ſed tunc pro tem-
pore Epiſcopalis officy in eodem Caſtro vel etiam Parochia Vicarium, expoſuit
ei omnem ſua peregrinationis ſibique commiſſa praedicationis textum.* Tomo [b] D. 12. Mart. in Comment. præuio vit. S. Liudg. n. 15.
ſuperiore iam redarguimus eos, qui Lebuinum in Friſiam cum Willi-
brordo veniſſe volunt. Henſchenius [b] id adſcribit anno Chriſti circiter

AN. CH. 770. CAROLI CAROLOMANNI RR. 2.

ſeptingenteſimo ſexageſimo quinto, ratus, ſi ſerius ex Anglia transfretaſſe credatur Lebuinus, non ſatis fore ſpatij ad ea gerenda, quæ memorat Altfridus, nedum quæ Hucbaldus in eius vita. Nec hæc opinio nobis placet, quoniam ex Altfrido colligimus Liudgerum ſecundâ vice priùs in Angliam profectum eſſe, quàm Lebuinus in Friſiam appulerit. Hoc anno Lebuinus ex Anglia venit Vltraiectum; ab Abbate Gregorio miſſus eſt cum Marchelmo ſeu Marcellino ad fluuium, quem Altfridus Iſlam, Hucbaldus Iſelam vocat; in Occidentali parte fluminis, Oratorium apud Huilpam ſeu Wilpam conſtruxit adiuuante Auethildâ ſiue Abachildâ matronâ. Cetera, quæ cùm ab Altfrido tum ab Hucbaldo narrantur, annis ſequentibus deſcribemus. Ceterum Iſala, quem Auctores mediæ ætatis Iſlam & Hiſlam appellant, fontem habet in hodierna Weſtphalia inter Scherenbeeckam * & Ransdorpium * oppida, ſuúmque ſeruat nomen ad lacum vſque illum, vel ſinum potiùs magnum, quem Auſtrale mare, vulgò *Zuyderzee* iam nuncupant. Augetur apud Doeſburgum aquis ex Rheno deductis. Rhenus Iſalæ ſuas olim aquas non commiſcebat, commiſcet autem hodie per canalem à pago Malpurgo * ad oppidum Doeſburgum *, Rheno enim Malburgum, Iſalæ Doeſburgum adſidet. Iſtius commixtionis author Druſus, qui, teſte Suetonio [a], foſſas *trans Rhenum noui & immenſi operis* effecit.

ORATORIVM CONSTRVIT AD ISALAM.

* *Scherenbeeck.*
* *Ranſdorp.*
* *Malpurg.*
* *Doeſburg.*
[a] In vit. Claud. ſub init.

XXIII. Obiit hoc circiter anno Modeſtus Karantanorum Epiſcopus. *Eo defuncto Epiſcopo, poſtulauit iterum Chethmar* ſeu Chetimarus *Dux Virgilium Epiſcopum* Saliſburgenſem, *ſi fieri potuiſſet ad ſe veniret.* Renuit Virgilius ob exortam in Carniula ſeditionem, inito tamen conſilio Larinum Presbyterum ad Chetimarum denuò direxit, vt in ipſius Virgilij vita ſæpè iam citata ſcriptum habetur.

MODESTVS EP. KARANTAN. OBIT.

XXIV. Hundius [b] in Epiſcoporum Friſingenſium Catalogo, cùm de Ioſepho loquitur, eius Pontificatum triennio circumſcribit, nec diffitetur Chronica reperiri, in quibus ad annos vſque tredecim prorogetur. Prior opinio poſteriori neceſſariò videtur anteponenda, quia Synodo Dingoluingenſi, de qua ſermonem anno ſequenti faciemus, Hætes Ioſephi ſucceſſor interfuit. Obiit igitur hoc anno Ioſephus Friſingenſis Epiſcopus. Succeſſit Hætes, aliis quoque nominibus Cyrinus & Aribo dictus. Qua de re ſic Velſerus. *Hætes, Friſingenſis poſt Erimbertum & Ioſephum Epiſcopus, idem Aribo & Cyrinus, vnus tribus nominibus appellatus, niſi veriùs vnum idem nomen, trium linguarum interpretatio eſt. Nam hoc quoque non præter inſtitutum enucleabitur. Erbon & Arbon Maioribus Hæredes dictos, qui nobis Erben ſint, eò Otfridum Germanicorum Scriptorum antiquiſſimum, Warbon voci Erbon, tanquam ſimiliter cadenti, in carmine oppoſuiſſe: accreuiſſe mediam I ex priſci ſeculi conſuetudine, quòd crebrum vocalium interiectum, contrà quàm hodie fit, noſtri olim aucuparentur. Aribonem itaque, Latinè nil niſi Hæredem eſſe. Quod is ipſum ſcilicet reſpexit, vtroque vocabulo in Corbiniani vita coniuncto. Quin longiùs progreſſus, cum in ſyllabo Hebraïcorum nominum, qui ſiue Hieronymo ſiue Beda Auctoribus tribuitur, Cyrinum cum Hæredis interpretamento reperiſſet, quàm verè ſacra linguæ gnari ſciunt, hac quoque elegantiâ, vt tunc ſentiebant, delectatus, ſe ſub finem vitæ Sancti Emmerammi Cyrinum dixit. Vnde nemini adhuc ſuſpicari in mentem venit eam ab Aribone ſcriptam; nec nobis quidem fortaſsè ſuboluiſſet, niſi lectione Arnolfi admonitis, à quo cùm Cyrinum eundem Hæredem eſſe didiciſſemus, facilè fuit & Aribonem componere, & tot diuerſorum nominum cauſas inueſtigare atque eruere, ipſius præſertim Cyrini indicio, qui Ioſephum ſiue Ioſeppum, deceſſorem ſuum diſertè nominat, at Ioſephum Friſingæ ante Aribonem ſediſſe, ex illius Eccleſiæ tabulis comperimus.* His Velſeri probationibus aliam adde non ſpernendam ex Synodo Dingoluingenſi, cui præſens interfuit Hætes Epiſcopus Friſingenſis anno poſt Ioſephi mortem proxi-

[b] Tom. 1. Metrop. Saliſb.

EPISCOPI FRISINGENSES.

AN. CH. 770. CAROLI CAROLOMANNI RR. 2.

mo. Inde enim conſtat proximum Ioſephi ſucceſſorem fuiſſe Hæredem. Proximus autem Ioſephi ſucceſſor, qui vitam Sancti Emmerammi ſcripſit, in ea Cyrinum ſe vocauit, itaut idem neceſſariò ſit habendus Hæres qui Cyrinus. Tomo Tertio [a], cùm Sancti Emmerammi vitam examinabamus, Cyrinum ſeu Cirinum ab Aribone diſtinguendum putauimus, ſuſpicatique ſumus Ioſephum inter & Aribonem locum Cyrino tribuendum eſſe. Suſpicioni noſtræ non parum fauere videbantur, quæ ſuper annis Ioſephi variæ circumferuntur opiniones. Alij enim huic annos tres in Pontificatu, tredecim annos alij tribuunt, idque diſſidij facilè nos compoſituros rebamur ſaluâ deceſſorum ſucceſſorúmque Chronologiâ, ſi Ioſepho Epiſcopo tres annos, Cyrino, cuius nomen à Nomenclatoribus omittitur, annos in Epiſcopatu decem aſſignaremus. At quia Ioſepho in Tabulis Friſingenſibus Aribo proximè ſubrogatur, & Aribonis eadem eſt ac Hæredis & Cyrini ſignificatio, Cyrinum nec ab Aribone nec ab Hærede diſtinguimus, Ioſephíque ſucceſſorem trinominem fidenter cum Velſero & Brunnero pronuntiamus. Velſeri textum ſuprà retulimus, audi Brunnerum. *Adfuit Friſingâ Hæres, qui idem vernaculo nomine Aribo, vel, vt in membranis Friſingenſibus frequentiùs ſcribitur, Arbio dictus, tertium etiam ſibi Cyrini adoptauit, nempe quòd Hebraicum id exiſtimaret.*

[a] Ad an. 649. n. 24.

XXV. CHRODEGANDVS EP. SAGIENSIS E PEREGRINATIONE REVERTITVR.

Hoc eodem anno, ſiue, vt Adelhelmus in vita Sanctæ Opportunæ loquitur, *vertente anno ſeptimo peregrinationis*, Chrodegandus Sagienſis Epiſcopus, ipſius Opportunæ Monaſteriolenſis tunc Abbatiſſæ frater, ad Diœceſim ſuam rediit, & Epiſcopalem ſibi Cathedram reddi poſtulauit. Inuaſor Chrodobertus ordinatum ſe dixit Epiſcopum, quia rumor de illius morte percrebuerat, ſimulatâque de proſpero amici reditu lætitiâ ſic ei reſcripſit. *Noueris, dulciſſime Pater, quoniam viri de longinquis patriis aduenientes te ab hac luce migraſſe dixerunt; ſed quia ſoſpes reuerſus es, omni tua Sedis & Pontificatûs poteſtate receptâ, vtere eâ longo tempore feliciter; non enim in vno Epiſcopio decet duos Epiſcopos reſidere.* Clàm verò quæſiuit, *quomodò Sanctum Epiſcopum poſſet ſic interficere, vt immunis populo videretur ab eius ſanguine.* Ad id ſceleris impulit ipſiuſmet Chrodegandi filium ſpiritualem, cui diuitias & honores in præmium flag[...] cumulatiſſimè pollicitus eſt. *Quadam igitur die, cùm beatus Chrodegandus vellet Alamanniſcas * Cœnobium pergere, vt cum venerabili Lanthilde ſibi affinitate coniuncta*, amita videlicet ſua, *de diuinis ſermonibus colloquerentur; dum tranſiret per Nonantum * prædium, vidit eum filius diaboli Chrodobertus per feneſtram cœnaculi. Tunc aduocato Sancti Chrodegandi filiolo præcepit, vt ad necem Sancti Pontificis properaret, ſi dicta munera obtinere vellet. Qui ſponte properans ad Sanctum Chrodegandum acceſſit..... oſculari ſe ab Epiſcopo petiit. Tunc glorioſus Chrodegandus........ percuſſori ſuo in ſimplicitate cordis oſculum dabat libentiſſimè. Ille autem euaginato gladio Sanctum Dei Pontificem bis in ſincipite percuſſit. Cuius venerandi capitis percuſſionum cicatrices, quaſi à medicis ſanata modò nobiſcum Domino donante manent & apparent.* (Hæc ſub finem noni ſeculi ſcribebantur.) *Sic dilectus Deo Pontifex & Paſtor bonus noſter Chrodegandus vitam in terris finiuit, & Angelicis cœtibus ſpiritus eius in cælis coniunctus eſt tertio Nonas Septembris*; quo die colitur in Martyrologio Gallicano.

* Almeneſches.

* Nonant.

MARTYRIO CORONATVR.

XXVI. SEPELITVR A SORORE OPPORTVNA ABBATISSA MONASTERIOL.

Beati Martyris corpus in ſuum Monaſterium transferre peroptauit Lanthildis eius amita, pari deſiderio flagrabat eius ſoror Opportuna. Præerat Alamanniſcis Lanthildis, Opportuna Monaſteriolo. Sacras exuuias loco mouere non potuit Lanthildis, mouit Opportuna, fratrémque nouo tumulo ac competenti honore iuxta ſanctum altare Monaſteriolenſis Eccleſiæ recondendum curauit. De anno, quo hæc geſta ſunt, haud conueniunt Auctores. Non enim deſunt, qui Chrodegandum ſub annum Chriſti quingenteſimum quadrageſimum vel quingenteſimum quinquageſimum ſediſſe

AN. CH. 770. CAROLI CAROLOMANNI RR. 2.

prodant; Seuertius floruiſſe vult ad annos Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum & octingenteſimum; plures annum notant circiter vel ſeptingenteſimum ſexageſimum-quintum, vel ſeptingenteſimum ſeptuageſimum. Aliis opinionibus hæ duæ præferuntur in Neuſtria Pia [a], ſic. *In itinere Martyrio affectus eſt, circa ann. 765. ceu 770. iuxta alios.*

[a] In Almaniſcis, c. 1. n. 3.

XXVII. AVTHORES CÆDIS PVNIVNTVR. RAGINFRIDVS FIT EP. SAGIENSIS.

Cædis authores à Deo mox puniti ſunt. *Qui beatum* Epiſcopum *interfecit, in eodem loco à dæmone arreptus, nec data munera obtinuit, & ad inferna, heu prô dolor! celeriter deſcendit. Chrodobertus quoque auctor miſeræ calamitatis, diuinæ percuſſionis vltione turpiter & quidem breui vitam finiuit.* Hæc Adelhelmus. Extincto Chrodoberto, Raginfridus Epiſcopatum Sagienſem ſuſcepit. In Sagienſium Epiſcoporum Catalogis locus Chrodoberto non tribuitur, quia Chrodegando ſuperſtite Sedem occupauit, eidémque Chrodegando, cuius mortem ſceleſtiſſimè machinatus eſt, breuiſſimo temporis ſpatio ſuperuixit.

XXVIII. EPISCOPI MELDENS. AVRELIAN.

Hoc circiter anno vitam in prouincia Lugdunenſi quarta ſeu Senonica clauſerunt Epiſcopi duo, Wlfrannus Meldenſis & Adelinus Aurelianenſis; Wlfranno ſucceſſit Brunerus ſeu Prunerus, Adelino Nadatimus ſeu Nadatinus vel Nadalinus. Lege Seuertium alióſque illarum Eccleſiarum Nomenclatores.

XXIX. ABBATES CORBEIENS.

Hoc quoque anno deceſſit Addo, Sammarthanis Aldo, Corbeienſis Abbas, de quo ſic Robertus in Gallia Chriſtiana. *Addo obiit 15 Nouemb. 770.* Succeſſit Notdrannus, qui ſuſcepit Adelhardum, vt ſuo loco dicemus.

XXX. MADALVEVS EP. VIRODVN. ET ABB. MON. S. VITONI, RES VTRIVSQVE ECCLESIÆ SOLLICITE CVRAT.

Eo computandi modo, quo Fredegarium olim vti ſolitum obſeruauimus, Hugo Flauiniacenſis Abbas annum hunc Carolomanni Regis tertium vocat, meminitque precariæ, quam Madelueus Virodunenſium Epiſcopus & Abbas Sancti Vitoni confirmauit. *Teſtamentum*; inquit, *precaria beatus Pontifex & Abba* Madelueus *auctoritate ſuâ firmauit anno tertio Carlomanni, qui fuit frater Caroli Magni, die Calendarum Iuly, anno ab Incarnatione Domini* DCCLXX. *Indictione* VIII. Grimbertus vir prædiues hoc Teſtamentum condiderat, vt erga Baſilicam Sancti Vitoni munificum ſe præberet. Suam quoque liberalitatem eidem Cœnobio teſtatus eſt Sarcio, ſéſe in atrio prædictæ Eccleſiæ ſepeliri popoſcit. Ipſemet etiam Madelueus *dedit eidem Eccleſiæ de ſuo proprio Raherei curtem cum appendiciis pro tumulatione ſui corporis, & alia perplura.* De ceteris Donationibus quibus hic Epiſcopus idem Monaſterium ſub exitum vitæ locupletauit, agemus Tomo ſequenti. Res Eccleſiæ Virodunenſis illo tempore non neglexit. Teſtes frequentes in Aquitaniam tunc pacatam itiones, quas prænominatus Auctor ita commendat. *Aquitania Sanctitatis eius accepit magnalia, illius ſæpè greſſibus luſtrata, lacrymis rigata, doctrinis roborata, & miraculis glorificata. Res quippe, quas Virdunenſis Eccleſia antiquitus in ipſa regione poſſedit, frequenter viſitabat, & vitas ſeu miracula prædeceſſorum ſuorum Pontificum ſecum ferebat, vt per illorum merita res illas liberiùs poſſideret, vel pagenſibus dominatio tarior, ſubiectio eſſet humilior. Fuerunt autem res iſtæ: Abbatia Sancti Amanty in Rotena vrbe cum appendiciis, fiſcus etiam Regius Maderniacus, & alius Puniacus nomine, donatâ ſeruitorum Sancti Petri & Sancti Vitoni vſibus ipſius Sancti Amantij largitione.*

XXXI. ABBATES THEOLOGIENSES, ET S. MICHAELIS.

Tunc in eadem Diœceſi Virodunenſi florebat Theologium, cuius Abbates à Bruſchio recenſentur proximi poſt Frodonium Herbertus & Anado. Florebat & inſigne Sancti Michaelis Monaſterium, quod à Wolfando Comite ſub Childeberto Tertio Rege conditum fuit. Antiquiſſimorum Abbatum nomina perierunt. Hermangardus, cui Waſburgius [b] tertium in Catalogo locum tribuit, adminiſtrationem Cœnobij regnante Pippino ſuſcepit, eique, necnon Carolomanno Regi, factus ſuperſtes, obiit Carolo Rege, cui percharus fuit. Iidem Reges, Pippinus, Carolomannus & Carolus, Liobam Biſchoffsheimenſem in Archiepiſcopatu Moguntino

[b] Lib. 2. in Epiſc. 17.

LIOBA ABBATISSA BISCHOFFSHEIMENS.

Abbatiſſam plurimùm dilexerunt. Id in huius Abbatiſſæ vita Rudolfus Monachus Fuldenſis ita teſtatur. *Pippinus Rex Francorum, & filij eius Carolus & Carlomannus, omni eam veneratione coluerunt, & præ ceteris maximè Carolus, qui, poſt mortem patris, defuncto fratre, cum quo & ipſe paucis annis regnauerat, imperij gubernacula ſolus obtinuit.* Tomo proximo de Lioba vt & de Hermangardo recurret ſermo.

OBOLENVS CAPITE PLECTITVR.

Obolenus Glodeſindis ſponſus, cùm per annum in carcere detentus fuiſſet, hoc anno capite plexus eſt. Id in Actis [a] ſponſæ ſic habetur. *Iuſſu Regio Palatium iuuenis ſine mora contendit. Quò cùm perueniſſet, multis & nefariis ei ingeſtis ſceleribus, grauiter in eum Regalis eſt incenſa ſeueritas. Ita artâ retruſus cuſtodiâ, annóque integro ibi digno ſqualore confectus, eo exacto, eductus iudiciali damnatus ſententiâ capite detruncatur.* Quid ſecutum ſit, Auctor eorumdem Actorum ſic exponit. *Pater, nece ſponſi prioris auditâ, puellam venerabilem rurſus cogit ad thalamum. Illa, quæ iam ſponſum Chriſtum cordis medullis imbiberat, totis niſibus reſultare, nec in eam labem virtuti ſemel infixum animum inductione qualibet inclinare. Die intereà nuptiarum, ex condicto parentum, inſtante, beata virgo præ eius ſpecie, quem oculis mentis incorruptibilem, immarceſcibilem, immortalem conceperat, hunc poſt paullulum putredinem & filium hominis vermem attendens, patre piè contempto, Dei ac Sanctæ Matris Eccleſiæ confugium petiit. Erat patri ſoror memoranda Sanctitatis, Rotlindis nomine, famâ religionis Treueris opinatiſſima. Ad hanc eam ſecum abducere tentabat, vt ſaltem eius ſuaſu animus puellæ emollitus paternis non recuſaret obtemperare conſiliis. Sed quid contra lumen æternitatis cæca molitur inſtantia? Sancta virgo patris iuſſis animo virili obluctans; vrbem populis, potentiâ, ipsâque ſui antiquitate, terrâ maríque memorabilem, Mettim ſeu Mediomatricum, maluit expetendam. Eſt in eadem vrbe Baſilica beatiſſimi protomartyris Stephani, quam multis ſæpè operatio Diuina Miraculis illuſtrauit. Hanc ancilla Chriſti, cùm iam ſibi res propè ad vim ſpectaret, ingreſſa, ibi intra altare & Confeſſionem, vbi, cum einſdem Martyris ſanguine, plurimorum continentur Sanctorum Reliquiæ; ſe profugam collocauit, &c.* Parentes puellam fugientem è veſtigio inſecuti, facto ſtupentes, iráque incenſi, maximè cùm ſponſalium adminiſtri, ſe conqueſti deluſos, acriori inſtimularentur dolore, ancillam Chriſti ex ſacro confugij loco, ſi quâ arte valerent, conabantur abſtrahere. Fit iugis ante oſtium Ædis ſanctæ pernoctatio, intentáque die noctúque obſeruatio, vt, qualibet fortè ſibi facultate oblatâ, vi abducere properarent. Puella venerabilis ſpiritu robuſtiori, animóque ſe obſtinato immobilem tenens, vt ſacroſancto adhærebat lateri, nullâ inde ratione vel puncto temporis aliquatenus quiuit auelli, & (mirum dictu!) ſex continuis diebus manens in Eccleſia, non modò non egreſſa, ſed & omni prorſus cibo abſtinet & potu. Verùm qui dat eſcam omni carni, & replet omne animal benedictione, famulam ſuam humanis fruſtratam, diuinis recreat alimentis, eámque precibus aſſiduis cælo intentam Angelica duntaxat probatur paniſſe refectio. Fide intereà tam conſtanti perſeuerantiæ ſuæ remunerationem exigente conſolationis Diuinæ, quæ tamdiu contractam nubem mœroris abſtergeret, lux repentè grata reſplenduit. Inſtante namque iam ſeptimâ die, quæ Dominica erat, ecce vir quidam vultu Angelico, ſequentibus pueris duobus pulcherrimis ſub omnium conſpectu aduenit, partémque altaris, quâ virgo ſacratiſſima pudorem tuendo celabatur, rectâ ingreſſus, velamine in ſanctæ ſpecimen religionis, cernentibus cunctis, beatæ virginis caput obnubit. Nec mora, oculis intuentium, cum his quibus apparuit ſublatus, magnitudine facti, ſtupore & miraculo perculit vniuerſos, cùm terror ipſe eos acſi ſtolidos & mentis vacuos ſic reddidiſſet, vt neque proloqui, neque vnde, aut qui eſſent qui venerant, poſſent ediſcere. Cùm verò poſt diſceſſum tantæ viſionis ad ſe reuerſi, ſanctam virginem eo habitu adſtantem perſpicerent, facilè animaduertentes Angelicam apparuiſſe præſentiam,*

GLODESINDIS EIVS SPONSA, NE CVI NVBAT, TREVERIS METIM FVGIT.

VELAMEN ACCIPIT AB ANGELO.

[a] Sec. 2. Benedict. pag. 1088.

AN. CH. 770. CAROLI CAROLOMANNI RR. 2.

totúmque id diuinitus factum eſſe quod viderant; nihil quo vltrò reſiſterent erat. Tantùm ſolo ſtrati, veſtigiiſque beatæ virginis ſubmiſſi, iam omni feritatis tumore ſupplicem in geſtum conuerſo, veniam ſolam pro illatis exorant iniuriis. Non erat apud cor, cui ſpiritus pietatis & Rex præſidebat manſuetudinis, hic labor difficilis indulgendi: ac repentè tanquam nullis læſa, omnibus, quæque ea exciterant, poſthabitis, in integram cum parentibus & ceteris rediit gratiam, &c. *Beata itaque virgo, cùm, (vt præmiſſum eſt) viſceribus affluens pietatis cunctos ſibi pridem infenſos venia clementer admiſiſſet, & parentibus deinceps in nullo impatiens placidam ſe ſubdidiſſet, ad prædictam amitam ſuam Rothildam magnæ probitatis famâ celebrem, quam in ſecundo actu de nuptiis, pudori metuens, non contumaci mente refugerat, iam in gratia percepta non minimùm gerens fiduciæ, Treuiros ſponte contendit*, vt initio Tomi ſequentis dicemus.

XXXIII. BERARDVS FIT ABB. EPTERNAC.

Adelbertus ſiue Albertus Epternacenſis Abbas opinione Sanctitatis in Diœceſi Treuirenſi clariſſimus hoc anno deceſſit. Berardus enim ſeu Beonradus, qui proximè ſucceſſit, poſt annos regiminis duos ac viginti factus eſt Archiepiſcopus Senonenſis ſublato è viuis Wilibaldo Archiepiſcopo, cuius obitus in annum Chriſti ſeptingenteſimum nonageſimum-ſecundum incidit. Lege ſimúlque confer Tauellum in Archiepiſcopis Senonenſibus & Bucelinum in Abbatibus Epternacenſibus. Vt autem Epternacum virorum, ſic & Horreum puellarum nobile fuit in eadem Diœceſi Treuerenſi Monaſterium; cuius Antiſtitæ poſt Sanctam Baſiliſſam, quæ peruenit ad tempora Pippini Regis, & decimo-tertio Kalendas Iunij celebratur [a], à Bruſchio in Chronologia Monaſteriorum Germaniæ & à Bucelino in parte ſecunda Germaniæ Sacræ recenſentur Lucia & Rothildis.

ABBATISSÆ HORREENSES.

[a] Martyr. Benedict.

XXXIV. MON LAVRESHAM. DITATVR A CANCRONE COMITE.

Extat in Chronico Laureshamenſi donatio villæ de *Birſtat*, facta à Cancrone Comite, Kalendis Iuniis, hoc anno, Caroli & Carolomanni Regum ſecundo, habetúrque communita ſignis ab Angila Cancronis vxore, à Thurineberto Cancronis fratre, & ab Heimerico Cancronis filio. *Ego in Dei Nomine Cancor, & Angila coniux mea, cogitantes caſum humanæ fragilitatis, qualiter peccata noſtra poſſimus minuere, Domino donante, & ad æterna gaudia peruenire, idcircò pro anima noſtra remedio, vt Dominus Ieſus Chriſtus veniam de peccatis noſtris tribuere dignetur, donamus, tradimus, vel firmamus ad Monaſterium Sancti Petri, quod appellatur Laureſham, ſeu & Sanctum Nazarium Martyrem, qui ibidem in corpore requieſcit, vel ad illam Congregationem Monachorum, quæ ibidem conuerſari videtur, vbi vir venerabilis Gundelandus Abbas præeſſe videtur, donatúmque in perpetuum eſſe volumus, & promptiſſimâ voluntate confirmamus, hoc eſt, terram & ſyluam quæ eſt in illa marcha de Birſtat, ſeu in ipſo fine, de illo rubero qui eſt de Eccleſia Sancti Nazarij ad partem meridianam inter partem Sancti Petri, per Agilolfum & ſuos conſortes pro ſigno inciſa, & inde ad partem Orientalem vſque in fluuium certum Wiſgoz, vbi marcha de Baſinsheim coniungit, & de ipſo rubera ad partem Aquilonis, ſicut ipſa inciſio arborum in ipſa die facta fuit, quæ vulgò lachus appellatur ſiue diuiſia, & ſic ad illam ligneam crucem, quæ eſt poſita iuxta illam viam, quæ venit de Birſtat, & inde ad partem Aquilonis, ſicut illa inciſio arborum ſeu lachus in ipſa die facta fuit, vſque ad illum monticulum, qui quaſi terminus apparet, & inde per ipſam inciſionem arborum ſiue lachum vſque in certum Wiſgoz, vbi marcha de Baſinsheim, de dote Angilæ, vel de qualibet parte noſtra ibidem videtur eſſe portio, ſiue poſſeſſio, vel dominatio, tam terris, quàm ſyluis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarúmue decurſibus, omnia & ex omnibus totum & ad integrum ad iam dictum Monaſterium, ſiue ad Sanctum Nazarium à die præſente donamus, tradimus, atque transfundimus in Dei Nomine perpetualiter poſſidendum, itant*

ab hac die ipſi Monachi vel ſucceſſores eorum habeant, teneant, atque poſſideant, & neque nos, neque vllus de hæredibus noſtris, neque vlla oppoſita extranea perſona de ipſa terra vel de ipſa ſylua vllo vnquam tempore ipſos Monachos vel ſucceſſores eorum eiicere nec contradicere poſſit, nec vllam inquietudinem vel calumniam generare præſumat, ſed ad iam dictum Monaſterium omni tempore proficiat in augmentis. Si quis verò, quod futurum eſſe minimè credimus, ſi nos ipſi, aut vllus de hæredibus noſtris, ſeu quelibet vlla extranea oppoſita perſona contra hanc Donationem à nobis factam venire tentauerit, aut eam infringere vel immutare voluerit, caueat ne iram Dei Omnipotentis acquirat, & inſuper inferat vnà cum ſocio fiſco auri libras tres, argenti pondo quinque multam ſuſtineat, & quod repetit, euindicare non valeat, ſed præſens Donatio iſta omni tempore firma & inuiolabilis permaneat, ſtipulatione ſubnixa. Actum in Monaſterio Laureſham publicè, ſub die Kalend. Iunij, anno ſecundo, regnantibus glorioſiſſimis Regibus Karolo & Karlomanno. Signum Cancronis Comitis & Angilæ coniugis eius, qui hanc Donationem fieri & firmari rogauerunt. Signum Thurincberti fratris ipſius Cancronis, & Heimerici filij ſui, & aliorum. Ego Guario Lector hanc Donationem ſcripſi.

XXXV. Hoc anno Witgarius Noualicienſis Abbas obiit, eique ſucceſſit Froidinus. De vtroque ſic Franciſcus Auguſtinus ab Eccleſia Salutienſis Epiſcopus in Hiſtoria Chronologica [a] Regionis Pedemontanæ. *Witgarius Epiſcopus & Abbas. 770. S. Froidinus.* Aſenario ſiue Aſinario, qui Placito Attiniacenſi cum aliis Abbatibus anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimoquinto ſubſcripſit, in adminiſtrationem Cœnobij ſucceſſit Witgarius, *vir* vt in Chronico Noualicienſi [b] prædicatur, *valdè laudabilis.* Ab Epiſcopo Salutienſi vocatur *Epiſcopus & Abbas*, quia priuſquàm Noualicienſis Abbas conſtitueretur, Maurienenſis Epiſcopus erat, factúſque Abbas Epiſcopatum non dimiſit. Vt ita de Witgarij Epiſcopatu ſentiamus, in prædicto Chronico [c] ſuadet hæc Charta, quæ Amblulfum Deo & beato Petro in Noualicienſi Monaſterio ſub bonorum hominum teſtimonio deuotiſſimè à Widilone patre oblatum ſic teſtatur. *Dum legaliter ſancitum antiquitus teneatur & cautum, cum oblationibus Domino parentes ſuos tradere filios in templo feliciter ſeruituros, procul dubio hoc de noſtris filiis faciendum nobis ſalubriter præbetur exemplum. Æquum enim iudico Creatori noſtro de nobis reddere fructum. Idcirco ego Widilo hunc filium noſtrum Amblulfum, cum oblatione in manu atque petitione, altaris pallà manu meâ inuolutâ, ad nomen Sancti Petri & Sancti Andreæ ceterorúmque Sanctorum, quorum Reliquiæ hic continentur, & tibi, Warnari, præſenti Decano, ad vicem Domni Witgarij Epiſcopi, ſeu & Richarij Præpoſiti, trado coram teſtibus regulariter permanſurum. Ita vt ab hac die non liceat illi collum de ſub iugo Regulæ excutere, ſed magis eiuſdem Regulæ fideliter ſe cognoſcat inſtituta ſeruare, & Domino gratanti animo militare. Et vt hæc noſtra traditio inconuulſa permaneat, promitto cum iureiurando coram Deo & Angelis eius, quia nunquam per me, nunquam per ſuſpectam perſonam, nec quolibet modo per rerum mearum facultates aliquando egrediendi de Monaſterio tribuam occaſionem. Et vt hæc petitio firma permaneat, manu meâ eam ſubter firmaui.* Noualicium ad Diœceſim Mauriennenſem pertinebat, & ex præcitata Charta Witgarius, qui Noualicienſis eſt Abbas, Epiſcopus quoque Diœceſanus aſſeritur. Locus igitur Witgario tribuendus in Mauriennenſium Epiſcoporum Catalogo, qui toto octauo ſeculo mancus apud Robertum, apud Franciſcum Auguſtinum ab Eccleſia & apud Sammarthanos inuenitur. Ceterùm vt Chartam ſuprà deſcriptam melius intelligas, conſule quæ Tomo primo [d] dicta ſunt ad caput vndeſexageſimum Regulæ Benedictinæ, quod eſt de pueris, quos Deo parentes offerunt in Monaſterio.

WITGARIVS EP. MAVRIENN. ET ABB. NOVALICIENS. OBIT.

AMBLVLFVS A PATRE OFFERTVR IN MONASTERIO.

[a] Cap. 16.

[b] Cap. 4.

[c] Cap. 24.

[d] Ad an. 54. n. 74.

AN. CH. 770. CAROLI CAROLOMANNI RR. 2. XXXVI.

FRODOINVS FIT ABB. NOVALICIENS.

Qui poſt Witgarij mortem regimen Monaſterij Noualicienſis hoc anno ſuſcepit Frodoinus ſeu Froidinus Abbas, is idem Cœnobium annis tribus & quadraginta ſapientiſſimè gubernauit. A patre quoque *paruulus puerulus*, vt Auctor Chronici Noualicienſis [a] teſtatur, oblatus eſt in Monaſterio. Azenarium ſiue Aſenarium illius loci tunc Abbatem fuiſſe ſuſpicatur iſte Chronographus. At ſi Frodoinus, cùm *paruulus puerulus* adhuc eſſet, oblatus eſt à patre, non Azenario ſed eius deceſſore Godono tunc Abbate videtur oblatus ſtatim poſt inſtaurationem Monaſterij, quam anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſexto conſignauimus. Ab illo enim anno, quo Godonus Abbas conſtitutus eſt, ad hunc vſque annum, quo Frodoinus Witgario ſubrogatur, anni numerantur duntaxat quatuordecim.

[a] Cap. 2.

AN. CH. 771. CAROLI CAROLOMANNI RR. 3.

ANNVS

CHRISTI 771.

CAROLI R. 3.

CAROLOMANNI R. 3.

HVNALDVS, DVX QVONDAM AQVITANIÆ, LAPIDIBVS OBRVITVR IN LONGOBARDIA.

CAROLVS CONVENTVM FRANCORVM CELEBRAT VALENTIAN.

I. ANNO Chriſti ſeptingenteſimo ſeptuageſimo-primo, *Hunaldus Dux Aquitaniæ Romam, quaſi ibi perſeueraturus, venit, qui ad Longobardos fugiens apoſtatauit, ibique non multò pòſt lapidibus obrutus, malè periit.* Hic Sigeberti textus, quem ante biennium ex parte iam citauimus, innuit Carolum aſſenſum eſſe, vt Hunaldus, quem ſub cuſtodia captiuum detinebat, liber Romam dimitteretur, ibique Monaſticam duceret vitam, quam priùs in Aquitania ſponte profeſſus fuerat ad expiandum ſcelus, quod Hattone fratre falſis ſacramentis decepto atque excæcato incarceratóque commiſerat. Hunaldus autem aliud iniit conſilium, nam Româ fugit in Longobardiam, vt Deſiderium Regem ad bellum Francis inferendum concitaret. At euanuit in ſuis cogitationibus, eóque quo dictum modo, miſerè periit. Interim Carolus Francorum Rex Paſcha ſeptimo Idus Aprilis celebrauit in villa Hariſtalio, generalémque Francorum Conuentum ad Schaldem fluuium in villa Valentiana * peregit. Vtrumque habet Annaliſta Loiſelianus, cui ſuffragantur, Tilianus, Laureshamenſis, Bertinianus, & Metenſis, cum Reginone.

* *Valentienses.*

REPVDIATA REGIS LONGOBARD. FILIA.

II. Idem Rex, anno poſt celebratas nuptias vix euoluto, Deſiderij Longobardorum Regis filiam repudiauit. *Incertum* ait Eginhardus *qua de cauſa.* Monachus San-Gallenſis [b] id *indicio Sanctiſſimorum Sacerdotum* factum affirmat, *quia eſſet clinica, & ad propagandam prolem inhabilis.* κλίνη ſignificat lectum, ideo clinici dicuntur ij, qui lecto decumbunt ægri, nec inde ſe mouere poſſunt, vt apud Sanctum Cyprianum [c] clinicus vocatur ille paralyticus, quem triginta-octo annis in infirmitate fuiſſe ſcribit Ioannes Euangeliſta [d]. Longè aliam diuortij cauſam interceſſiſſe credimus. Stephanus Papa Carolum ſuis literis priùs monuerat, ne matrimonio cum Deſiderij filia iungeretur, quia legitimis antè nuptiis à Pippino patre copulatus fuerat. Literas ipſas anno priore deſcripſimus. Si Romani Pontificis erga Carolum zelus is fuit filiâ Deſiderij Regis adhuc abſente, quantus exarſit poſteà, cùm reſcitum eſt Romæ repudiatam ab eodem Carolo legitimam vxorem filiâ Deſiderij ſuperinductâ? Dubium non eſt, quin Stephanus cùm ad Carolum Regem, tum ad Francorum Epiſcopos, frequentes epiſtolas direxerit, vt è Regia domo ſcandalum amoueretur, & maritalibus amplexibus

[b] Lib. 2. c. 25.
[c] Ep. 76.
[d] Cap. 5.

AN. CH. 771.

CAROLI CAROLOMANNI RR. 3.

amplexibus potiretur vxor, adulterâ procul actâ. *Iudicio Sanctiſſimorum Sacerdotum*, vt Monachus San-Gallenſis loquitur, tales enim in Francia Epiſcopi non defuerunt, ad patrem remiſſa Deſiderij filia, non quia clinica & ad propagandam prolem inhabilis eſſet, ſed quia legitimas cum Carolo nuptias contrahere non potuiſſet, Himiltrude eius vxore tum ſuperſtite. Grauiſſimè peccauit anno priore Carolus, cùm repudiauit Himiltrudem, ſibíque filiam Deſiderij ſociauit. Ab adulterio poſt annum reſipuit, reuocatâ in Palatium Himiltrude, filiâque Deſiderij Regis eliminatâ. Laudandus ſummoperè Stephanus Papa, quòd Regem adhuc iuuenem, in libidinem lapſum, à vitio reuocare tam diligenter ſtuduerit. Epiſcopi quoque Francorum ſummoperè laudandi, quòd omnes officij ſui partes aſſiduis hortationibus, obſecrationibus, atque increpationibus impleuerint. Nec minori dignus encomio Carolus, quòd ſapientiſſimis Romani Pontificis Epiſcoporúmque monitis facillimas aures præbuerit, obtemperaritque adeò mutatus ab adultero, vt reliquo vitæ tempore nullam deinceps vxorem legitimæ ſuperinduxerit.

III. Eginhardus ſermonem de vxoribus Caroli ſic orditur. *Cum matris hortatu filiam Deſiderij Regis Langobardorum duxiſſet vxorem, incertum qua de cauſa poſt annum repudiauit, & Hildegardim de gente Sueuorum præcipua nobilitatis fœminam in matrimonium accepit.* In illo Scriptore multiplex hoc loco næuus. Priùs enim quàm filia Deſiderij Regis in Franciam adduceretur, Carolus vxorem duxit natione Francam, de qua debuit Eginhardus hîc loqui. Deinde qua de cauſa Carolus filiam Deſiderij repudiarit non eſt incertum, patet enim eam dimiſſam eſſe, ne Carolus in adulterio diutiùs maneret. Præterea Carolus, eâ repudiata, non ſtatim Hildegardem ſibi ſociauit, vt Eginhardus videtur innuere, ſed Himiltrudem, quam expulerat, vt legitimam vxorem reuocauit. Himiltrudis nobilis puella, cuius nomen apud Paulum Diaconum in libro de Metenſibus Epiſcopis occurrit, apud Eginhardum autem nuſquam legitur, Carolo nupſit ſuperſtite in viuis Pippino Rege, vt ex literis Stephani Quarti Papæ conſtat. Repudiata eſt eo anno, quo Berta Caroli mater in Italiam profecta eſt, ſiue anno Chriſti ſeptingenteſimo ſeptuageſimo, vt veteres Annaliſtæ docent. Poſt annum rediit ad maritum, & ad obitum vſque cum eo permanſit. Illâ verò mortuâ, Carolus Hildegardem duxit, nec id præſtitit ante annum Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum-tertium, quo bellum Longobardicum ſuſcepit, vt ex epitaphio eiuſdem Hildegardis ſuo loco probabimus.

REVOCAT HIMILTRVDEM.

IV. In Annalibus Siluanectenſibus obit hoc anno Bertolinus ſeu Betolinus Siluanectenſis Epiſcopus, eique ſubrogatur Odoninus ſiue Odoenus vel Odonius. Et apud Cratepolium hoc eodem anno, ſiue *anno tertio ſub Carolo Magno* vitam claudit alter Bertholinus Colonienſis Epiſcopus, eique ſuccedit in Epiſcopatum Ricolphus. E vita migrauit Bertholinus Nonis Februarijs. Ob Eccleſiarum inſtaurationem à Gelenio [a] commendatur.

EPISCOPI SILVANECT.

COLONIENS.

Bertholinus amans Chriſti, pia Templa refecit,
Et miro ſacros auxit honore tholos.

[a] Lib. 1. Syntagm. 6. n. 25.

V. Si Sancti Chrodegandi Sagienſis Epiſcopi Martyrium anno priori rectè conſignauimus, hoc anno feliciter ad Deum tranſiuit eius ſoror Opportuna Monaſteriolenſis Abbatiſſa. Hæc enim, *antequàm anniuerſarius dies obitûs fratris ſui appropinquaret*, in cælum migrauit decimo Kalendas Maij, ſepultáque eſt *iuxta ſepulchrum fratris ſui, ſicut ipſa viuens deprecata fuerat.* Vtrique ſuperſtes vixit amita Lanthildis Alamanniſcarum Abbatiſſa; quot annos, manet incompertum. Origines cùm Monaſterioli, tum Alamanniſcarum, ignotæ. Veriſimile videtur vtrumque Cœnobium erectum fuiſſe à Sancto Ebrulfo Abbate quondam Vticenſi, qui, præter Vticenſe, *quindecim Monaſteria virorum & fœminarum condidit*, vt dictum Tomo ſecundo [b]. Deſiderantur Abbatiſſarum nomina, quæ vtrique loco

OPPORTVNA MONASTERIOLENSIS ABBATISSA OBIT.

[b] Ad an. 593. n. 16.

AN. CH. 771. Caroli Carolomanni RR. 3.

ante Nortmannorum irruptionem præfuerunt. Ambo Monaſteria deſtructa ſunt ab iiſdem Nortmannis. Monaſteriolum Alamanniſcis vicinum erat. Alamanniſcæ poſteà reparatæ, atque in eo reſtitutæ ſunt loco, vbi quondam Monaſteriolum. Nec aliam inuenies cauſam, cur Opportunam Alamanniſcarum Abbatiſſam plerique Neotericorum vocitarint. Lege Tomo ſecundo Seculi tertij Benedictini, vitam Sanctæ Opportunæ cum obſeruationibus præuiis Ioannis Mabilloni.

Cur etiam dicta Abbatiſſa Alamanniſcarum?

VI. Ad hunc annum referenda ducimus, quæ ab Altfrido in vita Sancti Liudgeri ſcribuntur de Eccleſia apud Dauentriam * erecta in Diœceſi Vltraiectina. *Poſt hæc*, id eſt, poſt ædificatum anno priori apud Huilpam ſeu Wulpam Oratorium in Occidentali ripa Iſalæ, *ædificauerunt ei*, nempe Liafwino ſeu Lebuino, *Eccleſiam in littore Orientali einſdem fluminis, in loco, cui vocabulum eſt Dauentre.* Hucbaldus in Sancti Lebuini vita non Eccleſiam ſed maius Oratorium cum adiacente domo conſtructum ſic ait. *Nec multò pòſt, accreſcente ſenſim numero fidelium, aliud maius verſùs Orientalem einſdem fluminis partem ei conſtruxerunt Oratorium, & iuxta illud eius habitationi congruam domum, vbi Sanctus Domini quotidiana vigiliarum ac Miſſarum Domino vota perſoluebat, & confluentes ad ſe verbi Diuini pane cibabat, cunctiſque ſe cernentibus gratioſum vultu, verbis, ac moribus, exhibebat, vnde & quamplurimis eorum, etiam nobilioribus, ſpeciali affectione charus erat.*

* Deuenter.

Eccleſia conſtruitur Dauentriæ.

VII. Latinus Preſbyter, quem Virgilius Saliſburgenſis Epiſcopus in Karinthiam direxerat, hoc anno reuerſus videtur. Non *multò pòſt*, inquit Anonymus, qui vitam Sancti Virgilij conſcripſit, *ortâ aliâ ſeditione, exiuit Latinus Presbyter. Eâ verò ſedatâ, miſit iterum Virgilius Epiſcopus Madelhodum Presbyterum, & poſt eum Wargiamnum Presbyterum.* Karantanorum Præfecturam ſeu Ducatum gerebat adhuc Chetimarus ſeu Kermarus, vir Chriſtianus, de quo ſæpè iam locuti ſumus.

Latinus Presbyter orta ſeditione recedit e Karinthia.

VIII. Tomo primo Metropolis Saliſburgenſis, in additionibus ad Epiſcopos Pataulenſes, publicata ſunt Acta Concilij, quod hoc anno apud Dingoluingam ad Iſaræ ripam in Boioaria celebratum eſt. Tempus his Characteribus conſignatur. *Regnante in perpetuum Domino noſtro Ieſu Chriſto, in anno verò* XXIIII *regni religioſiſſimi Ducis Thaſſilonis gentis Baioariorum, ſub die Conſulem, quod erat* II *Id. Octobr. atque anno ab Incarnatione Dominicâ* DCCLXXII. *Indict.* X. E quatuor notis Chronologicis, duæ poſteriores, quoniam ab Incarnatione Dominica & ab Indictionis periodo petuntur, nullius ſunt auctoritatis, quia tunc apud Boioarios vſurpari nondum conſueuerant. In diei notam mendum irrepſit, quid enim hæc locutio ſignificat, *ſub die Conſulem, quod erat* II *Id. Octobr.*? Quidam legendum ſuſpicantur, *ſub die Calliſti, quæ erat* II *Id. Octobr.* Natalitia enim Sancti Calliſti Papæ ac Martyris pridie Idus Octobris celebrantur. At licèt mendoſa ſit editio, nemo non videt poſtremis hiſce vocibus II *Id. Octobr.* diem ante Idus Octobris proximum indicari. Thaſſilonis Ducis annus supereſt examinandus. Certè annus Chriſti ſeptingenteſimus ſeptuageſimus-primus per menſem Octobrem cum anno Thaſſilonis Ducis viceſimo-quarto componitur. Id ex Chronologia non ſemel ſtabilita conſtat. Quidam Thaſſilonis Ducis annum habent XXII, non XXIIII, ſed in notis ad prælaudatas additiones id *errori Scriptorum* adſcribitur, cùm membranæ conſtanter XXIIII repræſentent.

Synodus Dingolvingenſis.

IX. Quo conſilio Thaſſilo Synodum congregandam curarit, eadem ſic exponunt Acta. *Diuinâ præſtatus inſpiratione, vt omne Regni ſui* [1] *prænotatum Princeps Collegium Procerum coadunaret, in villam publicam Dingoluingam nuncupatam, vt ibidem tam regulare moderaretur* [2] *in ſancto habitu Cœnobium virorum & puellarum; quàm Epiſcopales moderarentur obſequias, inſuper gentis ſuæ inſtitutiones legum per* [3] *Primatas & peritos, vniuerſâ con-*

[1] Dei

[2] moderaret

[3] per primatos ſuperiores

AN. CH. 771. CAROLI CAROLOMANNI RR. 3.

ſentiente multitudine, quæ reperit diuturnitate [4] vitiata, & quæ videbantur abſtrahendo euellere, & quæ decretis placerent componenda [5], inſtituentur. Inter tot verò Collegia Sacerdotum, deuolutis Epiſcoporum & Abbatum in præſentia paginis, regularis ordines vitæ, atque canonum normas, vel decreta Patrum, nullis comprobare quiuerant teſtimoniis, vt Monachis Parochiæ [6] commendari deberent, vel publica Baptiſmatis obſequia, niſi fortè pro periculo mortis, & nihil eorum implerent commorandi negotio, excepto ſi [7] viciſſitudinis villarum propriarum ſingulis annis obedientialibus curis commiſſio ab Abbate proprio fuerit determinata. Vnde ab vniuerſis Abbatibus facta profeſſio, vt minimè titulis popularibus ſe ingerere depellerentur, & hæc omnia, cui commiſſa ſunt plebes, ſub poteſtate Epiſcoporum permanerent, ſicut in ſanctis Synodis, vel decretis priorum Patrum, perarata comprobat [8] conſcriptio. Ab Epiſcopis verò ſimili modo. Et nihilominus prolatis [9] ponderauerunt ſententiis, vt erga eos charitatis gererentur cura, ita vt canonica auctoritas confirmat, & ſpiritualis concordia declarat, hoc peracto conſilio, & ab vniuerſis vno ore confirmato, vt, ſi quis de eadem inſtitutione deuiare præſumpſerit, à Collegio eorum alienetur, vſque iterato examine, id eſt, publicâ [10] Synodo.

[4] diuturna [5] componendo [6] Parochiæ [7] deeſt, ſi [8] comprobatur [9] prolatis [10] publico

X. Sequuntur tredecim Capitula, quæ teſte Adlzreittero [a], *tot ſcatent librariorum erroribus, vt multa vix, ac ne vix quidem poſſint intelligi.* Pleriſque lucem afferent editiones variæ, necnon correctiones, quæ iam factæ vel indicatæ.

[a] Part. 1. l. 7. n. 43.

CAPITVLA.

XI. Primum eſt de die Dominico, ſic. *De die Dominico ita conſtitutum eſt. Vt tali honore habeatur, ſicut in lege ſcriptum eſt & in decretis Canonum. Et ſi quis [11] præſumpſerit frangere contra legem aut decreta Canonum, tali pœnâ ſubiaceat, ſicut ibi ſcriptum eſt.*

[11] quid

XII. Secundum eſt de hæreditatibus ad Eccleſiam traditis, ſic. *De hæreditate, quæ tradita eſt ad Eccleſiam, ita conſtituit, vt quiſquis hæreditatem ſuam ad Eccleſiam antè donauerat, aut poſteà donauerit, ſi quid mutare voluerit, chartam ſuam habeat ita ſcriptam, vt locum, tempus & perſonam habeat, aut tribus teſtibus fidelibus & nobilibus teſtificetur. Si Sacerdos non habeat chartam nec teſtem, vt diximus, tunc ſicut in lege Baioariorum & Index indicat, ſic defendat.*

XIII. Tertium eſt de Epiſcopis & Abbatibus. *Quòd [12] Epiſcopi iuxta Canones, & Abbates Monaſteriorum iuxta Regulam viuant [13] conſtituit.*

[12] De eo quòd [13] viuentes, ita conſtituit.

XIV. Quartum eſt de Sanctimonialibus. *Sanctimoniales [14], quæ in ſeruitio Dei ſunt, conſtituit [15], vt nullus auſus ſit in coniugium & matrimonium ducere; aut, ſi quis auſus fuerit contra decretum Canonum, ita componat ſicut Canones decreuerunt.*

[14] De eo quod Sanctimoniales [15] ita conſtituit

XV. Quintum. *De eo quòd ius ad legem quam habuerunt in diebus patris ſui, nobiles & liberi & ſerui eius, ita donauerunt vt firma fieret.*

XVI. Sextum vetat, ne quis virum nobilem, qui partem hæreditatis ſuæ ſanctuario Dei dare velit, ab eiuſmodi propoſito reuocet. *Si [16] qui de nobili genere de hæreditate ſua dare vellent [17] ad ſanctuarium Dei, in ſua poteſtate eſſet, nemo prohibuiſſet, nec mutaret in perpetuum.*

[16] De eo quòd vt ſi quis [17] deeſt, vellent

XVII. Septimum eſt de Principis Adelſchalcis, id eſt, de nobilibus Principis miniſtris ſeu ſeruis, *Ædel* enim nobilem, *Scalc* miniſtrum ſeu ſeruum ſignificat. *Vt [18] ſerui Principis, qui dicuntur Adelſchalche, ſuam [19] habeant Weregeldam*, ſiue capitis æſtimationem, *& ceteri minores Weregeldi iuxta legem ſuam, ita conſtituit.* Lege quæ Tomo [b] ſecundo dicta ſunt de Weregildo ſeu Weregeldo vel Weregelda ſiue Weregilda, &c.

[18] De eo quòd vt ſerui [19] vt ſuam [b] An. 582. n. 6 ?. 595. n. 8.

XVIII. Octauum. *Quodcumque [20] præſtitum fuiſſet nobilibus, hoc conſtituit vt permaneret, & eſſet ſub poteſtate vniuſcuiuſque relinquendum poſteris, quamdiu ſtabiles fœdera [21] ſeruaſſent apud Principem, ad ſeruiendum ſibi, & hæc firma permanerent [22] ita conſtituit.*

[20] De eo quòd parentes Principis quodcumque [21] fœdere [22] permaneret

AN. CH. 771. CAROLI CAROLOMANNI RR. 3

XIX. Nonum eſt de cauſis, propter quas hæreditate ſuâ quis priuari poteſt. *De eo vt nullus hæreditate ſuâ priuetur, niſi per tres cauſas, quæ [23] in pacto ſcribentur; propter homicidium, hoc eſt, vt quiſquis hominem Principis ſibi dilectum occiderit, ob iniuriam Principis, & ob [24] calumniam, hominem componat ſecundùm legem, tunc priuetur hæreditate ſuâ.* Quidam totum hoc Capitulum intelligunt de homicidio, volúntque ſecundam ac tertiam cauſam excidiſſe, cur hæreditate ſuâ quis priuandus ſit. At, in textu ſuprà deſcripto, tres diſtinguuntur cauſæ, homicidium, iniuria Principis, & calumnia. Hæreditate ſuâ priuatur qui Principi ſeu Duci Boioariæ intulit iniuriam. Eâdem pœnâ plectitur calumniator. Homicida verò priùs hominem componit, id eſt, ſecundùm legem conuenit de Weregildo ſeu de homicidij pretio vel pecunia in homicidij commiſſi mulctam ſoluenda, tum reliquâ priuatur hæreditate, nec ita ſeuerè quilibet punitur homicida, ſed ille tantùm, qui hominem Principis eidémque dilectum interfecit.

23 quas
24 ad calumniam

XX. Decimum eſt de muliere nobili, quæ ſeruo nupſit. *Quiſquis [25] ſeruus mulierem nobilem acceperit in coniugium, & non præſciuit, ita conſtituit, vt iterum libera eſſet, dimittat ſeruum; & poſteà non redigatur in ſeruitium, ſed eſſet libera.*

25 De eo quòd quiſquis mulierem

XXI. Vndecimum eſt de accuſatore & accuſato ſimul pacificandis. *Si quis [26], de quocumque reatu accuſatur [27] ab aliquo, poteſtatem accipiat cum accuſatore ſuo pacificare, ſi voluerit, antequàm pugna [28], quæ Wehadinc vocatur, permittatur [29].* Eſt autem *Wehadinc* duellum, quod interpoſito pignore ſponſum videtur, quia *Wehadinc* depoſitionem ſeu præſtationem pignoris atque ipſum fœdus ſignificat. Legibus igitur Eccleſiaſticis aduerſatur hoc Capitulum. Quod enim duellum in rebus dubiis Reges ac Præfecti prouinciarum approbarunt, Eccleſia ſemper improbauit. Atque inde obſerua Synodum, de qua nunc agimus, ex earum numero fuiſſe, quibus præter Epiſcopos alióſque ordinis Eccleſiaſtici viros intererant quoque laici de rebus politicis ac ſecularibus acturi. Ideóque eiuſdem Synodi Decreta in duplici ponuntur differentia, vt enim ad res Eccleſiaſticas pars vna, ſic altera ſpectat ad ciuiles.

26 De eo quòd & ſi quis
27 accuſatus
28 pugnam
29 permittat.

XXII. Duodecimum eſt de vxore illius, qui propter crimen hæreditate ſuâ priuatur. *Quiſquis [30] de nobili genere deprehenſus fuerit de illis III [31] cauſis, de quibus ſuprà diximus, ſi ille hæreditatis [32] ſua portionem pro criminis illius reatu perdat, vxor autem illius ſuo iure non priuetur, ita conſtituit.*

30 Deco. quiſquis
31 IV
32 hæreditate ſuâ.

XXIII. Decimum-tertium eſt *de collaudatione, quam Epiſcopi & Abbates in Baioaria inter ſe fecerunt pro defunctis fratribus.* Epiſcoporum & Abbatum nomina ſic recenſentur. *In Chriſti nomine. Notitia, qualem conuenientiam gentis Baioariorum Epiſcopi & Abbates inter ſe fecerunt, quorum nomina infrà peraràre ſtylo decreuimus. Id eſt, Manno Nuuenpurgenſis [33] ciuitatis Epiſcopus, Alim, Virgilius [34], Wiſerich, Simtprecht, Heres, Epiſcopi; Opportunus, Wolfpreht, Adalpreht, Ato, Vto, Lantfrit, Albune, Ruothart, Erneſt, Reginpreht, Volchanhart, Perhhoz, Sigido, Abbates.* Sequitur ipſa conuenientia. *Vt ſi [35] eorum quis de luce migraret, vnuſquiſque ſuperſtitum Epiſcoporum vel Abbatum pro defuncto in domo ſua Epiſcopali vel Cœnobio centum Miſſas ſpeciales & eodem numero Pſalteria [36] cantare faciat. Ipſe verò de propria perſona ſua XXX ſpeciales Miſſas compleat, vel à religioſis ſibimet ſubiectis implere omnino prænotatum faciat numerum. Preſbyteris ſiue Monachis, cùm de hoc ſeculo migrauerint, Epiſcopus ſeu Abbas, vno Preſbytero vel vno Monacho, XXX Miſſas ſpeciales, totidem Pſalteria faciant celebrari.*

33 Nuiuenpurgenſis
34 Vigilius
35 deeſt, ſi
36 Pſalterio

XXIV. Sanctus Bonifacius anno Chriſti ſeptingenteſimo triceſimo nono Boioariam in quatuor Diœceſes, Laureacenſem ſeu Pataulenſem, Saliſburgen-

AN. CH. 771. CAROLI CAROLOMANNI RR. 3.

ſem, Friſingenſem, & Reginoburgenſem, diſtribuit. Plures in Boioaria Sedes non erant Epiſcopales, cùm Pippinus regnare cœpit. Acceſſerunt poſteà duæ, Sabionenſis videlicet & Neoburgica ſeu Nuuenpurgenſis. Sabiona, quæ Sancti Bonifacij temporibus ad Regnum Longobardiæ pertinebat, in Thaſſilonis Boioariæ Ducis poteſtatem, vt Velſerus cenſet, cum bona Deſiderij Regis gratia conceſſit, poſtquàm Thaſſilo factus eſt eiuſdem Deſiderij gener ductâ in vxorem Luitpurgâ, de cuius nuptiis ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-quartum [a] locuti ſumus. Inſtituta quoque ſub idem tempus ad Danubium Neoburgi Sedes Epiſcopalis, eique præpoſitus Epiſcopus, qui Synodo Dingoluingenſi cum aliis interfuit Manno.

[a] Num. 4.

XXV. EPISCOPI.

Sex igitur Epiſcopi, qui ſuprà nominati ſunt, his præerant Epiſcopatibus; *Wiſerich* ſeu Wiſericus vel Viſcarius Laureacenſi ſeu Patauienſi, *Virgilius* Saliſburgenſi, *Hares* ſiue Aribo vel Cyrinus Friſingenſi, *Sintprecht* ſeu Sympertus Reginoburgenſi, *Alim* ſiue Alimus vel Almus Sabionenſi, *Manno* Neoburgenſi. Pontificatum inierant Wiſericus anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-quinto, Virgilius anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-ſexto, Aribo anno Chriſti ſeptingenteſimo ſeptuageſimo, Sympertus anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-primo. De ſingulis non ſemel iam locuti ſumus. Reſtat vt hìc pauca de Alimo & Mannone commemoremus.

XXVI.

Sabiona ciuitas ad Eyſocum fluuium quondam nobilis, Epiſcopali claruit Sede, donec hæc Brixinam tranſlata eſt à Sancto Albuino, cuius Pontificatus in annum Chriſti milleſimum incidit. Inter Oenipontentem & Bozanum rudera veteris Sabionæ conſpiciuntur. Alimus in Sabionenſium Epiſcoporum Catalogo duodeuiceſimum locum occupat. Patriarchæ primùm Foro-Iulienſi, deinde Metropolitæ Boioariæ ſubiacuit. Epiſcopatum enim iniit Sabionâ * Longobardis tum parente, vitámque clauſit Sabionâ Boioariæ iam attributâ. Sabionæ autem ad Boioariam acceſſio Synodum Dingoluingenſem, vt ex prædictis liquet, paucis annis anteceſſit. De eodem Alimo eiúſque ſucceſſoribus Sabionenſibus Epiſcopis ſæpè nobis erit agendum.

* *Siben.*

XXVII.

In opinione Ioannis Adlzreitteri [b], Manno Neoburgenſis ad Danubium Epiſcopus *vel vnicus vel certè poſtremus* fuit. Quæ de Boioariæ diuiſione in quatuor Diœceſes à Sancto Bonifacio facta, déque Epiſcopatibus in Boioariæ vicinia vel anteà vel pòſt erectis dicta ſunt, palàm oſtendunt nullum Neoburgi Epiſcopum fuiſſe ante ipſum Mannonem, *quem vnum vnicúmque eius vrbis Epiſcopum* iam ſcripſit Andreas Brunnerus [c]. *Poſt Mannonem nulla vllius Neoburgenſis Epiſcopi mentio extat.* Id teſtatur Gretſerus in Appendice de Aureato [d]. Extincto poſt Mannonis obitum Epiſcopatu Neoburgico, vna pars Eyſtettenſi coniuncta eſt, altera pars Auguſtano. Diuiſionem illam, quæ nunc etiam durat, ſic exponit idem Gretſerus. *Ipſum Neoburgum, & quæ nobis trans Danubium ſunt, ad Auguſtanum Epiſcopatum ſpectant, reliqua ad Eychſtadianum, niſi quod iuxta Ingolſtadium pagus, trans Danubium, cui à Saluatore nomen eſt, cum aliquot adiunctis, ſub Diœceſi Eyſtettenſi cenſetur.*

[b] Part. 1. l. 7. n. 41.

[c] Lib. 5. n. 13.

[d] Cap. 5.

XXVIII. ABBATES.

Eidem Synodo Dingoluingenſi tredecim interfuerunt Abbates; *Opportunus*, *Wolfpreht*; *Adalpreht*; *Ato*; *Vto*; *Lantfrid*, *Albune*, *Ruothart*, *Erneſt*, *Reginpreht*; *Volchanhart*, *Perhhoz*, *Sigido*. Sed non ita facile eſt ſua ſingulis aſſignare Monaſteria. *Nomina Antiſtitum, qui Cœnobiis ac contuberniis præfuerunt, hæc ſunt* apud Auentinum; *Oportunus Menenſis; Wolfprechtus Altaichij inferioris pater; Albertus Tigurinus; Ato Schiratius, qui iam ad Schlechdorff & in Templum ibi diuo Dionyſio dedicatum demigrarat, relicto ſaltu Schiratio; Vto, qui & Ato, Ilmenſis; Landofridus Burenſis, Albunus Sandunenſis, Ruthardus Weſſobrunna præerat; Arioniſtus ſuperioris Altaichij; Reginobertus Pfafomonaſterij; Wolcardus Auſtrania; Berichtoldus Chi-*

menſis; Segido Weltenburgenſis rector. Illorum Abbatum Monaſteria idem Auctor extra ciuitates Reginoburgenſem, Pataujenſem ac Saliſburgienſem collocat. *Vice,* inquit, *Reginoburgenſium, Bathauienſium, & Monachorum Iuauenſium, functi ſunt eorum Pontifices.*

XXIX. Qui primo loco ponitur Opportunus, is Abbas Menenſis ſeu Lunælacenſis vel Manſeenſis fuit in Diœceſi Saliſburgienſi. *Vtilo Dux*, teſte Hundio [a], *ex inſtinctu S. Pyrminy, Monaſterium prope Menen lacum Noricorum conſtruxit, circa annum 739* Illo de Cœnobio plura, atque in his pleraque ad hunc etiam annum ſpectantia, ſcribit Gewoldus in ſuis additionibus. *Confirmauit fundationem Dux Thaſſilo Vtilonis filius ann. 771, additis multis redditibus, cenſibus, prædiis, curtibus, grangiis, & hominibus; in Rottal, Maligoew, & Atergoew.* Hic Auctor ab Hundio diſſentit, & prædicti Monaſterij fundationem in annum Chriſti ſeptingenteſimum duodequinquageſimum Opportuníque Abbatis mortem poſt annos Præfecturæ duos ac triginta completos in annum Chriſti ſeptingenteſimum octogeſimum-primum ſic differt. *Abbas primus fuit Opportunus ab an. 748. præfuit an. 32. obiit an. 781. Kalen. Ianuar.* Quem textum, vt cum Hundio conuenias, ita corrige. *Abbas primus fuit Opportunus ab an. 739. præfuit an. 32. obiit an. 772. Kalen. Ianuar.* Lege quæ de eiuſdem Monaſterij conditu iam dicta ſunt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum triceſimum-nonum [b].

[a] Tom. 2. in Manſee.

[b] Num. 46.

XXX. Wolfprechrus ſeu Wolpreht idem eſt ac Wolfbertus, qui ſecundum locum [c] inter Abbates Altaichij inferioris tenet, vtpote proximus ſucceſſor Eberſwindi, qui Placito Attiniacenſi ante ſexennium ſubſcripſit. Erat autem Altaichium inferius in Diœceſi Pataujenſi.

[c] Tom. 2. Metrop. Saliſb.

XXXI. Adalbertus ſiue Albertus vel Adalpreht cum fratre ſuo Oltogerio ſiue Orgario Monaſterium inter Iſaram & Oenum prope lacum Tegernum ſeu Tigurinum in Diœceſi Friſingenſi conſtruxit, illiúſque loci primus Abbas inſtitutus eſt, vt dictum ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quartum [d], quo primordia Monaſterij Tegernſeenſis ſeu Tigurini vel Sancti Quirini conſignantur.

[d] Nu. 85. & ſeqq.

XXXII. Ato ſiue Atto Monaſterio Sancti Petri apud Bauzanum in Epiſcopatu Sabionenſi præerat Abbas, vt obſeruatum ante biennium. Ab Auentino malè confundi videtur cum alio Attone, qui poſt Aribonem in Cathedra Friſingenſi ſedit Epiſcopus, fuitque etiam Abbas Schlechdorfienſis, vt ex variis Diplomatibus in additionibus ad Hundium [e] conſtat.

[e] Tom. 3. in Schlechdorf

XXXIII. Vto ſiue Vtho vel Audo aut Otto, prædicti Adalberti ſiue Alberti frater, Ilmenſis Monaſterij, quod etiam Ilminenſe ac Illmunſtrenſe nuncupatur, & conditor & primus Abbas fuit in Epiſcopatu Friſingenſi. Illo de Cœnobio ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-quartum [f] iam locuti ſumus.

[f] Num. 90.

XXXIV. Inter Monaſteria, quæ Lantfridus, Waldramus, & Elilandus fratres in Diœceſi Friſingenſi conſtruxerunt, recenſetur Bura, cuius antiquiſſimi fuerunt Abbates iidem, qui conditores. Burenſis igitur Abbas erat Lantfrid ſeu Landofridus aut Lantfridus, qui Synodo Dingoluingenſi interfuit.

XXXV. Erneſtus ſiue Erneſt aut Arioniſtus Abbas erat Altaichij ſuperioris in Diœceſi Reginoburgienſi. Sola ſucceſſorum nomina reperiuntur [g], nec eo quo Monaſterium rexerunt ordine, ſed eo quo ſecundùm menſium diſtributionem in mortilogio leguntur, vt ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſexageſimum-quintum [h] iam notauimus.

[g] Tom. 2. Metrop. Saliſb.

[h] Num. 65.

XXXVI. Quicquid ſcribat Auentinus, quibus Monaſteriis Albune ſiue Albunus, Ruothard ſiue Rurbardus, Reginpreht ſeu Reginobertus, Volchanhart ſeu Wolcardus, Perhhoz ſeu Berichtoldus, & Sigido ſeu Segido præfuerint, manet incompertum.

XXXVII. Albunum Sandunenſi Cœnobio præficit. At de Sandunenſi Monaſterio nihil legitur, nullúmque in Boioaria Cœnobium affinitate nominis ad

Sandunenſe propiùs accedit quàm Sandauenſe ſeu Sandauienſe, quod, in Diœceſi Friſiugenſi, Landfridus, Waldramus, & Elilandus, fratres, erexerunt, adminiſtrarúntque quandiu ſuperſtites in vinis fuerunt, nec Albuni ſit vlla mentio. AN. CH. 771. CAROLI CAROLOMANNI RR. 3.

Ruthardum Abbatem Weſſobrunnæ conſtituit. At Ilſungus primus Abbas Weſſobrunnenſis, de quo iam locuti ſumus, ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum nonageſimum-nonum vixit, teſte Gewoldo in additionibus ad Hundium [a]. Sita eſt autem Weſſobrunna in Epiſcopatu Friſingenſi, eoſdémque conditores agnoſcit quos Sandauium, de quo ſuprà. XXXVIII.

[a] Tom. 3. Metrop. Salisburg. in Vveſſeprunn.

Reginobertum vult Abbatem Papho-Monaſterienſem fuiſſe. Papho-Monaſterium ad Diœceſim Reginoburgenſem pertinebat. Abbates illius loci deſiderantur, nec Reginobertus temerè debet admitti. XXXIX.

Berichtoldum Abbatem Chimenſem dicit. Chemenſe ſeu Chimenſe Monaſterium in Epiſcopatu Saliſburgienſi conſtruxiſſe creditur Thaſſilo Dux Boioariæ, ſed vtrùm ante vel poſt Synodum Dingoluingenſem non patet, addequòd interierunt Abbatum Benedictinorum nomina, penes quos adminiſtratio Monaſterij fuit, donec exciſum ab Hungaris. Berichtoldus igitur Abbas Chimenſis certò dici nequit. XL.

Wolcardum Abbatem Auſtrauiæ vocat. Auſtrauia intra fines Epiſcopatûs Saliſburgienſis erat. Illius loci monumenta, quæ ſeculum vndecimum anteceſſerunt, perierunt omnino, nec vllum extat inſtrumentum, quo Wolcardi dignitas Abbatialis fulciri poſſit. XLI.

Denique Segidonem Abbatem Weltenburgenſem ſcribit. Weltenburgum in Epiſcopatu Saliſburgienſi poſitum. Extat Abbatum Catalogus [b], cuius Chronologia non parum ab Auentino diſcrepat. Characteres Chronologicos, qui pertinent ad Sagidum, Adalwartum, Reginhardum & Wigmandum Abbates, ſatis erit hîc notaſſe. *Sagidus an. 741. Adalwartus Abbas an. 747. Reginhardus an. 760. Wigmandus an. 777.* Ergo Sagidus, quem Auentinus in Segidonem deflectit, Pippino nondum Rege Monaſterium rexit, & ad tempora Synodi Dingoluingenſis minimè peruenit. XLII.

[b] Tom. 3. Metrop. Saliſb.

Synodo Dingoluingenſi ſubiiciuntur populares leges ſexdecim, de quibus agere quoque nobis hîc viſum eſt, quia pleræque & obſcuræ ſunt, & ab inſtituto noſtro non videntur alienæ, vtpote variis Conciliorum collectionibus iam inſertæ. XLIII. LEGES POPVLARES.

I. Prænotatus Princeps vniuerſo concordante collegio ſic [1] conſtituit, vt nullus à prouincia ſua limite [2] mancipium venundare vel proprium vel fugitiuum præſumpſerit: & ſi quis hoc decretum non obſeruauerit, Weregeldo ſuo culpabilis permaneret. XLIV.

[1] hic
[2] à prouincia ſua mancipium lidiline

II. Vt nullus furtiuam rem tam in equis & aliis quadrupedibus quàm in reliqua ſupellectili, extra finem Baiuariorum venundare, vel machinis diabolicis extra minandi, inſidiis tegi; vt ſi quis hoc præſumpſerit, XL ſolidis componat in publicum. Vt ſi quis domum tam liber quàm ſeruus alterius [3] effoderit, & ibi occiſus fuerit, ſine compoſitione in ſua damnatione permaneat. Si autem ſupellectilia abſtulerit de eadem domo, & eo fugiente in curtem vel extra curtem, hic cui damnum intulit conſequitur & interfecerit, pari ſubiaceat ſententia [4]. Similiter qui liberum vel mancipium ſuum furauerit; & cùm comprehendere minimè quiuerit, & ibidem interfecerit reum, ſuperior permaneat ſententia. Sed tamen ea genera trium homicidiorum, debita ſigna, vicinis ſuis, & his, qui aſſiſtunt, inſignet, id eſt, in tribus illis homicidiorum generibus, is, qui furem interemit, vicinis & aſſiſtentibus indicare debet ad id ſe coactum, quia fur vel effodiebat domum, vel fugam arripiebat furto iam commiſſo, nec poterat comprehendi. XLV.

[3] alidis
[4] ſententiâ

III. De pugna duorum, quod Wehadinc vocatur, vt priùs inſortiantur, quàm parati ſunt, ne fortè carminibus, vel machinis diabolicis, vel magicis artibus inſidiantur. Actum ſuprà de duello, cui nomen Wehadinc. XLVI.

AN. CH. 771. CAROLI CAROLOMANNI RR. 3.

IV. Qui prædicta pugna, quod Camfwic dicimus, peracto iudicio, ſe ſimili vindictâ erigere contra querentem præſumpſerit, ſacramentum, quod Abteid [5] *dicitur, iuret in Eccleſia, cum tribus nominatis ſacramentalibus.*

V. De eo, quod Baioarij Stapfsaken dicunt, in verbis, quibus ex vetuſta conſuetudine paganorum idololatriam reperimus, vt deinceps non aliter niſi [6] *ita dicat, qui quærit debitum. Hæc mihi iniuſtè abſtuliſti quæ reddere*

XLVII. *debes* [7]. *Reus verò contradicat. Nec hoc abſtuli, nec componere debeo. Iteratâ voce requiſito debito dicat. Extendamus dexteras noſtras ad iuſtum iudicium Dei. Et tunc manus dexteras vterque ad cælum extendat.* Apud Spelmannum *Stapfsaken* cauſam ſignificat ad idolum delatam, *ſtap* enim Saxonicè ſtatua eſt, & *ſac* cauſa. Laudandus certè Thaſſilo, quòd hac lege Boioarios ab idololatria conetur reuocare.

5 Atheia
XLVIII.
6 niſi iudicat
7 debet

XLIX. *VI. Vt nullus furtiuam rem ſuſcipere, vel intra terminum abſcondere præſumat; qui hoc fecerit,* XL *ſolidos* [8] *componat.*

8 ſolidis

L. *VII. Vt hi, qui in Ducali manu liberi dimiſſi ſunt, ad eadem cogantur iudicia, quæ Baioary Vrtella dicunt.* Quæ Boioariis *Vrtella*, Saxonibus Ordela & Ordalium teſte Spelmanno. Ordalium autem dicitur magnum iudicium, *or* enim magnum eſt & *deal* iudicium. Fiebat Ordalium per aquam calidam, per aquam frigidam, per ignitos vomeres, per ferrum candens, per crucem, &c.

LI. *VIII. Vt hi qui in Eccleſia libertatem conquirebant, deinceps tam ipſi quàm eorum poſteritas in ſecura libertate permaneant, niſi fortè* [9] *ipſi ſibimet inſolubile damnum inferant, quod componere minimè quiuerint.*

9 ipſo

LII. *IX. Qui ex eis occidentur, pretium eorum his ſoluatur Eccleſiis, vbi liberi dimiſſi ſunt. Liberi, qui ad Eccleſiam dimiſſi ſunt liberi, vel per chartam acceperunt libertatem à Rege, ſi occidantur,* LXXX *ſol. componantur Eccleſiæ vel filiis eorum, in Dominico* XL *ſol. compon. Si ancilla libera dimiſſa fuerit per chartam aut in Eccleſia, & poſt hæc ſeruo nupſerit, Eccleſiæ ancilla permaneat. Si autem libera Baioaria* [10] *ſeruo Eccleſiæ nupſerit, & ſeruile opus ancillæ contradixerit; abſcedat: ſi autem ibi filios & filias generauerit, ipſi ſerui & ancillæ permaneant, poteſtatem exeundi* [11] *non habeant. Illa autem mater eorum, quando exire voluerit, ante annos* III *liberam habeat poteſtatem, ſi autem* III *annos indurauerit opus ancillæ, & parentes eius non exidoneauerint eam, vt libera fuiſſet, nec ante Comitem, nec ante Ducem, nec ante Regem, nec in publico mallo, tranſactis tribus Kal. Martiis* [12], *poſt hæc ancilla permaneat in perpetuum, & quæcunque ex ea nati fuerint, ſerui & ancillæ ſint* [13]. Tota hæc penè ſanctio legitur in Lege Alamannorum, Titulo duodeuiceſimo. Vox *exidonianerint*, in editione Baſileenſi reperitur, in aliis vitioſiùs circumferuntur, *exadomanerunt*, *exadonianerunt*, *exadomauerint*, *exadonianerint*. Lindenbrogius habet *exadonianerint*, & *exadoniare* interpretatur *idoneum facere*, additque quòd rectius eſſet *exidoneare*, ideóque ſcripſimus *exidoneauerint*.

10 Baioarie
11 ex inde
12 Martio
13 ſunt

LIII. *X. Qui furtiuum* [14], *quod Zougenzuth dicitur, ſuper furem comprobare nequiuerit, furtiuo componat more.* Ex Lindenbrogio *zuth* notat *ſcrutinium*, quid autem *Zougen*, non liquet.

14 furtiuam

LIV. *XI. Qui reſiſterit domum ſuam, quod Seliſuchen dicunt, qualem rem quærenti reſiſtebat, talem componat. In publico* XL *ſol.* Quod variis modis effertur *Selichuſen*, *Selbſuchen*, *Salizuchen*, hactenus caret interpretatione. Qui vocem *Salizuchen* ceteris anteponunt, eam deducunt à *ſala*, quæ partem domûs, aulam videlicet, ſignificat.

LV. *XII. Qui manûs* [15] *immiſſionem reſiſterit, quod Hantelod dicunt,* XL *ſolidos ſoluat in publico, & ipſam rem quærenti reddat.* Germanis *hant* eſt manus, *load* & *laid* impoſitum. *Hantelod* igitur idem ac manûs immiſſio ſiue arreſtum vt hodie appellamus.

15 manuum

LVI. *XIII. De his, qui ſupradictis homicidiis* [16] *debitâ morte in furto reperti ſunt, vt ſi quis huius interfecti parentela, cum qui ſuo ſcelere captus eſt,*

16 homicidiis

eſt, vindicare tentauerit, à propria alode alienus efficiatur. Pro duabus hiſce vocibus, *reperti ſunt*, quas reponendas arbitramur, in vulgaris editionibus hæc tantùm legitur, *repertis*, aut iſta, *repertus*, ſenſu vtrobique nullo. Sic autem ſanctio hæc exponenda. Occiſus eſt quis iuſtè, cùm domum effoderet, aut fugam arriperet furto iam commiſſo, nec comprehendi poſſet, ſi quis è propinquis mortem eius vindicare conatus ſit, propriam alodem amittat in pœnam, quòd furis iuſtè interfecti vltor iniuſtus eſſe voluerit.

XIV. Et ſi quis ſignum, quod eſt ſigillum, inhonorauerit, vel huiuſcemodi iniuncta minimè impleuerit, primâ vice arguetur; ſecundâ, XL. ſol. componat; tertiâ, ſuum weregeldum; quartâ, exterminetur abacto officio. LVII.

XV. Vt ſi quis reum [17] furti in bina vel terna reprehenſione nôn damnauerit, & eum diabolico lucro dimiſerit, vt [18] per eum quaſi comparticeps ſpoliis pauperum ditaretur [19], totius [20] ſceleris, quod commiſerit, ante oculos Dei & Angelorum reus [21] efficiatur, & nihilominùs cui fraudem fecerit, quaſi proprium componat debitum. Vt ſi quis in virtute coniunctum à coniuge propria adulterina ſeparatus fuerit, eiúſque ex cognatione coniugis propter eandem dimiſſionem quis [22] eum perſequi tentauerit, à proprio alienetur [23] patrimonio. LVIII.

[17] inde. eum [18] at [19] ditarentur [20] tot ſcelerũ, & tot ſcelerum [21] deeſt, reus [22] qui [23] alienatur, & alienantur

XVI. Vt nullus poſt tonſuram capillos vſu populari nutrire præſumat; nec velata relicto velo ſæcularem habitum ſumat: vt ſi quis vel quæ in hoc vitio reperti fuerint, aut corripiantur, aut excommunicentur. LIX.

Hoc eodem anno, quo Synodus Dingoluingenſis acta eſt, Sturmio Fuldenſis Abbas, vt Ægil eius diſcipulus teſtatur, *ſuſceptâ Legatione inter Karolum Regem Francorum & Thaſſilonem Norica prouincia Ducem per plures annos inter ipſos amicitiam ſtatuit.* Id autem hoc anno geſtum duæ res, ſi ſimul conferantur, apertiſſimè demonſtrant. Anno ſuperiore Berta Caroli mater Boioariam adiit, & Thaſſilonem Ducem ad officium reuocare fruſtrà tentauit. Deinde Ægil reconciliationi Thaſſilonis ſuprà notatæ primam Caroli Regis aduerſùs Saxones expeditionem proximè ſubiungit, eámque quarto eiuſdem Regis anno, id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo ſeptuageſimo-ſecundo conſignat. Quanta tunc in amicitia Sturmius apud Carolum fuerit, idem Auctor ſic declarat. *Illum*, nempe Sturmium ſeu Sturmem, *Rex intimis amicitiis ſibi coniunxit. Quin multis ſæpè honoribus atque Regalibus munificauit donis. Quodam tempore immiſit Dominus in cor eius, vt pro intuitu retributionis æternæ tractare cœpiſſet, vocatóque ad ſe Sturme Abbate conſilium cum eo iniit, & Hamelenburc cum omnibus, quæ ad illum fiſcum pertinent, poteſtatiuâ manu de iure ſuo in ius Domini & Sancti Bonifacij ad Cœnobium Fulda tradidit. Quam traditionem fratres gratanter ſuſcipientes Domino pro illius incolumitate preces vſque hodie fundunt. Vixit deinceps Sanctus Sturmi in gratia venerandi Regis Karoli omne tempus vitæ ſuæ.* Obiit Sturmius Abbas menſe Decembri, anno Chriſti ſeptingenteſimo ſeptuageſimo-nono. Obiit Carolus menſe Ianuario, anno Chriſti octingenteſimo decimo-quarto. Ægil, vt ex præcitato textu conſtat, Sancti Sturmij vitam ſcripſit Carolo in viuis adhuc ſuperſtite, imò nondum Imperatore, cùm Ricolphus Lulli proximus ſucceſſor Eccleſiæ Moguntiacenſi præeſſet Archiepiſcopus, & Baugolfus proximus quoque Sturmij ſucceſſor Abbatiale munus in Fuldenſi Monaſterio gereret. LX.

STVRMIO FVLDENS. ABB. AMICITIAM INTER CAROLVM R. ET THASSILONEM BOIOARIÆ DVCEM STATVIT, FIT QVE REGI CARISSIMVS.

Hoc anno, cùm Carolomannus Remis degebat, ad eum è Caroli Regno confugit Rodinus, de quo pauca, nec ſine næuo, narrantur. Lucas Dacherius & Ioannes Mabillonus [a] acturi de Sancta Amalberga Virgine & de Rodino eius fratre Monacho Caſinenſi, librum à ſe viſum dixerunt de Geſtis Sanctæ Amalbergæ Virginis in Codice manuſcripto Bibliothecæ Bigotianæ, tot autem fabulis incertiſque narrationibus reſperſum, vt integrum noluerint exhibere, ſed quædam duntaxat ex eo fragmenta de- LXI.

[a] Tom. 2. Sec. 3. Benedict. ad a. 772.

AN. CH. 771. CAROLI CAROLOMANNI. RR. 3.

cerpſerint examinarínque. Amalberga nata eſt ineunte Carolomanni ac Pippini fratrum Maioratu, obiit enim *anno Incarnati Verbi ſeptingenteſimo ſeptuageſimo-ſecundo, Indictione decimâ*, V I *Idus Iulij, anno ætatis trigeſimo-primo.* Frater ei fuit Rodinus, vtrique verò parentes Chriſtianus & Eua. Plura de Sancta Amalberga dicemus anno ſequenti, quo felix eius ad Deum tranſitus conſignatur. Quæ de Rodino leguntur, ex Actis ſororis [a] accipe.

[a] Capp. 6 24.

RODINVS S. CAROLI REGNO REMOS FVGIT AD CAROLOMANN.

Cùm adminiſtrationem rerum publicarum inter primos vt nobiliſſimus gereret, tamen ſub obtentu militiæ deuatè inſeruiebat Religioni Chriſtianæ. Sciens autem ſe in terrores Tribunicios incidiſſe, ſimúlque metuens ne fortè Rex iram furoris ſui in eum effunderet, parabat imminentia ſibi declinare pericula; atque remedia temporum quærere. Et abiens ad Regem Carolomannum, fratrem videlicet Regis Caroli, qui tunc temporis morabatur Remis ciuitate, magnificè ab eo ſuſceptus atque aliquandiu ab eo eſt detentus. Euolutis autem paucis diebus, cum conſilio atque conſenſu ipſius Excellentiſſimi Principis Carolomanni ac benedictione Wlfarij ſanctæ Remenſis Eccleſiæ Archipræſulis, inclytus Chriſti miles Rodinus Romam ſe contulit, ibíque in monte Soracte cingulo militiæ depoſito, Clericatuſque habitu adſumto, abiit ad Samnium prouinciam, ad Monaſterium Sancti Benedicti ſitum in Caſtro Caſino, ibíque Monachus effectus, curſum vitæ præſentis Cœnobiali tramite religioſiſſimè conſummauit. Nam & patrimonia ſua, quibus in Regno Francorum clariſſimus atque ditiſſimus, vtpote Regum ſanguis, pollebat, ſacris locis per Teſtamenti ſeriem priùs partim contradidit, partim pro commutandis pauperum refrigeriis diſtribuit. In hoc textu, Wlfarij Remenſis Archiepiſcopi loco reponendus eſt Tilpinus eius deceſſor, qui multis annis Carolomanno Regi ſuperſtes vixit. Cur Rodinus *Regum ſanguis* dicatur, cúrque odium Caroli Regis incurrerit, haud patet, fabuloſa ſunt enim, quæ de ipſius ſororíſque Amalbergæ conſanguinitate cum Begga Anſigiſili vxore, Caroli Regis abauia, déque eodem Carolo Amalbergam ad coniugij copulam fruſtrà pelliciente circumferuntur. Vtramque fabulam ſtudioſiùs Tomo ſequenti diſcutiemus refellemúſque.

ABIT IN ITALIAM.

FIT MONACH. CASINENS.

LXII. CAROLOMANNVS R. OBIT.

Hoc eodem anno, Carolomannus Rex, qui Rodinum ſingulari beneuolentiâ ſuſceperat, è vita diſceſſit menſe Decembri. Sic enim habet Annaliſta Nazarianus. DCCLXXI. *Karlomannus obiit II Non. Decembris.* Suffragantur Petauianus, Loiſelianus, aliíque. Locum notat Loiſelianus, ſic. *Carlomannus Rex defunctus eſt in villa quæ dicitur Salmonciacus, prid. Non. Dec.* Metenſis addit ſepulturam, ſic. *Sepultus eſt iuxta vrbem Remorum in Baſilica beati Remigij Confeſſoris.* Vterque locus, id eſt, obitûs ac ſepulturæ, cum Regia Præceptione, quâ Carolomannus villam Nouilliacum Eccleſiæ Remenſi tradidit, ab Hincmaro ſic commemoratur. *Anno* I V *Regni ſui infirmatus eſt Carlomannus infirmitate, quâ & mortuus eſt in Salmuntiaco, & ante obitum ſuum per Præceptum Regiæ ſuæ auctoritatis, quod habemus, tempore Tilpini Archiepiſcopi tradidit villam Nauilliacum cum omnibus ad ſe pertinentibus, pro animæ ſuæ remedio & loco ſepulturæ, ad Eccleſiam S. Mariæ, & Baſilicam S. Remigij in qua & ſepultus eſt. Poſt cuius obitum, Carolus frater eius Præcepto, quod habemus, ſuæ auctoritatis ipſam donationem confirmauit.* In eodem tractatu de villa Nouilliaco, quem Iacobus Sirmondus inſtar Appendicis Flodoardo ſubiecit, & inter opera Hincmari publicandum poſteà curauit, Hincmarus ad annum Caroli Calui Regis triceſimum-ſecundum meminit prædictorum Præceptorum Baſilicæque Remigianæ in qua Carolomannum Regem ſepultum quoque confirmat. *Anno* XXXII *Regni ſui venit Domnus Carolus Rex Glorioſus in Baſilicam Sancti Remigij, vbi oſtendi ei locum ſepulcri Carlomanni Regis, & Præcepta ipſius Carlomanni & Caroli aui, de villa Nouilliaco.*

SEPELITVR REMIS.

LXIII. EIVS ÆTAS, VXOR,

Regnauit à patris obitu Carolomannus annos tres, menſes duos, diéſque decem. Obiit anno ætatis viceſimo-primo, dignus videbatur longiori

AN. CH. 771.

CAROLI CAROLOMANNI RR. 3. LIBERI.

vitâ. Gitbergam, cuius nomen in Annalibus Metenſibus reperies, duxit, patre Pippino ſuperſtite, & ex ea liberos in tenera reliquit ætate. Qui Gitbergam Deſiderio Longobardorum Rege natam & ex Italia in Franciam à Berta Carolomanni matre adductam volunt, ij non ſatis accuratè ſuam inſtituunt Chronologiam, in Franciam enim filia Deſiderij venit anno Chriſti ſeptingenteſimo ſeptuageſimo iam vertente, eodémque anno natus eſt Carolomanno Pippinus, vt hiſce verbis teſtatur Annaliſta Petauianus. DCCLXX. *Natiuitas Pipini filij Karlomanni, & hoc anno Domna Berta fuit in Italia.* Pippini patrinus fieri ſummoperè deſiderauit Stephanus Papa ſcriptis ad Carolomannum ea de re litteris, in quibus fauſta non ipſi tantùm Carolomanno, ſed etiam Reginæ illius coniugi, necnon *amantiſſimis* eorum *natis* precatus eſt, vnde colligimus aliam præter Pippinum Carolomanno prolem tum fuiſſe. Cuius ſexûs illa fuerit, haud patet. Fœminam extitiſſe ſuſpicamur, quia natu maior Pippino fratre, nec tamen ab Annaliſta Petauiano commemoratur, qui mentionem Pippini fratris facit. Poſt Pippini Natiuitatem Carolomannus annum vnum & ampliùs vixit, eíque naſci potuit alter filius, atque ita firmabitur eorum opinio, qui Gitbergam *cum filiis* in Italiam abiiſſe ſcribunt.

LXIV. CAROLVS PIT MONARCHA TOTIVS FRANCIÆ,

Auditâ Carolomanni fratris morte, Carolus, vt antiqui produnt Annaliſtæ, venit ad Carbonacum, villam in Arduenno nemore ſitam. Ait autem diſtinctè Laureshamenſis Carolo conſilium inſediſſe, vt vniuerſâ Francorum Monarchiâ potiretur. *Rex ad capiendum ex integro Regnum animum intendens, Carbonacum villam venit.* Illuc quoque venerunt Wilharius ſeu Wilicarius Archiepiſcopus, Fulradus ſeu Folradus Archicapellanus, cum aliis Proceribus, de quibus quid veteres Annaliſtæ ſcribant, operæ pretium videtur hic exhibere.

LXV. ACCVRRENTIBVS AD EVM EPISCOPIS ET PRIMATIBVS.

Loiſelianus ſic habet. *Carolus Rex venit ad Carbonacum villam. Ibíque venientes Wlcarius * Archiepiſcopus, & Fulradus Capellanus, cum aliis Epiſcopis & Sacerdotibus, Warinus & Adalardus Comites cum aliis Primatibus qui fuerunt Carlomanni.* Tilianus, ſic. *Karolus venit ad Carbonacum. Ibíque veniens Wilharius Archiepiſcopus, & Folradus Capellanus, Warinus & Adhalardus Comites cum aliis Primatibus, qui fuerunt Carlomanni.* Laureshamenſis, ſic. *Rex ad capiendum ex integro Regnum animum intendens, Carbonacum villam venit. Ibi Wilharium Epiſcopum Sedunenſem, & Folradum Presbyterum, & alios plures Sacerdotes, Comites etiam atque Primates fratris ſui, inter quos vel pracipui fuere Warinus & Adelhartus, ad ſe venientes ſuſcepit.* Bertinianus, ſic. *Carolus Rex venit ad Carbanacum villam. Ibíque venientes Willarius Archiepiſcopus, & Fulradus Capellanus, cum aliis Epiſcopis & Sacerdotibus, Warinus & Adalardus Comites, cum aliis Primatibus qui fuerunt Carolomanni.* Metenſis, ſic. *Venit Rex Karolus ad villam Corbiniacum, & ibi venerunt ad eum Folcarius & Folradus Capellani, cum aliis Epiſcopis & Sacerdotibus; Wirinus & Adelardus Comites, cum aliis Primatibus qui fuerant Karlomanni.* Item Regino, ſic. *Venit Carolus ad villam Carboniacum, vbi venerunt * ad eum Volcarius & Folradus Capellani cum aliis Epiſcopis & Sacerdotibus, Werinus & Adalbardus Comites, cum aliis Primatibus, qui fuerunt Carolomanni.* Et Monachus Egoliſmenſis. *Domnus Rex Carolus venit ad Carbonacum villam, ibíque venerunt ad eum Wailerius Archiepiſcopus, & Folradus Capellanus, cum aliis Epiſcopis ac Sacerdotibus: Warinus & Adalardus Comites, cum aliis Primatibus Carlemanni.*

* Caniſ. *Vuilcharius*

* venit

LXVI. Tot Auctores hoc loco deſcripſimus, vt tibi commodiùs fiat ſatis ſuper variis quæſtionibus, quæ poſt illorum Scriptorum lectionem collationémque moueri poſſunt de prædictis Archiepiſcopo & Capellano, déque Franciæ parte, è qua profecti ſunt ad Carolum.

LXVII. Imprimis quæritur, quis ille ſit Archiepiſcopus, qui *Wilharius* in Annalibus Tilianis & ab Auctore incerto in vita Caroli Magni vocatur,

AN. CH. 771. CAROLI CAROLOMANNI RR. 3.

Wlcarius in Annalibus plebeiis editionis Ducheſnianæ, *Wilcharius* in iiſdem Annalibus editionis Caniſianæ, *Willarius* in Annalibus Bertinianis, & *Wailerius* à Monacho Egoliſmenſi in vita Caroli Magni.

LXVIII. WILICARIO ARCHIEPISC. SENONENSI,

Archiepiſcopum hunc Wilharium, ſeu Wlearium, vel Wilcharium, aut Willarium, vel Wailerium, Annaliſta Laureshamenſis detorſit in Wilharium Epiſcopum Sedunenſem, Metenſis in Folcarium Capellanum, Regino in Volearium quoque Capellanum, nos alium non putamus ab Archiepiſcopo Senonenſi, quem Monachus Altiſſiodorenſis Viricarium, Tauellus Wiricarium, Robertus Viricarium ac Vilatium, Demochares & Chenutius Wilatium ac Wiruatium, Seuertius Wilarium ac Wirnarinm, Sitmondus & Sammarthani Wilicarium appellant. Hic in Cathedra Senonenſi ſedere cœpit anno Chriſti ſeptingenteſimo ſexageſimo-ſexto, anuóque pòſt tertio Romanæ Synodo præſens interfuit, vt ſuis locis probauimus. Duos igitur diſtingue Wilharios ſeu Wilicarios, quorum alter Archiepiſcopus primùm Viennenſis, deinde Sedunenſis Epiſcopus fuit, alter Senonenſem geſſit Archiepiſcopatum. Wilharius ſeu Wilicarius, qui dimiſſo Archiepiſcopatu Viennenſi ſeceſſit in Agauuenſe Monaſterium, factúſque eſt cùm Abbas illius loci tum Sedunenſis Epiſcopus, ad hæc profectò tempora non peruenit, nam qui proximè ſucceſſit in Epiſcopatum Sedunenſem Aloborgus, is ad annum Chriſti ſeptingenteſimunm duodeſeptuageſimum laudatus in Chartulariis Valleſiæ reperitur. At Annaliſtæ concedamus Wilhatium ſeu Wilicarium Sedunenſem Epiſcopum Carolomanno Regi ſuperuixiſſe, quis ſibi perſuadeat Epiſcopum ſenio iam grauem, quietis, iuſtitiæ, pacis amantiſſimum, neglectis Regis ſui nuperrimè mortui filiis, ad eorum patruum Seduno Corbonacum ſtatim aduolaſſe? Nec te moueat, quòd apud Democharem, quem Chenutius, Seuertius, Robertus ac Sammarthani ſecuti ſunt, Archiepiſcopus Senonenſis, de quo loquimur, obiiſſe perhibetur anno Chriſti ſeptingenteſimo vndeſeptuageſimo. Tota Demochatis auctoritas petitur ex Archiepiſcoporum Senonenſium nomenclatura, quam ei Præcentor Eccleſiæ Senonenſis Vrbanus *Reuerſy* ex hiſtoria F. Petri *Butereau* Celeſtini communicauit. Sed antiquis monumentis anteponi non debet illa Nomenclatura, quam ſæpè iam refutauimus refutabimúſque.

LXIX. Secundo loco quæritur, quis ſit ille Folradus ſeu Fulradus, quem Annaliſtæ, Loiſelianus, Tilianus, Bertinianus, ac Metenſis, cum Reginone & Monacho Egoliſmenſi, Capellanum, Annaliſta Laureshamenſis Preſbyterum vocauit.

LXX. FVLRADO ARCHICAPELLANO,

Fuit hic Fulradus Abbas Monaſterij San-Dionyſiani, & priuſquàm Abbas illius loci fieret, opes ampliſſimas, quas in Alſatia poſſidebat, erigendis illic Eccleſiis condendíſque Monaſteriis inſumpſit, vt dictum ſuprà. Summi Capellani ſiue Archipreſbyteri munere functus eſt in Palatio cùm Pippini tum Caroli Magni, ſic enim de eodem Fulrado ſucceſſoribúſque Archicapellanis in Opuſculo [a] ad Proceres Regni ſcribit Hincmarus Remenſis Archiepiſcopus. *Tempore Pippini & Caroli hoc miniſterium conſenſu Epiſcoporum per Fulradum Presbyterum, tempore etiam Caroli per Engelramnum & Hildiboldum Epiſcopos, tempore denique Hludowici per Hilduinum Presbyterum, deinde per Drogonem Epiſcopum, extitit hoc miniſterium executum.*

[a] Opuſc. 14. c. 15. edit. Sirmond.

LXXI. In Antiquitatibus Regalis Capellæ, Guillelmus *du Peyrat* apud Hincmarum Caroli loco nomen Carolomanni reponendum cenſet, & initium textûs proximè citati ſic corrigendum arbitratur, *tempore Pipini & Carlomanni.* Talis autem emendationis duas præcipuè cauſas affert, nempe quòd Caroli nomen paulò pòſt ita repetitur, *tempore etiam Caroli;* quódque Fulradus è Regno, quod Carolomanni fuerat, poſt eius mortem ad villam Carbonaeum venit.

AN. CH. 771.

CAROLI CAROLOMANNI RR. 3.

LXXII.

Prima Peyratij ratio facilè diluitur. Non diffitetur hic Auctor Fultadum, vt quondam Pippini, ſic & Caroli Regis Archicapellanum poſt Carolomanni fratris obitum fuiſſe. Neo, ſi vellet, id inficiari poſſet, Adrianus enim Papa, qui anno poſt Carolomanni mortem proximo ſedere cœpit, Fulradum Franciæ tum Archipreſbyterum appellauit in ſois ad Tilpinum Archiepiſcopum Remenſem literis [a], quas ſuo loco deſcripturi ſumus. Porrò, quia Fulradus non Pippini modò ſed etiam Caroli Regis Atchicapellanus fuit, haud videtur incongruum, vt in Hincmari textu nomen Caroli bis ponatur, ſemel cùm ſermo ſit de Fulrado, qui *tempore Pippini & Caroli* functus eſt Atchicapellani munere, rurſum cùm ſermo ſit de Fultadi ſucceſſoribus, qui poſt eius mortem idem miniſterium *tempore etiam Caroli* geſſerunt. Deinde in eodem Opuſculo [b] Hincmarus prætermiſſo quoque Carolomanno ſolos Pippinum & Carolum nominat, cùm ſcribit officium Archicapellani ſub Clodoueo Magno eiúſque poſteris obirum per Epiſcopos, *à tempore verò Pippini & Caroli interdum per Presbyteros, interdum per Epiſcopos Regiâ voluntate atque Epiſcopali conſenſu, per Diaconos vel Presbyteros magis quàm per Epiſcopos.*

[a] Ap. Flodoard. l. 2. c. 17.

[b] Cap. 24

LXXIII. Altera Peyratij ratio nititur, aut ſaltem niti putatur Auctoribus ſuprà deſcriptis, qui de Carbonacenſi Conuentu locuti ſunt. Videntur enim innuere, quòd Fultadus aliíque, quorum mentionem faciunt, è Carolomanni Regno venerunt, indicio, vt Peyratius colligit, ſanè manifeſto, quòd Fulradus, tegnantibus Pippini filiis, in Palatio Carolomanni verſatus eſt, ibíque Regij Capellani munus exercuit, poſt obitum autem eiuſdem Carolomanni Carolum in Carbonaco villa commorantem adiit.

LXXIV. In Carolomanni ditionibus erat Alſatia, vbi Leberacum & Fuladonilare, ſiue, vt poſt ſoſcepta beatorum Martyrum corpora iam appellauimus, Monaſterium Sancti Alexandri & Cella Sancti Hippolyti. Cœnobiorom illorum vt conditor ſic & Abbas Fulradus. Ad Regnum verò Caroli pertinebat ager Pariſienſis, vbi Monaſterium San-Dionyſianom, cui Fultadus quoque præerat. Hic Abbas ob inſignem pietatem in Optimatum numero ponendus, qui firmandæ ſeruandæque inter vtrumque Regem amicitiæ operam ſtudioſiſſimè nauarunt. Oriundus erat ex Alſatia, natale ſolum fortè inuiſit regnante Carolomanno, fortè & aliquandiu verſatus eſt in ipſius Carolomanni comitatu. Non inde ſequitur eum relicto Caroli Palatio Arehicapellanum extitiſſe Carolomanni. Degebat in Cœnobio Sancti Dionyſij, cùm ibi Pippinus vitam clauſit. Eo Rege mortuo, manſit in Caroli Regno, cui Pariſienſis attribuebatur Diœceſis, vbi Monaſterium San-Dionyſianum, atque vt in Pippini ſic & in Caroli Palatio functus eſt Atchicapellani dignitate. Locupletiſſimum illius rei teſtimoniom nobis videtur, quòd poſſeſſiones quas in Alſatia ſiue in Regno Carolomanni poſſidebat, & Leberacum ſiue Lebtaham ac Fulradouilate, ſiue, vt tunc vocabantur, Monaſterium Sancti Alexandri & Cellam Sancti Hippolyti per teſtamentum Cœnobio San-Dionyſiano delegauit regnante tum Carolomanno. Teſtamentum illud Archiepiſcopi quatuor Epiſcopíque ſeptemdecim in ſecunda Synodo Vermerienſi delatum ſibi ſic poſteà teſtati ſunt [c]. *Cùm inter cetera Eccleſiaſtica negotia de ordinabili diſpoſitione Monaſterij S. Dionyſij diſponeremus, venerunt Monachi ipſius ſacri Cœnobij in præſentiam veneranda Synodi, deferentes auctoritates, videlicet Teſtamentum, quod ſanctæ recordationis Abba Fulradus de Monaſterio Lebraha, vbi S. Alexander Martyr quieſcit humatus; & de Cella qua ad S. Hippolytum nominatur, ſeu de rebus aliis, quas per idem Teſtamentum iſdem venerabilis Abba S. Dionyſio contulerat, necnon & Priuilegium, quod exinde Sancta Sedes Apoſtolica per B. Stephanum Papam eidem Monaſterio ſuper præfato Teſtamento fecerat.* Fulradi temporibus in Apoſtolica Sede tres quidem collocati ſunt Stephani, Secundus, Tertius & Quartus,

[c] Tom. 3. Concil. Gall.

AN. CH. 771. CAROLI CAROLOMANNI, RR. 3.

ſed ex tribus hiſce Stephanis poſtremus duntaxat ſedit Fulrado tum Abbate San-Dionyſiano. Stephanus enim Secundus quarto ſui Pontificatûs die deceſſit anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſecundo, & proximus eius ſucceſſor Stephanus Tertius ex hac vita ſublatus eſt [a] *ſexto Calendas May, Indictione* 10. id eſt, anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-ſeptimo, ſuperſtite tum Conſtramno Abbate San-Dionyſiano, cui Fulradus in regimen Monaſterij poſteà ſucceſſit. At Stephanus Quartus iniit Pontificatum menſe Auguſto, poſteróque menſe Pippinus Rex obiit, adminiſtrante Cœnobium San-Dionyſianum Fulrado Abbate, qui Placito Attiniacenſi ante triennium ita ſubſcripſerat. *Fulradus Abbas de Monaſterio S. Dionyſij.* Mortuus eſt autem Stephanus Quartus Papa Kalendis Februariis, anno poſt Chriſtum natum ſeptingenteſimo ſeptuageſimo-ſecundo, Monarchiam Francorum tunc obtinente Carolo, cuius frater Carolomannus anno ſuperiori pridie Nonas Decembres è viuis exceſſerat, poſtquàm à Pippini patris obitu regnaſſet annos tres, menſes duos, dieſque decem. Ergo per Fulradi Teſtamentum Alſatica Monaſteria Sanctorum Martyrum Alexandri & Hippolyti ſubiecta ſunt San-Dionyſiano, cùm Carolomannus Rex alteri Franciæ parti procul à Cœnobio Sancti Dionyſij dominabatur. Quis verò ſibi perſuadeat Fulradum de Monaſteriis Alſaticis San-Dionyſiano ſummittendis ita cogitaſſe, ſi Carolomanni Regis, cui parebat Alſatia, Capellanus erat, relicto priùs Palatio Caroli, cui Pariſienſis ager ſitùmque in eo Monaſterium Sancti Dionyſij ſubiacebant? Auctores, quos ſuprà deſcripſimus, ſi benè capiuntur, opinioni noſtræ non aduerſantur. Annaliſta Loiſelianus, ad cuius modum ac ſenſum ceteri poſſunt explicari, ſic habet. *Carolus Rex venit ad Carbonacum villam. Ibique venientes Wlcarius * Archiepiſcopus, & Fulradus Capellanus, cum aliis Epiſcopis & Sacerdotibus, Warinus & Adalardus Comites cum aliis Primatibus, qui fuerunt Carolomanni.* In eadem periodo viros complectitur ex vtroque Regno, Caroli videlicet ac Carolomanni congregatos; in priori parte Wlcarium ſeu Wilicarium Archiepiſcopum & Folradum ſeu Fulradum Capellanum cum aliis Epiſcopis & Sacerdotibus è Regno Caroli; in poſteriori parte Warinum & Adalardum Comites recenſet cum aliis Primatibus è Regno Carolomanni. Cùm Carolomannus viuere deſiit, Fulradus Archicapellanus erat Caroli, Senonenſem Eccleſiam regebat Wilicarius Archiepiſcopus, vtrumque probatum ſuprà. Non ignoramus Franciam in varia Regna ſic olim diuiſam eſſe, vt ipſa Diœceſis Senonenſis duobus Regibus, id eſt, partim Childeberto Clodouei Magni filio, partim Theodoberto eiuſdem Clodouei ex Theodorico filio nepoti, morem gereret, ideóque tunc actum de erigendo apud Meledunum ſeu Mecledunum nouo Epiſcopatu, qui partem Senonenſis Archiepiſcopatûs extra Regnum Theodoberti ſitam complecteretur. Talis diuiſionis eo tempore, quo Carolus & Carolomannus fratres regnare cœperunt, initæ nullum extat veſtigium, quin admodum probabile videtur totam Diœceſim Senonenſem ditionis fuiſſe Carolinæ, quia Carolo, ſicut olim Childeberto, finitimi obtemperabant Pariſij. Annaliſtam Laureshamenſem, qui *Wilharium* ſeu Wilicarium *Epiſcopum Sedunenſem* finxit, iam exploſimus. In noſtra ſententia nec Epiſcopus Sedunenſis, nec alius quis Epiſcopus aut Sacerdos è Carolomanni Regno relictis eius filiis ac legitimis hæredibus ad Conuentum Carbonacenſem aduolat. Aduolant autem Proceres magno numero, quorum defectione conturbata Regina cum filiis in Italiam fugit. Tunc & Epiſcopi, ne ciuile bellum ardeat, partes Caroli ſequuntur. Rerum ſerie ſic diſtinctâ benignam patiuntur interpretationem Annaliſta Fuldenſis, aliíque recentiores, qui ſcribunt de Carolo, quòd *omnes Epiſcopos, Abbates, Comites, & Duces, qui fuerunt fratris ſui, ad ſe venientes ſuſcepit, exceptis paucis, qui cum vxore Carlmanni perre-*

[a] Anaſt.

* Caniſ. Vvilcharius.

AN. CH. 771. CAROLI CAROLOMANNI RR. 3.

xerant. De Epiſcopis & Primatibus, qui venerunt ad Carolum, addit Annaliſta Metenſis, quòd *vnxerunt Karolum ſuper ſe in Regem, & obtinuit feliciter Monarchiam Regni Francarum.*

LXXV. [a] Carbonacum, Salmonciacum & Attiniacum, tres erant villæ non multùm ab inuicem remotæ; Carbonacum in Arduenno nemore, Salmonciacum in agro Laudunenſi, Attiniacum in Remenſi Diœceſi ad Axonam tertio lapide ſupra Retelium. Carolus tres illas villas adiit menſe Decembri; Carnobacum, vbi Magnates Carolomanni nuperrimè mortui Salmunciaco ad ſe venientes ſuſcepit; Salmonciacum, vbi Præceptum pro Monaſterio San-Dionyſiano dedit; Attiniacum, vbi Natalem Domini celebrauit. De aduentu Caroli ad Carbonacum villam dictum ſuprà. De aduentu ad Attiniacum lege veteres Annaliſtas [a]. De aduentu ad Salmunciacum teſtis eſt in Antiquitatibus [b] San-Dionyſianis charta Carolina, cuius eſt hæc ſubſcriptio. *Signum Karoli Glorioſiſſimi Regis. Wigbaldus ad vicem Hiebery recognouit & ſubſcripſit. Datum in menſe Decembri, anno primo Regni noſtri. Actum Salmunciaco Palatio publicè in Dei nomine feliciter. Amen.* Annum hunc Carolini Regni primum, quem Præceptum Regium in villa Salmunciaco datum exhibet, annum interpretamur primum Caroli regnantis in ea Franciæ parte, quam Carolomannus eius frater anteà tenuerat, vbi ſitum Salmunciacum. Inde autem apparet mendum irrepſiſſe in Caroli Titulos, qui Regem ſe dicit Francorum & Longobardorum ac Patricium Romanorum, Longobardiam enim, quando fratri Carolomanno ſucceſſit, nondum ſubegerat. Charta ſic incipit. *Karolus gratiâ Dei Rex Francorum & Longobardorum ac Patricius Romanorum, vir illuſter.* Eſt autem ſic corrigenda. *Karolus gratiâ Dei Rex Francarum ac Patricius Romanorum, vir illuſter.*

[a] Loiſel. Til. Laureſham. Bertin. Met.
[b] Lib. 3. c. 6.

LXXVI. Hac obſeruatione præmiſsâ ipſum Diploma emendatum ſic accipe. *Karolus gratiâ Dei Rex Francorum ac Patricius Romanorum, vir illuſter. Quia manente Scripturâ ita oportet vnumquemque conſtanter præparari, quatenus, in [1] conſpectu ſupremi Iudicis, illam mereatur Domini piam audire vocem. [Venite benedicti Patris mei, percipite Regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi.] Propterea nos, vt credimus, ſalubriter conſiderantes, qualiter ex terrenis rebus quas [2] ſuperna gratia nobis affluenter in hoc ſecula largiri [3] dignata eſt, ſaltem in Sanctis Dei vel in pauperibus Christi ex hoc tribuere debemus, vt miſericordiam Altiſſimi adipiſci valeamus. Idcircò credimus, pro anima noſtra remedia, vel pro genitore noſtro quondam bonæ memoriæ Pippino, ad Monaſterium Domni Dionyſij Martyris, vbi ipſe pretioſus corpore cum ſociis ſuis requieſcit, & vbi ſupradictus Domnus & genitor noſter humatus eſſe videtur, & Fulradus Abba praeſſe dignoſcitur, ceſſúmque ad præfatum locum eſſe volumus, hoc eſt, villas, quas ipſe Domnus genitor noſter per manus noſtras ad ipſam caſam Dei dudum delegauerat, nuncupatas Fauerolas *, quæ ponitur in pago Madriacenſi, & Norontem * in pago Carnotino, cum omni integritate vel appendiciis earum ad ipſum Monaſterium, vel Monachis ibidem degentibus, ſeu ad luminaria, vel ſtipendia pauperum procuranda, ſtatuimus, ſicut à vaſſa noſtra Andegario poſſeſſa fuerunt: inſuper cum foreſte ad eas pertinente, quæ vocatur Aqualina * cum foreſtariis & certis finibus in ea deſignatis; videlicet contra pagum Madriacenſem perueniat prima leuua*, id eſt, leuga ſeu leuca, *vſque ad Petrafictam *, deinde ad Candatum * vſque ad Cuculoſa: ſecunda leuua contra pagum Pinciaſenſem * perueniat ad Codanarias, deinde ad Vennas vſque Aureonalla *, deinde Lenicias: tertia leuua contra pagum Pariſiacum de Vlfarciagas perueniat ad campum Wilgenerti, deinde ad Sarnetum * vſque ad Cellam * Sancti Germani: deinde per illam ſtratam quæ pergit ad vetus Monaſterium contra pagum Stampenſem peruenit leuua ad Raſbacium, deinde ad Frumentarias, inde ad Warancoras *: contra pagum Carnotenſem peru[illegible] leuua ad Putiolos *, inde ad Pucillitos, inde ad Hiſtlininilam, inde*

[1] venientes in conſpectu
[2] quæ
[3] largire

* Fauerolles dans le territoire de Madrie.
* Nerons dans le païs Chartrain.
* Æqualina
* Pierre-Fitte.
* Condé.
* de Poiſſy.
* Orgeual.
* Cernay.
* la Celle.
* Garancières.
* Piſieux.

AN. CH. 771. CAROLI CAROLOMANNI RR. 3.

*ad Wadaſtinillam ad illud Pirarium, deinde ad villam Fronam, qua fuit Stephanone, inde ad Calmontem, deinde ad illam ſtratam, qua pergit ad Helmoredym, inde ad longum-lucum & Senonevallem ſuper Niginellam *. Hæc omnia ſuperiùs dicta cum omni integritate & ſoliditate ſua, ſicut à fiſco noſtro vſque nunc cognoſcuntur eſſe poſſeſſa, cum vtriſque generibus feraminum, Ceruorum, Capreolorum, ſeu Capolorum, ex quorum coriis libros ipſius ſacri loci cooperiendos ordinamus, necnon etiam & ſupradictâ venatione infirmorum fratrum corpora ad tempus reficienda, reparanda, & roboranda conſtituimus. Igitur prædictas villas, Fauerolas & Norontem, cum foreſte Aqualina *, vel ea, quæ ſuprà diximus, ad ipſum ſanctum locum concedimus atque donamus, cum terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, ſyluis, pratis, campis, paſcuis, aquis, aquarúmue decurſibus, mobilibus & immobilibus, & farinariis ſuper ipſam donationem conſiſtentibus ſiue facere volentibus, ſimiliter & mercatoribus in eiſdem villis confluentibus, ſiue mercandi gratiâ conuenientibus, itaut nullus Comes, vel Vicecomes, ſiue Vicarius, ſiue vllus exactor iuſtitiariæ poteſtatis, aut theloneum, aut freda exigenda, aut feramina, ſine licentia Abbatis capienda, aut laqueos tendere, vel pedicas, aut vllam conſuetudinem imponere aut ſuperaddere audeat, ſed remoto totius inquietudinis impedimento, & contrariorum hominum auſu, ſiue ex ipſis villis & mercatis, omnia & ex omnibus, ſicut dictum eſt, ſupradicto ſancto loco, ſub omni integritate & immunitate, quicquid præſenti tempore noſtra ibidem videtur eſſe poſſeſſio vel dominatio, pars prædicti Monaſterij eiúſque Rectores noſtris & futuris temporibus habeant, teneant atque poſſideant; & vt eos meliùs delectet pro nobis & Domno genitore noſtro Domini miſericordiam attentiùs implorare, hanc auctoritatem manu noſtrâ ſubter firmauimus, & annulo noſtro ſubter ſigillari iuſſimus. Signum Karoli glorioſiſſimi Regis. Wigbaldus ad vicem Hitherij recognouit & ſubſcripſit. Datum in menſe Decembri, anno primo Regni noſtri. Actum Salmunciaco Palatio publicè in Dei nomine feliciter. Amen.* Vt ea, quæ ſpectant ad hanc donationem, tibi notiora fiant, conſule apud Dubouchetum in libro [a] de vera Origine Domûs Franciçæ Chartam Topographicam Comitatûs Madriacenſis cum adiectis notis.

* la Nigelle.

* Aineline.

[a] Part. 2. c. 3.

LXXVII. WARINO ET ADELHARDO COMITIBVS.

Inter Comites ac Primates, qui Carolomanno Rege mortuo Carolum eius fratrem adierunt, duo potiſſimùm commemorantur, Warinus, & qui variis nominibus appellatur Adhalardus ſiue Adelhardus vel Adalardus aut Adelardus ſiue Adalhardus, ipſius Caroli frater patruelis, Abbas pòſt Corbeienſis, cuius vitam à Paſchaſio Ratberto conſcriptam ſuis locis examinabimus.

LXXVIII. GIRBERGA MORTVO CAROLOMANNO IN ITALIAM CVM LIBERIS FVGIT,

Vxor Carolomanni cum aliquibus paucis Francis partibus Italiæ perrexit. Ita ſcribit Annaliſta Loiſelianus, cui Bertinianus ſuffragatur cum Regione & Monacho Egoliſmenſi. Filios Eginhardus ſic addit. *Vxor eius*, id eſt, Carolomanni, *& filij, cum quibuſdam, qui ex Optimatum eius numero erant, Italiam fugâ petiit.* Addit & Annaliſta Laureshamenſis, ſic. *Vxor eius, & filij, cum parte Optimatum in Italiam profecti ſunt.* Necnon Metenſis, numero ſic definito. *Girberga verò vxor Karolomanni cum duobus paruulis, & paucis Principibus de parte viri ſui Italiam petiit.* Alter filiorum vocabatur Pippinus, cuius ortum Annaliſta Petauianus anno Chriſti ſeptingenteſimo ſeptuageſimo conſignauit. Alterius nomen fatemur à nobis ignorari, non enim imus in eorum opinionem, qui Siagrium appellant, ac Nicienſem pòſt Epiſcopum fuiſſe volunt. Anno Chriſti quingenteſimo octogeſimo-quinto, cùm celebratum eſt ſecundum Matiſcone Concilium, in Nicienſi Cathedra ſedebat Catulinus Epiſcopus. Abhinc nihil omnino de Nicienſibus Epiſcopis legitur ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum-ſeptimum, quo Syagrius aut Siaerius ſeu Siaerus ex Abbate Sancti Pontij factus eſt Epiſcopus Nicienſis. Eius vitam in Chronologia Lerinenſi Vincentius Barralis è manuſcripto Codice Monaſterij Sancti

Pontij

Pontij publicauit, *à variis*, vt ait, *ſolæciſmis* vindicatam, vtinam & à AN. CH.
fabulis ! Auctor fuit commenti quod impugnamus, Carolum enim Sia- 771.
crij patruum dixit. Erroneam hanc opinionem amplexi ſunt, Ferdinan- CAROLI
dus Vghellus Tomo quarto Italiæ Sacræ, Ioannes Baptiſta Gueſnayus CAROLO-
in Annalibus Eccleſiaſticis Maſſiliæ [a], & Petrus Iofredus parte primâ [b] MANNI
Hiſtoriæ Nicienſis, quamuis hic in ſuis Notationibus obſeruet id in monu- RR. 3.
mentis Sancti Pontij nuſquam legi. *Filium*, inquit, *Carlomanni S. Sya-*
grium aſſeruimus, licèt in monumentis S. Pontij id nequaquam legatur. In
Annalibus Perauianis, ortus cùm Carolomanni Regis ad annum Chriſti
ſeptingenteſimum quinquageſimum-primum, tum Pippini eius filij ad an-
num Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum ſic conſignatur. DCCLI
fuit natus Karolomannus Rex. DCCLXX *Natiuitas Pipini filij Karlomanni.*
Nullum autem de alterius filij Natiuitate verbum habetur. Ex hoc certè
ſilentio non inualidum erui poteſt argumentum, quo noſtra fulciatur ſen-
tentia. Sed miſſis ceteris, id vnum ſufficiat, quod ab ætate Siacrij peti-
tur, nam ſi Carolomannus anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo-
primo natus eſt, quis Siacrium eius filium anno pòſt viceſimo-ſexto, ſiue
anno Chriſti ſeptingenteſimo ſeptuageſimo-ſeptimo, Nicienſem Epiſco-
pum ordinatum credat ?

a Ad an. 786.
b Tit. II. n. 2.

De Carolomanno Rege ſic Eginhardus in Caroli vita ſcribit. *Pars regni* LXXIX.
diuiſi iuxta modum ſibi propoſitum, poſt Pippini mortem, *ab vtroque*, Ca-
rolo videlicet ac Carolomanno, *recepta eſt. Mansítque iſta quamuis cum*
ſumma difficultate concordia, multis ex parte Karlomanni ſocietatem ſeparare
molientibus, adeò vt quidam eos etiam bello committere ſint meditati. Sed in
hoc plùs ſuſpicionis quàm periculi fuiſſe ipſe rerum exitus approbauit, cùm de-
functo Karlomanno vxor eius & filij cum quibuſdam, qui ex Optimatum eius nu-
mero Primores erant, Italiam fugâ petiit, & nullis exiſtentibus cauſis, ſpreto
mariti fratre, ſub Deſiderij Regis Langobardorum patrocinium ſe cum liberis
ſuis contulit. Et Karlomannus quidem poſt adminiſtratum communiter biennio
Regnum morbo deceſſit. Karolus autem fratre defuncto, conſenſu omnium Fran-
corum, Rex conſtituitur.

Errat hic Auctor, cùm ait Carolomannum poſt adminiſtratum *biennio* LXXX.
Regnum deceſſiſſe. Regnauit enim poſt patrem Carolomannus integrum
triennium & ampliùs, idque docet Annaliſta Laureshamenſis, vbi mor-
tuos ait Pippinum VIII *Cal. Octob. an.* DCCLXVIII, Carolomannum
pridie Non. Decemb. an. DCCLXXI. Atque inde quoque collige, quod
non ſemel inculcauimus, ipſum opus Eginhardi de vita Caroli Magni
non eſſe ſine næuo, & eiuſdem Eginhardi fœtum non eſſe quos Annales
Laureshamenſes appellamus.

A iuſtitiæ tramite deflexerunt cùm Epiſcopi tum Proceres, qui filiis LXXXI.
Carolomanni contemptis ad Caroli partes acceſſerunt. Alij Girbergæ peſ- PESSIMO
ſimè conſuluerunt, vt, relictâ Franciâ, cum filiis ad Deſiderium Longo- CONSILIO.
bardorum Regem confugeret. Illam enim profectionem ad hoſtem Fran-
corum Carolus *impatienter* tulit, vt Annaliſta Laureshamenſis obſeruat.
Quid ſecutum ſit, ſuo loco dicemus. Huic interim Tomo finis videtur
imponendus, quia iuſtam iam creuit in molem, nec deſunt Auctores, qui
ſuas lucubrationes ab eo inchoarint tempore, quo Tomum ſequentem,
Deo benè iuuante, nos orſuros ſperamus, id eſt, ab huius anni fine, quo
Carolomannus Rex è vita migrauit, & Carolus, eius frater, vniuerſæ
Franciæ Monarchiam obtinere cœpit.

QVINTA pars hæc operis noſtri breuis eſt, ſi numerum annorum;
ampliſſima verò, ſi materiam attendis. Annos exhibet quatuor &
triginta. Tam anguſto temporis ſpatio Francia, quam multis annis peſ-
ſundat anarchia, domeſtici turbant tumultus in diſiunctiſſimis exorti re-

gionibus, & Saraceni ſuis è ditionibus egreſſi miſerrimè deuaſtant, priſtino non tantùm reſtituitur ſplendori, ſed nouâ quoqne prouinciarum acceſſione plurimùm dilatatur. Septimania, quæ Romanis, Gotbis, Arabibus, hactenus paruit, cum reliqua tandem Gallia Francis aſſeritur, nec è Galliis modò ſed etiam è nobiliſſimis Hiſpaniæ ciuitatibus expellnntur Mabumetani. Saxones ſæpè victi factique ſæpè triburarij, nec adhuc quieti, pacem eâ demùm poſt tot periuria impetrant lege, vt Chriſti Sacerdotibus in Saxoniam pateat ad Eoangelium prædicandum liber aditus. Karantani, ne premanrur ab Hunnis, ſponte Francis ſe dedunt, ſuſceptóque Baptiſmo, vr Francorum, ſic & Dei Regnum adaugent. Rebus cùm Eccleſiaſticis tum ſecularibus egregiè conſulunt Epiſcoporum ac Procerum crebri Conuentus. Romanum Pontificem ob Longobardorum minas in Galliam profugum Rex Francorum bonoribus proſequitur inanditis, tom Regiis ornatum muneribus in Iraliam magnificentiſſimè teducir, ac primus amplificandæ Eccleſiæ viam aperit Exarcharu Rauennæ cum aliis territoriis Apoſtolicæ Sedi conceſſo. Magna certè ſunt hæc & illuſtria. Maiora tamen & illuſtriota proximus, qnem typis mox edendum paramus, ſuppeditabit Tomns. Mulrò celebriores de Longobardis, Saxonibus, & Saracenis, victorias prædicabit; nationes longè plures ac remotiores in triumphum dncet; Concilia repræſentabit frequentiùs celebrata; denique Romanos Pontifices à Francotum Regibus, & auxilio contra quantumcomque hoſtem ſubleuatos, & ampliſſimis præter Exarchatum Principatibus donatos exhibebit.

FINIS.

INDEX
RERVM ET VERBORVM,
IN QVO

A, Annum, N, Numerum ſeu Sectionem denotat.

A

ABBAS in exercitum non eat, a. 745. n. 31. viuat iuxta Regolam, a. 771. n. 13. quomodo emendandus, a. 755. n. 187.

Abbatiſſa quomodo emendanda, a. 755. n. 187. duo Monaſteria habere non præſumat, *ibid.* n. 188.

Abderramen fit Rex Saracenorum ciſmarinorum, a. 756. n. 41.

Abel Archiep. Remenſis, a. 745. nn. 5. 8. 47. 51. *& ſeqq.* an Abb. Lobienſis, *ibid.* nn. 90. *& ſeqq.* obit, a. 751. n. 29.

Abiectite, quid, a. 751. n. 79.

Ada, vxor Wibero Comitis, a. 765. n. 62.

Adalardus Comes Cabilonenſis, a. 764. n. 6.

Adalbertus è Boioaria Romam proficiſcitur com Otgario fratre, a. 751. nn. 46. *& ſeqq.* redit cum eodem fratre deſértque corpus S. Quirini, a. 752. nn. 201. 202. condit cum fratre Monaſteria, Tegernſeenſe & S. Hippolyti, fitqoe primus Abb. Tegernſeenſis, a. 754. nn. 85. *& ſeqq.* intereſt Synodo Dingolуiogenſi, a. 771. nn. 23. 31.

Adalbertus hæreticus, a. 745. nn. 3. 40. 47. damnatur, a. 746. nn. 3. 8. 14. *& ſeqq. ibid.* n. 30.

Adalfridus Ep. Noviomenſis ac Tornacenſis ſobſcribit Priuilegio Gorzienſi, a. 757. n. 19. Placito Attiniacenſi, a. 765. n. 13.

Adalgerus Ep. Taruannenſis, a. 740. n. 15. a. 745. n. 11. a. 746. n. 40.

Adalhardus pater SS. Herlindis & Reinolæ, a. 742. n. 50.

Adalongus Ep. Maſſilienſis, a. 739. n. 11.

Adalricus fit Abb. Vedaſtinus, a. 742. n. 39. obit, a. 768. n. 54.

Adalwartus Abb. wekenburgenſis, a. 747. n. 21. a. 752. n. 77.

Addo Ep. Lugdunenſis intereſt Synodo Romanæ, a. 769. nn. 2. 3.

Adelarius Ep. Erphesfordienſis, a. 742. n. 8. a. 743. nn. 19. 28. 39. 41. a. 746. n. 34. a. 752. n. 80. Martyr, a. 755. nn. 124. 138. 139.

Adelbeto fit Abb. Diſertiocnſis, a. 768. n. 50.

Adelborga, avia materna S. Liudgeri, a. 758. n. 33.

Adelbardus Comes adit Carolom R. a. 771. nn. 65. 77.

Adelhelmus Preſbyter, a. 750. nn. 36. 37.

Adelinus Ep. Aurelianenſis, a. 766. n. 4. a. 770. n. 28.

Adelphius an Ep. Rauracenſis, a. 748. n. 103.

Adelricus Abb. S. Gregorij, a. 752. n. 148. a. 760. n. 9.

Adelſchalci ſuam habent Weregeldam, a. 771. n. 17.

Adhebertus Abb. S Remigij Senonis, a. 750. n. 9. a. 752. n. 157.

Adheleis filia Pippini & Bertradæ, a. 751. nn. 43.

Adhramire, quid, a. 751. n. 79.

Adorepertus ſiue Adeonrepertus Ep. Bellicenſis, quando ſedit, a. 757. n. 106.

Adulterium quomodo puniendum, a. 748. n. 33.

S. Ægidii Mon. in E. Nemauſenſi, a. 755. n. 101.

Ægrorum vetus ſuperſtitio, a. 754. n. 27.

Æmilianus Monachos Saliginenſis, a. 752. n. 161. condit Mon. prope Dorodoniam, ibique obit, a. 767. n. 24.

Ætherius Ep. Taruannenſis, a. 746. n. 40. a. 748. nn. 64. 65. 72. a. 752. n. 99.

Aggulphus Abb. Agaunenſis quando, a. 740. n. 12.

Agilfridus fit Ep. Leodienſis, a. 768. n. 49. fit etiam Abb. Gandenſis, a. 770. n. 17.

Agilulphus Abb. Stabulenſis & Malmun-

darienſis, a. 744. n. 17. fit etiam Ep. Colonienſis ſub M. Moguntino, a. 746. n. 34. literas accipit à PP. a. 748. nn. 64. 65. 77. abdicat Epiſcopatum, a. 750. n. 47. manet Abb. *ibid.* occiditur, a. 770. n. 19.
Agiſlus Ep. Bellicenſis, a. 752. n. 145. obit, a. 755. n. 213.
Agobertus Abb. Agaunenſis quando, a. 740. n. 12.
Agoſredus Abb. Crucis S. Audoeni, a. 738. n. 25. a. 752. n. 121.
Agomarus Ep. Siluanenſis quando obiit, a. 745. n. 129.
Aidulfus Ep. Antiſſiodorenſis, a. 745. n. 21. obit, a. 748. n. 81. munificus fuit erga ſuam Eccleſiam, *ibid.*
Airondus Abb. Agaunenſis quando, a. 740. n. 12.
Aiſtulphus R. Longobardorum pacem init cum Pippino, a. 754. n. 73. promiſſa non exequitur, *ibid.* nn. 79. *& ſeqq.* Romam obſidet, a. 755. nn. 1. *& ſeqq.* ſolnit obſidionem, *ibid.* n. 7. pace cum Pippino iterum factâ promittit Exarchatum aliáque loca ſe ceſſurum Francis, partem tamen contra pactum retinet, *ibid.* nn. 12. *& ſeqq.* obit, a. 756. n. 2.
Alaboldus Abb. S. Emmerammi, a. 739. n. 36.
Albaldus Abb. Glannenſis, a. 752. n. 127.
Albericus Ep. Atrebatenſis & Cameracenſis ſubſcribit fundationi Mon. Laureshamenſis, a. 763. nn. 5. 7. dicat Mon. Lætienſe, a. 765. n. 62. velamen imponit Hiltrudi, a. 768. n. 48.
Albertus Abb. Epternacenſis, a. 742. n. 44. a. 752. n. 95. a. 754. n. 91. obit, a. 770. n. 33.
Albricus fit Abb. Malmundarienſis & Stabulenſis, a. 770. n. 19.
Albro Saxo, a. 758. n. 1.
Alcuinus erudit Liudgerum, a. 767. nn. 21. *& ſeqq.* a. 768. n. 39.
Aldebertus Comes Auſtrequandiæ, a. 764. nn. 26. *& ſeqq.*
Aldegundis Sancti Baſini filia, a. 752. n. 107.
Aldericus Abb. Murbachienſis, a. 748. n. 112.
Aldo Abb. Corbeienſis, a. 765. n. 37. obit, a. 770. n. 29.
Aldricus Abb. Centulenſis, a. 765. n. 36. a. 766. n. 26.
Alexander Abb. Maioretanus quando, a. 757. n. 95.
S. Alexandri Tranſlatio, a. 764. n. 14.
Alfonſus Abb. Caſtrenſis, a. 741. n. 36. a. 752. n. 151.
Alfonſus fit Ep. Anenionenſis, a. 760. n. 28. obit, a. 765. n. 66.
Almaniſcæ, Mon. in E. Sagienſi, a. 746. n. 46.
Almanſor Princeps Arabum à Francis pellitur è Septimania, necnon Barcinone & Gerundâ, a. 755. nn. 82. *& ſeqq.* Legatos ad eum mittit Pippinus, a. 765. n. 59. ipſe viciſſim mittit ad Pippinum, a. 768. nn. 1. 5.
Alo Ep. Siluanectenſis quando ſedit, a. 745. n. 129.
Aloborgus fit Ep. Sedunenſis, a. 768. n. 53.
Altaichium Inferius, Mon. a. 741. n. 53.
Altaichium Superius, Mon. a. 739. nn. 42. *& ſeqq.*
Alto Abb. a. 750. nn. 9. *& ſeqq.* obit, a. 755. n. 215.
Altonis Mon. a. 750. nn. 9. *& ſeqq.* cur dictum Altorffenſe & Weingartenſe, *ibid.* nn. 13. 14.
Alubertus Anglus venit Vltraiectum, & in Angliam reuerſus ordinatur Epiſcopus, a. 767. nn. 21. *& ſeqq.* venit iterum Vltraiectum, a. 768. n. 46.
Amalberga, a. 771. n. 61.
Amanugus Comes Pictauienſis, a. 764. n. 7.
Ambrulfus à patre ſuo offertur in Monaſterio, a. 770. n. 35.
Ambroſius Ep. Cadurcenſis, a. 759. n. 4.
Amerbachium Mon. in E. Wirceburgenſi, a. 758. n. 47.
Amingus Ep. Trecenſis, a. 766. n. 10.
Amulwinus Ep. an Abb. Lobienſis, a. 745. nn. 90. *& ſeqq.*
Anado Abb. Theologienſis quando, a. 770. n. 31.
Anaſtaſius Abb. Fabarienſis, a. 745. n. 118. obit, a. 749. n. 70.
Anaſtaſius Ep. miſſus à Gregorio III. Papa claues ex Confeſſione B. Petri defert Carolo Maiori-domûs, a. 741. nn. 17. 18.
S. Andreæ Mon. in E. Wirceburgenſi, a. 750. n. 38.
Andreas Ep. Bellouacenſis quando ſedit, a. 769. n. 20.
Angelramnus fit Ep. Metenſis & Abb. Senonienſis, cur dictus Archiepiſcopus, an Cancellarius, a. 768. nn. 51. 52. munificus erga Mon. Gorzienſe, a. 769. nn. 29. 30.
Angla ab adulterio reſipiſcit, a. 754. nn. 60. *& ſeqq.*
Anglinus Abb. Malmundarienſis & Stabulenſis obit, a. 744. n. 16.
Angulo Ep. Conſtantienſis quando ſedit, a. 769. n. 20.
Annemundus Ep. M. Lugdunenſis quando necatus, a. 751. n. 136.
Anodo Abb. Theologienſis quando, a. 770. n. 31.

Anſoaldus Ep. Pictauienſis anno ſecundo Clodouei III. R. adhuc ſuperſtes oſtenditur, a. 751. n. 81.
Antalfridus Ep. Siluanectenſis quando ſedit, a. 763. n. 15.
Anthelmus fit Ep. Lauteacenſis ac Pataujenſis, a. 756. n. 105. obit, a. 765. n. 60.
Anthimius Ep. Reienſis quando ſedit, a 739. n. 19.
Antonius, Abb. Vincentinus in Italia, ſuſcipit Anthpertum virum illuſtrem, a. 754. n. 75.
S. Aphrodiſii Mon. in E. Biterrenſi, a. 755. n. 98.
Aqualina ſylua, a. 768. nn. 11. 12.
Arcontius Ep. Viuarienſis, a. 752. n 168.
Ardentius Ep. Gratianopolitanus quando ſedit, a. 764. n. 23.
Ardobanius Preſbyter, a. 747. n. 18. a. 748. n. 1.
Ardobertus Archiep. Senonenſis, a. 745. nn. 5. 9. 47. 51. *& ſeqq.* a. 750. n. 1. a. 752. n. 136.
Aremericus Abb. S. Remigij Senonis, quando, a. 750. n. 3.
Argentogelenſe Mon. a. 751. n. 143. a. 768. n. 18.
Aribo, Cytinus & Hæres quoque dictus, fit Ep. Friſingenſis, a. 770. n. 24. intereſt Synodo Dingoluingenſi, a. 771. nn. 23. *& ſeqq.*
Arnulfus Ep. M. Senonenſis quando, a. 761. n. 12.
Arnulphus Miles & Martyr, a. 750. n. 43.
S. Arſacij corpus defertur in Mon. Ilmenſe, a. 754. n. 90.
Artabaſdus acclamatur Imp. a. 742. nn. 57. *& ſeqq.* deponitur, a. 745. n. 62.
Aſinarius Abb. Nonalicienſis Attiniacenſi Placito ſubſcribit, a. 765. n. 39.
Aſſelina Abbatiſſa Kalenſis, a. 752. n. 143.
Aſſuerus primus Abb. Prumienſis, a. 760. n. 14. Cellam S. Goaris regendam ſuſcipit, a. 765 n. 1. Baſilicam ſupra corpus S. Goaris ædificat, a. 766. n. 11. promouet eius dedicationem, a. 768. n. 45.
Atalongus Preſbyter, a. 750. nn. 32. *& ſeqq.*
Athalbertus Abb. Fabarienſis Attiniacenſi Placito ſubſcribit, a. 765. n. 43.
Athalfridus Ep. Nouiomenſis ac Tornacenſis Attiniacenſi Placito ſubſcribit, a. 765. n. 13.
Athalfus Ep. Taruannenſis quando ſedit, a. 766. n. 26.
Atto Abb. S. Petri Bauzani, a. 769. n. 21. intereſt Synodo Dingoluinganſi, a. 771. nn. 23. 32.
Aubertus fit Ep. Turonenſis, a. 752. n. 124. obit, a. 754. n. 93.
Aucupa Saracenorum in Hiſpania & Septimania Præfectus Franciam adoritur, vocatus à Moronto Duce perfidiæ reo, a. 739. n. 8.
Audingas Ep. Bellouacenſis quando ſedit, a. 769. n. 20.
Auditio, ſtatio pœnitentium, a. 748. n. 35.
Auerhilda matrona Liafwinum Preſbyterum adiuuat in erigendo ad Iſalam fluuium Oratorio, a. 770. nn. 21. 22.
Auerius ſiue Anerius fit Ep. Auſcienſis, a. 760. n. 17. obit, a. 767. n. 25.
Auraſtus Abb Agaunenſis, a. 752. n. 174. a. 753. nn. 57. 72. a. 754. n. 74.
Auripertus Ep. M. Senonenſis quando, a. 761. n. 12.
Auriſcandus fit Ep. Redonenſis, a. 763. n. 14.
Auſtraldus Comes Aquitanos vincit in Septimania & in Burgundia, a. 764. nn. 5. 6.
Auſtrauia, Mon. in E. Patauienſi, a. 742. n. 22.
Auſtringus Ep. Bellouacenſis quando ſedit, a. 745. n. 16.
Auſtrobertus Ep. Gratianopolitanus quando ſedit, a. 739. n. 25.
Auſtroricus Ep. Gratianopolitanus, a. 739. n. 25.
Auſtrulphus fit Abb. Fontanellenſis, a. 747. n. 24. it Romam, obitque in reditu, a. 753 n. 72.
Autbertus Ep. Siluanectenſis quando obiit, a. 745. n. 129.
Autfredus Abb. Condateſcenſis obit, a. 741. n. 59.
Autharius Abb. S. Germani prope Pariſios quando, a. 751. n. 82.
Authpertus fit Monachus Vincentinus, a. 754. n. 75. ſcribit vitam aliquot Abbatum, *ibid.*
Autiſſiodorenſium Epiſcoporum Catalogus emendatur, a. 748. nn. 82. 83.
Autlandus fit Abb. Martinianus, a. 738. n. 26. paralyticum perduci iubet ad Pardulphum Abb. Waractenſem, a. 743. n. 69.
Aydenetus, Ep. Meldenſis obit, a. 738. n. 33.
Aymatus Ep. Cadurcenſis quando ſedit, a. 759. n. 4.
Aymericus Abb. Solemniacenſis quando, a. 761. n. 11.

B

BAao Abb. S. Emmerammi, a. 761. n. 13.
Baba Abb. S. Germani prope Pariſios quando, a. 751. n. 82.
Babalfus Ep. intereſt Synodo Romanæ, a. 769. nn. 2. 3.

Bago Preſbyter munificus erga Monaſt. S. Benigni, a. 762. nn. 11. 12.
Baldebertus fit Abb. Fabarienſis, a. 749. n. 70. Ep. Curienſis, a. 750. n. 15. obit, a. 754. n. 83.
Baldebertus fit Ep. Baſileenſis, a. 760. n. 9. Attiniacenſi Placitô ſubſcribit, a. 765. n. 7.
Baldebertus Abb. Murbachienſis, a. 748. n. 92. obiit, a. 762. n. 5.
Baptiſmus. An rebaptizandi, qui per diuerſitatem & declinationem linguarum gentilitatis, tamen in nomine Trinitatis baptizati ſunt, a. 739. n. 40. qui ſolitâ formâ ſed vitioſâ Latinitate baptizati ſunt, a. 746. nn. 10. *& ſeqq.* qui baptizati ſunt ab hæreticis, a. 748. n. 47. reſponſiones Stephani III. PP. ad varia conſulta de Baptiſmo, a. 754. nn. 16. *& ſeqq.* Baptiſmi forma & Miniſter, a. 748. n. 44.
Baptiſterium vbi eſſe debeat, a. 755. n. 189.
Baro munificus erga Mon. Flaniniacenſe, a. 750. n. 7.
Baſanum, in quo baptizata Giſlana Pippini R. filia collocatur à Paulo PP. iuxta corpus S. Petronillæ, a. 757 n. 15.
Baſileenſis Epiſcopatus erigitur, a. 748. nn. 101. *& ſeqq.*
Baſiliſſa Abbatiſſa Horreenſis, a. 752. n. 95.
Baſilius Ep. Spirenſis, a. 749. nn. 74. 75. a. 752. n. 80. a. 768. n. 45.
Baſinus Martyr, a. 752. n. 107.
Baſtidi diſſertatio de propagatione Ordinis Benedictini per Galliam confutatur, a. 751. nn. 111. *& ſeqq.*
Bemedis Abb. S. Remigii Senonis, quando, a. 750. n. 3.
S. Benedicti corpus in Galliis, a. 749. n. 58. an reuectum in Italiam, a. 755. nn. 106. *& ſeqq.*
S. Benedicti Regula Monachis & Monialibus præſcripta in Synodo Germanica, a. 743. n. 56. in Liptinenſi, a. 744. n. 2.
Benedictus Abb. Agaunenſis, a. 768. n. 53.
Benedictus Abb. Foſſatenſis quando, a. 768. n. 16.
Benedictus Ep. Pictauienſis, quando, a. 762. n. 3. a. 768. n. 14.
Berardus fit Abb. Epternacenſis, a. 770. n. 33.
Bergithis Abbatiſſa in Thuringia, a. 749. n. 36.
Bernardus Diaconus, a. 750. nn. 32. *& ſeqq.*
Bernardus filius Caroli Maioris-domûs, a. 741. nn. 44. 45. 50.
Bernico Ep. Laudunenſis quando ſedit, a. 765. n. 11.
Bernwelphus fit Ep. Wirceburgenſis, a. 769. n. 19.
Berta an filia Pippini R. a. 765. n. 53.
Berta Wiberti Comitis filia, a. 765. n. 63.
Bertaldus Ep. Pictauienſis quando ſedit, a. 762. n. 3. a. 768. n. 14.
Bertelans Abb. Agaunenſis quando, a. 740. n. 12.
Bertellannus, Berlanus, Berlannus, Ep. M. Bituricenſis, a. 751. nn. 51. 52. a. 752. n. 149. a. 762. n. 1. obit, a. 765. n. 9.
Berterieus fit Ep. M. Viennenſis, a. 767. n. 26.
Bertha Abbatiſſa Kitzingenſis, a. 755. n. 217.
Bertharius Abb. Maioretanus quando, a. 757. n. 95.
Berthegrannus Ep. Carnotenſis, a. 747. n. 27. a. 752. n. 136. obit, a. 754. n. 94.
Berthodus Chorepiſcopus Cenomannenſis, a. 766. n. 16. obit, a. 769. n. 29.
Bertholdus Abb. Faucenſis, a. 751. n. 3. a. 752. n. 88.
Bertholinus fit Ep. Colonienſis, a. 761. n. 10. obit, a. 771. n. 4.
Bertifridus Ep. Laudunenſis quando ſedit, a. 745. n. 15.
Bertinus Ep. Aurelianenſis, a. 743. n. 16. a. 745. n. 21. a. 752. n. 136.
Bertolinus fit Ep. Siluanectenſis, a. 763. n. 15. obit, a. 771. n. 4.
Bertrada vxor Pippini, a. 747. nn. 16. 17. vngitur Regina, a. 754. nn. 34. 59. amicitiam redintegrat inter filios, a. 770. n. 3. Thaſſilonem ad officium reuocare fruſtrà nititur, *ibid.* n. 10. it Romam, deinde Papiam, cum Deſiderio Longobardorum Rege colloquitur de duplici inter eorum liberos matrimonio, eiuſdem Regis filiam in Franciam adducit, ob idque vituperatur à PP. *ibid.* nn. 11. *& ſeqq.*
Beſuenſe Mon. Syranno Abb. mortuo, maximam patitur calamitatem, a. 754. n. 70.
Biego Ep. Lexouienſis quando ſedit, a. 751. n. 140.
Biſchoffsheimium, Mon. puellare, a. 749. n. 38.
Bituricenſium Epiſcoporum Chronologia, a. 751. nn. 51. 52.
Bladaldus Ep. Catalaunenſis quando ſedit, a. 745. n. 14. a. 752. n. 99.
Blandinus Aruerniæ Comes, a. 761. nn. 1. 6. a. 765. n. 48.
Bobinus Ep. Tricenſis, a. 745. n. 24. a. 752. n. 136. a. 761. n. 10. a. 766. n. 10.
Boioaria diuiditur in quatuor Epiſcopatus, a. 739. nn. 27. *& ſeqq.* Boioariæ leges peculiares, a. 772. nn. 43. *& ſeqq.*
Bonifacius Abb. Weltenburgenſis, a. 739. n. 48. a. 741. n. 58.
Bonifacius Archiepiſcopus it Romam, a.

738. n. 1. ſcribit Preſbyteris, Monachis, & Monialibus, in Germania relictis, *ibid.* n. 2. à Gregorio III. PP. obtinet licentiam eligendi Preſbyterum, qui ſibi ſuccedat in Eccleſiaſticum miniſterium, *ibid.* eandem indulgentiam obtinere non poteſt à Zacharia, a. 745. n. 23. redit in Germaniam per Longobardiam cum literis Apoſtolicis ad Epiſcopos, Preſbyteros, Abbates, Optimates, & populum Germaniæ, & ad Epiſcopos Boioariæ & Alamaniæ, a. 738. nn. 10. *& ſeqq.* Boioariam diuidit in quatuor Epiſcopatus, & gratulatorias à Gregorio III. PP. literas accipit, a. 739. nn. 27. *& ſeqq.* colloquium habet cum Carolomanno de Synodo celebranda, a. 742. n. 1. tres Epiſcopatus erigit, Wirceburgenſem in Franconia, Buburgenſem in Haſſia, Erphesfordienſem in Turingia, *ibid* nn. 3. *& ſeqq.* celebrat Synodum Germanicam, a. 743. nn. 34. *& ſeqq.* res in ea geſtas ſcribit Cudbertho Archiepiſc. Doronernenſi, *ibid.* n. 39. Archiepiſcopus præponitur Epiſcopis duodecim, *ibid.* n. 41. celebrat Synodum Liptinenſem, & res in ea geſtas ſcribit Zachariæ PP. a. 744. nn. 16. *& ſeqq.* intereſt Synodo Sueſſionicæ, a. 745. n. 46. facultatem obtinet prædicandi per vniuerſam Franciam, *ibid.* nn. 60. 61. conſulit PP. variis de rebus, *ibid.* nn. 63. *& ſeqq.* in deliciis habet Mon. Fuldenſe, *ibid.* n. 85. fit Archiep. Moguntinus, a. 746. nn. 5. 54. a. 747. n. 18. a. 748. n. 80. queritur apud PP. de duobus hæreticis, a. 746. n. 8. de Virgilio Preſbytero, a. 747. n. 19. dimittit curam Mon. Friteſlarienſis, a. 746. n. 36. dicat Eccleſiam Burenſem, a. 747. n. 20. reſponſum accipit à PP. a. 748. nn. 42. *& ſeqq.* volumen ſcribit de veritate fidei Catholicæ, *ibid.* n. 48. Moniales ex Anglia euocat Abbatiſſas conſtituendas in Germania, a. 749. nn. 34. *& ſeqq.* an quartò profectus Romam, a. 750. nn. 16. *& ſeqq.* viſitat Pyrminium Abb. a. 751. n. 4. ſcribit Zachariæ PP. *ibid.* nn. 5. *& ſeqq.* Stephano III. a 753. n. 35. Pippino R. a. 754. n. 3. Fulrado Abbati, *ibid.* n. 30. ordinat Megingaudum Ep. Wirceburgenſem, a. 751. nn. 56. 57. dimiſſo Archiepiſcopatu Moguntino Lullum ordinat Archiep. tum proficiſcitur in Friſiam, Dadano ſuccedit in Ep. Vltraiectinum, ſibique ſubſtituit Chorepiſcopum Eobanum, a. 752. nn. 195. *& ſeqq.* it Moguntiam, tum in Friſiam, a. 754. n. 30. fit Martyr, a. 755. nn. 120. *& ſeqq.* eius ſcripta, *ibid.* n. 125. Tranſlatio, *ibid.* nn. 128. *& ſeqq.*

Bonimundus Ep. Darantaſienſis, a. 742. n. 10. a. 752. n. 173.

Bonus Ep. Segeſtaricenſis, a. 750. n. 6. a. 752. n. 163.

Botthari, a. 758. n. 23.

Boruthus R. Sclavorum vincit Hunnos ope Boioariorum, victórque ſe ſuúmque Regnum clientelæ Pippini R. committit, a. 757. n. 12. obit, a. 759. n. 6.

Boſa Preſbyter, a. 754. n. 32.

Botus Ep. Andegauenſis, a. 752. n. 124.

Brittaniacum ſeu Brittennacus, Mon. in E. Nomomenſi, a. 752. n. 104. a. 754. n. 27.

Brunerus ſeu Prunerus Ep. Meldenſis, a. 770. n. 28.

Bura, Mon. in Boioaria, a. 742. n. 27. dicatur, a. 747. n. 20.

Burchardus primus Ep. Wirceburgenſis, a. 742. n. 6. intereſt ordinationi Willibaldi Ep. Eyſtetrenſis, *ibid.* nn. 12. 15. Synodo Germanicæ, a. 743. nn. 34. *& ſeqq.* ſuffraganeus Metropolitæ Moguntini, a. 746. n. 34. literas accipit à PP. a. 748. n. 64. eleuat SS. Kilianum ac Socios MM. a. 750. nn. 21. 22. transfert, *ibid* n. 38. condit Mon. S. Andreæ. *ibid.* an Romam profectus, vt PP. conſuleret ſuper exauctorando Childerico, a. 752. nn. 8. *& ſeqq.* dimittit Epiſcopatum, a. 751. nn. 56. *& ſeqq.* obit, a. 754. nn. 95. *& ſeqq.* ſepelitur à Megingaudo, *ibid.* n. 99.

Buſbrunnum, Mon. a. 765. n. 41.

C.

CÆLESTINVS Abb. Blandinienſis, a 765. n. 65.

Calgonus fit Ep. Venetenſis, a. 759. n. 11. obit, a. 766. n. 17.

Caliphæ Principes Arabum, a. 755. nn. 83. *& ſeqq.*

Calumniator quomodo puniendus, a. 771. n. 19.

Cancor Comes, conditor Mon. Laureſhamenſis, a. 763. nn. 4. *& ſeqq.* a. 770. n. 34.

Canonicorum Regula, a. 757. nn. 33. *& ſeqq.*

Cantor vxorem accipere poteſt, a. 748. n. 26.

Carantanorum Regnum ſubditur Francis, a. 757. n. 12. vbi ſitum, *ibid.* n. 13.

Caraſtus Boruthi R. Sclavorum filius obſes in Boioaria baptizatur, a. 757. n. 12. fit dux Sclauorum, a. 759. n. 12. obit, a. 762. n. 8.

Cardinales Preſbyteri, a. 748. nn. 9. 20. 23.

Carnotenſium Epiſcoporum accurata Chronologia, a. 751. nn. 182. *& ſeqq.*

Carolomannus fit Maior Palatij Auſtra-

ſiani, a. 741. n. 23. dicitur Princeps Francorum, a. 745. n. 45. colloquitur cum Bonifacio Archiep. de celebranda Synodo, a. 742. n. 1. vincit Alamannos, a. 742. nn. 17. 22. a. 745. n. 111. a. 746. n. 37. Aquitanos, a. 742. nn. 19. & ſeqq. a. 745. n. 110. a. 746. n. 37. Boioarios, a. 743 nn. 60. & ſeqq. Saxones, ibid. nn. 62. & ſeqq. a. 744. n. 14. Sueuos, a. 743. nn. 60. & ſeqq. curat Synodum congregari, a. 743. nn. 34. & ſeqq. intereſt Tranſlationi S. Huberti, ibid. n. 17. munificus erga Fuldam, a. 745. n. 75. erga Kitzingum, ibid. n. 86. erga Lubium, ibid. n. 88. nuntium rebus ſecularibus remittere ſtatuit, a. 746. n. 38. it Romam, conditque Mon. in Soracte, a. 747. nn. 1. 4. donat illud Mon. Zachariæ PP. fitque Monachus Caſinenſis, a. 748. nn. 97. & ſeqq. venit in Franciam, a. 754. nn. 28. 29. obit, ibid. nn. 74. 76. eius liberi, ibid. n. 76. corpus defertur Caſinum, a. 756. n. 17.

Carolomannus filius Pippini naſcitur, a. 751. n. 42. à Stephano III. PP. leuatur de ſacro fonte, Rex vngitur, fitque Patricius Romanorum, a. 754. nn. 34. 57. 58. proficiſcitur cum patre in Aquitaniam, a. 761. n. 5. patri in partem Regni ſuccedit, Girbergâ vxore iam ductâ, a. 768. nn. 30. & ſeqq. diſſidet à fratre Carolo, a. 769. n. 15. dat Præcepta pro Mon. San-Dionyſiano & Grandi-Valle, a. 769 nn. 23. 24. pro Eccleſia Remenſi a. 768. n. 55. a. 771. n. 62. redit in amicitiam cum fratre, a. 770. n. 3. laudatur ob conſtantiam à PP. qui compater eius fieri cupit, ibid. nn. 7. & ſeqq. obit, a. 771. n. 62. eius ætas, vxor, liberi, ibid. n. 63.

Carolus Maior-domûs Saxones facit tributarios, a. 738. nn. 27. & ſeqq. profligat Saracenos, a. 739. nn. 1. & ſeqq. Legationem cum muneribus & epiſtolis accipit à Gregorio III. PP. a. 741. nn. 1. & ſeqq. Legationem viciſſim mittit Romam, ibid. nn. 21. 22. Subregulus vocatur à PP. ibid. n. 21. Maioratum inter filios diuidit, ibid. nn. 23. & ſeqq. ægrotat, ibid. n. 27. munificus erga Mon. S. Dionyſij, ibid. n. 28. obit, ibid. nn. 29. & ſeqq. Maior-domûs ſemper dictus, ibid. n. 43. è duabus vxoribus liberos vtriuſque ſexûs relinquit, ibid. nn. 44. & ſeqq. ſerò cognominatus Martellus, ibid. n. 43. vindicatur à calumnia, ibid. nn. 38. & ſeqq. a. 743. nn. 4. & ſeqq.

Carolus naſcitur, a. 747 nn. 14. & ſeqq. mittitur à Pippino patre obuiam Stephano III. PP. a. 754. n. 1. ab eodem PP. leuatur de ſacro fonte, Rex ungitur, fitque Patricius Romanorum, ibid. nn. 34. 57. 58. proficiſcitur cum patre in Aquitaniam, a. 761. n. 5. patri in partem Regni ſuccedit, Himiltrude vxore iam ductâ, a. 768. nn. 30. & ſeqq. Iunior vocatur, vt diſtinguatur ab auo, ibid. n. 35. mittit Epiſcopos Romam ad Synodum, a. 769. nn. 2. & ſeqq. dat Præceptum pro Mon. San-Dionyſiano in quo vult ſepeliri, ibid. n. 9. pro Mon. S. Albini, ibid. n. 11. pro Eccleſia Andegauenſi, a. 770. n. 1. Sturmem Abb. Fuldenſem plurimùm diligit, a. 769. n. 10. a. 771. n. 60. bellum gerit in Aquitania, a. 769. nn. 12. & ſeqq. redit in amicitiam cum fratre & litteras accipit à PP. a. 770. nn. 2. & ſeqq. repudiatâ Himiltrude vxore, ducit filiam Deſiderij R. Longobardorum, ibid. n. 15. eam dimittit reuocatâ Himiltrude, a. 771. nn. 2. 3. amicitiam renouat cum Thaſſilone Duce Boioariæ, ibid. n. 60. munificus erga Mon. Fuldenſe, ibid. erga San-Dionyſianum, ibid. nn. 75. 76. fit Monarcha totius Franciæ, ibid. nn. 64. & ſeqq. in vnum volumen colligit epiſtolas Romanorum Pontificum ad ſe, ad fratrem Carolomannum, ad Pippinum patrem, & ad auum Carolum directas, a. 741. n. 9.

Caſula veſtis Clericorum ac Monachorum, a. 743. n. 54.

Catzienſe Mon. puellarum in E. Curienſi, a. 756. n. 32. a. 758. n. 44.

Cedulphus Abb. Fontaneti, a. 752. n. 123.

Cenſardus Ep. Trecenſis, a. 745. n. 24.

Chamigus Ep. Catalannenſis quando ſedit, a. 745. n. 14.

Churdobachius Ep. ſubſcribit Priuilegio Gorzienſi, a. 757. n. 31.

Charialdus Abb. Weiſſenburgenſis, a. 741. n. 57. a. 752. n. 83. a. 766. n. 14.

Chariſius frater Goſleni Ep. Cenomanenſis, a. 753. nn. 60. 61.

Chartæ iactinæ ſeu iectiuæ, paricula ſeu paricolæ vel paricla, a. 751. n. 88.

Chedroaldus Ep. Lingonenſis quando ſedit, a. 747. nn. 33. 36. a. 752. n. 111. a. 754. n. 68.

Chettumarus Boruthi R. Sclauorum ex fratre nepos, obſes in Boioaria baptizatur, a. 757. n. 12. fit Dux Sclauorum, a. 762. n. 8. promouendæ Chriſtianorum Religioni inuigilat, a. 768. n. 47. a. 770. n. 23. a. 771. n. 7.

Chiemenſe Mon. in E. Saliſburgienſi, a. 771. n. 40.

Chiſmerius Abb. Theologienſis quando, a. 752. n. 95.
Childebrandus mutus Burgundiæ componit, a. 741. n. 26.
Childemannus Abb. S. Germani prope Pariſios quando, a. 751. n. 82.
Childericus Theodorici IV filius regnat, a. 743. nn. 73. *& ſeqq.* dat Præceptum pro Mon. Sitinenſi, a. 744. nn. 10. *& ſeqq.* vindicatur à calumnia, *ibid.* n. 13. a. 752. nn. 1. *& ſeqq.* exauctoratur, a. 752. n. 67. obit ſine prole, a. 754 nn. 38. *& ſeqq.*
Chilpingus Comes Atuernorum, a. 764. n. 6.
Chiltrudis filia Caroli Majoris-domûs, a. 741. nn. 44. 45. fugit in Boioariam, nubitque Odiloni Duci, *ibid.* n. 53. ſuis precibus pacem reſtituit inter fratres ſuos Majores-domûs & Odilonem maritum, a. 743. n. 62. munifica erga Eccleſiam Saliſburgienſem, a. 748. n. 95. a. 753. n. 75. obit, a. 754. n. 91.
Chorepiſcopus, a. 748. nn. 6. 9.
Chriſtianus Ep Ambianenſis, a. 745. n. 17.
Chrodardus Comes Fulrado Abbati quædam vendit prædia, a. 767. n. 28.
Chrodegangus an nepos Caroli Majoris-domûs ex filia, a. 741. n. 54. an eius Referendarius, *ibid.* fit Ep Metenſis, a. 742. nn. 51. *& ſeqq.* condit Gorziam Mon. a. 749. n. 68. mittitur Romam ad Stephanum III. PP. a. 753. nn. 46. *& ſeqq.* Privilegium concedit Mon. Gorzienſi, a. 757. nn. 15. *& ſeqq.* edit Regulam Canonicorum, *ibid.* nn. 33. *& ſeqq.* fit primus Abb. Laureshamenſis, a. 763. nn. 4. *& ſeqq.* transfert Reliquias SS. Gorgonij, Naboris, & Nazarij, a. 764. n. 15. a. 765. nn. 54. *& ſeqq.* Attiniacenſi Placito ſubſcribit, a. 765. n. 3. obit, a. 766. n. 2.
Chrodobertus Dux Haſbaniæ fit amicus Eucherij Ep. Aurelianenſis tum exulis, a. 738. n. 20.
Chrodobertus Sedis Sagienſis invaſor, a. 763. n. 8. a 770. nn. 25. *& ſeqq.*
Chronologia Epiſcoporum Bituricenſium, a. 751. nn. 51. 52. Carnotenſium, *ibid.* nn. 182. *& ſeqq.* Wirceburgenſium, *ibid.* nn. 59. *& ſeqq.*
Chunitrudis, a. 749. n. 37.
Clemens Ep. Antiſſiodorenſis. a. 748. n. 81.
Clemens hæreticus, a. 745. n. 47. damnatur, a. 746. nn. 3. 8. 14. *& ſeqq.* *ibid.* n. 30
Clerici habitum laicorum non portent, a. 745. n. 32. vitent familiaritatem mulierum extranearum, *ibid.* n. 41. præter Epiſcopi ſui conſcientiam in aliam parochiam non migrent, a. 748. n. 24. arma non portent, a. 753. n. 19. comam non nutriant, a. 754. n. 25. a. 771. n. 19. vel ſub Epiſcopi manu ſint, vel in Monaſterio regulariter vivant, a. 755. n. 193. ab Eccleſiis ſuis ad alias non migrent, *ibid.* n. 194. ſecularibus negotiis non implicentur, *ibid.* n. 198. publica laicorum iudicia ſine Epiſcopi vel Abbatis juſſu non petant, *ibid.* n. 200. quomodo plectendi, ſi ſpurcè vivunt, ſi vino ſe ingurgitant, ſi venationi ſtudent, ſi prælis interſunt, a. 743. nn. 22. 44. 45. 46. 53. ſi non manent in ſuo propoſito, a. 748. n. 14. Clerici Prochiorum, Monaſteriorum, & Martyriorum permaneant ſub Epiſcoporum Diœceſanorum poteſtate, *ibid.* n. 15. reſponſiones Stephani III. PP. ad varia conſulta de Clericis, a. 754. nn. 21. *& ſeqq.*
Cochelſea Mon. puellare in Boiaria, a. 742. n. 34.
Colduinus Abb. S. Gregorij quando, a. 752. n. 148.
Columbanus Abb. Sarchinienſis quando, a. 745. n. 105.
Columbus Abb. Ebersheimienſis, a. 752. n. 84.
Columbus Monachus Lerinenſis Martyr, a. 739. n. 14.
Compendienſe Concilium, a. 757. nn. 73. *& ſeqq.*
Conceſſus Ep. Ebroicenſis quando ſedit, a. 751. n. 148.
Conchæ, Mon, in E. Rutenenſi, a. 752. n 153.
Concilia, Compendienſe, a. 757. nn. 73. *& ſeqq.* Dingolvingenſe, a. 771. nn. 8. *& ſeqq.* Gentiliacenſe, a. 767. nn. 1. 2. Germanicum, a. 743. nn. 34. *& ſeqq.* Incerti loci, a. 746. nn. 1. *& ſeqq.* Liptinenſe, a. 744. nn. 1. *& ſeqq.* Romanum, a. 746. nn. 14. *& ſeqq.* a. 769. nn. 2. *& ſeqq.* Sueſſionenſe, a. 745. nn. 1. *& ſeqq.* Vermerienſe, a. 753. nn. 3. *& ſeqq.* Vernenſe, a. 755. nn. 182. *& ſeqq.* Concilia quot annis celebranda, a. 743. nn. 42. 57. a. 744. n. 3. a. 746. n. 33. bis, a. 755. n. 186.
Conradus Abb. Faucenſis quando, a. 751. n. 3.
Conſiſtentia, ſtatio pœnitentium, a. 748. n. 37.
Conſtantinus Imp. mittit organum Pippino cum aliis muneribus, a. 757. n. 10. cogitat de recuperando Exarchatu, *ibid.* n. 16.
Conſtantinus Pſeudopapa Pippinum R. per literas amicum ſibi conciliare fruſtrà nititur, a. 767. nn. 8. *& ſeqq.* reiicitur, a. 768. n. 18.

Conſtramnus Abb. S. Dionyſij Præceptum obtinet à Pippino R. a. 757. n. 6.

Conuentus, a. 761. n. 1.

Crandergus Abb. Theologienſis quando, a. 752. n. 95.

Cruces in celebratione ſacri Canonis faciendæ, a. 751. n. 40. Crucis imago in Actorum ſubſcriptionibus vſurpari ſolita, a. 747. n. 3. Cruciculæ Adalberti hæretici cur crematæ, a. 745. n. 39.

S. Cucuphatis M. corpus ex Hiſpania transfertur in Alſatiam, a. 756. n. 39.

Cunighildis matertera S. Lulli, Abbatiſſa in Thuringia, a. 749. n. 36.

Curia vrbs Epiſcopalis in Rhætia, a. 745. nn. 114. *& ſeqq.*

D

DACAPATVS Abb. S. Remigij Senonis quando, a. 750. n. 3.

Dacapatus II. Abb. S. Remigij Senonis quando, a. 761. n. 2.

Dadanus Epiſc. Ultraiectinus, a. 742. nn. 44. *& ſeqq.* intereſt Synodo Germanicæ, a. 743. nn. 34. 38. 41. ſuffraganeus Metropolitæ Moguntini, a. 746. n. 34. a. 752. n. 80. obit, a. 752. n. 198.

Dagobertus Abb. S. Remigij Senonis quando, a. 750. n. 3.

Dalmaticarum vſus ſex Diaconis in Mon. S. Dionyſij conceditur, a. 768. n. 36.

Daniel Ep. Narbonenſis, a. 769. nn. 2. 3.

Darbertus ſeu Dalbertus vel Dagobertus fit Abb. Sitiuenſis, a. 754. n. 38. obit, a. 766. n. 12.

Dauid Abb. Weiſſenburgenſis, deinde Ep. Nemetenſis, a. 741. n. 57. a. 743. n. 39. a. 746. n. 34. a. 748. nn. 64. 65. 71. obit, a. 749. nn. 71. *& ſeqq.*

Decimæ & nonæ, a. 764. n. 10.

Decterius Abb. S. Remigij Senonis quando, a. 750. n. 3.

Delphinus Abb. San-Dionyſianus, a. 741. n. 22. a. 749. n. 4.

Deneardus Preſbyter, a. 742. n. 4.

Deodatus Ep. Bellouacenſis, a. 748. nn. 64. 65. 68. a. 752. n. 99.

Deodatus Ep. Carnotenſis, a. 741. n. 56. a. 743. n. 60. obit, a. 745. n. 26.

Deodatus Ep. Sueſſionenſis quando ſedit, a. 765. n. 12.

Deodefridus Ep. Pariſienſis ſubſcribit Priuilegio Gorzienſi, a. 757. n. 29.

Deomarus Ep. Namnetenſis, a. 752. n. 124. ſubſcribit Priuilegio Gorzienſi, a. 757. n. 25.

Deothimus Abb. Floriacenſis, a. 768. n. 17.

Deſideratus Chorepiſcopus Cenomanenſis, a. 765. n. 21. a. 766. n. 16.

Deſiderius fit R. Longobardorum, a. 756. nn. 3. 4. agit multa nefariè ac ſimulatè, a. 757. nn. 95. *& ſeqq.* a. 765. nn. 49. *& ſeqq.* a. 766. nn. 3. 4. a. 769. nn. 5. *& ſeqq.*

Diaconus caſulâ non ſago vtatur, a. 743. n. 53. vitet familiaritatem mulierum, *ibid.* n. 55. damnatus priſtinum officium non vſurpet, a. 748. n. 7. abſtineat à ſua vxore, *ibid.* n. 16. lapſus in crimen ſecretam ſeceſſionem expetat ad peragendam pœnitentiam, *ibid.* n. 19. in aliam parochiam præter Epiſcopi ſui conſcientiam non migret, *ibid.* n. 24. peregrinus ſine commendatitiis literis non ſuſcipiatur, *ibid.* n. 27. quâ ætate ordinandus, a. 751. n. 28. quomodo puniendus, ſi fornicator, ſi ebrioſus, ſi venator, ſi bellator, a. 743. n. 22. ſi contemnit Epiſcopum, a. 748. n. 13.

Dicardus Abb. S. Remigij Senonis quando, a. 750. n. 3.

Dingolningenſis Synodus, a. 771. nn. 8. *& ſeqq.*

Diſertina, Mon. in E. Curienſi, a. 745. nn. 117. 120.

Dobda ſeu Dobdagreus Chorepiſcopus Saliſburgienſis, a. 764. n. 3. a. 766. n. 6.

Dodanus Abb. S. Remigii Senonis quando, a. 761. n. 12.

Dodo Abb. S. Caranni, a. 750. n. 4. a. 752. n. 138.

Dodo Epiſc. Nouiomenſis ac Tornacenſis, a. 770. n. 20.

Dodo Ep. Tullenſis quando ſedit, a. 752. n. 94.

Dominicus dies, a. 755. n. 196. a. 771. n. 11.

Domnolus Ep. Matiſconenſis, a. 743. n. 1. a. 752. n. 111.

Dononium, Mon. puellare in Ep. Atrebatenſi conditur, a. 764. nn. 16. *& ſeqq.*

Doto Abb. Hornbacenſis, a. 758. n. 48.

Dotramnus Abb. S. Remigij Senonis quando, a. 750. n. 3.

Droctegangus primus Abb. Gorzienſis, a. 749. n. 68. a. 752. n. 97. mittitur Romam ad Stephanum III. PP. reditque cum eius literis ad Pippinum R. & ad Duces Francorum, a 753. nn. 46. *& ſeqq.* item mittitur ad Paulum PP. reditque cum eius literis, a. 758. n. 15. ſubſcribit Priuilegio ſui Monaſterij, a. 757. n. 32. obit, a. 769. n. 28.

Drogo filius Carolomanni, a. 747. n. 4. an. Maior-domûs, *ibid.* nn. 7. *& ſeqq.* a. 754. n. 76.

Dronius Ep. Carnotenſis, a. 745. n. 26. a. 747. n. 27.

Drutgungus Abb. Gemmeticenſis, a. 752. n. 117. Attiniacenſi Placito ſubſcribit,

a. 765. n. 34. viuit, a. 766. n. 13.
Doctrannus Abb. Solemniacenſis quando, a. 761. n. 18.

E

EBbo Ep. M. Senonenſis, a. 742. n. 10. a. 745. n. 9. obit, a. 750. nn. 1. 2.
Eberſwindus primus Abb. Altaichii Inferioris, a. 741. n. 53. a. 752. n. 76. a. 755. n. 61. Attiniacenſi Placito ſubſcribit, a. 765. n. 45.
Ebulus Ep. Lemouicenſis, a. 752. nn. 149. 156.
Eccleſiis immunitates ſeruandæ, a. 755. nn. 201. 211. reſtituendæ pecuniæ ablatæ, a. 743. n. 45. Eccleſiaſtica pecunia ſub precario cenſu in ſubſidium exercitûs præſtatur, a. 744. n. 5. a. 745. nn. 50. 71. a. 746. n. 28. a. 751. n. 35. a. 764. n. 10. qui vult Eccleſiam ditare, non eſt à propoſito remouendus, a. 771. nn. 12. 16.
Edelbardus Satrapa Saxonum, a. 758. n. 16. occiditur, a. 758. n. 8.
Ehrenbrechtus Abb. Weiſſenburgenſis, a. 766. n. 15.
Ekihardus Diaconus apud Karantanos, a. 768. n. 47.
Elaftedus Abb. Foſſarenſis, a. 752. n. 145.
Eleuatio SS. Kiliani & ſociorum M M. a. 750. nn. 21. 22.
Eleutherius Monachus Lerinenſis, a. 759. nn. 14. 15.
Elidiare, quid, a. 751. n. 90.
Elilandus varia conſtruit Monaſteria in Boioaria, a. 742. nn. 23. & ſeqq.
Eliſæus E. Nouiomenſis & Tornacenſis, a. 747. n. 5. a. 748. nn. 64. 65. 69. a. 752. n. 99. a. 754. n. 27.
Elitigatum, quid, a. 751. n. 90.
Elwangenſe Mon. conditur, a. 764. n. 91.
Entedus Preſbyter, a. 755. n. 190.
Eobanus Chorepiſcopus Vltraiectinus, a. 752. nn. 195. 197. 198. a. 754. n. 32. fit Martyr, a. 755. n. 124. quieſcit Vltraiecti, *ibid.* n. 138.
Eodaldus, Edoaldus, Edaldus, Erhoaldus, Enaldus, Edaldus, Ep. M. Vienenſis quando ſedit, a. 751. n. 157.
Epiſcopatus ſine Paſtore non ſit ſupra tres menſes, a. 755. n. 199.
Epiſcopus in vnaquaque ciuitate conſtituendus, a. 755. n. 185. omnium corrigendorum poteſtatem in ſua habeat parochia, *ibid.* n. 185. viuat ſecundùm Canones, a. 772. n. 13. Clericum alterius non ſuſcipiat, a. 748. n. 25. paganias obſeruari prohibeat, a. 745. n. 52. abſtineat à ſua vxore, a. 748. n. 16. vagus coercendus, *ibid.* n. 46. damnatus priſtinum officium non vſurpet, *ibid.* n. 7. peregrinus ſine commendatitiis literis non ſuſcipiatur, *ibid.* n. 27. ignotus ante probationem Synodalem ad Eccleſiaſticum miniſterium non admittendus, a. 743. n. 51. a. 745. n. 56. a. 755. n. 195. quomodo honorandus à Preſbyteris agrorum, a. 748. n. 9. quomodo ſe gerere debeat erga Preſbyteros parochiarum, a. 745. nn. 47. & ſeqq. a. 745. n. 55. quomodo plectendus, ſi fornicator, ſi ebrioſus, ſi venator, ſi bellator, a. 743. nn. 22. 26. 44. & ſeqq. an Monachi San-Dionyſiani proprium habuerint Epiſcopum, a. 768. nn. 59. & ſeqq.
Ercambertus Ep. Bellouacenſis quando ſedit, a. 745. n. 16.
Erchamberti ſcripta examinantur, a. 740. nn. 7. 8.
Erembertus Ep. Siluanectenſis obit, a. 754. n. 19.
Eribaldus Ep. Viuarienſis, a. 752. n. 168.
Erimbertus fit Epiſc. Friſingenſis, a. 759. nn. 27. 55. 58. intereſt dedicationi Mon. Tegernſeenſis, a. 754. n. 85. obit, a. 767. nn. 15. & ſeqq.
Erkenbodo Ep. Taruannenſis & Abb. Sitienſis obit, a. 740. nn. 14. 15.
Ermenarius ſiue Herminardus fit Ep. M. Bituricenſis, a. 767. n. 20.
Ermenbertus Abb. Agaunenſis quando, a. 740. n. 12.
Ernaldus fit Ep. Auſcienſis, a. 767. n. 25.
Erneſtus Abb. Altaichij Superioris, a. 739. n. 44. a. 752. n. 79. intereſt Synodo Dingoluingenſi, a. 771. nn. 23. 55.
Ernfridus Abb. Augienſis, fit etiam Ep. Conſtantienſis ad Rhenum, a. 739. nn. 49. 50. ſuffraganeus Metropolitæ Moguntini, a. 746. n. 54. obit, a. 748. n. 79.
Erphesfordienſis Epiſcopatus erigitur, a. 742. n. 8. extinguitur vnitúrque Moguntino, a. 755. n. 139.
Errufino ſiue Ermiño Epiſc. M. Darantaſienſis quando ſedit, a. 768. n. 55.
Eſopeia, vxor Paſchalis Curienſis pòſt Epiſcopi, a. 754. n. 84.
Ethelherus Preſbyter, a. 754. n. 52. Martyr, a. 755. n. 139.
Euarcius Ep. Niuernenſis, a. 766. n. 10.
Euchariſtia dicitur perfectio, a. 748. n. 34.
Eucherius Ep. Aurelianenſis Coloniâ ablegatur in Haſbaniam, a. 738. nn. 10. & ſeqq. obit, a. 743. n. 5. eius viſio de damnatione Caroli Maioris-domûs refellitur, *ibid.* nn. 4. & ſeqq.
Eucherius Ep. Genauenſis, a. 759. n. 35.
Eugenia fit Abbatiſſa Superioris Hohemburgi, a. 765. n. 61.
Eulogius fit Ep. Bellicenſis, a. 757. n. 106.
Eunucius fit Ep. Nouiomenſis ac Tornacenſis ſuperſtite Guidone, a. 745. n. 20.

obit, a. 747. nn. 25. 26.

Euſebius Epiſc. M. Toronenſis Attiniacenſi Placito ſubſcribit, a. 765. n. 27.

Excommunicatio, a. 759. n. 291.

Eyka, Mon. puellare in E. Leodienſi, a. 742. n. 50.

Eyſtettenſis Epiſcopatus erigitur, a. 742. nn. 12. 18.

F

FABARIA, Mon. in E. Curienſi, a. 745. nn. 117. 118.

Fabigandus Abb. *de Brisbruno* ſubſcribit Attiniacenſi Placito, a. 765. n. 41.

Fedolius Ep. Pariſienſis, quando ſedit, a. 745. n. 23.

Felix Ep. Catalaunenſis quando ſedit, a. 745. n. 14.

Felix Preſbyter munificus erga Mon. Sitiuenſe, a. 746. n. 39.

Feſtuca. Per feſtucam ſeu fiſtucam ſacramenta confirmantur, a. 751. n. 82.

Figiacum, Mon. in E. Caducenſi, a. 752. n. 153. an dedicatum à Domino, præſentibus Stephano PP. & Pippino R. a. 754. n. 74.

Floribertus Ep. Leodienſis, a. 738. n. 22. a. 743. n. 39. obit, a. 745. nn. 102. *& ſeqq.*

Folcuinus fit Epiſc. Wormacienſis, a. 766. n. 15.

Folcricus fit Ep. Leodienſis, diſtinguitúrque à Fulcario, a. 760. nn. 17. 18. Attiniacenſi Placito ſubſcribit, a. 765. n. 16. obit, a. 768. n. 49.

Fontanellenſis Chronographus interpolatus, a. 754. nn. 59. *& ſeqq.* refellitur, a. 756. nn. 26. *& ſeqq.*

Fornicatio laicis interdicitur, a. 745. n. 34.

Fortunus Ep. ſubſcribit Priuilegio Gorzienſi, a. 757. n. 31.

Franci tributarios ſibi reddunt Saxones, a. 738. nn. 17. *& ſeqq.* profligant Saracenos, a. 739. nn. 1. *& ſeqq.* ſubigunt partem Rhætiæ Italicæ, a. 745. nn. 114. *& ſeqq.* Septimaniam cum Barcinone & Gerunda, a. 755. nn. 81. *& ſeqq.* augentur Regno Sclauorum ſeu Carantanorum, a. 757. nn. 12. 13. & territorio Sabionenſi, a. 769. n. 21. Francorum Reges vindicantur à calumnia, a. 740. n. 8. a. 744. n. 13. genealogia Merouæadarum, a. 752. n. 69. Francorum Epiſcopi pro tuendo ſacrarum Imaginum cultu ſtrenuè laborant, a. 767. n. 2. a. 769. n. 4. amicitia mutua RR. Francorum & Anglorum, a. 769. n. 18. Franciæ multiplex partitio, a. 741. nn. 24. 29. 32. a. 752. n. 73.

Friſij pagani liberam ſibi licentiam putant infantes occidendi, qui nihil cibi guſtarunt, a. 758. n. 34.

Frodebertus Ep. Engoliſmenſis, a. 767. n. 27.

Frodoinus fit Abb. Noualicienſis, a. 770. nn. 35. 36.

Frodonius Abb. Theologienſis, a. 752. n. 95.

Fulcarius fit Ep. Leodienſis, a. 745. n. 104. ſuffraganeus Metropolitæ Moguntini, a. 746. n. 34. a. 752. n. 80. literas accipit à Zacharia PP. a. 748. nn. 64. 70. ſubſcribit Priuilegio Gorzienſi, a. 757. n. 21. obit, a. 760. n. 15. an idem cum Folcrico, *ibid.* nn. 17. 18.

Fulcoaldus Ep. Lugdunenſis obit, a. 744. n. 18.

Fulda, Mon. conditur, a. 745. nn. 74. *& ſeqq.* eius fines, a. 747. n. 2. ditatur ab Epiſcopis Boioariæ, a. 759. n. 5.

Fulrado-villare Mon. in E. Argentoratenſi, a. 749. n. 67.

Fulradus oriundus ex Alſatia, Abb. variorum Monaſteriorum à ſe conditorum, a. 749. nn. 61. *& ſeqq.* diſtinguitur à Fulrado Abb. S. Quintini, *ibid.* n. 63. an profectus Romam, vt PP. conſuleret ſuper exauctorando Childerico R. a. 752. nn. 8. *& ſeqq.* adit Stephanum III. PP. apud Agaunum, a. 753. n. 57. eundem comitatur redeuntem Romam, a. 754. nn. 75. 79. relinquitur à Pippino in Italia, vt ciuitates in pactione cum Aiſtulfo inita conuentas recipiat, & in poteſtatem PP. transferat, a. 755. n. 17. poſt Aiſtulfi mortem Deſiderium iuuat in adipiſcendo Regno Longobardorum, móxque redit in Franciam cum literis PP. ad Pippinum, a. 756. nn. 3. *& ſeqq.* transfert corpus S. Cucuphatis M. *ibid.* n. 39. Priuilegium obtinet à Stephano III. PP. pro Monaſteriis à ſe conditis, item Hoſpitale ac domum Romæ, a. 757. nn. 1. *& ſeqq.* Abb. S. Dionyſij transfert corpora SS. MM. Alexandri & Hippolyti, a. 764. n. 14. ſubſcribit Attiniacenſi Placito, a. 765. n. 31. tria obtinet Præcepta pro Mon. S. Dionyſij, a. 768. nn. 10. *& ſeqq.* item Priuilegia à Stephano IV. PP. pro eodem Mon. & pro ſeipſo, *ibid.* nn. 35. *& ſeqq.* adit Carolum R. a. 771. nn. 65. 69. *& ſeqq.* à Chrodardo Comite quædam emit prædia in pago Briſagauenſi, a. 769. n. 28.

G

GARCONVS Ep. Sueſſionenſis quando ſedit, a. 745. n. 13.

Gallicanæ Eccleſiæ Cantum & Ordinem Romanum ſuſcipiunt regnante Pippino, a. 754. n. 74.

Gamo Abb. Brittanniacenſis, a. 754. n. 27.

Gandegiſilus Abb. Maioretanus quando, a. 757. n. 95.

Gangulphus Martyr, a. 759. n. 10.

Garibaldus fit primus Ep. Reginoburgenſis, Sedémque conſtituit Epiſcopalem in Mon. S. Emmerammi, a. 739. nn. 18. 34. 36. a. 743. n. 61. intereſt dedicationi Mon. Tegernſeenſis, a. 754. n. 85. obit, a. 761. n. 21. tranſlatum ab eo corpus S. Emmerammi, *ibid*. n. 22.

Garmundus Abb. Ferrarienſis quando, a. 769. n. 27.

Gauderannus Abb. Sam-Martinianus apud Æduos, a. 747. n. 38. a. 752. n. 115.

Gaudinus ſeu Godinus Ep. Sneſſionenſis anno ſecundo Clodonei III. R. ſedere oſtenditur, a. 751. n. 81.

Gantenus Ep. M. Toronenſis intereſt Synodo Romanæ, a. 769. nn. 1. 3.

Gauzbertus, Gaubertus, Gauſbertus, Godebertus, Ep. Carnotenſis quando ſedit, a. 751. nn. 142. 166. 169.

Gaylenbus Abb. Luxouienſis quando, a. 769. n. 25.

Gayronius Abb. Flaniniacenſis, a. 747. nn. 30. *& ſeqq.* deinde etiam Ep. Auguſtodunenſis, a. 750. n. 7. obit, a. 755. n. 181.

Gelouinda Abbatiſſa multorum Monaſteriorum in Boioaria, a. 742. n. 91. a. 752. n. 78.

Gemmulus Diaconus E. R. ſcribit Bonifacio Archiepiſcopo, a. 743. nn. 33. *& ſeqq.* a. 746. n. 19.

Genebaudus Epiſc. Laudunenſis, a. 748. nn. 64. 65. 75. Attinacenſi Placito ſubſcribit, a. 765. n. 11.

Gengenbachenſe Mon. in E. Argentoratenſi, a. 740. n. 3.

Gentiliacenſe Concilium, a. 767. nn. 1. 2.

S. Georgij M. Reliquiæ in Franciam deferuntur, a. 751. nn. 53. 54.

Georgius Ep. M. Arelatenſis, a. 739. n. 9. a. 742. n. 10.

Geraldus Abb. Solemniacenſis quando, a. 761. n. 11.

Geraus, Abb. Nigellæ, Attiniacenſi Placito ſubſcribit, a. 765. n. 46.

S. Germani Tranſlatio, a. 754. nn. 31. 32.

Geroldus Epiſc. Moguntinus, a. 742. n. 11. a. 743. n. 39. occiditur in bello Saxonico, a. 743. n. 65.

Gertrudis colitur Wirceburgi, a. 750. n. 25. an filia Pippini Landenſis, aut Herſtallij, vel Breuis, *ibid.* nn. 26. *& ſeqq.*

Geruaſius Abb. Ferrarienſis, a. 752. n. 137.

Geruilio fit Ep. Moguntinus, a. 743. n. 65. Saxonem interimit à quo pater eius Geroldus antè interfectus, a. 744. n. 15. deponitur, a. 746. nn. 4. 32. pœnitentiam agit, a. 752. nn. 32. 33. obit, a. 765. n. 64.

Gerulphus Martyr, a. 752. n. 107.

Gilbertus Abb. Elnonenſis, a. 770. n. 10.

Girberga vxor Carolomanni R. a. 768. n. 33. a. 771. n. 63. post mortem mariti fugit in Italiam cum ſuis liberis, a. 771. nn. 78. *& ſeqq.*

Giſelbertus Ep. intereſt Synodo Romanæ, a. 769. nn. 2. 3.

Giſlana Pippini R. filia naſcitur, a. 757. n. 9. dattrogatur ab Itiſberga, a. 762. nn. 18. *& ſeqq.* expetitur in vxorem à filio Conſtantini Imp. a. 767. n. 2. à filio Deſiderij R. Longobardorum, a. 770. nn. 12. *& ſeqq.* baſanum, in quo baptizata Romam mittitur, & à PP. collocatur iuxta corpus S. Petronillæ, a. 757. n. 15.

Glodeſindis naſcitur, a. 749. nn. 5. 6. *& ſeqq.* deſpondetur Oboleno, a. 769. nn. 31. 32. poſt Oboleni mortem fugit Metim ne alteri nubat, & inſigni miraculo velamen accipit ab Angelo, a. 770. n. 32.

S. Goaris Cella Abbati Prumienſi regenda committitur, a. 765. n. 7. eius Eccleſia dicatur ornaturque Reliquiis S. Goaris, a. 768. n. 44.

Gobaldus Ep. Sueſſionenſis quando ſedit, a. 745. n. 13.

Godegrandus, a. 746. nn. 44. *& ſeqq.* fit Ep. Sagienſis, a. 756. n. 23. incipit peregrinari, a. 763. n. 8. Martyrio coronatur, a. 770. n. 25.

Godo Ep. Pictauienſis, a. 752. n. 157. ſubſcribit Priuilegio Gorzienſi, a. 757. n. 26.

Godo Ep. Tullenſis, a. 764. n. 15. a. 765. n. 10.

Godobertus Abb. Reſbacenſis Attiniacenſi Placito ſubſcribit, a. 765. n. 42.

Godonus fit Abb. Noualicienſis, a. 756. n. 20.

Goinus Abb. San-Benignianus, a. 749. n. 4.

Gontarus Abb. S. Albini, Andegaui, a. 769. n. 11.

Gontbertus Ep. Taruannenſis quando ſedit, a. 746. n. 40.

S. Gorgonij Tranſlatio, a. 764. n. 15. a. 765. nn. 54. *& ſeqq.* a. 769. n. 28.

Gorzia Mon. in E. Metenſi, a. 749. n. 68.

Goſlenus contra Canones ordinatur Ep. Cenomannenſis, a. 753. n. 60. deponitur, a. 755. n. 104. recuperat Epiſcopatum, a. 764. n. 13. an excæcatus iuſſu Pippini, *ibid.* Attiniacenſi Placito ſubſcribit, a. 765. n. 21. vſus eſt ſucceſſiuè quatuor Chorepiſcopis, Suffredo, Deſiderato, Bertbodo, & Merolo, a. 764. n. 13. a. 765. n. 21. a. 766. n. 15. a. 769. n. 10.

Goſſilenus Abb. Vedaſtinus obit, a. 738. nn. 27. *& ſeqq.*

Gotſcalcus Abb. Weltenburgenſis obit, a. 739. n. 48.

Gottepoldus Abb. Faucenſis quando, a. 751. n. 3.

Gouarranus Ep. Lexobienſis, a. 752. n. 124.

Gozatius Preſbyter apud Karantanos, a. 768. n. 47.

Grabfeldi, a. 738. n. 15.

Grandis-Vallis Mon. attribuitur Diœceſi Baſileenſi, a. 748. n. 108.

Graphiu paganias obſeruari prohibeat cum Epiſcopo, a. 743. n. 52.

Graſſa, Mon. in E. Carcaſſonenſi, a. 755. n. 100.

S. Gregorij Mon. attribuitur Diœceſi Baſileenſi, a. 748. n. 109.

Gregorius, a. 749. n. 42. Abb. Vltraiectinus, *ibid.* n. 49. literas accipit à Lullo, *ibid.* n. 50. curam ſuſcipit Eccleſiæ Vltraiectinæ, manet tamen in gradu Preſbyterij, a. 755. nn. 140. *& ſeqq.* erudit Liudgerum, a. 758. n. 24 ſuſcipit Alubertum Anglum remittitque in Angliam, vt ordinetur Epiſcopus, a. 767. nn. 21. *& ſeqq.* eundem ordinatum Ep. ſuſcipit, a. 768. n. 46. promouet Religionem Chriſtianam ad Iſalam fluuium, a. 770. nn. 21. 22.

Gregorius III. PP. Legationes cum clauibus & vinculis S. Petri Carolo Maiori-domûs mittit, a. 741. nn. 2. *& ſeqq.* obit, *ibid.* n. 65.

Grifo, filius Caroli Maioris-domûs, à fratribus ob rebellionem incarceratur, a. 741. nn. 44. *& ſeqq.* educitur è cuſtodia, a. 747. n. 6. à Saxonibus ſuſcipitur deſeriturque, a. 748. nn. 85. 86. literas accipit à PP. *ibid.* n. 86. Boioariæ Ducatum vſurpat, victúſque Pippino fratri ſe ſummittit, à quo duodecim Comitatus accipit in Neuſtria, nec eâ ſorte contentus in Aquitaniam ad Waifarium Ducem fugit, a. 749. nn. 52. *& ſeqq.* diſcedit ex Aquitania, a. 752. n. 199. occiditur, a. 753. n. 44.

Grimbertus munificus erga Mon. S. Vitoni, a. 770. n. 30.

Grimo Abb. Corbeienſis, a. 741. nn. 20. 21. a. 752. n. 109.

Grimo Abb. Sarchinienſis obit, a. 745. n. 105.

Grimo Epiſc. M. Rotomagenſis, a. 742. n. 10. a. 744. n. 6. a. 745. nn. 47. 51. *& ſeqq.* obit. a. 746. n. 41. laudatur, *ibid.* nn. 42. 43.

Grimoldus Abb. Foſſatenſis quando, a. 768. n. 16.

Grinuara mater SS. Herlindis & Reinulæ, a. 742. n. 56.

Gubertus Ep. Genauenſis quando ſedit, a. 752. n. 166.

Guido Ep. Nouiomenſis ac Tornacenſis, a. 741. n. 56. a. 745. n. 20.

Guillermus Ep. Ecolîſmenſis, a. 752. n. 157.

Guitmarus Abb. Centulenſis, a. 752. n. 109. Attiniacenſi Placito ſubſcribit, a. 765. n. 36. Romam mittitur à Pippino, a. 766. n. 5.

Gumbertus, diſcipulus Burchardi Epiſc. munificus erga Eccleſiam Wirceburgenſem, a. 750. n. 40.

Gummarus Lirenſium & Encuſianorum Patronus, a. 756. n. 38.

Gundecer Preſbyter, a. 754. n. 32.

Gundelandus Abb. Laureſhamenſis, a. 763. n. 6.

Gundoaldus Abb. Grandis-Vallis, a. 769. n. 24.

Gunlindis fit Abbatiſſa Inferioris Hohemburgi, a. 765. n. 62.

Gunifridus filius S. Arnulphi M. fit Ep. Atrebatenſis & Cameracenſis, a. 750. nn. 42. 43.

Guntharius Comes munificus erga Eccleſiam Salisburgenſem, a. 766. nn. 7. 8.

Guntradus fit primus Abbas Lætienſis, a. 765. n. 63.

Guynmarus Ep. Leonenſis, a. 752. n. 124.

H

HADELOGA Kitzingenſis Abbatiſſa, filia Caroli Maioris-domûs, a. 741. nn. 39. 44. 45. a. 752. n. 89. obit, a. 755. n. 217.

Hado Epiſc. Carnotenſis, a. 762. n. 6. a. 768. n. 13.

Hæreditate ſuâ quinam priuandi, a. 772. nn. 19. 22.

Hainmarus Ep. Antiſſiodorenſis, a. 748. n. 83. a. 752. n. 136. a. 761. n. 10. dimittit Epiſcopatum, a. 763. n. 12. necatur, a. 765. n. 48.

Hamricus Abb. Mainretanus, a. 752. n. 125.

Hamud Preſbyter, a. 754. n. 32.

Hantelod, quid, a. 771. n. 55.

Hardebenus Abb. Sarchinienſis quando, a. 745. n. 105.

Hardradus fit Abb. Sitiuenſis, a. 766. n. 12.

Haribertus fit Abb. Morbachienſis, a. 762. n. 5. Romam mittitur à Pippino, a. 763. n. 3. a. 767. n. 10.

Hariſeus Ep. M. Veſontionenſis Attiniacenſi Placito ſubſcribit, a. 765. n. 25.

Haſbania, a. 742. n. 54.

Haſpra, Cella conditur pro Monachis Gemmeticenſibus, a. 766. n. 13.

Hatowf Preſbyter, a. 754. n. 31.

Haynius fit Ep. Carnotenſis, a. 754. n. 94. obit, a. 762. n. 6.

Heddo Ep. Argentoratenſis, a. 738. n. 15. mittit Monachos ad Altaichium Superius, a. 739. n. 43. intereſt Synodo Germanicæ, a. 743. nn. 34. 38. ſuffraganeus Metropolitæ Moguntini, a. 746. n. 34. literas accipit à PP. a. 748. nn. 64. 65. 78. aſſentitur erectioni Baſileenſis Epiſcopatûs, *ibid.* n. 106. condit Teſtamentum, a. 762. n. 1. Attiniacenſi Pla-

cito ſubſcribit, a. 765. n. 4. eius ſepultura & epitaphium, *ibid.*
Heidenheimium Mon. in E. Eyſtettenſi, a. 752. o. 9.
Heidenheimium Mon. puellare in E. Eyſtettenſi, a. 762. o. 7.
Heilga fit Abbatiſſa Kitzingenſis, a. 755. o. 217.
Henardus Abb. Foſſatenſis, a. 768. n. 16.
Herbertus Abb. Theologienſis quando, a. 770. o. 31.
Herbertus an proprius Epiſc. Mon. San-Dionyſiani, a. 768. n. 43.
Herdebenus Abb. Sarchinienſis quando, a. 760. n. 18.
Herembertus Ep. intereſt Synodo Romanæ, a. 769. nn. 2. 3.
Herlemundus Ep. Cenomanenſis obit, a. 743. o. 66.
Herlemundus II. fit Ep. Cenomannenſis, a. 755. n. 104. abdicat Epiſcopatum, a. 767. n. 23. an excæcatus à Gauzileno, *ibid.*
Herlindis prima Abbatiſſa Eykenſis, a. 742. n. 50. a. 749. o. 2.
Hermioardus fit Ep. M. Bituricenſis, a. 767. n. 20. intereſt Synodo Romanæ, a. 769. nn. 2. 3.
Hersfeldenſe Mon. quando conditum, a. 745. o. 80. a. 750. n. 8.
Herueus Abb. S. Carauni obit, a. 750. o. 4.
Herueus Ep. M. Veſontionenſis, a. 748. n. 106. a. 752. o. 145. ſubſcribit Priuilegio Gorzienſi, a. 757. n. 23.
Herulfus E. Lingonenſis, a. 754. n. 70. condit. Mon. Elwangenſe, a. 764. n. 19. intereſt Synodo Romanæ, a. 769. nn. 2. 3.
Hiddo fit Epiſc. Auguſtodunenſis, a. 755. n. 181. a. 761. o. 9. Attiniacenſi Placito ſubſcribit, a. 765. n. 18.
Hieronymus filius Caroli Maioris-domûs, a. 741. nn. 44. 45. 50. Stephanum III. PP. comitatur redeuntem Romam, a. 754. nn. 75. 79.
S. Hilarij Mon. in E. Carcaſſonenſi, a. 755. n. 99.
Hildebertus Abb. Gandenſis, a. 747. n. 23. a. 752. o. 107. a. 770. nn. 17. 18.
Hildebertus fit Ep Colonienſis, litémque mouet Bonifacio pro Eccleſia Vltraiectina, a. 753. nn. 42. 43. obit, a. 761. n. 50.
Hildegardus, Hildigungus, Ep. Sueſſionenſis Attiniacenſi Placito ſubſcribit, a. 765. n. 12.
Hildegarius Ep. Colonienſis, a. 750. n. 47. a. 752. o. 80. occiditur in Saxonia, a. 753. nn. 36. *& ſeqq.*
Hildolfus Abb. Cellæ Monachorum, a. 762. n. 1.
Hiltrudis, a. 765. o. 63. ſacrum velamen accipit, a. 768. n. 48.
Himiltrudis uxor Caroli M. a. 768. n. 33. a. 771. o. 3.
S. Hippolyti Mon. in E. Patauienſi, a. 754. n. 89.
S. Hippolyti Tranſlatio, a. 764. n. 14.
Hippolytus fit Abb. Condateſcenſis, a. 741. n. 59. Ep. etiam Bellicenſis, a. 755. o. 213. abdicat Epiſcopatum, a. 757. n. 106. Attiniacenſi Placito ſubſcribit, a. 765. n. 19. regit Mon. a. 759. n. 50. a. 763. o. 11.
Hircontius Abb. S. Remigij Senonis quando, a 750. n. 5.
Homicidium quomodo puniendum, a. 748. no. 31. 32. a. 771. n. 19. compoſitioni non eſt obnoxius in certis caſibus qui furem occidit, a. 771. no. 45. 56.
Honoratus E. Maſſilienſis obit, a. 767 o. 29.
Hornbachum, Mon. in Ep. Metenſi, a. 742. n. 56.
Houfredus Ep. Carpentoractenſis, a. 747. n. 27. a. 752. n. 168.
S. Huberti Ep. Leodienſis Tranſlatio, a. 743. n. 17.
Hubertus Ep. Sueſſionenſis quando ſedit, a. 745. n 13 a. 752. n. 99. a. 754. n. 27.
Hucbertus Ep Cabilonenſis, a. 761. o. 9.
Hucbertus Monachus Brittaniacenſis, a. 754. n. 27.
Hugibertus Dux Boioariæ obit, a. 738. n. 10.
Hunaldus Dux Aquitaniæ vincitur à Maioribus-domûs, a. 742. nn. 19. *& ſeqq.* capit cremátque Carnotum, a. 743. n. 60. pacem impetrat à Maioribus-domûs, a. 745. o. 110. Hattoni fratri ſuo eruit oculos fitque Monachus, *ibid.* n. 113. depoſitâ Monachi veſte rebellat & vincitur, a. 769. nn. 12. *& ſeqq.* lapidibus obruitur in Longobardia, a. 771. n. 1.
Hunfridus Abb. S Germani prope Pariſios quando, a. 751. n. 82.
Hunnanus Epiſc. Nouiomenſis ac Tornacenſis obit, a. 741. o. 56.
Huſo, piſcis prodigioſæ magnitudinis, a. 759. n. 5.

I

IACOB Epiſc. Tulleoſis, a. 752. n. 94. ſubſcribit Priuilegio Gorzienſi, a. 757. n. 24. dimiſſo iam Epiſcopatu ſubſcribit Attiniacenſi Placito, a. 765 o. 20. an Monachus San-Benignianus, *ibid.*
Iacurus fit Ep. Venetenſis, a. 756. n. 40. obit, a. 759. n. 11.
Ianuariæ Kalendæ paganis ſuperſtitionibus fœdæ, a. 743. n. 25.
Ieiunium contra tempeſtates & pro defunctis, a 757. n. 8.
Ilega Abb. San-Dionyſianus quando, a. 751. n. 80.

Illeſer Preſbyter, a. 754. n. 32.
Illmunſtrenſe Mon. in E. Friſingenſi, a. 754. n. 90.
Ilſungus fit primus Abb. Weſſobrunnenſis, a. 758. n. 39.
Imagines SS. a. 767. n. 2. a. 769. n. 4.
Immina cum ſodalibus ſecedit in *Karelburg*, ibique obit, a. 750. nn. 23. 24.
Ingelmundus Abb. S. Crucis, a. 752. n. 141. obit, a. 762. n. 9.
Ingelramnus Abb. Sarchinienſis quando, a. 745. n. 105.
Ingoara ſoror Ebbonis Ep. Senonenſis, a. 750. nn. 1. 2.
Iniuria Principis quomodo punienda, a. 771. n. 19.
Ioannes Abb. S. Clodoaldi ſubſcribit Attiniacenſi Placito, a. 765. n. 33.
Ioannes Abb. S. Petri fit Ep. Saliſburgienſis, a. 739. nn. 27. 32. 37. intereſt Dedicationi Mon. Tegernſeenſis, a. 754. n. 85. obit, a. 759. n. 5.
Ioannes Ep. Albigenſis, a. 752. n. 149.
Ioannes Ep. Auenionenſis, a. 739. n. 10. a. 750. n. 5.
Ioannes Ep. Conſtantienſis, Abb. Augiæ & S. Galli, a. 759. n. 9. a. 760. nn. 11. 12. a. 761. nn. 17. 18. ſubſcribit fundationi Mon. Laureshamenſis, a. 763. nn. 5. 7 Attiniacenſi Placito, a. 765. n. 22.
S. Ioannis Baptiſtæ caput an ſuſceptum à Pippino in Aquitania, a. 761. n. 13.
S. Ioannis Mon. puellare Senonis, a. 750. n. 3.
S. Ioannis Mon. puellare Valentianis mutatur in Collegium Canonicorum ſecularium, a. 749. n. 1.
Ioſephus fit Epiſc. Auenionenſis, a. 765. n. 66. intereſt Synodo Romanæ, a. 769. nn. 2. 3.
Ioſephus fit Ep. Friſingenſis, a. 767. nn. 15. *& ſeqq.* obit, a. 770. n. 24.
Iſingerus Abb. S. Martini Treuirenſis quando, a. 752. n. 95.
Italiæ diuiſiones ante Pippini tempora, a. 755. nn. 68. *& ſeqq.*
Iudicael Ep. Aletenſis obit, a. 740. n. 4.
Iudices quas cauſas primo loco audire debeant, a. 755. n. 105. dona pro iuſtitia facienda non accipiant, *ibid.* n. 107. comparticipes furti cenſentur, ſi furem in bina vel terna reprehenſione non damnant, a. 771. n. 58.
Iudicium euindictale vel euidentale, a. 751. n. 79. iudicium euindicationis, *ibid.* n. 81.
Iuncellum, Mon. in E. Biterrenſi, a. 755. n. 97.
Iuramenta ſuper Reliquias SS. fieri ſolita, a. 757. nn. 11. 12.
Iuſtokus fit Ep. Venetenſis, a. 745. n. 107. obit, a. 756. n. 40.

K

KAVISARIVS ſeu Kauillarius aut Kauillanus Ep. Arelatenſis, a. 751. n. 168. obit, a. 760. n. 26.
Kenomonocus Ep. Venetenſis obit, a. 745. n. 107.
S. Kilianus ſociique quando eleuati, a. 750. nn. 21. 22.

L

LAIFINVS Abb. Agaunenſis quando, a. 740. n. 12.
Lancegiſilus Ep. Carnotenſis quando ſedit, a. 751. n 167.
Landfridus varia condit Monaſteria in Boioaria, a. 742. nn. 23. *& ſeqq.* Burenſis Abb. intereſt Synodo Dingoluingenſi, a. 771. nn. 23. 34.
Landrada Abbatiſſa Belyſienſis, an filia Caroli Maioris-domûs, a. 741. n. 54.
Landtarius ſeu Laudarius fit Ep. M. Bituricenſis, a. 763. n. 10. obit, a 767. n. 20.
Landricus Abb. Gemmeticenſis quando, a. 766. n. 13.
Lanfredus Alemannus pugnat in caſtris Caroli Maioris-domûs aduersùs Saracenos, a. 739. n. 8. auxilio eſt Gripponi in Boioaria, a. 749. n. 54. obit, a. 751. n. 42.
Lantfredus Abb. S. Germani prope Pariſios detinetur in Aquitania ſub cuſtodia, a. 739. n. 51. dimittitur, a. 742. n. 21. Attiniacenſi Placito ſubſcribit, a. 765. n. 32.
Lanthildis ſeu Nanthildis Abbatiſſa Almaniſcenſis, a. 746. nn. 44. 46. a. 752. n. 123. a. 770. n. 26. a. 771. n. 5.
Lardum crudum quando comedendum, a. 751. nn. 30. 31.
Latinus Preſbyter apud Karantanos, a. 768. n. 47. a. 770 n. 23. a. 771. n. 7.
Lato Epiſc. Nemetenſis, a. 738. n. 15. obit, a. 741. n. 57.
Laureshamenſe Mon. in E. Wormacienſi, a. 763. nn. 74. *& ſeqq.* ditatur à Cancrone Comite, a. 770. n. 34.
Leberacum, Mon. in E. Argentoratenſi, a. 749. n. 67.
Lector vxorem accipere poteſt, a. 748. n. 26.
Leduardus Ep. Matiſconenſis quando ſedit, a. 769. n. 26.
Lendenaus Ep. ſubſcribit Priuilegio Gorzienſi, a. 757. n. 31.
Leo Abb. Theologienſis quando, a. 752. n. 95.
Leo Ep. Conſtantienſis, a. 752. n. 116.
Leo Ep. M. Rauennæ, a. 770. n. 16.
Leo Imp. obit, a. 741. nn. 61. *& ſeqq.*
Leoboldus Ep. Lingonenſis quando ſedit, a. 751. n. 139.

Leodegarius

Leodegarius Abb. Corbeienſis Attiniacenſi Placito ſubſcribit, a. 765. n. 37.
Leodeningus Ep. Baiocenſis Attiniacenſi Placito ſubſcribit, a. 765. n. 26.
Leopardus Ep. Gratianopolitanus quando ſedit, a. 764. n. 23.
Leoteria ſoror Ebbonis Ep. Senonenſis, a. 750. nn. 1. 2.
Letienſe Mon. in E. Cameracenſi, a. 765. n. 62.
Leutfredus Abb. Crucis S. Audoeni obit, a. 738. nn. 23. 24.
Liafburga mater S. Ludgeri, a. 758. nn. 32. 35. 36.
Liafwinus Presbyter Oratorium conſtruit ad Iſalam fluuium, a. 770. nn. 21. 22. Eccleſiam Daventriæ, a. 771. n. 6.
Libertus aquis ſuffocatur, vitæque reſtituitur, deinde præeſt Vlmenſi Clericorum Monaſterio, a. 756. n. 37.
Liliuſa munifica erga Mon. San-Benignianum, a. 765. n. 20.
Lioba Abbatiſſa Biſchofſheimienſis, a. 749. nn. 34. 35. 38. a. 752. n. 81. a. 754. n. 39. a. 770. n. 31.
Litaniæ abſque ieiunio pro lætiore gratiarum actione, a. 760. n. 23.
Liutprandus R. Longobardorum auxilio eſt Francis aduersùs Saracenos, a. 739. n. 8. infenſus Papæ, a. 741. nn. 5. *& ſeqq.*. pacem cum Francis cuſtodit, a. 744. n. 19. obit, *ibid.*
Lognai, a. 738. n. 13.
Lotharius Ep. Sagienſis, a. 752. n. 116. obit, a. 756. n. 22.
Luchenardus fit Ep. Venetenſis, a. 766. n. 17.
Lucia Abbatiſſa Horreenſis quando, a. 770. n. 33.
S. Lucij Mon. in E. Curienſi, a. 745. nn. 117. 119.
Ludgerus Vltraiectum mittitur erudiendus à Gregorio, a. 758. nn. 24. 37. fit Clericus, a. 760. n. 13. it in Angliam fitque Diaconus, a. 767. nn. 21. *& ſeqq.* redit Vltraiectum ad Gregorium Abb. a. 768. n. 46. it iterum in Angliam, a. 769. n. 19. eius ætas & genus, a. 758. nn. 25. *& ſeqq.* epiſtola commentitia, a. 749. n. 52. a. 754. n. 78. vita à quibus ſcripta, a. 758. nn. 19. *& ſeqq.*
Ludulphus Abb. Agaunenſis quando, a. 740. n. 12.
Lullus ſcribit Gregorio Presbytero & Abbati Vltraiectino, a. 749. n. 50. cum literis Romam mittitur à Bonifacio Archiepiſcopo Moguntino, a. 751. nn. 5. *& ſeqq.* fit Archiep. Moguntinus, a. 752. n. 196. aduerſatur Sturmio Abb. Fuldenſi, a. 755. n. 139. a. 758. n. 1. a. 759. n. 7. a. 760. n. 20. conſulitur à Megingando Ep. Wirceburgenſi, a. 760. n. 21. literas accipit à Pippino R. *ibid.* n. 25. à Bregouuino Archiep. Dorouernenſi, *ibid.* n. 24. à Wigberchto Abb. Friteſlarienſi & ab alio Wigberchto Presbytero, a. 754. nn. 101. *& ſeqq.* Attiniacenſi Placito ſubſcribit, a. 765. n. 5. intereſt Tranſlationi S. Goaris, a. 768. n. 45. Synodo Romanæ, a. 769. nn. 2. 5. ordinat Bernwelphum Ep. Wirceburgenſem, *ibid.* n. 19.
Lupicinus fit Abb. Fabarienſis, a. 750. n. 15. obit, a. 761. n. 20.
Lupo Presbyter, patrinus Chetimari Ducis Sclauorum, a. 763. n. 8.
Lupus Dux Waſconiæ conſtituitur à Pippino R. a. 768. n. 2.
Lupus Ep. Auguſtenſis, a. 752. n. 173. ſubſcribit Priuilegio Gorzienſi, a. 757. n. 21.
Lupus fit Epiſc. Auſcienſis, a. 752. n. 162. ſubſcribit Priuilegio Gorzienſi, a. 757. n. 27. obit, a. 760. n. 27.
Lupus fit Ep. M. Senonenſis, a. 762. n. 6. Attiniacenſi Placito ſubſcribit, a. 765. n. 6. obit, a. 766. n. 9.
Lutberius Epiſc. Genauenſis obit, a. 764. n. 22.

M

MACHARIVS Epiſc. Sueſſionenſis quando ſedit, a. 745. n. 15.
Madalbertus Ep. Sueſſionenſis quando ſedit, a. 765. n. 12.
Madalbertus ſeu Maldabertus fit Epiſc. M. Lugdunenſis, a. 754. n. 74.
Madelanus Epiſc. Laudunenſis quando ſedit, a. 745. n. 15.
Madelhodus Presbyter in Karinthiam mittitur, a. 771. n. 7.
Madelueus Abb. S. Vitoni, a. 749. n. 69. a. 752. n. 98. fit etiam Ep. Virodunenſis, a. 753. n. 64. Attiniacenſi Placito ſubſcribit, a. 765. n. 24. curat ſollicitè res ſui Epiſcopij ſuæque Abbatiæ, a. 770. nn. 21. 22.
Magnibertus Ep. Pictauienſis, a. 762. n. 3. a. 768. n. 14.
Maior-domûs in exercitu vnum aut duos Epiſcopos cum Capellanis & Presbyteris eorum, & vnuſquiſque Præfectus vnum habeat Presbyterum, qui hominibus peccata confitentibus indicere pœnitentiam poſſit, a. 743. n. 45.
Mainulfus Ep. Carnotenſis quando ſedit, a. 751. n. 168.
Maintanus Presbyter Chetimaro Sclauorum Duci petcharus, a. 762. n. 8.
Manaſſes fit Abb. Flauniacenſis, a. 755. n. 181. transfert Reliquias S. Præiecti, a. 763. n. 2. ſubſcribit Placito Attiniacenſi, a. 765. n. 38.
Mancipia Chriſtiana paganis non tra-

denda, a. 744. n. 4.
Mangandus Ep. ſubſcribit Priuilegio Gorzienſi, a. 757. n. 31.
Manno Ep. Neoburgenſis, a. 771. nn. 23. 24. 27.
Manſea Mon. in E. Salisburgienſi, a. 739. n. 46.
Manſus veſtitus, a. 766. n. 8.
Marchelmus, a. 749. n. 51. a. 770. nn. 21. 22.
Marciliacum Mon. in E. Cadurcenſi, a. 752. n. 153.
Marcomannus Ep. Auguſtanus, a. 751. n. 3. a. 752. n. 80.
Marcus pſeudo-Abbas Fuldenſis, a. 758. n. 1. eiicitur, a. 759. n. 13.
Marinus Presbyter Romanus ob familiaritatem cum Georgio Imperatoris Secretario vituperatur à Paulo PP. a. 758. nn. 3. 12.
Marinus fit Abbas Alro-Monaſterienſis, a. 755. n. 215.
Maſciacum, Mon. in E. Bituricenſi, a. 752. n. 150.
Maſonis Mon. attribuitur Diœceſi Baſileenſi, a. 748. n. 110.
Maſſa, quid, a. 762. n. 1.
Matrimonium. Illicitæ copulæ, a. 743. n. 24. a. 745. n. 42. a. 753. nn. 3. & ſeqq. a. 754. nn. 6. & ſeqq. a. 771. n. 14. adulteria & inceſta matrimonia prohibentur, a. 744. n. 4. a. 748. nn. 12. 17. 30. a. 757. nn. 7. & ſeqq.
Maurellus Abb. Reomaenſis obit, a. 751. n. 2.
Maurinus Ep. Ebroicenſis Attiniacenſi Placito ſubſcribit, a. 765. n. 10.
Maurīolus Ep. Andegauenſis Attiniacenſi Placito ſubſcribit, a. 765. n. 29. Præceptum obtinet à Carolo R. pro ſua Eccleſia, a. 770. n. 1.
Mauron̄tus ex Abbate S. Victoris fit Ep. Maſſilienſis, a. 767. n. 29.
Medo Abb. Floriacenſis, a. 752. n. 138. a. 755. n. 115.
Megingaudus ſeu Megingus Monachus Friteſlarienſis, a. 746. n. 36. fit Ep. Wirceburgenſis, a. 751. nn. 57. & ſeqq. ſepelit Burchardum, a. 754. n. 99. diſtinguitur à Mengotto, *ibid.* n. 100. Attiniacenſi Placito ſubſcribit, a. 765. n. 14 intereſt Tranſlationi S. Goaris, a. 768. n. 45. abdicat Epiſcopatum, condit Neoſtadium Mon. vexatúrque à Bernwelpho ſucceſſore, a. 769. n. 19. conſulit Lullum Archiep. Moguntinum, a. 760. n. 21.
Mengottus, a. 754. n. 100.
Menſebius Ep. ſubſcribit Priuilegio Gorzienſi, a. 757. n. 31.
Merolus Monachus Aurionenſis fit Chorepiſcopus Cenomannenſis, a. 769. n. 20.
Merſeidus Ep. Pariſienſis quando ſedit, a. 745. n. 23.
Merulfus Ep. M. Senonenſis, a. 761. nn. 10. 12. obit, a. 762. n. 6.
Metenſium Canonicorum Regula, a. 757. nn. 33. & ſeqq.
Metropoles Franciæ ſeptemdecim, Pippino Regnum ineunte, a. 752. nn. 176. & ſeqq.
Metropolitanus quomodo honorandus, a. 748. n. 6.
Michael Ep. Luteuenſis, a. 763. n. 13.
S. Michaelis Mon. in E. Virodunenſi dedicatur, a. 754. n. 5.
Milo Abb. S. Crucis prope Meldas, a. 762. n. 9.
Milo Archiep. Treuirenſis inuaſor Sedis Remenſis, a. 745. n. 8. a. 751. n. 29. a. 752. nn. 94. 99. obit, a. 753. nn. 65. & ſeqq.
Mitoldus Ep. Bellouacenſis quando ſedit, a. 745. n. 16.
Miſſæ pro defunctis celebrantur, a. 749. n. 59. a. 757. n. 8. a. 765. n. 2. a. 771. n. 23. contra tempeſtates, a. 757. n. 8.
Moderamus ſeu Moderannus Ep. Auguſtodunenſis, a. 747. nn. 33. 35.
Modeſti à S. Amabile tela, quibus nos impugnat in cauſis Salonij & Sagittarij Epiſcoporum, Andoueræ Reginæ Francorum, Irminæ Abbatiſſæ, & Edilbergæ Reginæ Nordanhumbrorum, retunduntur, a. 755. nn. 145. & ſeqq.
Modeſtus fit Ep. Carantanorum, a. 768. n. 47. obit, a. 770. n. 23.
Moguntia Metropolitanam dignitatem recuperat, a. 746. n. 34. a. 748. n. 80.
Monachus viuat iuxta Regulam S. Benedicti, a. 743. n. 56. a. 744. n. 2. iuxta Regulam Sanctam, a. 745. n. 29. promotus ad Clericatum non deuiet à propoſito, a. 748. n. 18. comam non nutriat, a. 754. n. 25. non vagetur, a. 755. n. 192. quomodo plectendus ſi fornicatur, a. 743. n. 53. a. 744. n. 2. ſi non manet in ſuo propoſito, a. 748. nn. 14. 38.
Monaſteriolum in E. Sagienſi, a. 746 n. 45.
Moneta, a 755. n. 210.
Monialis prohibetur nubere, a. 771. n. 14. viuat iuxta Regulam S. Benedicti, a. 743. n. 56. a. 744. n. 2. iuxta Regulam Sanctam, a. 745. n. 29. ad Miſſas non pſallat, a. 748. n. 10. lapſa pœnitentiam agat in Monaſterio, a. 755. n. 188. quomodo plectenda ſi lapſa eſt in fornicationem, a. 743. n. 53. a. 744. n. 2. ſi non ſeruat propoſitum, a. 748. n. 38. an Moniales inuicem ſibi pedes abluere debeant, a. 751. n. 25.
Morontus Saracenos in ſuæ perfidiæ præſidium adſciſcit, fugatúrque à Carolo

Maiore-domûs, a. 739. n. 8.
Murbachium Mon. attribuitur Diœceſi Baſileenſi, a. 748. nn. 109. 110.

N

S. NABORIS Tranſlatio, a. 764. n. 15. a. 765. nn. 54. & *ſeqq.*
Nadatinus ſeu Nadalinus Ep. Aurelianenſis, a. 770. n. 28.
Nantharius Abb. Sitinenſis, a. 745. n. 106. a. 746. n. 59. a. 752. nn. 67. 108. obit, a. 754. n. 38.
Narbo obſidetur à Francis, a. 752. n. 200. capitur, a. 755. n. 81. medietas ciuitatis datur Archiepiſcopo, a. 769. n. 3.
Narbonenſis prouinciæ à Pippino ſubactæ Epiſcopatus & Monaſteria, a. 755. nn. 92. & *ſeqq.*
S. Nazarij Tranſlatio, a. 764. n. 15. a. 765. nn. 54. & *ſeqq.*
Neoburgenſis Epiſcopatus, a. 752. n. 74.
Neoſtadium Mon. in E. wirceburgenſi, a. 769. n. 19.
Neouilla, Mon. in E. Argentoratenſi conditur, a. 738. n. 34.
Nicephorus Imperator, a. 742. n. 58. deponitur, a. 745. n. 62.
Nidroborgiom, Mon. puellare Pataniæ, a. 739. n. 45.
Nimbriſius Archiep. Narbonenſis, a. 763. n. 13.
Niſtreſi, a. 738. n. 13.
Nodfyrs, ignes in obſequium deorum à paganis editi, a. 743. n. 52. a. 744. n. 8.
Nonæ & decimæ, a. 764. n. 10.
Norbertus Abb. Agaunenſis quando, a. 740. n. 12.
Nordrannus fit Abb. Corbeienſis, a. 770. n. 29.
Nothgrimus pater S. Ludgeri, a. 758. n. 31.
Nothradus auus maternus S. Ludgeri, a. 758. nn. 32. 33.
Noualicienſe Mon. in E. Maurienenſi inſtauratur, a. 756. nn. 18. 19.
Nuptiæ publicè celebrandæ, a. 755. n. 197.

O

OBOLENVS ſponſus Glodeſindis, a. 769. nn. 31. 32. a. 770. n. 32.
Odilardus Ep. Namnetenſis quando ſedit, a. 756. n. 29.
Odilardus, Vtilradus, Votilradus, fit Abb. S. Maximini, a. 753. n. 60. ſuperſtes, a. 766. n. 1.
Odilia Hohemburgenſis Abbatiſſa, a. 752. n. 84. obit, a. 765. n. 61.
Odilo ſiue Otilo vel Vtilo fit Dux Boioariæ, a. 738. n. 10. pugnat in caſtris Caroli Maioris-domûs aduerſùs Saracenos, a. 739. n. 8. multa condit Monaſteria, *ibid.* nn. 41. & *ſeqq.* a. 742. n. 54. a. 742. n. 22. aſſumit Regis Titulum deponitque victus à Maioribus-domûs, a. 743. nn. 60. & *ſeqq.* fauet Theobaldo Duci Alamanniæ rebelli, a. 745. n. 111. obit, a. 748. nn. 88. & *ſeqq.* eius munificentia erga Eccleſias Saliſburgienſem & S. Maximiliani, & erga varia Monaſteria, *ibid.* nn. 91. 92. ſepultura, *ibid.* n. 93.
Odonius, Odoenus, Odonianus, fit Ep. Siluanectenſis, a. 771. n. 4.
Omotarius Ep. Laudunenſis quando ſedit, a. 745. n. 15.
Opportuna Abbatiſſa Monaſteriolenſis, a. 746. nn. 44. & *ſeqq.* a. 758. n. 123. ſepelit fratrem ſuum Chrodegandum Ep. Sagienſem, a. 770. n. 26. obit, a. 771. n. 5. cur dicta Abbatiſſa Alamanniſcarum, *ibid.*
Opportunus Abb. Manſeenſis, a. 739. n. 46. a. 771. n. 29.
Oratoria extra vrbes quomodo conſecranda, a. 748. nn. 20. & *ſeqq.*
Ordalium, a. 771. n. 50.
Ordo & cantus Romanus, a. 758. n. 5.
Organum cum aliis muneribus ab Imp. mittitur ad Pippinum, a. 757. n. 10.
Oſtaldus fit Ep. M. Turonenſis, a. 754. n. 93. ordinat Herlemundum Ep. Cenomannenſem, a. 755. n. 104.
Orgarius è Boioaria Romam proficiſcitur cum Adalberto fratre, a. 751. nn. 46. & *ſeqq.* redit cum eodem fratre, deferſque corpus S. Quirini, a. 752. nn. 201. 202. condit cum fratre Monaſteria, Tegernſeenſe & S. Hippolyti, fitque Monachus Tegernſeenſis, a. 754. nn. 85. & *ſeqq.*
Othmarus, Cellæ San-Gallenſis inſtaurator & Abb. a. 752. n. 87. Pippino R. præſentatur, a. 754. n. 77. Donationem accipit à Strachfrido, a. 755. n. 214. à Podalo, a. 757. n. 28. obit grauem paſſus calumniam, a. 758. n. 40. transfertur, a. 768. n. 45.

P

PAGANÆ ſuperſtitiones prohibitæ, a. 743. nn. 25. 52. a. 744. n. 5. a. 745. n. 38.
Paganiarum indiculus, a. 744. n. 8.
Paldo primus Abb. Mon. S. Vincentij prope Vulturnum, a. 754. n. 75.
Pallium Archiepiſcopale, a. 745. n. 47. a. 751. nn. 10. & *ſeqq.*
Papho-Monaſterium in E. Reginoburgenſi, a. 742. n. 22.
Pardulphus Abb. waractenſis obit miraculis clarus, a. 743. nn. 67. & *ſeqq.*
Paſchalis, anteà coniugatus & multorum liberorum è legitimo toro pater, fit Ep. Curienſis, a. 754. nn. 83. 84. obit

Carzienſi Mon. iam inchoato, a. 756. n. 32.

Paſchalis ignis, a. 755. nn. 20. 21.

Paternus an Ep. S. Martini Toronis, a. 760. n. 25.

Patriciatus Romanus, quid, a. 754. n. 57.

Paulus electus Papa mox amicitiam Pippini poſcit, frequentes ad eum mittit Nuncios cum litteris aduersùs Longobardos & Græcos, a. 757. nn. 94. *& ſeqq.* Sabanum, in quo baptizata Giſlana Pippini filia, iuxta corpus S. Petronillæ depoſuit, *ibid.* n. 95. ſcribit omnibus Francis, *ibid.* n. 104. ne Franci cum Græcis fœdus ineant plorimùm timet, & Romæ cum Deſiderio R. Longobardorum de pace loquitur, a. 758. nn. 2. *& ſeqq.* Carolum & Carolomannum per varias epiſtolas hortatur, vt patris auique zelum de tuenda Eccleſia æmulentur, *ibid.* n. 15. cupit patrinus fieri prolis Regiæ, a. 759. n. 2. Pippino ex Aquitania reuerſo gratulatur, a 760. n. 8. ei donat Mon. S. Sylueſtri in monte Soracte, aliáque tria illi ſubiecta, a. 762. n. 4. ei ſcribit, a. 764. nn 10. *& ſeqq.* a. 765. nn. 49. *& ſeqq.* a. 766. n. 4. a. 767. nn. 6. 7. obit, a. 767. nn. 6. 7.

Peregrini, a. 755. n. 204.

Periurium prohibetur, a. 745. n. 34.

S. Petri claues & vincula Carolo Maioridomûs mittuntur à PP. a. 741. n. 2.

S. Petri Mon. Bauzani in E. Sabionenſi, a. 769. n. 51.

Petronax Abb. Caſinenſis, a. 749. nn. 59. 60.

Philippus pſeudo Papa, a. 768. n. 18.

Pippinus Pippini R. filius naſcitur, a. 759. n. 1. obit, a. 761. n. 7.

Pippinus Carolomanni R. filius naſcitur, a. 770. n. 8. patrem amittit, a. 771. nn. 62. 63.

Pippinus fit Maior Palatij Neuſtraſiani, a. 741. n. 23. proficiſcitur in Borgundiam cum exercitu, *ibid.* n. 26. vincit Alamannos, a. 742. nn. 19. 25. a. 743. nn. 60. *& ſeqq.* a 744. n. 14. Aquitanos, a. 745. nn. 19. *& ſeqq.* a. 745. n. 110. a. 746. n. 37. a. 760. nn. 2. *& ſeqq.* a. 761. nn. 1. *& ſeqq.* a. 762. nn. 2. 3. a. 763. n. 1. a. 765. n. 48. a. 766. n. 4. a. 767. nn. 4. 5. 6. 14. 15. a. 768. nn. 1. 2. 3. 6. Boioarios, a. 743. nn. 60. *& ſeqq.* Saxones, a. 747. nn. 12. 13. a. 753. nn. 36. 37. a. 758. n. 1. dat Præceptum pro Eccleſia Matiſconenſi, a 743. no. 1. 2 pro Treuerenſi, a. 760. n. 1. pro Vltraiectina S. Martini, a. 753. no. 26. *& ſeqq.* pro Mon. Epternacenſi, a. 754. n. 92. pro San-Dionyſiano, a. 757. nn. 4. 5. a. 768. nn. 10. *& ſeqq.* dicitur Princeps Francorum, a. 745. n. 45. nominationem Epiſcoporum obtinet à PP. *ibid.* nn. 100. 101. exercet Maioratum Auſtriæ ob teneriorem ætatem Drogonis nepotis ex fratre, a. 747. n. 10. conſulit Zachariam PP. *ibid.* n. 18. bona Mon. S. Dionyſij ablata curat reſtitui, a. 748. n. 84. bellum gerit in Saxonia contra Gripponem, *ibid.* nn. 85. 86. item in Boioaria, a. 749. nn. 51. *& ſeqq.* in Aquitania contra Gripponem & Waifarium, a. 751. n. 199. in Gothia contra Saracenos, *ibid.* n. 200. munificus erga Mon. Altonis, a. 750. n. 9. erga Condateſcenſe, a. 763. n. 15. erga Sam-Maximinianum, a. 766. n. 1. erga Flauiniacenſe, a. 747. n. 31. erga Fuldenſe, a. 768. n. 1. erga San-Dionyſianum, a. 753. n. 1. erga Mon. S. Marcelli, a. 761. n. 9. erga Mon. S. Emmerami, *ibid.* n. 23. Rex eleuator Sueſſione, abſente Bonifacio Archiep. Moguntino, & inconſulto PP. a. 752. nn. 1. *& ſeqq.* è qua familia ortus, *ibid.* n. 72. ob inſignem prudentiam laudatur, *ibid.* n. 199. ſuſcipit Stephanum III. PP a. 754. n. 1. intereſt Tranſlationi S Germani *ibid.* nn. 31. 32. vngitur à PP cum filiis & vxore, fitque Patricius Romanorum, & à periurio in Childericum admiſſo abſoluitur ſtirpe Merouaeadarum extinctâ, *ibid.* nn. 34. *& ſeqq.* ſalutaribus PP. monitis reuocatur à turpi libidine, *ibid.* n. 59. cum redueit in Italiam vincitque Longobardos, *ibid.* nn. 73. *& ſeqq.* Eccleſias Gallicanas Cantum & Ordinem Romanum per Romanos Clericos edocendas curat, *ibid.* n. 74. Priuilegia Mon. Fuldenſis confirmat, a. 755. n. 8. Campum Martij mutat in Campum Maij, *ibid.* nn. 10. 11. iterum proficiſcitur in Italiam, pacéque cum Longobardis denuò factâ Exarchatum Rauennatem aliáque loca Sedi Apoſtolicæ tradit inſigni Donatione, *ibid.* nn. 12. *& ſeqq.* Franciam auget integrâ Septimaniâ necnon Gerundâ & Barcinone, pulſis inde Saracenis, *ibid.* nn. 81. *& ſeqq.* varias accipit epiſtolas à Paulo PP. a. 757. no. 94 *& ſeqq.* a. 764. nn. 11. *& ſeqq.* a. 765. nn. 49. *& ſeqq.* a. 766. n. 5. a. 767. n. 7. à Conſtantino Pſeudo-Papa, a. 767. nn. 8. *& ſeqq.* à Senatu & popolo Romano, a. 757. n. 105. organum & alia munera à Conſtantino Imp. *ibid.* n. 10. Legationem à Calipha, a. 768. nn. 1. 5. libros Græcos à Paulo PP. a. 758. n. 5. Mon. S. Sylueſtri in monte Soracte, aliáque tria ei ſubiecta, a. 762.

n. 4. linteum, in quo baptizata Giſlana filia, mittit Romam, a. 757. n. 95. à Deo corripitur, a. 760. n. 1. condit Mon. Prumiæ, *ibid.* n. 15. conſtans eſt in amicitia erga Paulum PP. a. 763. n. 3. vrbes Aquitaniæ muris nudatas reparari iubet, a. 764. n. 9. nonas & decimas præter precarium cenſum Eccleſiis ſolui præcipit, *ibid.* n. 10. Cellam S. Goaris Abbati Prumienſi regendam committit, a. 765. n. 1. Aquitanico bello confecto, diuiſoque inter filios Regno, & Baſilicâ S. Dionyſij ædificari cœptâ moritur, a. 768. nn. 6. *& ſeqq.* eius ætas, laudes, vxor, liberi, *ibid.* nn. 27. *& ſeqq.*

Placitum, a. 762. n. 2.

Pœnitentia, Preſbyteris, Clericis, Monachis, & Monialibus, in fornicationem lapſis imponenda, a. 743. n. 53. a. 744. n. 2. homicidis & adulteris, a. 748. nn. 31. *& ſeqq.* Maior-Domûs in exercitu vnum aut duos Epiſcopos cum Capellanis & Preſbyteris eorum, & vnuſquiſque Præfectus vnum habeat Preſbyterum, qui hominibus peccata confitentibus indicere pœnitentiam poſſit, a. 743. n. 45.

Pœnitentium varij gradus, a. 748 nn. 34. *& ſeqq.* duplex reconciliatio, *ibid.*

Pollingum, Mon. puellare in Boioaria, a. 742. n. 32.

Porcarius Abb. Lerinenſis Martyr cum quingentis Monachis, a. 739. nn. 14. *& ſeqq.*

Poſtbertus fit Epiſc. Genauenſis, a. 764. n. 22.

Præceptum pro Eccleſia Andegauenſi, a. 770. n. 1. pro Remenſi, a. 768. nn. 55. 56. pro Treuirenſi, a. 760. n. 1. pro Vltraiectina S. Martini, a. 753. nn. 26. *& ſeqq.* a. 770. n. 1 pro Mon. Deruenſi, a. 745. nn. 123. *& ſeqq.* pro San-Dionyſiano, a. 750. nn. 45. 46. a. 752. nn. 77. 78. 79. 80. 83. *& ſeqq.* a. 757. n. 6. a. 766 n. 3. a. 769. n. 9. pro Epternacenſi, a. 754. n. 92. pro Sam-Maximiniano, a. 766. n. 1. pro Mon. S. Germani prope Pariſios, a. 752. n. 82.

S. Præiecti Reliquiæ in Burgundiam deferuntur, a. 763. n. 2.

Preſbyter an iterum ordinandus, cùm incognitus eſt is à quo fuit ordinatus, & dubium eſt eum Epiſcopum fuiſſe, a. 739. n. 40. ignotus ante probationem Synodalem ad Eccleſiaſticum miniſterium non admittendus, a. 743. n. 51. a. 745. n. 36. caſula non ſago vtatur, a. 743 n. 53. lapſus in crimen ſecretam ſeceſſionem expetat ad peragendam pœnitentiam, a. 748. n. 29 in aliam parochiam præter Epiſcopi ſui conſcientiam non migret, *ibid.* n. 24. peregrinus ſine commendatitiis literis non ſuſcipiatur, *ibid.* n. 27. vagus coercendus, *ibid.* n. 46. quâ ætate ordinandus, a. 752. nn. 27. 28. à vago Epiſcopo non ordinetur, a. 753. n. 17. degradatus poteſt baptizare in neceſſitate, *ibid.* n. 18. abſtineat ab vxore ſua, a. 748. n. 16. vitet familiaritatem mulierum, a. 743. n. 55. damnatus priſtinum officium non vſurpet, a 748. n. 7. quomodo plectendus, ſi fornicator, ſi ebrioſus, ſi venator, ſi bellator, a. 743. nn. 22. 26. 53. ſi ſuperbit contra Epiſcopum, a. 748. nn. 8.-13. ſi factus eſt ex laico Preſbyter, & criminales cauſas celauit, quibus erat obuolutus, a. 752. n. 36. ſi mulierem iniuſtam velauit, a. 753. n. 7. Preſbyteri Parochiarum ſubditi Epiſcopis, a. 743. nn. 47. *& ſeqq.* a. 755. n. 190. ob Sacerdotum flagitia res Chriſtianis aduerſus paganos malè cedunt, a. 743. nn. 57. 58.

Preſzolus fit Abb. Fuldenſis, Sturmio tunc exule, a. 759. n. 13. adit Pippinum R. a 760. n. 19.

S. Priuati Cella in E Metenſi, a. 749. n. 67.

Priuilegium pro Monſteriis Deruenſibus, a. 745. nn. 122. *& ſeqq.* pro San-Dionyſiano, a. 768. nn. 35. *& ſeqq.* pro Fuldenſi, a. 752. nn. 13. *& ſeqq.* a. 755. n. 9. pro Gorzienſi, a. 757. nn. 15. *& ſeqq.* pro Liberaco & aliis à Fulrado Abb. conditis, a. 757. nn. 1. *& ſeqq.* pro Mon. S. Petri Viui, a. 752. n. 89. *& ſeqq.* pro Fulrado Abb. a. 768. n. 38.

Priuilegium in quo conſiſtat, a. 752. nn. 97. *& ſeqq.*

Proculus fit Ep. M. Viennenſis, a. 754. n. 74. de afflictione ſuæ Eccleſiæ queritur apud Stephanum III. PP. & conſolatorias ab eo literas accipit, a. 755. n. 216. obit, a 767. n. 6.

Protadius Abb. Agaunenſis quando, a. 740. n. 12.

Prumia, Mon. in E. Treuirenſi, a 760. n 14.

Pſalmodia perennis an inſtituta in Mon. S. Dionyſij, a. 768. nn. 52. *& ſeqq.*

Pſalteria pſalluntur pro defunctis, a. 757. n. 8. a. 765. n. 1. a. 772. n. 23. contra tempeſtates, a. 757. n. 8.

Puerulus à patre offertur in Monaſterio, a. 770. n. 35.

Putei-Orbis Mon. puellare in E. Lingonenſi, a. 764. n. 20.

Pyrminius multa dicat Monaſteria in Boioaria, a. 739. nn. 43. *& ſeqq.* a. 742. n. 22. an Procepiſcopus Metenſis, a. 742. n. 56. intereſt fundationi Mon.

Hornbachenſis, *ibid.* condit Mon. *Vviſaburc*, a. 751. n. 4. viſitatur à Bonifacio Archiep. Moguntino, *ibid.* obit, a. 758. n. 47.

Q

S. QVIRINI corpus Româ transfertur in Boioariam, a. 752. nn. 201. 202. collocatur in Mon. Tegernſeenſi, a. 754. n. 85.
Quirinus Abb. Tilidi, a. 752. n. 128.

R

RACARIVS ſeu Ricoarius Ep. Catalaunenſis, a. 761. n. 10.
Rachemburgij, qui, a. 755. n. 212.
Rachnacarius Ep. Auguſtodunenſis quando ſedit, a. 748. n. 104.
Racho Epiſc. Auguſtodunenſis quando ſedit, a. 748. n. 104.
Radbodus Iunior, Friſiorum Princeps, a. 755. n. 127.
Radwaldus Ep. Taruannenſis quando ſedit, a. 764. n. 21. a. 766. n. 26.
Raggo Abb. Agaunenſis quando, a. 740. n. 12.
Ragimfridus fit Ep. Sagienſis, a. 770. n. 27.
Raginfridus fit Abb. Fontanellenſis, a. 739. n. 7. deponitur, a. 742. n. 36. fit Epiſc. Rotomagenſis, a. 746. nn. 41. 43. literas accipit à PP. a. 748. nn. 64. *& ſeqq.* ſedet, a. 752. n. 116. a. 753. n. 60. deponitur ac paulò pòſt obit, a. 755. nn. 104. 105.
Raginfridus munificus erga Mon. Fontanellenſe, a. 738. n. 30.
Ragingarius Abb. Vticenſis Attiniacenſi Placito ſubſcribit, a. 765. n. 47.
Ragnecaptus Ep. Pariſienſis quando ſedit, a. 745. n. 23. a. 752. n. 136.
Ragnomarus Ep. Gratianopolitanus quando ſedit, a. 739. n. 25.
Raimbertus Abb. Mediani Monaſterij, a. 752. n. 96.
Raimbertus Epiſc. Ambianenſis, a. 748. nn. 64. 65. 67. a. 752. n. 99.
Raginfredus Ep. Colonienſis, a. 738. n. 22. intereſt Synodo Germanicæ, a. 743. nn. 34. 38. obit, a. 746. n. 34.
Ratbertus Ep. M. Arelatenſis, a. 752. n. 168.
Rantaci, a. 748. n. 102.
Raynaldus Abb. Foſſatenſis quando, a. 768. n. 16.
Recoaldus Ep. Bellouacenſis quando ſedit, a. 745. n. 16.
Regenfredus, a. 764. nn. 16. *& ſeqq.*
Regina fundatrix, & prima Abbatiſſa Dodonienſis, a. 764. nn. 16. *& ſeqq.* an neptis Pippini R. *ibid.*
Reginaldus Ep. Auguſtodunenſis quando ſedit, a. 765. n. 18.
Reginaldus fit Ep. Aletenſis, a. 740. n. 4.
obit, a. 758. n. 49.
Reginebertus Presbyter apud Karantanos, a. 768. n. 47.
Reginfridus Monachus Gorzienſis, deinde Laureshamenſis, a. 763. n. 6.
Reginhardus Abb. Weltenburgenſis, a. 760. n. 29.
Regula Benedictina Monachis & Monialibus præſcripta in Synodo Germanica, a. 743. n. 56.
Regula Canonicorum Metenſium, a. 757. nn. 35. *& ſeqq.*
Reinila, a. 742. n. 50. a. 749. n. 2. a. 752. n. 86. a. 760. n. 18.
Reliquiæ SS. tangi ſolitæ à iuratoribus, a. 757. n. 11.
Remedius Chorepiſcopus, deinde Ep. Straſburgenſis, a. 762. n. 1. a. 765. n. 4.
Remigius Abb. Gregoriouallenſis quando, a. 760. n. 9.
Remigius filius Caroli Maioris-Domûs, a. 741. nn. 44. 45. 50. res Eccleſiæ Lingonenſis occupat, deinde reſtituit, a. 754. nn. 65. 67. fit Ep. M. Rotomagenſis, a. 755. n. 104. an profectus Floriacum, vt inde S. Benedicti corpus in Italiam reuehendum curaret, *ibid.* nn. 106. *& ſeqq.* Monachos Romam dirigit ad ediſcendum cantum Romanum, a. 758. n. 5. ad Deſiderium Longobardorum R. mittitur, a. 760. nn. 4. 5. Attiniacenſi Placito ſubſcribit, a. 765. n. 9.
Remiſtanus Waifarij Ducis patruus fidem Pippino eiúſque filus promittit, a. 764. n. 8. deficit à Pippino, a. 767. n. 14. captus patibulo ſuſpenditur, a. 768. n. 1.
Renenbertus Ep. Genauenſis, a. 752. n. 166.
Reolus Ep. M. Remenſis quando ſedit, a. 745. n. 125.
Reynoldus Ep. Gratianopolitanus quando ſedit, a. 739. n. 25.
Reyraimus Abb. Sarchinienſis, a. 745. n. 105. a. 752. n. 86.
Richardus Abb. Foſſatenſis quando, a. 768. n. 16.
Richardus Willibaldi, Wunibaldi, & Walpurgis pater, a. 738. nn. 4. *& ſeqq.*
Richarius Abb. Foſſatenſis quando, a. 768. n. 16.
Richolphus fit Ep. Colonienſis, a. 771. n. 4.
Ridelenus Ep. Niuernenſis, a. 747. nn. 33. 37. a. 752. n. 136.
Rigambertus Ep. M. Turonenſis, a. 742. n. 10. obit, a. 753. n. 124.
Rigobertus Ep. M. Remenſis quando ſedit, a. 745. n. 125.
Robertus Abb. Gandenſis quando, a. 770. nn. 17. 18.

Robertus Abb. Maioretanus, a. 757. n. 95.
Rocholenus munificus erga Mon. S. Benigni, a. 761. n. 24.
Rodinus è Regno Caroli fugit ad Carolomannum, deinde in Italiam proficiſcitur, fitque Monachus Caſinenſis, a. 771. n. 61.
Romana Synodus de cultu SS. Imaginum, a. 769. nn. 2. *& ſeqq.* Romanus Clerus falsò inſimulatus ſimoniæ, a. 745. n. 57.
Romanus Abb. Murbachienſis, a. 748. nn. 92. 112.
Romanus fit Abb. Vedaſtinus, a. 739. n. 7. obit, a. 742. n. 39.
Romanus Ep. Meldenſis, a. 738. n. 33. a. 745. n. 21. a. 748. nn. 64. 65. 76. a. 752. n. 136.
Rothais filia Pippini & Bertradæ, a. 751. nn. 43 44.
Rothais filia Caroli & Himiltrudis, a. 770. n. 15.
Rothandus Ep. Rhedonenſis obit, a. 747. n. 27.
Rothildis Abbatiſſa Horreenſis quando, a. 770. n. 35.
Rudolfus Ep. Conſtantienſis ad Rhenum, a. 738. n. 15. obit, a. 739. n. 49.
Rumoldus, Patronus Mechliniæ, puerum aquis ſuffocatum parentibus incolumem reddit inclamato Chriſti nomine, Monaſterium Clericorum inſtituit, a. 756. n. 37.
Rutbardus Ep. Curienſis, a. 745. n. 116. ſubijcitur Metropolitæ Moguntino, a. 746. n. 34. obit, a. 750. n. 15.
Ruthardus, Monaſterij Gengenbachenſis & multarum Eccleſiarum fundator, a. 740. n. 3.

S

SABIONA poteſtati Francorum ſubiicitur, a. 769 n. 21.
Sacrius Ep. Andegauenſis, a. 752. n. 124. ſubſcribit Priuilegio Gorzienſi, a. 757. n. 30.
Sadebertus Ep. ſubſcribit Priuilegio Gorzienſi, a. 757. n. 31.
Sagidus Abb. Weltenburgenſis, a 741. n. 58. a. 747. n. 21.
Sagum, veſtis laicorum, a. 743. n. 54.
Saliginenſe Mon. a. 752. n. 161.
Salizuchen, quid, a. 771. n. 54.
Sandauium, Mon. in Boioaria, a. 742. n. 30.
Saraceni Franciam adoriuntur, vaſtant varias Diœceſes, pelluntur à Carolo Majore-domûs, a. 739. nn. 8. *& ſeqq.* vltra Pyrenæos montes ſummouentur à Francis, a. 755. nn. 81. *& ſeqq.* Caſ-marini deficiunt à Calipha, a. 756. n. 41.
Sarcio munificus erga Mon. S. Vitoni, a. 770. n. 30.
Sauericus Abb. Haſnonienſis, a. 752. n. 105.
Saxones Francis fiunt tributarij, a. 738. nn. 17. *& ſeqq.* irrumpunt in Thuringiam, a. 743. nn. 64. 65. vincuntur, a. 744. n. 14. ſuſcipiunt Gripponem, pacémque mox petunt & obtinent à Pippino, a. 748. nn. 85. 86. fidem frangunt, iterúmque pacem obtinent à Pippino eâ lege, vt dent ſingulis annis equos trecentos, & Sacerdotibus aditum permittant in Saxoniam ad prædicandum Euangelium, a. 753. nn. 36. 37.
Scaricus Ep. Catalaunenſis, a. 761. n. 10.
Schlechdorfum, Mon. in Boioaria, a. 742. n. 28.
Scirbald Preſbyter, a. 754. n. 32.
Scotanus fit Abb. Blandinienſis, a. 765. n. 65.
Sebaldus Eremita, a. 756. n. 31.
Seckingia, Mon. attribuitur Diœceſi Baſileenſi, a. 748. n. 106.
Sedonius Preſbyter diſputat cum Bonifacio de forma Baptiſmi, a. 746. nn. 10. *& ſeqq.*
Septimania ſubigitur à Francis, a. 755. nn. 80. 81. eius prouinciæ Sedes Epiſcopales & Monaſteria, *ibid.* nn. 92. *& ſeqq.*
Sergius Archiep. Rauennæ, a. 757. nn. 95. 96.
Sergius Miſſus Zachariæ PP. a. 741. nn. 17. 18. a. 743. n. 61.
S. Severi Mon. in E. Agathenſi, a. 755. n. 102.
Seufredus Chorepiſcopus Cenomannenſis, a. 764. n. 23. a. 765. n. 21.
Sidonius ex Monacho Augienſi fit Ep. Conſtantienſis & Abb. Augiæ, a. 748. n. 79. aſſentitur erectioni Baſileenſis Epiſcopatûs, *ibid.* n. 106. ſubſcribit priuilegio Gorzienſi, a. 757. n. 28. an etiam Abb. S. Galli, a. 758. nn. 41. 42. obit, a. 759. n. 8.
Sidonius fit Ep. Laureacenſis & Patauienſis, a. 745. n. 109. obit, a. 756. n. 24.
Sidonius Preſbyter accuſatur à Bonifacio, a. 748. n. 59.
Sigibaldus Ep. Metenſis condit Neouillam Mon. a. 638. n. 34. obit, a. 741. n. 55.
Sigibertus fit Abb. Vedaſtinus, a. 768. n. 54.
Siginus Ep. M. Bituricenſis, a. 742. n. 10. obit, a. 751. nn. 51. 52.
Sigipertus fit Ep. Vecienſis, a. 763. n. 13.
S. Sigiſmundi Mon. attribuitur Diœceſi Baſileenſi, a. 748. n. 109.

Sigoaldus Ep. Laudunenſis quando ſedit, a. 745. n. 15.
Sigobaldus Abb. Aniſolenſis, a. 752. n. 128.
Sigobertus, Sygobertus, Sigibertus, Sigebertus, Singebertus, Monachus San-Dionyſianus mittitur Romam à Carolo Maiore-domûs, a. 741. nn. 20. 22. Abb. San-Dionyſianus, a. 749. n. 40. a. 750. n. 46. a. 752. n. 143.
Sigobodus it in Angliam, ordinatúrque Preſbyter, a. 767. nn. 21. *& ſeqq.* redit Vltraiectum, a. 768. n. 46.
Sigofridus Ep. Pariſienſis anno ſecundo Clodouei III. R. adhuc ſuperſtes oſtenditur, a. 751. n. 78.
Simonia, a. 745. nn. 57. 58. a. 755. n. 206.
Sinerſtatum, Mon. in Boioaria, a. 742. n. 29.
Solſatire, quid, a. 751. n. 88.
Solus Eremita, a. 749. o. 46. a. 756. n. 51.
Sonechildis, relicta Caroli Maioris-domûs, auctor motuum domeſticorum, includitur Kalenſi Mon. a. 741. nn. 44. *& ſeqq.*
Sonia, ſonium, ſunnium, quid, a. 751. o. 79.
Soſadire, quid, a. 751. n. 81.
Staffelſea, Mon. puellare in Boioaria, a. 742. o. 35.
Stapfſaken, quid, a. 771. n. 48.
Stephanus Abb. S. Michaelis, quando, a. 752. n. 84.
Stephanus Abb. Senonienſis, a. 752. n. 96. a. 758. n. 52.
Stephanus Ep. Aruernus, a. 752. n. 149. a. 761. n. 11.
Stephanus Ep. Bellouacenſis quando ſedit, a. 745. n. 128.
Stephanus fit Ep. Rhedonenſis, a. 747. n. 27. obit, a. 762. n. 9.
Stephanus III. PP. Româ iter in Franciam ſuſcipit, a. 753. nn. 46. *& ſeqq.* ſcribit Pippino, *ibid.* n. 54. Ducibus Francorum, *ibid.* o. 55. ſuſcipitur honorificentiſſimè à Pippino, apud Pontigonem, a. 754. n. 1. hyemem agit in Mon. San-Dionyſiano, *ibid.* n. 2. poſt Paſcha profectus Cariſiacum reſpondet ad varia conſulta Monachorum Britanniacorum, *ibid.* nn. 5. *& ſeqq.* ægrotat in Mon. S. Dionyſij, ſanitatémque recuperat inſigni miraculo, dicat Altare, vngit Pippinum cum filiis & vxore, *ibid.* nn. 33. *& ſeqq.* fit patrinus Caroli & Carolomanni, eóſque cum Pippino patre Patricios Romanorum dicit, *ibid.* nn. 57. 58. Pippinum & Francos à periurio in Childericum commiſſo abſoluit ſtirpe Merouæadarum iam extinctâ, *ibid.* nn. 54. 55. ſalutaribus monitis Pippinum à turpi libidine reuocat, *ibid.* nn. 59. *& ſeqq.* Mon. S. Dionyſij afficit muneribus, *ibid.* n. 72. Romam redit pace cum Aiſtulfo R. Longobardorum initâ, *ibid.* nn. 73. *& ſeqq.* queritur de eodem Rege per literas apud Pippinum eiúſque filios, *ibid.* nn. 79. *& ſeqq.* a. 755. n. 3. Priuilegium emittit pro Mon. Fuldenſi, a. 755. n. 9. fit multarum Prouinciarum Dominus ex donatione Pippinina, *ibid.* nn. 15. *& ſeqq.* poſt Aiſtulfi mortem iuuat Deſiderium in adipiſcendo Regno Longobardorum, móxque per literas Pippinum hortatur, vt ciuitates, quas adhuc Longobardi retinent, Eccleſiæ Romanæ reddendas curet, cum Græcis agat de cuſtodienda fide Catholica, & Monachos Caſinates Carolomanni quondam ſocios in Italiam remittat, a. 756. nn. 3. *& ſeqq.* Priuilegium Fulrado Abbati concedit pro Monaſteriis ab eo conditis, item hoſpitale ac domum Romæ, a. 757. nn. 1. *& ſeqq* obit, *ibid.* n. 8.
Stephanus IV. PP. Nuncios in Franciam dirigit, & Priuilegia concedit Mon. S. Dionyſij & Fulrado Abbati, a. 768. nn. 34. *& ſeqq.* ſcribit Bertradæ Reginæ & Carolo Regi, a. 769. nn. 6. *& ſeqq.* lætatur de amicitia inter Carolum & Carolomannum redintegrata, vtrique ſcribit, & priuatim Carolomanno, cuius compater optat fieri, a. 770. nn. 4. *& ſeqq.* rurſum vtrique, ne ſuas repudient vxores, aliáſque ſumant de gente Longobardorum, *ibid.* o. 13.
Sturmius Preſbyter, conditor ac primus Abb. Fuldæ, a. 745. nn. 78. *& ſeqq.* it Caſinum, a. 749. nn. 52. *& ſeqq.* ſuſcipit Reliquias S. Bonifacij M. a. 755. nn. 131. *& ſeqq.* pellitur in exſilium, a. 758. n. 1. redit in gratiam cum Pippino, a. 760. n. 19. Fuldam reuertitur, *ibid.* n. 21. amicitiam redintegrat inter Carolum R. & Thaſſilonem Ducem Boioariæ, a. 771. n. 60.
Subſadire, quid, a. 751. n. 90.
Subſtratio, ſtatio pœnitentium, a. 748. o. 36.
Suduoli, a. 738. o. 15.
Surtariæ, quid, a. 754. o. 53.
Switgerus auxilio eſt Gripponi in Boioaria, a. 749. n. 54.
Synodus, a. 761. o. 2.
Sympertus fit Ep. Reginoburgenſis, a. 761. n. 25. intereſt Synodo Dingoluingenſi, a. 771. nn. 23. *& ſeqq.*
Syrannus Abb. Beſuenſis, a. 752. n. 114. a. 754. n. 70.

T

TASO Abb. Mon. S Vincentij prope Vulturnum, a. 754. n. 75.
Tato Abb. Mon. S. Vincentij prope Vulturnum, a. 754. n. 75.
Tecla Abbatiſſa Ochnoſurtana, a. 749. n. 39. a. 752. n. 89. a. 755. n. 218.
Tedecharius Ep. ſubſcribit Priuilegio Gorzienſi, a. 757. n. 31.
Tegernſeenſe Mon. in E. Friſingenſi, a. 754. n. 85.
Tello fit Ep. Curienſis, a. 758. nn. 45. 46. ſpernitur à Sidonio Ep. Conſtantienſi, a. 759. n. 8. munificus erga Diſertinam, a. 761. n. 19. ſubſcribit Placito Attiniacenſi, a. 765. n. 28. obit, a. 766. n. 14.
Teloninm, a. 75[illegible] n. 204. 209.
Teſtimonium falſum prohibetur, a. 745. n. 34.
Tetta Abbatiſſa Winbrunnenſis in Anglia Moniales mittit in Franciam, a. 749. nn. 34. & ſeqq.
Teutſindus Abb. Martinianus & Fontanellenſis obit, a. 738. n. 26.
Thanotardus Abb. San-Benignianus, a. 749. n. 4. a. 762. n. 12.
Thaſſilo Odilonis Ducis Boioariæ filius, a. 743. n. 62. patri ſuccedit, a. 748. n. 89. inquietatur à Grippone auunculo, a. 749. nn. 53. 56. munificus erga Eccleſiam Saliſburgenſem, a. 753. n. 75. amittit matrem, a. 754. n. 91. venit ad Martis Campum, & cum Pippino auunculo proficiſcitur in Italiam, a. 755. nn. 11. 12. intereſt Conuentui Francorum, ſéque dicit Vaſſum Pippini, datis ſacramentis ſuper Reliquias SS. a. 757. n. 11. ſuppetias aduersùs Hunnos mittit Carantanis, hiſque author eſt, vt clientelæ Pippini ſe ſubdant, *ibid.* nn. 12. 13. caſtra Pippini deſerit, a. 763. n. 1. vxorem ducit Luitpurgam Deſiderij Longobardorum R. filiam, a. 764. n. 4. it Romam, ditátque Mon. Bauzanenſe S. Petri, a. 769. n. 21. item Mon. Manſeæ, a. 771. n. 29. Boioarios ab idololâtria conatur reuocare, *ibid.* n. 48. redit in amicitiam cum Carolo R. *ibid.* n. 60.
Thedelmarus Abb. S. Germani prope Pariſios, quando, a. 751. n. 82.
Theobaldus Dux Alamanniæ vincitur à Maioribus-domûs, a. 742. nn. 19. 22. a. 743. nn. 60. 61. à Pippino, a. 744. n. 14. à Carolomanno, a. 745. n. 111.
Theobaldus Ep. Carnotenſis quando ſedit, a. 751. n. 169.
Theodaldus Alſaticus occiditur, a. 741. n. 60.
Theodericus Saxo, a. 743. n. 64. a. 744. n. 14.
Theodoricus Monachus Fontanellenſis an filius Childerici III. R. a. 754. nn. 39. & ſeqq.
Theodrannus fit Ep. Autiſſiodorenſis, a. 763. n. 12.
Theoduinus Abb. Lobienſis, a. 745. nn. 88. & ſeqq.
Theodulphus Abb. Lobienſis, a. 752. n. 106. Attiniacenſi Placito ſubſcribit, a 765. n. 17.
Theutmarus Abb. Gorzienſis, a. 769. nn. 89. 90.
Thiadgrimus pater S. Ludgeri, a. 758. n. 32.
Thomas Abb. Acutianus quando, a. 754. n. 75.
Thomas Abb. S. Michaelis quando, a. 752. n. 84.
Thurianus Epiſcopus Dolenſis obit, a 749. n. 3.
Tilpinus Monachus San-Dionyſianus fit Archiepiſcopus Remenſis, a. 753. nn. 70. 71. intereſt Synodo Romanæ, a. 769. nn. 2. 3. Regia obtinet Præcepta pro Eccleſia Remenſi, a 768. nn. 55. 56.
Toloſa repetitur à M. Narbonenſi, a. 755. n. 95.
Tonſuratus capillos vſu populari nutrire non præſumat, a. 771. n. 59.
Tonantius Epiſc. Auſcienſis obit, a 752. n. 162.
Torpio Ep. Anicienſis, a. 752. n. 149.
Tranſlatio S. Alexandri, a. 764. n. 14. S. Arſacij, a. 754. n. 90. S. Cucuphatis, a. 756. n. 39. S. Germani, a. 754. nn. 31. 32. S. Goaris, a. 768. n. 44. S. Gorgonij, a. 764. n. 15. a. 765. n. 54. S. Hippolyti, *ibid.* n. 14. S. Huberti, a. 742. n. 17. S. Naboris, a. 764. n. 15. a. 765. n. 54. S. Nazarij, *ibid.* S. Othmari, a. 758. n. 45. S Præiecti, a. 763. n. 2. S. Quirini, a. 752. nn. 201. 202. S. Viti, a. 764. n. 14.
Trauuardus Ep. Cameracenſis & Atrebatenſis, a. 744. n. 6. a. 745. n. 11. a. 748. n. 73. obit, a. 750. n. 41.
Trinitas. Quæſtio de Trinitate agitata inter Latinos & Græcos, a. 767. n. 2.
Trudoaldus Abb. Luxouienſis, a. 747. n. 22. a. 752. n. 146.
S. Trudperti Mon. in E. Baſileenſi, a. 748. n. 111.
Truncinium, ſeu Mon. S. Mariæ in Truncinio pro Clericis in E. Tornacenſi, a. 752. n. 107.
Tubanus Abb. Sancti Michaelis, a. 752. n. 84.
Turnoaldus Ep. Pariſienſis Clodoueo III. R. ſedere oſtenditur, a. 751. n. 81. an Ep. proprius Mon. San-Dionyſiani, a. 768. n. 42.

V

VALERIUS Abb. S. Gregorij, a. 752. n. 148.
S. Varani Cella in E. Argentoratenſi, a. 749. n. 67.
Velata relicto velo ſecularem habitum non ſumat, a. 771. n. 59.
Venantius Eremita, a. 762. n. 10. a. 764. n. 21. Martyr, a. 766. nn. 18. & *ſeqq.*
Vermerienſe Concilium, a. 753. nn. 3. & *ſeqq.*
Vernenſe Concilium, a. 755. nn. 182. & *ſeqq.*
Veſpula prima Abbatiſſa Catzienſis, a. 758. n. 44.
Victor fit Ep. Curienſis, a. 756. n. 32. obit, a. 758. n. 44.
Viduæ an velandæ, a. 748. n. 11.
Vigilius fit Ep. Curienſis, a. 766. n. 14. a. 778. n. 50.
Vincentius Abb. Fabarienſis, a. 761. n. 20. a. 765. n. 43.
Vitalbodus Abb. S. Petri Viui, a. 750. n. 1. a. 752. n. 137.
Virgilius Hybernus in Franciam venit, manétque in comitatu Pippini R. a. 762. n. 8. mittitur in Boioariam vt Ep. Saliſburgienſis ordinetur, at vnctionem Epiſcopalem non vult ſuſcipere, interim vtitur Chorepiſcopo, a. 764. n. 3 ordinatur Ep. a. 766. n. 6. Eccleſiam incipit ædificare, a. 767. n. 19. Epiſcopum mittit in Carantaniam, a. 768. n. 47. Presbyteros, a. 770. n. 23. a. 771. n. 7. intereſt Synodo Dingoluingenſi, a. 771. nn. 23. & *ſeqq.*
Virgilius Presbyter diſputat cum Bonifacio de forma Baptiſmi, a. 746. nn. 10. & *ſeqq.* accuſatur à Bonifacio, a. 747. n. 19. a. 748. nn. 51. & *ſeqq.*
Virgines, ſeu velatæ ſeu non velatæ, ſi deuiauerunt, quomodo puniendæ, a. 748. nn. 28. 29. 39.
Viſcarius Archiep. Laureacenſis, Ep. Pataujenſis, ac M. Boioariæ conſtituitur, a. 765. n. 60. intereſt Synodo Dingoluingenſi, a. 771. nn. 23. & *ſeqq.*
Vitalis Eremita obit, a. 740. n. 5.
S. Viti Tranſlatio, a. 764. n. 14.
S. Vitoni Mon. in E. Virodunenſi, a. 749. n. 69.
Vitulphus. Ep. Ambianenſis quando ſedit, a. 766. n. 26.
Viuilo Ep. Laureacenſis & Pataujenſis, a. 738. n. 15. a. 739. nn. 27. 30. 31. 35. obit, a. 745. n. 108.
Vlmetum, Mon. Clericorum in E. Cameracenſi, a. 756. n. 118.
Vltraiecti variæ viciſſitudines, a. 753. n. 29.
Vlminus Monachus Gorzienſis, deinde Laureshamenſis, a. 763. n 6.
Vrſicina Monialis Catzienſis, a. 758. n. 44.
S. Vrſicini Mon. attribuitur Diœceſi Baſileenſi, a. 748. n. 108.
Vrſicinus Abb. Diſertinenſis, a. 745. n. 220. a. 752. n. 93. fit Ep. Curienſis, a. 768. n. 50.
Vſſingus auus S. Ludgeri, a. 758. nn. 26. & *ſeqq.*
Vtrella, quid, a. 771. n. 50.
Vto Mon. Ilmenſis conditor ac primus Abb. a. 754. n. 90. intereſt Synodo Dingolningenſi, a. 771. nn. 25. 33.
Waccar Presbyter, a. 754. n. 32.
Waifarius fit Dux Aquitaniæ, a. 745. n. 113. ſuſcipit Gripponem, a. 749. n. 57. dimittit, a. 752. n. 99. tyrannidem exercet, a. 757. n. 107. a. 759. n. 3. pacem petit obtinétque, a. 760. n. 1. vaſtat Burgundiam, iterúmque pacem facit, a. 761. nn. 1. & *ſeqq.* redintegrato bello multas vrbes amittit, a. 762. nn. 1. & *ſeqq.* a. 763. n. 1. pleraſque muris nudari iubet, a. 764. n. 9. profligatur, pacémque fruſtrà poſtulat, a. 765. n. 48. multas vrbes amittit, a. 766. n. 2. a. 767. nn. 4. 5. 6. 14. 15. a. 768. nn. 1. 2. à ſuis occiditur, a. 768. n. 6. vbi ſepultus, *ibid.* n. 7.
Walagis Abb. S. Gregorij quando, a. 752. n. 148.
Walanus primus Ep. Baſileenſis, a. 748. nn. 101. 105. a. 752. n. 145. obit, a. 760. n. 9.
Waldo Abb. Reomaenſis, a. 751. n. 2. a. 752. n. 114.
Waldo Ep. Niuernenſis, a. 745. n. 13. a. 747. n. 37. a. 757. n. 109. a. 761. n. 10. a. 766. n. 10.
Waldramnus, a. 752. n. 87.
Waldramus varia condit Monaſteria in Boioaria, a. 742. nn. 23. & *ſeqq.*
Waldricus Abb. S. Benigni quando, a. 762. n. 12.
Waldromerus, Wandremarus, Gundremarus, Gaudremarus, Abb. S. Germani prope Pariſios, quando, a. 751. n. 82.
Walpurgis Willibaldi & Wunibaldi ſoror, a. 738. n. 4. venit in Franciam, a. 749. nn. 35. 40. condit Mon. Heidenheimienſe, fitque prima Abbatiſſa, a. 762. n. 7.
Walterus Presbyter, a. 754. n. 32.
Wando iterum Abb. Fontanellenſis, a. 742. n. 38. a. 746. n. 43. regimen dimittit factus cæcus, a. 747. n. 24. obit, a. 756. nn. 25. & *ſeqq.*
Wargiamnus Presbyter in Karinthiam mittitur, a. 771. n. 7.

Warinus Comes adit Carolum R. a. 771. nn. 65. 77.

Warnerius Abb. a. 755 n. 1.

Waymarus fit Abb. Sitinenſis, a. 740. n. 15. obtinet Præceptum à Childerico III. R. a. 744. nn. 10. & ſeqq. obit, a. 745. n. 106.

Wedericus Abb. Gandenſis quando, a. 770. nn. 17. 18.

Wedreui, a. 738. n. 13.

Wehadinc, quid, a. 771. nn. 21. 46.

Weomadus Abb. S. Maximini, a. 752. n. 95. fit Archiep. Treuirenſis, a. 753. nn. 66. & ſeqq. ſubſcribit fundationi Mon. Laureshamenſis, a. 763. nn. 5. 7.

Wera & Werefaccio, quid, a. 756. n. 95.

Wernharius fit Ep. Wormacienſis, a. 743. n. 41. ſubiicitur Metropolitæ Moguntino, a. 746. n. 34. obit, a. 766. n. 15.

Wernherus condit Hornbachum Mon. a. 742. n. 56.

Wernoſphus Abb. S. Maximini quando, a. 765. n. 67.

Weſſobrunna, Mon. in Boioaria, a. 742. n. 31. a. 753. n. 74.

Wibertus relictâ Aquitaniâ Pippinum adit, a. 760. n. 5. condit Mon. Letienſe, a. 765. n. 62.

Wichardus Abb. S. Germani prope Pariſios, a. 767. n. 7. a. 768. n. 15.

Wicho ſeu wizo Epiſc. Auguſtanus, a. 738. n. 15. intereſt ordinationi Willibaldi Ep. Eyſtettenſis, a. 742. nn. 12. 17. ſuffraganeus Metropolitæ Moguntini, a. 746. n. 34. obit, a. 751. n. 3.

Wicterbus Abb. S. Martini Turonis, a. 752. n. 124. obit, a. 756. nn. 33. 34. an Epiſc. illius loci, *ibid.* n. 35.

Wideradus Abb. Flauiniacenſis condit poſterius Teſtamentum, obitque, a. 742. nn. 28. & ſeqq.

Wido fit Abb. Fontanellenſis & Vedaſtinus, a. 738. nn. 86. & ſeqq. capite plectitur, a. 739. n. 7.

Widolaicus fit Abb. Fontanellenſis, a. 753. n. 73. Eccleſiam igne ſuccenſam reparat, a. 756. nn. 25. 29. Attiniacenſi Placito ſubſcribit, a. 765. n. 35.

Widradus Abb. S Columbæ, a. 752. n. 137. Attiniacenſi Placito ſubſcribit, a. 765. n. 44.

Wigberchtus fit Abb. Friteſlarienſis, a. 746. n. 36. mittitur ad Cœnobium Ordorffenſe, a. 749. n. 45. redit Friteſlariam, a. 751. n. 55. ibique obit, a. 754. nn. 101. & ſeqq.

Wigberchtus Preſbyter à Wigberchto Abb. Friteſlarienſi diſtinguitur, a. 754. nn. 102. & ſeqq.

Wiliaris Ep. M. Arelatenſis quando ſedit, a. 760. n. 26.

Wilicarius Archiep. Viennenſis fit Monachus Agaunenſis, a. 740. n. 10. a. 742. n. 10. Abb. Agaunenſis, a. 764. n. 15. ſubſcribit Placito Attiniacenſi, a. 765. n. 15. Ep. Sedunenſis, a. 766. n. 8. obit, a. 768. n. 53. an primus Archiepiſcopus Viennenſis, a. 740. n. 13. an tranſtulit corpora SS. MM. Gorgonij, Naboris, & Nazarij, a. 765. nn. 56. & ſeqq.

Wilicarius fit Archiep. Senonenſis, a. 766. n. 9. it Romam, a. 767. n. 7. intereſt Concilio Romano, in reditu Reliquias Agauno transfert Senonas, a 769. nn. 2. 3. adit Carolum, a. 771. nn. 65. & ſeqq.

Wilimaris Ep. M. Arelatenſis, a. 760. n. 26.

Willebrordus Ep. Vltraiectinus Coepiſcopum ſibi ſubſtituit, a. 740. n. 2. obit, a. 742. nn. 40. & ſeqq.

Willefridus Preſbyter, a. 755. n. 190.

Willibaldus, a. 738. nn. 4. & ſeqq. a. 740. n. 6. fit Preſbyter, a. 741. n. 66. primus Ep. Eyſtettenſis, a. 742. nn. 12. & ſeqq. a. 743. nn. 34. 38. 41. a. 745. n. 87. a. 746. n. 34. a. 752. n. 80. Solam Eremitam adiuuat, a. 756. n. 112. Attiniacenſi Placito ſubſcribit, a. 765. n. 23 intereſt ordinationi Bernwelphi Wirceburgenſis Ep. a. 769. n. 19.

Williſwinda fundatrix Mon. Laureshamenſis, a. 763. nn. 4. & ſeqq.

Wilradus Abb. Gandenſis obit, a. 747. n. 25.

Winirung Preſbyter, a. 754. n. 32.

Wirceburgenſis Epiſcopatus erigitur, a. 742. nn. 5. 5. 6. illius Sedis Epiſcopi, a. 751. nn. 59. & ſeqq.

WirgariusEp. Maurienenſis, & Abb. Novalicienſis, a. 730. n. 35.

Witta primus Ep. Birburgenſis, a. 742. n. 7. a. 743. nn. 19. 28. intereſt Synodo Germanicæ, a. 743 nn. 54. 38. 41. ſuffraganeus Metropolitæ Moguntini, a. 746. n. 34 a. 754. n. 100.

Wizaburc, Mon, quando conditum, a. 751. n. 4.

Wlflagius, a. 766. n 28.

Wlfrannus Ep. Meldenſis, ſubſcribit Priuilegio Gorzienſi, a. 757. n. 22. Attiniacenſi Placito, a. 765. n. 8. obit, a. 770. n. 28.

Wlfredus Ep. Siluanectenſis, a. 745. n. 19. a. 752. n. 99.

Wlgiſus Ep. an Abb. Lobienſis, a. 745. nn. 90. & ſeqq.

Wolfbertus Abb. Altaichij Inferioris intereſt Synodo Dingoluingenſi, a. 771. nn. 25. 30.

Wolſchiſus Abb. S. Gregorij quando, a. 752. n. 148.

Wolpoito Abb. Faucenſis quando, a. 751. n. 3.

Wulfardus Abb. S. Martini Turonis, a. 756. n. 115. a. 757. n. 15. a. 758. n. 15. a. 764. n. 7.

Wunibaldus propinquus Bonifacij Archiep. a. 738. n. 3. Richardi Subreguli filios, Willibaldi & Walpurgis frater, *ibid.* n. 4. variis peregrinationibus inſignis, *ibid.* n. 9. comitatur Bonifacium Româ redeuntem in Germaniam, *ibid.* n. 10. Willibaldum fratrem hoſpitio ſuſcipit in Thuringia, a. 742. n. 12. it in Boioariam, a. 745. n. 87. Moguntiam, a. 748. n. 96. condit Heidenheimium Mon. ſitque primus Abb. a. 752. n. 90. Solam Eremitam adiunat, a. 756. n. 112. incipit ægrotare, a. 758. n. 38. adit Megingaudum Ep. Wirceburgenſem, a. 760. n. 20. obit, a. 761. nn. 14. *& ſeqq.*

Y

YSBERGA, a. 764. n. 21. diſtinguitur à Giſla Pippini R. filia, a. 766. nn. 19. *& ſeqq.*

Z

ZACHARIAS PP. a. 741. n. 65. ſcribit Bonifacio Archiep. a. 743. nn. 18. *& ſeqq.* omnibus fidelibus per Gallias & Francorum prouincias conſtitutis, *ibid.* n. 57. in Concilio Romano damnat Adalbertum & Clementem hæreticos, a. 746. nn. 14. *& ſeqq.* reſpondet variis interrogationibus Bonifacij, *ibid.* nn. 20. *& ſeqq.* a. 748. nn. 42. *& ſeqq.* Pippini, a. 748. nn. 1. *& ſeqq.* ſcribit Gripponi, *ibid.* n. 87. Epiſcopis Francorum de pace concilianda & de corpore S. Benedicti, a. 749. n. 58. an conſultus ſuper exauctorando Childerico, a. 752. nn. 8. *& ſeqq.* a. 754. nn. 55. 56.

INDEX

EPISCOPATVVM ET MONASTERIORVM,

IN QVO

E. Epiſcopatum ; M. Metropolitanum ; Mon. Monaſterium denotat.

TOMO hoc Annalium quinto nonnulla circa ſucceſſionem ac Chronologiam Epiſcoporum atque Abbatum correximus, quæ ſuperioribus Tomis è calamo noſtro ſecus exciderant, ideóque non extra rem videtur hîc Antiſtitum, qui ſub Merouëadis Regibus, id eſt, ad annum vſque Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſecundum, in vniuerſa Francia floruerunt, Indicem Catalogis hactenus editis accuratiorem ſubnectere, qui diuerſarum Eccleſiarum Epiſcopos huc illúcque variis Tomis diſperſos, vno ictu oculi cum Monaſteriorum Abbatibus atque Abbatiſſis conſpiciendos exhibeat. Atque, vt faciliùs deprehendas, quo quidque Tomo ſcriptum ſit, paucis obſerua quid ſinguli Tomi contineant. A. C.

Primus Tomus Hiſtoriam Eccleſiaſticam Francorum complectitur à 235.
prima Francicæ Gentis origine ad annum vſque Chriſti 561, quo Clotarius Francorum Rex obiit. 561.

Secundus Tomus ab A. C. 561, ſiue ab obitu Clotarij Primi perducitur ad annum vſque Chriſti 633, quo Sigibertus Tertius in Auſtraſia Rex 633.
à Dagoberto patre conſtitutus eſt.

Tertius Tomus ſequitur ab A. C. 633, quo Sigibertus Tertius in Auſtraſia regnare cœpit, ad annum vſque Chriſti 680, quo Dagobertus Se- 680.
cundus interiit, & Theodoricus Tertius vniuerſam Francorum Monarchiam obtinuit.

Quartus Tomus incipit ab A. C. 680, ſiue à Monarchia Theodorici Tertij, deſinítque in obitu Theodorici Quarti, ſiue in A. C. 737. 737.

Quintus Tomus inchoatur ab A. C. 737, ſiue ab obitu Theodorici Quarti, clauditúrque morte Carolomanni Regis, id eſt, A. C. 771. Per- 771.
tinet partim ad Merouëadas Reges, partim ad Caroſinos, quia Carolini Merouëadis A. C. 752 ſubrogati ſunt. Ideóque hic Epiſcoporum, Abbatum atque Abbatiſſarum Catalogus non excedet A. C. 752, altérque ſubiicietur ab A. C. 752, ad A. C. 771.

EPISCOPATVS

SVB MEROVEADIS REGIBVS.

A

ABRINCENSIS E. *d'Auranches*, ſub M. Rotomagenſi.

NEPVS Ep. Abrincenſis in prouincia Lugdunenſi II. ſub Metropolitano Rotomagenſi, cùm Abrincæ veniunt in poteſtatem Francorum, & a. 511. cùm celebratur Concilium Aurelianenſe I.

Seuerus, a. 523.

Perpetuus, a. 533. a. 5[illegible] a. 541.

Ægidius, a. 549. obit, a. 550.

Paternus fit Ep. a. 550. obit, a. 563.

Sinerius ſeu Senator fit Ep. a. 563.

Leodoualdus.

Childoaldus, a. 625.

Regentrannus, a. 674.

Ioannes, a. 688.

Autbertus, a. 706.

AGINNENSIS E. *d'Agen*,
ſub M. Burdigalenſi.

Aginnenſium Epiſcoporum Catalogus mutilus eſt circa ætatem Cludouici Magni, qui tres Aquitanias in ſuam poteſtatem redegit.

Bebianus Ep. Aginnenſis in Aquitania II. ſub M. Burdigalenſi, ſubſcribit Concilio Aurelianenſi V. a. 549.

Polemius, a. 573.

Sugillarius, a. 580.

Antidius, a. 585.

Saluſtius fit Ep. ante a. 629.

ALBIGENSIS E. *d'Alby*,
ſub M. Bituricenſi.

Sabinus Ep. Albigenſis in Aquitania I. ſub M. Bituricenſi, cùm Clodoueus tres Aquitanias ſubigit.

Ambroſius, a. 549.

Saluius, a. 580. obit, 585.

Deſideratus fit Ep. a. 585.

Conſtantius, a. 625. a. 647.

Ricardus, a. 673. Eo ſedente Albiga capta fuit à Wiſigothis, a. 682.

{ Citruinus a. 692. Albigâ Wiſigothis adhuc parente.

Hugo, a. 722. Albigâ ſub Saracenis, qui Wiſigothos expulerant, tunc gemente; ſuperſtes ad a. 725. quo Franci poſt debellatos Saracenos Albigam recuperarunt.

Ianoes, a. 754. obit regnante Pippino.

ALETANSIS E. *d'Alet*,
ſub M. Turonenſi.

Machutes ſeu Maclouius fit a. 541. primus Ep. Aletenſis in prouincia Lugdunenſi III. ſub M. Turonenſi, obit, a. 565.

Guaruallus fit Ep. a. 565. abdicat Epiſcopatum, a. 567.

Colaphinus fit Ep. a. 567.

Armagillus ſiue Armatus.

Enogatus ſiue Egnogatus vel Euogatus.

Melmn.

Gofridus.

Ocdumalus obit, a. 644.

Hamnn ſiue Chomanus fit Ep. a. 644. obit, a. 651.

Neodius fit Ep. a. 652. obit, a. 653.

Riatwalus fit Ep. a. 653. obit, a. 659.

Tutamenus fit Ep. a. 659. obit, a. 663.

Rauilius fit Ep. a. 663. obit, a. 670.

Bilius fit Ep. a. 670. obit, a. 672.

Moenus fit Ep. a. 672. obit, a. 675.

Edbodus ſiue Ebodus fit Ep. a. 675. obit, a. 679.

Guibertus fit Ep. a. 679. obit, a. 681.

Hamon fit Ep. a. 681. obit, a. 683.

Valterius ſeu Galterius fit Ep. a. 683. obit, a. 695.

Cadocanamus ſeu Cadocananus fit Ep. a. 696. obit, a. 709.

Riuallonus fit Ep. a. 711. obit, a. 734.

Iudicael fit Ep. a. 734. obit, a. 740.

Reginaldus fit Ep. a. 740. ſedet annos 18.

AMBIANENSIS E. *d'Amiens*,
ſub M. Remenſi.

Leonardus Ep. Ambianenſis in Belgica II. ſub M. Remenſi, cùm Clodio Francorum Rex Ambianum capit.

Andoueus, a. 481.

Edibius, a. 511.

Beatus, a. 549. obit, a. circiter 554.

Honoratus fit Epiſc. a. circiter 554. obit, a. 580.

Deodatus fit Ep. a. 580.

Berhardus ſeu Berhandus vel Berenadus aut Bernardus, a. 614. a. 623. a. 627.

Bertefredus, a. 644. ſuperſtes, a. 668.

Dado obit, a. 686.

Saluius fit Ep. a. 686. obit, a. 689.

Theodofridus fit Epiſc. a. 689. ſuperſtes, a. 695.

Verſimannus ſeu Bertmannus.

Dominicus obit, a. 721.

Chriſtianus fit Ep. a. 721.

Raimbertus, a. 748. a. 752.

ANDEGAVENSIS E. *d'Angers*,
ſub M. Turonenſi.

Talaſius Epiſc. Andegauenſis in prouincia Lugdunenſi III. ſub M. Turonenſi, cùm Childericus Rex Andegauum ſuis ditionibus adiungit.

Euſtochius, a. 511.

Adulphus obit, a. 529.

Albinus fit Ep. a. 529. obit, a. 550.

Eutropius fit Ep. a. 550. obit, a. 556.

Domitianus fit Ep. a. 556. Concilio Pariſienſi III. ſubſcribit, a. 557. intereſt dedicationi Eccleſiæ Namnetenſis, a. 568.

Baudigiſius.

Audoueus, a. 572. obit, a. 592.

Licinius fit Ep. a. 592. obit, a. 605.

Cardulphus fit Ep. a. 605.

Magnobodus fit Ep. a. 606. obit, a. 654.

Gobertus ſeu Godobertus.

Agilbertus ſiue Aglibertus.

Gariacus ſeu Gariarius.

Boſo ſeu Bozo.

Calarchus ſeu Colarolus aut Collarobus.

Benignus.

Botus ſeu Betus aut Beatus.

Sacrius a. 752. obit regnante Pippino.

ANICIENSIS, E. *du Mont-Anis*,
ſub M. Bituricenſi.

Euodius Ep. Vellauenſis ex vrbe Vellaua Sedem Epiſcopalem tranſtulit ad montem Anicium, priuſquàm hîc locus Francis pateret. Succeſſores dicti ſunt Anicienſes in Aquitania I. ſub M. Bituricenſi. Deſiderantur autem acta nomináque eorum, qui floruerunt ſub Cludoueo Magno eiúſque poſteris vſque ad finem ſexti ſeculi.

Aurelius, a. 591.
Benignus, a. 649.
Agrippanus.
Dulcidius.
Higelricus.
Torpio, a. 752.

ANTIPOLITANVS E. *d'Antibe*, ſub M. Aquenſi.

Euterius Ep. Antipolitanus in prouincia Narbonenſi II. ſub M. Aquenſi, a. 536. cùm Antipolis ceditur Francis; & a. 541. cùm cogitur Concilium Aurelianenſe IV.
Euſebius, a. 549. a. 554.
Optatus, a. 573. a. 585.
Deocarius, a. 644. a. 658.

APTENSIS E. *d'Apt*, ſub M. Aquenſi.

Prætextatus Ep. Aptenſis ſub Regibus Burgundionum, Oſtrogothorum & Francorum, in prouincia Narbonenſi II. cui M. Aquenſis præeſt, viuebat adhuc, a. 541.
Euſebius, a. 546.
Clementinus, a. 549. a. 573.
Pappus, a. 583. a. 585.

AQVENSIS E. M. *d'Aix*, per prouinciam Narbonenſem II.

Maximus Epiſc. Aquenſis M. prouinciæ Narbonenſis II. a. 536. cùm prouincia illa ceditur Francis; & a. 541. cùm celebratur Concilium Aurelianenſe IV.
Auolus Ep. M. a. 549. a. 551. a. 554.
Franco Ep. M. a. 566.
Piencus Ep. M. a. 581. a. 585.
Protaſius Ep. M. a. 596.

AQVENSIS E. *d'Acqs*, ſub M. Eluſano.

Gratianus Ep. Aquenſis in Nouempopulania ſub M. Eluſano, cùm Clodoueus Rex Nouempopulaniam ſubigit.
Carterius, a. 541.
Liberius, a. 549.
Fauſtianus ordinatur Ep. a. 585. deponitur eodem anno.
Nicetius fit Ep. a. 585.

ARAVSICANVS E. *d'Orange*, ſub M. Arelatenſi.

Vindemialis Ep. Arauſicanus ſub Regibus Oſtrogothorum & Francorum, in prouincia Viennenſi II. cui M. Arelatenſis præeſt, viuebat adhuc, a. 549.
Matthæus, a. 551. a. 554.
Trapidius, a. 585.

ARELATENSIS E. M. *d'Arles*, per prouinciam Viennenſem II.

Cæſarius Ep. Arelatenſis M. prouinciæ Viennenſis II. a. 536. cùm prouincia illa Francis ceditur, obit, a. 542.
Auxanius fit Ep. M. a. 542. viuebat adhuc, a. 545.
Aurelianus Ep. M. a. 546. obit, a. 550.
Sapaudus fit Ep. M. a. 550. obit, a. 586.
Licerius fit Ep. M. a. 586. obit, a. 588.
Virgilius fit Ep. M. a. 588. viuebat adhuc, a. 601.
Florianus Ep. M.
Theodoſius Ep. M. a. 632. a. 644.
Ioannes Ep. M. a. 652. a. 668.
Ioannes II Ep. M. obit, a. circiter 675.
Felix fit Ep. M. a. circiter 675. obit, a. 684.
Anaſtaſius fit Ep. M. a. 684
Auſtrebertus Ep. M.
Walbertus Ep. M.
Aurelius Ep. M.
Polycarpus Ep. M
Martinus Ep. M.
Protaſius Ep. M. a. 731.
Innodius Ep. M. a. 737.
Georgius Ep. M. a. 739.
Ratbertus Ep M.
Kauſarius, Kauillanus, Kauillarius Ep. M. a. 752.

ARGENTORATENSIS E *de Strasbourg*, ſub MM. Treuirenſi, Vormacienſi, & Moguntino.

Biulfus ſiue Grulfus Ep. Argentoratenſis in Germania I. regnante Merouco, qui Germaniam I. Francicis ditionibus adiecit, quo tempore Treuirenſis M. Belgicæ I. ius etiam Metropoliticum per vtramque Germaniam exercuit.
Magnus.
Gaorinus ſeu Garoinus, Gatinus & Baroinus ætate Clodouei, quo regnante Vormacienſis Epiſcopus fit M. vtriuſque Germaniæ.
Landebertus.
Rodobaldus ſeu Rathoboldus.
Maguebertus ſeu Magnobertus.
Labyolus ſeu Laybolus vel Laiblinus aut Vbiolus ſiue Vbelinus.
Gaudoaldus ſeu Gundoldus aut Sunderholdus.
Aldus tempore Clotarij II. R.
Gando.
Vtho ſiue Otho.
Anſoaldus.
Rotharius ſeu Rodtharius, a. 667. a. 673.
Arbogaſtus obit, a. 679.
Florentius fit Ep. a. 679. obit, a. 687.
Wicgernus fit Ep. a. 687.
Wandelfridus.
Aulidulfus, a. 721. obit, a. 734.
Heddo ſiue Heddus fit Ep. a. 734. ſubiicitur M. Moguntino, a. 746. ſuperſtes eſt regnante Pippino.

ARISIDIENSIS E. *d'Arſat*, ſub M. Bituricenſi.

Deotarius fit primus Epiſc. Ariſidienſis in Aquitania I. ſub Bituricenſi M. regnante Theodorico I. ſupereſt in viuis, a. 569.

Mondericus.
Emmo Remenſi Concilio intereſt, a. 625.

ARVERNUS E. *d'Auuergne*,
ſub M. Bituricenſi.

Eufraſius Epiſc. Aruernus in Aquitania I. ſub M. Bituricenſi, cùm Clodoueus tres Aquitanias in ſuam poteſtatem redigit, obit, a. 515.
Apollinaris fit Epiſc. a. 515. obit eodem anno.
Quintianus anteà Rutenenſis Ep. fit Ep. Aruernus, a. 515. obit, a. 527.
Gallus eligitur Ep. a. 527. obit, a. 554.
Cautinus fit Ep. a. 554. obit, a. 571.
Auitus fit Ep. a. 571. obit, a. 594.
Deſideratus fit Ep. a. 594.
Auolus.
Iuſtus.
Cæſarius, a. 625.
Gallus II. a. 645.
Progolus, a. 649.
Geneſius, a. 656.
Felis, a. 662. obit, a. circiter 665.
Gairoaldus, a. circiter 665.
Præiectus fit Epiſc. a. circiter 665. obit, a. 674.
Auitus II. fit Ep. a. 674. obit, a. 689.
Bonitus fit Ep. à. 689. abdicat Epiſcopatum, a. 699.
Nordobertus fit Ep. a. 699. ſedet a. 713.
Bubus.
Proculus, a. 723.
Thaido, a. 732.
Daibenus ſeu Daylenus aut Darbenus.
Stephanus obit regnante Pippino.

ATREBATENSIS E. *d'Arras*,
ſub M. Remenſi.

Vedaſtus fit Ep. Attebatenſis, a. 498. & Cameracenſis, a. 510. in Belgica II. ſub M. Remenſi, obit, a. 538.
Dominicus fit Ep. Attebatenſis & Cameracenſis, a. 538. obit, a. 551.
Diogenes fit Ep. Attebatenſis & Cameracenſis, a. 551. obit, a. 569.
Vedulfus fit Epiſc. Attebatenſis & Cameracenſis, a. 569. Sedem transfert Atrebato Cameracum. obit, a. circiter 580.
Gaugericus fit Ep. Atrebatenſis & Cameracenſis, a. circiter 580. obit, a. circiter 619.
Bertoaldus fit Ep. Atrebatenſis & Cameracenſis, a. circiter 619. obit, a. 627.
Ablebertus fit Ep. Atrebatenſis & Cameracenſis, a. 627. obit, a. 633.
Autbertus fit Ep. Atrebatenſis & Cameracenſis, a. 633. obit, a. 668.
Vindicianus fit Ep. Atrebatenſis & Cameracenſis, a. 669. obit, a. 705.
Emebertus fit Ep. Atrebatenſis & Cameracenſis, a. 705. obit, a. 713.
Hunoldus ſiue Hunaldus vel Humoldus aut Humaldus fit Ep. Attebatenſis & Cameracenſis, a. 713. obit, a. 717.
Hedulphus ſiue Adulphus fit Ep. Atrebatenſis & Cameracenſis, a. 717. obit, a. 728.
Treuuardus, Treuuartus Trauuardus, Tragnardus, Tragardus, Tranardus, fit Ep. Attebarenſis & Cameracenſis, a. 728. obit, a. 750.
Guntfridus ſeu Godefridus fit Ep. Attebatenſis & Cameracenſis, a. 750. obit regnante Pippino.

AVENIONENSIS E. *d'Auignon*,
ſub M. Arelatenſi.

Salutaris Ep. Auenionenſis in prouincia Viennenſi II. ſub M. Arelatenſi, à. 517. ſtante Burgundionum Regno. Perueniré potuit ad a. 536. quo Francis Auenionem ceſſerunt Oſtrogothi.
Antoninus, a. 549. a. 554.
Ioannes, a. 585.
Valens, a. 586.
Maximus, a. 618. a. 626.
Emundus.
Magnus, a. 644. obit, a. 660.
Agricolus fit Ep. a. 660. obit, a. 700.
Veredemus fit Ep. a. 700. obit, a. 720.
Joannes fit Ep. a. 720. ſedet annos circiter triginta.
* Sequitur Interpontificium.

AVENTICENSIS E. *d'Auenches*,
ſub M. Veſontionenſi.

Chilmegiſilus Ep. Auenticenſis in prouincia Lugdunenſi V. ſub M. Veſontionenſi, obit, a. 534. quo Burgundia ſubiugatur à Francis.
Superius fit Ep. a. 534. obit, a. circiter 548.
Ætherius fit Ep. a. circiter 548. obit, a. circiter 562.
* Hic Epiſcopus, cuius nomen ignoratur, Epiſcopatum iniit, a. circiter 562. obiitque a. circiter 576.
Marius fit Ep. a. circiter 576. Sedem Auentico Lauſannam transfert regnante in Burgundia Childeberto. *Vide* Epiſcopos Lauſannenſes, de quibus infrà.

AVGVSTANVS E. *d'Auſbourg*.
ſub MM. Vormacienſi & Moguntino.

Wichterpus, Dagoberto ſolus Auſtraſiæ Rege, poſt longum interpontificium fit Ep. Auguſtanus in Vindelicia ſub Wormacienſi M. obit, a. 654.
Tozzo fit Ep. a. 654. obit, a. 661.
Tagenbertus fit Ep. a. 661. obit, a. 676.
Mauno fit Ep. a. 676. obit, a. 694.
Brico ſeu Perichus fit Ep. a. 694. obit, a. 713.
Zayſo fit Ep. a. 713. obit, a. 733.
Wicho ſeu Wiao fit Ep. a. 733. ſubiicitur M. Moguntino, a. 746. obit, a. 751.
Marcomanous fit Ep. a. 751.

AVGVSTENSIS

AVGVSTENSIS E. *d'Aouste*,
ſub M. Tarantaſienſi.

Augoſta Salaſſiorum, quæ parebat Longobardis & Mediolanenſi Metropolitæ ſubiacebat, in Francorum poteſtatem deuenit, a. 574. Tunc auulſa fuit è prouincia Mediolanenſi Darantaſiensique cœpit accenſeri Guntchramno Rege. Ab initio autem ſexti ſeculi vſque ad medium circiter octauum poſt Iocundum mancus eſt Auguſtenſium Epiſcoporum Catalogus.

Lupus Ep. a. 752.

AVGVSTODVNENSIS E. *d'Autun*,
ſub M. Lugdunenſi.

Agrippinus S. Rachonis ſucceſſor, Ep. Auguſtodunenſis in prouincia Lugdunenſi I. ſub M. Lugdunenſi, a. 525. cùm Auguſtodunum venit in poteſtatem Francorum, & a. 538. cùm celebratur Concilium Aurelianenſe III.

Nectarius, a. 542. a. 549.

Eupardus.

Remigius obit, a. circiter 568.

Siagrius fit Ep. a. circiter 560. obit, a. 600.

Leſaſtus fit Ep. a. 600.

Flauianus, a. 610. a. 614.

Rachnacarius.

Anſpicius, a. 625.

Ferreolus fit Ep. ante a. 635. obit, a. 657.

Leodegarius poſt interpontificium biennale fit Ep. a. 659. Martyr, a. 678.

Ermenarius pulſo in exilium Leodegario fit Ep. a. 674. ſedet, a. 681.

Aubertus, Anſbertus, Amalbertus, a. 692. a. 694.

Vaſconus.

Amator.

Moderamus, a. 747.

Gayronius, a. 750. obit regnante Pippino.

AVRELIANENSIS E. *d'Orleans*,
ſub M. Senonenſi.

Dago Epiſc. Aurelianenſis in prouincia Lugdunenſi IV. ſub M. Senonenſi, a. 494. cùm Clodoueus Aureliam ſuis ditionibus adiungit, obit, a. 498.

Euſebius fit Ep. a. 498. eſt adhuc in viuis, a. 520.

Leontius, a. 533.

Antoninus, a. 538.

Marcus, a. 541. a. 549.

Treclatus ſeu Tranclatus.

Baudarus.

Ricomerus, a. 573.

Namatius, a. 583. obit, a. 587.

Auſtrenus fit Ep. a. 587. ſedet, a. 610.

Leodegiſillus.

Argundus, a. 640.

Audo, a. 644. a. 662.

Leodegarius, a. 667.

Gaudo.

Sigobertus.

Seuericus.

Baldacus ſiue Baldagus.

Adamarius ſiue Audemarus.

Leodegarius II.

Leodebertus.

Suauaricus fit Ep. a. 716. obit, a. 721.

Eucherius fit Ep. a. 721. obit, a. 743.

Bertinus fit Ep. a. 743. obit regnante Pippino.

AVSCIENSIS E. *d'Aux*,
ſub M. Elusano.

Nicetius Epiſc. Auſcienſis, huius nominis ſecundus, in Nouempopulania ſub Eluſano M. cùm Clodoueus prouinciam illam ſubigit; & a. 511. cùm celebratur Concilium Aurelianenſe I.

Priſcus.

Marcellus.

Proculeianus II. a. 533. a. 541. a. 549.

Vigilius.

Polemius.

Alecius.

Comus ſeu Conius.

Paulinus.

Fauſtus obit, a. 585.

Fabius fit Ep. a. 585.

Citharius obit, a. 596.

Trithonius fit Ep. a. 596. obit, a. 603.

Drocoaldus fit Ep. a. 603. obit, a. 621.

[illegible]dericus fit Ep. a. 621. obit, a. 650.

Erchoaldus fit Ep. a. 650. obit, a. 674.

Perpetuus fit Ep. a. 674. obit, a. 691.

Leothadius fit Ep. a. 691. obit, a. 718.

Patricius fit Ep. a. 718. obit, a. 736.

Tontonius fit Ep. a. 736. obit, a. 752.

Lupus fit Ep. a. 752.

AVTISSIODORENSIS E. *d'Auxerre*,
ſub M. Senonenſi.

Cenſurius Ep. Autiſſiodorenſis in prouincia Lugdunenſi IV. ſub M. Senonenſi, a. 494. cùm Clodoueus Autiſſiodorum capit; obit, a. 500.

Vrſus fit Ep. a. 501. obit, a. 507.

Theodoſius fit Ep. a. 507. obit, a. 516.

Gregorius fit Ep. a. 517. obit, a. 529.

Optatus fit Ep. a. 529. obit, a. 531.

Droctoaldus ſeu Proctoaldus fit Epiſc. a. 531. obit, a. 532.

Eleutherius fit Ep. a. 532. obit, a. 561.

Romanus fit Ep. a. 561. obit, a. 564.

Ætherius fit Ep. a. 565. obit, a. 571.

Anacharius fit Ep. a. 571. obit, a. 605.

Deſiderius fit Ep. a. 605. obit, a. 623.

Palladius fit Ep. a. 624. obit, a. 660.

Vigilius fit Ep. a. 660. obit, a. 686.

Scopilio fit Ep. a. 686. obit, a. 694.

Tetricus fit Ep. a. 694. obit, a. 710.

Sauaricus ſeu Sabaricus fit Epiſc. a. 710. obit, a. 715.

Flocoaldus ſeu Focoaldus aut Socoaldus fit Ep. a. 715. obit, a. 721.

Quintilianus fit Ep. a. 721. obit, a. 722.
Cillianus fit Ep. a. 722. obit, a. 728.
Clemens fit Ep. a. 728. abdicat Epiſcopatum, a. 733.
Aidulfus fit Ep. a. 733. obit, a. 748.
Hsinmarus fit Ep. a. 748. dimittit Epiſcopatum regnante Pippino.

B

BAIOCANSIS E. *de Bayeux*,
ſub M. Rotomagenſi.

Patricius Ep. Baiocenſis in prouincia Lugdunenſi II. ſub M. Rotomagenſi, cùm Baiocæ veniunt in poteſtatem Clodouei.
Vigor regnante Childeberto.
Leucadius, a. 538. a. 541. a. 549.
Lauſcius ſeu Laſcinus, a. 557. a. 563.
Leudoaldus, a. 581. a. 586.
Raguebertus, a. 625. a. 662.
Geretrannus.
Gerebaldus, a. 688. obit, a. circiter 691.
Framboldus fit Ep. a. circiter 691. obiit, a. circiter 726.
Hugo fit Ep. a. circiter 726. obit, a. 730.

BASILEENSIS E. *de Baſle*,
ſub M. Veſontionenſi.

Walanus primus Ep. Baſileenſis in prouincia Lugdunenſi V. ſub. M. Veſontionenſi, ſedet Childerico III. & Pippino, RR.

BELLICENSIS E. *de Belay*,
ſub M. Veſontionenſi.

Vincentius Epiſc. Bellicenſis in prouincia Lugdunenſi V. ſub M. Veſontionenſi, a. 534. cùm Franci Burgundiam ſub iugum mittunt, & a. 567. cùm celebratur II. Concilium Lugdunenſe.
Euroldus.
Claudius.
Felix, a. 585. a. 589.
Aquilinus.
Florentius, a. 644.
Ypodimius.
Pracmstius.
Berterius.
Anſemundus, a. 722.
Gundoaldus.
Agiſtus obiit regnante Pippino.

BELLOVACENSIS E. *de Beauuais*,
ſub M. Remenſi.

Numitius Ep. Bellouacenſis in Belgica II. ſub M. Remenſi, cùm Childericus Bellouacum capit.
Licerius.
Liercius.
Themerus.
Bergiſilus.
Rodomarus.
Anſoldus.
Ribertus.
Gogerinus.
Anſelmus.
Maurinus, Marinus, Mauricius, a. 631. a. 658.
Himbertus.
Clemens RR. Clotario III. Childerico II. & Theodorico III.
Stephanus, ex antiquo Diplomate Bertoendi Catalaunenſis Epiſcopi, fit Ep. regnante Theodorico III. ſedet a. 694. obit Childeberto III. Regnum iam adepto.
Conſtantinus Epiſc. regnante Childeberto III.
Ranigus regnante Dagoberto III.
Dodo regnante Chilperico III.
Ercambertus
Recoaldus.
Miroldus.
Auſtringus.
Deodatus, a. 748. a. 752.

BENARNENSIS E. *de Bearn*,
ſub M. Eluſano.

Galactorius Epiſc. de Benarno in Nouempopulania ſub M. Eluſano cæſus eſt cùm Clodoueus bellum contra Wiſigothos in Aquitania gerebat. Succeſſorum nomina ignorantur vſque ad Saninum.
Saninus, cuius quoque ſucceſſores ignorantur, ſubſcribit Concilio Matiſconenſi II. a. 585.
Iulianus, a. 752.

BIGORRITANVS E. *de Bigorre*,
ſub M. Eluſano.

Aper Ep. Bigorritanus in Nouempopulania ſub M. Eluſano cùm Clodoueus pulſis Wiſigothis tres Aquitanias occupat.
Iulianus, a. 548.
Aurelius, a. 580. a. 585.

BVRABVRGENSIS E. *de Burabourg*,
ſub M. Moguntino.

Witta ordinatur à Bonifacio Archiepiſcopo primus Epiſc. Biburgenſis, a. 742. ſubiicitur M. Moguntino, a. 746. viuit ſuperſtes Childerico III. R.

BITVRICENSIS E. M. *de Bourges*,
per Aquitaniam I.

Tetradius Epiſc. Bituricenſis M. Aquitaniæ I. cùm Clodoueus Franciam tribus auget Aquitaniis, eſt adhuc in viuis, a. 512.
Roricius Ep. M. obit, a. circiter 518.
Siagrius fit E. M. a. circiter 518. obit, a. 523.
Humatus fit Ep. M. a. 523. obit, a. 527.
Honoratus fit Ep. a. 527. obit, a. 536.
Arcadius fit Ep. M. a. 536. obit, a. 542.
Deſideratus fit Ep. M. a. 542. obit, a. 550.
Probianus fit Ep. M. a. 550. obit, a. 568.
Felix fit Ep. M. a. 568. intereſt Concilio Pariſienſi IV. a. 573.
Remedius ſeu Remigius Epiſc. M. a. 583. obit, a. 584.

Sulpitius fit Ep. M. a. 584. obit, a. 591.
Euſtaſius fit Ep. M. a. 591. obit, a. 602.
Apollinaris fit Epiſcopus M. a. 603. obit, a. 611.
Auſtregiſilus fit Epiſcopus M. a. 611. obit, a. 624.
Sulpitius II. fit Epiſc. M. a. 624. abdicat Epiſcopatum, a. 641.
Wlfolendus fit Ep. M. a. 641. obit, a. 661.
Aldus fit Ep. M. a. 662. obit, a. 683.
Agoſenus fit Ep. M. a. 683. obit, a. 697.
Rochus fit Ep. M. a. 697.
Siginus Ep. M. obit, a. 751.
Bertellannus ſeu Berlannus fit Ep. M. a. 751. ſedet ann. 21.

BLANDINIENSIS E. *de Blandin*, ſub M. Remenſi.

Theodorus fit primus Epiſc. Blandinienſis in Belgica II. ſub M. Remenſi, a. 487. regnante Clodoueo. Sedet paucis diebus.
Eleutherius fit Ep. a. 487. Sedem Epiſcopalem Blandinio transfert Tornacum. *Vide* Epiſcopos Tornacenſes, de quibus infrà.

BRIOCENSIS E. *de Saint Brieu*, ſub M. Turonenſi.

Vt Briocum oppidum, ita Brioceuſis Epiſcopatus in prouincia Lugdunenſi III. ſub M. Turonenſi, nomen ſortitus à ſancto Brioco, primo illius loci Epiſcopo. Hic è Britannia venit in Armoricam regnante Childeberto Clodouei Magni filio, Vixit annos nonaginta. Incertus eſt annus quo Pontificatum ſuſcepit, incertus & annus quo vitam clauſit. Auiſtitum, qui proximè ſucceſſerunt in Epiſcopatum, nomina perierunt.

BVRDIGALENSIS E. M. *de Bordeaux*, per Aquitaniam II.

Cyprianus Ep. Burdigalenſis M. Aquitaniæ II. cùm Wiſigothi à Francis pelluntur ex Aquitania, intereſt Concilio Aurelianenſi I. a. 511.
Leontius Senior Ep. M. a. 541.
Leontius Iunior Epiſc. M. a. 549. obit, a. circiter 567.
Bertchramnus fit Ep. M. a. circiter 567. obit, a. 585.
Gundegiſilus fit Ep. M. a. 585. viuit, a. 589. a. 590.

C.

CABELLIONENSIS E. *de Cauaillon*, ſub M. Arelatenſi.

Philagrius Ep. Cabellionenſis in prouincia Viennenſi II. ſub M. Arelatenſi, cùm Cabellio penes Burgundiones & Oſtrogothos erat, peruenire potuit ad a. 536. quo Francis eadem ciuitas ceſſit.
Prætextatus, a. 545. a. 549. a. 551. a. 554.
Veranus, a. 562. ſuperſtes, a. 589.

CABILONENSIS E. *de Chalon ſur Saoné*, ſub M. Lugdunenſi.

Agricola ſiue Agræcula Ep. Cabilonenſis in prouincia Lugdunenſi I. ſub M. Lugdunenſi, cùm Franci Burgundiam ſubigunt, obit, a. 580.
Flauius fit Ep. a. 580. ſubſcribit Concilio Matiſconenſi II. a. 585.
Wadelinus, a. 601. a. 610.
Gelionius.
Gratus, a. 644. obit, a. 651.
Lupus fit Ep. a. 652. obit, a. circiter 668.
Deſideratus, cognomento Dido, fit Ep. a. circiter 668. obit, a. 678.
Anreſtius.
Amblacus.

CADVRCENSIS E. *de Cahors*, ſub M. Bituricenſi.

Boetius Ep. Cadurcenſis in Aquitania I. ſub M. Bituricenſi, cùm Clodoueus Wiſigothos ex Aquitania pellit, & a. 511. cùm celebratur I. Concilium Aurelianenſe.
Suſtraſius, a. 533. a. 538. a. 541.
Maximus, a. 549.
Maurilio obit, a. 580.
Vrſicinus fit. Ep. a. 580. cum Innocentio Ep. Rutenenſi altercatur, a. 588.
Euſebius obit, a. 621.
Ruſticus fit Ep. a. 621. obit, a. 628.
Deſiderius fit Ep. a. 629. obit, a. 649.
Capuanus fit Ep. a. 649. obit, a. circiter 699.

CALAGVRRITANVS E. *de Calaborra*, ſub M. Eluſano.

Vaſconia Meridionalis, cuius vrbs primaria Calagurris Epiſcopatu nobilis ſub M. Tarraconenſi, venit in poteſtatem Francorum, a. 542. nec rediit ad Wiſigothos ante mortem Clotarij I. Exciderunt autem nomina Calagurritanorum Pontificum, qui per illa tempora floruerunt ſubiacuerúntque vicino M. Nouempopulaniæ.

CAMARACENSIS E. *de Cambray*, ſub M. Remenſi.

Vedaſtus Ep. Atrebatenſis in Belgica II. ſub M. Remenſi, fit etiam Ep. Cameracenſis in eadem Belgica ſub eodem M. Remenſi, a. 510. obit, a. 538. Succeſſores iidem, qui Atrebatenſes Epiſcopi, de quibus ſuprà.

CARNOTENSIS E. *de Chartres*, ſub M. Senonenſi.

Arboaſtus ſiue Arbogaſtus aut Ardoaſtus Ep. Carnotenſis in prouincia Lugdunenſi IV. ſub M. Senonenſi, cùm Childericus Rex Carnotum occupat, obit, a. 483.
Flauius fit Ep. a. 483. obit, a. 497.
Solennis ſeu Solennius fit Ep. a. 497. obit, a. 509.

Auentinus anteà Ep. Dunenſis, fit Ep. Carnotenſis, a. 509. obit, a. 528.
Ætherius fit Ep. a. 528. obit, a. 544.
Leobinus fit Ep. a. 544. obit, a. 556.
Caletricus fit Ep. a. 556. obit a. 568.
Pappolus fit Ep. a. 568. obit, a. 594.
Betharius fit Ep. a. 594. obit, a. 623.
Bertegiſilus fit Ep. a. 623. intereſt Concilio Remenſi, a. 625. obit, a. 637.
Malardus fit Ep. a. 637. intereſt Concilio Cabilonenſi, a. 644. obit, a. 653.
Gauſbertus, Gauabertus, Gaubertus, Godebertus fit Ep. a. 653. obit, a. 663.
Lancegiſilus fit Ep. a. 663. obit, a. 674.
Mainulfus fit Ep. a. 674. obit, a. 685.
Atrardus fit Ep. a. 685. intereſt Concilio Rotomagenſi, a. 688. obit, a. 689.
Agathius fit Ep. a. 689. obit, a. 696.
Leobertus fit Ep. a. 696. obit, a. 706.
Magobertus fit Ep. a. 706. obit, a. 719.
Sigoaldus fit Ep. a. 719. obit, a. 731.
Theobaldus fit Ep. a. 731. obit, a. 741.
Deodatus fit Ep. a 741. obit, a. 745.
Dronius ſeu Pronius fit Ep. a. 745. obit, a. 747.
Berthegrannus fit Ep. a. 747. obit regnante Pippino.

CARPENTORACTENSIS E. *de Carpentras*, ſub M. Arelatenſi.

Siffredus Ep. Carpentoractenſis in prouincia Viennenſi II. ſub M. Arelatenſi, a. 536. cùm Carpentoracte ceditur Francis.
Clematius, a. 541. a. 549. a. 551.
Tetradius, a. 573.
Boetius, a. 585.
Odofredus, a. 590.
Georgius, a. 604.
Petrus, a. 630.
Dominicus, a. 640.
Licerius, a. 644. a. 654.
Paulus, a. 664.
Anaſtaſius, a. 686.
Innocentius, a. 711.
Oldradus ſiue Odoardus, a. 730.
Hotifredus, a. 747. a. 752.

CATALAVNENSIS E. *de Chaalons ſur Marne*, ſub M. Remenſi.

Florendus ſeu Florendinus Ep. Catalaunenſis in Belgica II. ſub M. Remenſi, a. 486. cùm Catalaunum deditionem Clodoueo facit.
Prouiderius.
Proditor.
Lupus, a. 535.
Papio.
Eucharius.
Tattinodus.
Elaſius fit Ep. Sigiberto regnante, obit, a. 580.
Ludomerus fit Ep. a. 580.
Felix, a. 585. a. 625.
Regoabaudus.
Landebertus, a. 675.
Arnolfus, a. 688.
Bertocodus, a. 694.
Chamigus ſeu Chanigus ſiue Camingus vel Comingus aut Gamingus.
Felix II.
Bladaldus, a. 752.

CENOMANENSIS E. *du Mans*, ſub M. Turonenſi.

Principius Ep. Cenomanenſis in prouincia Lugdunenſi III. ſub M. Turonenſi, a. 510. cùm Cenomanum Clodoueo deditur, obit, a. 513.
Victor fit Ep. a. 513. eſt adhuc in viuis, a. 530.
Innocentius, a. 533. obit, a. 543.
Scienfredus pſeudoepiſcopus, a. 545.
Domnolus fit Ep. a. 545. obit, a. 581.
Badegiſilus fit Ep. a. 581. obit, a. 586.
Bertchramnus fit Ep. a. 586. obit, a. 623.
Hardoindus fit Ep. a. 624. obit, a. 655.
Berarius fit Ep. a 655. obit, a. 681.
Aiglibertus fit Ep. a 681. obit, a. 716.
Herlemundus fit Ep. a. 716. obit, a. 743.
* Sequitur interpontificium uſque ad Pippini Regis tempora.

COLONIENSIS E. *de Cologne*, M. per vtramque Germaniam, deinde Ep. ſub M. Vormacienſi, nouiſſimè ſub M. Moguntino.

Euergiſlus Epiſc. Colonienſis in Germania II. M. vtriuſque Germaniæ, ætate Faramundi & Clodionis.
Aquilinus ſeu Solinus poſt interpontificium multorum annorum fit Ep. Colonienſis, a. 509. ſub M. Vormacienſi, cui nuperrimè attributum fuerat ius Metropoliticum per vtramque Germaniam.
Somoenus ſeu Simoenus Ep.
Charentinus, a. 562.
Ebregiſilus, a. 590.
Remedius, a. 612. obit regnante iam in Auſtraſia Dagoberto.
Cunibertus fit Ep. regnante in Auſtraſia Dagoberto, obit, a. 663.
Bocaldus fit Ep. a. 663.
Stephanus obit, a. 680.
Aldewinus fit Ep. a. 680. viuit, a. 690.
Giſo, ſub Regibus Clodoueo III. & Childeberto III.
Anno, a. 707. a. 721.
Faramnodus.
Raginfredus, Ranginfredus, Reginfridus, a. 735. obit, a. 746.
Agilulphus fit Ep. a. 746. ſubeſt M. Moguntino, abdicat Epiſcopatum a. circiter 750.
Hildegarius fit Epiſc. a. circiter 750. obit regnante Pippino.

CONSORANENSIS E. *de Coſerans*, ſub M. Eluſano.

Glycerius ſeu Licerius Ep. Conſoranenſis in Nouempopulania ſub M. Eluſano, cùm tres Aquitaniæ Clodoueo ſubiciuntur, Pontificatum gerit per annos 44.

Theodorus, a. 549.

CONSTANTIENSIS E. *de Contance*, ſub M. Rotomagenſi.

Leontianus Ep. Conſtantienſis in prouincia Lugdunenſi II. ſub M. Rotomagenſi, cùm Conſtantia venit in poteſtatem Clodouei Regis, & a. 511. cùm celebratur I. Concilium Aureliaſenſe.

Poſſeſſor, a. 520.

Lauto ſeu Launus, a. 529. a. 530. ſepelit S. Scubilionem, a. 563.

Romacharius, a. 568. a. 586.

Viphobertus.

Lupicius.

Huldericus.

Waldomarus ſeu Baldomerus.

Chairibonus, a. 644.

Rotmundus.

Salomon.

Agathius.

Liuinus.

Wifridus.

Aldebertus ſeu Willebertus, a. 688.

Ioſue.

Leo obit regnante iam Pippino.

CONSTANTIENSIS E. *de Conſtance*, ſub M. Veſontionenſi.

Maximus ſeu Maximinus Ep. Vindoniſſenſis in prouincia Lugdunenſi V. ſub M. Veſontionenſi, Sedem Epiſcopalem Vindoniſsâ Conſtantiam ad Rhenum transfert regnante Clotario I. cui ſuperſtes viuit.

Rudelo ſeu Rudolphus.

Vrſinus ſiue Vrſicinus.

Gaudentius, a. 611. obit, a. 614.

Ioannes fit Ep. a. 614. viuit adhuc, a. 625.

Boſo, a. 628.

Martianus, Marianus, Martinus, a. 633.

Pictauius.

Seuerus ſeu Seuerinus, a. 668.

Aſtropius.

Ioannes II. ſiue Hanno.

Buſo ſeu Buſſo.

Audoinus ſiue Andonius a. 730. obit a. 736.

Rudolfus fit Ep. a. 756. obit, a. 759.

Ernfridus ſiue Ernfredus aut Erenfridus fit Ep. a. 739. ſubiicitur M. Moguntino a. 746. obit, a. 748.

Sidonius fit Ep. a. 748. obit, a. 759.

CONVENENSIS E. *de Cominge*, ſub M. Eluſano.

Suauis Ep. Conuenarum in Nouempopulania ſub M. Eluſano, cùm Clodoueus prouinciam illam Gothis eripit.

Præſidius, a. 533.

Amelius, a. 549.

Ruſinus, a. 585.

CORENTINOPOLITANUS E. *de Kempetcorentin*, ſub M. Turonenſi.

Morguetenus Ep. Corentinopolitanus in prouincia Lugdunenſi III. ſub M. Turonenſi, quando Corentinopolis Franciæ Dominationi ſubditur, obit, a. 515.

Tremerinus fit Ep. a. 515. obit, a. 537.

Fraganus ſeu Ragianus fit Ep. a. 537. obit, a. 559.

Salomon fit Ep. a. 559. obit, a. 582.

Aluretus fit Ep. a. 582. obit, a. 619.

Gulhoetus ſeu Golhoetus vel Goloretbus fit Ep. a. 620. obit, a. 667.

Hugo fit Ep. a. 667. obit, a. 701.

CVRIENSIS E. *de Coire*, ſub M. Moguntino.

Ruthardus Ep. Curienſis, a. 745. cùm pars illa Rhætiæ Italicæ in Francorum poteſtatem venit, ſubiicitur Metropolitæ Moguntino, a. 746. obit, a. 750.

Baldebertus fit Ep. a. 750. obit regnante Pippino.

D

DARANTASIENSIS E. M. *de Tarantaiſe*, per Alpes Graias & Penninas.

Sanctus Ep. Darantaſienſis M. Alpium Graiarum & Penninarum, a. 517. ſub Burgundionibus, an peruenerit ad a. 536. quo prædictæ Alpes Francis ceſſerunt, haud ſcitur.

Magnus Ep. M.

Martianus, Ep. M. a. 583. a. 585.

Heraclius Ep. M.

Senatus Ep. M.

Turrieus Ep. M.

Probinus Ep. M.

Baudomeris, Ep. M. a. 644. a. 652.

Emiterius Ep. M.

Widenardus Ep. M.

Ioannes Ep. M.

Leodrandus Ep. M.

Aubertus ſiue Vmbertus Ep. M.

Bonimundus ſiue Roſimundus Ep. M. peruenit ad tempora Pippini Regis.

DEENSIS E. *de Die*, ſub M. Arelatenſi.

Sæcularius Epiſc. Deenſis in Prouincia Viennenſi II. ſub M. Arelatenſi, a. 554. cùm Franci Burgundiam ſuis ditionibus adiungunt.

Lucretius, a. 541. viuit adhuc, a. 573.

Paulus, a. 585.

DINIENSIS E. *de Digne*, ſub M. Ebredunenſi.

Hilarius Ep. Dinienſis in Alpibus Mari-

timis ſub M. Ebredunenſi, a. 549. a. 554.
Heraclius, a. 573. a. 583. a. 585.
Agapius
Bobo { depoſiti a. 644.

DOLENSIS E. *de Dol*.
ſub M. Turonenſi.

Samſon fit primus Ep. Dolenſis in prouincia Lugdunenſi III. ſub M. Turonenſi, regnante Childeberto Clodouei Magni filio, obit, a. 564.
Maglorius fit Ep. a. 564. abdicat Epiſcopatum, a. 567.
Budocus fit Ep. a. 567.
Geneuæus.
Roſtoaldus ſeu Roſtaldus.
Beſtualdus ſeu Beſtoaldus.
Armahelus.
Iumabelus.
Iunemenus obit, a. 678.
Geneuæus II. fit Ep. a. 679. obit, a. 717.
Tiarmailus fit Ep. a. 717. obit, a. 733.
Thorianus fit Ep. a. 733. obit, a. 749.
* Huius Epiſcopi nomen ignoratur.

DVNENSIS E. *de Chaſteaudun*,
ſub M. Senonenſi.

Auentinus fit primus Ep. Dunenſis in prouincia Lugdunenſi IV. ſub M. Senonenſi, a. 497. deinde, a. 509. fit Epiſc. Carnotenſis extincto Epiſcopatu Dunenſi.
Promotus fit Ep. Dunenſis regnante Sigiberto, ſed damnatur in Concilio Pariſienſi IV. a. 573.

E

EBREDVNENSIS E. M. *d'Ambrun*.
per Alpes Maritimas.

Gallicanus Ep. Ebredunenſis M. Alpium Maritimarum ſub Oſtrogothis, a. 524. a. 527. a. 529. ſub Francis, a. 536. a. 541. a. 549.
Peladius ſeu Palladius Ep. M. a. 556.
Salonius Ep. M. a. 571. deponitur, a. 579.
Emeritus fit Epiſc. M. a. 579. viuit adhuc, a. 585.
Alfonſus Ep. M. a. 600.
Albinus Ep. M. a. 630.
Ætherius Ep. M. a. 644. a. 652.

EBROICENSIS E. *d'Eureux*,
ſub M. Rotomagenſi.

Mauruſio Epiſc. Ebroicenſis in prouincia Lugdunenſi II. ſub M. Rotomagenſi, cùm Ebroicæ Francis incipiunt parere, & a. 511. cùm celebratur I. Concilium Aurelianenſe.
Licinius, a. 538. a. 549.
Ferrocinctus, a. 557.
Viator.
Landulphus.
Ragnericus, a. 644.
Æternus, a. 652. obit, a. 653.
Concesſus fit Ep. a. 653. ſuperſtes, a. 658.
Aquilinus ſedet annos 42.
Deſiderius fit Ep. poſt a. 700.

ECOLISMENSIS E. *d'Angoulesme*.
ſub M. Burdigalenſi.

Lupicinus Epiſc. Ecoliſmenſis in Aquitania II. ſub M. Burdigalenſi, cùm Clodoueus victis Wiſigothis tres Aquitanias occupat, in viuis eſt adhuc ſuperſtes, a. 541.
Aptonius, a. 542. a. 549. obit, a. 569.
Mererius ſeu Maracharius fit Ep. a. 569. obit, a. 576.
Frontoſius fit Ep. a. 576. obit, a. 577.
Heraclius fit Ep. a. 577. obit, a. 580.
Nicaſius fit Ep. a. 580. ſedet, a. 585. a. 589. a. 590.
Mathæus.
Sigiſmundus.
Namatius, a 625.
Gotiſmundus.
Anſelmundus.
Berthoalis.
Ardoinus.
Gerbardus.
Theomundus.
Erogius.
Gibaldus.
Adebalardus.
Madabertus, a. 732.
Guillermus, a. 752.

ELVSANVS E. M. *d'Eauſe*,
per Nouempopulaniam.

Clarus Ep. Eluſanus M. Nouempopulaniæ, cùm Clodoueus Wiſigothos pellit ex Aquitania.
Leontius, Ep. M. a. 511.
Aſpaſius, Ep. M. a. 533. a. 541. a. 549.
Laban, Ep. M. a. 573. obit, a. 585.
Deſiderius fit Ep. M. a. 585.
Senocus, Ep. M. a. 625. a. 626.

ERPHESFORDIENSIS E. *d'Erfort*,
ſub M. Moguntino.

Adelarius ordinatur à Bonifacio Archiepiſcopo primus Ep. Erphesfordienſis a. 742. ſubiicitur M. Moguntino, a. 746. viuit ſuperſtes Childerico III. R.

EYSTETTENSIS E. *d'Aichſtat*,
ſub M. Moguntino.

Willibaldus ordinatur à Bonifacio Archiepiſcopo primus E. Eyſtettenſis a. 742. ſubiicitur M. Moguntino a. 646. obit regnante Carolo Magno

F

FOROIVLIENSIS E. *de Freius*,
ſub M. Aquenſi.

Deſiderius Ep. Foroiulienſis in prouincia Narbonenſi II. ſub M. Aquenſi, a. 536. cùm Oſtrogothi prouinciam illam cedunt Francis, & a. 541. cùm ce-

lebratur IV Concilium Aurelianenſe.
Expectatus, a. 549. a. 551. a. 554.
Epiphanius, a. 581.
Aſterius.
Ruſticus.
Augerius.

FRISINGENSIS E. *de Friſingen*, ſub M. Pataviensi.

Corbinianus Romam profectus a. 715. ordinatur Ep. regionarius à Gregorio II. PP. poſt varias peregrinationes Sedem ponit Friſingæ in Boioaria, a. 725. obit, a. 730.
* Interpontificium annorum nouem.
Erimbertus, Corbiniani frater, fit Ep. a. 739. ſub M. Boioariæ, ſedet a. 752.

G

GABALITANVS E. *de Lauoul*, ſub M. Bituricenſi.

Leonicus Ep. Gabalitanus in Aquitania I. ſub M. Bituricenſi, cùm Clodoueus tres Aquitanias in ſuam poteſtatem redigit.
Hilarius, a. 535.
Euanthius, a. 540. a. 541.
Parthenius, a. 567.
Agricola, a. 625.
Iſerus regnante Dagoberto. De ſucceſſoribus non leuis eſt difficultas, quia cum Genauenſibus Epiſcopis confuſi creduntur.

GENAVENSIS E. *de Geneue*, ſub M. Viennenſi.

Maximus Epiſc. Genauenſis in prouincia Viennenſi I. ſub M. Viennenſi, a. 517. in ditione Burgundionum; a. 529. in ditione Oſtrogothorum; an etiam a. 536. in ditione Francorum, incertum.
Pappulus, a. 549.
Salonius, a. 567. a. 573.
Cariatto, a. 585.
* a. 602. Hic Ruſticus fuit aut Patricius.
Appelinus, a. 623.
Pappolus, a. 644.
Robertus.
Aridanus.
Epoaldus.
Abbo.
Hyportunus.
Eucherius Epiſcopus flagrante bello Saràcenico.
Gubertus.
Renenbertus, a. 752.

GLANNATENSIS E. *de Glandeues*, ſub M. Ebredunenſi.

Claudius Epiſc. Glannatenſis in Alpibus Maritimis ſub M. Ebredunenſi a. 536. cùm Oſtrogothi Francis Alpes Maritimas cedunt, & a. 541. cùm celebratur IV. Concilium Aurelianenſe.
Baſilius, a. 549. a. 554.
Promotus, a. 573.
Agræcius, a. 585.

GRATIANOPOLITANVS E. *de Grenoble*, ſub M. Viennenſi

Vrſulus Ep. Gratianopolitanus in prouincia Viennenſi I. ſub M. Viennenſi, a. 538. cùm Oſtrogothi Francis ditiones Ciſalpinas cedunt; & a. 538. cùm celebratur III. Concilium Aurelianenſe.
Syagrius, a. 551. a. 567.
Eſychius ſiue Iſitius, a. 573. a. 589. a. 604.
Clarus, a. 604. a. 651.
Boſo, a. 662.
Fergolus obit ſuperſtite Ebroino.
Iſitius II.
Auſtrobertus.
Reynoldus.
Ragnomarus.
Auſtronicus Epiſc. flagrante bello Saracenico.
Corbus obit regnante Pippino.

I

IVLIOBONENSIS E. *de Lillebonne*, ſub M. Rotomagenſi.

Betto Epiſcopus de Iuliobona in prouincia Lugdunenſi II. ſub M. Rotomagenſi, a. 644.

L

LACTORENSIS E. *de Lectoure*, ſub M. Eluſano.

Vigilius Ep. Lactorenſis in Nouempopulania ſub M. Eluſano, cùm Clodoueus Wiſigothos pellit ex eadem Nouempopulania.
Aletius, a. 549.

LAVDVNENSIS E. *de Laon*, ſub M. Remenſi.

Genebaldus, a. 497. primus Ep. Laudunenſis conſtituitur in Belgica II. ſub M. Remenſi, ſupereſt in viuis, a. 549.
Latro.
Gondulfus.
Elinandus.
Robertus.
Chainoaldus, a. 625. obit, a. 632.
Attila ſiue Attola fit Ep. a. 632. ſuperſtes a. 671.
Vuifridus, Vuurifrindus, Vuifrindus, Wlfridus, wlfandus, wlfadus.
Peregrinus.
Gerardus.
Serulfus, a. 687.
Maldagarius, ſiue Madalgarius, a. 694. a. 701.
Omotarius fit Ep. ante annum 707.
Sigoaldus.
Bertifridus.
Madelanus ſeu Magdelannus.
Genebaudus, a. 748. ſuperſtes regnante Pippino.

LAVREACENSIS E. *de Laurich* ſeu *Lorich*, hudie *Lorch*,
ſub M. Saliſburgienſi.

Gerardus ſocius S. Ruperti, fit Ep. Laureacenſis in Boioaria ſub eodem Ruperto M. Sabſburgienſi, obit, a. 615.

Philo fit Ep. a. 615. obit, a. 660.

Bruno, anteà Ep. Pataiuenſis, fit etiam Ep. Laureacenſis, a. 660. Abhinc vniti ſunt Epiſcopatus Laureacenſis ac Pataiuenſis. *Vide* Epiſcopos Pataiuenſes, de quibus infrà.

LAVSANNENSIS E. *de Lauſanne*,
ſub M. Veſontionenſi.

Marius Epiſc. Aueuticenſis in prouincia Lugdunenſi V. ſub M. Veſontionenſi, Sedem Epiſcopalem Aventico Lauſannam transfert, regnante in Burgundia Childeberto II. obit, a. circiter 596.

Maemerius ſeu Manerius fit Epiſc. a. circiter 596.

Egilolphus.

Arricus, a. 644.

LEMOVICENSIS E. *de Limoges*,
ſub M. Bituricenſi.

Ruricius Senior Epiſc. Lemouicenſis in Aquitania I. ſub M. Bituricenſi, cùm Clodoueus Aquitaniam ſubigit.

Ruricius Iunior, a. 535. a. 541. a. 549.

Exochius ſiue Exutius ſedet annos 15.

Ferreolus, a. 579. ſuperſtes, a. 591.

Aſclepeus ſiue Aſclepiodotus obit, a. 613.

Lupus fit Ep. a. 614. ſuperſtes, a. 632.

Simplicius obit, a. circiter 657.

Felix fit Epiſc. a. circiter 657. ſuperſtes, a. 644.

Adelphius.

Ruſticus, a. 667.

Hertenobertus.

Cæſarius.

Ermenus, a. 703.

Salutaris.

Aggericus.

Sacerdos, a. 715. obit, a. circiter 720.

Auſuidus, Auſindus, Auſnidus, Aufundus, Auſindus fit Ep. a. circiter 720.

Ceſſator, a. 732.

Ebulus ſiue Ebulo peruenit ad tempora Pippini Regis.

LEODIENSIS E. *de Liège*,
ſub MM. Wormacienſi & Moguntino.

Hubertus Epiſc. in Germania II. ſub M. Wormacienſi, Sedem Epiſcopalem Traiecto transfert Leodium, a. 721. obit, a. 727.

Florebertus fit Ep. a. 727. obit, a. 745.

Fulcarius fit Ep. a. 745. ſubijcitur M. Moguntino, a. 746. obit regnante Pippino.

LEONENSIS E. *de Leon*,
ſub M. Turonenſi.

Paulus fit primus Epiſc. Leouenſis in prouincia Lugdunenſi III. ſub M. Turonenſi, a. 529. regnante Childeberto; abdicat Epiſcopatum, a. 553.

Iaouas ſeu Iehonius fit E. a. 553. obit, a. 554.

Tiernomagilus fit Ep. a. 554. obit, a. 555.

Paulus iterum Ep. a. 555. abdicat iterum Epiſcopatum, a. 566.

Cetomerinus fit Ep. a. 566. obit, a. 602.

Goluenus fit Ep. a. 602. obit, a. 616.

Tenenanus fit Ep. a. 616. obit, a. 655.

Houardonus fit Ep. a. 655. obit, a. 650.

Goeznoueus fit Ep. a. 650. obit, a. 675.

Gilbertus fit Ep. a. 675. obit, a. 701.

Omeneſius fit Ep. a. 701. obit, a. 735.

Guyomarkus fit Ep. a. 735. ſedet annos 48.

LEXOBIENSIS E. *de Lexobie*,
ſub M. Turonenſi.

Riocus Epiſc. Lexobienſis in prouincia Lugdunenſi III. ſub M. Turonenſi, cùm Lexobia venit in poteſtatem Clodouei Regis, obit, a. 515.

Riuallonus fit Ep. a. 515. obit, a. 518.

Ioannes fit Ep. a. 518. obit, a. 527.

Guennaelus fit Ep. a. 527. obit, a. 531.

Tiriztianus fit Ep. a 531. obit, a. 552.

Tugdwalus ſeu Tugalus fit Epiſc. a. 552. obit, a. 553

Rwelinus fit Ep. a. 553. obit, a. 574.

Pebecontus fit Ep. a. 574. obit, a. 594.

Robertus fit Ep. a. 594. obit, a. 625.

Stelereus fit Ep. a. 625. obit, a. 641.

Martinus fit Ep. a. 641. obit, a. 653.

Diunyſius fit Ep. a. 653. obit, a 696.

Gouartanus fit Epiſc. a. 697. Hic iuxta nonnullos Auctores ſedet annos 70. peruenit ad tempora Pippini Regis, ſi ſedit annos 55. at id valdè incertum.

LEXOVIENSIS E. *de Lizieux*,
ſub M. Rotomagenſi.

Theodebaudus ſeu Theodebaudis Epiſc. Lexouienſis in prouincia Lugdunenſi II. ſub M. Rotomagenſi, a. 538. a. 541. a. 549.

Ætherius, a. 584.

Launobaudus, a. 644.

Bicgo, a. 658.

Fulcrauuus, a. 688.

LINGONENSIS E. *de Langres*,
ſub M. Lugdunenſi.

Gregorius Epiſc. Lingonenſis in prouincia Lugdunenſi I. ſub M. Lugdunenſi, in ditione Burgundionum, deinde Francorum, obit, a. 539.

Tetricus fit Ep. a. 539. obit, a. 572.

Pappolus fit Ep. a 572. obit, a 580.

Mummolus fit Ep. a. 580. viuit, a. 585.

Mietius, a. 609. obit, a. circiter 617.

Modoaldus fit Ep. a. circiter 617. obit regnante Clotario II.

Bertoaldus fit Ep. ſuperſtite in viuis Clotario II. ſubſcribit Concilio Cabilonenſi III. a. 644.

Sigoaldus.
Wlfrannus.
Leuboldus, a. 658.
Godinus.
Adoinus ſiue Adonius.
Garobaldus, Garbaldus, Guarbaldus.
Eronus, a. 686. a. 697. obit, a circiter 713.
Aſtoricus fit Epiſc a. circiter 713. ſedet a. 715.
Vandrarius, Vanderius aut Vandrerios, a. 732.
Chedroaldus ſedet a. 747. obit regnante Pippino.

LVCENSIS E. *de Lugo*, ſub M. Eluſano.

Cantabria in Epiſcopatu Lucenſi ſub M. Bracarenſi venit in poteſtatem Francorum, a. 542. nec redit ad Sueuos ante mortem Clotarij I. Exciderunt autem nomina Lucenſium Epiſcoporum, qui per illa tempora floruerunt ſubiacueruntque vicino M. Nouempopulaniæ.

LVGDVNENSIS E. M. *de Lyon*, per prouinciam Lugdunenſem I.

Lupus Epiſc. Lugdunenſis M. prouinciæ Lugdunenſis I. a. 534. cùm Burgundiæ Regnum à Francis deletur, & a. 538. cùm celebratur Concilium Aurelianenſe III.
Leontius Ep. M a. 542.
Sacerdos Ep. M. a. 549. obit, a. 551.
Nicetius fit Ep. M. a. 551. obit, a. 573.
Priſcus fit Ep. M. a. 573. viuit, a. 585.
Ætherius Ep. M. a. 589. obiit a. 602.
Secundinus fit Ep. M. a. 602. obit, a. 603.
Aridius fit Ep. M. a. 603. obit, a. 611.
Theodoricus fit Ep. M. a. 611. viuit, a. 625.
Gandericus Ep. M. a. 644.
Viuentius Ep. M.
Annemundus Epiſc. M. a. 652. ſuperſtes a. 658.
Geneſius fit Epiſc. M. regnante Clotario III. obit, a. 677.
Lantbertus fit Ep. M. a. 678.
Iſaac Ep. M. a. 687.
Lebuinus, Leboynus, Loboinus, Epiſc. M. a. 690.
Godwinus ſeu Godinus, Ep. M. a. 693. a. 713.
Fulcoaldus Ep. M. 723. obit, a. 744.
* Interpontificium ad tempora vſque Pippini Regis.

LVTEVENSIS E. *de Lodéue*, ſub M. Bituricenſi.

Deuterius Epiſc. Luteuenſis in prouincia Narbonenſi I. ſubeſt M. Narbonenſi quandiu Lutena Wiſigothis paret; poſt annum verò 535. quo Lutena capitur à Francis, ſubeſt M. Bituricenſi. Intereſt Concilio I. Aruernenſi, a. 535.
Edibius intereſt Concilio III. Pariſienſi, a. 557. Poſt mortem Clotarij I. Lutenà redit ad Wiſigothos.

M

MASSILIENSIS E. *de Marſeille*, ſub M. Arelatenſi.

Dalmatius Ep. Maſſilienſis in prouincia Viennenſi II. ſub M. Arelatenſi, in ditione Oſtrogothorum vſque ad a. 536. poſteà in ditione Francorum.
Antoninus, a. 544.
Emeterius, a. 554.
Theodorus, a. 581. obit, a. circiter 594.
Serenus fit Epiſc. a. circiter 594. viuit, a. 600.
Adaloogus ſiue Abdalongus vel Abdelonus, Ep. a. 739.

MATISCONENSIS E. *de Maſcon*, ſub M. Lugdunenſi.

Placidus fit primus Ep. Matiſconenſis in prouincia Lugdunenſi I. ſub M. Lugdunenſi, ſupereſt in viuis, a 551. cùm celebratur Concilium II. Pariſienſe.
Salunus, a. 560.
Chelidonius, a. 567.
Iuſtus, a. 574.
Euſebius, a. 583. a. 585.
Florentinus.
Decius.
Momulus, a. 623.
Deodatus, a. 631. a. 644.
Decius II.
Domnolus, a. 732. a. 743. ad Pippini Regis tempora peruenire potuit.

MAVRIENNENSIS E. *de Maurienne*, ſub M. Darantaſienſi.

Hiconius fit primus Ep. Maurienenſis in prouincia Alpium Graiarum & Penninarum ſub M. Darantaſienſi, regnante Guntchramno. Intereſt Concilio I. Matiſconenſi, a. 583. Supereſt in viuis, a. 602.
Leborius, a. 644.

MELDENSIS E. *de Meaux*, ſub M. Senonenſi.

Præſidius Epiſc. Meldenſis in prouincia Lugdunenſi IV. ſub M. Senonenſi; a. 486. cùm Meldæ Francicis ditionibus accedunt.
Promiſſius.
Medoueus ſeu Medouechus, a. 547. a. 549. a. 551.
Edenus.
Bandoaldus ſeu Baudowaldus.
Gondoaldus ſeu Gundoldus aut Gundobaldus, a. 614. a. 625. obit, a. 627.
Pharo ſeu Faro fit Ep. a. 627. obit, a. 672.
Walbertus ſeu waldebertus fit Ep. a. 672. obit, a. 680.
Ildeuertus fit E. a. 680. obit, a. circiter 690.
Hellingus fit Ep. a. circiter 690. obit, a. 697.
Pathanus fit Ep. a. 697. obit eodem anno.

Ebregeſillus fit Ep. a. 697. obit, a. circiter 700.
Landricos, Iendricus, Lendicus, Lendrinus, fit Ep. a. circiter 700. obit, a. 705.
Edoldus, Heldodus, Eldodus, fit Epiſc. a. 705. obit, a. circiter 710.
Adulphus, Adelphus, fit Ep. a. circiter 710. obit, a. 715.
Ragaminatus, Ragamiratus, Ragunarius, Ragaminatus, Ragamarius, Ragamitius, Ragemarius, fit Ep. a. 715. obit, a. 720.
Sigenoldus fit Ep. a. 720. obit, a. 726.
Erlanceus ſiue Erlanreus fit Epiſc. a. 726. obit, a. 730.
Aydenetus ſiue Aydenitus fit Epiſc. a. 730. obit, a. 738.
Romanus fit Ep. a. 738. obit regnante Pippino.

Mataniss E. *de Mets*,
ſub M. Treuirenſi.

Romanus Ep. Metenſis in Belgica prima ſub M. Treuirenſi, a. 486. cùm Metæ Clodoueo ſe dedunt, obit, a. 489.
Fronimius fit Ep. a. 489. obit, a. 497.
Grammatius fit Ep. a. 497. obit, a. 512.
Agatimber fit Ep. a. 512. obit, a. 525.
Heſperius ſeu Sperius fit Ep. a. 525. obit, a. 542.
Villicos fit Ep. a. 543. obit, a. 568.
Petrus fit Ep. a. 568. obit, a. 578.
Aigulfus fit Ep. a. 578. obit, a. 598.
Arnoaldus fit Ep. a. 599. obit, a. 607.
Pappolus fit Ep. a. 607. obit, a. 610.
Arnulfus fit Ep. a. 611. abdicat Epiſcopatum, a. 626.
Goericus fit Ep. a. 626. obit, a. 644.
Godo fit Ep. a. 645. obit, a. 655.
Clodulphus fit Ep. a. 656. obit, a. 696.
Abbo fit Ep. a. 697. obit, a. 707.
Aptatus fit Ep. a. 707. obit, a. 715.
Felix fit Epiſc. a. 715. obis, a. 715.
Sigibaldus fit Ep. a. 716. obit, a. 741.
Chrodegangus fit Ep. a. 742. obit regnante Pippino.

Moguntiacensis E. *de Mayence*, ſub M. Treuirenſi, deinde ſub Vormacienſi, poſtremò fit M. per vtramque Germaniam, per Rhætiam, per Franciam Orientalem, per Haſſiam & per Toringiam.

Eutropius Ep. Moguntiacenſis in Germania I. ſub Treuirenſi M. Belgicæ I. & vtriuſque Germaniæ, cùm Merouens Germaniam I. ſubigit. Sedet annos 23. obit, a. 474. Eius anteceſſores olim M M. Germaniæ I. amiſſo poſteà iure Metropolitico ſubditi Colonienſi M. vtriuſque Germaniæ; nouiſſimè propter interpontificium Colonienſe cum vtraque Germania attributi Treuirenſi M. Belgicæ I. Succeſſores Treuirenſem M. agnouerunt, donec Ep. Vormacienſis factus eſt M. vtriuſque Germaniæ regnante Clodoueo. Denique ius Metropoliticum recuperarunt, a. 746.
Adelbertus fit Ep. a. 474.
Radherius ætate Clodouei. Tunc Epiſc. Vormacienſis fit M. vtriuſque Germaniæ.
Adelbaldus Ep.
Laodfridus Ep.
Ruthardus Ep.
Sidonius Ep. a. 562.
Wilebertus Ep.
Leoniſius ſeu Ludegaſtus Ep. a. 612.
Rodhelmus ſeu Rudelmus Epiſc.
Luthwaldvs ſeu Landowaldus Ep.
Leowaldus ſeu Lopoaldus Ep. a. 625.
Richbertus Ep. a. 667.
Sigebertus Ep. a. 706. a. 712.
Geroldus, Epiſcopus a. 724. a. 734. obit, a. 743.
Geruilius fit Ep. a. 743. deponitur, a. 746.
Bonifacius ex Archiepiſcopo regionario fit Archiepiſcopus Moguntinus, a. 746. Metropolitanâ dignitate illi loco tum reſtitutâ; cedit Archiepiſcopatum Moguntinum Lullo, regnante tum Pippino

N

Namnetanss E. *de Nantes*,
ſub M. Turonenſi.

Epiphanius Ep. Namnetenſis in prouincia Lugdunenſi III. ſub M. Turonenſi, cùm Namnetæ Clodoueo deditionem faciunt, & a. 511. cùm celebratur Concilium I. Aurelianenſe.
Marſus, a. 530. obit, a. 531.
Eumerios ſiue Euemerus fit Ep. a. 531. obit, a. 550.
Felix fit Ep. a. 550. obit, a. 583.
Noonichius fit Ep. a. 583. viuit, a. 591.
Sofronius, a. 610.
Leobardus, a. 625.
Salapius, a. 631. a. 644.
Taurinus, a. 652.
Harco.
Paſcharios, a. 676. obit regnante Childeberto III.
Agatheus Ep. Redonenſis occupat Eccleſiam Namnetenſem regnante Childeberto III.
Amitho fit Epiſc. a. circiter 705. viuit, a. 716.
Deomarus Ep. ſedet Pippino Regnum ineunte.

Nemetensis E. *de Spire*;
ſub M M. Vormacienſi, & Moguntino.

Interciderant nomina Præſulum, qui poſt Synodum Agrippinenſem, cui leſſes anno circiter 532. interfuit, Eccleſiam Nemetum ſeu Spirenſium in Germa-

nia I. per multa ſecula texerunt vſque ad Athanaſium qui ſequitur.

Athanaſius Ep. annis 40. ſub M. Vormacienſi, obit, a. 642.

Principius fit Ep. a. 642. obit, a. 667.

Tragebodus fit Ep. a. 667. obit, a. 675.

* Sequitur interpontificium.

Baſinus fit Ep. a. circiter 722. obit, a. circiter 730.

Lato, Latto, Iatto, Hatto, fit Epiſc. a. circiter 730. obit, a. circiter 741.

Danid fit Epiſc. a. circiter 741. Subncitur M. Moguntino a. 746. obit, a. 749.

Baſilius fit Ep. a. 749. ſuperſtes a. 752.

NICAENSIS E. *de Nice*, ſub M. Ebredunenſi.

Magnus Ep. Nicaenſis in Alpibus Maritimis ſub M Ebredunenſi, a. 549 a. 554. Prouinciam illam Oſtrogothi Francis ceſſerunt, a. 556.

Auſtadius, a. 581.

Catulinus, a. 585.

NIVARNENSIS E. *de Neuers*, ſub M. Senonenſi.

Ruſticus Epiſc. Niuernenſis in prouincia Lugdunenſi IV. ſub M. Senonenſi, a. 534. cùm Franci Burgundiam ſubigunt, in viuis ſupereſt, a. 541. cùm celebratur IV. Concilium Aurelianenſe.

Aregius, a. 549. a. 551.

Æoladius, a. 567. obit, a. circiter 580.

Agricola fit Ep. a. circiter 580. viuit, a. 589. obit, a. circiter 594.

Fulcilius fit Ep a. circiter 594. viuit, a. 610.

Rauracus, a. 624. a. 652.

Deodatus, a. 657. abdicat Epiſcopatum, a. circiter 664.

Gilbertus, a. 665.

Rogus, a. 672.

Iterius, a. 691.

Opportunus, a. 702.

Nectarius, a. 726.

Ridelenus, a. 747. obit regnante Pippino.

NOVIOMANSIS E. *de Noyon*, ſub M. Remenſi.

Medardus Epiſc. Viromandenſis in Belgica II. ſub M. Remenſi, Sedem Epiſcopalem transfert Noiomum, a. 531. fit etiam Ep. Tornacenſis, a. 532. obit, a. 545.

Fauſtinus fit Ep. Nouiomenſis & Tornacenſis, a. 545.

Gundulphus Epiſc. Nouiomenſis & Tornacenſis.

Chraſmarus Ep. Nouiomenſis & Tornacenſis.

Ebrulfus Ep. Nouiomenſis & Tornacenſis obit, a. circiter 621.

Acharius fit Ep. Nouiomenſis & Tornacenſis, a. circiter 621. obit, a. 639.

Eligius ordinatur Epiſc. Nouiomenſis & Tornacenſis, a. 640. obit, a. 659.

Mummolinus fit Ep. Nouiomenſis & Tornacenſis, a. 659. obit, a. 685.

Hautcarius fit Ep. Nouiomenſis & Tornacenſis, a. 685.

Gundumus Epiſc. Nouiomenſis & Tornacenſis.

Guarulfus Ep. Nouiomenſis & Tornacenſis obit, a. 721.

Framengerus fit Ep. Nouiomenſis & Tornacenſis, a. 721. obit, a. 723.

Hunnanus fit Ep. Nouiomenſis & Tornacenſis, a. 723. obit, a. 741.

Guido fit Ep. Nouiomenſis & Tornacenſis, a. 741. ſuperſtes, a. 745.

Eunnecius fit Ep. Nouiomenſis & Tornacenſis, a. 745. ſuperſtite tum Guidone; obit, a. 747.

Eliſæus fit Ep. Nouiomenſis & Tornacenſis, a. 747. obit regnante Pippino.

O

OCTODORENSIS E. *de Martinach*, ſub M. Darantaſienſi.

Conſtantius Ep. Octodorenſis in prouincia Alpium Graiarum & Penninarum ſub M. Darantaſienſi, a. 517. in ditione Burgundionum. An peruenerit ad a. 536. quo Alpes prænominatæ Francicis ditionibus acceſſerunt, haud liquet.

Ruſus, a. 541. a. 549.

Agricola, a. 565.

Heliodorus Epiſcopalem Sedem Octodoro Sedunum transfert. *Vide* Epiſcopos Sedunenſes, de quibus infrà.

OLORONENSIS E. *d'Oleron*, ſub M. Eluſano.

Gratus Ep. Oloronenſis in Nouempopulania ſub M. Eluſano, cùm Clodoueus Wiſigothos è tribus Aquitaniis expellit.

Agreſtius, a. 549. a. 551.

Lucerius, a. 573. a. 585.

P

PAMPILONENSIS E. *de Pampelonne*, ſub M. Eluſano.

Vaſconia Septentrionalis, cuius vrbs primaria Pampilona, Epiſcopatu nobilis ſub M. Tarraconenſi, venit in poteſtatem Francorum, a. 542. nec redÿt ad Wiſigothos ante mortem Clotarÿ I. Deſiderantur autem nomina Pampilonenſium Antiſtitum, qui per illa tempora ſederunt, ſubiacuerúntque vicino M. Nouempopulaniæ.

PARISIENSIS E. *de Paris*, ſub M. Senonenſi.

Apedinius Epiſc. Pariſienſis in prouincia Lugdunenſi IV. ſub M. Senonenſi, cùm Childericus Rex Pariſios ſuæ ditioni ſubiicit.

Heraclius, a. 511. a. 512.
Probatius.
Amelius, a. 533. a. 538. a. 541.
Saffaracus, a. 547. a. 549. deponitur, a. 551.
Euſebius fit Ep. a. 551. obit, a. 555.
Germanus fit Ep. a. 555. obit, a. 576.
Ragnemodus fit Ep. a. 576. obit, a. 591.
Euſebius II. fit Ep. a. 591.
Faramodus.
Simplicius, a. 601.
Ceraunus, a. 614.
Leudebertus, a. 625.
Audobertus, a. 640. a. 644.
Landericus, a. 652. ſuperſtes, a. 654.
Importunus.
Chrodobertus, a. 658. a. 662.
Sigrobandus obit, a. 664.
Agilbertus fit Ep. a. 664. viuit, a. 669.
Sigofridus, a. 690. a. 693.
Turnoaldus, a. 694. abdicat Epiſcopatum, a. 709.
Adulphus fit Ep. a. 709. obit, a. 715.
Bernecharius fit Ep. a. 715. obit, a. 724.
Hugo fit Ep. a. 724. obit, a. 730.
Merſeidus fit Ep. a. 730.
Fedolius ſeu Fedolus.
Ragnecaptus, a. 752.

PATAVIENSIS E. *de Paſſau*, ſub M. Saliſburgienſi, deinde fit M. per Boioariam.

Erchenfridus, ſocius S. Ruperti, fit Ep. Patauienſis in Boioaria ſub eodem Ruperto M. Saliſburgienſi, obit, a. 624.
Othocarus fit Ep. a. 624. obit, a. 638. Honorio Papâ in viuis adhuc ſuperſtite.
Bruno fit Ep. Patauienſis, a. 638. ſub Pontificatu Honorij Papæ, fit etiam Epiſc. Laureacenſis, a. 660. necnon Metropolita Boioariæ, a. 666. obit, a. 698.
Theodorus fit Ep. Patauienſis ac Laureacenſis & Metropolita Boioariæ, a. 699. obit, a. 737.
Viuilo fit Ep. Patauienſis ac Laureacenſis & Metropolita Boioariæ, a. 737. obit, a. 745.
Sidonius fit Ep. Patauienſis ac Laureacenſis & Metropolita Boioariæ, a. 745. obit regnante Pippino.

PETROCORICENSIS E. *de Perigueux*, ſub M. Burdigalenſi.

Chronopius Ep. Petrocoricenſis in Aquitania II. ſub M. Burdigalenſi, cùm Wiſigothi pelluntur à Francis ex Aquitania, ſupereſt in viuis, a. 533. cùm celebratur II. Concilium Aurelianenſe.
Sabaudes, a. 542.
Charterius, a. 582. a. 585.
Saffarius, a. 589. a. 590.

PICTAVIENSIS E. *de Poitiers*, ſub M. Bordigalenſi.

Adelphius Ep. Pictauienſis in Aquitania II. ſub M. Burdigalenſi, cùm Wiſigothi pelluntur à Francis ex Aquitania, ſupereſt in viuis, a. 533. cùm celebratur II. Concilium Aurelianenſe.
Elaphius.
Danihel, a. 541.
Pientius, a. 549. obit, a. circiter 564.
Paſcentius fit Ep. a. circiter 564.
Maroueus, a. 568. a. 582. obit, a. 599.
Fortunatus fit Ep. a. 599.
Caregiſilus.
Ennoaldus, a. 615.
Ioannes, a. 625. obit, a. 626.
Dido fit Epiſc. a. 626. obit Childerico II. Monarchiam Francorum obtinente.
Anſoaldus fit Ep. Childerico II. Monarchiam Francorum obtinente, ſuperſtes eſt, a. 694.
Eparchius.
Maximinus.
Gaubertus, a. 732.
Godo, a. 752.

R

REDONENSIS E. *de Rennes*, ſub M. Turonenſi.

Melanius Epiſc. Redonenſis in prouincia Lugdunenſi III. ſub M. Turonenſi, cùm Redones Clodoueo Regi ſubiiciuntur, obit, a. 530.
Febediolus fit Ep. a. 530.
Victurius, a. 566. a. 568. obit, a. 602.
Duriorerus fit Ep. a. 603. obit, a. 655.
Willelmus fit Ep. a. 655. obit, a. 684.
Deſiderius fit Ep. a. 684. viuit, a. 688.
Agatheus Ep. Redonenſis occupat etiam Eccleſiam Namnetenſem regnante Childeberto III.
Moderandus ſedet annos 13. dimittit Epiſcopatum regnante Chilperico III.
Auriſcandus fit Epiſc. regnante Chilperico III. obit, a. 725.
Rothandus fit Ep. a. 725. obit, a. 747.
Stephanus fit Epiſc. a. 747. obit regnante Pippino.

REGINOBURGENSIS E. *de Ratisbonne*, ſub M. Patauienſi.

Garibaldus fit primus Ep. Reginoburgenſis in Boioaria ſub M. Patauienſi, a. 739. obit regnante Pippino.

REIENSIS E. *de Riez*, ſub M. Aquenſi.

Contumelioſus Ep. Reienſis in prouincia Narbonenſi II. ſub M. Aquenſi, retruditur in Monaſterium ob capitale crimen, antequàm Oſtrogothi prouinciam illam Francis cedant; a. 536. quo fit hæc ceſſio, Reienſis Eccleſia per Viſitatorem regitur ſuperſtite in viuis Contumelioſo.
Fauſtus, a. 549.
Emeterius, a. 554.
Claudianus, a. 573.

Vrbicus, a. 585. a. 589.
Claudius, a. 625. a. 644.
Archirincus.
Abſalon.

RAMANSIS E. M. *de Reims*, per Belgicam II.

Remigius Epiſc. Remenſis M. Belgicæ II. cùm Remi Clodouco ſe ſubdunt, obit, a. 533.
Romanus fit Ep. M. a. 533. obit, a. 535.
Flauius fit Ep. M. a. 535.
Mappinius Ep. M. a. 549. obit, a. 569.
Ægidius fit Ep. M. a. 569. deponitur, a. 590.
Romulfus fit Ep. M. a. 590. obit, a. 593.
Sonnatius fit Ep. M. a. 594. obit, a. 631.
Leudegiſelus fit Ep. M. a. 631. obit, a. 641.
Anglebertus fit Ep. M. a. 642. obit, a. 645.
Lando fit Ep. M. a. 645. obit, a. 649.
Niuardus fit Ep. M. a. 649. obit, a. 673.
Reolus fit Ep. M. a. 673. ſedet, a. 688.
Rigobertus Ep. M. ſedet a. 694. pellitur, a. 717.
Milo Treuirenſis iam Epiſcopus M. Sedem M. Remenſem occupat expulſo Rigoberto, a. 717. Abel aduersùs Milonem Epiſcopus conſtituitur, a. 745. Remis eiectus degit in Monaſterio Lobienſi, obitque Pippino nondum Rege. Milo Remenſem Cathedram contra Canones per vim detinet, a. 752. cùm Pippinus incipit regnare.

ROTOMAGENSIS E. M. *de Roüen*. per prouinciam Lugdunenſem II.

Creſcentius Ep. Rotomagenſis M. prouinciæ Lugdunenſis. II. cùm Clodoueus Rotomagum capit, obit, a. 494.
Gildardus fit Ep. M. a. 494. obit, a. 529.
Flauius fit Ep. M. a. 529. obit, a. 544.
Prætextatus fit Ep. M. a. 544. obit, a. 586.
Melantius ſeu Melanius fit Ep. M. a. 586. obit, a. 598.
Hidulphus fit Ep. M. a. 598. obit, a. 626.
Romanus fit Ep. M. a. 626. obit, a. 639.
Audoenus fit Ep. M. a. 640. obit, a. 683.
Anſbertus fit Ep. M. a. 683. obit, a. 695.
Reginaldus fit Ep. M. a. 695. obit, a. 698.
Grippo fit Ep. M. a. 698. obit, a. 722.
Hugo fit Ep. M. a. 722. obit, a. 730.
Raibertus fit Ep. M. a. 730. obit, a. 734.
Grimo fit, Ep. M. a. 734. obit, a. 746.
Raginfridus fit Ep. M. a. 746. deponitur Pippino jam Rege.

RVTENENSIS E. *de Rodez*, ſub M. Bituricenſi.

Quintianus Ep. Rutenenſis in Aquitania I. ſub M. Bituricenſi, cùm Clodoueus tres Aquitanias ſubigit, pellitur in exilium à wiſigothis, qui Rutenos poſt Clodonei mortem recuperant.
Dalmatius fit Ep. a. 524. ſubeſtque M. Narbonenſi quandiu Ruteni Wiſigothis parent, ſubiicitur autem M. Bituricenſi cùm Ruteni redeunt in poteſtatem Francorum, obitque a. 580.
Theodoſius fit Ep. a. 580. obit, a. 584.
Innocentius fit. Ep. a. 584. viuit, a. 588.
Verus, a. 625.
Aredius memoratur in Miraculis vitæ ſancti Deſiderij Caducenſis Ep. ſubiectis, incertum quâ ætate vixit.

S

SAGIENSIS E. *de Seez*, ſub M. Rotomagenſi.

Litharedus Epiſcopus Sagienſis in prouincia Lugdunenſi II. ſub M. Rotomagenſi, quando Sagium in poteſtatem Clodouei Regis venit, & a. 511. cùm celebratur I. Concilium Aurelianenſe.
Paſſiuus, a. 533. a. 549.
Milehardus, a. 557.
Leudebaudis, a. 566. a. 573.
Hildebrandus, a. 575.
Rodobertus, a. 596.
Rauerennus.
Amlacarius, a. 644. a. 658. a. 661.
Gaufridus.
Robertus.
Annobertus, a. 688.
Radulfus.
Hugo.
Benedictus
Lotharius Eurmundum Abbatem Fontanetenſem ſepelit regnante Chilperico III. obit regnante Pippino.

SALISBVRGIENSIS E. M. *de Salezbourg*, per Boioariam, deinde Ep. ſub M. Patanienſi.

Rupertus ſeu Rutbertus Ep. Vormacienſis, M. vtriuſque Germaniæ, pellitur, a. 577. it in Boioariam, a. 579. Boioarios ad fidem conuertit, fit primus Ep. Saliſburgienſis M. Boioariæ, duos è ſuis ſociis Epiſcopos conſtituit, Gerardum Laureaci, Erchenfridum Patauiæ, obit, a. 623.
Vitalis fit Ep. M. a. 623. obit, a. 646.
Anſologus fit Ep. M. a. 646. obit, a. 666.
Sayolus fit Ep. a. 666. ſubiicitúrque M. Patanienſi, obit, a. 680.
Ezius fit Ep. a. 680. obit, a. 705.
Flobargiſus fit Ep. a. 703. obit, a....
* Sequitur interpontificium aliquot annorum.
Ioannes fit Ep. a. 739. obit regnante Pippino.

SANICIENSIS E. *de Senez*, ſub M. Ebredunenſi.

Simplicius Ep. Sanicienſis in Alpibus Maritimis ſub M. Ebredunenſi, a. 541. & a. 554. Verùm autem hic an deceſſor Marcellus, a. 536. cùm prædictæ Alpes

ad Franciam accedunt, haud liquet.
Vigilius, a. 585.

SANTONENSIS E. *de Saintes*, ſub M. Burdigalenſi.

Gregorius Ep. Santonenſis in Aquitania II. ſub M. Burdigalenſi, cùm Wiſigothi à Clodoueo pelluntur ex Aquitania.
Petrus, a. 511.
Troianus obit, a. 532.
Euſebius fit Ep. a. 532. obit paulò ante Clotarium I.
Emerius, a. 562.
Concordius.
Didymus.
Palladius, a. 573. a. 589. a. 596.
Leontius, a. 625.
Adelbertus. Anianus. — Mancus eſt indea Epiſcoporum Santonenſium, nec probè ſcitur quibus temporibus hi duo ſederint Epiſcopi, à Leontio enim, qui Concilium Remenſe cum aliis Epiſcopis a. 625. celebrauit, ad Iſlonem vſque qui a. 1012. florebat, occurrunt in Catalogis Epiſcopi duntaxat decem, vt dictum Tomo III. ad a. 649. o. 37.

SEDVNENSIS E. *de Sion*, ſub M. Darantaſienſi.

Heliodorus Ep. Octodorenſis in prouincia Alpium Graiarum & Peuninarum ſub M. Darantaſienſi, Sedem Epiſcopalem Octodoro Sedunum transfert, Concilio Matiſconenſi. III. ſubſcribit, a. 585.
* a. 601. Ruſticus vel Patricius.
Leutmundus, a. 611. a. 616.
Protaſius, a. 644.
Amatus fit Ep. regnante Theodorico III.
Gratus, a. 690.

SEGESTARICENSIS E. *de Siſteron*, ſub M. Aquenſi.

Auolus Ep. Segeſtericenſis in prouincia Narbonenſi II. ſub M. Aquenſi, a. 536. cùm prouinciam illam Francis cedunt Oſtrogothi, ſupereſt in viuis, a. 554.
Geneſius, a. 573.
Pologronius, a. 585. obit, a. 619.
Secundinus fit Ep. a. 619. obit, a. 657.
Magnibertus fit Ep. a. 657. obit, a. 718.
Amantius fit. Ep. a. 718. obit, a. 729.
* Huius Epiſcopi nomen ignoratur.
Bonus fit Ep. a. 750. ſuperſtes, a. 752.

SELLENSIS E. *de Selles en Poitou*, ſub M. Burdigalenſi.

Auſtrapius fit Ep. Sellenſis ſeu Caſtri Celſi in Aquitania II. ſub. M. Burdigalenſi, Clotario I. totius Franciæ Monarchiam obtinente, obit, a. circiter 564. eóque mortuo Sellenſis Epiſcopatus redit ad Pictauienſem à quo nuper auulſus fuerat.

SENONENSIS E. M. *de Sens*, per Prouinciam Lugdunenſem IV.

Eraclius Ep. Senonenſis M. prouinciæ Lugdunenſis IV. cùm Senones parere Francis incipiunt, obit, a. 507.
Leo Ep. M. a. 512. a. 533. a. 538.
Conſtitutus Ep. M. a. 549. obit, a. 579.
Arthemius fit Ep. M. a. 579. obit, a. 609.
Lupus fit Ep. M. a. 609. viuit, a. 614.
Richerius Ep. M. a. 625.
Hildegarius Ep. M. a. 631.
Aunobertus Ep. M. a. 640. a. 642.
Honulphus Ep. M.
Armentarius Ep. M. a. 644. a. 652.
Gundelbertus Ep. M. abdicato Epiſcopatu ſecedit in eremum.
Emmo Ep. M. a. 657. obit, a. 669.
Amatus fit Ep. M. a. 669. pellitur, a. 674.
Mederius fit Ep. M. a. 674.
Landebertus Ep. M. a. 677. obit, a. circiciter 679.
Wlfrannus fit Ep. M. a. circiter 679. abdicat Epiſcopatum a. 682.
Gericus fit Ep. M. a. 682. obit regnante Childeberto III.
Ebbo Ep. M. ſub Regg. Childeberto III. Dagoberto III. Chilperico III. Theodorico IV. & Childerico III. curam Pontificalem dimittit, a. 745. obit, a. 750.
Ardobertus fit Ep. M. a. 745. ſuperſtes a. 752.

SILVANECTENSIS E. *de Senlis*, ſub M. Remenſi.

Modeſtus Ep. Siluanectenſis in Belgica II. ſub M. Remenſi, cùm Siluanectum in poteſtatem Childerici Regis deuenit.
Liuanius ſeu Leuangius obit, a. 513.
Paſius fit Ep. a. 513. obit, a. 519.
Nonnullus fit Ep. a. 519. obit, a. 547.
Gonotigernus fit Ep. a. 547. obit, a. 560.
Lethardus fit Ep. a. 560. proficiſcitur in Angliam, a. 566.
Sanctinus fit Ep. a. 566. obit, a. 581.
Malulfus fit Ep. a. 581. obit, a. 584.
Candidus fit Ep. a. 584. obit, a. 598.
Agomarus fit Ep. a. 598. obit, a. 649.
Autbertus fit Ep. a. 649. obit, a. 685.
Alo fit Ep. a. 685. ſedet a. 694.
Amandus obit, a. 729.
Eremberrus fit Ep. a. 729. obit, a. 745.
Wlfredus fit Ep. a. 745. obit regnante iam Pippino.

SVESSIONENSIS E. *de Soiſſons*, ſub M. Remenſi.

Principius Ep. Sueſſionenſis in Belgica

II. ſub M. Remenſi, cùm Clodoueus Sueſſionem capit.

Lupus, a. 521. ſuperſtes, a. 533.

Bandaricus exulat, a. 538. obit, a. 545.

Auectarius fit Ep. a. 545.

Theobaldus ſeu Thenebaldus.

Tondulfus ſeu Taudulfus.

Landulphus.

Anſericus, a. 625. obit, a. 652.

Bettolenus fit Ep. a. 652. abdicat Epiſcopatum, a. 654.

Drauſius fit Ep. a. 654. viuit, a. 668.

Warinbertus, a. 674.

Adalbertus.

Gaudinus a. 694. Martyr a. circiter 700.

Macharius.

Galconus.

Gobaldus.

Hubertus, a. 752.

T

TARVANNENSIS E. *de Terouenne*, ſub M. Remenſi.

Antemundus fit primus Ep. Taruannenſis in Belgica II. ſub M. Remenſi, a. 501. obit, a. 520.

Athalbertus fit Ep. a. 520. obit, a. 552.

* Interpontificium.

Audomarus fit Ep. a 657. obit, a. 668.

Drancius fit Ep. a. 668. obit, a. 681.

Bainus fit Ep. a. 681. dimittit Epiſcopatum, a. 697.

Rauengarius fit Ep. a. 697. obit exeunte anno 722.

Erkeobodo ſiue Erkenbodus fit. Ep. a. 723. obit, a. 740.

Adalgerus fit Ep. a. 740. ſuperſtes, a. 746.

Gontbertus.

Ætherius, a. 748. viuit ſuperſtes Childerico III. Regi.

TOLONENSIS E. *de Toulon*, ſub M. Arelatenſi.

Cyprianus Ep. Tolonenſis in prouincia Viennenſi II. ſub M. Arelatenſi, cùm Oſtrogothi ditiones, quas cis Alpes poſſident, Francis tradunt, ſupereſt in viuis, a. 542.

Palladios, a. 549. a. 554.

Deſiderius, a. 575. a. 585.

TOLOSANVS E. *de Tholoſe*, ſub M. Bituricenſi.

Heraclianus Ep. Toloſanus in prouincia Narbonenſi I. ſub M. Narbonenſi, cùm Clodoueus Toloſam Francicis ditionibus adiungit, abhinc ſubijcitur M. Bituricenſi, obitque, a 509.

Germerius fit Ep. a. 509. obit, a. 545.

Magnulfus, a. 585.

Mennas, a. 601. a. 602.

Willegiſelus, a. 625.

* Huius nomen deſideratur.

Erembertus fit Ep. a. 655. abdicato Epiſcopatu obit, a. 671.

TORNACENSIS E. *de Tournay*, ſub M. Remenſi.

Eleutherius anteà Ep. Blandinienſis in Belgica II. ſub M. Remenſi, Sedem Epiſcopalem Blandinio transfert Tornacum, a. 496. obit, a. 532.

Medardus Ep. Nouiomenſis fit etiam Ep. Tornacenſis, a. 532. Abhinc Tornacenſes Epiſcopi fuerunt iidem qui Nouiomenſes, vt obſeruatum eſt ſuprà.

TRAIECTENSIS E. *de Maſtrich*, ſub MM. Treuirenſi & Vormacienſi.

Aratarius Ep. Tungrenſis in Germania II. Sedem Epiſcopalem Tungris transfert Traiectum ad Moſam, ac paulò pòſt obit, a. 450. regnante Meroueo. Circa illa tempora Ep. Treuirenſis M. Belgicæ I. fit etiam M. vtriuſque Germaniæ.

Supplicius fit Ep. a. 450.

Quirillus.

Eucherius.

Falco peruenit ad tempora Theodorici I. Illo ſedente, Ep. Vormacienſis fit M. vtriuſque Germaniæ

Eucherius fit Ep. regnante Theodorico I.

Domitianus, a. 535. obit, a. 550.

Monulfus fit Ep. a. 550. obit, a. 589.

Gondulfus fit Ep. a. 589. obit, a. 596.

Perpetuus fit Ep. a. 596. obit, a. 609.

Ebregiſus ſiue Eoergiſus fit Ep. a. 609. obit, a. 623.

Ioannes cognomento Agnus fit Ep. a. 623. obit, a. 649.

Amandus fit Ep. a. 649 abdicat Epiſcopatum, a. 652.

Remaclus eligitur Ep. a. 652. ordinatur, a. 653. abdicat Epiſcopatum, a. 662.

Theodardus fit Ep. a 662. obit, a. 668.

Lambertus fit Ep. a. 668. obit, a. 708.

Hubertus fit Ep. a. 708. ſedem Epiſcopalem Traiecto transfert Leodium, a. 721. *Vide* Epiſcopos Leodienſes ſuprà.

TRECENSIS E. *de Troyes*, ſub M. Senonenſi.

Camelianus Epiſc. Trecenſis in prouincia Lugdonenſi IV. ſub M. Senonenſi, cùm Trecæ veniunt in Clodouei poteſtatem, obit, a. 556.

Vincentius fit Ep. a. 536. obit, a. 546.

Ambroſius fit Ep. a. 546. ſuperſtes eſt in viuis, a. 549.

Chardaricus ſiue Ardaricus, a. 551. a. 557.

Gallomagnus fit Ep. regnante Guntchramno, obit, a. 584.

Agrœcius fit Ep. a. 584. viuit, a. 586.

Euodius obit ante a. 623.

Modegiſilos.

Ragnegiſilus, a. 651.

Lupus, a. 644.

Leuconius.

Bertoaldus, a. 658.
Abbo-Felix, a. 668. obit, a. 677.
Waymerus ſeu Wammirus aut Wandelmarus fit Ep. a. 677. obit, a. 678.
Wlfredus ſeu Vulfeudus fit Ep. a. 678.
Raganbertus ſeu Ragembertus.
Aldebertus ſiue Aldobertus, a. 700.
Gantcerius ſeu Gautſerius.
Ardninus, a. 722.
Cenſardus.
Bobinus, a. 752.

TREVIRENSIS E. M. *de Tréues*, per Belgicam I. & per vtramque Germaniam, deinde per ſolam Belgicam I.

Modeſtus Epiſc. Treuirenſis M. Belgicæ I. & vtriuſque Germaniæ, obit, a. 486. quo Clodoueus Treuirim capit.
Maximianus fit Ep. M. a. 486. obit, a. 498.
Fibicius fit Ep. M. a. 498. Vltimus recenſetur è Præſulibus Treuirenſibus, qui Metropolitico iure gaudent per vtramque Germaniam, ius enim illud regnante Clodoueo attribuitur Sedi Vormacienſi.
Aprunculus Ep. M. obit, a. 527.
Nicetius fit Epiſc. M. a. 557. obit, a. circiter 566.
Magnericus fit Ep. M. a. circiter 566. obit, a. 597.
Seuerinus fit Ep. M. a. 597.
Felicius Ep. M. a. 618.
Sebaudus Ep. M.
Modoaldus fit Ep. M. regnante in Auſtraſia Dagoberto I. obit, a. circiter 639.
Ruſticus fit Ep. M. a. circiter 639. obit ſuperſtite Sigiberto III.
Numerianus fit Ep. M. ſuperſtite Sigiberto III. obit, a. circiter 666.
Hildulphus fit Ep. M. a. circiter 666. abdicat Epiſcopatum, a. 676.
Baſinus fit Ep. M. a. 676.
Leodowinus Ep. M. a. 698. obit, a. circiter 715.
Milo fit Ep. M. a. circiter 715. obit regnante Pippino.

TRICASTINENSIS E. *de Trois-Chaſteaux*, ſub M. Arelatenſi.

Heraclius Ep. Tricaſtinenſis in prouincia Viennenſi II. ſub M. Arelatenſi, a. 536. cùm Oſtrogothi Francis ditiones ſuas cis Alpes cedunt, & a. 541. cùm celebratur IV. Concilium Aurelianenſe.
Victor, a. 567. a. 573. a. 583. obit, a. 584.
Euſebius fit Ep. a. 584. intereſt Conciliis Valentino & Matiſconenſi II. a. 585.
Betto, a. 644.
Bonaricus.
Salitonius.

TVLLENSIS E. *de Toul*, ſub M. Treuirenſi.

Auſpicius Ep. Tullenſis in Belgica I. ſub M. Treuirenſi, cùm Tullum in ditionem Clodouei Regis deuenit.
Vrſus.
Alodius, a. 549.
Triforicus.
Dulcitius.
Premon.
Antimundus.
Eculanus.
Theodefridus, a. 642. a. 648.
Leudinus-Bodo, a. 653. a. 665.
Eborinus.
Adeodatus, a. 680.
Ermentheus ſiue Ermethus.
Magnaldus ſiue Magoldus.
Dodo
Iacob, a. 752.

TVNGRENSIS E. *de Tongren*, ſub M. Colonienſi.

Renatus ſeu Reſignatus Ep. Tungrenſis in Germania II. ſub Colonienſi M. vtriuſque Germaniæ, ætate Faramundi.
Arauatius Sedem Epiſcopalem Tungris transfert Traiectum ad Moſam, obitque, a. 650. *Vide* Epiſcopos Traiectenſes, de quibus ſuprà.

TVRONENSIS E. M. *de Tours*, per prouinciam Lugdunenſem III.

Licinius fit Ep. Turonenſis M. prouinciæ Lugdunenſis III. a. 507. quo Clodoueus fugatis Wiſigothis Turonos ingreditur, obit, a. 520.
Theodorus & Proculus Epp. MM. a. 520. moriuntur, a. 522.
Arnulphus fit Ep. M. a. 522. & paulò pòſt abit.
Dinifius fit Ep. M. a. 522. obit, a. 523.
Ommatius fit Ep. M. a. 523. obit, a. 526.
Leo fit Ep. M. a. 526. obit, a. 527.
Francilio fit Ep. M. a. 527. obit, a. 529.
Iniurioſus fit Ep. M. a. 529. obit, a. 546.
Baudinus fit Ep. M. a. 546. obit, a. 552.
Guntharius fit Ep. M. a. 552. obit, a. 555.
Eufronius fit Ep. M. a. 556. obit, a. 573.
Gregorius fit Ep. M. a. 573. obit, a. 595.
Pelagius fit Ep. M. a. 595. obit, a. 602.
Leuparius fit Ep. M. a. 602. obit, a. 614.
Agericus fit Ep. M. a. 614. obit, a. 617.
Ginaldus fit Ep. M. a. 617. obit, a. 618.
Valarius fit Ep. M. a. 618. obit, a. 619.
Sigelaicus fit Ep. M. a. 619. obit, a. 622.
Leobaldus ſeu Lethbaldus aut Lebardus fit Ep. M. a. 622. obit, a. 624.
Modegiſilus ſeu Medegiſelus aut Medeſilus fit Ep. M. a. 624. obit, a. 639.
Latinus fit Ep. M. a. 639. obit, a. 652.
Carigiſilus fit Ep. M. a. 652. obit, a. 654.
Rigobertus ſeu Ragobertus fit Ep. M. a. 654. obit, a. 660.
Papolenus fit Ep. M. a. 660. obit, a. 665.
Chrotbertus fit Ep. M. a. 665. obit, a. 695.

Pelagius II. fit Ep. M. a. 695. obiit, a. 700.

Euaricus ſiue Euartius fit Ep. M. a. 700. obiit, a. 709.

Ibbo fit. Ep. M. a. 709. obiit, a. 717.

Guntrannus fit Ep. a. 717. obiit, a. 732.

Dido fit Ep. M. a. 732. obiit, a. 733.

Rigambertus fit Ep. M. a. 733. obiit, a. 752.

Aubertus ſiue Autbertus fit Ep. M. a. 752. id eſt, eodem quo Pippinus Rex eleuatur.

V

VALENTINVS E. *de Valence*, ſub M. Viennenſi.

Apollinaris Ep. Valentinus in prouincia Viennenſi I. ſub M. Viennenſi, cùm Franci Burgundiam ſuis ditionibus adiiciunt.

Gallus, a. 549.

Maximus, a. 567.

Ragnoaldus, a. 583. a. 585.

Elephas.

Saluius.

Aigulfus, a 640.

Ingildus, a. 644. a. 652.

Æmilianus.

Antonius.

Bobo, a. 674.

Saluius II.

Lambertus.

VAPPINCENSIS E. *de Gap*, ſub M. Aquenſi.

Tigrides Ep. Vappincenſis in prouincia Narbonenſi II. ſub M. Aquenſi, cùm Oſtrogothi Francis prouinciam illam ſponte tradunt.

Remedius.

Valleſius, a. 549. a. 551. a. 554.

Sagittarius, a. 571. deponitur a. 579.

Aridius ſiue Aregius fit Ep. a. 579. obiit, a. 604.

Valatonius fit Ep. a. 604.

Potentiſſimus, a. 644.

VASATENSIS E. *de Baſas*, ſub M. Eluſano.

Sextilius Ep. Vaſatenſis in Nouempopulania ſub M. Eluſano, cùm Clodoueus Wiſigothos pellit ex tribus Aquitaniis, & a. 511. cùm celebratur I. Concilium Aurelianenſe.

Oreſtes, a. 585.

VASIONENSIS E. *de Vaiſon*, ſub M. Arelatenſi.

Alethius Ep. Vaſionenſis in prouincia Viennenſi II. ſub M. Arelatenſi, a. 529. in ditione Oſtrogothorum, deinde in ditione Francorum, a. 536. & a. 541.

Theodoſius, a. 554.

Quinidius fit Ep. regnante Childeberto, a. circiter 556. ſupereſt in viuis, a. 573.

Barthus ſeu Barſius.

Artemius, a. 583. a. 585.

Petronius, a. 644.

VCECIENSIS E. *d'Vſez*, ſub M. Bituricenſi, deinde ſub Arelatenſi.

Probatius Epiſc. Vcecienſis in prouincia Narbonenſi I. ſub M. Narbonenſi, cùm Clodoueus Vceciam & Toloſam ciuitates prouinciæ Narbonenſis I. Wiſigothis eripit, ſubiicitur poſteà M. Bituricenſi cum Toloſa.

Roricius ſub M. Bituricenſi, obiit, a. 537.

Firminus fit Ep. a. 537. ſubditur M. Arelatenſi, obiit, a. 553.

Ferreolus fit Ep. a. 553. obiit, a. 581.

Albinus fit Ep. a. 581. obiit eodem anno.

Marcellus fit Ep. a. 581.

Aurelianus, a. 644.

Audoenus, a. 660.

Potentinus. Eo ſedente, Vcecia rediit in poteſtatem Wiſigothorum, vt patet ex ſubſcriptionibus Concilij Toletani XIII. cui Leopardus Abbas ipſius Potentini nomine ſubſcribit, a. 683.

VENETENSIS E. *de Vannes*, ſub M. Turonenſi.

Modeſtus Epiſc. Venetenſis in prouincia Lugdunenſi III. ſub M. Turonenſi, quando Rex Clodoueus vrbem Veneticam occupat, & a. 511. cùm celebratur I. Concilium Aurelianenſe.

Maclianus fit Ep. a. 553. obiit, a. 577.

Eunius fit Ep. a. 577. viuit, a. 580.

Regalis, a. 590.

Dominius fit Ep. a. 591. obiit, a. 602.

Clemens fit Ep. a. 602. obiit, a. 609.

Amans ſiue Amantius fit Ep. a. 609. obiit, a. 615.

Saturninus fit Ep. a. 615. obiit, a. 618.

Guennimus fit Ep. a. 618. obiit, a. 622.

Ignorocus fit Ep. a. 622. obiit, a. 627.

Bamaldus fit Ep. a. 627. obiit, a 631.

Suſannus fit Ep. a. 631. obiit, a. 640.

Iunkehelus fit Ep. a. 641. obiit, a. 648. Vacat E. annos 4.

Budocus fit Ep. a. 652. obiit, a. 657.

Hinguethenus fit Ep. a. 657. obiit, a. 659.

Meriadecus fit Ep. a. 659. obiit, a. 666.

Meldeocus fit Ep. a. 666. obiit, a. 672.

Hamon fit Ep. a. 672. obiit, a. 678.

Mabbo fit Ep. a. 678. obiit, a. 680.

Mauritius fit Ep. a. 680. obiit, a. 700.

Gobrianus ſeu Chomeanus fit Ep. a. 701. abdicat Epiſcopatum, a. 717.

Diles fit Ep. a. 717. obiit, a. 729.

Kemonoknus fit Ep. a. 731. obiit, a. 745.

Iuſtokus fit Ep. a. 745. obiit regnante Pippino.

VESONTIONENSIS E. M. *de Beſançon*, per prouinciam Lugdunenſem V.

Vrbicus Ep. Veſontionenſis M. prouinciæ Lugdunenſis V. a. 541 An autem a. 534.

cùm Franci Burgundiam ſuæ ditioni ſubiciunt, haud conſtat.
Tetradius Ep. M. a. 551. a. 567.
Siluester Ep. M. a. 573. a. 583. a. 585.
Nicetius Ep. M. a. 609. a. 610.
Protadius Ep. M. a. 620.
Donatus Ep. M. a. 625. obit, a. 652.
Migetius fit Ep. M. a. 652.
Ternatius Ep M.
Geruaſius Ep. M. obit, a. 674.
Claudius fit Ep. M. a. 674. abdicat Epiſcopatum, a. 681.
Felix fit Epiſcopus M. a. 681. obit, a. circiter 690.
Tetradius fit Ep. M. a. circiter 690. obit, a. circiter 699.
Albo fit Epiſc. M. a. circiter 699. abdicat Epiſcopatum a. circiter 708.
Wandelbertus fit Epiſc. M. a. circiter 708. obit, a. circiter 711.
Euroldus fit Ep. M. a. circiter 711. obit, a. circiter 723.
Aurulcus fit Ep. M. a. circiter 723. ſuperſtes, a. 732.
Heruetus Ep. M. obit regnante Pippino.

VICOIVLIENSIS E. *d'Ayre*, ſub M. Eluſano.

Marcellus Ep. Vicoiulienſis in Nouempopulania ſub M. Eluſano, cùm Clodoueus Franciæ tres Aquitanias adiungit, & a. 533. cùm celebratur II. Concilium Aurelianenſe.
Ruſticus, a. 585.
Filibaudes regnante Dagoberto Primo.

VIENNENSIS E. M. *de Vienne*, per prouinciam Viennenſem I.

Iulianus Epiſc. Viennenſis M. prouinciæ Viennenſis I. a. 533. cùm celebratur Concilium Aurelianenſe II. obit, a. 534. quo Franci Burgundiam ſubiugant.
Domnus fit Ep. M. a 534. obit, a. 536.
Pantagathus fit Ep. M. a. 536. viuit, a. 538.
Eſychius Ep. M. a. 549. a. 551.
Namatius Ep. M. obit, a. 558.
Philippus fit Ep. M. a. 558. ſuperſtes eſt, a. 573.
Euantius Ep. M. a. 583. a. 585. obit, a. 586.
Verus fit Ep. M. a. 586.
Deſiderius Ep. M. a. 596. obit, a. 607.
Domnolus fit Epiſc. M. a. 607. ſuperſtes, a. 618.
Ætherius Ep. M.
Clarentius Ep. M.
Syndulphus Ep. M. a. 625.
Hecdicus Ep. M. regnante Dagoberto.
Caldeoldus fit Ep. M. vltimis Dagoberti R. temporibus.
Landalenus Ep. M. a. 644.
Bobolinus Ep. M.
Georgius Ep. M.
Edaldus, Edoaldus, Ethoaldus, Eualdus, Edoldus, Eodaldus, Ep. M. a. 658. viuit, a. 662.
Deodatus Ep. M. regnante Theodorico III.
Blidramnus Ep. M. ſub Regibus Clodoueo III. & Childeberto III.
Agratus Ep. M. ſub Regibus Childeberto III. & Dagoberto III.
Eoldus Ep. M. a. 715. obit, a. 719.
Bobolinus II. fit Ep. M. a. 719.
Auſtrebertus Ep. M.
Willicarius Ep. M. ſedet a. 732. fit Monachus Agaunenſis, a. 639.
* Interpontificium ad Pippini vſque Regis tempora.

VINCIENSIS E. *de Vance*, ſub M. Ebredunenſi.

Deuterius Ep. Vincienſis in Alpibus Maritimis ſub M. Ebredunenſi, a. 541. cùm celebratur IV. Concilium Aurelianenſe, obit, a. 588.
Fronimius ex Epiſcopo Agathenſi fit Ep. Vincienſis, a. 588.
Aurelianus, a. 644.

VINDONISSENSIS E. *de Vindiſch*, ſub M. Veſontionenſi.

Gramatius Ep. Vindoniſſenſis in prouincia Lugdunenſi V. ſub. M. Veſontionenſi, a. 534. cùm Burgundiæ Regnum à Francis deletur, ſupereſt in viuis, a. 549. cùm celebratur V. Concilium Aurelianenſe.
Maximus ſeu Maximinus Sedem Epiſcopalem Vindoniſſâ Conſtantiam ad Rhenum tranfert regnante Clotario I. *Vide* Epiſcopos Conſtantienſes ad Rhenum, de quibus ſuprà.

VIRODVNENSIS E. *de Verdun*, ſub M. Treuirenſi.

Poſſeſſor Ep. Virodunenſis in Belgica I. ſub M. Treuirenſi, obit, a. 486. quo Virodunum in poteſtatem Clodouei R. deuenit.
Firminus fit Ep. a. 486. obit, a 498.
Videnus ſeu Vitonus fit Ep. a. 498. obit, a. 525.
Deſideratus fit Ep. a. 525. obit, a. 550.
Agericus fit Ep. a. 550. obit, a. 588.
Charimeres fit Ep. a. 588. obit, a. 602.
Hermenfridus fit Ep. a. 602. obit, a 614.
Godo fit Ep. a. 614. obit, a. 631.
Paulus fit Ep. a. 631. obit, a. 647.
Giſloaldus fit Ep. a. 647. obit, a. 665.
Gerebertus fit Ep. a. 665. obit, a. 689.
Armonius fit Ep. a. 689. obit, a. 701.
Aggrebardus ſiue Agrebertus, fit Ep. a. 701. obit, a. 709.
Bertalamius, Bartalamius, Bertolamius fit Ep. a. 709. obit, a. 715.
Abbo fit Ep. a. 715. obit, a. 716.
Pepo fit Ep. a. 716. obit, a. 722.
Volchiſus ſeu Melchiſus fit Ep. a. 722. ſuperſtes, a. 733.

Agronius Ep. ſedet annos 3.

* Sequitur interpontificium ad Pippini vſque Regis tempora.

VIROMANDENSIS E. *d'Auguſte en Vermandois,* ſub M. Remenſi.

Promotus Ep. Viromandenſis in Belgica II. ſub M. Remenſi, cùm Childericus Regnum ſuum per illam prouinciam dilatat, Auguſtâ Viromanduorum aliiſque vrbibus captis.

Sophronius, a. 511.

Alomerus obit, a. 530.

Medardus fit Ep. a. 530 Sedem Epiſcopalem Auguſtâ Viromanduorum transfert Nouiomum, a. 531. *Vide* Epiſcopos Nouiomenſes, de quibus ſuprà.

VIVARIENSIS E. *de Viuiers,* ſub M. Arelatenſi.

Venantius Ep. Viuarienſis in prouincia Viennenſi II. ſub M. Arelatenſi, a. 517. in ditione Burgundionum, cùm celebratur Concilium Epaunenſe, deinde in ditione Francorum, a. 535. cùm celebratur Concilium I. Aruernenſe.

Firminus.

Eumachius.

Agripius.

Melanius II. a. 549.

Ardulfus.

Venantius II.

Longinus II.

Lucianus.

Venantius III.

Ruſticus.

Melanius III.

Firminus II.

Eucherius.

Aulus II. attigit octauum ſeculum.

Eumachius II.

Longinus III. a. 727.

VLTRAIECTINUS E. *d'Vtrech,* ſub M. Moguntino.

Willebrordus Friſiorum Epiſcopus Sedem ſtatuit Vltraiecti ſeu Traiecti ad Rhenum in Germania II. a. 697. regnante Childeberto III. R. Francorum; obit, a. 742.

Dadanus fit Ep. a. 742. ſubiicitur M. Moguntino, a. 746. obit regnante Pippino.

VORMACIENSIS E. *de Vorms,* ſub M. Treuirenſi, deinde M. per vtramque Germaniam, nouiſſimè E. ſub M. Moguntino.

Amandus Epiſc. Vormacienſis in Germania I. ætate Merouei & Childerici R R. ſub Treuirenſi M. Belgicæ I. & vtriuſque Germaniæ.

Carolus Ep.

Crotoldus, a. 503. fit M. vtriuſque Germaniæ, eâque dignitate gaudent Succeſſores, vſque ad interpontificium, quod poſt Amandi mortem notatur.

** Deſiderantur nomina quorumdam Epiſcoporum M M.

Rupertus Ep. M. pulſus in exilium, a. 577. obit, a. 623.

* Deſideratur nomen illius, qui ſedit Ruperto adhuc ſuperſtite, & Saliſburgienſem Epiſcopatum apud Boioarios adminiſtrante.

Amandus Ep. M. Epiſcopatum init regnante iam apud Auſtraſios Dagoberto I.

* Interpontificium annorum 80. & ampliùs.

Wernharius fit Epiſc. a. 743. ſubiicitur M. Moguntino, a. 746. obit regnante Pippino.

WIRCEBURGENSIS E. *de Vvirtzbourg,* ſub M. Moguntino.

Burchardus ordinatur à Bonifacio Archiepiſcopo regionario primus Ep. Wirceburgenſis, a. 742. ſubiicitur M. Moguntino, a. 746. abdicat Epiſcopatum a. 751.

Megingaudus ſeu Mehingaudus ordinatur Ep. à Bonifacio Archiepiſcopo Moguntiacenſi, a. 751. abdicat Epiſcopatum, a. 769.

MONASTERIA
SVB MEROVEADIS REGIBVS.

A

AGAVNVM, Mon.
in E. Octodorenſi ſeu Sedunenſi.

AGAVNVM Moo. in E. octodorenſi, a. 536: nn. 197. *& ſeqq.* conditur a. 515. ſtante adhuc Burgundioonm Regno. Hodie nomen gerit Sancti Mauricij, *Saint Maurice*, io E. Sedunenſi.

Hiomemodus fit primus Abbas a. 515.

Ambroſius obit ante a. 523.

Achiuus Abbas ante a. 523. eius ætate Agaunum tranſit à Burgundionibus ad Oſtrogotbos.

Tranquillus, cuius ætate Agaunum, Octodorum, aliáque cis Alpes loca Francis Oſtrogothi ſponte tradunt a. 536.

Venerandus.

Paulus.

Placidus.

Eutropius.

Paulus II.

Martinus.

Ambroſius II.

Leontius.

Iucundinus.

Florentius.

Seagirus, a. 655.

Amatus, poſt Ep. Sedunenſis regnante Theodorico III.

Rocoleous regnante Theodorico III.

Raggo.

Aggulfus.

Ermenbertus.

Agobertus.

Lndulphus.

Airondus.

Protadius.

Norbertos.

Laifious.

Bertelaus.

Auraſtus. Hic obit regnante Pippino.

S. ALBINI Moo. *Snint Aubin d'Angers*,
in E. Andegauenſi.

S. Albini Mon. in E. Andegauenſi, a. 654. n. 32.

Niulfus Abb. coætaneus S. Magnobodo Epiſcopo Andegauenſi.

S. ALBINI Moo. *Saint Aubin du Mans*,
in E. Cenomannenſi.

S. Albini Moo. puellare Cenomanni, a 685. n. 13. conditum ab Aigliberto Ep. Cenomannenſi.

ALCIACVM, Mon. *Auchy*,
in E. Taruannenſi.

Alciacum, Moo. puellare in E. Taruanoenſi, a. 700. on. 23.24. conditum ab Adalſquaro & Aneglia eius vxore.

Siccidis, Adalſquari & Aneglię filia, prima Abbatiſſa viuebat a. 700.

ALMANISCÆ Moo. *Almeneſches*,
in E. Sagienſi.

Almaniſcæ, Mon. puellare in E. Sagienſi, a. 746. n. 46.

Lanthildis Abbatiſſa Pippino Regnum ineunte.

ALNA, Mon. *Aulne*,
in E. Traiectenſi ſeu Leodienſi.

Alna, Mon. io E. Traiectenſi, a. 657. n. 11. conditum à S. Landelino Presbytero Cameracenſi.

ALTAICHIVM inferius, Mon.
Nider-Altaich,
in Archiep. Patauienſi.

Altaichium inferius, Mon. in E. M. Patauienſi, a. 741. n. 53. conditur ab Odilone Duce ſeu Præfecto Boioariæ.

Eberſwindus primus Abb. a. 741. ſuperſtes a. 765.

ALTAICHIVM ſuperius, Mon.
Ober-Altaich,
in E. Reginoburgenſi.

Altaichium ſuperius Mon. in E. Reginoburgenſi, a. 739. n. 43. conditur ab Odilone Duce ſeu Præfecto Boioariæ.

ALTONIS Mon. *Alten-Munſter*,
in E. Auguſtano, deinde in Friſingenſi.

Altonis Mon. a. 718. n. 18. à Sancto Altone inchoatur in Diœceſi Auguſtana, ſed Boioariâ quatuor in Epiſcopatus poſteà diuiſâ Friſingenſi attribuitur.

Alto conditor ac primus Abb. obit regnante Pippino.

ALTVM-VILLARS, Mon. *Haut-Villiers*,
in Archiep. Remenſi.

Altum-Villare, Moo. in E. M. Remenſi, a. 662. n. 5. conſtructum à S. Niuardo Ep. M. Remenſi.

Betcharius primus Abb. a. 662. relicto Alto-Villari fit primus Abb. Deruenſis,

a. 671. obit, a. 685.

ALTVS-MONS, Mon. *Haumont*, in E. Cameracenſi.

Altus Mons, Mon. in E. Cameracenſi, a. 649. nn. 16. 17. conditum à S. Vincentio S. Waldetrudis marito.

Halidulphus, a. 692. a. 695.

AMANABVRGVM, Mon. *Omenburg*, in E. Birburgenſi.

Amanaburgum, Mon. a. 732. n. 18. conditur à S. Bonifacio Archiepiſcopo, fixam Sedem nondum obtinente; attribuitur Diœceſi Birburgenſi a. 742.

S. AMANDI Mon. *Saint Amand*, in Archiep. Rotomagenſi.

S. Amandi Mon. puellare Rotomagi, a. 752. n. 117. dirutum à Nortmannis.

S. AMANTII Mon. *S. Amant*, in E. Cadurcenſi.

S. Amantij Mon. in E. Cadurcino, a. 606. n. 6. a. 623. n. 12. a. 632. n. 5.

Vrſicinus Abbas obiit, cùm Deſiderius Ep. erat Cadurcenſis.

Daddiuus Abb. conſtitutus eſt ab eodem Deſiderio, qui Cadurcenſem Eccleſiam ab a. 629. ad a. 649. rexit.

AMBILIACVM, Mon. in Archiep. Bituricenſi.

Ambiliacum, Mon. in E. M Bituricenſi, a. 631. n. 26.

ANDAINVM, Mon. in E. Traiectenſi ſeu Leodienſi.

Andainum, Mon. in E. Traiectenſi, a. 704. n. 41. conditur à S. Beregiſo ex munificentia Pippini Herſtallij & Plectrudis vxoris.

Beregiſus primus Abb. ſuperſtes a. 725.

ANDANA, Mon. *Andéne*, in E. Traiectenſi ſeu Leodienſi.

Andâna, Mon. puellare in E. Traiectenſi, a. 674. n. 10. a. 686. n. 16. conditum à S. Begga vidua.

ANDEGAVENSE Mon. in E. Andegauenſi.

In Andegauenſi Diœceſi Mon. erigitur à S. Mauronio. *Vide* a. 565. n. 9.

S. ANDOCHII Monaſteriolum, in E. Auguſtodunenſi.

S. Andochij Monaſteriolum in E. Auguſtodunenſi, a. 722. n. 57. vnitur poſteà Flauiniacenſi.

Wideradus Abb. deinde conditor & Abb. Flauiniacenſis. *Vide* Abbates Flauiniacenſes.

S. ANDREÆ Mon. Wirziburgi, *Saint André de Vvirzbourg*. in E. Wirziburgenſi.

S. Andreæ Mon. wirziburgi, a. 750. n. 38. conditum à S. Burchardo primo Ep. wirziburgenſi.

S. ANDREÆ Mon. inferius. *S. André le bas à Vienne*, in Archiep. Viennenſi.

S. Andreæ Mon. inferius puellare Viennæ, a. 558. n. 4. à Remilia Eugenia, Anſemundi Ducis filia, in ſuperiore Mon. S. Andreæ nutrita conditur, Diœceſim Viennenſem adminiſtrante Philippo Ep. cuius Pontificatus initium habet, a. 558.

S. ANDREÆ Mon. ſuperius. *S. André le haut à Vienne*, in Archiep. Viennenſi.

S. Andreæ Mon. ſuperius puellare Viennæ, a. 534. n. 25. conſtruitur à Leoniano ſeu Leuniano S. Petri Abb. ſub Regibus Burgundionum.

S. ANIANI Mon. *S Agnan*, in E. Aurelianenſi.

S. Aniani Mon. Aureliæ, a. 654. nn. 22. 24. dictum anteà Mon. S. Petri, conditum à Dietpeto Ep. Aurelianenſi, medio quarto ſeculo.

Leodebodus Abb. ſub RR. Clotario II. Dagoberto I. Clodoueo II. Clotario III.

ANISOLA, Mon. *Aniſſe*, in E. Cenomannenſi.

Aniſola, Mon. a. 532. n. 11. ad Aniſolam fluuium conditur à S. Carilepho ex munificentia Childeberti R. in E. Cenomannenſi, temporibus Innocentij Ep. Hodie vocatur Mon. S. Carilephi, *Saint Calais*.

Carilaphus primus Abb. regnante Childeberto I.

Sigiramnus.

Siuiardus ſuperioris filius obit, a. 681.

Sigobaldus viuit, a. 752.

ANTRVM, Mon. *Aindre*, in E. Namnetenſi.

Antrum, Mon. in E. Namnetenſi, a. 676. n. 11. fundatum à Paſquario Ep. Namnetenſi.

Ærmenlandus primus Abb. a. 676. abdicat regimen, a. 699.

Adalfredus fit Abb. a. 699. obit, a. 700.

Donatus fit Abb. a. 700.

Dauid Abb. a. 716.

SS. APOSTOLORVM Mon. in E. Metenſi.

SS. Apoſtolorum Mon. prope Metas, a. 692. nn. 2. 3. nomen accepit S. Arnulphi, *Saint Arnoul*.

Romulus Abb. a. 692.

Leutbertus Abb. a. 716.

S. APRI Mon. *S. Evre*, in E. Tullenſi.

S. Apri Mon. in E. Tullenſi, a. 584. n. 14.

ARELATENSE Mon. in Archiep. Arelatenſi.

Arelatenſe Mon. a. 548. nn. 10. *& ſeqq.* Hoc Mon. intra ciuitatem Arelatenſem conditum à Childeberto Primo Rege,

ſpeciali Regolâ donatum ab Aureliano Ep. dirutur à Saracenis, a. 739.
Florentinus fit primus Abb. a. 548. obit, a. 553.
Redemptus fit Abb. a. 555.

ARGENTOGELENSE Mon. *Argenteuil,* in E. Pariſienſi.
Argentogelenſe Mon. in E. Pariſieoſi, a. 752. n. 143.

ARLVCVS, Mon. *Arluc,* in E. Aotipolitano.
Atlucus, Mon. puellara in E. Antipolitano, a. 676. n. 15. conditum à Narario Abb. Lerinenſi, regnante Clotario II. derelictom à Monialibus ante aduentum Saracenorum, qui regionem illam vaſtarunt, a. 739.
Angariſma Abbatiſſa, a. 676.

ARVARNENSE Mon. in E. Aroernenſi.
Mon. apud Aruernos cooditur & regitur à S Brachione, a. 536. n. 261.

ATHANACVM, Mon. *Aiſnay,* in Archiep. Lugdunenſi.
Athanacum, Mon. Logduni ad confluentes Araris & Rhodani conſtruitur florente Romaoorum Imperio, reparatúrque à Brunicbilde Francorum Regina. *Vide* a. 534. o. 23. & a. 612. n. 19.

ATHANVM, Mon. in E. Lemouicenſi.
Athanom, Mon. in E. Lemouicenſi, a. 564. n. 44. Hodie nomen gerit S. Aredij, *Saint Trier.*

AVENIONENSE Mon. in E. Aueninnenſi.
Auenionenſe Mon. a. 690. n. 10. cooditum à S. Agricolo tunc illius vrbis Epiſcopo.

AVENNACVM, Mon. *Auenay,* in Archiep. Remenſi.
Aueonacum, Mon. puellare in E. M. Remenſi, a. 662. n. 19. conditum à S. Gundeberto S. Niuardi Remenſis Ep. fratre.
Berta S. Gundeberti qooodam vxor.

AVGIA, Mon. in E. Conſtantienſi ad Rhenum.
Aogia Mon. pnellare in E. Conſtantienſi ad Rhenum, a. 622. n. 9.
Haberilla prima Abbatiſſa conſtituitur à S. Gallo, qui deceſſit è viuis, a. 625.

AVGIA, Mon. *Oye,* in E. Trecenſi.
Aogia, Mon. in E. Trecenſi, a. 661. n. 14. conditum à S. Godone.
Godo, S. Wandregiſili nepos, conditor ac primus Abbas.

AVGIA DIVES, Mon. *Reichenow,* in E. Conſtantienſi ad Rhenum.
Augia, cognomento Diues, Mon. in E. Conſtantienſi ad Rhenum, a. 724. nn. 33. 34. cooditur à S. Pyrminio ex liberalitate Sintlacis illius Inſulæ Domini.
Pyrminios primus Abb. a. 724. pellitur, a. 730.
Heddo fit Abb. a. 730. Ep. Argentoratenſis, a. 734.
Kebas fit Abb. a. 734. obit, a. 736.
Ernfridus fit Abb. a. 736. fit etiam Epiſc. Conſtantienſis, a. 739. obit, a. 748.
Sidonius fit Abb. necnon Ep. Conſtantienſis, a. 748. obit regnante Pippino.

S. AVGVSTINI Mon. in E. Lemooicenſi.
S. Auguſtini Mon. extra moros Lemouicenſes prope Vigennam fluoiom, a. 667. n. 49. conditum à Ruricio Ep. Lemouicenſi, qui florebat cùm Clodoueus Magnus Aquitaniam ſubegit.

S. AVITI Mon. S. *Auy,* in E. Carnotenſi.
S. Auiti Mon. in E. Carnotenſi, a. 525. n. 20.
Auitus conditor ac primus Abb. obit, a. 530.

AVRELIANENSE Moo. in Ep. Aurelianenſi.
Mon. puellare prope Aureliam, a. 692. n. 42.

AVRIONENSE Mon. *Euron,* in E. Cenomannenſi.
Aurionenſe Mon. in E. Cenomannenſi, a. 642. n. 2. cooditum ab Hadoindo Ep. Cenomannenſi, qui ſedit ab a. 624. ad a. 655.

AVSTRAVIA, Mon. *Oſterhouen,* in Archiep. Patauienſi.
Auſtrauia, Moo. in E. M. Patauienſi, a. 742. n. 22. conditur ab Odilone Duce Boioariæ.

S. AVSTREGISILI Mon. *S. Outrille,* in Archiep. Bituricenſi.
S. Auſtregiſili Mon. in E. M. Bituricenſi, a. 731. n. 8.
Bertoradus ſeu Bertrandus Abb. a. 731.

AVTISSIODORANSE Mon. in E. Autiſſiodorenſi.
Mon. in ſuburbin ciuitatis Autiſſiodorenſis, a. 660. o. 4. conditum à S. Vigilio Epiſc. Autiſſiodorenſi, qui ſedit ab a. 660. ad a. 686.

B

BALMA, Mon. *la Baulme les Nonnains* in Archiep. Veſontionenſi.
Balma, a. 534. n. 28. Puellare hoc Mon. ad Dobim fluuium in E. M Veſontionenſi conditur florente Romanorum Imperio, proximiſque ſecalis varias vices experitur.

BALMA, Mon. *la Baulme,* in Archiep. Lugdnnenſi.
Balma, a. 534. n. 24. Poellare hoc Mon.

Diœceſeos Lugdunenſis in ſylua Iurenſi conditur ſtante Burgundionum Regno. Hodie vocatur Mon. S. Romani de rupe, *Saint Romain.*

BARALA, Mon. *Barale*, in E. Atrebatenſi.

Baralenſe Mon. in E. Atrebatenſi, a. 691. n. 41. conditum à Clodoueo Magno & conſecratum à S. Vedaſto.

BARBARENSE Mon. *L'Iſle Barbe*, in Archiep. Lugdunenſi.

Barbarenſe ſiue Inſulæ Barbaræ Mon. a. 534. n. 23. conditur in Arari fluuio prope Lugdunum quarto ſeculo, pace tunc à Chriſtianis Impp. Eccleſiæ reſtitutâ.

Ambroſius Abb. a. 534 cùm Regnum Burgundiæ deletur à Francis, quo tempore ſedet Ep. M. Lugdunenſis Lupus anteà eiuſdem Mon. Abbas.

Bligigarius ſub Epp. MM. Lugdunenſibus, Leontio, Sacerdote & Nicetio.

Vnfredus ſeu Vinfredus ſub Epp. MM. Lugdunenſibus, Nicetio & Priſco.

Rotfredus ſub Epp. MM. Lugdunenſibus, Priſco, Ætherio, Secundino & Aridio.

Garlandus ſub Epp. MM. Lugdunenſibus, Aridio, Theodorico & Gauderico.

Licinius ſub Epp. MM. Lugdunenſibus, Gauderico, Viuentio, Annemundo & Geneſio.

BARISIACVS, Mon. *Baryſy*, in E. Laudunenſi.

Bariſiacus, Mon. in E. Laudunenſi, a. 661. n. 4. conditum à S. Amando ex munificentia Childerici II. R. poſteà vnitum Elnonenſi.

Andreas primus Abb. a. 661. fit Abb. Elnonenſis, a. 678.

S. BASOLI Mon. *Saint Baſle*, in Archiep. Remenſi.

S. Baſoli Mon. anteà Viriziacum à loco dictum in E. M. Remenſi, a. 625. n. 129. a. 662. n. 9.

Petro Abb. coætaneus Niuardo Ep. M. Remenſi.

BATHENSE Mon. *Baaz*, in E. Leonenſi.

Mon. in Batha Inſula Diœceſeos Leonenſis, a. 554. n. 2.

Paulus Abb. anteà Epiſc. Leonenſis ſub Childeberto I. R.

BELLVS-LOCVS, Mon. *Beaulieu en Argonne*, in E. Virodunenſi.

Bellus-Locus, Mon. in E. Virodunenſi, a. 642. n. 65. conditur à S. Rodingo.

Rodingus conditor ac primus Abb. abdicat regimen, a. 686.

Stephanus fit Abb. a. 686.

BELYSIA, Mon. in E. Traiectenſi ſeu Leodienſi.

Belyſia, Mon. puellare in E. Traiectenſi, a. 669. n. 6. conditur à S. Landrada.

Landrada fundatrix ac prima Abbatiſſa obit, a. circiter 690.

S. BENIGNI Mon. *S. Benigne*, in E. Lingonenſi.

S. Benigni Mon. a. 534. n. 29. Conditur Diuione in E. Lingonenſi, regnante apud Burgundiones Gundobado.

Euſtadius, primus Abb. obit, a. circiter 534. quo Burgundia venit in poteſtatem Francorum.

Tranquillus.

Apollinaris regnante Gontchramno.

Gudinus coætaneus Mietio Ep. Lingonenſi.

Bobolenus coætaneus Modoaldo Ep. Lingonenſi.

Richimarus coætaneus Bertoaldo Ep. Lingonenſi.

Etherius.

Vidradus.

Hugo.

Odoleus.

Mauricius.

Wlfechrannus, a. 663.

Agilbertus, a. 671.

Wlfechrannus II. a. 686. a. 697.

Bobolenus, a. 714

Goinus, a. 731. a. 734. obit regnante Childerico III.

Tanothardus ſeu Tanothardus fit Abb. regnante Childerico III. ſuperſtes a. 761.

BESVENSE Mon. *Béſe*, in E. Lingonenſi.

Beſuenſe Mon in E. Lingonenſi, a. 616. nn. 5. 6.

Waldalenus primus Abb. adhuc ſuperſtes, a. 677.

Bercangus.

Ferreolus.

Syrannus obit regnante Pippino.

BITVRICENSIA Monaſteria, in Archiep. Bituricenſi.

Mon. puellarum, a. 631. n. 24. conditum à S. Bertoara.

Mon. puellarum in ciuitate Bituricenſi, a. 641. n. 5. conditum à S. Sulpitio Pio Ep. M. Bituricenſi.

BISCHOFFSHEIMIVM Mon. *Biſchoffsheim*, in Archiep. Moguntino.

Biſchoffsheimium, Mon. puellare in E. M. Moguntino, a. 749. n. 38.

Linba prima Abbatiſſa, obit regnante Carolo Magno.

S. BLANDINÆ Mon. *Sainte Blandine*, in Archiep. Viennenſi.

Sanctæ Blandinæ Mon. viduarum in E. M. Viennenſi, a. 534. n. 27.

BLANDINIVM, Mon. *Blandinberch*,
in E. Tornacenſi.

Blandinium, vnum è Monaſteriis Gandenſibus, in E. Tornacenſi, a. 631. nu. 3. 4. conditur à S. Amando, habet à prima inſtitutione Clericos, quos idem Amandus erudit, deinde Monachos.

Florbertus fit primus Abb. a. 636. obit, a. 657.

Ioannes fit Abb. a. 657. obit, a. 677.

Baudemundus fit Abb. a. 677. obit, a. circiter 692.

Ferrecus fit Abb. a. circiter 692., obit a. circiter 707.

Cæleſtinus fit Abb. a. circiter 707. exauctoratur, a. 719.

BLANGIACVM, Mon. *Blangy*,
in E. Taruannenſi

Blangiacum Mon. puellare in E. Taruannenſi, a. 685. n. 38. conditum à S. Bertha.

Bertha fundatrix & prima Abbatiſſa, a. 685. abdicat curam Monaſterij, a. 695.

Diotila ſuperioris filia, fit Abbatiſſa, a. 695. obit, a. 724.

BODANVM Mon. *Bennons*,
in E. Segeſtaricenſi.

Bodanum, Mon. in E. Segeſtaricenſi, a. 536. n. 168.

Marins Abb. ſub RR. Burgundionum, deinde ſub RR. Francorum.

BODONIS-MONASTERIVM,
Bodon-Monſtier,
in Ep. Tullenſi.

Bodonis-Monaſterium puellare in E. Tullenſi, a. 665. n. 17. conditum à S. Bodone Ep. Tullenſi.

Tbetberga Bodonis ante Sacerdotium coniugati filia, fit prima Abbatiſſa a. 665.

BRAGGECTA Mon.
in E. Atnernenſi,

Braggecte, Mon. in E. Aruatnenſi, a. 660. n. 10. a. 689. n. 8. conditum à S. Tillone.

BRIGE, Mon.
in E. Meldenſi.

Brige, Mon. puellare in E. Meldenſi, a. 614. n. 4. Vide *Eboriacus* & *Fare-Monaſterium*.

BRITTENNACVS, Mon. *Britigny*,
in E. Nouiomenſi.

Brittennacus ſeu Brittaniacus, Mon in E. Nouiomenſi, a. 752. n. 104.

Gamo Abb. illius ætas ignoratur.

BROILVS Mon. *Bruel*,
in E. Taruannenſi.

Broilus, Mon. in E. Taruannenſi, a. 686. n. 51. conditum à Sancto Mauronto.

Mauronttus conditor ac primus Abb. curam Mon. dimittit a. 686.

Amatus, anteà Epiſc. Senonenſis fit Abb. a. 686. obit a. 690.

Mantontus iterum Abb. a. 690. obit, a. 701.

Hubertus fit Abb. a. 702.

BRVGENSE Mon.
in E. Tornacenſi.

Brugenſe Mon. in E. Tornacenſi, a. 689. n. 10. conditum. à S. Trudone prope Brugas.

BVRA, Mon. *Beurn*,
in E. Friſingenſi.

Bura, Mon. in E. Friſingenſi, a. 742. n. 27. conditum cum ſeptem aliis ab Illuſtribus Comitibus ac fratribus Landfrido, Waldramo & Elilando.

Landſridus, conditor ac primus Abb. ſuperſtes a. 771.

BVSOGILVM, Mon.
in Ep. Cenomannenſi.

Buſogilum, Mon. puellare in E. Cenomannenſi, a. 681. n. 73. Caladunenſi ſubiicitur à S. Berario Ep. Cenomannenſi, qui ſedet ab a. 655. ad a. 681.

BVXIDVM, Mon. *la Boiſſelière*,
in E. Cenomannenſi.

Buxidum, Mon. in E. Cenomannenſi, a. 625. n. 131. conditum à S. Lenogeſilo.

Lenogeſilus conditor ac primus Abb. obit, a. 653.

C

CADVRCENSE Mon.
in E. Cadurcenſi.

In E. Cadurcenſi Mon. puellarum, a. 681. n. 2.

Ermenana Abbatiſſa, a. 681.

S. CÆSARII Mon. *S. Ceſaire*,
in Archiep. Arelatenſi.

S. Cæſarij Mon. puellare Arelatenſe, a. 536. n. 45. conditum a. S. Cæſario Ep. M. Arelatenſi.

Cæſaria ſoror S. Cæſarij, prima conſtituitur Abbatiſſa à fratre, a. 512. obit ante fratrem.

Cæſaria II. cui vita S. Cæſarij dicatur poſt a. 542. ſuperſtite in viuis Childeberto R.

Liliola obit, a. 574.

Ruſticula fit Abbatiſſa, a. 574. obit, a. 632.

Celſa fit Abbatiſſa, a. 632.

CALABRVM, Mon.
in E. Cadurcenſi.

Calabrum, Mon. in E. Cadurcenſi, a. 695. n. 25. a. 715. n. 45.

* Abbas, ſub cuius regimine Sacerdos Deo militauit annos 7.

Sacerdos Abb. regnante Childeberto III. deinde Ep. Lemouicenſis.

CALADVNVM, Mon. *Caledon*,
in E. Cenomannenſi.

Caladunum, Mon. puellare in E. Cenomannenſi, a. 681. n. 73. ope Grodegarij

Ducis

Ducis conditum à S. Berario Ep. Cenomannenſi, qui obiit, a. 681.
Caligberta prima Abbatiſſa.
Chrodieldis, Grodegarij Ducis filia, ſucceſſit Caligbertæ.

CALMINIVM ſeu CALMELIACVM, Mon. in E. Anicienſi.

Calminium ſeu Calmeliacum, Mon. in E. Anicienſi, a. 681. n. 67. conditum à S. Calminio ſeu Calmelio, *S. Carmery*. Hodie nomen gerit S. Theofredi, *Saint Chaffre*.
Eudo primus Abb. a. 681.
Theofredus, à quo nomen hodie Monaſterio, *Saint Chaffre*. Martyr, a. 732.

CAMELARIA, Mon. *Chameliére*, in E. Aruernenſi.

Camelaria, Mon. puellare in E. Aruernenſi, a. 665. n. 7. conditum à S. Præiecto Ep. Aruernenſi, qui obiit, a. 674.
Gundilana prima Abbatiſſa.

CAMPIDONA, Mon. *Kempten*, in E. Auguſtano.

Campidona, Mon. in E. Auguſtano Vindelicorum, a. 628. n. 24.
Theodorus conditor ac primus Abb. rediit ad Mon. S. Galli, a. 661. ibique obiit.
Berhtgozus fit Abb. a. 661.

CANTOANNVM, Mon. *Chantoin*, in E. Aruernenſi.

Cantoennum, Mon. puellare in E. Aruernenſi, a. 656. n. 36. conditum à S. Geneſio Ep. Aruernenſi.

CARANTONIVM, Mon. *Charenton*, in Archiep. Bituricenſi.

Carantonium, Mon. puellare in E. M. Bituricenſi, a. 632. n. 24.

S. CARAVNI Mon. *S. Cheron*, in E. Carnotenſi.

S. Carauni Mon. in E. Carnotenſi, a. 685. n. 26. conditum regnante Clotario III.
Aper primus Abb. obit, a. 668.
Dionyſius fit Abb. a. 668. obit, a. 676.
Balduinus fit Abb. a. 676. obit, a. 687.
Simon fit Abb. a. 687. obit, a. 701.
Dionyſius fit Abb. a. 701. obit, a. 717.
Simon II. fit Abb. a. 717. obit, a. 730.
Herueus fit Abb. a. 730. obit, a. 750.
Dodo fit Abb. a. 750. Superſtes Pippino R.

CASÆCONGVDVNVM, Mon. *Cougnon*, in E. Traiectenſi ſeu Leodienſi.

Caſæcongudunum, Mon. in E. Traiectenſi, a. 645. n. 9. conſtructum à S. Sigiberto III. R.
Remaclus ex Abbate Solemniacenſi fit primus Abbas Caſæcongudunenſis, a. 645.

S. CASSIANI Mon. *S. Caſſien*, in E. Maſſilienſi.

S. Caſſiani Mon. puellare in E. Maſſilienſi, a. 536. n. 43.

Reſpecta Abbatiſſa. Lege Gregorium Magnum, lib. 7. ep. 12.

CASTRA, Mon. *Caſtres*, in E. Albigenſi.

Caſtra, Mon. in E. Albigenſi, a. 647. n. 14.
Robertus primus Abb. a. 647.
Fauſtinus, a. 673. a. 674. obit ſub poteſtate Wiſigothorum.
Bertrandus Abb. ſub Wiſigothis, deinde ſub Saracenis, poſtremò ſub Francis, ſuperſtes a. 725.
Alfonſus, a. 734. obit regnante Pippino.

CASTRILOCVS, Mon. *Chaſteau-lieu*, in E. Cameracenſi.

Caſtrilocus, Mon. puellare in E. Cameracenſi, a. 656. n. 3. conditur à S. Waldetrude. Locus ille ipſis temporis excreuit in vrbem ampliſſimam, à ſitu nomen Montium ſortitam, *Mons*.
Waldetrudis fundatrix & prima Abbatiſſa, a. 656. obit, a. 688.

CAVSIACVM, Mon. *Choiſy*, in E. Sueſſionenſi.

Cauſiacum, Mon. in E. Sueſſionenſi, a. 652. n. 56.
Bertolenus Abb. poſt annum 654.

CELLA, Mon. in Epiſcopatu Cameracenſi.

Cella, Mon. in E. Cameracenſi, a. 651. n. 1. conditur a S. Giſleno, cuius nomen hodie gerit, *S. Guilbain*.
Giſlenus conditor ac primus Abb. a. 651. obit, a. 687.

CELLA MONACHORVM, Mon. in E. Argentoratenſi ſeu Strasburgenſi.

Cella Monachorum, Mon. in E. Argentoratenſi, a. 687. n. 10. conditum à Vicgerno Epiſc. Argentoratenſi. Hodie ab oppido *Ettenbein* vocatur *Ettenbein-Munſter*.

CELLA, Mon. *Lewartzell*, in Epiſcopatu Argentoratenſi, ſeu Strasburgenſi.

Cella ſeu Cells Leobardina vel Cella Leobardi, Mon. in E. Argentoratenſi, a. 586. n. 42. conditur à S. Leobardo, vnde illi nomen *Lewartzell*.
Leobardus conditor ac primus Abb. a. 586. obit, a. 618.
Anaſtaſius fit Abb. a. 618. obit, a. 658
Godefridus fit Abb. a. 658.
Leobardus II.
Maurus, a. 725.

CELLA, Mon. *Monſtier la Celle*, in E. Trecenſi.

Cella, Mon. in E. Trecenſi, a. 650. n. 14. conditur à S. Frodoberto.
Frodobertus conditor ac primus Abb. obit, a. 669.
Waldinus fit Abb. a. 669.

CELLVLA S. EVSITII, Mon. *Selles*,
in Archiep. Bituricenſi.
Cellula S. Euſitij, Mon. ad Carum fluuium in E. M. Bituricenſi, a. 531. n. 5.
Euſitius primus Abb.
Leonardus.
CENOMANNENSE ſeu PRATENSE Mon. *le Pré*, in E. Cenomannenſi.
Cenomannenſe Mon. Virginum, a. 541. n. 66. Hoc Mon. inter Sartham & ciuitatem Cenomannicam erexit Trenestina, cùm Cenomannis Childeberto I. R. parebat, & Diœceſim Cenomannenſem adminiſtrabat Innocentius Ep. qui migrauit ad Deum, a. 543.
Adrechildis Abbatiſſa, a. 686.
CENTVLA, Mon.
in E. Ambianenſi.
Centula, Mon. in E. Ambianenſi, a. 650. n. 6. conditur à S. Richario, cuius nomen hodie gerit, *Saint Riquier*.
Richarius primus Abb. ſecedit in eremum, a. 660.
Ocioaldus, a. 660. a. 674.
Clotinus, a. 684.
Ildeuertus.
Guitmarus, fit Abb. Pippino nondum Rege, ſuperſtes a. 765.
CERASIVM, Mon. *Cerisy*,
in E. Baiocenſi.
Ceraſium, Mon. in E. Baiocenſi, a. 530. n. 15. conditum à S. Vigore.
Vigor conditor ac primus Abb. poſteà fit Ep Baiocenſis regnante Childeberto I.
S. CERENICI Mon. *S. Cerenic*,
in E. Sagienſi.
S. Cerenici Mon. in E. Sagienſi, a. 557. n. 39.
Cerenicus, annuente Milehardo Ep. Sagienſi, Cœnobium conſtruit poſt a. 549. ibíque primus Abbas obit poſt a. 565.
CHRISMATVM, Mon.
in E. Baiocenſi.
Chriſmatum, Mon. in E. Baiocenſi, a. 530. n. 15. Hoc Mon. conſtructum eſt à S. Vigore Ep. Baiocenſi, hodie Prioratus eſt, & in memoriam ſui conditoris appellatur Prioratus S. Vigoris. *Saint Vigor*.
CINCILLACENSE Mon. *Tintillant*,
in E. Venetenſi.
Cincillacenſe Mon. in E. Venetenſi, a. 504. n. 2.
Albinus fit Abb. Cincillacenſis a. 504. deinde Ep. Andegauenſis, a. 529.
CLINGENSE Mon. *Clingen-Munſter*,
in E. Argentoratenſi ſeu Straſburgenſi.
Clingenſe Mon. in E. Argentoratenſi, a. 642. n. 82. conditum à Dagoberto I. R.
COACENSE Mon.
in Epiſcopatu Autiſſiodorenſi.
Coacenſe Mon. in E. Autiſſiodorenſi, a. 582. n. 19.
COCHALSEA Mon. *Cochelſée*,
in E. Friſingenſi.
Cochelſea, Mon. puellare in E. Friſingenſi, a. 742. n. 34. conditum ab Illuſtribus Comitibus & fratribus, Landfrido, Waldramo & Elilando.
Gelouinda prima Abbatiſſa, ſoror prædictorum Comitum.
COLOBERONENSE Mon.
in Archiep. Bituricenſi.
Coloberonenſe Mon. in E. M. Bituricenſi, a. 525. n. 18.
S. COLVMBÆ Mon. *Sainte Colombe*,
in Archiep. Viennenſi.
S. Columbæ Mon. prope Viennam, a. 534. n. 26.
S. COLVMBÆ Mon. *Sainte Colombe*,
in Archiep. Senonenſi.
S. Columbæ Mon. prope Senonas perantiquum, a. 752. n. 137.
Widradus Abb. regnante Pippino.
COLVMBARIENSE Mon.
in Archiep Bituricenſi.
Columbarienſe Mon. in E. M. Bituricenſi a. 576. n. 12. Hoc Mon. erectum fuit à S. Patroclo Preſbytero, qui migrauit ad Deum a. 576.
CONCHÆ, Mon. *Conques*,
in E. Rutenenſi.
Conchæ, Mon. in E. Rutenenſi, a. 752. n. 153.
CONDATESCENSE Mon.
in Archiep. Lugdunenſi.
Condateſcenſe Mon. in E. M. Lugdunenſi, a. 534. n. 24.
Romanus erigit hoc Mon. eiúſque primus eſt Abb. ante a. 444.
Lupicinus.
Eugendus, de cuius nomine idem Mon. diu dictum eſt Mon. S. Eugendi, *Saint Oyan*, vt poſteà de S. Claudij nomine vocatum eſt ad hodiernam vſque diem Mon. S. Claudij, *Saint Claude*.
Minauſius.
Antidiolus, a. 534. cùm Burgundiæ Regnum à Francis extinguitur, obit, a. 542.
Olympius fit Abb. a. 542. obit, a. 575.
Sapientius fit Abb. a. 575. obit, a. 592.
Talaſius fit Abb. a. 592. obit, a. 593.
Dagomodus fit Abb. a. 593. obit, a. 628.
Auderiens fit Abb. a. 628. obit, a. 631.
Iniurioſus fit Abb. a. 631. obit, a. 686.
Claudius, anteà Ep. M. Biſontinus, fit Abb. a. 686. obit, a. 698.
Ruſticus fit Abb. a. 698. obit, a. 733.
Autfredus fit Abb. a. 733. obit, a. 741.
Hippolytus fit Abb. a. 741. obit regnante Pippino.
CORBEIA, Mon. *Corbie*,
in E. Ambianenſi.
Corbeia Mon. in E. Ambianenſi, a. 657.

n. 13. conditur à S. Bathilde Regina.
Theodofredus ex Monacho Luxouienſi primus Abb. Corbeienſis, a. circiter 657. fit Ep. Ambianenſis, a. 689.
Chrodegarius fit Abb. a. 689. obit, a. 691.
Erembertus fit Abb. 691.
Sebaſtianus Abb. a. 716.
Grimo Abb. a. 741. obit regnante Pippino.

CRISPINIVM, Mon. *Creſpin.*
in E. Cameracenſi.

Criſpinium, Mon. in E. Cameracenſi, a. 691. n. 9. conditum à S. Landelino.
Landelinus conditor ac primus Abb. a. 691.

CRONOMENSE Mon. *Cournon,*
in E. Aruernenſi.

Cronomenſe Mon. in E. Aruernenſi, a. 508. n. 26. a. 509. n. 11. Hoc Mon. florebat in Aruernia, cùm Clodoueus ex Aquitania Wiſigothos expulit.

S. CRVCIS Mon. *Sainte Croix,*
in Archiep. Burdigalenſi.

S. Crucis Mon. in E. M. Burdigalenſi, a. 654. n. 30. conditum à Clodoueo II. R. dirutum à Saracenis, a. 732.

S. CRVCIS Mon.
in E. Meldenſi.

S. Crucis Mon. in E. Meldenſi, a. 642. n. 63. conditum à S. Farone Ep. Meldenſi, cuius nomen hodie gerit. *Saint Faron.*
Helias fit primus Abb. a. 642. obit, a. 660.
Fredegeſilus fit Abb. a. 660. obit, a. 682.
Odo fit Abb. a. 682 obit, a. 720.
Ingelmundus fit Abb. a. 720. obit regnante Pippino.

CRVX S. AVDOENI, Mon.
in E. Ebroicenſi.

Crux S. Audoeni, Mon. in Ebroicenſi Diœceſi, a. 690. n. 12. conditum à S. Leufredo, cuius nomen hodie gerit. *la Croix Saint Leufroy.*
Leufredus conditor ac primus Abb. a. 690. obit, a. 738.
Agofredus Leutfredi frater fit Abb. a. 738. obit regnante Pippino.

CVLTVRA DEI, Mon. *la Couture,*
in E. Cenomannenſi.

Cultura Dei, Mon. in E. Cenomannenſi, a. 589. n. 16. Hoc Mon. erectum eſt à S. Bertchramno Ep. Cenomanenſi, qui ſedit ab a. 586. ad a. 623.

CVRBIO, Mon. *Corbion,*
in E. Carnotenſi.

Curbionenſe Mon. in E. Carnotenſi, in pago Drocenſi, a. 563. n. 6. a. 593. n. 3. conditum à S. Launomaro.
Launomarus condit hoc Mon. a. 563. fit primus Abb. obit, a. 593.
Ragnobertus fit Abb. à. 593.
Laygobertus ſeu Legebertus Abb. regnante Clotario III.

S. CYRICI Mon. *Saint Cirgues,*
in E. Aruernenſi.

S. Cyrici Mon. in E. Aruernenſi, a. 615. n. 30. hoc Mon. conditum eſt priuſquàm Aruerni Francis paterent.
Abraham conditor ac primus Abb. tempore S. Sidonij Apollinaris.

D

DAOVGALENSE Mon. *Daoulas,*
in E. Corentinopolitano.

Daougalenſe Mon. in E. Corentinopolitano, a. 538. n. 74.
Iehonius, ſeu Iaouas, primus Abb. conſtituitur ex Monacho Teuenecenſi, abdicat ſe regimine Monaſterij, a. 550.
Tuſucanus fit Abb. a. 550.

DARAONGVS, Mon.
in E. Tullenſi.

Daraongus Mon. in Voſago, a. 668. n. 18.
Amarinus Abb. a. 668. Martyrio coronatur, a. 674.

DECIMIACENSE Mon.
in E. Autiſſiodorenſi.

Decimiacenſe Mon. in E. Autiſſiodorenſi, a. 582. nn. 19. 21.

DERVVM, Mon. *Monſtier-en-Der,*
in E. Catalaunenſi.

Deruenſe Mon. in E. Catalaunenſi, a. 671. n. 10. conditum à S. Berchario ex munificentia Childerici II. R.
Bercharius, relicto Alto-Villari, primus Abb. a. 671. obit, a. 685.
Synaulius fit Abb. a. 685. viuit, a. 694.

S. DIONYSII Mon. in Francia,
Saint Denys en France,
in E. Pariſienſi.

S. Dionyſij Mon. in E. Pariſienſi, in vico Catholacenſi, a. 627. n. 20. nouum conditur à Dagoberto I. R. a. 630. nn. 8. *& ſeqq.*
Dodo Abb. a. 627. a. 630. ſuperſtes, a. 635.
Ilega fit Abb. ſuperſtite Dagoberto I. R. obit regnante Clodoueo II.
Chunaldus Abb. regnante Clodoueo II.
Aygulfus, a. 651.
Leobaſarius, a. 669.
Godobaldus, a. 679.
Cayno ſub Theodorico III. & Clodoueo III. RR.
Cardericus ſub Childeberto III. R.
Cailedulphus ſeu Chagledulphus ſub Dagoberto III. R.
Chilardus ſeu Chillerdus obit, a. 716.
Turnoaldus ſeu Turnaldus fit Abb. a. 716. obit Theodorico IV. R.
Delphinus fit Abb. regnante Theodorico IV. obit regnante Childerico III.
Sigibertus, Sigebertus, Sygobertus, Singebertus fit Abb. regnante Childerico III. obitq; regnante Pippino.

S. DIONYSII Mon. Renticenſe,
S. Denys de Ranty,
in Epiſcopatu Taruanenſi.

S. Dionyſij Mon. apud Renticam in E. Taruannenſi, a. 685. n. 57. conditum à Wamberto Renticæ Domino.

Bertulphus primus Abb. a 685. obit, a. circiter 708.

DISERTINA Mon. *Diſentis*,
in E. Curienſi.

Diſertina, Mon. in E. Curienſi, a. 745. n. 120.

Vrſicinus Abb. a. 745. a. 752.

S. DISIBODI Mon. *Diſenberg*,
in E. Moguntino.

S. Diſibodi Mon. in E. Moguntino, a. 674. n. 28. conditum à S. Diſibodo, qui florebat a. 674.

DOLENSE Mon. *Dol*,
in E. Dolenſi.

Dolenſe Mon. a. 529. n. 8. conditum à S. Semſone.

Samſon fit primus Abb. Dolenſis regnante Childeberto I. deinde ante a. 541. fit Ep. eiuſdem loci, Monachis Kerſeunteum ablegatis.

DONVM PETRI, Mon. *Don-Pierre*,
in E. Cameracenſi.

Donum Petri, Mon. in E. Cameracenſi, a. 674. n. 13. conditum à S. Ettone; Prioratus eſt hodie Abbatiæ Lætienſis.

Etto conditor ac primus Abb. fuit è diſcipulis S. Furſei.

DORNATIACVM Mon.
in Archiep. Veſontionenſi.

Dornatiacum Mon. puellare in E. M. Veſontionenſi, a. 616. n. 6. Hoc Mon. Dornatiacum à loco dictum eſt. Vocatur etiam Mon. S. Mariæ *de Battant*.

Adelſinda, filia Amalgarij Ducis, qui Monaſterium condidit, prima fit Abbatiſſa Clotario II. Monarchiam totius Franciæ iam adepto, deinde idem Monaſterium Abbati Beſuenſi tradit, a. 656.

DVRINENSIA Monaſteria, *de Durin*,
in E. Namnetenſi.

Durinenſia Monaſteria, vnum virorum, alterum puellarum in E. Namnetenſi, a. 565. n. 12. conduntur à S. Martino Abbate Vertanenſi.

E

EBERSHEIMENSE Mon.
Ebersheim-Munſter,
in E. Argentoratenſi ſeu Straſburgenſi.

Ebersheimenſe Mon. in E. Argentoratenſi, a. 690. n. 63. conditum ab Athico Duce Alemanniæ, patre S. Odiliæ.

Columbus obit regnante Pippino.

EBORIACVS, Mon.
in E. Meldenſi.

Eboriacus, corruptè *Euoriacas*, aliis Brige, Mon. puellarum in E. Meldenſi, a. 614. n. 4. Hodie nomen gerit beatæ Faræ primæ Abbatiſſæ, vocatúrque *Faremouſtier*.

Fara prima Abbatiſſa.

Sedrido.

Edelburga.

EBREDVNENSE Mon. *d'Ambrun*.
in Archiep. Ebredunenſi.

Ebredunenſe Mon. c. 548. n. 96.

Beroaldus Abb. Mon. muris Ebredunenſibus adiacentis, cùm Ætherius Ep. eſſet Auenticenſis, hic autem Auentici ſedere cœpit, a. circiter 548.

EEKA, Mon. *Eeke*.
in E. Taruannenſi.

Eeka, Mon. in E. Taruannenſi, a. 688. n. 42. conditum à S. Wlmaro.

Wlmarus conditor ac primus Abb. c. circiter 665. obit, a. 697.

ELNONENSE Mon.
in E. Tornacenſi.

Elnonenſe Mon. a. 639. nn. 8. 9. in E. Tornacenſi ad confluentes Elnonis in Scarpum, ob Elnone nomen accepit, conſtructum eſt à S. Amando, cuius nomen hodie gerit, *Saint Amand*.

Amandus conditor ac primus Abb. a. 639. fit Ep. Traiectenſis a. 649.

Vrſus fit Abb. c. 649. obit, c. 652.

Ionatus fit Abb. a. 652. curam dimittit, a. 653.

Amandus iterum Abb. a. 653. regimen abdicat, a. 678.

Andreas fit Abb. c. 678. obit, a. 688.

Ermenteus fit Abb. a. 688. obit, a. 735.

Gilbertus fit Abb. a. 735. viuit ſuperſtes Carolomanno Regi.

S. EMMERAMMI Mon.
in E. Reginoburgenſi.

S. Emmerammi Mon. Ratiſbonæ ad Danubium, a. 697. n. 14. conditum à Theodone IV. Duce Boioariæ.

Appollonius fit primus Abb. a. 697. obit, a. 710.

Sandredus fit Abb. a. 710. obit, a. 735.

Alaboldus fit Abb. a. 735. obit, a. 752. Pippino iam rege, & Boioariâ plures in Diœceſes ab a. 739. ſeparatâ, atque Monaſterio S. Emmerammi Diœceſi Reginoburgenſi attributo.

ENIXIONENSE Mon. *Anſion*.
in E. Pictauienſi.

Enixionenſe ſiue Henſionenſe Mon. in E. Pictauienſi, a. 508. n. 21. Hodie vocatur Mon. S. Iouini de Marnis. *Saint Iouin de Marne*.

Lemiegiſilus ſeu Launegiſilus Abb. ſub Wiſigothis.

Generoſus Abb. ſub Wiſigothis, deinde ſub Francis.

EPTERNACVM, Mon. *Eternac*, in Archiep. Treuirenſi.

Epternacum, Mon. in E. M. Treuirenſi, a. 698. nn. 3. 6. conditum à S. Irmina, Abbatiſſa Horreenſi, Dagoberti II. R. filia.

Willebrordus primus Abb. obit a. 742.

Albertus fit Abb. a. 742. ſuperſtes, a. 752.

S. EVSEBII Mon. *Saint Euſebe*, in E. Autiſſiodorenſi.

S. Euſebij Mon. in E. Autiſſiodorenſi, a. 625. n. 62. conditum à S. Palladio, qui Pontificatum Autiſſiodorenſem ſuſcepit a. 624.

EYKA, Mon. *Eyke*, in E. Leodienſi.

Eyka, Mon. puellare in E. Leodienſi, a. 642. n. 50. conditum à parentibus Sanctarum Herlindis & Reinilæ Adalhardo & Grinuara.

Herlindis prima Abbatiſſa, ſuperſtes S. Willebrordo, qui obiit a. 742.

Reinila ſoror Herlindis, ſynchrona Pippino R.

F

FABARIA Mon. *Pfeffers*, in E. Curienſi.

Fabaria, Mon. in E. Curienſi, a. 745. n. 118.

Anaſtaſius Abb. a. 745. cùm illa regio in Francorum poteſtatem primùm deuenit, obit, a. 749.

Baldebertus fit Abb. a. 749. Ep. Curienſis, a. 750.

Lupicinus fit Abb. a. 750. obit regnante Pippino.

FARÆ Mon. *Faremouſtier*, in E. Meldenſi.

Faræ Mon. in E. Meldenſi, a. 614. n. 4. *Vide Eboriacus*.

FAVOAA, Mon. *Fuſſen*, in E. Auguſtano.

Fauceuſe Mon. in E. Auguſtano Vindelicorum, a. 629. n. 10.

Magnoaldus ſeu Magnus primus Abb. inchoauit hoc Mon. a. 629. ſuperſtes vixit ad a. vſque 655.

Conradus.

Wolporto.

Gottepoldus.

Bertholdus obit regnante Pippino.

FERRARIÆ Mon. *Ferrières*, in Archiep. Senonenſi.

Ferrariæ Mon. in E. M. Senonenſi, a. 713. n. 40. conditum regnante Dagoberto I.

Maurilius ſeu Moriliçus primus Abb. ſub RR. Dagoberto I. & Clodouco II.

Buchinus Abb. ſub, Clotario III R.

Wido.

Gerontius ſeu Geronicus peruenit ad tempora Dagoberti III. R.

Waldebertus Abb. viuebat, a. 720.

Singulfus.

Adalbertus.

Geruaſius floruit ſub Pippino Rege.

S. FERREOLI Monaſteriolum, in E. Auguſtodunenſi.

S. Ferreoli Monaſteriolum in E. Auguſtodunenſi, a. 722. n. 57. vnitur Monaſterio Flauiniacenſi.

Wideradus Abb. illius loci, poſteà conditor & Abb. Flauiniacenſis. *Vide* Abbates Flauiniacenſes.

FERRIOLACENSE Mon. in E. Vcecienſi.

Ferriolacenſe Mon. in E. Vcecienſi, a. 558. n. 7. Hoc Mon. ita dictum a S. Ferreolo ſeu Ferriolo conditore, Ep. Vcecienſi, qui Regulam Monachis ibi degentibus præſcripſit, geſſitque Pontificatum ab a. 553. vſque ad a. 581.

FIGIACVM, Mon. *Figéac*, in E. Cadurcenſi.

Figiacum, Mon. in E. Cadurcenſi a. 752. n. 155.

FISCANNVM, Mon. *Feſcan*, in Archiep. Rotomagenſi.

Fiſcannum, Mon. puellare in E. M. Rotomagenſi, a. 661. n. 13. conditum à S. Waningo.

Childemarcha prima Abbatiſſa, a. 661. ſuperſtes S. Leodegario, qui Martyrium paſſus eſt a. 678.

FISCIACVM, Mon. *Feſcau*, in E. Cameracenſi.

Fiſciacum, Mon. in E. Cameracenſi, a. 674. n. 13. conditum poſt mortem S. Ettonis, qui fuit è diſcipulis S. Furſei.

FLAVIACVM, Mon. *Flaix*, in E. Bellouacenſi.

Flauiacum, Mon. in E. Bellouacenſi, a. 655. n. 2. conditum à S. Geremaro, vnde illi hodie nomen, *Saint Germer de Flaix*.

Geremarus conditor ac primus Abb. a. 655. obit, a. 658.

Gennardus obit, a. circiter 720.

Benignus Abb. Fontanellenſis, fit etiam Abb. Flauiacenſis, a. circiter 720. obit, a. 723.

FLAVINIACVM, Mon. *Flauigny*, in E. Auguſtodunenſi.

Flauiniacum, Mon. in E. Auguſtodunenſi, a. 722. n. 55. conditum à Widerado.

Magnoaldus fit primus Abb. ante a. 722. obit, a. 735.

Wideradus conditor fit Abb. a. 735. obit, a. 747.

Gaytonius fit Abb. a. 747. obit regnante Pippino.

FLORIACVM, Mon. *Fleury*, in E. Aurelianenſi.

Floriacum, Mon. in E. Aurelianenſi, a. 656. n. 32. conditum à Leodebodo Abbate Sancti Aniani ad muros Aurelianenſes.

Rigomarus fit primus Abb. a. 656. obit, a. 661.

Mummolus fit Abb. a. 661. obit, a. 702.

Medo Abb. a. 752.

FLORIACVM, Mon. in Archiepiſcopatu Rotomagenſi.

Floriacum, Mon. in pago Veliocaſſino Diœceſeos Rotomagenſis, a. 706. n. 2. conditum à Pippino Maiore-domûs, & vnitum Fontanellenſi.

Bainus, Abb. iam Fontanellenſis, fit primus Abb. Floriacenſis, a. 706. Succeſſores iidem qui Fontanellenſes.

FONS RODI, Mon. *Font-Rouge*, in E. Autiſſiodorenſi.

Fons Rogi, Mon. in E. Autiſſiodorenſi, a. 545. n. 2.

Romanus Abb. a 545.

FONTANELLA, Mon. *Fontenelle*, in Archiep. Rotomagenſi.

Fontanella, Mon. in E. M. Rotomagenſi, a. 648. n. 28. conditum à S. Wandregiſilo ex munificentia Erchinoaldi Maioris-domûs ſub Clodoueo II. R. Vocatur hodie *Saint Vandrille*.

Wandregiſilus conditor ac primus Abb. a. 648. obit, a. 667.

Lantbertus fit Abb. a. 667. Epiſc. Lugdunenſis, a. 678.

Anſbertus fit Abb. a. 678. Epiſc. Rotomagenſis, a. 683.

Hilbertus fit Abb. a. 683. obit, a. 700.

Bainus fit Abb. a. 700. obit, a 708.

Benignus fit Abb. a. 708. pellitur, a. 716.

Wando fit Abb. pulſo Benigno, a. 716. pellitur, a. 719.

Benignus iterum Abb. pulſo Wandone, a. 719. obit, a. 725.

Hugo fit Abb. a. 725. obit, a. 730.

Lando fit Abb. a. 731. obit, a. 734.

Teutſindus fit Abb. a. 734. obit, a. 738.

Wido fit Abb. Fontanellenſis, a. 738. necnon Vedaſtinus eodem anno; obit, a. 739.

Raginfridus fit Abb. a. 739. deponitur, a. 742.

Wando iterum Abb. pulſo Raginfrido, a. 742. cæcus abdicat regimen, a. 747.

Auſtrulphus fit Abb. a. 747. obit regnante iam Pippino.

FONTANETENSE Mon. *Fontenay*, in E. Autiſſiodorenſi.

Fontanetenſe Mon. in E. Autiſſiodorenſi, a. 582. nn. 19. 21.

FONTANETVM, Mon. *Fontenay*, in E. Sagienſi.

Fontanetum, Mon. in E. Sagienſi, a. 688. n. 28. conditum à S. Ebremundo.

Ebremundus conditor ac primus Abb. ſedente apud Saiom Aunoberto Epiſcopo, obit, a. circiter 720.

Cedulphus fit Abb. a. circiter 720. fortè peruenit ad tempora Pippini Regis.

FOSSÆ, Mon. *Foſſe*. in Epiſc. Traiectenſi ſeu Leodienſi.

Foſſæ, Mon. in E. Traiectenſi, a. 650. n. 6. a. 656. n. 1. a. 659. n. 5. conditum à S. Vltano ex munificentia S. Gertrudis Abbatiſſæ Niuigellenſis.

Vltanus conditor ac primus Abb. frater S. Furſei, obit, a. 686.

FOSSATVM, Mon. *Foſſez*, in E. Pariſienſi.

Foſſatenſe Mon. in E. Pariſienſi, a. 638. n. 100. conditum a. Blidegiſilo Archidiacono Pariſienſi.

Babolenus fit primus Abb. a. 640. obit, a. 660.

Ambroſius fit Abb. a. 660.

Auſtroaldus.

Valderanus.

Madobodus.

Odo.

Gunterannus.

Gogo.

Arueranus.

Elafredus videtur ad tempora Pippini R. perueniſſe.

FRITESLARIA, Mon. *Fridſlar*, in E. Birburgenſi.

Friteſlaria, Mon. a. 732. n. 18. in Haſſia conditum à S. Bonifacio Archiepiſcopo fixam Sedem nondum obtinente, attributum poſteà Diœceſi Birburgenſi, a. 742.

Bonifacius curam Monaſterij gerit ad annum vſque 746.

Wigbertus fit Abb. a. 746. Bonifacio Archiepiſcopo Moguntino tum facto, vixit, a. 752.

FVLDA, Mon. *Fulde*, in E. Erphesfordienſi.

Fulda, Mon. a. 745. nn. 74. *& ſeqq.* conditum à S. Sturmio in Diœceſi Bonifacij Archiepiſcopi, fixam Sedem nondum obtinentis, attributum poſteà Diœceſi Erphesfordienſi, a. 746.

Sturmius primus Abb. a. 745. ſuperſtes, a. 752.

FVLRADOVILARE, Mon. in E. Argentoratenſi ſeu Straſburgenſi.

Fulradouilare, Mon. in E. Argentoratenſi, conditum à S. Fulrado, nomen S. Hippolyti pòſt accepit, vulgò *Saint Bilt*.

Fulradus conditor ac primus Abb. viuebat, a. 752.

G

GABALITANVM Mon.
in E. Gabalitano.

Gabalitanum Mon. puellarum in E. Gabalitano, a. 628. n. 11.

Enymia, ſoror Dagoberti I. R. prima fit Abbatiſſa.

S. GALLI Mon. *Saint Gal*,
in Epiſcopatu Conſtantienſi ad Rhenum.

S. Galli Mon. in E. Conſtantienſi ad Rhenum, a. 615. n. 1. gerit nomen conditoris.

Gallus conditor ac primus Abb. obit, a. 625.

Othmarus fit Abb. a. 628. obit, a. 668.

Othmarus inſtaurator Monaſterij viuebat a. 752.

GANDA, Mon. *Gand*,
in E. Tornacenſi.

Ganda ſeu Gandenſe Mon. in E. Tornacenſi, a. 631. nn. 3. 4. conditur à S. Amando, habet à prima inſtitutione Clericos quos idem erudit Amandus, deinde Monachos.

Florbertus fit primus Abb. a. 636. obit, a. 657.

Adelbertus fit Abb. a. 657. obit, a. 679.

Fulco fit Abb. a. 679. obit a. 693.

Wilfridus fit Abb. a. 693. obit, a. 709.

Reynerus fit Abb. a. 709. obit, a. 723.

Albericus fit Abb. a. 723. obit, a. 730.

Wilradus fit Abb. a. 730. obit, a. 747.

Hildebertus fit Abb. a. 747. peruenit ad tempora Pippini Regis.

GAVDIACVM, Mon.
in Archiep. Bituricenſi.

Gaudiacum, Mon. in E. M. Bituricenſi a. 531. n. 24.

GEMELLENSE Mon.
in E. Baiocenſi.

Gemellenſe Mon. ſeu duo Gemelli, Mon. in E. Baiocenſi, a. 565. nn. 11. 12. dirutum à Nortmannis.

GEMMETICVM, Mon. *Jumiége*,
in Archiep. Rotomagenſi.

Gemmeticum, Mon. in E. M. Rotomagenſi, a. 662. nn. 16. 17. conditum à S. Philiberto ex munificentia Clotarij III. R.

Philibertus primus Abb. a. 662. exulat, a. 674.

Chrodobertus fit Abb. a. 674.

Ragetrannus.

Philibertus redit Gemmeticum, a. 682. inde diſcedit, a. 684.

Aichardus fit Abb. a. 685. obit, a. circiter 720.

Coſchinus fit Abb. a. circiter 720. obit, a. circiter 723.

Droctegandus ſeu Droctegangus vel Druciegandus fit Abb. a. circiter 723. obit, a. circiter 726.

Hildegarius fit Abb. a. circiter 726. obit a. circiter 728.

Hugo fit Abb. a. circiter 728. obit, a. 730.

Droctgangus fit Abb. a. 730. ſuperſtes a. 765.

GENGENBACHVM, Mon. *Gengenbach*,
in E. Argentoratenſi ſeu Straſburgenſi.

Gengenbacenſe Mon. in E. Argentoratenſi, a. 740. n. 3. conditum à Ruthardo viro Illuſtri.

GENOLIACVM, Mon. *Genoulhac*,
in E. Petrocoricenſi.

Genoliacum, Mon. in E. Petrocoricenſi, a. 542. n. 2.

Sanolus Abb. regnante Clotario I.

GERBERENSE Mon. *Gerber*,
in E. Leonenſi.

Gerberenſe Mon. in E. Leonenſi, a. 545. n. 8.

Tanguidus ſeu Gurguidus, regnante Childeberto I. primus Abb. conſtituitur à S. Paulo Epiſc. Leonenſi, ipſius Mon. conditore, obit, a. 590.

S. GEREONIS Mon.
in E. Colonienſi.

S. Gereonis Mon. Coloniæ, a. 752. n. 85.

S. GERMANI Mon. prope Spiram,
Saint Germain lez Spire,
in Epiſcopatu Nemetenſi ſeu Spirenſi.

S. Germani Mon. prope Spiram, a. 642. n. 83. conditum à Dagoberto I. R.

S. GERMANI Mon.
Saint Germain d'Auxerre,
in E. Antiſſiodorenſi.

S. Germani Mon. Autiſſiodori, a. 586. n. 38. conditum à S. Germano Ep. Autiſſiodorenſi, priuſquàm illa ciuitas Francis dederetur.

Allodius Abb. ſuperſtite adhuc in viuis S. Germano.

Winebaudus, a. 586.

Palladius, qui factus eſt Ep. Autiſſiodorenſis, a. 624.

Tetricus Abb. a. 686. fit Ep. Autiſſiodorenſis, a. 694.

Quintilianus fit Abb. a. 694. Ep. Antiſſiodorenſis, a. 721.

S. GERMANI Mon.
Saint Germain du Mans,
in E. Cenomannenſi.

S. Germani Mon. Cenomannenſe, a. 589. n. 16.

S. GERMANI Mon. Pratenſe,
Saint Germain des Prez,
in E. Pariſienſi.

S. Germani Mon. in ſuburbio Pariſienſi, a. 542. n. 32. conditum eſt à Childeberto I. R. poſt a. 542. dictum primò Mon. S. Vincentij, deinde S. Germani. *Vide* infrà Mon. S. Vincentij.

Gauſcin, cuius anteceſſores dicti ſunt Abbates S. Vincentij, vocatur Abb.

S. Germani, fit Abb. a. 622. obit, a. 636.
Germanus fit Abb. a. 636. obit vltimis temporibus Clodouei II.
Sigo ſeu Sigofridus fit Abb. regnante Clodouco II.
Childerannus.
Honfridus.
Antbarius II. regnante Theodorico III.
Gundremarus ſeu Gaodremarus vel Waldromerus, a. 697.
Thedelmarus, a. 701.
Babo, a. 710.
Lanfredus, a. 734. a. 740. ſoperſtes, a 765.

SS. GERVASII ET PROTASII Mon.
in Archiep. Viennenſi.

SS. Geruaſij & protaſij Mon. in E. M. Viennenſi, a. 534. o. 27. dirutum à Saraceois, a. 732.

GLANDERIA, Mon.
io E. Metenſi

Glanderia, Mon. in E. Metenſi, a. 587. n. 22. cooditorem agnoſcit S Arooaldum circa a. 587. Nomen bodie gerit. S. Martini cui dicatom eſt. *Saint Martin aux Cheſnes.*

GLANNA, Mon.
in Epiſcopatu Andegauenſi.

Glanna, Mon. in E. Andegaoenſi, a. 694. n. 12.
Maorontius Abb. coætaneus Ærmenlando Abbati Antrenſi.
Albaldus Abb. regnantibus Pippino & Carolo Magoo.

GLANNAFOLIVM, Moo. *Glanfueil,*
io E. Aodeganenſi.

Glaonaſolium, Mon. in E. Andeganenſi. a. 543. n. 13. condirom à S. Mauro ex munificentia Flori Optimatis.
Maorus fit primus Abb. a. 543. abdicat regimen, a. 601.
Bertulfus fit Abb. a. 601. obit, a. 606.
Florianus fit Abb. a 606.

GORZIA, Moo. *Gorze,*
in E Metcoſi.

Gorzia, Mon. in E. Metenſi, a. 749. n. 68. conditur à Chrodegango Ep. Metenſi.
Droctegangus primus Abb. RR. Childerico III. & Pippino.

GRANDIS VALLIS, Mon. *Granfel,*
in Archiep. Veſoontionenſi, deinde
io E. Baſileenſi.

Grandis Vallis, Moo. in E. M. Veſontioneoſi, a. 647 n. 8. conditum à Gundonio viro Illuſtri. Baſileenſi Diœceſi nuper erectæ attribuitur, a. 748. n. 108. cum Mooaſteriis Sancti Vrſicini & werdæ ſeu Sancti Paoli ad Inſulam ſibi voitis.
Germanus primus Abb. obit, a. circiter 662.

S. GREGORII Mon.
Munſter in S. Gregorienthal,
in E. Argentoratenſi, deinde in
Baſileenſi.

S. Gregorij Mon. in E. Argeotoratenſi, a. 667. n. 35. conditum à Childerico II R. Baſileenſi Diœceſi recèos erectæ attribuitor, a. 748. n. 110. Adelrico tum Abbate.
Colduinus primus Abb.
Valedius.
Walagio.
Wolehiſus.
Adelricus, a. 748. cùm Baſileenſis Epiſcopatus inſtitutus eſt, peruenit ad tempora Pippini Regis.

GRESSVS, Mon. *Gries,*
io E. Cenomannenſi.

Greſſus, Moo. ad Brigiam riuum io E. Cenomanoenſi, a. 532. n. 13.
Almirus coodiror ac primus Abb regnante Childeberto I. & Diœceſim Cenomannenſem adminiſtrante S. Innocentio Ep. ſupereſt in viuis, a. 559.

GRININCENSIA Monaſteria,
in Archiep. Viennenſi.

Grinincenſia Mooaſteria in E. M. Viennenſi, a. 534. n. 26. comburontor à Saracenis, a. 732.

GVERNIENSE Mon. *Guern,*
io E. Aletenſi.

Guernienſe Mon. in E. Aletenſi, a. 565. o. 8 cooditom eſt à S Machute ſeu Maclooio, qui primus fuit Ep. Aletenſis, ren: itque Pontificatum ab a. 541. vſque ad a. 565.

GVRTHONENSE Mon. *Gourdon,*
in E. Cabilonenſi.

Gurthonenſe Mon. in E. Cabilonenſi, a. 534. n. 31.

H

HAMATICVM, Mon. *Hamaige,*
in E. Atrebatenſi.

Hamaticum, Mon. puellare in E. Atrebateoſi, a. 649. o. 4.
Gertrudis poſt Rigomari coniugis mortem hoc Mon. conſtruit, prima illius loci fit Abbatiſſa, obitqoe, a. 649.
Eoſebia ſuperioris proneptis fit Abbatiſſa, a. 649. obit, a. 660.
Gertrudis Abbatiſſa, a. 686.

HASALACENSE Mon. ſeo HASELA,
in E. Argentoratenſi ſeo Straſburgenſi.

Haſelacenſe Mon. in E. Argentoratenſi, a. 676. n. 16. cooditur à Dagoberto II. R.

HASNONIVM, Mon. *Haſnon,*
in E. Atrebatenſi.

Haſnonium, Moo. in E. Atrebatenſi, a. 691. nn. 42. *& ſeqq.* cooditum à Ioanne illios loci Domino.

Ioannes conditor fit primus Abb. a. 691. obit, a. 708.
Aldo Ioannis frater fit Abb. a. 708. obit, a. 727.
Sauericus fit Abb. a. 727. ſuperſtes, a. 752.

HASNONIVM, Mon. *Haſnon*. in E. Atrebatenſi.

Haſnonium, Mon. puellarum in E. Atrebatenſi, a. 691. nn. 42. *& ſeqq.* conditum ab Eulalia Ioannis Abbatis Haſnonienſis ſorore.
Eulalia fundatrix fit prima Abbatiſſa, a. 691. obit, a. 708.
Bertrudis Eulaliæ ſoror fit Abbatiſſa, a. 708.

HERSFELDA, Mon. *Hirſchfelt*, in Archiep. Moguntino.

Hersfelda, Mon. in E. M. Moguntino inchoatur à S. Bonifacio Archiepiſcopo Moguntino, a. 750. n. 8.

HERVS, Mon. *Noirmouſtier*, in E. Pictauienſi.

Herus, Mon. in E. Pictauienſi, a. 674. n. 6. a. 685. n. 3. conditur ab Anſoaldo Ep. Pictauienſi.
Philibertus primus Abb. expulſus Gemmetico, a. 674. obit, a. 690.

S. HILARII Mon. *Saint Hilaire*, in E. Pictauienſi.

S. Hilarij Mon. in ſuburbio Pictauienſi, a. 508. n. 19. conditum florente in Galliis Romanorum Imperio.
Fridolinus Abb. cùm Pictauium in poteſtatem Clodouei R. venit.
Paſcentius Abb. ante a. 564. quo factus eſt Ep. Pictauienſis.

S. HILARII Mon. in E. Metenſi.

S. Hilarij Mon. ſiue Hilariacum in E. Metenſi, a. 509. n. 7.
Fridolinus primus Abb. anteà Abb. S. Hilarij in ſuburbio Pictauienſi, hoc Mon. conſtruit regnante Clodoueo Magno, amplificat Sigibaldus Ep. Metenſis, vocátque Nouam Cellam, a. 734. regnante Theodorico IV.

HILDENHEIMIVM, Mon. *Haidenhaim*, in Epiſcopatu Eyſtettenſi.

Hildenheimium ſiue Heidenheimium, Mon. in E. Eyſtettenſi, a. 752. n. 9. conditum à S. Wunibaldo.
Wunibaldus conditor ac primus Abb. a. 752. obit, a. 761.

HOHENBVRGVM, Mon. *Homburg*. in E. Argentoratenſi ſeu Straſburgenſi.

Hohenburgum, Mon. puellarum in E. Argentoratenſi, a. 690. n. 48. conditum ab Athico Alemanniæ Duce, patre S. Odiliæ.
Odilia prima Abbatiſſa, a. 690. obit regnante Pippino.

HORNBACHVM, Mon. *Hornbach*, in E. Metenſi.

Hornbachum, Mon. in E. Metenſi, a. 742. n. 56. conditum à Wernhero viro Illuſtri.

HORREVM, Mon. *Oéren*, in Archiep. Treuirenſi.

Horreum, Mon. puellare Treuiris, a. 678. n. 20. conditum à S. Irmina Dagoberti II. R. filia.
Irmina prima Abbatiſſa ſuperſtes, a. 726.
Anaſtaſia fit Abbatiſſa poſt a. 726.
Baſiliſſa Abbatiſſa Childerico III. & Pippino Regibus.

HVMOLARIÆ, Mon. *Hombliéres*, in E. Nouiomenſi.

Humolariæ, Mon. puellare in E. Nouiomenſi, a. 671. n. 3.
Hunnegundis Abbatiſſa, a. 671.

HVNOCVRTVM, Mon. *Huncourt*, in E. Cameracenſi.

Hunocurtum, Mon. puellare in E. Cameracenſi, a. 685. n. 47. conditum ab Amalfrido.
Anriana filia Amalfridi, prima Abbatiſſa, viuebat, a. 685.

I

INFERIVS MONASTERIVM, *Nider-Munſter*, in E. Argentoratenſi ſeu Straſburgenſi.

Inferius Monaſterium in E. Argentoratenſi, a. 700. n. 33. conditum à S. Odilia.
Odilia prima Abbatiſſa, obit regnante Pippino.

INSVLA, Mon. in Epiſcopatu Bellouacenſi.

Inſula, Mon. in E. Bellouacenſi, a. 642. n. 56. conditum à S. Germaro.
Archarius primus Abb. a. 642. viuit, a. 654.

INSVLA, Mon. *Iſle*, in E. Trecenſi.

Inſula, Mon. in E. Trecenſi, a. 486. n. 19.
Auentinus Abb. abdicat regimen, a. circiter 534.
Fidolus fit Abb. a. circiter 534.

S. IOANNIS BAPTISTÆ IN GAELO Mon. *S. Jean Baptiſte de Gael*, in E. Aletenſi.

S. Ioannis Baptiſtæ in Gaelo Mon. in E. Aletenſi, a. 565. n. 8.
Meuennius conditor ac primus Abb. coætaneus SS. Samſoni, Maglorio, & Machuti. Hodie nomen facit Monaſterio, S. *Méen de Gael*.

S. IOANNIS BAPTISTÆ Mon. in E. Andegauenſi.

S. Ioannis Baptiſtæ Mon. prope muros Andegauenſes, a. 605. n. 2. conditum

à S. Licinio Ep. qui factus eſt Ep. Andegauenſis, a. 592. obiítque, a. 605.

S. IOANNIS BAPTISTÆ Moo.
in E. Taroannenſi.

S. Ioannis Baptiſtæ Mon. prope Taruannam, a. 686. n. 66. conditom à Theodotico III. R.

S. IOANNIS BAPTISTÆ Moo.
in E. Cameracenſi.

S. Ioannis Baptiſtæ Mon. puellare in Caſtro Valentianenſi Diœceſeos Cameracenſis, a. 690. n. 21. conditum à Pippino Herſtallio Maiore-domûs; dirotum ante a. 749. quo reſtauratum ac traditum Canonicis.

S. IOANNIS BAPTISTÆ Mon.
in Archiep. Viennenſi.

S. Ioannis Baptiſtæ Mon. Vienoæ, a. 534. n. 27.

S. IOANNIS EVANGELISTÆ Moo.
io Archiep. Senonenſi.

S. Ioannis Euangeliſtæ Mon. in ſuburbio Seoonenſi, a. 507. n. 14. conditum à S. Etaclio Ep. Senonenſi Metropolitano; baboit à primo conditu Moniales, deinde Mooachos ad irruptionem vſque Nortmannotum.

IOTRVM, Mon. *Joüarre*,
in E. Meldenſi.

Iotrum, Mon. primò virorum, poſteà puellarum, in E. Meldenſi, a. 634. nn. 11. 12. conditum à S. Adone.

Teutechildis prima Abbatiſſa Monaſterium regebat, cùm Bathildis Regina Kalam ædificiis auxit.

Aguilberta.

S. IVDOCI Mon. *S. Joſſe*,
in E. Ambianenſi.

S. Iudoci Mon. in E. Ambianenſi, a. 652. n. 4. conditum à S. Iudoco.

Iudocus primus Abb. obit, a. 665.

S. IVLIANI Mon. *Saint Julien*,
in E. Autiſſiodorenſi.

S. Iuliani Moo. in E. Autiſſiodorenſi, a. 586. n. 38. a. 625. n. 62.

Niginaldus Abb. ætate S. Deſiderij Epiſc. qui Pontificatum Autiſſiodorenſem geſſit ab a. 605. vſque ad a. 623.

Hoc Mon. quod vitorum erat, auxit, & virginum deinceps eſſe voluit S. Palladius Ep. qui prædicto S. Deſiderio in Epiſcopatum immediatè ſucceſſit.

S. IVLIANI Mon. *S. Julien*,
in Atchiep. Turonenſi.

S. Iuliani Mon. Turonis, a. 686. o. 70. olim dictum Mon. S. Mauricij.

IVNCTVRÆ, Mon. *les Jointures*,
in E. Tullenſi.

Iooctura, Mon. io E. Tullenſi, a. 673. n. 14. conditum à S. Deodato Niuernenſi quondam Ep. tunc Eremita.

Deodatus primus Abb. obit, a. 684.

Præpoſiti directi à S. Hildulfo Mon. rexerunt annis 28.

Marcinannus fit Abb. a. 712. verùm ad tempora Pippini R. peruenerit, manet incompertum.

IVRENSE, Mon.
io Archiep. Veſontiooenſi.

Mon. in ſaltu Iureoſi, ſoper Nouſonam fluuiolom in E. M. Veſontionenſi, a. 625. n. 65. conditum à Rameleno fratre S. Donati Ep. M. Veſootionenſis, qui Concilio Remenſi ſubſcripſit, a. 625.

Siagrius primus Abb.

IVSTI Mon. *Saint Juſt*,
in Archiep. Logdunenſi.

S. Iuſti Mon. Lugdoni, a 642. o. 55. conditum à S. Arigio, qui Lugduoenſem Pontificatum geſſit ab a. 605. ad a. 611.

Viuentius ex Abbate S. Iuſti fit Ep. M. Logdunenſis regnante Clodooeo II.

IXIVM, Mon.
in Archiep. Bituricenſi.

Ixium, Mon. in E. M. Bituricenſi, a. 531. n. 3.

Faretrus Abb. ſub cuius diſciplina vixit S. Deodatus coætaneus Clodoueo I. R.

K

KALA, Moo. *Chelles*,
in E. Pariſienſi.

Kala, Moo. puellare in E. Pariſienſi, a. 537. n. 2. a. 656. n. 5. conditum à Clotilde Regina, Clodouei Magni vxore, amplificatum à Bathilde vxore Clodouei II.

Bertila fit Abbatiſſa, a. 658. Bathilde poſt Clodouei II. mortem Regnum tunc adminiſtrante, obit, a. 704.

Ermengardis fit Abbatiſſa, a. 704.

Clementia.

Aſſelina peruenit ad tempora Pippini Regis.

KEMPERLEGIVM, Mon. *Kemperlé*,
in E. Coreotinopolitano.

Kemperlegium, Mon. in E. Corentinopolitano, a. 574. n. 24. conditum, a. circiter 550. à Goereko Comite Venetenſi.

Gurthiernus primus Abbas.

Corbaſius Abb. a. 675.

KERFAVNTEVM, Moo.
in E. Dolenſi.

Kerfeonteum, Moo. in E. Dolenſi, a. 529. o. 8. cooditum à S. Samſone.

Maglorius regnante Chideberto I. primus Abb. conſtituitur à Samſone tunc facto Ep. Dolenſi, fit & ipſe Ep. Dolenſis, a. 564.

KITZINOVM, Mon. *Kitzingen*,
in E. Wirceburgenſi,

Kitzingum, Mon. puellare, a. 735. nn.

15. *& ſeqq.* attribuitur Diœceſi Wirceburgenſi, a. 742.
Hadeloga prima Abbatiſſa, ſuperſtes, a. 752.

L

LANDT-GOEZNOV, Mon. in E. Leonenſi.

Landt-Goeznou, Mon. in E. Leonenſi, a. 642. n. 62. conſtructum à S. Goeznouco ex munificentia Comorri Comitis.
Goeznoueus primus Abbas, fit Ep. Leonenſis, a. 650.

LATINIACVM, Mon. *Lagny*, in E. Pariſienſi.

Latiniacum, Mon. in E. Pariſienſi, a. 648. n. 4. conditum à S. Furſeo ex munificentia Erchinoaldi Maioris-Domûs.
Furſeus conditor ac primus Abb. a. 648.
Emilianus fit Abb. a. 649. Furſeo aliò commigrante. Monaſterium regit adhuc, a. 654. paulò pòſt abdicat ſe regimine.
Eloquius Abb. curam Monaſterij dimittit.
Mombolus curam quoque Monaſterij dimittit ſuperſtite S. Eligio, qui obiit a. 659.

LAVBACVM, Mon. *Lobbes*, in E. Cameracenſi.

Laubacum, Mon. in E. Cameracenſi, a. 654. n. 29. conditum à S. Landelino.
Landelinus primus Abb. ſecedit Criſpinium, a. 691.
Vrſmarus fit Abb. a. 691. obit, a. 713.
Erminus fit Abb. a. 713. obit, a. 737.
Theoduinus fit Abb. a. 737. obit regnante Childerico III.
Theodulphus fit Abb. regnante Childerico III obit regnante Carolo Magno.

LAVCONNENSE Mon. in Archiep. Lugdunenſi.

Lauconenſe Mon. in E. M. Lugdunenſi, a. 534. n. 24.
Lupicinus primus Abb. poſteà Condateſcenſis. *Vide* Mon. Condateſcenſe, de quo ſuprà.

S. LAVRENTII Mon. in E. Pariſienſi.

S. Laurentij Mon. in ſuburbio Pariſienſi, a. 547. n. 7. Illius loci Abbas falsò creditur Domnolus, qui factus eſt Ep. Cenomannenſis, a. 545.

S. LAVTHENI Monaſteria, in Archiep. Veſontionenſi.

S. Lautheni Monaſteria in E. M. Veſontionenſi, a. 534. n. 28.
Laothenus Abbas illorum Monaſteriorum regnante apud Burgundiones Gundobado.

LEBRACVM, Mon. *Leberaw*, in E. Argentoratenſi ſeu Straſburgenſi.

Leberacum, Mon. in E. Argentoratenſi, a. 749. n. 67. conditum à S. Fulrado.
Fulradus conditor ac primus Abb. viuebat a. 752.

LERINVS, Mon. *Lerins*, in E. Antipolitano.

Lerinenſe Mon. in E. Antipolitano, a. 536. n. 169. conditum à S Honorato.
Honoratus conditor ac primus Abb. vertente quarto ſeculo, poſteà fit Ep. M. Arelatenſis.
Maximus, poſteà Ep. Reienſis.
Fauſtus, poſteà Ep. Reienſis.
Porcarius S. Cæſarium in ſodalitium Monachorum admittit.
Honoratus II. a. 507.
Marinus, a. 536. cùm Oſtrogothi Francis ditiones ſuas cis Alpes ſponte cedunt.
Florianus, a. 550.
Stephanus, a. 596.
Cono, a. 600.
Maximus.
Nazarius.
Eucherius.
Vincentius.
Aygolphus fit Abb. a. 675. Martyr, a. 677.
Rigomirus fit Abb. a. 677. viuit, a. 681.
Amandus, a. 690. obit ineunte octauo ſeculo.
Syluanus.
Porcarius Martyr, a. 739. Saracenis Monaſterium diruentibus.

LEVCONAVS, Mon. in E. Ambianenſi.

Leuconaus, Mon. à loco ſic dictum, hodie dicitur Mon. S. Walerici in E. Ambianenſi. *Vide* infrà Mon. S. Walerici.

LIBERIACVM, Mon. *Liuray* ſeu *Lieuray*, in E. Baiocenſi.

Liberiacum, Mon. in E. Baiocenſi, a. 688. n. 27. conditum à Gerebaldo, qui poſteà fuit Ep. Baiocenſis, & Concilio Rotomagenſi ſubſcripſit, a. 688.

LIMONICVM Mon. in Archiep. Viennenſi.

Limonicum Mon. in E. M. Viennenſi, a. 614. n. 41.
Samſon Abb. a. 614. obit, a. 624.
Maximus fit Abb. a. 624. obit, a. 625.
Magnentius fit Abb. a. 625.

LOCCENSE Mon. *Loches*, in Archiep. Turonenſi.

Loccenſe Mon. in E. M. Turonenſi, a. 508 n. 31.
Vrſus Abb. regnante Alarico R. Wiſigothorum, dubium an vixerit etiam ſub Clodoueo Francorum R.

LOC-RENAN-AR-FANG. Mon. in E. Leonenſi.

Loc-Renan-ar-Fang, Mon. puellare in

E. Leonenſi, a. 642. n. 62. conditum à S. Paulo primo Ep. Leonenſi.

LOCUS KIRECI, Mon. *Loc-Kirecq*, in E. Leonenſi.

Locus Kireci, Mon. in E. Leonenſi in loco, cui nomen *Land-meur*, a. 520. n. 11.

S. Kirecus ſeu Werocus condit Mon. a. 522. éſtque illius loci primus Abb. donec a. 528. abit ad Parœciam Danielis, alio Abbate ſubrogato.

LOGENSE Mon. in Archiep. Rotomagenſi.

Logenſe Mon. puellare in E. M. Rotomagenſi, a. 713. n. 14.

Wiſla Abbatiſſa regnante Dagoberto III.

LONGORETUM, Mon. *Lonrey*, in Archiep. Bituricenſi.

Longoretum, Mon. in E. M. Bituricenſi, a. 640. n. 32. conditum à S. Sigiranno, cuius nomen hodie gerit, *S. Siran.*

Sigirannus conditor ac primus Abb. obit regnante Clotario III.

S. LUCIANI Mon. *Saint Lucien*, in E. Bellouacenſi.

S. Luciani Mon. in E. Bellouacenſi, a. 696. nn. 22. *& ſeqq.*

Ebrulphus Abb. regnante Chilperico III.

LUCIONENSE Mon. *Luçon*, in E. Pictauienſi.

Lucionenſe Mon. in E. Pictauienſi, a. 508. n. 22. nomen à Lucio conditore dicitur accepiſſe, cùm Romani Galliâ potiebantur.

S. LUCIUS, Mon. in E. Curienſi.

S. Lucij Mon. in E. Curienſi, a. 745. nn. 117, 119.

S. LUPI Mon. *Saint Loup*, in E. Trecenſi.

S. Lupi Mon. prope muros Trecarum, a. 583. n. 44. a. 623. n. 14.

Andericus Abb. peruenit ad vltima tempora Gallomagni Ep.

Winebandus Abb. conſtituitur ab eodem Gallomagno Ep. cuius obitus in a. 584. cadit, vixit autem Winebandus poſt a. 614.

Theudecarius ſucceſſit Winebando.

LUTRA, Mon. *Lure*, in Archiep. Veſontionenſi.

Lutra, Mon. in E. M. Veſontionenſi, a. 611. n. 11. conditum à S. Deicolo S. Columbani diſcipulo.

Deicolus condit Mon. Lutrenſe, fitque primus Abb. a. 611. abdicat ſe regimine Monaſterij, a. circiter 615.

Columbinus fit Abb. a. circiter 615. obit poſt a. 625.

LUXOVIUM, Mon. *Luxeuil*, in Archiep. Veſontionenſi.

Luxouium, Mon. in E. M Veſontionenſi, a. 590. n. 36. conditum à S. Columbano.

Columbanus conditor ac primus Abb. pellitur, a. 610. Walericus per eius abſentiam gerit curam Monaſterij.

Euſtaſius fit Abb. a. 613. obit, a. 625.

Waldebertus fit Abb. a. 625. Ep. Meldenſis, a. 672.

Wandalogus ſeu Windologus aut Vandologius fit Abb. a. 672.

Berthoardus ſeu Bertoaldus aut Dectohaldus.

Ingofridus ſiue Ingofredus, a. 680.

Cunctonus ſeu Cunctanus.

Rusticus ſeu Reſticius.

Sayfarius ſeu Seifarius.

Adonus ſiue Addonus, a. 699.

Arulfus.

Rendinus ſeu Lendinus.

Regnebertus ſeu Ragnebertus.

Gerardus.

Ratto.

Vilicranus ſeu Wikeranus.

Mellinus ſeu Miletus cum pleriſque Monachis necatur à Saracenis, a. 732.

* Monaſterium poſt cladem à Saracenis illatam manet ſine Abbate annis 15.

Trudoaldus fit Abb. a. 747. obit regnante Pippino.

M

MAGDUNUM, Mon. *Meun*. in E. Aurelianenſi.

Magdunum, Mon. in E. Aurelianenſi, a. 549. n. 18. conditum à S. Liphardo,

Liphardus conditor ac primus Abb. obit, Diœceſim Aurelianenſem adminiſtrante Marco Ep.

Vrbitius.

MAGNUS LOCUS, Mon. *Manlieu*, in E. Aruernenſi.

Magnus Locus, Mon. in E. Aruernenſi, a. 656. n. 35. conditum à S. Geneſio Ep. Aruernenſi.

Euodius fit primus Abb. a. 656.

Bobo Abb. a. 689.

Adelphius, a. 723.

MAIUS MONASTERIUM, *Mairmoûtier*, in Archiepiſcopatu Turonenſi.

Maius Mon. in E. M. Turonenſi, a. 508. n. 4. conditum à S. Martino Ep. M. Turonenſi.

Martinus conditor ac primus Abb. obit, a. 397. Arcadio & Honorio Augg.

Galbertus.

Aychardus.

Guilermandus.

Peregrinus.

Andemundus.

Dominicus.

Ildemarus.

Mansfredus.

Deodatus.

Vulginus.
Benedictus.
Hildricus.
Martinus II.
Godo.
Latinus.
Gimo.
Fundilius.
Bonifacius.
Euſtochius temporibus Gregorij Ep. M. Turonenſis, qui ſedit ab a. 573. ad a. 595.
Froterius.
Guichardus.
Geneſius.
Voluſianus.
Antimus.
Rigionarius.
Deſiderius.
Principius.
Petrucio.
Felix.
Baudelus.
Berno.
Clemens.
Theobaudus.
Hato.
Petrus.
Aigolfus.
Francilio.
Anianus.
Ioannes.
Daniel.
Iſſembertus.
Hamticus, ſynchronus Pippino Regi.

MALMVNDARIVM, Mon. *Malmedy.* in E. Colonienſi.

Malmundarium in Epiſc. Colonienſi, a. 648. n. 23. conditum à S. Sigiberto III. R.
Remaclus fit primus Abb. a. 648. deinde Ep. Traiectenſis, a. 653.
Theodardus fit Abb. a. 653. deinde Ep. Traiectenſis, a. 662.
Remaclus iterum Abb. a. 662. abdicat ſe in gratiam Papoleni.
Papolenus fit Abb. viuente Remaclo, fit etiam Abb. Stabulenſis, a. 668. obit, a. 670. deinceps iidem fuerunt Malmundarienſes qui Stabulenſes. *Vide* Stabulenſes infrà.

MALONIA, Mon. *Maloigne,* in E. Traiectenſi ſeu Leodienſi.

Malonia, Mon. in E. Traiectenſi, a. 685. n. 45. conditum à S. Bertuino.

MANNACENSE Mon. in E. Autiſſiodorenſi.

Mannacenſe Mon in E. Autiſſiodorenſi, a. 582. nn. 19. 21.

MANSEA, Mon. *Manſee,* in E. Salisburgienſi.

Manſea, Mon. in E. Salisburgienſi, a. 739. n. 46. conditum ab Odilone Duce Boioariæ.
Opportunus primus Abb. obit regnante Carolo Magno.

S. MARCELLI Mon. in E. Cabilonenſi.

S. Marcelli Mon. Cabilone, a. 584. n. 22. conditum à S. Guntchramno R.

S. MARCELLI Mon. in Archiep. Viennenſi.

S. Marcelli Mon. Viennæ, a. 534. n. 27.
Clarus Abb. a. 657. obit a. 660.

MARCIANÆ, Mon. *Marchiennes,* in E. Atrebatenſi.

Marcianæ, Mon. in E. Atrebatenſi, a. 643. nn. 1. 2. conditum à S. Amando in alodio Ducis Adalbaldi.
Ionatus fit primus Abb. a. 643. deinde etiam Elnonenſis, a. 652. curam Elnonenſis Monaſterij dimittit, a. 653 obit, a. 691. Abhinc totum Cœnobium ſolis Monialibus cedit.

MARCIANÆ Mon. *Marchiennes,* in E. Atrebatenſi.

Marcianæ Mon. puellarum in E. Atrebatenſi, a. 646. nn. 1. 2. conditum à S. Rictrude S. Adalbaldi quondam vxore.
Rictrudis fit prima Abbatiſſa, a. 646. obit, a. 688.
Clotſendis fit Abbatiſſa, a. 688. obit, a. 714.

MARCILIACVM, Mon. *Marcillac.* in E. Cadurcenſi.

Marciliacum, Mon. in E. Cadurcenſi, a. 752. n. 153.

MARIACVM, Mon. *Mairé,* in E. Pictauienſi.

Mariacum, Mon. in E. Pictauienſi, a. 559. n. 12. conditum à S. Iuniano.
Iunianus conditor ac primus Abb. obit, a. 587.
Auremundus fit Abb. a. 587.

B. MARIÆ V. ET S. PETRI Mon. in E. Ambianenſi.

B. Mariæ V. & S. Petri Mon. in E. Ambianenſi, a. 686. n. 5. conditum à S. Saluio.
* Primi Abbatis nomen ignoratur.
Saluius conditor & Abb. fit Ep. Ambianenſis a. 686.

B. MARIÆ V. Mon. in E. Auguſtodunenſi.

B. Mariæ V. Mon. puellare Auguſtoduni, a. 600. n. 6. Hodie vocatur Mon. S. Andochij.
Theſſalia prima Abbatiſſa tempore Gregorij Magni.

B. MARIÆ V. Mon. in E. Autiſſiodorenſi.

B. Mariæ V. Mon. in ſuburbio ciuitatis

Autiſſiodorenſis, a. 660. o. 4. conditum à S. Vigilio Ep Autiſſiodorenſi, qui ſedit ab a. 660. ad a. 686.

B. MARIÆ V. Mon.
in E. Cadurcenſi.

B. Mariæ V. Mon. Cadurci, a. 631. n. 4. erectum à S. Deſiderio, qui Cadurcenſem Epiſcopatum ſuſcepit, a. 629.
Claudius primus Abb.

B. MARIÆ V. Mon.
in E. Cenomannenſi.

B. Mariæ V. Mon. in E. Cenomannenſi, a. 572. n. 7. conditum à S. Domnolo Ep. Cenomannenſi, qui ſedit ab a. 545. vſque ad a. 581.
Paduinus primus Abb.

B. MARIÆ V. Mon.
in E. Colonienſi.

B. Mariæ V. Mon. puellare Coloniæ, a. 689. n. 18. conditum à Plectrude tunc repudiata.

B. MARIÆ V. Mon.
in E. Cameracenſi.

B. Mariæ V. Mon. puellare Condati, in E. Cameracenſi, a. 677. n. 14.

B. MARIÆ V. Mon.
in E. Laudunenſi.

B. Mariæ V. Mon. puellare Lauduni, a. 640. nn. 43. 44. conditum à S. Salaberga.
Salaberga prima Abbatiſſa, obit, a. 654.
Auſtrudis fit Abbatiſſa, a. 654. obit, a. circiter 707.
Adalſinda fit Abbatiſſa, a. circiter 707.

B. MARIÆ V. Mon.
in Archiepiſcopatu Moguntino.

B. Mariæ V. Mon. puellare Moguntiæ, a. 712. n. 1. conditum à S. Bilhilde vidua.

B MARIÆ V. Mon.
in E. Sueſſionenſi.

B. Mariæ V. Mon. Sueſſione, a. 661. n. 15. a. 674. n. 9. conditum ab Ebroino Maiore-domûs, eiúſque vxore Leutrude ac filio Bouone.
Etheria prima Abbatiſſa.
Cunegundis ſeu Cunegaudia, a. 700.
Adalyardis ſiue Aldegardis.
Eremburga.
Armentrudis, ſynchrona Pippino Regi.

B. MARIÆ V. ET SS. APOSTOLORVM
Monaſterium,
in E. Sueſſionenſi.

B. Mariæ V. & SS. Apoſtolorum Mon. Sueſſione conditur à Clotario I. R. poſt obitum S. Medardi, cuius nomen hodie gerit, *Saint Medard de Soiſſons*.
Autbertus Abb. a. 661.
Warimbertus fit Abb. ſub Dranſione Epiſcopo; fit etiam Epiſcopus Sueſſionenſis, a. 674.
Hugobertus Abb. a. 718.

B. MARIÆ V. Mon.
in E. Trecenſi.

B. Mariæ V. Mon. puellare Trecis, a. 657. n. 16. conditum à S. Leuconio Ep. Trecenſi.

B. MARIÆ AD MARTYRAS Mon.
in Archiep. Treuirenſi.

B. Mariæ ad Martyres Mon. Treuiris, a. 698. n. 7. conditum à S. Willebrordo Ep. Vltraiectino, auxiliante Pippino Maiore-domûs.

B. MARIÆ Mon.
in Archiep. Veſontionenſi.

B. Mariæ V. Mon. puellare Veſontione, a. 625. n. 65. conditum à Flauia matre S. Donati E. M. Veſontionenſis.
Sirudis prima Abbatiſſa ſoror Sancti Donati.
Ganthſtrudis, cui S. Donatus Regulam Monialium dicauit.

S. MARIANI Mon.
S. Marian d'Auxerre,
in Epiſcopatu Autiſſiodorenſi.

S. Mariani Mon. in E. Autiſſiodorenſi, a. 586. n. 38.

MARICOLÆ, Mon. *Marvilles*,
in E. Cameracenſi.

Maricolæ, Mon. in E. Cameracenſi, a. 653. n. 23. a. 671. n. 2. conditum à Chonebero viro Illuſtri.
Humbertus primus Abb. obit, a. 682.

S. MARTIALIS Mon. *S. Martial*,
in E. Pariſienſi.

S. Martialis Mon. puellare Pariſiis, a. 632. n. 11. conditum à S. Eligio nondum Epiſc.
Aurea prima Abbatiſſa obit, a. 666.

S. MARTINI Mon.
in E. Auguſtodunenſi.

S. Martini Mon. in ſuburbio Auguſtodunenſi, a. 600. n. 6. conditum à S. Siagrio Ep. Auguſtodunenſi, qui finem viuendi fecit a. 600.
Luppo primus Abb.
Gauderannus, a. 747. peruenit ad tempora Pippini R.

S. MARTINI Mon.
in E. Autiſſiodorenſi.

S. Martini Mon. Autiſſiodorenſe, a. 613. n. 12.

S. MARTINI Mon.
in E. Carnotenſi.

S. MARTINI Mon. in Valle in ſuburbio Carnotenſi, a. 685. n. 30.

S. MARTINI Mon.
in E. Colonienſi.

S. Martini Mon. Colonienſe, a. 752. n. 85.

S. MARTINI Mon.
in E. Metenſi.

Mon. S. Martini in Campis prope Metas, a. 654. n. 4. conditum à S. Sigiberto III. R. qui obiit a. 654.

S. MARTINI Mon.
in E. Tornacenſi.

S. Martini Mon. in colle prope Tornacum, a. 650. n. 8. inchoatum, a. 650. à S. Eligio Ep. Tornacenſi.

S. MARTINI Mon.
in Archiep. Treuirenſi.

S. Martini Mon. Treuiris, a. 597. n. 8. conditorem agnoſcit S. Magnericum, qui factus eſt Ep. M. Treuirenſis a. circiter 566. obiitque, a. 597.

Singerus primus Abb.

S. MARTINI Mon.
in Archiep. Turonenſi.

S. Martini Mon. Turonis, a. 508. n. 4. inchoatum à S. Perpetuo Ep. M. Turonenſi, a. 461. abſolutum, a. 472.

Leo Abb. fit Ep. M. Turonenſis, a. 526.

Aigiricus ſiue Agericus Abb. a. 668. a. 674.

Vudelandus Abb. a. 686.

Guntrannus ex Abbate fit Ep. M. Turonenſis, a. 717.

Teutſindus, a. 732. fit etiam Abb. Fontanellenſis, a. 734. obit, a. 738.

Autlandus fit Abb. a. 738. viuit, a. 743. obit regnante Childerico III.

Wicterbus fit Abb. regnante Childerico III. obit, a. 756. Pippino tum Rege.

S. MARTINI Mon.
in Archiep. Viennenſi.

S. Martini Mon. Viennæ, a. 534. n. 27.

S. MARTINI Mon.
in E. Vltraiectino.

S. Martini Mon. Vltraiecti, a. 749. n. 49.

Gregorius Abb. Hic regimen Eccleſiæ Vltraiectinæ ſuſcepit poſt Martyrium S. Bonifacij, a. 755.

IN MARTINIS Mon.
in E. Taruannenſi.

Mon. in Martinis Taruannæ, a. 552. n. 5. conditorem habuit Athalbertum Ep. qui Morinorum Eccleſiam rexit ab a. 520. ad a. 552.

MASCIACVM, Mon. *Maſſay*,
in Archiep. Bituricenſi.

Maſciacum, Mon. in E. M. Bituricenſi, a. 752. n. 150. inchoatur ab Egone Comite, ſerius perficitur à Carolo iam Imperatore.

MASONIS Mon. *Maſmunſter*,
in E. Argentoratenſi, deinde in Baſileenſi.

Maſonis-Monaſterium puellare in E. Argentoratenſi conditur à Maſone Comite, a. 731. n. 24. Diœceſi Baſileenſi recèns erectæ attribuitur, a. 748. n. 110.

S. MATHIÆ Mon.
in Archiep. Treuirenſi.

S. Mathiæ Mon. in E. M. Treuirenſi, a. 713. n. 20.

S. MATTHÆI FINIS TERRÆ Mon.
Saint Mahé,
in Epiſcopatu Leonenſi.

S. Matthæi Mon. in E. Leonenſi, a. 555. n. 21. conditum à S. Tanguido.

Gurguidus ſeu Tanguidus, anteà Gerberenſis Abb. condit hoc Mon. & primus fit Abbas, Paulo Leonenſem Epiſcopatum poſt Tiernomagilum iterum adminiſtrante, obit, a. 590.

MAVZIACVM, Mon. *Mauzac*,
in E. Aruernenſi.

Mauziacum, Mon. in E. Aruernenſi, a. 681. n. 83. conditum à Calmelio & Namadia eius vxore.

Euterius primus Abb. a. 681.

S. MAXENTII Mon. *Saint Maixent*,
in E. Pictauienſi.

S. Maxentij Mon. in E. Pictauienſi, a. 507. n. 9.

Agapitus Abb. ſub cuius diſciplina vixit Maxentius.

Maxentius, cuius nomen loco inditum ad hodiernam vſque diem perſeuerat, Abbas ætate Clodouei Magni.

Leodegarius fit Abb. a. 651. Ep. Auguſtodunenſis, a. 659.

Audulfus, a. 681.

S. MAXIMINI Mon. *Saint Maximin*,
in Archiep. Aquenſi.

S. Maximini Mon. in E. M. Aquenſi, a. 536. n. 167. paulò recentius Cœnobio Maſſilienſi S. Victoris, de quo infrà.

S. MAXIMINI Mon. *Saint Maximin*,
in Archiep. Treuirenſi.

S. Maximini Mon. in E. M. Treuirenſi, conditum florente in Galliis Romanorum Imperio.

Fibicius ex Abbate S. Maximini fit Ep M. Treuirenſis, a. 498.

Volmarus Abb.

Rodingus.

Hundilandus.

Theodoricus Abb. a. 600.

Memilianus Abb. a. 633.

Bernhardus.

Herinnus.

Baſinus, fit Ep. M. Treuirenſis, a. 676.

*

Weomadus Abb. a. 752.

S. MEDARDI Mon. *Saint Medard*,
in E. Cameracenſi.

S. Medardi Mon. prope muros Cameracenſes, a. 619. n. 21. conditum à S. Gaugerico Ep. Atrebatenſi & Cameracenſi, qui ſedere cœpit, a. circiter 580. obiitque, a. circiter 619.

MEDIANVM Mon. *Moyen-Mouſtier*,
in E. Tullenſi.

Medianum Mon. in E. Tullenſi, a. 678.

n. 24. a. 679. n. 4. conditum à S. Hildulfo Treuirenſi quondam Metrop.

Hildulfus conditor ac primus Abb. abdicat regimen, a. circiter 700.

Leutebaldus fit Abb. a. circiter 700. obit, a. 709.

Hildulfus iterum Abb. a. 709. obit, a. 712.

Raimbertus fit Abb. a. 712. obit regnante Pippino.

MEDIOLACVS Mon. *Mithlach*. in Archiep. Treuirenſi,

Mediolacus, Mon. in E. M. Treuirenſi, a. 698. n. 5. conditum à S. Leodowino, qui ea illius loci Monacho factus eſt poſteà Ep. M. Treuirenſis.

MEDIVM MONASTERIVM, *Monſtier-Moyen*, in Archiep. Bituricenſi.

Medium Monaſterium in ciuitate Bituricenſi, a. 631. n. 25. conditum à S. Euſtadiola.

Euſtadiola fundatrix ac prima Abbatiſſa obit maior nonagenariâ, ſepulcráque eſt à Roccone Ep. M. Bituricenſi, cuius deceſſor mortuus eſt, a. 697.

S. MELANII Mon. *Saint Melaine*, in E. Redonenſi.

S. Melanij Mon. prope muros Redonenſes, a. 635. n. 6.

Bertulfus primus Abb. intereſt Concilio Cabilonenſi, a. 644.

MELBODIVM, Mon. *Maubeuge*, in E. Cameracenſi.

Melbodium, Mon. puellarum in E. Cameracenſi, a. 661. n. 9. conditum à S. Aldegunde.

Aldegundis prima Abbatiſſa obit, a. 684.

Aldetrudis fit Abbatiſſa, a. 684. obit, a. 696.

Madelberta fit Abbatiſſa, a. 696. obit, a. 705.

MENATVM, Mon. *Menat*, in E. Aruernenſi.

Menatenſe Mon. in E. Aruernenſi, a. 508. n. 26. celebre, priuſquàm Clodoueus ex Aquitania Wiſigothos expelleret.

Brachio fit Abb. regnante Theodoberto, Clodouei nepote, obit, a. 576.

Meneleus ſynchronus Bonito Ep. Aruernenſi, a. 696.

Sauinianus Menelei ſucceſſor.

MENTVNIACVM, Mon. *Mantenay*, in E. Trecenſi.

Mentuniacenſe Mon. in E. Trecenſi, a. 505. n. 2. conditum à S. Romano.

Romanus conditor ac primus Abb. regnante Clodoueo, fit Ep. M. Remenſis, a. 533.

Leo fit Abb. a. 533.

S. MICHAELIS Mon. in E. Argentoratenſi ſeu Straſburgenſi.

S. Michaelis Mon. in E. Argentoratenſi, a. 721. n. 78. conditum ab Adalberto Duce Alamanniæ, fratre S. Odiliæ.

Benedictus primus Abb.

Tubanus obit regnante Pippino.

S. MICHAELIS Mon.

S. Michaelis Mon. Lemouicis, a. 667. n. 53.

Aſtidius Abb. nepos Aredij Athanenſis Abbatis mortuus a. 591.

S. MICHAELIS Mon. *Saint Mihel*. in E. Virodunenſi.

S. Michaelis Mon. ad Moſam in E. Virodunenſi, a. 709. n. 4. conditum à Wolfando Comite ſub Childeberto III. R.

S. MICHAELIS IN EREMO MON. *S. Michel en l'Erm*, in E. Pictauienſi.

S. Michaelis in Eremo Mon. in E. Pictauienſi ad mare, a. 684. n. 16. conditum ab Anſoaldo Ep. Pictauienſi, qui ſedere cœpit Childerico II. Francorum Monarchiam obtinente, ſuperſteſque in viuis erat a. 688.

MICIACVM, Mon. *Mici*, in E. Aurelianenſi.

Miciacenſe Mon. in E. Aurelianenſi, a. 498. n. 1. conditum ea munificentia Clodouei I. R.

Euſpicius primus Abb. a. 498. obit, a. 501.

Maximinus, cuius nomen hodie gerit hoc Mon. *Saint Meſmin*, fit Abb. a. 501. obit, a. 520.

Auitus fit Abb. a. 521. Miciaco diſcedit, a. 525.

Theodemirus Auito ſubrogatur.

Maximinus II. ſeu Iunior.

MILLEPEDVS, Mon. *Mébec*, in Archiep. Bituricenſi.

Millepecus, Mon. in E. M. Bituricenſi, a. 635. n. 12. conditur à Sancto Sigiranno ex munificentia Flaucadi ſeu Flaocati.

Sigirannus Abb. obit regnante Clotario III.

MITERETENSE Mon. in E. Autiſſiodorenſi.

Miteretenſe Mon. in E. Autiſſiodorenſi, a. 694. n. 27. conditum à Quintiliano patre Quintiliani Autiſſiodorenſis Ep.

MOGOERA, Mon. *Moguer*, in E. Lexobienſi.

Mogoera, Mon. in E. Lexobienſi, a. 520. n. 9. conditur à S. Tugdwalo, regnante Childeberto I.

MOLOMIENSE Mon. *Molome*, in E. Lingonenſi.

Melundenſe ſeu Molundenſe aut Molomienſe Mon. in Epiſcopatu Lingonenſi, a. 496. n. 154. conditur à Clodoueo Magno.

MONASTE-

MONASTERIOLVM, Mon. *Monſtereul*, in E. Sagienſi.

Monaſteriolum, Mon. puellare in E. Sagienſi, a. 746. n. 45.

Opportuna Abbatiſſa, Pippino Regnum ineunte.

MONS FALCONIS, Mon. *Mont-Falcon*, in Archiep. Remenſi.

Mons Falconis, Mon. in E. M. Remenſi, a. 627. no. 4. 6. conditur à S. Balderico Preſbytero.

Baldericus ſeu Baltfridus conditor ac primus Abb. regnante in Auſtraſia Dagoberto I.

MONS NONNARVM, Mon. *Nunberg*, in Archiep. Saliſburgienſi.

Mons Nonnarum, Mon. in E. M. Saliſburgienſi, a. 583. n. 54. conditur à S. Ruperto primo Ep. M. Saliſburgienſi, qui migrauit ad Deum, a. 623.

Erndrudis ſiue Erendrudis prima Abbatiſſa, neptis S. Ruperti.

MONS SANCTVS, Mon. in E. Tullenſi.

Mons Sanctus, Mon. puellarum in E. Tullenſi, a. 620. n. 2. conditur à S. Romarico, vnde & hodie Mons Romarici vocatur, *Remiremont*.

Magdefledis ſeu Mectefledis prima Abbatiſſa obit, a. 622.

Gegoberga fit Abbatiſſa, a. 622. obit, a. 652.

Gebertrudis fit Abbatiſſa, a. 652.

Modeſta Abbatiſſa, a. 659.

Tetta, a. 680.

MONS SANCTVS, Mon. in E. Tullenſi.

In Monte Sancto præter Mon. puellarum erectum eſt à S. Romarico Mon. virorum.

Amatus primus Abb obit, a. 625.

Romaricus fit Abb. a. 625. obit, a. 653.

Adelphus fit Abb. a. 653. dimittit munus Abbatiale vt pœnitentiæ liberius vacet.

Garicbramnus Abb. a. 680.

MONS VERDVNVS, Mon. *Mont-Verdun*, in Archiep. Lugdunenſi.

Mons Verdunus, Mon. in E. M. Lugdunenſi, a. 732. n. 30.

Porcarius Abb. necatur à Saracenis, fitque Martyr, a. 732.

MORNAVALLIS Mon. *Morgnieual*, in E. Sueſſionenſi.

Mornauallis, Mon. puellare in E. Sueſſionenſi, a. 718. n. 13.

MORSELLA, Mon. *Morſelle*, in E. Cameracenſi.

Morſella, Mon. puellare in E. Cameracenſi, a. 680. n. 18.

MOISSIACVM, Mon. *Moiſſac*, in E. Cadurcenſi.

Moſſiacum, Mon. in E. Cadurcenſi, a. 632. n. 6. inchoatum regnante Clotario II. perfectúmque ſedente iam Cadurci S. Deſiderio, qui factus eſt Ep. a. 629.

Leochadius munificentiſſimus erga Mon. Moſſiacenſe ſub S. Deſiderio Ep. Cadurcenſi, poſteà factus Abb.

Paternus.

MVRBACHIVM, Mon. *Mourbach*, in E. Argentoratenſi, deinde in Baſileenſi.

Murbachium, Mon. in E. Argentoratenſi conditum à S. Pyrminio in alodio Eberhardi Comitis, a. 731. nn. 18. *& ſeqq.* Diœceſi Baſileenſi recèns erectæ attribuitur, a. 748. n. 109.

Pyrminius conditor ac primus Abb. a. 731. paulò pòſt curam Monaſterij dimittit.

Romanus, a. 733. obit regnante Childerico III.

Baldobertus fit Abb. regnante Childerico III. ſuperſtes, cùm Pippinus regnare incipit.

N

NANTVS, Mon. *Nanteuil*, in E. Conſtantienſi.

Nantus, Mon. in E. Conſtantienſi, a. 538. n. 75. conditur à S. Marculfo ex munificentia Childeberti I. R. poſteà eiuſdem S. Marculfi nomen accipit.

Marculfus primus Abb. obit, a. 556.

Bernoinus ſeu Vernuinus Abb. a. 679.

NAVENSE Mon. *Noſtre-Dame de la Nef*, in Archiep. Bituricenſi.

Nauenſe Mon. in Archiep. Bituricenſi, a. 641. n. 5. conditum à S. Sulpitio, cognomento Pio, Ep. M. Bituricenſi, cuius nomen in ſuburbio Bituricenſi hodie gerit, *Saint Sulpice*.

Domnio Abbas.

NEOVILLA, Mon. *Neuuiller*. in E. Argentoratenſi ſeu Straſburgenſi.

Neovilla Mon. in E. Argentoratenſi, a. 738. n. 34. conditum à S. Sigibaldo Ep. Metenſi.

NERAENSE Mon. in Archiep. Bituricenſi.

Nereenſe Mon. puellare in E. M. Bituricenſi, a. 558. n. 5. conditum à S. Patroclo, qui tranſiit ad Deum, a. 576.

S. NICETII Mon. *Saint Nizier*, in Archiep. Lugdunenſi.

S. Nicetii Mon. Lugduni, a. 584. n. 14.

Auſtregiſilus Abb. Ætherio Ep. M. Lugdunenſi, factus eſt Ep. M. Bituricenſis, a. 612.

S. NICETII Mon. *Saint Nizier*, in Archiep. Viennenſi.

S. Nicetii Mon. in E. M. Viennenſi, a. 534. n. 27.

NIDROBVRGIVM, Mon. *Niderburg*,
in Archiep. Patauienſi.
Nidroburgium, Mon puellare Patauiæ, a. 739. n. 45. conditum ab Odilone Duce Boioariæ.

NIGELLA ABSCONDITA, Mon. *Nelle la Reposte*,
in E. Trecenſi.
Nigella Abſcondita, Mon. in E. Trecenſi, a. 503. n. 3. conditur pro viris ac fœminis ex liberalitate Clodouei R. & Clotildis Reginæ.

NIVELLA, Mon. *Niuelle*,
in E. Traiectenſi ſeu Leodienſi.
Niuella, Mon. puellare in E. Traiectenſi, conditur à S. Iduberga ſiue Itta Pippini Landenſis relicta.
Gertrudis prima Abbatiſſa, a. 647. adminiſtrationem Monaſterii dimittit, a. 656.
Wilfetrudis fit Abbatiſſa, a. 656. obit, a. 666.
Agnes fit Abbatiſſa, a. 666. viuit, a. 674.
Dominicana.

NIVERNENSE Mon.
in E. Niuernenſi.
Mon. iuxta Niuernum, a. 631. n. 24.

NOBILIACVM, Mon. *Noaillé*,
in E. Lemouicenſi.
Nobiliacum, Mon. in E. Lemouicenſi, a. 549. n. 20.
Leonardus, à quo nomen hodie loco eſt, *Saint Leonard*, hoc Mon. conſtruxit ex munificentia Theodoberti I. R. fuitque primus Abb.

NOVA CELLA, Mon.
in E. Metenſi.
Noua Cella, Mon. in E. Metenſi, a. 754. n. 8. *Vide* S. Hilarii Mon. ſiue Hilariacum ſuprà.

NOVIACVS, Mon.
in E. Auenticenſi.
Nouiacus, Mon. in E. Auenticenſi, a. 548. n. 96. a. 562. n. 32.

O

OCHNOFVRTVM, Mon. *Ochſnofrutt*,
in E. Wirceburgenſi.
Ochnofurtum, Mon. puellare in E. Wirceburgenſi, a. 749. n. 39.
Tecla prima Abbatiſſa, ſuperſtes, a. 752.

OGIA, Mon. *Oye*,
in E. Santonenſi.
Ogia, Mon. in E. Santonenſi, a. 609. n. 13.

ONIA, Mon.
in Archiep. Bituricenſi.
Onia, Mon. in E. M. Bituricenſi, a. 508. n. 31.

ORATORIVM, Mon. *Oroer*,
in E. Bellouacenſi.
Oratorium, Mon. puellarum in E. Bellouacenſi, a. 678. n. 11.
Angadriſma Abbatiſſa eodem tempore quo Anſbertus erat Abbas Fontanellenſis.

ORBACVM, Mon. *Orbez*,
in E. Sueſſionenſi.
Orbacum, Mon. in E. Sueſſionenſi, à. 677. n. 8. erectum à S. Reolo Ep. M. Remenſi.
Leudemarus primus Abb.

ORDORFFENSE Mon. *Ordorf*,
in E. Erphesfordienſi.
Ordorffenſe Mon. a. 724. n. 7. conditur à S. Bonifacio Ep. certam Sedem nondum obtinente, attribuitur Diœceſi Erphesfordienſi, a. 742.

ORPIVM, Mon. *Orp*,
in E. Traiectenſi ſeu Leodienſi.
Orpium, Mon. puellare in E. Traiectenſi, a. 692. n. 4. conditum à S. Adila.

P

PALATIOLVM, Mon.
in Archiep. Treuirenſi.
Palatiolum, Mon. puellare prope Treuirim, à. 700. nn. 44. *& ſeqq.* conditum à S. Adela Dagoberti II. R. filia.
Adela fundatrix ac prima Abbatiſſa circa a. 700. ſuperſtes, a. 732.

PALATIVM, Mon.
in Archiep. Veſontionenſi.
Palatium, ſeu S. Pauli Mon. prope Veſontionem, a. 625. n. 65. conditum à S. Donato Veſontionenſi Ep. M. qui Concilio Remenſi ſubſcripſit, a. 625.

PALMA, Mon.
in E. Argentoratenſi ſeu Straſburgenſi.
Palma, Mon. puellare in E. Argentoratenſi, a. 690. nn. 53. 57. 60.

S. PANTALEONIS Mon.
in E. Coloniēnſi.
S. Pantaleonis Mon. Coloniæ, à. 752. n. 85.

PAPHO-MONASTERIVM, *Pfaffenmunſter*,
in E. Reginoburgenſi.
Papho-Monaſterium in E. Reginoburgenſi, a. 642. n. 22. conditum ab Odilone Duce Boioariæ.

PAVLIACVS, Mon. *Pauilli*,
in Archiep. Rotomagenſi.
Pauliacus, Mon. puellarum in E. M. Rotomagenſi, a. 662. n. 19. conditum ab Amelberto.
Auſtrebertha fit prima Abbatiſſa, a. 662. obit, a. 704.

PENETALE, Mon. *Peneti*,
in E. Dolenſi.
Penetale Mon. in E. Dolenſi, a. 529. n. 8. conditum à S. Samſone, qui primus Dolenſis Ep. fuit regnante Childeberto I. vitámque clauſit, a. 564.

PENTALLIVM, Mon. *Pentallion*,
in Archiep. Rotomagenſi.
Pentallium, Mon. in E. M. Rotomagenſi, a. 648. n. 37.

Geremarus fit Abb. a. 648. munus Abbatiale dimittit, a. 649.

PERONENSE Mon. *de Peronne*,
in E. Nouiomenſi.

Peronenſe Mon. in E. Nouiomenſi, a. 659. n. 5. conditum ab Erchinoaldo Maiore-domûs.
Vltanus primus Abb. frater S. Furſei, obit, a. 686.

S. PETRI Mon. prope Arelatem,
S. Pierre lez Arles,
in Archiepiſc. Arelatenſi.

S. Petri Mon. apud Montem Maiorem prope Arelatem, vnde illi nomen *Mont-Majour*, a. 641. n. 6. dirutum à Saracenis, a. 739.
Paulus Abb. a. 599.

Emundus, qui poſteà factus eſt Ep. Ancoronenſis, & in Epiſcopatu anteceſſit Magnum, cuius mors incidit in a. 660.
Riculfus Abb. a. 672.

S. PETRI Mon. Autiſſiodori,
S. Pere d'Auxerre,
in E. Autiſſiodorenſi.

S. Petri Mon. Autiſſiodori, a. 586. n. 38.

S. PETRI Mon. ad Brigiam,
S. Pierre ſur Braye.
in E. Cenomannenſi.

S. Petri Mon. ad fontes Brigiæ in E. Cenomannenſi, a. 532. n. 14. inchoatur à S. Boamiro ſub Childeberto I. Rege & Innocentio Ep. Cenomannenſi.

S. PETRI Mon. Cabilone,
Saint Pierre de Chalon,
in E. Cabilonenſi.

S. Petri Mon. Cabilone, a. 601. n. 38. conditum aut reſtauratum à S. Flauio, qui Cabilonenſem Epiſcopatum ſuſcepit a. 580.

S. PETRI Mon.
in Epiſcopatu Carnotenſi.

S. Petri in Valle Mon. in E. Carnotenſi, a. 752. n. 138.

S. PETRI Mon.
in E. Cenomannenſi.

S. Petri Mon. in E. Cenomannenſi, a. 685. n. 13. conditum ab Aigliberto Ep. Cenomannenſi, qui ſedit ab a. 681. ad a. 716.
Ricmirus primus Abb. obit ſuperſtite in viuis Aigliberto Ep.
Arnus Abb. inſtituitur ab Aigliberto Ep.

S. PETRI Mon. Ionnenſe, *Ionne*,
in Archiep. Senonenſi.

S. Petri Mon. Ionnenſe ad Sequanam in E. M. Senonenſi, a. 721. n. 17.

S. PETRI, Mon.
in Archiep. Lugdunenſi.

S. Petri Mon. puellare Lugduni, conditum à S. Annemundo Ep. M. Lugdunenſi, qui migravit in cælum regnante Clotario III.
Dida Abbatiſſa, a. 723.

S. PETRI Mon.
in Epiſcopatu Metenſi.

S. Petri Mon. puellare Metis, a. 614. n. 12. conditum ab Eleutherio Optimate.
Waldrada prima Abbatiſſa, ſuperſtes, a. 675.

S. PETRI Mon.
in Archiepiſcopatu Remenſi.

S. Petri Mon. puellare Remis, a. 593. n. 14.

S. PETRI Mon.
in Archiepiſcopatu Remenſi.

S. Petri Mon. Remis puellare ſuperius, a. 627. n. 6. conditum à S. Balderico Presbytero, inchoatum regnante in Auſtraſia Dagoberto I. perfectúmque regnante Sigiberto III.
Boua, ſoror S. Balderici, prima Abbatiſſa, obit ſedente Remis S. Reolo, qui Pontificatum ſuſcepit a. 673.
Doda ſuperſtes, a. 687.

S. PETRI, Mon.
in Archiepiſcopatu Remenſi.

S. Petri Mon. puellare Remis, a. 662. n. 19. conditum à S. Gumberto, ſub Pontificatu S. Niuardi, qui ſedere cœpit a. 649. perueniitque ad a. 673.

S. PETRI Mon.
in Archiep. Saliſburgienſi.

S. Petri Mon. Saliſburgij, a. 580. n. 26. conditum à S. Ruperto primo Ep. M. Saliſburgenſi, qui migrauit ad Deum a. 623.
Vitalis primus Abb. in Ep. M. Saliſburgienſem S. Ruperto ſucceſſit, a. 623.
Anſologus fit Abb. a. 623. deinde Ep. M. Saliſburgienſis, a. 646.
Sauolus fit Abb. a. 646. deinde Ep. Saliſburgienſis, a. 666.
Ezius fit Abb. a. 666. deinde Ep. Saliſburgienſis, a. 680.
Flobargiſus fit Abb. a. 680. deinde Ep. Saliſburgienſis, a. 703.
Ioannes fit Abb. a. 703. deinde Ep. Saliſburgienſis, a. 739.

S. PETRI Mon.
S. Pierre le Vif,
in Archiepiſcopatu Senonenſi.

S. Petri Mon. in conſpectu ciuitatis Senonenſis, a. 564. n. 36. erectum à Theodechilde filia Theodorici I. R.
Amalbertus Abb.
Aigilenus ſynchronus Emmoni Ep. M. Senonenſi, qui viuere deſiit, a. 669.
Ebbo ſynchronus Gerico Ep. M. Senonenſi, cui ſucceſſit in Pontificatum.
Chrodolinus.
Viraibodus fit Abb. ante a. 750.

S PETRI, Mon.
in Archiepiſcopatu Vienneuſi.

Sancti Petri Mon. Viennæ, a. 534. n. 25.

Leonianus ſeu Leunianus conditor ac primus Abbas, antequàm Burgundia Francicis ditionibus adjungeretur.

SS. PETRI & PAVLI Mon.
in E. Pariſieoſi.

SS. Petri & Pauli, aut SS. Apoſtolorum, vel S. Petri Mon. Pariſiis prope Regium Palatium conditur à Clodoueo R. & Clotilde Regina, a. 508. n. 38. a. 537. n. 2. ibi quieſcit S. Genouefa, quæ nomen hodie Cœnobio tribuit, *Sainte Geneuiéue.*

SS. PETRI & PAVLI Mon.
in Archiep. Rotomagenſi.

SS. Petri & Pauli, aut SS. Apoſtolorum, vel S. Petri Mon. Rotomagi, a. 533. n. 45. conditum à Clotario I. R. ibi ſepultus S. Audoenus Ep. M. Rotomagenſis, à quo nomen hodie Cœnobio, *Saint Ouën de Roüen.*

PICTAVIENSE Mon.
in E. Pictauienſi.

Pictauienſe Mon. a. 544. n. 99. constructum à S. Radegunde Regina in ciuitate Pictauienſi.

Agnes prima Abbatiſſa, benedicitur, a. 559.

Leubouera, a. 589.

POLLINGVM, Mon. *Polling.*
in E. Friſingenſi.

Pollingum, Mon. puellare in E. Friſiogenſi, a. 742. n. 32. conditum ab Illuſtribus Comitibus ac fratribus, Landfrido, Waldramo & Elilando.

Gelouinda prima Abbatiſſa, ſoror prædictorum Comitum.

PONTINIACVS, Mon.
in Archiep. Bituricenſi.

Pontiniacus, Mon. in E. M. Bituricenſi, a. 508. n. 31.

PRINCIACVS, Mon.
in Archiep. Bituriceoſi.

Princiacus, Mon. in E. M. Bituricenſi, a. 508. n. 34.

Faterius Abb. eo circiter tempore, quo Clodoueus Aquitaniam in ſuam poteſtatem redegit.

PRISCOSICCIMVM, Mon.
in E. Cenomannenſi.

Priſcoſiccimum, Mon. puellare in E. Cenomanneoſi, a. 681. n. 73.

S. PRIVATI Mon. *Saint Priuat.*
in E. Gabalitano.

S. Priuati Mon. in E. Gabalitano, a. 584. n. 5.

Lupentius Abb. obit ſedente tunc Catalauni Leudomiro Ep. qui Pontificatum iniit a. 580.

PVELLARE Mon. *Pellemonſtier.*
in E. Trecenſi.

Puellare Mon. in E. Trecenſi, a. 668. n. 19. conditum à S. Berchario Abb. Altuiliarenſi, Waymero & Waltide eius vxore.

Waltidis Abbatiſſa, a. 694.

Q

QVERCOLODORA, Mon.
in E. Toroacenſi.

Quercolodora, Mon. in E. Tornacenſi.

Firminus Abb. a. 726.

QVINCIACVM, Mon. *Quinçay.*
in E. Pictauienſi.

Quinciacum, Mon. in E. Pictauienſi, a. 676. n. 3. conditum à S. Philiberto Abb. Gemmeticenſi tunc exulante.

Philibertus primus Abb. abdicat regimen, a. 685.

Probus fit Abb. a. 685.

S. QVINTINI IN MONTE Mon.
le Mont S. Quentin.
in Epiſcopatu Nouiomenſi.

S. Quintini in Monte Mon. in E. Nouiomenſi, a. 659. n. 5. conditum ab Erchinoaldo Maiore domûs Regiæ.

Vltanus primus Abb. frater S. Furſei, obit, a. 686.

S. QVINTINI Mon.
Saint Quentin de Troyes,
in E. Trecenſi.

S. Quintini Mon. puellare Trecis, a. 650. n. 15.

Rocula Abbatiſſa ætate S. Frodoberti.

Gibitrudis ſuperſtes S. Frodoberto, qui obiit a. 669.

S. QVINTINI Mon. Viromandenſe.
S. Quentin.
in E. Nouiomenſi.

S. Quintini Mon. Viromandenſe in E. Nouiomenſi, a. 652. n. 6.

Ebertramnus Monachus primùm Luxouienſis, deinde Sitiuenſis, fit Abb. S. Quintini apud Auguſtam Viromanduorum, floretque a. 659. a. 661.

Lagbardus, a. 680.

R

RAVZOLIVM, Mon.
in E. Lemouicenſi.

Rauzolium, Mon. in E. Lemouicenſi, a. 674. n. 44.

Ebroinus Abb. circa tempora Adeodati Papæ, qui ſedere cœpit a. 673.

RADEVERVS, Mon. *Reuiers.*
in E. Baiocenſi.

Redeuerus, Mon. in E. Baiocenſi, a. 530. n. 15.

Vigor conditor ac primus Abb. deinde Epiſc. Baiocenſis regnante Childeberto I.

S. REGINÆ Monaſteriolum,
Sainte Reine.
in E. Auguſtodunenſi.

S. Reginæ Monaſteriolum in E. Auguſtodunenſi, a. 721. n. 57. vnitur Monaſterio Flauiniacenſi.

Wideradus Abb. illius loci, poſteà conditor & Abbas Flauiniacenſis. *Vide* Abbates Flauiniacenſes ſuprà.

REGIOPONTANVM Mon.
Konigsbruck.
in E. Argentoratenſi ſeu Straſburgenſi.

Regiopontanum Mon. in E. Argentoratenſi, a. 675. n. 27. conditum à Dagoberto II. R.

S. REMIGII Mon. *Saint Remy de Reims,*
in Archiep. Remenſi.

S Remigij Mon. Remis, a. 590. n. 24.

Epiphanius Abb. a. 590. } Vter horum altero antiquior, hand liquet.
Gebchardus. }

S. REMIGII Mon. *Saint Remy de Sens,*
in Archiep. Senonenſi.

S. Remigij Mon. in E. M. Senonenſi, a. 614. n. 18.

Medegiſilus Abb. coætaneus Lupo Ep. M. Senonenſi, qui Pontificatum iniit a. 609.

Bemedis.

Dagobertus.

Decterius.

Aremericus.

Hireocontios.

Dacaparus.

Dorrannus..

Adhebertus obit regnante Pippino.

REOMAVS, Mon.
in E. Lingonenſi.

Reomaus, Mon. in E. Lingonenſi, a. 486. n. 23.

Ioannes, à quo nomen hodie loco eſt Monaſterium S. Ioannis, *Monſtier S. Iean*, Cœnobij conditor ac primus Abb. obit, a. 539.

Siluester fit Abb. a. 539. peruenit ad tempora Pappoli Lingonenſis Ep. qui ſedere cœpit a. 572.

Mummolus fit Abb. Pappolo Lingonenſem Epiſcopatum obtinente, eidémque Pappolo in Epiſcopatum ſuccedit, a. 580.

Leopardinus fit Abb. a. 580.

Sicharius.

Bobo.

Honna, a. 658.

Celſus.

Maſchara.

Deodatus.

Samuel obit regnante Dagoberto III.

Aſtoricus ſiue Eoſtorgius ex Abbate fit Ep. Lingonenſis, a. circiter 713.

Chriſtianus fit Abb. a. circiter 713. Ep. Ambianenſis, a. 721.

Mancellus fit Abb. a. 721. obit, a. 751.

Waldo fit Abb. a. 751. ſuperſtes viuit, a. 765.

RESBACVM, Mon. *Rebez,*
in E Meldenſi.

Reſbacum, Mon. in E. Meldenſi, a. 634. nn 11. 14. conditum à S. Audoeno.

Agilus fit primus Abb. a. 636. obit, a. 660.

Philibertus fit Abb. a. 660.

ROTVNDÆ, Mon. *Rotonde.*
in E. Sueſſionenſi.

Rotundæ, Mon. in E. Sueſſionenſi, a. 657. n. 14. conditum à S. Drauſio Ep. Sueſſionenſi.

RVBIACVM, Mon. *Royac,*
in E. Aruernenſi.

Rubiacum, Mon. puellarum in E. Aruernenſi, a. 699. n. 12.

RVIENSE Mon. *Ruys,*
in E. Venetenſi.

Ruienſe Mon. in E. Venetenſi, a. 520. n. 6.

Gildas regnante Childeberto I. conſtruit hoc Mon. fitque primus Abb. illius loci, cui nomen hodie, *Saint Gildas de Ruys*, obit, a. 565.

RVIRIACVS, Mon.
in Archiep. Bituricenſi.

Ruiriacus, Mon. in E. M. Bituricenſi, a. 657. n. 6. conditum à S. Sigiranno, qui obiit, a. 657.

Deſiderius primus Abb. à S. Sigiranno conſtitutus, ſuperſtes, a. 689.

S

SAFFIACENSE Mon.
in E. Antiſſiodorenſi.

Saffiacenſe Mon. in E. Autiſſiodorenſi, a. 582. n. 19.

SALICIS Mon.
in Archiep. Veſontionenſi.

Salicis Mon. in E. M. Veſontionenſi, a. 568. n. 20. haud procul à loco, cui nomen Anagrates, vbi S. Columbanus primùm conſedit annuente S. Gontchramno R.

Carantocus Abb. neceſſaria vitæ miſit ad S. Columbanum, qui nuperrimè venerat in Gallias.

SALIGINENSE Mon.
in E. Santonenſi.

Saliginenſe Mon. in E. Santonenſi, a. 752. n. 161. conditum à S. Martino S. Martini Turonenſis Metropolitæ quondam diſcipulo.

S. SALVATORIS Mon.
in E. Lemouicenſi.

S. Saluatoris Mon. Lemouicis, a. 752. n. 156. Nomen poſteà Sancti Martialis accepit.

S. SALVATORIS Mon.
in E. Maſſilienſi.
S. Saluatoris Mon. puellare Maſſiliæ, a. 536. n. 43. conditum priuſquàm in ea regione dominarentur Franci.
SANCTI, Mon. *Sains*,
in E. Attrebatenſi.
Sanctenſe Mon. puellare in E. Attrebatenſi, a. 691. n. 41.
SANDAVIVM, Mon. *Sandau*,
In E. Friſingenſi.
Sandauium, Mon. in E. Friſingenſi, a. 742. n. 30. conditum ab Illuſtribus Comitibus ac fratribus, Landfrido, Waldramo & Elilando.
SARCHINIVM, Mon. *Sercin*,
in E. Traiectenſi ſeu Leodienſi.
Sarchinium, Mon. in E. Traiectenſi, a. 664. n. 1. conſtructum à S. Trudone Preſbytero, qui rexit illud abſque Abbatis Titulo ad annum vſque 689. eidémque loco nomen fecit, *Saint Tron*.
Lotharius fit Præpoſitus Sarchinienſis, a. 689. obit, a. 717. Epiſcopatu Leodiorum iam tranſlato.
Grimo fit Præpoſitus, a. 727. neglecto pòſt Præpoſiti Titulo ſe dicit Abbatem, ſuperſtes eſt, a. 745.
Reyraimus Abb. ſuperſtes, a. 752.
SAXIACVM, Mon.
in E. Conſtantienſi.
Saxiacum, Mon. in E. Conſtantienſi, a. 711. n. 17.
SCHLECHDORFVM, Mon.
Schlechdorf,
in E. Friſingenſi.
Schlechdorfum, Mon. in E. Friſingenſi, a. 742. n. 28. conditum ab Illuſtribus Comitibus ac fratribus, Landfrido, Waldramo & Elilando.
S. SCHOLASTICÆ Mon.
Sainte Scholaſtique,
in Epiſcopatu Cenomannenſi.
S. Scholaſticæ Mon. puellare prope muros Cenomannenſes, a. 585. n. 13. dirutum à Nortmannis.
SCHVTTERA, Mon. *Schutter*.
in E. Argentoratenſi ſeu Straſburgenſi.
Schuttera, Mon. in E. Argentoratenſi, a. 675. n. 28. conditum ab Offone Anglo, & ditatum à Dagoberto II. R.
SCHWARZACHIVM, Mon. *Schwarzach*,
in E. Argentoratenſi ſeu Straſburgenſi.
Schwarzachium, Mon. in E. Argentoratenſi, a. 724. n. 32. conditum à Ruthardo viro Illuſtri.
SCISCIACVM, Mon. *Gerſay*, al. *Cheſay*,
in E. Abrincenſi.
Sciſciacum ſeu Gerſayum, Mon. in E. Abrincenſi, a. 502. n. 6.
Paternus ex primo illius loci Abbate factus eſt Ep. Abrincenſis, a. 550.
SECKINGENSE Mon. *Seckingen*,
in E. Vindoniſſenſi, deinde in Baſileenſi.
Seckingenſe Mon. in E. Vindoniſſenſi, a. 509. n. 7. attribuitur Diœceſi Baſileenſi recèns erectæ, a. 748. n. 107.
S. Fridolinus antè Abbas S. Hilarij conſtruxit hoc Mon. rexitque cum Abbatis Titulo, regnante in Burgundia Sigiſmundo.
SEDACIANVM Mon.
in E. Petracoricenſi.
Sedacianum Mon. in E. Petracoricenſi, a. 542. n. 1.
Martinus Abb. cùm Eparchius ibi Monachum induit.
SEGESTRENSE Mon.
in E. Lingonenſi.
Segeſtrenſe Mon. in E. Lingonenſi, a. 534. n. 30.
Sequanus, à quo nomen hodie Cœnobio eſt, *Saint Seine*, conditor ac primus Abb. floruit ſub Burgundis & Francis, ſuperſtes erat in viuis, a. 539.
Teudolenus Abb. a. 631.
SENAPARIA, Mon.
in Archiep. Turonenſi.
Senaparia, Mon. in E. M. Turonenſi, a. 508. n. 31.
Leobatius primus Abb.
SENONIENSE Mon. *Senone*,
in E. Tullenſi.
Senonienſe Mon. in E. Tullenſi, a. 661. n. 5. conditum à S. Gundelberto, qui Senonem Archiepiſcopatum priùs geſſerat.
Gundelbertus conditor ac primus Abb. a. 661. obit, a. circiter 673.
Magneramnus fit Abb. a. circiter 673.
Agericus.
Magemramnus.
Bonnolus.
Stephanus. Hic viuebat a. 752.
S. SERGII Mon. *Saint Serge*,
in E. Andegauenſi.
S. Sergii Mon. prope muros Andegauenſes, a. 654. n. 32. conditum à Clodoueo II. R. ſedente Andegaui Magnobodo Ep.
Theodebertus Abb. regnante Childeberto III.
S. SEVERI Mon.
in E. Conſtantienſi.
S. Seueri Mon. in E. Conſtantienſi, a. 523. n. 17.
Seuerus hoc Mon. conſtruxit rexitque temporibus Childerici I. R. donec in Epiſcopum Abrincenſem aſſumptus eſt.
S. SIDONII Mon. *Saint Saens*.
in Archiep. Rotomagenſi.
S. Sidonij Mon. in E. M. Rotomagenſi, a. 674. n. 8. conditum à Theodorico III. R.

Sidonius Abb. a. 674. a. 677. a. 686.

S. SIGISMVNDI CELLA, Mon. in E. Argentoratenſi, deinde in Baſileenſi.

S. Sigiſmundi Cella, Mon. in E. Argentoratenſi, a. 675. n. 29. conditum à Dagoberto II. R. Baſileenſi Diœceſi recèns erectæ attribuitur, a. 748. n. 110.

Immerius primus Abb. obit, a. 702.

Seuerinus fit Abb. a. 702.

SITIVENSE Mon. *Sitiu*, in E. Taruanenſi.

Sitinenſe Mon. in E. Taruanenſi, a. 648. nn. 40. *& ſeqq.* conditum ab Adroaldo Neophyto.

Mummolinus primus Abbas, a. 648. fit Ep Nouiomenſis, a. 659.

Bertinus fit Abb. a. 659. abdicat regimen, a. 696.

Rigobertus fit Abb. a. 696. abdicat regimen, a. 702.

Erlefridus fit Abb. a. 702. obit, a. 714.

Erkenbodo fit Abb. a. 714. necnon Ep. Taruanenſis, a. 723. obit, a. 740.

Waymarus fit Abb. a. 740. obit, a. 745.

Nantharius fit Abb. a. 745. obit regnante Pippino.

SIVARSTATVM, Mon. *Siuerſtat*, in E. Friſingenſi.

Siuerſtatum, Mon. in E. Friſingenſi, a. 742. n. 29. conditum ab Illuſtribus Comitibus ac fratribus, Landfrido, Waldramo & Elilando.

SOLEMNIACVM, Mon. *Solegnac*, in E. Lemouicenſi.

Solemniacum, Mon. in E. Lemouicenſi, a. 631. nn. 19. *& ſeqq.* erectum à S. Eligio nondum Ep.

Remaclus fit primus Abb. a. 631. deinde Abb. Caſæconguduneniſis, a. 645.

Tillo fit Abb. a. 645. deinde Eremita, a. 660.

Dagobertus fit Abb. a. 660.

Childemnus.

Papolenus.

Childomarus, a. 695.

Gundebertus, a. 698.

Salmon.

Frotarius.

Agulfus.

Ebulo. Hic factus eſt Abb. cùm in Epiſcopatum Lemouicenſem iam ſucceſſiſſet S. Ceſſatori, qui ſedebat, a. 732. peruenit ad tempora Pippini Regis.

SONAGIÆ, Mon. *Soigny*, in E. Cameracenſi.

Sonegiæ, Mon. in E. Cameracenſi, a 653. n. 26. conditum à S. Vincentio, S. Waldetrudis marito.

Vincentius primus Abb. obit, a. 677.

Landricus, ſuperioris filius ex legitimo toro, fit Abb. a. 677.

SPINALIVM, Mon. *Eſpinal*, in E. Tullenſi.

Spinalium, Mon. puellarum in E. Tullenſi, a. 626. n. 9. conditum ad Moſellam à S. Goerico Abbone Ep. Metenſi, qui S. Arnulpho in Eremum profecto ſucceſſerat.

STABVLETVM, Mon. *Stauelo*, in E. Traiectenſi ſeu Leodienſi.

Stabuletum, Mon. in E. Traiectenſi, a. 648. n. 23 conditum à S. Sigiberto III. R.

Remaclus fit primus Abb. Stabulenſis & Malmundarienſis, a. 648. deinde Ep. Traiectenſis, a. 653.

Theodardus fit Abb. Stabulenſis & Malmundarienſis, a. 653. deinde Ep. Traiectenſis, a. 662.

Remaclus abdicato Epiſcopatu Traiectenſi iterum Abb. Stabulenſis & Malmundarienſis, a. 662. abdicat regimen Monaſterii Malmundarienſis in gratiam Papoleni; denique obit, a. 668.

Papolenus Abb primùm Malmundarienſis ſuperſtite Remaclo, fit etiam Abb. Stabulenſis poſt S. Remaclum, a. 668. obit, a. 670.

Sigolinus fit Abb. Stabulenſis & Malmundarienſis, a. 670.

Goduinus Abb. Stabulenſis & Malmundarienſis, a. 677. obit, a circiter 685.

Bobolenus ſiue Abolenus vel Papolenus Abb. Stabulenſis & Malmundarienſis, a. 693.

Crodmarus Abb. Stabulenſis & Malmundarienſis.

Amolgerus ſiue Amingerus Abb. Stabulenſis & Malmundarienſis.

Florbertus, Floribertus, Florebertus, Abb. Stabulenſis & Malmundarienſis, fit Ep. Leodienſis, a. 727.

Anglinus fit Abb. Stabulenſis & Malmundarienſis, a. 727. obit, a. circ. 744.

Agilulphus fit Abbas Stabulenſis & Malmundarienſis regnante iam Childerico III. a. circiter 744. fit etiam Ep. Colonienſis, a. 746. dimittit Epiſcopatum, a. circiter 750. remanet Abb. Stabulenſis ac Malmundarienſis, viuitque Pippino ſuperſtes.

STAFFALSEA, Mon. *Staffelſée*, in E. Friſingenſi.

Staffelſea, Mon. puellare in E. Friſingenſi, a. 742. n. 33. conditum ab Illuſtribus Comitibus ac fratribus, Landfrido, Waldramo & Elilando.

Gelouinda, prima Abbatiſſa, ſoror prædictorum Comitum.

S. STEPHANI Mon. in E. Argentoratenſi ſeu Straſburgenſi.

S. Stephani Mon. puellare Argentorati, a. 712. n. 2. conditum ab Adalberto

Alamanniæ Duce, fratra S. Odiliæ.
Atala prima Abbatiſſa, filia eiuſdem Adalberti Ducis Alamanniæ.

STIVAGIUM, Mon. *Eſtival*, in E. Tullenſi.

Stiuagium, Mon. in E. Tullenſi, a. 661. o. 5.

SURABURGUM, Mon. *Surburgh*, in E. Argentoratenſi ſeu Straſburgenſi.

Suraburgum, Mon. in E. Argentoratenſi, a. 675. o. 26. conditum à Dagoberto II. R.

SYLVIACUM, Mon. in E. Taruannenſi.

Sylſiacum, Mon. in E. Taruannenſi, a. 688. nn. 42. 43. conditum à S. Wlmaro ante annum 688.
Wlmarus conditor ac primus Abb. obit, a. 697.

SYMMIONE, Mon. *Sommon*, in E. Aruernenſi.

Symmione, Mon. in E. Aruernenſi, a. 699. n. 9.
Eutherius Abb. a. 723.

S. SYMPHORIANI Mon. *S. Symphorien d'Autun*, in Epiſcopatu Auguſtodunenſi.

S. Symphoriani Mon. apud Auguſtodunum, a. 548. o. 3.
Germanus Abb. conſtituitur à Nectario Ep. Auguſtodunenſi, anno a. 548. fit Ep. Pariſienſis, a. 555.
Deodatus Abb. a. 635. a. 638.
Ermenarius ex Abbate fit Ep. Auguſtodunenſis, a. 674.

S. SYMPHORIANI Mon. *S. Symphorien de Bourges*, in Archiep. Bituricenſi.

S. Symphoriani Mon. prope muros Bituricenſes, a. 557. n. 23.
Auguſtus primus Abb. conſtituitur à S. Probiano Bituricenſi Ep. M. qui ſedere cœpit a. 550. ipſúmque Mon. erexit.

S. SYMPHORIANI Mon. *S. Symphorien de Metz*, in E. Metenſi.

S. Symphoriani Mon. Metis, a. 660. n. 15. erectum à S. Pappolo Ep. Metenſi, cuius obitus incidit in annum 610.

S. SYMPHORIANI Mon. *Saint Symphorien de Sens*, in Archiep. Senonenſi.

S. Symphoriani Mon. in ſuburbio Senonenſi, a. 682. o. 41. erectum à Mederico ſeu Mederio Ep. M. Senonenſi, qui ſedere cœpit, a. 674.

T

TAURIACUS, Mon. in Archiep. Bituricenſi.

Tauriacus, Mon. in E. M. Bituricenſi, a. 508. o. 31.

S. TAURINI Mon. *S. Taurin*, in E. Ebroicenſi.

S. Taurini Mon. in E. Ebroicenſi, a. 752. n. 121.

TERRASSONENSE Mon. *Terraſſon*, in E. Petracoricenſi.

Terraſſonenſe Mon. in E. Petracoricenſi, a. 667. n. 53.
Aſtidius Abbas, nepos S. Aredij Athanenſis Abbatis mortui, a. 591.

TEUENECENSE Mon. *Lands-Tenennec*, in E. Corentinopolitano.

Teuenecenſe Mon. in E. Corentinopolitano, a. 529. n. 5.
Indolus Abbas Martyrio coronatur, a. circiter 538.

S. THEODORICI Mon. *Saint Thierry*, in Archiep. Remenſi.

S. Theodorici Mon. in E. M. Remenſi, a. 533 n. 56.
Theodoricus conditor ac primus Abb. ſynchronus S. Remigio.
Theodolphus.

THEOLOGIENSE ſeu TABULEIENSE vel DOLOGIENSE Mon *Tholey*, in Archiep. Treuirenſi.

Tabuleium, ſeu Doleta, vel Theologium, Mon. in E. M. Treuirenſi, a. 623. n. 9. conditum ſub initium Dagoberti Principatûs in Auſtraſia.
Wandelinus primus Abb. ſuperſtes, a. 631.
Grimo Abb. a. 647.
Gerebertus Abb. fit Ep. Virodunenſis, a. 665.
Armonius Abb. fit Ep. Virodunenſis, a. 689.
Leo.
Chiermericus ſeu Chieſmerius.
Crandergus.
Frodonius, a. 752.

TILLIUS, Mon. in Epiſcopatu Cenomannenſi.

Tillidus, Mon. in E. Cenomannenſi, a. 717. o. 25. dicitur etiam à Patrono Monaſterium S. Symphoriani, reſtauratur ab Herlemundo Ep. Cenomannenſi.
Quirinus Abb. conſtitutus ab Herlemondo Ep. peruenire potuit ad tempora Pippini R.

TRECORENSE Mon. *Treguer*, in E. Lexobienſi.

Trecorenſe Mon. in E. Lexobienſi, a. 520. n. 9. fauente Derocho viro prædiuite conſtructum à S. Togdwalo, qui poſteà factus eſt Ep. Lexobienſis, a. 532.

S. TRUDPERTI Mon. *S. Trupt*, in E. Baſileenſi.

S. Trudperti Mon. in E. Baſileenſi, a. 748. n. 111.

TRUNCINIUM,

TRVNCINIVM, Mon. *Drongene*,
in E. Tornacenſi.

Truncinium, Mon. Clericorum in E. Tornacenſi ad Legiam prope Gandam, a. 752. n. 107. conditum à S. Amando, a. circiter 633. dictum quoque Mon. Sanctæ Mariæ in Truncinio.

TVFFIACVM, Mon. *Tuffé*,
in E. Cenomannenſi.

Tuffiacum, Mon. puellarum in E. Cenomannenſi, a. 681. n. 73. conditum à S. Berario Ep. Cenomannenſi.

Loppa prima Abbatiſſa conſtituitur à Berario Ep. Cenomannenſi, qui obiit, a. 681.

Abidelgama Abbatiſſa conſtituitur ab Aigliberto Ep. Beratij ſucceſſore.

TVRONENSIA Monaſteria,
in Archiep. Turonenſi.

Duo Monaſteria in E. M. Turonenſi, a. 536. n. 261. erecta à S. Brachione, qui Abbates illis præpoſuit, antequàm ipſe Abbas Menatenſis fieret.

Tertium Mon. Turonenſe, illudque puellare, a. 580. n. 24. erectum *infra atrium S. Martini* ab Ingeltrude, quæ vitam clauſit, a. 590.

V

VANDOPERA, Mon. *Vandewre*,
in E. Cenomanenſi.

Vandopera, Mon. in E. Cenomanenſi, a. 565. n. 14. conditum à S. Leonardo.

Leonardus conditor ac primus Abb. obiit ſedente Cenomanni S. Domnolo Ep.

VARENNA, Mon.
in E. Ebroicenſi.

Varenna, Mon. puellare in E. Ebroicenſi, a. 686. n. 12.

VARRENAS, Mon.
in E. Autiſſiodorenſi.

Varrenas, Mon. in E. Autiſſiodorenſi, a. 582. n. 21.

S. VEDASTI Mon. *S. Vvast*,
in E. Atrebatenſi.

S. Vedaſti Mon. in E. Atrebatenſi, a. 666. n. 2. conditum à S. Autberto Ep. Atrebatenſi, initio paucos habet Monachos ſub Prioris regimine.

Hatta fit primus Abb. a. 685. obit, a. 699.

Hadulphus fit Abb. a. 699. deinde Ep. Atrebatenſis & Cameracenſis, nec dimittit munus Abbatiale, a. 717. obit, a. 728.

Madelbertus fit Abb. a. 728. obit, a. 729.

Ragenfridus fit Abb. a. 729. obit, a. 731.

Goſſilenus ſeu Gogiſlenus fit Abb. a. 731. obit, a. 738.

Wido Abb. Fontanellenſis fit etiam Abb. Vedaſtinus, a. 738. obit, a. 739.

Romanus fit Abb. a. 739. obit, a. 742.

Adalricus fit Abb. a. 742. præeſt ann. 26.

S. VENANTII Mon. *Saint Venant*,
in Archiep. Turonenſi.

S. Venantij Mon. in E. M. Turonenſi, a. 508. n. 4.

Syluanus Abb.

Venantius Syluani diſcipulus, cuius nomen inditum poſteà Monaſterio.

Licinius, qui factus eſt Turonenſis Ep. M. eodem anno quo Clodoueus Turonos cepit.

Guntharius, qui factus eſt Ep. M. Turonenſis, a. 552.

VANDETANSE Mon. *de Vannes*,
in E. Venetenſi.

Venetenſe Mon. puellare, a. 553. n. 11. conditum in ſuburbio Venetenſi à S. Trifina; S. Gildæ coætanea, quæ vitam inter Moniales diu duxit.

VERTAVVM, Mon. *Verton*,
in E. Namnetenſi.

Vertauum, Mon. in E. Namnetenſi, a. 565. n. 12. conditum à S. Martino.

Martinus conditor ac primus Abb. ordinatus eſt Preſbyter à S. Felice Namnetenſi Ep. qui diſceſſit è viuis, a. 583.

VICTORII Mon.
in Epiſcopatu Cenomanenſi.

Victorij Mon. ad flumen Sartam in E. Cenomannenſi, a. 572. n. 7.

S. VICTORIS Mon. *Saint Victor*,
in E. Maſſilienſi.

S. Victoris Mon. Maſſiliæ, a. 534. n. 43.

Caſſianus conditor ac primus Abb. obiit, cùm Maſſilia Valentiniano III. Rom. Imp. parebat.

Anaſtaſius, Abb. a. 581.

VILLARE, Mon. *Montiuiliers*,
in Archiep. Rotomagenſi.

Villare, Mon. puellare in E. M. Rotomagenſi, a. 683. n. 3. conditum à Warattone Maiore-domûs.

S. VINCENTII Mon.
in E. Cenomannenſi.

S. Vincentij Mon. in ſuburbio Cenomannenſi, a. 572. n. 7. conſtructum, dicatum ac dotatum à S. Domnolo Ep. qui Cenomannenſem Diœceſim rexit ab a. 545. ad a. 581.

Leuſius primus Abb. a. 572. obit, a. 602.

Tirmius fit Abb. a. 602. obit, a. 632.

Richardus fit Abb. a. 632. obit, a. 658.

Goſcelinus fit Abb. a. 658. obit, a. 689.

Rolandus fit Abb. a. 689. obit, a. 711.

Reginaldus fit Abb. a. 711. obit, a. 715.

Chirmirus fit Abb. a. 715. obit, a. 736.

S. VINCENTII Mon.
in E. Laudunenſi.

S. Vincentij Mon. prope Laudunum, a. 613. n. 16. conditum à Brunichilde Regina.

S. VINCENTII Mon.
in E. Pariſienſi.

S. Vincentij Mon. in ſuburbio Pariſienſi,

a. 542. n. 32. conditum à Childeberto I. R. poſt a. 542.
Antharius primus Abb. obit, a. 561.
Droctoueus fit Abb. a. 561. obiit, a. 581.
Scubilio fit Abb. a. 581. obit, a. 606.
Deſiderius fit Abb. a. 606. obit, a. 622.
Gauſcio fit Abb. a. 622. obit, a. 636. primus omnium dictus reperitur Abb. S. Germani. *Vide* Abbates S. Germani ſuprà.

S. VINCENTII Mon.
in Archiep. Viennenſi.
S. Vincentij Mon. Viennæ, a. 534. n. 27.

VIRIZIACVM, Mon. *Verzy*,
in Archiep. Remenſi,
Viriziacum, Mon. in E. M. Remenſi, a. 625. n. 129. *Vide* Mon. S. Baſoli, *Saint Baſle*.

S. VITONS Mon. *Saint Vanne*,
in E. Virodunenſi.
S. Vitoni Mon. in E. Virodunenſi, a. 749. n. 69.
Madeluens Abb. RR. Childerico III. & Pippino, fit etiam Ep. Virodunenſis Pippino Rege.

VIVARIS, Mon.
in Archiepiſcopatu Bituricenſi.
Viuaris, Mon. in E. M. Bituricenſi, a. 525. n. 18.

VLTERENSE Mon.
in E. Taruannenſi.
Vlterenſe Mon. in E. Taruannenſi, a. 519. n. 2. conditum ab Antimundo primo Ep. Taruannenſi, qui ſedis ab a. 501. ad a. 520.

VOLOVICVS, Mon. *Voluic*,
in E. Aruernenſi.
Volouicus, Mon. in E. Aruernenſi, a. 674. n. 19. conditum à S. Auito Ep. Aruernenſi.
Godo primus Abb. a. 674.
Eoaldus, a. 723.

VORMACIENSE Mon. *de Vuorms*,
in E. Vormacienſi.
Vormacienſe Mon. a. 503. n. 3. regnante Clodoueo I. conditum à Crotoldo Ep. Vormacienſi.

VOSIVM, Mon. *Vigeois*,
in E. Lemouicenſi.
Voſium, Mon. in E. Lemouicenſi, a. 667. n. 53.
Aſtidius Abbas, nepos S. Aredij Athanenſis Abbatis mortui, a. 591.

S. VRSICINI Mon. *Saint Vrſitz*,
in Archiep. Veſontionenſi, deinde in E. Baſileenſi.
S. Vrſicini Mon. circa Dubim fluuium in E. M. Veſontionenſi, a. 615. n. 2. erectum à S. Vrſicino, Monacho quondam Luxouienſi & S. Columbani diſcipulo, vnitur Monaſterio Grandiuallenſi, quocum Diœceſi Baſileenſi nuper erectæ attribuitur, a. 748. n. 105.
Germanus Abb. obit, a. circiter 662.

VTICVM, Mon. *Ouche*,
in E. Lexouienſi,
Vticum, Mon. in E. Lexouienſi, a. 572. n. 9. conditum à S. Ebrulfo, cuius nomen hodie gerit, *Saint Evroul*.
Ebrulfus conditor ac primus Abb. a. 572. obit, a. 596.

S. WALARICI Mon. *Saint Valery*,
in E. Ambianenſi.
S. Walerici Mon. in E. Ambianenſi, a. 614. n. 3. conſtructum à S. Walerico, cuius nomen gerit, *Saint Valery*.
Walericus hoc Mon. conſtruit, a. 614. regitque ad a. vſque 623.
Blitmundus fit Abb. a. 627. obit regnante Clodoueo II.
Theodinus ſynchronus Hugonis Ep. M. Rotomagenſi, qui obiit, a. 730.

WARACTVS, Mon.
in E. Lemouicenſi.
Waractus, Mon. in E. Lemouicenſi, a. 732. n. 74. conditum à Lantario Comite Lemouicenſi.
Pardulphus primus Abb. floret, a. 732. obit, a. 743.

WASLERA, Mon. *Vualers*,
in E. Cameracenſi.
Waſlera, Mon. in E. Cameracenſi, a. 657. n. 12. conditum à S. Landelino.
Dodo primus Abb.

WEISSENBVRGVM, Mon.
Vuiſſembourg,
in E. Nemetenſi ſeu Spirenſi.
Weiſſenburgum, Mon. in E. Nemetenſi, a. 642. n. 67. conditum à Dagoberto I. R.
Principius primus Abb. ſub Dagoberto I. deinde ſub Sigiberto III. fit Ep. Nemetenſis, a. 642.
Cheodonius fit Abb. a. 642.
Tragebodus, fit Ep. Nemetenſis, a. 667.
Ratfridus ſeu Radefridus fit Abb. a. 667. ſuperſtes, a. 675.
Erhwaldus Abb.
Aſtramnus Abb.
Gerbertus Abb.
Dauid Abb. fit Ep. Nemetenſis, a. 741.
Charialdus fit Abb. a. 741. obit regnante Pippino.

WELTENBVRGVM, Mon.
Vueltenburg,
in Archiep. deinde E. Saliſburgienſi.
Weltenburgum, Mon. in E. M. Saliſburgienſi, a. 590. n. 8. erectum à Thaſſilone Duce Boioariæ, regnante Childeberto II.
Viſundus primus Abb. obit, a. 595.
Iſingrinus fit Abb. a. 595. obit, a. 607.
Arnolphus fit Abb. a. 607. obit, a. 626.
Berchtoldus fit Abb. a. 626. obit, a. 634.
Iuola fit Abb. a. 634. obit, a. 648.

Mathildus fit Abb. a. 648. obit, a. 666.
Poppo fit Abb. a. 666. obit, a. 672.
Rudhardus fit Abb. a. 672. obit, a. 679.
Tuto fit Abb. a. 679. obit, a. 693.
Hagano fit Abb. a. 693. obit, a. 699.
Gebertus fit Abb. a. 699. obit, a. 709.
Hugo fit Abb. a. 709. obit, a. 712.
Rempertus fit Abb. a. 712. obit, a. 720.
Heribato fit Abb. a. 720 obit, a. 729.
Gotſcalcus fit Abb. a. 729. obit, a. 739.
Bonifacius fit Abb. a. 739. obit, a. 741.
Sagidus fit Abb. a. 741. obit, a. 747.
Adalwartus fit Abb. a. 747. obit regnante Pippino.

WERDA, Mon. *Vvert*, hodie *Keyſerwert*, in E. Colonienſi.

Werda, Mon. in E. Colonienſi, a. 707. nn. 4. 5. conſtructum à S. Suiberto Epiſc.
Suibertus conditor ac primus Abb. obit, a. 713.
Willeicus fit Abb. a. 713. obit, a. 723.

WERDA, Mon. *Saint Paul zu Vverd*, in Archiep. Veſontionenſi, deinde in E. Baſileenſi.

Werdonenſe ſiue Inſulare Mon. in E. Veſontionenſi, a. 647. n. 8. vnitur Monaſterio Grandiuallenſi, quocum Diœceſi Baſileenſi nuper erectæ attribuitur, a. 748. n. 108.

WASSOBRVNNA, Mon. in E. Friſingenſi.

Mon. inter Amparam & Lycum fluuios in E. Friſingenſi, a. 742. n. 31. ſub Childerico III. R. tenue, ſub Pippino R. plurimùm inclareſcere cœpit aſſumpto Weſſobrunnæ nomine. Conditum eſt cum aliis ſeptem ab Illuſtribus Comitibus ac fratribus, Landfrido, Waldramo & Eliland.

WILERIA, Mon. *Viére*, in E. Taruannenſi.

Wileria, Mon. puellare in E. Taruannenſi, a. 688. nn. 42. 43. conditum à S. Wlmaro ante annum 688.
Bertranna ſiue Herembertha neptis S. Wlmari, prima Abbatiſſa.

WLFINI Mon. in E. Autiſſiodorenſi.

Wlfini Mon. in E. Autiſſiodorenſi, a. 582. nn. 19. 21.

WOROMHOLTVM, Mon. *Vvormhout*, in E. Taruannenſi.

Woromholtum, Mon. in E. Taruannenſi, a. 695. n. 20. conditur ex munificentia Heremari prædiuitis, ſubéſtque aliquandiu Sitienſi.
Winnocus fit primus Abb. a. 696. obit, a. 717.

Y

YVELINVM, Mon. *Veaune*, in E. Maſſilienſi.

Mon. puellare de Yuelino, *Noſtre Dame de Veaune*, Maſſiliæ, a. 536. n. 43. conditum à Caſſiano, cùm Maſſilia Imperatori Rom. ſubiacebat.

EPISCOPATVS
SVB CAROLINGIS REGIBVS,
ab an. 752. quo Pippinus regnare cœpit, ad an. 771. quo deceſſit Carolomannus Rex, eiuſdem Pippini filius.

CVM Pippinus in Regem eleuatus eſt, ſeptemdecim erant in Francia Metropoles, quas ad annum Chriſti ſeptingenteſimum quinquageſimum-ſecundum recenſuimus.. Regnante Pippino, acceſſit duodeuiceſima, Narbo videlicet in Septimania cum ciuitatibus ei tum ſubiectis, necnon Gerunda, Barcinone, Vrgella, & Auſona, quæ licèt extra Galliarum fines ſummouerentur, eidem tamen Metropoli ſubditæ fuerunt à Francis. Deinde Pippino Regē, prouincia Boioariæ tribus aucta eſt Epiſcopatibus, erecti ſunt enim Carantanus ac Neoburgenſis, & Sabionenſis à poteſtate Longobardorum ad regnum Francorum tranſiit. Imminutus eſt autem numerus Epiſcopatuum, qui Metropoli Moguntinæ ſubiacebant, extinctus eſt enim Erphesfordienſis vnitúſque Metropolitano Moguntino. Præmiſſis his obſeruationibus, Indicem Epiſcopatuum accipe ordine alphabetico cum Epiſcopis, quorum nomina reperire potuimus.

A

ABRINCENSIS E. *d'Auranches*, ſub M. Rotomagenſi.

AGATHENSIS E. *d'Agde*, ſub M. Narbonenſi.

Pulſis è Septimania Saracenis, Agatha Pippino R. parere cœpit, a. 755.

AGINNENSIS E. *d'Agen*, ſub M. Burdigalenſi.

ALBIENSIS E. *d'Alby*, ſub M. Bituricenſi.

Ioannes Ep. a. 752.

ALETENSIS E. *d'Alet*, ſub M. Turonenſi.

Reginaldus Ep. a. 752. obit, a. 758.

Menſenicus fit Ep. a. 758. ſedet ann. 22.

AMBIANENSIS E. *d'Amiens*, ſub M. Remenſi.

Raimbertus Ep. a. 752.

Vitulphus ſeu Vilulphus aut Aytulphus Ep. obit regnante Carolo Magno.

ANDEGAVENSIS E. *d'Angers*, ſub M. Turonenſi.

Sacrios Ep. a. 752. a. 757.

Mauriolus Ep. a. 765. a. 770.

ANICIENSIS E. *du Mont-Anis*, ſub M. Bituricenſi.

Torpio Ep. a. 752.

ANTIPOLITANVS E. *d'Antibe*, ſub M. Aquenſi.

APTENSIS E. *d'Apt*, ſub M. Aquenſi.

AQVENSIS E. M. *d'Aix*, per prouinciam Narbonenſem II.

AQVENSIS E. *d'Acqs*, ſob M. Eluſano.

ARAVSICANVS E. *d'Orange*, ſub M. Arelatenſi.

ARELATENSIS E. M. *d'Arles*, per prouinciam Viennenſem II.

Kauiſarius Ep. M. a. 752. obit, a. circ. 760.

Wilimaris fit Ep. M. a. circiter 760. obit, a. circiter 770.

Wiliaris fit Ep. M. a. circiter 770.

ARVERNVS E. *d'Auvergne*, ſub M. Bituricenſi.

Stephanus Ep. a. 752. a. 762.

ATREBATENSIS E. *d'Arras*, ſob M. Remenſi.

Goutfridus Ep. Atrebatenſis & Cameracenſis, a. 752. obit regnante Pippino.

Albericus Ep. Atrebatenſis & Cameracenſis, a. 763. a. 768. obit regnante Carolo Magno.

AVENIONENSIS E. *d'Avignon*, ſub M. Arelatenſi.

* Interpontificiom vſque ad a. 760.

Alſonſus fit Ep. a. 760. obit, a. 765.

Ioſephus fit Ep. a. 765. de illo iterum Tomo ſequenti.

AVGVSTANVS E. *d'Auſbourg*, ſub M. Moguntino.

Mareomannus Ep. a. 752. obit, a. 779.

AVGVSTANAES E. *d'Aouste*, ſub M. Darantaſienſi.

Lupus Ep. a. 752. a. 757.

Gratus Ep. a. 770.

AVGVSTODVNENSIS E. *d'Autun*, ſub M. Lugdunenſi.

Gayronius Ep. a. 752. obit, a. 755.

Hiddo fit Ep. a. 755. ſuperſtes, a. 765.

Reginaldus Ep.

AVRELIANENSIS E. *d'Orleans*, ſub M. Senonenſi.

Bertinus Ep. a. 752.

Adelinus Ep. a. 766.

Nadatimus Ep. a. 770.

AVSCIENSIS E. *d'Aux*, ſub M. El[illegible]

Tootonius Ep. obit, c[illegible]o Pippinus Rex eleoatur anno 752.

Lupas fit Ep. a. 752. obit, a. 760.

Auernus ſiue Anerius fit Ep. a. 760. obit, a. 767.

Ernaldus ſiue Armaldus vel Brinaldus fit Ep. a. 767. ſedet ann. 7.

AVSONENSIS E. *d'Auſona*. ſub M. Narbonenſi.

Auſona venit in poteſtatem Francorum, a. 755. & Auſonenſis Epiſcopatus prouinciæ Narboοenſi attributus eſt regnante tum Pippino.

AVTISSIODORENSIS E. *d'Auxerre*, ſub M. Senonenſi.

Hainmarus Ep. a. 752. abdicat Epiſcopatum, a. 763.

Theodrannus fit Ep. a. 763. obit regnante Carolo Magno.

B

BAIOCENSIS E. *de Bayeux*. ſub M. Rotomagenſi.

Leodeningus Ep. a. 765.

BARCINONENSIS E. *de Barcelonne*, ſub M. Narboοenſi.

Barcino venit in poteſtatem Francorum, a. 755. & Barcinonenſis Epiſcopatus prouinciæ Narbonenſi attributus eſt regnante tum Pippino.

BASILEENSIS E. *de Baſle*, ſub M. Veſontionenſi.

Walanus Ep. a. 752. obit, a. 760.

Baldebertus fit Ep. a. 760. viuit, a. 765.

BELLICENSIS E. *de Bellay*, ſub M. Veſontionenſi.

Agiſlus Ep. a. 752. obit, a. 755.

Hippolytus fit Ep. a. 755. abdicat Epiſcopatum, a. 757.

Eulogius fit Ep. a. 757.

Adeorepertus ſiue Adeonpertus Ep.

BELLOVACENSIS E. *de Beauuais*, ſub M. Remenſi.

Deodatus Ep. a 752.

Andreas Ep.

Audingus Ep.

BENARNENSIS E. *de Bearn*, ſub M. Eluſano.

BIGORRITANVS E. *de Bigorre*, ſub M. Eluſano.

BIRBVRGENSIS E. *de Buraburg*, ſub M. Moguntino.

Witta Ep. a. 752.

Megogottus Ep.

BITERRENSIS E. *de Beziers*, ſub M. Narbonenſi.

Biterræ in poteſtatem Francorum receſſerunt, a. 755. Pippino Rege.

BITVRICENSIS E. M. *de Bourges*, per Aquitaniam I.

Bertellanus, ſeu Berlannus Ep. M. a. 752. obit, a. 763.

Landrarius ſeu Landarius fit Ep. M. a. 763. obit, a. 767.

Ermenarius ſiue Herminardus fit E. M. a. 767. de illo iterum Tomo ſequenti.

BRIOCENSIS E. *de S. Brieu*, ſub M. Turonenſi.

BVRDIGALENSIS E. M. *de Bordeaux*, per Aquitaniam II.

C

CABELLIONENSIS E. *de Cauaillon*, ſub M. Arelatenſi.

CABILONENSIS E. *de Chalon ſur Saone*, ſub M. Lugdunenſi.

Hucbertus Ep. Incertum vtrùm hic Ep. qui regnante Carolo Magno floruit, Epiſcopatum adeptus ſit ſuperſtite Pippino.

CADVRCENSIS E. *de Cahors*, ſub M. Bituricenſi.

Ambroſius Ep. regnante Pippino.

Aymatus Ep.

CAMERACENSIS E. *de Cambray*, ſub M. Remenſi.

Vide Epiſcopos Atrebatenſes.

CARANTANVS E. *de Carinthie*, ſub M. Laureacenſi ſeu Patauienſi.

Carantanorum ſeu Sclauorum Regnum Francicis ditionibus acceſſit, a. 757. regnante tum Pippino.

Modeſtus fit Ep. Carantanorum, a. 768. obit, a. circiter 770.

CARCASSONENSIS E. *de Carcaſſonne*, ſub M. Narbonenſi.

Carcaſſo in Francorum poteſtatem venit, a. 755. pulſis è Septimania Saracenis.

CARNOTENSIS E. *de Chartres*, ſub M. Senonenſi.

Berthegrannus Ep. a. 752. obit, a. 754.

Haynius fit Ep. a. 754. obit, a. 762.

Hado fit Ep. a. 762. obit, a. 773.

CARPENTORACTENSIS E. *de Carpentras*, ſub M. Arelatenſi.

Hotifredus Ep. a. 752.

Agapitus Ep. a. 770.

CATALAVNENSIS E. *de Chaalons ſur Marne*, ſub M. Remenſi.
Bladaldns Ep. a. 752.
Scarius Ep. a. 761.
Raerius ſeu Ricoarius Ep.
CENOMANNENSIS E. *du Mans*, ſub M. Turonenſi.
Goſlenus ſeu Gauzilenus fit Ep. a. 753. poſt Interpontificium decennale; depoſitur, a. 755.
Herlemundus fit Ep. a. 755. abdicat Epiſcopatum, a. 764.
Goſlenus recuperat Epiſcopatum, a. 764. vtitur operâ quatuor ſucceſſiuè Chorepiſcoporum, Suffredi, Deſiderati, Berthodi, & Meroli, obitque, a. 772.
COLONIENSIS E. *de Cologne*, ſub M. Moguntino,
an E. M. per Germaniam ſecundam ante a. 771. non liquet.
Hildegarius Ep. a. 752. obit, a. 753.
Hildebertus fit Ep. a. 753. obit, a. 761. Vtrùm E. M. fuerit necne, manet incertum.
Bertholinus Præſulatum init, a. 761. obit, a. 771. Vtrùm E. M. fuerit necne, manet etiam incertum.
Ricolphus Præſulatum init, a. 771. eſt E. M. a. 777. De illo iterum Tomo ſequenti.
CONSORANENSIS E. *de Conſerans*, ſub M. Eluſano.
CONSTANTIENSIS E. *de Coutance*, ſub M. Rotomagenſi.
Leo Ep. a. 752.
Angulo Ep.
CONSTANTIENSIS E. *de Conſtance*, ſub M. Moguntino.
Sidonius Ep. a. 752. obit, a. 759.
Ioannes fit Ep. a. 759. ſedet ann. 21. menſ. 6. dies 21.
CONVENENSIS E. *de Cominge*, ſub M. Eluſano.
CORENTINOPOLINANVS E. *de Kempercorentin*, ſub M. Turonenſi.
CVRIENSIS E. *de Coire*, ſub M. Moguntino.
Baldebertus Ep. a. 752. obit, a. 754.
Paſchalis fit Ep. a. 754. obit, a. 756.
Victor fit Ep. a. 756. obit, a. 758.
Tello fit Ep. a. 758. obit, a. 766.
Vigilius fit Ep. a. 766. obit, a. 768.
Veſicinus fit Ep. a. 768. obit, a. 772.

D

DARANTASIENSIS E. M. *de Tarantaiſe*, per prouinciam Alpium Graiarum & Penninarum.
Bonimundus Ep. M. a. 752.
Eruſino ſiue Ermino Ep. M.
DIENSIS E. *de Die*, ſub M. Arelatenſi.
DINIENSIS E. *de Digne*, ſub M. Ebredunenſi.
DOLENSIS E. *de Dol*, ſub M. Turonenſi.

E

EBREDVNENSIS E. M. *d'Ambrun*, per prouinciam Alpium Maritimarum.
EBROICENSIS E. *d'Eureux*, ſub M. Rotomagenſi.
Maurinus Ep. a. [illegible]
ECOLISM[illegible]s E. *d'Angouleſme*, ſu[illegible] Burdigalenſi.
Guillermus Ep. a. 752.
Frodebertus Ep. regnante Pippino.
ELVSANVS E. M. *d'Eauſe*, per Nouempopulaniam.
ERPHESFORDIENSIS E. *d'Erfort*, ſub M. Moguntino.
Adelarius Ep. a. 752. Martyr, a. 755. Tunc extinctus Epiſcopatus Erphesfordienſis vnitúſque Moguntino M.
EYSTETTENSIS E. *d'Aichſtat*, ſub M. Moguntino.
Willibaldus Ep. a. 752. obit, a. 778.

F

FOROIVLIENSIS E. *de Frejus*, ſub M. Aquenſi.
FRISINGENSIS E. *de Friſingen*, ſub M. Laureacenſi ſeu Patauienſi.
Erimbertus Ep. a. 752. obit, a. 767.
Ioſephus fit Ep. a. 767. obit, a. 770.
Aribo, qui Cyrinus & [illegible]eres vocatur, fit Ep. a. 770.

G

GABALITANVS E. *de* [illegible]*ouls*, ſub M. Bituricenſi.
GENAVENSIS E. *de Genéue*, ſub M. Viennenſi.
Renenbertus Ep. a. 752.
Lutherius Ep. obit, a. 764.
Poſtbertus fit Ep. a. 764. ſedet ann. 16.
GERVNDENSIS E. *de Gironde*, ſub M. Narbonenſi.
Gerunda venit in poteſtatam Francorum, a. 755. & Gerundenſis Epiſcopatus prouinciæ Narbonenſi attributus eſt regnante tum Pippino.
GLANNATENSIS E. de *Glandéues*, ſub M. Ebredunenſi.
GRATIANOPOLITANVS E. *de Grenoble*, ſub M. Viennenſi.
Corbus Ep. a. 752.
Leopardus ſeu Leopertus Ep.
Ardentius Ep.

H

HELENENSIS E. *d'Elne*,
ſub M. Narbonenſi.

Pulſis è Septimania Saracenis, Helena in poteſtatem Francorum venit, a. 755. regnante Pippino.

L

LACTORENSIS E. *de Lectoure*,
ſub M. Eluſano.

LAVDVNENSIS E. *de Laon*,
ſub M. Remenſi.

Geoebaudus Ep. a. 752. ſuperſtes, a. 765.
Bernico ſeu Berniro Ep.

LAVREACENSIS E. M. *de Laurich*,
ſeu *Lorech*, hodie *Lorch*,
per Boioariam.

Vide Epiſcopos Patauienſes.

LAVSANNENSIS E. *de Lauſanne*,
ſub M. Veſontionenſi.

LEMOVICENSIS E. *de Limoges*,
ſub M. Bituricenſi.

LEODIENSIS E. *de Liége*,
ſub M. Moguntino, an ſub Colonienſi, ante a. 771. non liquet.

Fulcarius Ep. a. 758. obit, a. 760.
Folericus fit Ep. a. 760. obit, a. 768.
Agilfridus fit Ep. a. 768. ſedet ano. 16.

LEONENSIS E. *de Léan*,
ſub M. Turonenſi.

Gnyomarkus Ep. a. 758. De illo iterum Tomo ſequenti.

LEXOBIENSIS E. *de Lexobie*,
ſub M. Turonenſi.

Gouarraous Ep. fortè ſuperſtes, a. 752. Suot qui dicunt illum ſediſſe ann. 70.
* Interpontificium.

LEXOVIENSIS E. *de Liſieux*,
ſub M. Rotomaganſi.

LINGONENSIS E. *de Langres*,
ſub M. Lugdunenſi.

Chedroaldus Ep. a. 752.
Herulphus Ep. a. 769. dimittit Epiſcopatum, Carolo iam Monarchâ.

LVGDVNENSIS E. M. *de Lyon*,
per prouinciam Lugdunenſem I.

Madalbertus ſeu Maldabertus fit Ep. M. a. 754. poſt Interpontificium aliquot annorum.
Addo Ep. M. a. 769.

LVTEVENSIS E. *de Lodéue*,
ſub M. Narbonenſi.

Pulſis è Septimania Saracenis, Luteua in Francorum poteſtatem redit, a. 755. regnante tum Pippino.
Michael fit Ep. poſtremis temporibus Pippini R.

M

MAGALONENSIS E. *de Maguelonne*,
ſub M. Narbonenſi.

Pulſis è Septimania Saracenis, Magalona in Francorum poteſtatem venit, a. 755. regnante tum Pippino.

MASSILIENSIS E. *de Marſeille*,
ſub M. Arelatenſi.

Honoratus Ep. regnante Pippino, obit a. 767.
Mauroncus fit Ep. a. 767. ſuperſtes, a. 780.

MATISCONENSIS E. *de Maſcon*,
ſub M. Lugdunenſi.

Domnolus Ep. a. 752.

MAVRIENNENSIS E. *de Mauriénne*,
ſub M. Darantaſienſi.

Witgarius Ep. obit, a. 770.

MELDENSIS E. *de Meaux*,
ſub M. Senonenſi.

Romanus Ep. a. 752.
Wlfrannus Ep. a. 757. ſuperſtes, a. 765. obit, a. circiter 770.
Brunerus ſeu Prunerus fit Ep. a. circ. 770.

METENSIS E. *de Mets*,
ſub M. Treuirenſi.

Chrodegangus Ep. a. 752. obit, a. 766.
* Interpontificium duorum annorum.
Angelramnus fit Ep. a. 768.

MOGVNTIACENSIS E. M. *de Mayence*,
per vtramque Germaniam, Rhætiam, Alamanniam, Franciam Orientalem, Haſſiam & Thuringiam.

Bonifacius Archiepiſcopatum dimittit, a. 752. Pippino iam Rege.
Lullus fit Ep. M. a. 752. Eo ſedente, Ep. Colonienſis fit M. Germaniæ ſecundæ, vtrùm ante a. 771. non liquet.

N

NAMNETENSIS E. *de Nantes*,
ſub M. Turonenſi.

Deomarus Ep. a. 752.
Odilardus Ep. de quo iterum Tomo ſequenti.

NARBONENSIS E. M. *de Narbonne*,
per prouinciam Narbonenſem I.

Pulſis è Septimania Saracenis, Narbo in Francorum poteſtatem venit, a. 755. regnante tum Pippino.
Nimbriſius Ep. M. a. 763.
Daniel Ep. M. a. 769.

NEMAVSENSIS E. *de Niſmes*,
ſub M. Narbonenſi.

Pulſis è Septimania Saracenis, Nemauſus in Francorum poteſtatem venit, a. 755. regnante tum Pippino.

NEOBVRGENSIS E. *de Neubourg*,
ſub M. Laureacenſi ſeu Patauienſi.

Manno fit primus Ep. Neoburgenſis regnante Pippino, ſedet a. 771. obit regnante Carolo Magno.

NICAENSIS E. *de Nice*,
ſub M. Ebredunenſi.

NIVERNENSIS E. *de Neuers*,
ſub M. Senonenſi.

Ridelenus Ep. a. 752.

Valdo Ep. a. 757.
Euarcius Ep.

NOVIOMENSIS E. *de Noyon.*
ſub M. Remenſi.

Eliſæus Ep. Nouiomenſis ac Tornacenſis, a. 752. ſedet, a. 754.
Adalfridus Ep. a. 757. ſuperſtes, a. 765.
Dido ſeu Dodo Ep.

O

OLORONENSIS E. *d'Oloron,*
ſub M. Eluſano.

P

PARISIENSIS E. *de Paris,*
ſub M. Senonenſi.

Ragnecaptus Ep. a. 752.
Deodefridus Ep. a. 757. ſuperſtes, a. 771.

PATAVIENSIS E. M. *de Paſſau,*
per Boioariam.

Sidonius Ep. Pataujenſis ac Laoreacenſis & M. Boioariæ, a. 752. obit, a. 756.
Anthelmus fit Ep. M. a. 756. obit, a. 765.
Wiſcarius ſeu Wiſericus fit Ep. M. a. 765. ſuperſtes, a. 771.

PETROCORICENSIS E. *de Perigueux,*
ſub M. Burdigalenſi.

Bertrandus Ep. a. 767.

PICTAVIENSIS E. *de Poitiers,*
ſub M. Burdigalenſi.

Godo Ep. a. 752. a. 757.
Magnibertus Ep. a. 762.
Bertaldus Ep.
Benedictus Ep.

R

REDONENSIS E. *de Rennes,*
ſub M. Turonenſi.

Stephanus Ep. a. 752. obit, a. 762.
Auriſmundus fit Ep. a. 763. ſedet diutiſſimè.

REGINOBVRGENSIS E. *de Ratisbonne,*
ſob M. Lanreacenſi ſeu Pataujenſi.

Garibaldus Ep. a. 752. obit, a. 761.
Sympertus fit Ep. a. 761. obit regnante Carolo Magno.

REIENSIS E. *de Riez,*
ſob M. Aquenſi.

Anthimius Ep. ſynchronus Pippino Regi.

REMENSIS E. M. *de Reims,*
per Belgicam II.

Milo Ep. M. cùm Remenſis tum Treuirenſis, a. 752. obit, a. 753.
Tilpinus fit Ep. M. Remenſis, a. 753. De illo iterum Tomo ſequenti.

ROTOMAGENSIS E. M. *de Rouen,*
per prouinciam Lugdunenſem II.

Raginfridus Ep. M. a. 752. deponitur, a. 755.
Remigius fit Ep. M. a. 755. ſedet ann. 17.

RVTENENSIS E. *de Rodez,*
ſub M. Bituricenſi.

S

SABIONENSIS E. *de Siben.*
ſob M. Laureacenſi ſeu Patauienſi.

Sabionenſis Epiſcopatus, qui priùs pars erat Regni Longobardici ſob Patriarcha Forojulienſi, Francicis ditionibus acceſſit, & Archiepiſcopo Laoreacenſi ſeu Patauienſi Metropolitæ Boioariæ ſubditus fuit regnante tum Pippino.
Alim ſiue Alimus vel Alnius Ep. regnantibus Pippino & Carolo.

SAGIENSIS E. *de Séez,*
ſub M. Rotomagenſi.

Lotharius Ep. a. 752. obit, a. 756.
Godegrandus fit Ep. a. 756. obit, a. 770.
Raginfridus fit Ep. a. 770.

SALISBVRGIENSIS E. *de Saltzbourg,*
ſub M. Laureacenſi ſeu Patauienſi.

Ioannes Ep. a. 752. obit, a. 759.
* Interpontificium.
Virgilius ordinatur Ep. a. 766. ſedet ann. 14.

SANICIENSIS E. *de Senez,*
ſub M. Ebredunenſi.

SANTONENSIS E. *de Saintes,*
ſub M. Burdigalenſi.

SEDVNENSIS E. *de Sion,*
ſub M. Darantaſienſi.

Wilicarius Ep. a. 766.
Abolorgus Ep. a. 768. a. 774.

SEGESTERICENSIS E. *de Siſteron,*
ſub M. Aquenſi.

Bonus Ep. a. 752. obit regnante Carolo Magno.

SENONENSIS E. M. *de Sens,*
per prouinciam Lugdunenſem IV.

Ardobertus Ep. M. a. 752.
Auripertus Ep. M.
Arnulfus Ep. M. obit, a. 761.
Merulfus fit Ep. M. a. 761. obit, a. 762.
Lupus fit Ep. M. a. 762. obit, a. 766.
Wilicarius fit Ep. M. a. 766. ſedet, a. 771.

SILVANECTENSIS E. *de Senlis,*
ſub M. Remenſi.

Wlfredus Ep. a. 752. obit, a. 753.
Antalfridus fit Ep. a. 753. obit, a. 763.
Bertolinus fit Ep. a. 763. obit, a. 771.
Odonius fit Ep. a. 771.

SPIRENSIS E. *de Spire,*
ſub M. Moguntino.

Baſilius Ep. a. 752. obit, a. 775.

STRASBVRGENSIS E. *de Straſbourg,*
ſub M. Moguntino.

Heddus Ep. a. 752. ſuperſtes, a. 765.
Remedius Ep.

SVESSIONENSIS E. de *Soiſſons,*
ſub M. Remenſi.

Hubertus Ep. a. 752.
* Ep. a. 756.
Hildegodus ſiue Hildigungus Ep. a. 765.

T

T

TARVANNENNSIS E. *de Teroüenne*,
ſub M. Remenſi.
Ætherius Ep. a. 752.
Radwaldus Ep. a. 766.
Athalfus Ep.

TOLONENSIS E. *de Toulon*,
ſub M. Arelatenſi.

TOLOSANVS E. *de Tholoze*.
ſub M. Bituricenſi.

TORNACENSIS E. *de Tournay*,
ſub M. Remenſi.
Vide Epiſcopos Nouiomenſes ſuprà.

TRECENSIS E. *de Troyes*,
ſub M. Senonenſi.
Bobinus Ep. a. 752. obit, a. circiter 766.
Amingus fit Ep. a. circiter 766. De illo iterum Tomo ſequenti.

TREVIRENSIS E. M. *de Treues*,
per Belgicam I.
Milo Ep. M. cùm Treuireoſis tum Remenſis, a. 752. obit, a. 753.
Weomados fit Ep. M. Treuireoſis, a. 753. obit regnante Carolo Magno.

TRICASTINENSIS E.
de Trois-Chaſteaux,
ſub M. Arelatenſi.

TVLLENSIS E. *de Toul*,
ſub M. Treuirenſi.
Iacob Ep. Tullenſis, a. 752. abdicat Epiſcopatum, a......
Godo Ep. a. 764.

TVRONENSIS E. M. *de Tours*,
per prouinciam Lugdunenſem III.
Rigambertus Ep. M. obit eodem quo Pippinus Rex eleuatur anno 752.
Aubertus fit Ep. M. a. 752. obit, a. 754.
Oſtaldus fit Ep. M. a. 754.
Euſebius Ep. M. a. 765.
Gauienus Ep. M. a. 769.

V

VALENTINVS E. *de Valence*,
ſub M. Viennenſi.

VAPPINCENSIS E. *de Gap*,
ſub M. Aquenſi.

VASATENSIS E. *de Baſas*,
ſub M. Eluſano.

VASIONENSIS E. *de Vaiſon*,
ſub M. Arelatenſi.

VCECIENSIS E. *d'Vſez*.
ſub M. Narboneoſi.
Vcecia redit in poteſtatem Francorum, a. 755. regnante Pippino, manétque ſub Metropoli Narbonenſi.
Sigibertus fit Ep. a. 763.

VENETENSIS E. *de Vannes*,
ſub M. Turonenſi.
Iuſtokus Ep. a. 752. obit, a. 756.
Iacutus fit Ep. a. 756. obit, a. 759.
Calgonus fit Ep. a. 759. obit, a. 766.
Luchenardus fit Ep. a. 766. ſedet ann. 17.

VESONTIONENSIS E. M.
de Beſançon.
per prouinciam Lugdunenſem V.
Herueus Ep. M. a. 752. a. 757.
Hariſeus Ep. M. a. 765. viuit ſuperſtes Carolomanno Regi.

VICO-IVLIENSIS E. *d'Ayre*,
ſub M. Eluſano.

VIENNENSIS E. M. *de Vienne*,
per prouinciam Viennenſem I.
Proculus fit Ep. M. a. 754. Wilicario antecеſſore Agaunum à multis annis profecto, obit, a. 767.
Bertericus fit Ep. M. a. 767.

VINCIENSIS E. *de Vance*,
ſub M. Ebredunenſi.

VIRODVNENSIS E. *de Verdun*,
ſub M. Treuirenſi.
Madelueus, poſt Interpontificium aliquot annorum, fit Ep. a. 753. viuit ſuperſtes Carolomanno Regi.

VIVARIENSIS E. *de Viuiers*,
ſub M. Arelatenſi.

VLTRAIECTINVS E. *d'Vtrech*,
ſub M. Moguntino,
an ſub M. Colonienſi ante a. 771.
non liquet.
Dadanus Ep. obit, a. 752. Pippino iam Rege.
Bonifacius abdicato Archiepiſcopatu Moguntino fit Ep. Vltraiectinus, a. 752. obit, a. 755.
Gregorius poſt S. Bonifacij Martyrium ſuſcipit regimen Eccleſiæ Vltraiectinæ, a. 753. manet tamen in Presbyterij gradu. De illo iterum Tomo ſequenti.

VORMACIENSIS E. *de Vuormes*,
ſub M. Moguntino.
Wernharius Ep. a. 752. obit, a. 766.
Folcuuicus fit Ep. a. 766. obit regnante Carolo Magno.

VRGELLENSIS E. *d'Vrgel*,
ſub M. Narbonenſi.
Vrgella venit in poteſtatem Francorum, a. 755. & Vrgellenſis Epiſcopatus attributus eſt prouinciæ Narbonenſi.
Stephanus Ep. Pippino & Carolomanno R R. De illo iterum Tomo ſequenti ſub Carolo M.

WIRCEBVRGENSIS E.
de Vuirtzbourg.
ſub M. Moguntino,
Megingaudus Ep. a. 752. abdicat Epiſcopatum, a. 769.
Berowelphus fit Ep. a. 769. ſedet ann. 7.

Valdo Ep. a. 757.
Euarcius Ep.

NOVIOMENSIS E. *de Noyon*,
ſub M. Remenſi.

Eliſæus Ep. Nouiomenſis ac Tornacenſis, a. 752. ſedet, a. 754.
Adalfridus Ep. a. 757. ſuperſtes, a. 765.
Dido ſeu Dodo Ep.

O

OLORONENSIS E. *d'Oloron*,
ſub M. Eluſano.

P

PARISIENSIS E. *de Paris*,
ſub M. Senonenſi.

Ragneeaptus Ep. a. 752.
Deodefridus Ep. a. 757. ſuperſtes, a. 771.

PATAVIENSIS E. M. *de Paſſau*,
per Boioariam.

Sidonius Ep. Pataui enſis ac Laureacenſis & M. Boioariæ, a. 752. obit, a. 756.
Anthelmus fit Ep. M. a. 756. obit, a. 765.
Wiſcarius ſeu Wiſericus fit Ep. M. a. 765. ſuperſtes, a. 771.

PETROCORICENSIS E. *de Perigueux*,
ſub M. Burdigalenſi.

Bertrandus Ep. a. 767.

PICTAVIENSIS E. *de Poitiers*,
ſub M. Burdigalenſi.

Godo Ep. a. 752. a. 757.
Magnibertus Ep. a. 762.
Bertaldus Ep.
Beoedictus Ep.

R

REDONENSIS E. *de Rennes*,
ſub M. Turonenſi.

Stephanus Ep. a. 752. obit, a. 762.
Auriſmundus fit Ep. a. 763. ſedet diutiſſimè.

REGINOBVRGENSIS E. *de Ratiſbonne*,
ſub M. Laureacenſi ſeu Patauienſi.

Garibaldus Ep. a. 752. obit, a. 761.
Sympertus fit Ep. a. 761. obit regnante Carolo Magno.

RAIENSIS E. *de Riez*,
ſob M. Aquenſi.

Anthimius Ep. ſynchronus Pippino Regi.

REMENSIS E. M. *de Reims*,
per Belgicam II.

Milo Ep. M. cùm Remenſis tum Treuirenſis, a. 752. obit, a. 753.
Tilpinus fit Ep. M. Remenſis, a. 753. De illo iterum Tomo ſequenti.

ROTOMAGENSIS E. M. *de Rouen*,
per prouinciam Lugdunenſem II.

Raginfridus Ep. M. a. 752. deponitur, a. 755.
Remigius fit Ep. M. a. 755. ſedet ann. 17.

RVTENENSIS E. *de Rodez*,
ſub M. Bituricenſi.

S

SABIONENSIS E. *de Siben*,
ſob M. Laureacenſi ſeu Patauienſi.

Sabionenſis Epiſcopatus, qui prius pars erat Regni Longobardici ſub Patriarcha Foroiulienſi, Francicis ditionibus acceſſit, & Archiepiſcopo Laureacenſi ſeu Patauienſi Metropolitæ Boioariæ ſubditus fuit regnante tum Pippino.
Alim ſiue Alimus vel Almus Ep. regnantibus Pippino & Carolo.

SAGIENSIS E. *de Séez*,
ſub M. Rotomagenſi.

Lotharius Ep. a. 752. obit, a. 756.
Godegrandus fit Ep. a. 756. obit, a. 770.
Raginfridos fit Ep. a. 770.

SALISBVRGENSIS E. *de Saltzbourg*,
ſub M. Laureacenſi ſeu Patauienſi.

Ioannes Ep. a. 752. obit, a. 759.
* Interpontificium.
Virgilius ordinatur Ep. a. 766. ſedet ann. 14.

SANICIENSIS E. *de Senez*,
ſub M. Ebredunenſi.

SANTONENSIS E. *de Saintes*,
ſub M. Burdigalenſi.

SEDVNENSIS E. *de Sion*,
ſub M. Darantaſienſi.

Wilicarius Ep. a. 766.
Abolorgus Ep. a. 768. a. 774.

SEGESTERICENSIS E. *de Siſteron*,
ſob M. Aquenſi.

Bonus Ep. a. 752. obit regnante Carolo Magno.

SENONENSIS E. M. *de Sens*,
per prouinciam Lugdunenſem IV.

Ardobertus Ep. M. a. 752.
Auripertus Ep. M.
Arnulfus Ep. M. obit, a. 761.
Merulfus fit Ep. M. a. 761. obit, a. 762.
Lupus fit Ep. M. a. 762. obit, a. 766.
Wilicarius fit Ep. M. a. 766. ſedet, a. 771.

SILVANECTENSIS E. *de Senlis*,
ſub M. Remenſi.

Wlfredus Ep. a. 752. obit, a. 753.
Antalfridus fit Ep. a. 753. obit, a. 763.
Bertolinus fit Ep. a. 763. obit, a. 771.
Odonius fit Ep. a. 771.

SPIRENSIS E. *de Spire*,
ſub M. Moguntino.

Baſilius Ep. a. 752. obit, a. 775.

STRASBVRGENSIS E. *de Straſbourg*,
ſub M. Moguntino.

Heddus Ep. a. 752. ſuperſtes, a. 765.
Remedius Ep.

SVESSIONENSIS E. de *Soiſſons*.
ſub M. Remenſi.

Hubertus Ep. a. 752.
* Ep. a. 756.
Hildegodus ſiue Hildiguogus Ep. a. 765.

T

TARVANNENSIS E. *de Teroüenne*, ſub M. Remenſi.

Ætherius Ep. a. 751.
Radwaldus Ep. a. 766.
Athalfus Ep.

TOLONENSIS E. *de Toulon*, ſub M. Arelatenſi.

TOLOSANVS E. *de Tholoze*, ſub M. Bituricenſi.

TORNACENSIS E. *de Tournay*, ſub M. Remenſi.

Vide Epiſcopos Nouiomenſes ſuprà.

TRECENSIS E. *de Troyes*, ſub M. Senonenſi.

Bobinus Ep. a. 752. obit, a. circiter 766.
Amingus fit Ep. a. circiter 766. De illo iterum Tomo ſequenti.

TREVIRENSIS E. M. *de Treues*, per Belgicam I.

Milo Ep. M. cùm Treuirenſis tum Remenſis, a. 752. obit, a. 753.
Weomadus fit Ep. M. Treuirenſis, a. 753. obit regnante Carolo Magno.

TRICASTINENSIS E. *de Trois-Chaſteaux*, ſub M. Arelatenſi.

TVLLENSIS E. *de Toul*, ſub M. Treuirenſi.

Iacob Ep. Tullenſis, a. 752. abdicat Epiſcopatum, a......
Godo Ep. a. 764.

TVRONENSIS E. M. *de Tours*, per prouinciam Lugdunenſem III.

Rigambertus Ep. M. obit eodem quo Pippinus Rex eleuatur anno 752.
Aubertus fit Ep. M. a. 752. obit, a. 754.
Oſtaldus fit Ep. M. a. 754.
Euſebius Ep. M. a. 765.
Gauienus Ep. M. a. 769.

V

VALENTINVS E. *de Valence*, ſub M. Viennenſi.

VAPPINCENSIS E. *de Gap*, ſub M. Aquenſi.

VASATENSIS E. *de Baſas*, ſub M. Eluſano.

VASIONENSIS E. *de Vaiſon*, ſub M. Arelatenſi.

VCECIENSIS E. *d'Vſez*, ſub M. Narbonenſi.

Vcecia redit in poteſtatem Francorum, a. 755. regnante Pippino, manétque ſub Metropoli Narbonenſi.
Sigibertus fit Ep. a. 763.

VENETENSIS E. *de Vannes*, ſub M. Turonenſi.

Iuſtokus Ep. a. 752. obit, a. 756.
Iacutus fit Ep. a. 756. obit, a. 759.
Calgonus fit Ep. a. 759. obit, a. 766.
Luchenardus fit Ep. a. 766. ſedet ann. 17.

VESONTIONENSIS E. M. *de Beſançon*. per prouinciam Lugdunenſem V.

Herueus Ep. M. a. 752. a. 757.
Hariſeus Ep. M. a. 765. viuit ſuperſtes Carolomanno Regi.

VICO-IVLIENSIS E. *d'Ayre*, ſub M. Eluſano.

VIENNENSIS E. M. *de Vienne*, per prouinciam Viennenſem I.

Proculus fit Ep. M. a. 754. Wilicario anteceſſore Agaunum à multis annis profecto, obit, a. 767.
Bertericus fit Ep. M. a. 767.

VENCIENSIS E. *de Vance*, ſub M. Ebredunenſi.

VIRODVNENSIS E. *de Verdun*, ſub M. Treuirenſi.

Madelueus, poſt Interpontificium aliquot annorum, fit Ep. a. 753. viuit ſuperſtes Carolomanno Regi.

VIVARIENSIS E. *de Viuiers*, ſub M. Arelatenſi.

VLTRAIECTINVS E. *d'Vtrech*, ſub M. Moguntino, an ſub M. Colonienſi ante a. 771. non liquet.

Dadanus Ep. obit, a. 752. Pippino iam Rege.
Bonifacius abdicato Archiepiſcopatu Moguntino fit Ep. Vltraiectinus, a. 752. obit, a. 755.
Gregorius poſt S. Bonifacij Martyrium ſuſcipit regimen Eccleſiæ Vltraiectinæ, a. 755. manet tamen in Presbyterij gradu. De illo iterum Tomo ſequenti.

VORMACIENSIS E. *de Vuorms*, ſub M. Moguntino.

Wernharius Ep. a. 752. obit, a. 766.
Folcuuicus fit Ep. a. 766. obit regnante Carolo Magno.

VRGELLENSIS E. *d'Vrgel*, ſub M. Narbonenſi.

Vrgella venit in poteſtatem Francorum, a. 755. & Vrgellenſis Epiſcopatus attributus eſt prouinciæ Narbonenſi.
Stephanus Ep. Pippino & Carolomanno R R. De illo iterum Tomo ſequenti ſub Carolo M.

WIRCEBVRGENSIS E. *de Vuirtzbourg*. ſub M. Moguntino.

Megingaudus Ep. a. 752. abdicat Epiſcopatum, a. 769.
Bernwelphus fit Ep. a. 769. ſedet ann. 7.

MONASTERIA

SVB CAROLINGIS REGIBVS,

ab an. 752. quo Pippinus regnare cœpit, ad an. 771. quo deceſſit Carolomannus Rex, eiuſdem Pippini Regis filius.

E Monasteriis, quorum mentionem ſub Meroueadis Regibus fecimus, pleraque, priuſquàm Pippinus in Regem eleuaretur, æquata ſunt ſolo, vel, ſi ſteterunt ad irruptiones vſque Nortmannorum, ſic ab Aquilonaribus hiſce populis vaſtata ſunt, vt rerum illic aliquot antè ſeculis geſtarum memoria penitùs interierit. Nonnulla quoque ceſſerunt in alios vſus, & Monachorum Monialiúmve ſedes eſſe deſierunt. Quapropter ea tantùm in hoc Indice notabimus, quæ vel erecta ſunt Pippino iam Rege, vel, ſi vetuſtiora comprobantur, aut Francicis ditionibus ſub eodem Pippino vel eius filiis acceſſerunt, aut extinctâ Meroueadarum ſtirpe nomen ſuum ac decus in Francia conſeruarunt.

A

S. Ægidii Mon. *S. Gilles*, in E. Nemanſenſi.

S. Ægidij Mon. a. 755. n. 101. Conditum à Wiſigothis, inſtauratum à Francis poſtquàm è Septimania Saracenos expulerunt.

S. Æmiliani Mon. *S. Emilion*, in Archiep. Burdigalenſi.

S. Æmiliani Mon. a. 767. n. 24. conditum à S. Æmiliano.

Æmilianus conditor ac primus Abb. regnante Pippino, obit, a. 767.

Agavnvm, Mon. in E. Sedunenſi.

Auraſtus, a. 752. a. 753. Abb. Agaunenſis ſeu S. Mauricij, vulgò *Saint Maurice*.

Wilicarius Abb. a. 765.

Benedictus Abb. a. 768. De illo iterum Tomo ſequenti.

S. Albini Mon. *S. Aubin*, in E. Andegauenſi.

Gontarus Abb. a. 768.

Almaniscæ, Mon. *Almeneſches*, in E. Sagienſi.

Nanthildis Abbatiſſa, a. 752. ſuperſtes, a. 771.

Altaichivm inferius, Mon. *Nider-Altaich*, in Archiep. Patauienſi.

Eberſwindus Abb. a. 752. a. 765.

Wolfbertus Abb. a. 771.

Altaichivm Svperivs, Mon. *Ober-Altaich*, in E. Reginoburgenſi.

Erneſtus Abb. a. 752. ſuperſtes, a. 771.

Altonis Mon. *Alten-Munſter*, in E. Friſingenſi.

Alto Abb. a. 752. obit, a. circiter 755.

Marinus fit Abb. a. circiter 755. viuit ſuperſtes, a. 771.

Amerbachivm, Mon. *Amerbach*, in E. Wirceburgenſi.

Amerbachium, Mon. a. 758. n. 47.

Anisola, Mon. *Anille*, in E. Cenomannenſi.

Sigobaldus Abb. regnante Pippino.

S. Aphrodisii Mon. *S. Aphrodiſe*, in E. Biterrenſi.

S. Aphrodiſii Mon. a. 755. n. 98.

Avgia Dives, Mon. *Reichenow*, in E. Conſtantienſi ad Rhenum.

Sidonius Ep. Conſtantienſis & Abb. Augienſis, a. 752. fit etiam Abb. San-Gallenſis, a. 758. obit, a. 759.

Ioannes fit Ep. Conſtantienſis, Abb. Augienſis & San-Gallenſis, a. 759. obit, a. 781.

B

S. Benigni Mon. *S. Benigne*, in E. Lingonenſi.

Tanotbardus Abbas, a. 752. a. 762. obit regnante Pippino.

Waldricus fit Abb. regnante Pippino.

Besva, Mon. *Beſe*, in E. Lingonenſi.

Syrannus Abb. a. 752. obit regnante Pippino. Diſperſi tum Monachi, nec Monaſterio ſuus ſplendor ante Ludouici Pii tempora reſtitutus.

BISCHOFFSHEIMIVM, Mon. *Biſchoffsheim*, in Archiep. Moguntino.

Linba Abbatiſſa, a. 752. obit regnante Carolo Magno.

BLANOINIVM, Mon. *Blandinberch*, in E. Tornacenſi.

Scotannus à fratribus diſperſis Abbas eligitur, a. 765. De illo iterum Tomo ſeqnenti.

BVRA, Mon. *Beurn*, in E. Friſingenſi.

Lantfridus Abb. a. 752. ſuperſtes, a. 771.

C

S. CARAVNI Mon. *S. Cheron*, in E. Carnotenſi.

Dodo Abb. a. 752. obit, a. 772.

CATZIENSE Mon. *Caczes*, in E. Curienſi.

Catzienſe Mon. puellarum, a. 758. n. 46. a. 760. n. 11. à Paſchale Ep. Curienſi inchoatum, à Victore eius ſucceſſore abſolutum.

Veſpula prima Abbatiſſa, filia Paſchalis ex legitimo toro & ſoror Victoris, a. 760.

CELLA MONACHORVM, *hodie Ettenheim*, in E. Straſburgenſi.

Hildolfus Abb. regnante Pippino.

CENTVLA, Mon. hodie *S. Riquier*, in E. Ambianenſi.

Guitmarus Abb. a. 752. viuit ſuperſtes Pippino.

Aldricus Abb.

CHIEMENSE Mon. *Chiemſée*, vulgò *Frawenword*, in E. Saliſburgienſi.

Chiemenſe Mon. a. 771. n. 40. conditum à Thaſſilone Duce Boioariæ.

S. CLODOALDI Mon. *S. Clou*, in E. Pariſienſi.

S. Clodoaldi Mon. a. 765. n. 23.

Ioannes Abb. a. 765.

S. COLVMBÆ Mon. *Sainte Colombe*, in Archiep. Senonenſi.

Widradus Abb. a. 752. a. 765.

CONDATESCENSE Mon. hodie *S. Claude*, in Archiep. Lugdunenſi.

Hippolytus Abb. a. 752. viuit, a. 765. De illo iterum Tomo ſeqnenti.

CORBEIA, Mon. *Corbie*, in E. Ambianenſi.

Leodegarius Abb. a. 752. a. 765.

Aldo Abb. obiit, a. 770.

Nordrannus fit Abb. a. 770.

S. CRVCIS Mon. *Sainte Croix*, hodie *Saint Faron*, in E. Meldenſi.

Ingelmundus Abb. a. 752. obit, a. 762.

Milo fit Abb. a. 762. viuit ad a. vſque 780.

CRVX S. AVDOENI, Mon. *la Croix Saint Ouyn*, hodie *la Croix S. Leufroy*, in E. Ebroicenſi.

Agofredus Abb. a. 752.

D

S. DIONYSII Mon. *Saint Denys*, in E. Pariſienſi.

Singebertus Abb. a. 752.

Conſtramnus Abb. a. 757.

Fulradus Abb. a. 765. De illo iterum Tomo ſequenti.

DISERTINA, Mon. *Diſentis*, in E. Curienſi.

Vrſicinus Abb. a. 752. fit Ep. Curienſis, a. 768.

Adelbero fit Abb. a. 768. ſuperſtes, a 772.

DODONIVM, Mon. *Denain*, in E. Atrebatenſi.

Dodonium, Mon. puellarum, a. 764. nn. 16. *& ſeqq.* conditum à SS. Aldoberto & Regina.

Regina fundatrix & prima Abbatiſſa, a. 764. obit regnante Carolo Magno.

E

EBERSHEIMENSE Mon. *Ebersheimb-Munſter*, in E. Straſburgenſi.

Columbus Abb. a. [illegible].

ELNO, Mon. hodie *S. Amand*, in E. Tornacenſi.

Gilbertus Abb. a. 752. ſuperſtes, a. 771.

ELWACENSE Mon. *Elwangen*, in E. Auguſtano.

Elwacenſe ſiue Elwangenſe vel Elefancenſe Mon. a. 764. n. 19. conditum ab Herulfo ſiue Hariolpho Ep. Lingonenſi.

Herulfus ſiue Hariolphus conditor ac primus Abb. a. 764. vixit percharus Pippino, Carolomanno, & Carolo, Regibus

S. EMMERAMNI Mon. in E. Ratiſbonenſi.

Alaboldus Abb. a. 752. obit eodem anno.

Babo fit Abb. a. 752. obit, a. 778.

EPTERNACVM, Mon. *Eternac*, in Archiep. Treuirenſi.

Albertus Abb. a. 752. obit, a. 770.

Beonradus, Berardus, Leonardus fit Abb. a. 770.

EVKA Mon. *Eyke*, in E. Leodienſi.

Reinila Abbatiſſa, a. 752. peruenit ad ætatem decrepitam.

F

FABARIA, Mon. *Pfeffers*, in E. Curienſi.

Lupicinus Abb. a. 752. obit, a. 761.

Vincentius fit Abb. a. 761.
Athalbertus Abb. a. 765. obit, a. 772.

FAVCES, Mon. *Fuſſen*,
in E. Auguſtano.

Bertholdus Abb. a. 752.

FERRARIÆ, Mon. *Ferrières*,
in Archiep. Senonenſi.

Geruaſius Abb. a. 752.
Garmundus Abb.

FLAVINIACVM, Mon. *Flavigny*,
in E. Auguſtodunenſi.

Gayroinus Ep. Auguſtodunenſis & Abb. Flauiniacenſis, a. 752. obit, a. 755.
Manaſſes fit Abb. a. 755. obit, a. 787.

FLORIACVM, Mon. *Fleury*,
in E. Aurelianenſi.

Medo Abb. tempore Pippini R.
Deothymus Abb. a. 768.

FONTANELLA, Mon. *Fontenelle*,
hodie *S. Vvandrille*,
in Archiep. Rotomagenſi.

Anſtrulphus Abb. a. 752. obit, a. 753.
Wido, Widolaicus, Withlecus fit Abb. a. 753. viuit, a. 765. obit, a. 787.

FOSSATVM, Mon. *Foſſez*,
in E. Pariſienſi.

Elafredus Abb. a. 752.
Richardus Abb.
Henardus Abb. a. 768.

FRITESLARIA, Mon. *Fridſlar*,
in E. Burburgenſi.

Wigberchtus Abb. a. 752. obit, a. 754.

FVLDA, Mon. *Fulde*,
in E. Erphesfordienſi, deinde in Archiep. Moguntino.

Sturmius Abb. a. 752. in E. Erphesfordienſi, poſt extinctum autem Epiſcopatum Erphesfordienſem, a. 755. in Archiep. Moguntino, ſuperſtes a. 771.

FVLRADOVILARE, Mon.

Fulradus Abb. a. 752. fuit etiam Abb. S. Dionyſij, vt dictum ſuprà.

G

S. GALLI Mon. *S. Gal*,
in E. Conſtantienſi ad Rhenum.

Othmarus reparatâ Cellâ S. Galli fit Abb. illius loci, a. 753. obit, a. 758.
Sidonius Ep. Conſtantienſis ad Rhenum & Abb. Augienſis, fit etiam Abb. San-Gallenſis, a. 758. obit, a 759.
Ioannes fit Ep. Conſtantienſis ad Rhenum, Abb. San-Gallenſis & Augienſis, a. 759. obit, a. 781.

GANDA, Mon. *Gand*,
in E. Tornacenſi.

Hildebertus Abb. a. 752. obit regnante Pippino.
Robertus.
Wedericus Abb. ſuperſtes Pippino R.
Agilfridus Ep. Leodienſis, fit etiam Abb. Carolo & Carolomanno RR. obit, a. 784.

GAMMETICVM, Mon. *Jumiége*,
in Archiep. Rotomagenſi.

Druthgungus Abb. a. 752. a. 766.
Landricus Abb. de quo iterum Tomo ſequenti.

S. GERMANI Mon. *S. Germain des Préz*,
in E. Pariſienſi.

Lantfridus Abb. a. 752. obit, a. 775.

GLANNA, Mon.
in E. Andeganenſi.

Albaldus Abb. regnantibus Pippino & Carolo Magno.

GORZIA, Mon. *Gorze*,
in E. Metenſi.

Drocteganguus Abb. a. 752. obit, a. 769.
Theutmarus fit Abb. a. 769.

GRANOIS-VALLIS, Mon. *Granfel*,
in E. Baſileenſi.

Gundoaldus Abb. a. 769.

GRASSA, Mon. *Graſſe*,
in E. Carcaſſonenſi.

Graſſa, Mon. a. 755. n. 100. Francicis ditionibus acceſſit, poſtquàm Pippinus è Septimania Saracenos expulit.
Infridus Abb. ſub Carolo Magno.

S. GREGORII Mon.
Munſter in S. Gregorienthal,
in E. Baſileenſi.

Adelricus Abb. a. 752. obit regnante Pippino.
Remigius fit Abb. regnante Pippino, deinde Chorepiſcopus Straſburgenſis, poſtremò Straſburgenſis Ep. poſt a. 765.

H

HASNONIVM, Mon. *Haſnon*,
in E. Atrebatenſi.

Savericus Abb. a. 752. obit, a. 772.

HEIDENHEIMIVM, Mon. *Heidenheim*.
in E. Eyſtettenſi.

Heidenheimium, Mon. a. 752. n. 90. conditum à S. Wunibaldo.
Wunibaldus conditor ac primus Abb. a. 752. obit, a. 761.

*

HEIDENHEIMIVM, Mon. *Heidenheim*,
in E. Eyſtettenſi.

Heidenheimium, Mon. puellare, a. 762. n. 7. conditum à S. Walburge.
Walburgis fundatrix & prima Abbatiſſa, a. 762. ſuperſtes, a. 771.

S. HILARII Mon. *S. Hilaire*,
in E. Carcaſſonenſi.

S. Hilarii Mon. a. 755. n. 99. conditum à S. Hilario Ep. Carcaſſonenſi; Francicis ditionibus acceſſit, poſtquàm pulſi ſunt è Septimania Saraceni.

S. HIPPOLYTI Mon. *Sant-Pelten*,
in Archiep. Patauienſi.

S. Hippolyti Mon. a. 754. n. 84. conditum ab Adalberto & Otgario fratribus, Optimatibus Boioariis.

HOHENSVRGVM, Mon. *Hoenburch*,
in E. Straſburgenſi.
Odilia Abbatiſſa, a. 752. obit, a. circiter 765.
Eogenia fit Abbatiſſa, a. circiter 765.

HORNAACHVM, Mon. *Hornbach*,
in E. Metenſi.
Pyrminius Abb. obit, a. circiter 758.
Doto ſeu Dotonus Abb. poſt obitum Pyrminii, Lullo tum Archiep. Moguntino.

HORREVM, Mon. *Oéren*,
in Archiep. Treuirenſi.
Baſiliſſa Abbatiſſa, a. 752. obit regnante Pippino.
Lucia fit Abbatiſſa regnante Pippino.
Rothildis Abbatiſſa.

I

ILLMVNSTRANSE Mon. *Illmunſter*,
in E. Friſingenſi.
Illmonſtrenſe Mon. a. 754. n. 90. conditum ab Vthone Optimate Boioario.
Vto ſiue Vtho conditor ac primus Abb. ſuperſtes, a. 771.

INFERIVS MONASTERIVM,
Nider-Munſter,
in E. Straſburgenſi.
Odilia Abbatiſſa, a. 752. obit, a. circiter 765.
Gunlindis fit Abbatiſſa, a. circiter 765.

S. IOANNIS REOMAENSIS Mon.
Monſtier Saint Jean,
in E. Lingonenſi.
Waldo Abb. a. 752. ſuperſtes, a. 771.

IVNCELLVM, Mon. *Joncels*,
in E. Biterrenſi.
Iuncellum, Mon. a. 755. n. 97. in poteſtatem Pippini Regis cum tota Septimania venit, Saracenis vltra Pyrenæum montem ſummotis.
Benedictus Abb. regnante Pippino.

K

KALA Mon. *Chelles*,
in E. Pariſienſi.
Aſſelina Abbatiſſa, a. 752.
Sibylla Abbatiſſa.

KITZINGVM, Mon. *Kitzingen*,
in E. Wirceburgenſi.
Hadeloga Abbatiſſa, a. 752. obit, a. 755.
Heilga fit Abbatiſſa, a. 755.
Bertha Abbatiſſa.

L

LAVBACVM, Mon. *Lobbes*,
in E. Cameracenſi.
Theodulfus Abb. a. 752. De illo iterum Tomo ſequenti.

LAVRESHAMENSE Mon. *Laureshaim*,
in E. Wormacienſi.
Laureshamenſe Mon. a. 763. nn. 4. & ſeqq. conditum à Cancrone Comite, eiuſque matre Williſwinda.
Chrodegangus Ep Metenſis, primus Abb. a. 763.
Gundelandus Abb. à Chrodegango fratre ſuperſtite conſtituitur, ſuperſtes a. 771.

LEBERACVM, Mon. *Leberaw*,
in E. Straſburgenſi.
Fulradus Abb. a. 752. De illo ſuprà in Mon. S. Dionyſii & in Fulradouillari.

LVXOVIVM, Mon. *Luxeuil*,
in Archiep. Veſontionenſi.
Trudoaldus Abb. a. 752. obit regnante Pippino.
Gayleubos fit Abb. regnante Pippino, ſuperſtes Carolomanno Regi.

M

MAIVS MONASTERIVM, *Mairmonſtier*,
in Archiep. Turonenſi.
Hamticus Abb. a. 752.
Robertus Abb. a. 757.
Alexander Abb.
Bertharius Abb.

MALMVNDARIVM, Mon. *Malmedy*,
in E. Colonienſi.
Agilulphus Abb. a. 752. obit, a. 770. } alterutro horum Abbate, Epiſcopus Colonienſis fit M. per Germaniam II.
Albricna fit Abb. a. 770. obit a. 779. *Vide* Stabuletum: iidem enim fuerunt Stabolenſes Abbates, qui Malmundarienſes.

MANSEA, Mon. *Manſée*,
in E. Saliſburgienſi.
Opportunus Abb. a. 752. obit, a. 772.

S. MARCELLI Mon. *S. Marcel*,
in E. Cabilonenſi.
Hucbertus Abb. Cabilone. Incertum vtrùm hic Abbas, qui regnante Carolo Magno celeberrimus fuit, Monaſterij regimen adeptus ſit ſuperſtite Pippino.

S. MARIÆ Mon. *Noſtre Dame*,
in E. Sueſſionenſi.
Armentrudis Abbatiſſa, ſynchrona Pippino eiúſque filiis.

S. MARTINI Mon. *S. Martin*,
in E. Auguſtodunenſi.
Gunderanous Abb. a. 752.

S. MARTINI Mon. *Saint Martin*,
in Archiep. Turonenſi.
Wicterbus Abb. a. 752. obit, a. 756.
Wulfardus fit Abb. a. 756. viuit, a. 764.

S. MARTINI Mon. S. *Martin*,
in E. Vltraiectino.
Gregorius Abb. a. 752. ſuſcipit regimen Eccleſiæ Vltraiectinæ, a. 755. ſuperſtes, a. 771.

S. MAXIMINI Mon. *S. Maximin*,
in Archiep. Treuirenſi.
Weomados Abb. a. 752. fit Archiep. Treuirenſis, a. 753.

Vtilradus ſiue Odilardus fit Abb. a. 753. ſuperſtes, a. 765.
Wetnolphus ſeu Werinolphus Abb. de quo iterum Tomo ſequenti.

MADIANVM Mon. *Moyen-Mouſtier*, in E. Tolleoſi.

Raimbertus Abb. a. 752. obit regoante Pippino.
Sinidrabertos Abb. vltra ann. 20.

S. MICHAALIS Moo. *S. Michel*, in E. Straſburgenſi.

Tubanus Abb. a. 752. obit regoaote Pippino.
Thomas fit Abb. regnante Pippino, obit Carolo Rege.

S. MICHAELIS Mon. *S. Mibel*, io E. Virodunenſi.

* Abb. a. 752.
Hermangatdus fit Abb. tegnante Pippioo, obit regnante Catolo Magno.

MONASTARIOLVM, *Monſtereul*, in E. Sagienſi.

Opportuna Abbatiſſa, a. 752. obit, a. 771.

MVRBACHIVM, Mon. *Mourbach*, in E. Baſileenſi.

Baldobertus Abb. a. 752. obit, a. 762.
Haribertus fit Abb. a. 762. obit, a. 774.

N

NAOSTADIVM, Moo. *Neuſtat*, in E. wirceburgeoſi.

Neoſtadium, Mon. a. 769. o. 19. conditum à Megingaudo Wirceburgenſi anteà Epiſcopo.
Megiogaudos conditor ac primos Abb. regnante iam Carolo; viuit, a. 774.

NIGELLA ABSCONDITA, Mon. *Nelle la Repoſte*, in Epiſcopatu Trecenſi.

Geraus Abb. a. 752. a. 765.

NOVALISIVM, Mon. *Noualeze*. in E. Maurienneoſi.

Noualiſium, Mon. a. 756. nn. 18. 19. à Longobardis aliàs dirutum, inſtauratur à Francis.
Godonus poſt inſtaurationem fit primus Abb. a. 756.
Aſinarius ſiue Aſenarius Abb. a. 765. obit, regnante Pippino.
Witgarios E. Maurieooeoſis fit etiam Abb. tegnaote Pippino, obit, a. 770.
Froidinus ſeu Frodoinus fit Abb. a. 770.

O

OCHNOFVRTVM, Mon. *Ochſnofrutt*, in E. Wirceburgenſi.

Tecta Abbatiſſa, a. 752. obir regnante Pippioo.

P

S. PATRI Mon. in Epiſcopato Sabioneoſi.

S. Petri Moo. a. 769. n. 21. Francicis ditionibus acceſſit Sabiooenſis Epiſcopatus regnante Pippioo.
Atto Abb. a. 769. a. 771.

S. PATRI Mon. io E. Saliſburgieoſi.

* a. 752.
Virgilius proficiſcuor in Boioariam, a. 764. fit Abb. S. Petri, item Ep. Saliſburgieoſis; abdicat munus Abbatiale, a. 773.

POLLINGVM, Moo. *Polling*, io E. Friſingenſi.

Gelouinda Abbatiſſa, a. 752.

PRVMIA, Mon. *Prom*, io Archiep. Treuirenſi.

Prumia, Mon. a. 760. n. 15. cooditum à Pippino R.
Aſſuerus fit primus Abb. a. 760. regit Mon. ano. 45.

Q

S. QVINTINI Mon. Viromandeoſe, *S. Quentin*.

Hieronymus Abb. regnante Pippino.

R

S. RAMIGII Mon. *S. Remy*, io Archiep. Seooneoſi.

Adhebertus Abb. a. 752. obit regnante Pippioo.
Dacapatus II. fit Abb. regnante Pippino
Dodanus Abb.

RASBACVM, Mon. *Rebez*, in E. Meldeoſi.

Godobertus Abb. a. 765.

S

SARCHINIVM, Mon. *Sercin*, in E. Leodienſi.

Reytaimus Abb. a. 752.
Harlebenus Abb.

SENONIENIA Mon. *Senone*, in E. Tullenſi.

Stephanos Abb. a. 752. ſuperſtes, a. 768.
Aogelramnus fit Ep. Metenſis, a. 768. deiode & Abb. Seoonienſis. De illo iterum Tomo ſeqoeoti.

S. SEVARI Mon. *S. Seuere*, io E. Agathenſi.

S. Seueri Mon. a. 755. n. 102. Francieis ditionibus acceſſit cum reliqua Septimaoia ſub Pippioo Rege.

SITIVANSE Moo. *Sitiu*, in E. Taruanneoſi.

Nantharius Abb. a. 752. obit, a. 754.
Datbettus ſeo Dalbertos fit Abb. a. 754. obit, a. 766.
Hardradus fit Abb. a. 766. curam Monaſterij gerit ann. 29.

SOLEMNIACVM, Mon. *Solognac*, in E. Lemouicenſi.

Ebulus ſiue Ebulo Abb. & Ep. Lemoui-

cenſis, a. 752.
Geraldus Abb.
Aymericus Abb.
Doctramous Abb.

STAAVLETVM, Mon. *Stanelo*,
in E. Leodieoſi.

Agilolphos Abb. Stabuleoſis & Malmundarienſis, a. 752. obit, a. 770.
Albricus fit Abb. Stabolenſis & Malmundarienſis, a. 770. obit, a. 779.

STALFELSEA, Mon. *Stalfelsée*,
io E. Friſiogenſi.

Gelouinda Abbatiſſa a. 752.

T

TEGARNSEA, Mon. *Tegernſeé*,
io E. Friſingenſi.

Tegernſeeoſe Moo. a. 754. n. 85. conditum ab Adalberto & Otgario fratribus, Optimatibus Boioariis.
Adalbertus conditor ac primus Abb. a. 754.

THEOLOGIVM, Mon. *Tholey*,
io Archiep. Treuirenſi.

Frodoious Abb. a. 752.
Herbertus Abb.
Aoodo Abb.

V

S. VEDASTI Mon. *S. Vvaſt*,
io E. Atrebatenſi.

Adalricus Abb. a. 752. obit, a. 768.
Sigibertus fit Abb. a. 768. obit regnante Carolo.

S. VICTORIS Mon. *S. Victor*,
in E. Maſſilienſi.

Maurootus Abb. regoaote Pippino; fit Ep. Maſſilienſis, a. 767.

S. VITONI Mon. *S. Vanne*,
in E. Virodonenſi.

Madalueus Abb. a. 752. fit etiam Ep. Viroduneoſis, a. 753. viuit ſuperſtes Carolomanno Regi.

VLMATVM, Mon.
in E. Cameracenſi.

Vlmetum Moo. a. 756. o. 118. conditum à S. Rumoldo, ex monificentia Odonis Comitis.
Romoldus primus Abb. Martyr, a. 775.
Libertus Odonis Comitis filius Monaſterio præficitur à Rumoldo.

VTICVM, Mon. *Ouche*,
in E. Lexouicoſi.

Ragingarius Abb. a. 765.

WAISSENBVRGVM, Mon. *Vveiſſembourg*,
io E. Spirenſi.

Charialdus Abb. a. 752.
Ehrenbrechtus Abb. fit, Ep. Wormacienſis regnante Carolo Magno.

WELTENBVRGVM, Mon.
Vveltenburg,
in E. Saliſburgienſi.

Adalwardus Abb: a. 752.
Reginhardus Abb. a. 760. ſuperſtes a. 771.

WESSOARVNNA, Moo.
Vveſſeſbrunnen,
in E. Friſingeoſi.

Weſſobrunna, Moo. a. 742. o. 31. a. 753. n. 74. conditum à Landfrido, Elilando, & Waldramo, fratribos, Optimatibus Boioariis, auctum à Thaſſilone Boioariæ Doce ſeo Præfecto.
Ilſungus fit primus Abb. a. 758. regit Moo. ann. 41.

FINIS.

PAGINA 52. *lin.* 19. *p.* 100. *lin.* 8. Eginhardus, *lege* Annaliſta Laureshamenſis. *p.* 66. *lin.* 14. Eginhardini, *leg.* Laureshamenſes. *p.* 62. *lin.* 49. Gedeon, *leg.* Herueus. *p.* 93. *lin.* 18. nuncupantur, *leg.* nuncupatur. *p.* 202. *lin.* 40. ſapientem, *leg.* ſequentem. *p.* 297. *lin.* 15. diſciplicet, *leg.* diſplicet. *p.* 376. *lin.* 44. Gandæ præerat Hildebertus Abbas. Ne verò ſciamus quinam tunc Abbates fuerint Brugis, Elnone, & apud Sanctum Martinum, *leg.* Gandæ præerat Hildebertus Abbas, Gilbertus Elnoni. Ne verò ſciamus quinam tunc Abbates fuerint Brugis & apud Sanctum Martinum. *p.* 390. *lin.* 22. Dauid, *leg.* Baſilius. *p.* 550. *lin.* 37. *annos* 20. *leg. annos* 28.

PARISIIS,
IN TYPOGRAPHIA REGIA,
CVRANTE
SEBASTIANO MABRE-CRAMOISY,
ejuſdem Typographiæ Directore.

M. DC. LXXIII.

A01 1470421

Digitized by Google

H.30.

Digitized by Google